9
19 N F
11

9-8.d.18

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


ANNALES
ECCLESIASTICI.

AVCTORE

CAESARE BARONIO SORANO
CONGREGATIONIS ORATORII
PRESBYTERO.

Nunc vero Tituli Sanctorum Martyrum Nerei, & Achillei S. R. E. Cardinale Bibliothecario Apoſtolico.

Tomus Quintus.



VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D C I.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO PATRI ET D. N. CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO.

CÆSAR BARONIVS CONGREGATIONIS Oratorij Presbyter ſempiternam felicitatem.

VOS conficimus, te Pontifice, BEATISSIME PATER, Annalium tomos, vt tibi debitos, ſponte perſoluimus: obtulimus nuper quartum, offerimus ecce quintum; eoq. libentius, quo ſcimus te & priorem grato animo accepiſſe, & ſub tãta licet mole curarum (quod vix credere quiſquã valeat) furtiuis horis crebrius perlegiſſe. Si placuit ille, fortaſſe hic non minus gratus accedet; quippe qui ſex ſanctiſſimorum Romanorum Pontificum rerum præclare geſtarum fulgore reſplendeat, Anaſtaſij nimirum, Innocentij, Zoſimi, Bonifacij, Cæleſtini, ac denique Sixti; quos omnes, vt Deo acceptos, & poſt obitum inter Sanctos adſcriptos, florenti rediuiua memoria annis ſingulis celebrare Eccleſia conſueuit: Qui cum in omnib. digna ſucceſſoribus imitanda exempla reliquerunt, tum in eo maxime altitudinem animi oſtenderunt cum inſigni pietate coniunctã, quod Dei Eccleſiã vndique hæreticorum agminibus circumſeptam, piratarum inſtar amicos ſimulantium, & ſe in eam obtrudentium, admirabili quadam prudentia illibatam diuinitus conſeruarunt.

Videre namque eſt eum qui primitus occurrit, laudatiſſimum Anaſtaſiũ circumactæ & vndique exagitatę proditione Origeniſtarũ periclitanti fidei præſto eſſe, dum illius ſimplicitati illudentes Epiſcopi, nempe Sirícij, qui de ſuo ingenio (vt ſanctus inquit Hieronymus) ceteros ęſtimabat, ſeſe in Eccleſiã, oblata Catholicæ fidei confeſſione Pontifici, ſubdole immiſiſſent. At quales re vera eſſent, a ſe perſpicue demonſtratos, penituſq. detectos, idem Anaſtaſius mox anathematis illata ſententia, profligauit; præclare admodum ſucceſſoribus relinquens teſtatum, hæreticorum pœnitentiam quãtumlibet Catholicæ aſſertione fidei declaratam, & chirographo conſignatam, haud feſtine ſuſcipiendam eſſe, ſed ſuſpenſa lance iudicij, prudentiore conſilio, longioreq. examine diſquirendam.

Hiero.epiſt. 16.

His plane admonitus eius in Pontificatu ſucceſſor Innocentius, abſolutũ licet in Concilio Palæſtino Pelagium ſuas damnantem hæreſes, & fidem Catholicam profitentem, Synodalibus quantumlibet litteris commendatũ ac probatum Catholicum, non ſolum recipere detrectauit, ſed penitus reſpuit, immo & ſeueriori cenſuræ doloſum hominem ſubijcere voluit, atque excommunicationis ſententia condemnare, adnitentibus magno illo magiſtro Catholicę Eccleſiæ Auguſtino & reliquis Africanis Epiſcopis, atque clamantibus, omnia ab eodem veternoſo hæreſiarcha proditorie ac veteratorie agi: Quin & tanto vehementius exclamarunt poſtea, crebriſq. litteris fatigarunt, dicam, & exagitarunt Zoſimum ſucceſſorem Innocentij, cum perlatũ eſt, Pe-

lagium eumdem, eiuſq. collegam Cæleſtium, oblatis pœnitentiæ cum recta fidei confeſſione libellis, ad audientiam (etſi citra communionem) admiſſos, & eorum cauſam ad Romanæ Eccleſiæ iudicium reuocatam: quos tamen inuentos fallaces & fraudulentos idem Pontifex iterata damnationis ſententia perculit.

Par exemplum a Sixto Pontifice editum reperitur, dum ouina pelle contectus ſe intulit lupus in Vrbem (Iulianum dico Pelagianorum ſigniferum ceteris omnibus Catholicę Eccleſiæ magis infeſtum) & vt ſedē, de qua fuerat ante deiectus, recipere poſſet, ſimulata fide Catholica & fucata pœnitentia ipsũ Pontificem decipere conatus eſt: Sed quo minus admitteretur, nec vlla ratione audiretur, Magnus ille Leo tunc Archidiaconus, eius paulo poſt in Pontificia ſede ſucceſſor, ſummo animi vigore interceſſit; magno plauſu excipiēte populo atque lætitia proſequente dignam verſipellis hominis abſque auditione repulſam.

Hæc eſt plane veteris obſeruantię arcte conſtricta fibulis Romanæ Eccleſiæ diſciplina, ſacris ſancita legibus, exemplis pluribus edita, & a ſanctis Patribus cuſtodita, vt non pateat facilis aditus hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus, qui ſimulationis & fraudis vehemēti ſuſpicione laborant. At longe ſeuerior hoc tempore (quod hic ipſe exhibet tomus) extitit de his Eccleſiaſtica Orientalis Eccleſiæ conſtitutio, cum in ſacro Epiſcoporum Concilio, Patrũ omnium rogata ſententia, canon ſancitus eſt, idemq. munitus ſubſcriptione Epiſcoporum omnium, potiſſimum vero Siſinnij Conſtantinopolitani & Theodoti Antiocheni clariſſimorum Antiſtitum ſuper ceteros eminentiũ, ne Maſſaliani hęretici ſępe recepti, & ſæpe relapſi, ſic crebro ludificantes Eccleſiæ Catholicæ maieſtatem, vllatenus amplius reciperentur, etiam ſi millies pœnitentiæ libellos offerrent; quod ſcilicet cuncta illi agerent ſimulate. Sola namque ſimulatio vberem perennemq. diuinę miſericordiæ fontem exiccat: quã prę ceteris criminibus inſectati ſunt Apoſtoli, eorumdemq. Princeps Petrus primo vltus eſt, in Simonem magum ſententiam damnationis intorquēs, atque in Ananiam & Saphiram Apoſtolicę ſeueritatis diſtrictum gladium repentino impetu vibrans.

(Photius in Biblioth.) (Act. 5. & 8.)

Ceterum numquam deſpexit, neque deſperauit aliquando lapſorũ Eccleſia Romana ſalutem; nec inuidet pia mater vitæ periclitantium filiorũ, neq; perditione morientium delectatur, quæ, publicis etiam affixis olim edictis, delinquentes inuitare conſueuit ad veniam, ſimul & illices ad pœnitentiã imagines ob oculos ponere paſtoris ſuper humeros ouem geſtãtis, quas in ſacris calicibus exculpere ſoleret, vel pingere. Verumtamen cum omnibus vere pœnitentibus ſinum aperit, & obuias manus extendit, non temere ac ſine delectu omnes accedentes excipere conſueuit, quos prius inſtruens voce præconis iugiter illud inclamat: Facite fructum dignum pœnitentiæ. & Apoſtolico tonitruo ſemper intonat: Magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtrã vocationem & electionem faciatis. opera illa exigens, quæ progrediantur (vt ait Apoſtolus) de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: quib. ſi careant qui pœnitentes ad eam ſe accedere profitentur, manus ipſa retrahat, & ſinum contrahat. Examinans iſta Gelaſius doctiſſimus Romanorum Pontificum, ſcribens ad Euphemium Conſtantinopolitanum Epiſcopum: Quomodo, inquit, de corde puro, ſi hęreticorum fuerint participatione polluta? Quomodo de conſcientia bona, ſi malorum fuerint confuſione permixta?

(Tertul. de Pudicit.) (Matth. 3.) (2. Petr. 1.) (1. Tim. 1.)

Quomodo

Quomodo de fide non ficta, ſi fuerint mixta cum perfidis? eadem rurſus repe tit idem Pontifex & inculcat, vt rem magni ponderis, ſcribens ad Anaſtaſiū Imperatorem.

Sic igitur ſemper ab antiqua Romanæ Eccleſiæ diſciplina alienum fuit, vt inexploratis lapſis indulgentia præcox occurrat. Quisnā enim in his pertractandis eiuſdem mos vetus extiterit, ipſa Romani Cleri digna elogia manifeſtant, cum, ſine Pontifice licet, ceſſante diu ſede poſt decoratum nobili martyrio Fabianum, ingruentem lapſorum turbam & pulſantem inſtantius Eccleſiæ fores, atque vt admitterentur in communionem vrgentē repulit, quod id tentaſſent non præmiſſa longioris temporis conciliatrice diuinæ gratię pęnitentia: id quidem epiſtolis ad ſanctum Cyprianum, mirificum illum Carthaginenſem Epiſcopum, datis, his primum verbis ijdem profeſſi ſunt: Mirati ſumus ad hoc vſque proſilire voluiſſe, vt tam vrgenter, & tam immaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti & immenſo crimine atque delicto pacē ſibi non tam peterent, quam vindicarent, immo iam & in cælis habere ſe dicerent.] ac rurſum: Abſit (inquiunt) ab Eccleſia Romana, vigorem ſuum tam profana facilitate dimittere; & neruos ſeueritatis, euerſa fidei maieſtate, diſſoluere: vt cum adhuc non tantum iaceant, ſed & cadant, euerſorum fratrum ruinæ properata nimis remedia communicationū vtique non profutura præſtentur, & noua per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, vt miſeris ad euerſionem maiorem eripiatur & pœnitentia] quam ſcilicet præmittere tenerentur tamquam fideiuſſorem & obſidem pacis Eccleſiæ impetrandæ. Quod ſi ea præſtiterunt ex vitali Eccleſiæ corpori perpetuo inhęrente diuino Spiritu viuida atque vocalia membra: quid viſibile caput, Romanum Pontificem ipſi Chriſto coniunctum, & Chriſti ore loquētem, pręſtiturū fore crederemus? Sed de his hactenus; haud enim patitur inſtituti ratio diutius immorari: ſatis namque eſt, deguſtanda propinaſſe perpauca ex multis, quæ præſens hic tomus includit, foriſq. tamquam ſigna in fronte operis poſuiſſe, & impoſuiſſe poſtibus de ſuperata ſæpius irrepente clanculum hæreticorum perfidia trophæa præclara ſanctiſſimorum Pontificum; quorum veſtigijs te fortiter firmiterq. inſiſtere, Eccleſia vniuerſa lætatur. Apud Cyp. epiſt 30.31.

Iam vero (quod reliquum eſt) ſanctis tuis, PATER BEATISSIME, pedibus aduolutus, poſt duos oblatos Annalium tomos ampliſsimam benedictionem illam expeto, quam poſt duos allatos ad patrem Iacob filios Ephraim & Manaſſen, ab eodem ſanctiſſimo Patriarcha ipſius filius Ioſeph eſt feliciter conſecutus. Cuſtodiat te quam diutiſsime Deus incolumē & defendat, qui turbulentiſſimo hoc tempore Eccleſiæ ſuæ inſcrutabili ſua prouidentia voluit te eſſe præfectum. Gen 48. 49.

RELIGIOSISSIMO
AC SERENISSIMO
PRINCIPI
GVILLIELMO COMITI
PALATINO RHENI
VTRIVSQVE BAVARIAE DVCI
CAESAR BARONIVS FELICITATEM.

CONSVEVIMVS, Sereniſſime Princeps, in ſingulis ferme Annalium tomis poſt Summum Pontificem epiſtola nuncupare aliquem ex inhærentibus ipſi presbyteris ſiue diaconis Cardinalibus. Quoniã vero, ſicuti Moyſi non ſacerdotes tantum atque Leuitæ, ſed & Ioſue potentiſſimus dux exercitus aſſiſtere conſueuit; ita & te religione pollentem, Magnum Ducem vtriuſque Bauariæ intime inhærere ſacro totius religionis Antiſtiti, certo ſcimus: hac epiſtola inſigne nomen tuum proſequi, meatum partium eſſe duxi. In te enim, inſtar Ioſue, prægrande illud diuino munere miraculum editum quodammodo inſtaurari videtur temporibus noſtris, quo Sol ſtare iubetur, & prohibetur penitus deorſum ad Oceaſum labi; cum, inquam, abſque terræ obice noctis Sole illuſtrior Catholica fides ſuper populum tibi ſubiectũ ſemper lucẽs, firma, immobiliſq. nutu Dei ſit iuſſa conſiſtere, quæ alijs finitimis prouincijs, dilabens in Occidẽtem, tenebroſæ poſt ſe noctis relinquit horrorem: Qua in re etiam Aegypti noſcuntur renouata prodigia, dum atra dẽſaq. obuolutis illis vbique caligine, dumtaxat in noua Geſſen, Bauaria ipſa tua, veri Iſraelitæ incũdiſſima luce perfruuntur, veritatis Sole in meridie radijs claritatis & charitatis fulgore iugiter affulgente; vt impietatis frigus non ſentiant, & glaciei perfidiæ ſint expertes, atque vberrimo prouentu ſpiritualium frugum perpetuo potiantur autumno.

His quidem omnibus tu ipſe abundans & affluens, Romanam Eccleſiam in primis regia locupletaſti munificentia, cum ſacras Memorias ſanctorum Martyrum præclaris monumentis inſigniter illuſtraſti: addidiſti vero ad ſummum decorem lucis operibus filios lucis, cum abs te genitos Sereniſſimos Principes, regiæ ornamẽta familiæ, abſolutiſſima virtutum omnium exemplaria, ad Apoſtolicam ſedem miſiſti, viſuros, & religioſo veneraturos officio in ea ſedentem vice Chriſti CLEMENTEM recens creatum Pontificem Maximũ: in quibus ſingulis tua augusta eluxit imago. Ita plane ad menſuram bonam, ex Euangelij præſcripto, appoſuiſti confertam, coagitatam, atque ſupereffluentem. Bona quidem illa menſura fuit, quam boni Principes præſtare conſueuerũt, cum Martyrum monumenta inſigniter exornaſti. At vero cum honorificentiſſimam legationem ad ipſum CLEMENTEM Summum Pontificem miſſam, maiorem exiſtimaſti, quam vt credi deberet clariſſimis viris tibi ſubiectis, ſed ea tantũmodo dignos putaſti ſublimes Duces, ipſos Principes filios tuos, cariſſima pignora, nempe Philippum Ducem eumdemq. Reuerendiſſimum Epiſcopum Ratiſponenſem, inſtar Timothei Apoſtolico munere decorantem honeſtiſſimam iuuẽtutem, ſimulq. germanum ipſius fratrem Ferdinandum Ducem & Præfectum ampliſſimæ dignitatis, clariorem vero integerrima probitate: plane conſertam menſuram addidiſti, atque coagitatam appoſuiſti: Tunc vero ſupereffluentem, aucto cumulo, ſuperinfudiſti, cum poſt paucos menſes ipſum primogenitum tuum, Sereniſſimum Principem Maximilianum regio apparatu miſiſti, accepturum a Sanctiſſimo Patriarcha, more maiorum, benedictionem primogenito debitam.

Qui igitur tot tantiſq. Chriſtianam religionem officijs excolit, & tam amplis Chriſti Vicariũ, ſucceſſorem Petri, iſtis præſertim temporibus, frequentat obſequijs, Romanamq. Eccleſiam muneribus auget: par eſt vt eum omnes Fideles ament, colant, venerentur, omniq. ſtudio proſequantur. Quo quidem nomine ego ipſe (quod reuerentia monet, ratio ſuadet, poſtulat magnitudo tuorũ meritorum, implorat virtus, religio denique exigit) omnem exhibens tuæ Amplitudini obſeruantiam, cultum præſtans, impendens obſequium, pendens tributum, perſoluens debitum, quintũ offero Annalium tomum: in cuius fronte, velut in atrio exculpata columna, hæc de te memoria cõſpiciatur erecta, poſteris fidem factura, myſticam Dei Arcam diu exulem, apud te diuertentem, religioſiſſime eſſe ſuſceptam ac reuerentiſſime aſſeruatam; & typicum Dauidem cum ſuis profugis abs te honorificentiſſime habitum, conſecuturo ob digna merita vna cum domo tua benedictionem a Domino impertitam Obededom, & in ſucceſſoribus diuinam promiſſionem Chriſti teſtamento firmatam veris filijs Berzellai. Vale Princeps maxime pie, teq. Deus vna cum Sereniſſimis Principibus filijs tuis ſua dextera iugiter protegat atque conſeruet.

Digitized by Google

TARVSII TARVSII POLITIANI

CONGREGATIONIS ORATORII COLLEGAE IN ANNALES ECCLESIASTICOS.

CÆSARIS BARONII

Heroicum:

DVM, quà multiplici nobis longinqua vetuſtas
Obruit annorum mole, ac premit æmula nocte,
Factaque, doctrinaſq. Patrum, moreſque, manuſque,
SORANE, ad lucem, ac ſuperas renocata ſub auras,
Victuris mandas in poſtera ſæcula chartis,
Quantum illi decus in terris peperere cruore,
Et quantum peperere ſuis ingentibus auſis,
Per te iam tandem nobis decus omne reſurgit:
Aude etiam maiora; iuuant ſupera alta volentem.
Fors erit illa dies, cum toto Aquilone remenſo
Annales, ducente Deo, glacialibus omnem
Pectoribus labem eripiant, tenebraſq. reſoluant,
Et lætis Chriſti campis mala gramina adurant:
Ac veluti quondam Solymum clangore tubarum
Mœnia contremuere fera Ierichuntis, & alte
In ſe ſacra ruens, in ſe ſacra ipſa ſepulta eſt:
Non ſecus hæreſeos feralia culmina molis,
Te magnis reſonante tubis decora alta parentum,
Supremum concuſſa gemant, barathrumq. ſub ipſum
Prona ruant, ſcelerumq. ſuo dent limine pœnas.
Maxime terrarum cuſtos, Pater optime CLEMENS,
Hoc magnum tibi ſurgit opus, da candida dexter
Sydera, da felix, quando te Cælicolum Rex
Auxilium fidei tantum miſeratus auitæ,
Ieſſiadiſq. inſtar turris conceſſit in hoſtes.
Namque ſerenatis Stygijs Aquilone procellis,
Ipſe tibi Cæſar referens ex hoſte trophæum,
Exuuias, atque arma virum, roburque, decuſq.
Dauidica veluti turri ſuſpendes ab alta,
Mille inter pharetraſq. graues, clypeoſq. nitentes,
Sydereis monumenta ducum pendentia tectis,
Aeternumq. tibi votum immortale ſacrabit.

Quintus Annalium tomus incipit ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Auguſtorum, anno Domini trecenteſimo nonageſimoquinto, vſque ad quadringenteſimum quadrageſimum: continet annos quadragintaquinque: ita diſpoſitus, vt commode Sextus tomus a S. Leone Magno Pontifice Maximo inchoetur.

Digitized by Google

ANNALES ECCLESIASTICI.

ANTIQVA illa ac veneranda [a] mater, ſobole Patriarcharum fœcunda, cum tandem quartum poſt partum ſe iam ſterilem ſenſit (Liam dico magni coniugem Patriarchæ Iacob) viribus deſtituta naturæ, ardentiori tamen deſiderio prolis incenſa, conſilium illud inijt, vt prole fœcundaretur ancillæ; proprium fore filium rata, quem illa ex viro ſibi coniuncto concipiens genuiſſet. Probe quidem, atque ex ſententia accidit, vt maſculum illa pariens, quinto ſe auctam filio putans, in illud mox erumperet exultationis elogium, Feliciter; ex eaq. voce edita, eũ Gad nomine nuncuparet. Quoniam vero & mihi contingit, poſt quartum iam editum Annaliũ tomum quamdam experiri ſterilitatem, laſſeſcere nempe corporis vires, eneruatamq. langueſcere mentem effœtam, hebetari ingenium, atq. ſtylum obtundi, ſed nouos edendi partus adhuc vireſcere deſiderium: illud ipſum mihi Liæ conſilium ineundum putaui, atq. imitandum exemplum: nimirum quærere ex aliena fœcunditate progeniem. Sed vbi ancilla, quę eiuſmodi benedictionis adijciat mihi partus, cum nulla exiſtat ex filiabus Euæ, cuius fœtus maledictionis ſit expers? Ecce Ancilla Domini, Domina eadem, cui Angeli ſeruiunt, famulatura ipſa omnibus, & allatura fœcunditatem; quippe quæ omnes vocet & prouocet illis Sapientiæ verbis [b]: [Tranſite ad me omnes qui diligitis me, & a generationibus meis adimplemini.] Sit igitur nobis Ancilla iſta fęcunda, cuius partus benedictionem concilians, ſterilitatem ſoluit humanam: vt ſic & nobis illud, Feliciter, acclamare contingat, immo præ excellentia parientis ac prolis alacriter ingeminare, Quam feliciſſime, Paruulus [c] natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.] Vt autem tantã de te fiduciam, Ancilla ſublimis & humilis Domina, capiamus, effuſa illa tua erga nos ſemper immenſa largitas perſuadet, immo impellit, ac cogit. Age tu ergo nobiſcũ virtute Spiritus ſancti, cuius aduentu concipere didiciſti, vt nos feliciter hac augeas noua prole: ipſeque Annalium tomus quintus abs te conceptus, & ad omnes veritatis numeros bene compoſitus, veluti membris cunctis integre formatum corpus atque perfectum, in lucem edatur: vt ſic omnibus atque in omnibus innoteſcat datus a te benedictus fructus ventris tui.

a Geneſ. 29. 30.

Auctoris precatio cum imploratione numinis.

b Eccleſ. 24.

c Iſai. 9.

IESV CHRISTI ANNVS	SIRICII PAP. ANNVS	ARCADII & HONORII IMP. ANNVS
395.	II.	I.

D

I.

TRECENTESIMO nonageſimoquinto Chriſti anno, notato Conſulibus Olybrio atq. Probino: Qui a Theodoſio patre viuente, diuerſis temporibus, Imperatores creati fuerant, Arcadius & Honorius, eo defuncto, decimoſexto Kalend. Februarij ſoli imperare cœperunt, cũ Arcadius annum ætatis ageret vigeſimũ, Honorius natus eſſet annos decẽ: imperaſſetq. ille vna cũ patre annos duodecim, iſte vero duos, vt ex Marcellino [d] colligitur. Hos itaq. vltimo vitæ ſuæ tẽpe (vt ſuperiori tomo dictũ eſt) Theodoſius Imperator ſanctiſſimo ſacerdoti Ambroſio cõmendauerat, & moriens ſub protectione reliquerat Stiliconis Magiſtri militiæ, ſub cuius cura tũc vterq. agebat exercitus, Orientalis ſcilicet & Occidentalis Imperij: huius enim in multis fidem probatam inuenerat, quem & arctius vinculo nuptiarũ obſtrinxerat, iuncta illi coniugio Honorij fratris filia, Serena nomine, clariſſima femina. Ad hæc plane ineunda ac capeſſenda conſilia, vt barbarũ hominem, potentiſſimũ ducem deuinciret ſibi fœdere nuptiarũ, & relinqueret vtriuſq. patronum Imperij, perfidia Gentiliũ Senatorum impulerat, quos ſciuerat primo conſpiraſſe cũ Maximo, ac poſtea nouũ tyrannũ Eugenium in Imperium euexiſſe, duob. Imperatorib. Gratiano & Valẽtiniano maxime

Arcadius & Honorius imperant.

d Marcellinus in Chron.

E pijs extinctis. Sciebat præterea Theodoſius Stiliconem pium atq. idolorum cultus implacabilem aduerſarium. Conſultum igitur ſatis eſſe putauit tum Imperio, tum etiam religioni, ſi aduerſantẽ Gentilibus, Chriſtianæ pietatis & Chriſtianorum Imperatorum defenſorẽ proueheret Stiliconẽ.

II.

Huius aũt cum ſumma gloria, ſumma commocta potentia, quaſi geminis accenſis facib. Ruffinus incenſus eſt æmulus: cui recedens Theodoſius Conſtantinopoli, pugnaturus aduerſus Eugenium, tum Arcadium, tum etiam ipſum Orientale Imperium commendarat. Quamobrem cum Theodoſij vltima voluntate Stiliconem ſibi prælatum audiſſet, e veſtigio aduerſus Imperium, inito clanculum cum Gothis fœdere, moliri cœpit inſidias. Hæc autem poſtea patefacta & nota cunctis, cecinit quoque Claudianus his verſibus [e]:

Ruffinus inuidia tabeſcit gloria Stiliconis.

e Claudian. aduerſus Ruffinũ lib. 2. in princip.

Iam poſt edomitas Alpes, defenſaque regna
Heſperiæ, merita complexus ſede parentem,
Auctior adiecto fulgebat ſidere mundus.
Iamque tuis Stilico Romana potentia curis

Et rerum commiſſus apex. Tibi credita fratrum A
Vtraque maieſtas, geminaque exercitus aulæ.
Ruffinus (neque enim patiuntur ſæua quietem — Ruffinus noua molitur.
Crimina, pollutaque negant areſcere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Incboat, & ſolito pacem turbare tumultu,
Hæc etiam ſecum, &c.]

Vides ex Claudiano corrigi Suidam, & alios, dum aiunt, pari poteſtate Ruffinum atque Stiliconē relictos eſſe tutores Imperij, Orientalis illum, iſtum vero Occidentalis. Etenim nec Arcadio ea ætas erat, quæ tutore opus haberet.

III. Porro quod rurſum ad Ruffini animum commotum ſpectat, noua illa acceſſit cauſa qua ipſe vehementiori impulſus impetu ad facinus perpetrandum præceps ruit. Quænam autem iſta fuerit, Zoſimus ita narrat [a]: Ruffinus Conſtantinopolim reuerſus, impetrandæ Principis affinitati ſtudebat, tantum non properans ad collocandum Arcadio in matrimonio filiam. Sed cum fortuna quiddam aliud ei præter expectationem moliretur, ex huiuſmodi cauſa ſpe Ruffinus excidit. Erāt B duo Promoti filij *(geſſerat hic Conſulatum vna cum collega Timaſio)* qui adhuc ſuperſtite Theodoſio eum liberis eius verſabatur. Horum alter apud ſe virginem filiam habebat eximia pulchritudine ſpectabilem. Hanc Eutropius, vnus ex eunuchis Imperatorijs, vt vxorem Princeps duceret, venuſtate puellæ prædicata, cohortabatur: cumq. videret Principem verba ſua non illubenter admittere, monſtrata imagine puellę, perque hanc Arcadio ad maius deſiderium concitato, huius vti nuptias amplecteretur perſuaſit, nihil ſciente Ruffino eorum quæ tractarentur, & exiſtimante tātum non confeſtim filiam ſuam Principi nupturam, ſeque non multo poſt illius in ſummo Imperio conſortem fututum. Eunuchus autem conſpicatus iam confectum ab ſe nuptiarum negotium; tripudiare populum, & coronis vti, veluti in nuptijs Principis fieri conſueſſet, iuſſit. Cumq. veſtem quæ Principem deceret, & mundum e regia ſumpſiſſet, eaque geſtanda miniſtris & apparitorib. Principis dediſſet, populo præeunte, per vrbem mediam incedebat. Raris autem omnibus hæc Ruffini filiæ datum iri, baiuloſque comitantibus; vbi progrediendo propius ad Promoti domum acceſſiſſent, eum donis hanc ſponſalitijs intrant; & illis ipſis puellæ virgini traditis, quæ apud filium Promoti educabatur; quænam futura Principis coniux eſſet, oſtendunt. Hoc modo Ruffinus ſpe ſua C deiectus, qui aliam cum Principe nuptam cerneret: quod reliquum erat diſpiciebat, qua via ſcilicet Eutropium quoque de medio tolleret.] hæc Zoſimus: ex quibus hallucinatos videas, qui dixerunt (vt eſt apud Nicephorum [b]) aliquos opinatos Eudoxiam fuiſſe Gratiani filiam, aliquos vero Bautonis Conſularis.

a Zoſim. libr. 5.

Nuptiæ Arcadij cum Eudoxia.

b Niceph. li. 13. cap. 4.

IIII. Quod autem de mundo muliebri ab Arcadio ad Eudoxiam coniugem miſſo mentio facta eſt; opportune exemplum eius ornatus capitis ex antiquo aureo prægrandi numiſmate hic tibi exprimendum curauimus: accepimus ipſum a Fuluio Vrſino, a quo & alia nonnulla præclara antiquarum rerum monumenta mutuati ſumus:

De ornamento capitis Eudoxiæ.



D

Quo vno exemplo illud intelligere potes, quod S. Hieronymus [c] ad Lætam ſcribens ait: Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas patibuli ſalutaris pictura condecorat.] item & illud quod in eamdem ſententiam S. Auguſtinus ait [d]: Iam in fronte Regum Crux illa fixa eſt, cui inimici inſultarunt.] hæc ipſi: quos melius ex præſcripta numiſmatis forma valeas intelligere. Quidni ſuper omne diadema & coronam regiam Crucis ſignum a Regibus poneretur, quod longe clarius quibuſuis gemmis coruſcante corona fulgeret? Nam audi Chryſoſtomum [e]: Hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, Crux, diadematibus & coronis clarius factum eſt. E Neque enim ſic regia corona ornatur caput, vt Cruce, quæ omni cultu dignior: & quam omnes prius abhorrebant, eius figuram tantopere quærunt: atque adeo vbique ea inuenitur, apud Principes, apud ſubditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud ſeruos, apud liberos: ſubinde omnes ea ſe ſignant, inſcribendo in nobiliſſimum membrum noſtrum. In fronte enim noſtra, quaſi in columna, quotidie figuratur.] et poſt plura alia id genus, ſubdit: Omnes ipſa magis ornantur, quam diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus.] Idemq. alibi [f] item de Cruce: Ecce nunc ipſa vita euaſit honorabilior, & omnes eam in fronte circumferimus, nō ſolum non erubeſcentes, ſed ea etiam gloriantes: non ſolum priuati, ſed & qui ſunt ipſi diademate redimiti, eam potius geſtant, quàm diadema: & merito quidem: eſt enim innumerabilibus diadematibus melior. Diadema enim ornat caput, Crux autem munit mentem.] hæc Chryſoſtomus. Habes pariter quod ex nummo diſcas, Eudoxiæ fuiſſe cognomentum, Licinia, & non Iulia, vt alij tradiderunt. Sed iam ad Ruffinum inuidia excruciatum redeamus.

c Hier. epiſt. 7.

d Aug. in Pſal. 54.

De Crucis ornatu ꝑconia.

e Chryſoſt. aduerſus Gentiles, quod Chriſtus ſit Deus.

f Chryſ. hom. in Pſal. 109.

Accidit

V. *Immoderati animi pœna.*

A Accidit quidem ſæpe ſecundum illud Dauidicum [a]: Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis ſactus eſt illis] vt æſtuans ſemper maioris gloriæ cupidine animus quanta Dei largitate conſecutus fuerit, obliuiſcens ac paruipendens, immemor ingratus vt iuges rependat Deo gratias; cum infelix altiora ſuſpiret, ſpiret atque anhelet ad ſumma, ipſe ſibi nectat laqueos, gladioſq. in ſuam necem exacuat, atque patratorum ſcelerum, a ſe incipiens, pœnas exigat. Ecce tibi iſte ipſe Ruffinus huius rei dignum exẽplum præbuit. Hic enim Eluſæ in Aquitana humili loco natus eſt (licet perperam eum Zoſimus [b] Celtam appellet) in Aquitana enim prouincia, & non in Celtica Eluſam eſſe, cum Plinius [c], tum etiam Sulpitius Seuerus [d] affirmant, quam patriam fuiſſe Ruffini & Claudianus [e] eſt auctor: eam autem recte colentem Chriſtianam religionem, a Priſcilliano deprauatam, idem qui ſupra Seuerus tradit [f]: ex cuius forte ſchola Ruffinus magias hauſit, quarum inſigniter peritum fuiſſe, idem Claudianus [g] ſignificare videtur. Hic inquam, Ruffinus Conſtantinopolim profectus, in aula verſatus adeo ſe in amicitiã inſinuauit Theodoſij Imperatoris, vt ſummos conſecutus fuerit magiſtratus: etenim (vt dictum eſt ſuperius) vna cum Arcadio ſecundum Conſule ipſe collega geſſit ordinarium Conſulatũ, B Magiſtrumq. ante egit Officiorum, atque poſtea nobiliſſimam omnium Prætorij Præfecturam: cũ nec ijs contentus, eo prouenit arrogantiæ, vt generum habere conaretur Imperatorem, immo ea (vt traduntur) via Imperium ſibi ſumere pertentaret.

a Pſal. 48.
b Zoſim. lib. 4.
c Plin. lib. 4. c. 19.
Ruffini genus & vitæ cultus.
d Seuerus hiſt. lib. 2.
e Claudianus in Ruffin. lib. 1.
f Seuer. ibidem.
g Claud. ibidem.

VI. *Ruffini crudelitas.*

Tales tantoſq. conſcenſos ſublimiores honoris gradus Ruffinum inſontium plurimorum cædibus infeciſſe, & rapinis dehoneſtaſſe, ijdem qui ſupra auctores affirmant: huius nempe dolo inter alios Promotum Conſularem occidi a barbaris iuſſum, & Lucianum Comitem Orientis plũbatis tuſam ac male mulctatum eſſe, Zoſimus [h] tradit: vt prætereamus quæ in alios inferioris ordinis immaniter perpetrauit: nam ipſum fuiſſe auctorem & impulſorem, vt Theodoſius Imperator præter conſuetudinem moremq. ſuum aduerſus Theſſalonicenſes crudeliſſime, nullo habito delectu ſontium & innocẽtium, deſæuiret, ſuperiori tomo Annalium dictum eſt. vnde nõ immerito hęc de eodem Ruffino Claudianus his verſibus [i]:

h Zoſimus ibid. lib. 4.
i Claud. in Ruf. lib. 1.

——— *Quis prodere tanta relatu*
Funera? quis cædes poſſit deflere nefandas?
Quid tale immanes vmquam geſſiſſe feruntur
C *Vel Scinis Iſthmiaca pinu? vel rupe profunda*
Sciryon? vel Phalaris tauro? vel carcere Sylla?
O mites Diomedis equi! Buſiridis aræ
Clementes. Iam Cinna pius, iam Spartbace lenis
Ruffino collatus eris, &c.]

Sed haud minor inerat homini rapacitas atque crudelitas: biga namque iſta deprauatus animus in ſuis perniciem trahebatur in præceps, cum Imperiũ ſibi rapere, Arcadio necem meditatur inferre, barbaros occulte ſolicitare in vtriuſq. Imperij cladẽ cœpit.

VII. *Arcadius pietate concilians ſibi numen vitat inſidias.*

At quonam pacto his occurrat Arcadius iſta neſciens & periclitãti Imperio bene conſulat hæc ignorans? Sed proſpexit ille quidem, ſeq. cum Imperio collocauit in tutum, dũ ipſo ingreſſu in Imperium, parentis maxime pijs inſiſtens veſtigijs nihil antiquius haberet, quam Chriſtianam religionem, ipſamq. fidem Catholicam ſartam tectam ſeruare, atque legibus communire. Acciditq. diuino plane miraculo, vt dum ipſe aduerſus impietatem ſolerti ſtudio leges armat; eodem tempore, hoc inquam ipſo anno, Deus diſſiparit conſilia gentium; ipſe vero Ruffinus execrandi ſceleris architectus miſerrime trucidatus atque ludibrio totius populi expoſitus fuerit, qui immenſo terrori omnibus nuper fuerat. Hæc autem quomodo ſe habuerint, per ſingula dicturi ſumus: verum D quibus primum Arcadius Imperium munierit legibus, videamus. Ad ipſum namque Ruffinum Præfectum Prætorio menſe Martij in primis iſta reſcripſit [k]:

k l. 26 de hęret. Cod. Theod.

VIII. *Leges Arcadij aduerſus hæreticos.*

Omnes pœnas, cuncta ſupplicia, quæ ſanctionibus diuæ recordationis genitoris noſtri aduerſum hæreticorum ſunt pertinaces ſpiritus conſtituta, noſtro etiam decreto reparantes, decernimus: quicquid etiam his eſt contra meritum delinquentium, ſpe correctionis, ſpeciali quadam ſanctione conceſſum, id irritum eſſe. Eunomianorum vero per fidem mentem, & nequiſſimam ſectam ſpeciali commemoratione damnamus: ſtatuimuſque omnia quæ contra illorum veſaniam decreta ſunt, illibata cuſtodiri. Illud addẽtes: Ne quis memoratæ ſectæ militandi, aut teſtandi, vel ex teſtamento ſumendi habeat facultatem: vt ſit omnibus commune damnum, quibus etiam communis eſt religionis furor, ceſſante videlicet, ſi quid a patre noſtro quibuſdam fuerat ſuper teſtandi iure beneficio ſpeciali conceſſum; Dat. III. Id. Martij, Cõſtantinopoli, Olybrio & Probino Conſſ.] Rurſum vero eodem menſe ſic iterum de ijſdem ad eumdem Ruffinum [l]:

l l. 26 de hæret. Cod. Theod.

IX.

Ne quis hereticorum, quos iam leges innumerę diui genitoris noſtri continent, audeat cœtus E illicitos congregare, profanaq. mente omnipotentis Dei contaminare myſterium, nec publice, nec priuatim, nec in ſecreto, nec palam. Nemo audeat Epiſcopi ſibi nomen adſciſcere, vel Eccleſiaſticũ ordinem, eorumq. ſanctiſſima nomina pollutis mentibus vſurpare. Dat. III. Kal. Aprilis, Conſtantinopoli, Olybrio & Probino Conſſ.] Hæc cum Arcadius ad Ruffinum pro pietate reſcripſit, iacula in eum, licet neſciens, diuinæ indignationis intorquet.

X.

Sed ad Aurelianum Proconſulem Aſiæ iſta quoque reſcripta dedit, cum quæſtio verteretur, quinam hæreticorum nomine dicendi eſſent [m]:

m l. 28. de hære. Cod. Theod.

Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduerſus eos ſanctionibus debent ſuccumbere, qui vel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. Ideoq. experientia tua Eureſium * hæreticum nec in numero ſanctiſſimorum Antiſtitum habẽdum eſſe cognoſcat. Dat. III. Non Sept. Conſtantinop. Olybrio & Probino Conſſ.]

XI.

Sed & cũ Ruffini furor tyrannicus vehementius graſſaretur, Arcadius amplius de religione ſollicitus, inquiſitionẽ etiam fiendi aduerſus callide ſe occultãtes hereticos habẽdã eſſe præcepit [n], iſta

n l. 30. de hæret. Cod. Theod.

reſcribens ad Marcellum Magiſtrum Officiorum menſe Nouembri. A

Sublimitatem tuam inueſtigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in Serinijs, vel inter Agentes in rebus, vel inter Palatinos cum legum noſtrarum iniuria audeant militare; quib. exemplo diui patris noſtri omnibus & a nobis negata eſt militandi facultas. Quoſcumq. autem deprehenderis culpæ huius affines, eum ipſis, quibus & in legum noſtrarum & in religionum excidium conniuentiam præſtiterunt, non ſolum militia eximi, verum etiam extra mœnia Vrbis iubeas arceri. Dat. IIII. Kal. Decemb. Conſtantinop. Olybrio & Probino Conſſ.]

XII. At non hæreticos tantum, ſed & Gentiles hoc eodem anno Arcadius ſeueriſſimo exagitauit edicto, in hunc modum ad eumdem Ruffinum Præfectum Prætorio reſcribens [a]:

a L. 13. de Pagan. C. Theod.

Arcadij edictum aduerſus Gentiles.

Statuimus, nullum ad fanum, vel quodlibet templum habere quempiam licentiam accedẽdi, vel abominanda ſacrificia celebrandi quolibet loco vel tempore. Igitur vniuerſi, qui a Catholicæ religionis dogmate deuiare contendunt, ea quæ nuper decreui properent cuſtodire, & quę olim cõſtituta ſunt vel de hæreticis vel de Paganis non audeant præterire: Scituri, quicquid diui genitoris noſtri legibus eſt in ipſos vel ſupplicij vel diſpendij conſtitutum, nunc acrius exequendũ. Sciant autem Moderatores prouinciarum, & his Apparitio obſecundans, Primates etiam ciuitatum, Defenſores, necnon & Curiales Procuratores poſſeſſionum noſtrarum, in quibus ſine timore diſpendij B cœtus illicitos hæreticos inire comperimus: eo quod fiſco ſociari non poſſunt, quippe ad eius dominium pertinentes: ſi quid aduerſus ſcita noſtra tentatum, non fuerit vindicatum, atq. in veſtigio ipſo punitum: omnibus ſe detrimentis & ſupplicijs ſubiugandos, quæ ſcitis ſunt veteribus conſtituta. Speciatim vero hac lege in Moderatores auſteriora ſancimus & decernimus: namq. his nõ cuſtoditis omni induſtria atq. cautela, non ſolum hanc mulctam quæ in ipſos conſtituta eſt exerceri, verum etiam quæ in eos præfinita eſt, qui commixti videntur auctores: nec his tamen remiſſa, qui bus ob contumaciam ſuam iuſte eſt irrogata: inſuper capitali ſupplicio iudicamus Officia coercenda, quæ ſtatuta neglexerint. Dat. VII. Idus Auguſti, Conſtantinop. Olybrio & Probino Conſſ.] Huius plane legis S. Auguſtinus viſus eſt meminiſſe, dum ait [b]: Quis enim noſtrum, quis veſtrum non laudat leges ab Imperatoribus datas aduerſus ſacrificia Paganorũ? et certe longe ibi pœna ſeuerior conſtituta eſt: illius quippe impietatis capitale ſupplicium eſt.]

b Aug. ad Vincent. epiſt. 48.

XIII. Vides autem inter hæc Ruffinum profundi conſilij hominem pacifice tranquilleque agere Cõſtantinopoli, accipere data ab Imperatore reſcripta, & quæ erant muneris Prætoriæ Præfecturæ C gnauiter exercere; cum tamen interea totum Romanum miſceret Imperium atque ad eius inuaſionem barbaris quibuſcumque oſtia patefaceret, immo & inuitaret, vocaret, atque etiam promiſſione compelleret, iniens cum eorum ducibus ſecreta fœdera. Quænam vero eſſent hæ gentes, quibuſ cum Ruffinus inhians Imperio conſpiraſſet, recenſet Claudianus his verſibus [c]:

c Claudian. aduerſus Ruffinũ lib. 1.

Ruffinus barbaros in Romanum Imperium immittit.

Iam gentes, Iſtrumque mouet, Scythiamque receptat
Auxilio; traditque ſuas hoſtilibus armis
Relliquias: mixtis deſcendit Sarmata Dacis,
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes, patriumque bibens Mæotium Alanus,
Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus,
Ruffino collecta manus, &c.]

d Zoſim. lib. 5.

Quid conſilij cum Præfectis Ruffinus iniit aduerſus Roma. Imperiũ.

Addit his Zoſimus [d], Ruffinum hac quoq. arte Romanum Imperium prodidiſſe. Cum enim (vt dictum eſt) Præfecturam Prætorij ſummum magiſtratum adminiſtraret, cuius eſſet, quos vellet prouincijs Præſides dare, coniuratos ſibi creauit prouinciarum rectores, & inter alios Græciæ Proconſulem deſignauit Antiochum, & Hermophilatum anguſtias cuſtodiendas Gerontio tradidit, D vt eas ambo cederent aduenientibus Gothis ſub duce Alarico militantibus: quod ſane iſti egregie præſtitere. Ad Aſiæ vero cladem Hunnos vocatos eſſe, Claudianus affirmat. Sane quidem & Sozomenus [e] quoq. teſtatur, hoc ipſo tempore Hunnos in Armeniam irruiſſe, ac nonnullas alias Orientalis Imperij regiones deuaſtaſſe. Qui itidem peruenerunt in Syriam, obſederunt Antiochiã: quin & Hieroſolymæ timebatur, quando S. Fabiola clariſſima femina (de qua multa ſuperiori tomo) quæ conceſſerat Hieroſolymam, vt ibi reliquum vitæ ageret, horum graſſatione perterrita, vna cũ alijs nauem conſcendere, & in Italiam remeare compulſa eſt. tradit hæc S. Hieronymus, qui & eiuſmodi eruptionem palationemque timendam recenſet his verbis [f]:

e Sozom. lib. 8. cap. 1.

Hunnorũ graſſatione Fabiola fugit Romã

f Hieron. epiſt. 30.

XIV. Quærentibus nobis dignum tantæ feminę habitaculum: cum illa ita ſolitudinem cuperet, & diuerſorio Mariæ carere nollet: ecce ſubito, diſcurrentibus nuncijs, Oriens totus intremuit, ab vltima Mæotide inter glacialem Tanain & Maſſagetarum immanes populos, vbi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, & E bellis ciuilibus in Italia tenebatur.] quem enim ſecum Theodoſius in Occidentem aduerſus Eugenium tyrannum Orientis exercitum duxerat, Stilico Theodoſij defuncti voluntate in Italia detinebat. Sed de ijſdem Hunnis idem S. Hieronymus ſubdit: Hanc gentem Herodotus refert ſub Dario Rege Medorum viginti annos Orientem tenuiſſe captiuum, & ab Aegyptijs atq. Aethiopibus annuum exegiſſe vectigal. Abigat Ieſus ab orbe Romano tales vltra beſtias. Inſperati vbiq. aderãt; & famam celeritate vincentes, non religioni, non dignitatib. non ætati parcebant, nõ vagientis miſerabantur infantiæ: cogebantur mori qui nondum viuere cœperant; & neſcientes malum ſuum, inter hoſtium manus ac tela ridebant. Conſonus inter omnes rumor, petere eos Hieroſolymam, & ob nimiam auri cupiditatem ad hanc vrbem percurrere.] cupidiſſimum ſane omnium mortaliũ hoc genus hominum eſſe, Ammianus [g] cum eorumdẽ mores plurib. ſcribit, affirmat. Sed de Hieroſolymis Hieronymus: Muri, inquit, neglecti pacis incuria, ſarciebantur: Antiochia obſidebatur: Tyrus ſe volens a terra abrumpere, inſulam quærebat aliquam. Tunc & nos compulſi ſumus parare naues,

g Ammian. lib. 31.

Digitized by Google

A re naues, eſſe in littore aduentum hoſtium pręcanere, & ſæuientibus ventis, magis barbaros metuere quam naufragium, non tam proprię ſaluti, quam virginum caſtimoniæ prouidentes. Erat in illo tempore quædam apud nos diſſenſio, & barbarorum pugnam domeſtica bella ſuperabant. Nos in Oriente tenuerunt iam fixa ſedes & inueteratum locorum ſanctorum deſiderium. Illa, quæ tota in ſarcinis erat & in omni vrbe peregrina, reuerſa eſt ad patriam: vt ibi pauper viueret, ubi diues fuerat; manens in alieno, quę multos prius hoſpites habuit.] hæc Hieronymus de Hunnis. At quænam eſſent diſſenſiones illæ, quibus in Palæſtina inter ſe inuicem Fideles altercabantur ſtudio indeſeſſo, ſuperiori dicta ſunt tomo; fuiſſe nimirum Origeniſtarum improbitate conflatas, quibus Ioannes Epiſcopus Hieroſolymorum, Euagrius Ponticus, Palladius Galata, Iſidorus Alexandrinus, & Ruffinus Aquileienſis in primis ſtudebant, de quibus & paulo poſt acturi ſumus.

XV.

Rurſum vero de eadem Hunnica graſſatione, hęc idem Hieronymus [a] ad Heliodorum; Ecce tibi, inquit, anno pręterito ex vltimis Caucaſi rupibus immiſſi in nos non iam Arabiæ, ſed Septentrionis lupi tantas breui prouincias percurrerunt: quot monaſteria capta? quantæ fluuiorum aquę humano cruore mutatę ſunt? Obſeſſa Antiochia, & vrbes reliquæ, quas Halys, Cydnus, Orontes,
B Euphrateſq. prǽterfluunt: tracti greges captiuorum; Arabia, Phœnice, Palęſtina, Aegyptus timore captiuæ.] His quidem conſentientia de iiſdem Hunnis Claudianus [b] iſtis cecinit verſibus, dum in Ruffinum horum omnium malorum inuentorem inuectiuum carmen conſcripſit:

a Hier. epiſto. Syria inuaſa ab Hunnis, alięq. prouinciæ ab illis exterritæ.

b Claud in Ruffin. lib. 2.

——— Alij per Caſpia clauſtra
Armeniaſq. niues inopino tramite ducti
Inuadunt Orientis opes, iam paſcua fumant
Cappadocum, volucrumq. parens Argæus equorum.
Iam rubet altus Alys: nec ſe defendit iniquo
Monte Cilix: Syriæ tractus vaſtantur amœni:
Aſſuetumq. choris, & lęta plebe canorum
Proterit imbellem ſonipes hoſtilis Orontem.
Hinc planctus Aſiæ, &c.] Subdit & de clade Europæ a Gothis illata, qua iidem palabundi diſcurrentes ad Hadriaticum vſque mare venerunt, conſederuntq. in Græcia: de qua hæ ſunt querelæ Hieronymi [c] in eadẽ ad Heliodorũ epiſtola: Quid putas nũc animi habere Corin-
C thios, Athenienſes, Lacedęmonios, Arcadas, cũctãq. Gręciã, quib. imperãt barbari? & certe paucas vrbes nominaui, in quibus olim fuere regna non modica.] hæc ipſe. Sed de iiſdem Claudianus:

c Hier. epiſt. 3. Goti vaſtant Græcias.

——— Getticis Europa catervis
Ludibrio prædæq. datur: frondentis ad vſque
Dalmatiæ fines, omnis quà mobile ponti
Aequor & Hadriacas tellus interiacet vndas,
Squallet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Inſtar anhelantis Libyę, quæ torrida ſemper
Solibus humano neſcit manſueſcere cultu.
Theſſalus ardet ager: reticet paſtore fugato
Pelion: Aemathias ignis populatur ariſtas.
Iam plaga Pannoniæ, miſerandaq. mœnia Thracum,
Aruaq. Myſorum, iam nulli flebile damnum,
Sed curſus ſollemnis erat, campuſq. furori
D *Expoſitus, &c.*]
vt merito illud, idem dolens Claudianus exclamet:
Heu quam breuibus pereunt ingentia cauſis.
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto
Seruatum: quod mille ducum pepeęre labores:
Quod tantis Romana manus contexuit annis:
Proditor vnus iners anguſto tempore vertit.]

Ruffinus proditor & incẽſor Romani Imperij.

Subditq. eo progreſſum eſſe Gothorum furorem, vt deuaſtans Thracias, auſus quoque fuerit Conſtantinopolim obſidere: cum interea e celſa velut turri Ruffinus cuncta lętus inſpiceret, non hoſtes ſibi eos eſſe ſciens, ſed conductos ſtipendio milites, qui ipſum proueherent in Imperium. Cũ vero ipſe interea ſub ſpecie ineundi cum barbaris publici fœderis, re vera tamen priuati commodi gratia, ſe ad hoſtium caſtra conferret, ſummo ab illis afficiebatur honore: quamob cauſam iuſtam apud populum inuidiam ac ſuſpicionẽ de proditione & cũ barbaris conniuentia cõcitauit.

XVI.

Quod autem rurſum ad Græciæ cladem attinet: cum de eadem Zoſimus [d] agat, in eo menda-
E ciſſimus comprobatur, dum Athenas tunc permanſiſſe tradit intactas tum beneficio armatę Mineruæ, tum Achillis ad prœliũ parati ibidem apparẽtis. Hiſce plane fabulis Ethnicus auctor quos coluit deos, Chriſtianorum Imperatorum legibus vbique proſcriptos, in inuidiam Chriſtianę religionis reliquiſſe voluit honoratos. Sed audi ipſum hęc delirantem: Cum ad Vrbem, *Athenienſem ſcilicet*, Alaricus vniuerſis cum copijs accederet: in muro quidem obambulantem videbat propugnatricem Mineruam ea ſpecie, qua inter ſimulacra conſpicitur, armatam ſcilicet, quaſiq. iam adeuntes inuaſuram: Ante mœnia vero ſtantem Achillem heroa, talem omnino, qualem Troianis Homerus exhibuit, cum ira concitante, Patrocli mortem ulturus, ad pugnam ſe cõferret. Hoc ſpectrum non ferẽs Alaricus, omnino aduerſus vrbem conatum omittebat, & pacem per legatos ciuibus offerebat; quorum illi cum orationem probaſſent, ſacramentis vltro citroq. præſtitis, cum paucis Athenas Alaricus ingreſſus eſt, exceptus omni cum beneuolentia, poſteaquam & lauiſſet, & cũ ſelectiſſimis in urbe uiris fuiſſet epulatus, & præterea muneribus affectus, vrbe pariter & Attica tota citra detrimentũ omne relicta diſceſſit.] hactenus Zoſimus. ſed quã mendaciter! Hieronymi enim

d Zoſim. lib. 5. Zoſimi patens & enorme mẽdacium detegitur.

enim in primis teſtificatione, citata nuper ſententia, vidimus æque Athenas cum alijs Græciæ ci- A
uitatibus tunc afflictatas fuiſſe, pareniq. cum Corintho, Lacedęmonijs, atque Arcadibus ſenten-
tiam ſubijſſe. Ruſum vero ne domeſticis inniti teſtibus videamur, Claudianus poeta Ethnicus,
a Claudian. in Ruffin. lib. 2. dum eamdem Gręciæ illatam cladem deſcribit, hos de his habet verſus [a], cum agit de Stilicone
duce, cui, ne cum Gothis in Græcia decerneret armis, Ruffinus impedimento fuit;

Si tum his animis acies collata fuiſſet,
Prodita non tantas vidiſſet Græcia clades,
Oppida ſemoto Pelopeia marte vigerent,
Starent Arcadię, ſtarent Lacedæmonis arces,
Non mare fumaſſet geminum flagrante Corintho,
Nec fera Cecropias traxiſſent vincula matres.]

Athenæ a Gothis exciſæ. Per Cecropias debere intelligi Athenienſes, nec pueri quidem poeticis aſſueti cantionibus igno-
b Plin. lib. 7. cap. 56. rant; nimirum Cecropem fuiſſe primum Regem Athenienſium, & Cecropia [b] ab eo conditum
eſt oppidum, quod conuerſum eſt in arcem Athenienſem.

XVII. *Athenis adhuc vigebat impietas.* Sed & aduerſus Zoſimum, alium item Ethnicum adhibeamus teſtem: quo tantum abfuiſſe B
monſtrabimus, vt Alaricus Mineruæ vel cuiuſuis ficti Gentilium numinis intuitu Athenis pe-
percerit, vt etiam ipſe vltor impietatis, quæ hactenus in ea prouincia ſpretis Imperatorum Chri-
ſtianorum legibus, uigebat, diuinitus miſſus eſſe probari poſſit; nam præſtitit ipſe gladijs, quod
c Eunap. in Maximo. Chriſtiani Principes datis ſæpe reſcriptis fruſtra tentaſſent. Audiamus igitur Eunapium [c] Sardia-
num Gentilem auctorem, iſtæc de ijs, quę de hac uentura Gręcię clade ab Eleuſiniarum Antiſti-
te ſub Iuliano prænunciata fuiſſent, ſcribentem: Ad id uero, inquit, perſpicientiæ venerat ille, qd
templa & ſacrorum ritus ſua ętate euerſum profligatumq. iri prędixerat, eumq. viuum huiuſce
cladis inſpectorem fore, ſed contemptum ignominiaq. affectum propter nimiam obſtinationem:
eorumq. religionem ante ipſum deſituram: ac ſacerdotij munere priuatum, Antiſtitis nomen non
habiturum, uti neque longam ſenectutem. Atque ea ita ſe habuerunt. Simulatque enim hæc fati-
dico ore ille Mithriacorum ſacrorum parens & inſtitutor prædixerat, infinitę & inexplicabiles cla
des non ita multo poſt exundarunt (quas in hiſtoriæ ſpatioſis campis diffuſius narrauimus, non-
nullę etiam hic volente Deo dicentur) quando Alaricus cum barbaris per Thermophilarum fau
ces peruaſit, non ſecus quam per apertum ſtadium, aut campum liberum & equorum decurſui C
patentem eas Græcię anguſtias illi prodidit impianatio fuſcis vtens veſtibus; qui, nullo prohiben
te, ſimul cum eo irruperunt, reſciſſa iam pontificalium lege atque uinculo.] hæc Eunapius de Eleu
ſiniarum Antiſtite, tunc in ordinem redacto, & tunc ceſſare penitus iuſſo: vnde ergo Zoſimo Athe
narum & totius Atticæ immunitas ab Alarico Gothorum Rege conceſſa?

XVIII. *Ob impietatē Græcia data Barbaris.* Sed quod idem Eunapius quęritur barbaros per fauces Thermophilas introductos a viris
pullis indutis veſtibus, Chriſtianos ſugillare, non dubium eſt; at quinam hi fuerint proditores a
Ruffino pręfecti Thermophilis, ex ipſo Zoſimo ſuperius diximus. Vides, lector, Dei conſilium tra
dentis Græcias Gothis; nimirum vt ſacrorum cultores & cultum, tot legibus fruſtra coercitos, ijdē
penitus abolerent. Intueris & patentem Zoſimi ſtropham, eam in hiſtoria attexentis viſionē, quā
ipſe ſolus uidit, ſed imaginatione vana mendaciorum concinnatrice confictam. Ex quibus etiam
d Zoſim. lib. 4. intelligere ſatis vales, cuius ſint fidei quæ idem auctor [d] ſub Valentiniano Maiore refert: nimirū
ex terręmotu collabente tota Grę̨cia, ipſas Athenas tantum cum Attica regione abſque iactura ali
qua, deorum beneficio, incolumes fuiſſe relictas: cum alioqui alijs etiam illa poſſint certis rationi
bus confutari; ſed in his modo non immorandum. cœptam iam hiſtoriam proſequamur. D

XIX. *Stilico ſolicitꝰ pro ſalute Imperij, quam Ruffinus impedit.* Cum ijs tam diris atque funeſtis Orientale exagitaretur Imperium, Stilico gemino pollens
exercitu, quam citiſſime (vt Claudianus docet) ſubuenire ſategit: ſed Ruffinum alia decernentem
apud Arcadium, & pro barbaris negotium agentem, ſemper expertus eſt aduerſantem, & cuncta-
e Claudian. in Ruffin. lib. 2. tione ſaltem ſalutem Imperij prodigentem. nam in primis hæc de his ipſe [e]:

——— Vetat ille domari,
Inneclitq. moras, & congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas ſtrauiſſet dextera turmas,
Vlta Ducis ſocij letum, parſq. vnę maneret
Debilior, facilisq. capi: tunc proditor ille
Impius Imperij, coniuratuſq. Getarum.
Diſtulit inſtantes eluſo Principe pugnas
Hunnorum laturus opem: quos affore bello
Norat, & inuiſis mox ſe coniungere caſtris.]

Deſcribit idem auctor Romani exercitus mirificum apparatum: ſed cum de ſignis militarib. agit, E
f Claud in Ruf. lib. 2. nulla prorſus de Labaro conſignato Chriſti nomine mentio: de Draconibus tantum his [f] verſib.

——— Lateq. videres
Surgere purpureis vndantes anguibus haſtas,
Serpentumq. vago cęlum ſæuire volatu.]

XX. *Labarum ſignum præcedebat Chriſtianū exercitum.* At vbi Labarum Chriſti nomine inſignitum, quod Chriſtianorum Imperatorum exercitus pre-
cedere conſueuit? Numquid eo pręcipuo ſigno carebat in hac expeditione Romanus exercitus?
minime gentium. Sed exhorruit Ethnicus poeta nomen Chriſti. Nemo enim poteſt dicere, Domi
nus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto: quo cum iſte omnino careret, afflatus Apolline, penitus prætermi-
ſit. Præcedere namque conſueuiſſe Stiliconis ducis exercitus Chriſtiani, cum & ipſe eſſet Chriſtia
g Prudent. adue. Symmac. lib. 2. nus, & ſub Chriſtiano Imperatore, Labarum, Chriſtianus poeta Prudentius [g] fidem facit, qui & ip
ſe agens de alia expeditione eiuſdem Stiliconis, quæ poſtea contigit ſub eodem Honorio Impe-
ratore, iſta verſibus cecinit:

Dux

A ——— *Dux agminis, Imperijq.*
Chriſti potens nobis iuuenis fui, & Comes eius
Atque parens Stilico: Deus vnus Chriſtus vtrique.
Huius adoratis altaribus, & Cruce fronti
Inſcripta, cecinere tubæ. Prima haſta Dracones
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ☧ ſublimior effert.]

Vides igitur ante ſigna Draconum præceſſiſſe Labarum Chriſti nomine conſuetis characteribus inſignitum. Sic itaque Stilico magnis animis ſumptis, vtrûque ducens exercitum in Græcia apud Theſſaliam agentes Gothos inuenit: cunctiſq. ſcite fortiterque paratis, vt cum eis bello decerneret, incenſiſq. ad hoc ipſum militibus, arte iterum Ruffini præripitur certa victoria: cum ille timēs ſibi, ne Gothis deuictis, Stilico in ipſum arma conuerteret, egit apud Arcadiū mille ſuadendi modis; quibus perſuaſi adoleſcenti, ut Orientalem exercitum Conſtantinopolim reuocaret; quod ab Imperatore tandem extortum, celeri nuncio idem Ruffinus exercitui in procinctu auſpicandi belli poſito nunciandum curauit. Id cum ægro indignoq. animo ab ipſo Stilicone atque vtroq. ſimul

Ruffinus proditorie agens exercitum reuocari ſuadet Arcadio.

B exercitu acceptum eſſet, quod quaſi e manibus erepta vincendi gloria, vniuſq. hominis inuidia, fugax elaberetur de exercitu Gothorum victoria, floerenturq. ſub iugo capię prouinciæ, & barbaricę inſolentiæ daretur audaciora præſumere, atque maiora tentare: qui in hoſtes incenſi militum animi erant, omnes in Ruffinum ex æquo vt auctorem Arcadio exercitus diſſoluendi, cōcitati mouentur, in ipſumq. vnum exerta incaſſum aduerſus barbaros arma conuertunt. Cum igitur pariter omnes Ruffini ſitirent ſanguinem, & vindictę ardore flagrarent; quonam modo agendum id eſſet, res inter paucos ductores exercitus conſilio verſatur. Re vero compoſita, coguntur inter ſe diuidi duo illi uictores exercitus, qui iunctis in unum armis & animis Eugenium tyrannum vicerant, & Occidentale Imperium liberauerant. ſicq. triſtibus inter ſe diuulſis non ſine mutuo luctu copiarum victricium ducibus, Stilico cum Occidentali exercitu in Italiam męrens redijt: Gainas vero pręfectus militibus Orientis, vna cum illis Conſtantinopolim uerſus, quo uocabatur, ira æſtuans, carpit iter.

Conſpirat exercitus in necem Ruffini.

Cum autem eidem iam vrbi appropinquaſſet, data ſuis teſſera de his quæ in Ruffinum actuti eſſent; de aduentu exercitus certiorem reddit Imperatorem; exigens ab eo, quod moris eſſet, XXI.
C obuiam procedere exercitui, atque eum pariter ſalutare. Cum Ruffinus hæc audiens, lætitia ſumma geſtiens, quod eo modo Stiliconem ęmulum exarmaſſet, ſibi uero cui imperaret, talem tantumq. comparaſſet exercitum; coniurationis conſortibus ad conſilium ſolicite conuocatis, de parando militibus donatiuo, eoq. deuinciendo muneribus ſimul ſtatuunt; vtq. totius exercitus voce, die ſequenti, eo occurſu, Imperator acclamaretur ipſe Ruffinus, decernunt. Sic igitur compoſitis rebus, parata eſt in craſtinū ſumenda purpura & diadema, aulaq. regio apparatu diſpoſita, quæ nouum exceptura eſſet Imperatorem: epuliſq. adhiberi iuſſis ſplendidioribus, inſuper & quibus donarentur numiſmatibus poſt menſam aureis ex more conuiuæ, vultus Ruffini imagine cuſis; in campum una cum Arcadio conuentutus opperientem exercitum, ſtipatus Ruffinus turma ſuorum procedit.

Cum igitur ad exercitum peruentum eſſet, ſalutat primus ex more ſigna Cruce decora Arcadius Imp. ac ſubinde Ruffinus, fauſtiſq. uocibus duces pariter ſalutant ac laudant. Cum mox ab iiſdem ducibus data condicta teſſera, qui denſo agmine coagmentatus in vnum erat exercitus, in longum quam cito diſtentus, atque reflexus in orbem, Ruffinum cingit, includitq. medium. Cum XXII.

Ruffinus ab exercitu circumdatus occiditur.

D ille rei ignarus, tempus adeſſe ratus, quo acclamaretur a militibus Imperator, vrget Arcadium, vt ipſe prius eum conſortem declaret Imperij. Cum ex inſperato appetitur infelix gladio militis, Stiliconis nomine ictum vibrantis, vulnuſq. letale infertur: moxq. alijs atque alijs cōfoditur mille uindicibus gladijs, mille cruentatur ictibus, diſcerpitur, ac ſecatur in fruſtra. Vnius totius exercitus efferata rabies in unum conuerſa hominem, conceptum ante, diuq. retentum in ſtomacho euomēs repente odium, quę tunc fecerit, quemquam meditari poſſe, quis putet, nedum pro dignitate deſcribente? Claudianus [a] autem caſum illum ita his cecinit verſibus:

Mox omnes fodiunt haſtis: artuſq. trementes
Dilaniant. Vno tot corpore pila tepeſcunt,
Et non infecto puduit mucrone reuerti.
Hi vultus auidos, & adhuc ſpirantia vellunt
Lumina: truncatos alij rapuere lacertos.
Amputat ille pedes: humerum quatit ille ſolutis
Nexibus. Hic fracti reſerat curuamina dorſi:
E *Hic iecur, hic cordis fibras: hic pandit anhelas*
Pulmonis latebras. Spatium non inuenit ira,
Nec locus eſt odijs. Conſumpto funere, vix tum
Deſcribitur, ſparſumq. cadit per tela cadauer.] hęc Claudianus, eademq. Zoſimus.

[a] Claud. in Ruff in. lib. 2.

At nec caruit digno triumpho tanta de expugnata proditione victoria. Membra ſiquidem Ruffini inter milites partita, ſingula ſingulis diſtributa, pro trophæis cum pompa ab exercitu referebantur in urbem: eminebat uero inter ea caput impoſitum pilo. ſed & iucundum afflicto populo ſpectaculum Ruffini dextera prębuit: quæ a milite ſecta, cum ex ipſa ſectione nerui qui mouent articulos prominerent, iiſdem vel attractis, vel remiſſis, manus ipſa claudi poterat & aperiri, luduſq. militi facta eſt, conuerſaq. in ludibrium Ruffini rapacitatis: cum miles eamdem panſam tendendo, mendicare Ruffinum obolum dictitaret; oblatoq. palmæ obolo, tractis mox neruis, attractis ſtrictiſq. digitis, eum a Ruffino auide acceptum ſignificaret. Deſcribit iſtum ludum idem Claudianus [b] his verſibus, ac primum de capite: XXIII.

Ludibrium de Ruffini manu.

[b] Claud. in Ruff in. lib. 6.

Prodigiale

Prodigiale caput, quod iam de cuſpide ſumma
Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera quinetiam ludo conceſſa vagatur
Aera petens: pœnaſq. animi perſoluit auari
Terribili lucro: viuoſq. imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere neruis.] hæc ipſe. A

a Zoſim. lib. 5. b Hieron. epi. 3.

Eadem ferme Zoſimus [a], & ex noſtris S. Hieronymus [b] ad Heliodorum: Ruffini, inquit, caput pilo Conſtantinopolim geſtatum eſt: & abſciſſa manus dextera, ad dedecus inſatiabilis auaritiæ oſtiatim ſtipem mendicauit.] eadem Marcellinus in Chronico, atque alij plures.

XXIV. c Pſalm. 65. *Diuina prouidentia perſpicua cunctis facta nece Ruffini.* d Claud. in Ruffin. lib. 1.

Vere terribilis [c] Deus in conſiliis ſuper filios hominum. Qui innocentium (vt dictum eſt) ſanguinem ſparſerat, & in Theſſalonicenſium necem exercitum in Circum immiſerat; ipſe ab exercitu circumdatus, militum omnium confoſſus eſt armis: quiq. inſatiabili cupidine auri prouinciarum exhauſerat facultates, obolos mendicat mortuus: ambienſq. iniuſtam homo purpuram, proprio ſtatim ſanguine apparuit purpuratus: ac denique ſuper omnes exaltatum caput diademate exornandum, ceteris omnibus eminentius in vrbem euehitur ſuper pilum. Vnde & Gentilis ille B auctor [d] ex huiuſcemodi Ruffini ſupplicio didicit eſſe ſuperis prouidentiam, quam interdũ negabat, cum malos impune aliquando cerneret deliquiſſe. Quamobrem merito iſta verſibus clamat:

Abſtulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
Abſoluitq. deos. Iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror. Tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant, &c.]

e Marcellin. in Chron. f Socrat. libr. 6. cap. 1. *Theodoſij corpus relatũ Cõſtantinopolim.*

Porro facta ſunt hæc omnia (vt docent Marcellinus [e] & Socrates [f]) hoc ipſo anno iiſdẽ Conſſ. Olybrio atque Probino, V. Kalend. Decembris. Cum vero haud pridem, nempe ſexto Idus Nouẽbris, Magni Theodoſij Corpus ex Italia delatum fuiſſet Conſtantinopolim: rediiſſe quidem viſus eſt rediuiuus ipſe in Orientem, vt de iniquiſſimo proditore pœnas ſumeret, filiumq. obſeſſum factione ſceleratorum eriperet, atque in Imperio ſtabiliret. Hoc fortaſſe numiſmata illa Arcadij declarant, cum eidem Imperatori ętate iuniori cælitus corona hominis manu demiſſa porrigitur: vt ex ipſis vnum formis hic redditum vides; quo quidem ſummo Deo curę fuiſſe Arcadij imperium, diademate deſuper oblato, monſtratur. C

g Romæ apud Lælium Paſqualinũ Canonic. S. Mariæ Maioris.



g



Reperimus & aliud huic ſimile numiſma, ſed cum additamento Crucis egregię ſculptę, ut vides ex formis hic tibi redditis: D

h Dono accepimus a He Milijo Canonico S. *Mariæ Maioris.*



h



XXV. i Proſp. de Prædict. lib. 3. c. 34

E

Sed cur Crux addita? hiſtoriam accipe. Perſæ enim, qui Theodoſio viuente ne quicqnam moliri aduerſus Romanum Imperium auſi ſunt, eo mortuo, & Chriſtianis apud eos agentib. faceſſere negotium, & bellum agere aduerſus Romanos aggreſſi ſunt: ſed quam celerrime Dei beneficio cõpreſſi fuerunt. Quo tẽpore, ob rei bene geſtę Crucis virtute memoriã, Crucẽ (vt vides) ſuis uoluit Arcadius addi nummis. Porro de nummis hiſtoriã a S. Proſpero deſcriptam [i] habes his verbis: Sane noſtris temporibus apud Perſas perſecutionem factam nouimus, imperante Arcadio religioſo & Chriſtiano Principe. Qui, ne traderet ad ſe cõfugientes Armenos, bellũ cũ Perſis confecit: Eo ſigno, antequã potitus victoria, iã coeũtibus prœlium militibus, aerię Cruces in veſtibus paruere. Vnde etiam uictor auream monetam cum eodẽ ſigno Crucis fieri præcepit, quę in uſu totius Orbis, & maxime Aſię, hodieq. perſiſtit.] hæc Proſper. Qđ vero in vtriuſq. nũmi Labaro, X, elemẽtũ expreſſum vides, Chriſti nomẽ ſignificare, teſtificatione Iuliani Imp. ſatis pſpicue ſuperiori tomo demonſtratum

A demonſtratum eſt. Ceterum quod ad victoriam ſpectat, partam virtute Crucis illud quoque bonũ Romano conciliauit Imperio, quod Iſdegerdes Rex Perſarum, ſemel Crucis potentia victus, non ſolum per annos viginti bellum non mouit aduerſus Arcadium, ſed etiam factus eſt poſt eius obitum Imperij Romani defenſor, cum Theodoſius infans imbellis ſucceſſit eiuſdem heres Imperij. Sed ad res Ruffini vnde occaſione numiſmatum digreſſa eſt, oratio reuertatur.

Eo autem adeo miſerando interitu ſublato de medio: quid in eius propinquos actũ ſit, Marcellinus [b] ita deſcribit: Ruffini vxor & filia exulant. Eutropius ſacri Palatij cubicularius omnes opes abripuit, &c.] De his autem, hæc & Zoſimus [c]: Eutropius autem in omnibus opera Stiliconis nauata, quæ contra Ruffinum ab illo deliberata fuerant, eorum iam quæ agerentur in aula penes ſe poteſtatem omnem habebat, ac Ruffini quidem facultates ſibi maiori ex parte vendicabat, cum alijs quoque permiſiſſet, vt ex ijs ea ſumerent quæ poſſideri ab illis poſſe quoquo modo viderẽtur. Vxore vero filiaq. Ruffini ad Eccleſiam Chriſtianorũ metu confugientibus, ne cum illo perirẽt: Eutropius eis fide data conceſſit, vt ad Hieroſolymorum vrbẽ nauigarent.] hæc de his ipſe. Porro ſororẽ quoque Ruffini magni nominis virginem vixiſſe Hieroſolymis, & peregrinatam eſſe in Aegyptũ,
B paulo poſt dicturi ſumus. XXVI. a Marcellin. in Chron. b Zoſimus li. 5. *Quid actum de Ruffini propinquis.*

Mox autem ſubdit idem Zoſimus de Timaſio Conſulari, qui cum Promoto geſſerat Conſulatum, Eutropij arte deportato a militum ſatellitio in Oaſim teterrimum omnium exilij locum. de quo poſt cladem Ruffini hæc quoque Hieronymus [c]: Timaſius præcipitatus repente de altiſſimo dignitatis gradu, euaſiſſe ſe putat, quòd Oaſi (*ſic legendum eſt pro Aſſe*) viuit inglorius.] Erat autem hic quidem Timaſius vnus ex Ruffini comitibus ad omne ſcelus paratiſſimus adminiſter, de quo iſta Suidas. Is homo inſolens, & in re militari verſatus ſummum rerum humanarum, honorem, opes abundantes, & ſuo arbitratu viuendi licentiam exiſtimans, cum propter ebrietatem & diem & noctem ignoraret, neque orientem neque occidentem Solem inſpiceret, reuocationem [*] illam immortalitati parem ratus, ab exercitationibus voluptarijs, & diſſoluta viuendi ratione auulſus, animo ad gloriæ cupiditatem intento, ex Pamphilia grauis ſurrexit: in Lydiã reuerſus eſt Regis inſtar, aut eius qui, Imperatorem & eunuchum obiter pro delectamento habiturus eſſet, ſi vellet.] hæc Suidas de Timaſio, qui (vt diximus) miſerrima omnium deportatione in Oaſim amandatus eſt. Qui quidem locus a Zoſimo [d] ita deſcribitur: Terra in medio areno
C ſa, vaſta prorſus & inhabitata, notitiam tẽdentibus huc omnem adimit, partim quod venti arena veſtigia compleant & aboleant; partim quod nec arbor vlla nec domicilium ſit, quæ indicium aliquod iter facientibus ad coniecturam relinquere poſſint.] hæc ipſe. At de Oaſi in Notis actũ pluribus. Subdit hi idem auctor de Abundantio item Conſule ordinario nobiliſſimo tunc temporis relegato Sydone Phœniciæ oppido. Verum S. Hieronymus [e] de eiuſdem relegatione agens, apud Pithyuntem exulare iuſſum tradit. XXVII. c Hieron. epiſ. 3. *Timaſius deportatur in Oaſim.* * recreationem. d Zoſim. lib. 5. e Hieron. epiſt. 3.

Quod vero ad Ruffini ſororem ſpectat, fuit hæc virgo Chriſto dicata, egregia ſanctitate atque eruditione conſpicua. de qua hæc pauca Palladius [f]: Euenit autem vt poſtea ſimul ad Aegyptũ ex Aelia proficiſcerentur, *Melania ſcilicet alumna Romanæ feminæ*, ſanctam Siluiam deducentes virginem Dei, Ruffini autem Expræfecti ſororem. Erat etiam nobiſcum Iouinius tunc diaconus, nũc vero ciuitatis Aſcolanenſium Epiſcopus, vir admodum ſanctus, & amator & lector ſtudioſiſſimus litterarum. Cum ergo in itinere nos æſtus vehementiſſimus occupaſſet, & Peluſum oppidũ fuiſſemus ingreſſi, S. Iouinius æſtu nimio fatigatus cœperat manus ac pedes proprios frigidiſſimæ aquæ refouere infuſione. Quo ita vt deſiderauerat facto, ſuper pellitam ſe atque in ſolo ſtratam proiece
D rat plumam. Ad quem ſancta illa Siluia veluti filium verum ſapiens mater acceſſit, & mollitiem ipſius deliciaſq. reprehendens, iſta dicebat: Quemadmodum auſus es, hanc ætatem agens, in qua adhuc ſanguis tuus viuit, ſic lauare ac fouere corpus tuum? Non intelligis quæ ex hoc naſci ſoleãt animæ læſiones? Crede igitur mihi confidenter loquenti, quod ſexageſimum ipſa æui annum agẽs excepta ſummitate digitorum meorum, non ora, non pedes, non partem aliquam mẽbrorum aqua laui; & hoc cum varijs ſemper ęgritudinibus laborarem, & ab ipſis quoque cogerer medicis vti lauacro: nunquam tamen volui antiquum corporis mei morem palpare: non in lecto quieui, non in lectica recumbens iter feci. Hæc ipſa eloquẽtiſſima fuit, magnumque amorem habuit litterarum, ita vt legendo noctes in dies verteret, omnes antiquorum interpretum libros notiſſimos habens, inter quos tricies centena millia verſuum legendo tranſierat: Gregorij, Pierij quoque, & Stephani, Baſilijq. & aliorum ſtudioſiſſimorum virorum vicies centena millia; quæ tamen non quaſi perſunctorie tranſcurrebat, ſed vnumquemque ſepties auctorem reuoluens. vnde mendacij ſcientia nominum atque ſectarum penitus liberata, cæleſtibus pennis per gratiam litterarum (*ſic loquitur Origeniſta*) ad æternam ſpẽ Saluatoris gallina ſpiritualis effecta, potuit euolare, immortales a Deo vi-
E ciſſitudines receptura.] hucuſque Palladius de ſorore Ruffini Præfecti, ter plane felicis, ſi ſororis exemplo, cæleſtibus potius quam terrenis inhiare diuitijs didiciſſet. XXVIII. f Pallad. in Lauſiac. c. 33. *De Ruffini ſorore virgine Deo dicata.*

At licet nece Ruffini tyrannidem affectantis res hac ex parte in tutum repoſitæ fuerint: haud tamen ſummoti ſunt barbari, iam ab ipſo in diuerſas prouincias Imperij Orientalis immiſſi: qui enim vt hoſtes pãlabundi eas ingreſſi fuerunt, iam vt indigenæ coluerunt; adeo vt Romanas vires contemptui habere cœperint, immo & illis inſolentius exprobrarent. Nam audi, rogo, quæ de ijs temporibus S. Ioannes Chryſoſtomus [g] tradat: dum enim ſuæ ætatis mala illata deplorat, hæc poſt multa alia id genus habet: Ceterum ad ipſorum etiam qui nunc regnant, vxores animum aduerte. Alteram videbis ex priſtinis calamitatibus reſpirantem, magnæ voluptati magnum habere dolorem admixtum; eo quod qui potitur, nimis iuuenis ac nullius vſus eſt, multoſq. habet vndique inſidiantes] de Honorio iſta. Alteram vero (ſubdit) timore examinatam, & ijs qui capite damnati ſunt miſeriorem vitam ducentẽ, eo quod vir ipſius, ab eo tẽpe quo diadema ſuſcepit, vſq. ad hodiernum diem in bello prœlijſq. verſatur; verecundiaq. pudore, & probris qb. undique afficitur, magis XXIX. *Barbari inſolentiores effecti.* g Chryſoſt. ad viduam iunior.

qnam ex calamitatibus tabeſcit. Quod enim antea nnmquam, nunc euenit, vt barbari propriam relinquentes regionem, multa ſtadiorum millia regionis noſtræ percurrerint: & agris incenſis, captisq. vrbibns, domum redeundi omnem cogitationem abiecerunt. Ac perinde quaſi choreas ducerent, non bellum gererent, ita noſtros omnes irrident. Et quemdam ex illorum Regibus dixiſſe ferunt, mirari ſe impudentiam noſtrorum militum, qui cum facilius quam oues ſoleant iugulari, adhuc victoriam ſperent, neq. ex ipſorum regione velint excedere. Nam ipſe qnidem dixit, ſeſe illis cædendis ſatietate captum eſſe. Quo igitur animo & Imperatorem & ipſius vxorem iſta verba audienrem exiſtimas eſſe?] hæc Chryſoſtomus. A

XXX. a Hiero. epiſt. 3. *Noſtris peccatis Barbari fortiores redditi.* Et S. Hieronymus hæc ipſa deplorans [a]: Noſtris, inqnit, peccatis barbari fortes ſunt, noſtris vitijs Romanus ſuperatur exercitus: & quaſi non hæc ſufficerent cladibus, plus pene bella ciuilia, quam hoſtilis mucro conſumpſit. Miſeri Iſraelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſeruus Dei dicitur. Infelices nos, qui tantum diſplicemus Deo, vt per rabiem barbarorum illius in nos ira dæſeuiat.] & paulo poſt: Proh pudor, & ſtolida vſq. ad incredulitatem mens! Romanus exercitus, victor Orbis & dominus, ab his vincitur, hos pauet, horum terretur aſpectu, qui ingredi non valent, qui ſi terram tetigerint, ſe mortuos arbitrantur. Et non intelligimus Prophetarum [b] voces: Fugient mille, vno perſequente? & non amputamus cauſas morbi, vt morbus pariter auferatur, ſtatimq. cernamus ſagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.] At de his modo hactenus. Iam ad reliqua pergamus. B

b Iſai. 30.

c Socr. lib. 6. c. 1. Hoc eodem anno, eodemque die (inqnit Socrates [c]) quo Ruffinus interſectus eſt, Marcianus Nouatianorum Epiſcopus exceſſit è vita: in cuius Epiſcopatum Siſinnius, de quo ſupra fecimus mentionem, ſucceſſit.] hæc ipſe.

XXXI. d L. 29. de Epiſc. & Cler. C. Theo. *Honorius Imperat. fauet rebus eccleſiaſticis.* Quod autem ad res ſpectat Occidentales, Honorium Imp. [d] lege ſancita confirmat priuilegia omnia a prædeceſſoribus Impp. Catholicæ Eccleſiæ collata, ad Hierium ita reſcribens:

Quæcumque a parentibus noſtris diuerſis ſunt ſtatuta temporibus, manere inuiolata atque incorrupta circa ſacroſanctas Eccleſias præcipimus. Nihil igitur a priuilegijs immutetur, omnibuſque qui Eccleſijs ſeruiunt tuitio deferatur: quia temporibus noſtris addi potius reuerentiæ cupimus, quam ex his quæ olim præſtita ſunt, immutari. Dat. X. Kalend. Apriles, Mediolani Olybrio & Probino Coſſ.] His quidem pietatis officijs Honorius Auguſtus primordia ſui Imperij conſecrans, eiuſmodi iecit futuri regiminis fundamenta; nec quidem fruſtra: nam ipſe licet imbellis, C haud tamen a tyrannis barbariſve comprimi valuit. Quod ſi cladem immenſam ſub eo Romanũ eſt paſſum Imperium, adſcribenda eſt illa potius Gentilibus ſuperſtitioſum cultum inſtaurare conantibus, vt ſuo loco hæc dicenda pluribus declarabunt.

XXXII. *S. Auguſtinus creatur Hipponenſis Epiſcopus.* Hoc item anno, iiſdem nempe Conſulibus Olybrio atq. Probino, Auguſtinns (inqnit Proſper in Chronico) beati Ambroſij diſcipulus, multa facundia doctrinaq. excellens, Hippone Regio Africæ Epiſcopus ordinatur] cum ageret annum ſuæ ætatis quadrageſimumprimum, vt ex ſupputatione ſuperius inita annorum eius certa ratione colligitur. Quod autem adhuc viuente Valerio eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, ipſe Auguſtinus idem munus Epiſcopale ſuſceperit, Poſſidius eiuſmodi

e Poſſid. in Vit. S. Aug c. 8. cauſam affert, dum rem geſtam ita deſcribit [e]: Ille vero beatus ſenex Valerius ceteris ex hoc amplius exultans (*videlicet de eminenti Auguſtini doctrina*) & Deo gratias agens de conceſſo ſibi ſpeciali beneficio: metuere cœpit, vt eſt humanus animus, ne ab aliqna Eccleſia ſacerdos probatus ad Epiſcopatum quæreretur, & ſibi auferretur. Nam & id prouenisſet, niſi hoc idem Epiſcopus cognito, ad locum ſecretum eum tranſire curaſſet, occultatumq. a quærentibus minime inueniri feciſſet.] hæc Poſſidius. Sed de ſolicita cura populi Hipponenſis, ne ſibi Auguſtinus raperetur, habes D ab ipſomet Auguſtino ſcribente ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem declaratum his verbis,

f Aug ad Aurel. epiſt. 64. cum ſe excuſat quod non liceat venire Carthaginem [f]: Abſentiam enim meam, inquit, tantum longe Hipponenſes vehementer nimiſq. formidant, neq. vllo modo mihi ſic volunt credere, vt ego vobis.] hæc ipſe. Si enim ad Primatem totius Africæ Carthaginenſem Epiſcopum din cupitus proficiſci non ſineretur; quanto cuſtodiretur ſtudio, intelligere ſatis potes. Nam ſubdit Poſſidius: Vnde amplius formidans idem venerabilis ſenex, & ſciens ſe corpore & ætate infirmiſſimum, egit ſecretis litteris apud Primatem Epiſcopum ſedis Carthaginenſis, allegans imbecillitatem corporis ſui, ætatiſque grauitatem, & obſecrans, vt Hipponenſi Eccleſiæ ordinaretur Epiſcopns, qui ſuæ cathedræ non iam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſtinus. Quæ igitur beatus Valerius optauit & rogauit, ſatagens reſcripto impetrauit. Poſt quam petitionem, ad viſitandum adueniente ad Eccleſiam Hipponenſem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamenſi Epiſcopo, Valerins Antiſtes Epiſcopis qui forte tunc aderant & vniuerſæ plebi inopinatam cunctis ſuam inſinuat tunc voluntatem: omnibuſq. audientibus, & gratulantibus, atq. id fieri perficiq. ingenti deſiderio clamantibus, Epiſcopatum ſuſcipere contra morem Eccleſiæ, ſuo viuente Epiſcopo, presbyter Augu E ſtinus recuſabat. Dumq. illi fieri ſolere, ab omnibus ſuaderetur, atq. id ignaro tranſmarinis & Africanis Eccleſiæ exemplis probaretur, compulſus atq. coactus ſuccubuit, & Epiſcopatus curam & maioris loci ordinationem ſuſcepit.]

XXXIII. *Auguſtinus a quo ordinatus Epiſcopus.* Requiſitus autem aliquando a Donatiſtis Auguſtinus, a quonam fuiſſet ordinatus; gloriatus eſt, ſe a Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo Primate Numidiæ ordinatnm fuiſſe: id enim ipſe teſtatur [g]

g Aug. in Breuicul. collat. diei tertiæ, cap. 7. in Breuiculo collationis decimætertiæ. Subdit autem Poſſidius: Quod in ſe ipſo poſtea fieri non debuiſſe, vt viuo Epiſcopo ſuo ordinaretur, & dixit & ſcripſit, propter Concilij vniuerſalis, *nempe Nicæni,* vetitum, quod iam ordinatus didicit: nec quod ſibi factum eſſe doluit, alijs fieri voluit.] hæc Poſſidius. Quæ autem ipſe de his citat eiuſdem Auguſtini factum deteſtantia dicta, extant ipſa in Actis publicis deſignati Heraclij presbyteri ſui futuri ſucceſſoris, his nempe verbis: Adhuc, inquit, in corpore poſito beatæ memoriæ patre & Epiſcopo meo ſene Valerio, Epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo: quod Concilio Niceno prohibitum eſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat. Quod

ergo

Digitized by Google

A ergo reprehenſum eſt in me, nolo reprehendi in filio meo.] At vero quem citat Nicænum canonē, ille fuiſſe creditur, in cuius fine, cum actum eſt in eo de Nouatianis ad Eccleſiam redeuntibus, hæc verba leguntur: Ne in vna ciuitate duo Epiſcopi eſſe probentur.] ſic ibi octauo canone: quamuis alij velint ſpecialem ea de re conſtitutionem eſſe editam, quæ non extet.

XXXIIII.

Quod vero de S. Auguſtino Poſſidius [a] agens, de eius ordinatione hæc ad finem apponit: Vnde etiam ſategit, vt Concilijs cōſtitueretur Epiſcoporum, ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium ſtatuta ſacerdotum in notitiam eſſe deferenda] conſtat plane de his actum poſt ſequentem annum in Concilio Carthaginenſi celebrato Cæſario & Attico Conſulibus; in quo hęc tertio canone ex ſuggeſtione S. Auguſtini (vt Poſſidius monet) decreta eſſe leguntur [b]: Item placuit, vt ordinandis Epiſcopis vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne ſe quid contra ſtatuta Concilij feciſſe pœniteat.] hæc ibi: ſicq. ſolicite cauendum putauit ab alijs, quod ipſe neſcius deliquiſſet. Solemnis autem remanſit Hipponenſibus more maiorum dies illa, qua talem tantumq. ordinatum meruerunt Epiſcopum obtinere: anniuerſariaque celebritate eamdem colere curauerunt; qua ipſe Auguſtinus de eadem ſua ordina- **B** tione homilias habere ſolebat ad populum: extant adhuc ex ipſis duæ eodem argumento conſcriptæ [c].

a Poſſid. in Vita Aug. c. 8.
Canonū ſcientiam in ordinādo requiri.
b Concil. Carth. 3. cap. 3.
c Aug. hom. 24. & 25.

XXXV.

Idem inſuper Auguſtinus litteris ſcriptis ad Paulinum [d] & Theraſiam, qui in agro Nolano vitam monaſticam excolentes, iam (vt dictum eſt) annū exegiſſent, de ſua ordinatione obiter tunc facta hæc ait: Qua Eccleſiæ cura tenear, ex hoc veſtra charitas oportet attendat, quod beatiſſimus pater Valerius (qui vos nobiſcum quantum ſalutet, quantum ſitiat, audietis ex fratribus) nec presbyterum me eſſe ſuum paſſus eſt, niſi maiorem mihi coepiſcopatus ſarcinam imponeret. Quod quidem, quia tanta eius charitate, tantoq. populi ſtudio Dominum id velle credidi, nonnullis iam exemplis prǫcedentibus, quibus mihi omnis excuſatio claudebatur, vehementer timui excuſare.] ita ipſe, & quidem hoc anno mox poſt ſuam ordinationem: nam aliam ad eoſdem epiſtolam haud pridem ab ipſo datam, cum adhuc presbyter eſſet, ſcriptam fuiſſe liquet.

d Aug. epiſt. 34.
Auguſtin' de ſua ordinatione ſcribit ad Paulinum.

XXXVI.

Porro ipſe Paulinus, his acceptis de Auguſtini ordinatione litteris, miro exultās gaudio (quantus enim ille eſſet, ex eius ſcriptis aduerſus Manichæos ab Alypio miſſis ſatis nouerat) die ſequenti poſt acceptas dictas Auguſtini litteras, ad Romanianum ſcribens [e], hæc habet: Non autem **C** tantum hoc ſcribimus, gratulandum quod Epiſcopatum Auguſtinus acceperit; ſed quod hāc Dei curam meruerint Africanæ Eccleſiæ, vt verba cæleſtia Auguſtini ore perciperent, qui ad maiorem Dominici muneris gratiam nouo more prouectus, ita conſecratus eſt, non vt ſuccederet in cathedra Epiſcopo, ſed accederet: nam incolumi Valerio Hipponenſis Eccleſiæ Epiſcopo, coepiſcopus Auguſtinus eſt: Et ille beatus ſenex, cui puriſſimam mentem nulla vmquam liuentis inuidiæ macula ſuffudit, dignos ſui cordis pace nunc ab Altiſſimo fructus capit, vt quem ſucceſſorem ſacerdotij ſui ſuppliciter optabat, hunc mereretur tenere collegam. Credi ne hoc potuit, antequam fieret? Sed in hoc quoq. Omnipotentis opere dici Euangelicum illud poteſt [f]: Hominibus hæc ardua, apud Deum autem omnia poſſibilia. Exultemus itaque & lætemur in eo, qui facit mirabilia ſolus, & qui facit vnanimes habitare in domo: quoniam ipſe reſpexit humilitatem noſtram, & viſitauit in bono plebem ſuam: Qui erexit cornu in domo Dauid pueri ſui, & nunc exaltauit cornu Eccleſiæ ſuæ in electis ſuis, vt cornua peccatorum (ſicut per Prophetam ſpondet) hoc eſt, Donatiſtarū, Manichæorumq. confringat. Vtinam hæc nunc Domini tuba, quæ per Auguſtinum intonat, filij noſtri Licentij pulſet auditus, &c.]

Ordinationis S. Auguſtini præconium ex Paulino.
e Apud Auguſt. epiſt. 36.
f Luc. 18.

XXXVII.

Verum eiuſmodi litterarum conſuetudo, quæ inter ſanctos Dei viros Paulinum & Auguſtinū **D** interceſſit, hoc ipſo anno cœpta eſt, cum prioribus [g] Paulinus litteris Auguſtinum ſalutat adhuc presbyterum, cuius acceperat quinque libros contra Manichæos ſcriptos dono Alypij Epiſcopi Tagaſtenſis: ex quibus quidem quantus Auguſtinus eſſet, leonem (vt ait) ex vnguibus intellexit. vnde in ea litteris illis præconia mox erupit: O vere ſal terræ, quo præcordia noſtra, ne poſſint ſæculi vaneſcere errore, condiuntur. O lucerna digne ſuper candelabrum Eccleſiæ poſita, quæ late Catholicis vrbibus de ſeptiformi lychno paſtum oleo lætitiæ lumen effundens, denſas licet hæreticorum caligines diſcutis, & lucem veritatis è confuſione tenebrarum ſplendore clarifici ſermonis enobilas.] Scripſit hæc Paulinus ad Auguſtini litteras (vt profitetur) annum iam habens in conuerſione monaſtica, abdicato iam ſæculo. Adiecit prioribus his eodem hoc anno Paulinus [h] ad eumdem Auguſtinum poſteriores litteras, cum nondum ſciret an priores accepiſſet, quas dedit perneceſſarijs ipſius Romano & Agili in Africam nauigantibus: cum interea nondum his acceptis, prioribus autem redditis, Auguſtinus ad Paulinum iam litteras officioſiſſimas reſcripſiſſet adhuc presbyter [i]. Sed inter hæc priorum litterarum commercia creatus (vt dictum eſt) Epiſcopus Hipponenſis, de ſua ipſius tunc facta ordinatione, poſterioribus litteris poſteriores reddens, **E** ea quæ diximus ſignificauit; miſitq. ad eum tres a ſe editos libros de Libero arbitrio; expoſcens viciſſim ab eo libros a S. Ambroſio aduerſus Academicos ſcriptos; exigens pariter, vt quem ſcriberet aduerſus Paganos, commentarium ad ſe mitteret.

g Apud Auguſt. epiſt. 31.
Conſuetudo litterarum inter Auguſtinū & Paulinum.
h Paulin. apud Aug. epiſt. 33.
i Aug. epiſt. 32.

XXXVIII.

Vt autem adeo arcto amicitiæ vinculo Paulinus & Auguſtinus mutuo necterentur, ſequeſter in primis Alypius Tagaſtenſis Epiſcopus interceſſit, vt litteræ amborum ſignificant. Sed & laudauit mirifice quidem ob egregiæ vitæ ſanctitatem Paulinus Alypium; vſque adeo, vt vitæ ipſius hiſtoriam ab eo ad ſe ſcribi rogarit [k]. Cum ille Chriſtianæ modeſtiæ conſulens, totum illud refudit negotium Auguſtino: qui id ſe præſtiturum prioribus ſuis ad Paulinum [l] redditis litteris pollicitus eſt: quod & a Paulino exactum, & ab Auguſtino (vt erat pollicitus) perſolutum non dubitamus. Sed exciderunt hæ litteræ, ſicut & aliæ plurimæ vltro citroq. datæ quoad ſuperſtites extiterunt: cuius adeo longioris temporis ſpatij nonniſi duæ ab alterutris datæ hoc anno litteræ extant, & commentarius ille ad eumdem Paulinum ab ipſo Auguſtino de Cura agenda pro mortuis ſcripto. Verum

Alypius conciliator amicitię inter Auguſtinū & Paulinum.
k Apud Auguſt. epiſt. 31.
l Augu. epiſt. 32.

pto. Verum hoc exemplo & de Paulino in eam adducor ſententiam, vt opiner, ipſo rogante & ſolicitius expoſcente, ſcriptos ab ipſo Auguſtino iam facto Epiſcopo libros Confeſſionum: licet id ipſe reticuerit Auguſtinus, ne non tam diuinorum donorum a ſe perceptorum prædicator, quam ſui ipſius videri potuiſſet eſſe laudator: cum magna animi ſummiſſione illud, confitendo peccata ſua, Dei vero munera accepta recenſendo, atripuerit dicendi genus. Vt autem id Paulinum ab Auguſtino exegiſſe opiner, illud magnopere perſuadet, quod q. Alypij res geſtas adeo exoptauit & expetijt ſcripta hiſtoria memoriæ commendari; idem ipſe Auguſtino ſemel atque iterum deguſtato, eidemq. penitus addictus exquiſiſſe videtur auidius, & exegiſſe importunius, vitæ ipſius Auguſtini ab ipſo commentarium ſcribi: quod ea modeſtia atque cautela prudenter ipſe quidem exhibuit, dum ſua recenſendo & deflendo peccata, vitam ſuam a tenera ætate contexuit. A

XXXIX. *Euſebij Chronicon expetitū.* Sed ad Alypium redeamus. Magna quidem illud me admiratione afficit, deſideratum fuiſſe in Africa hactenus, quod ipſe Alypius expetijt a Paulino, Euſebij Chronicō; quo vno in Eccleſia Dei vſque ad tempora Conſtantini res geſtæ ab origine mundi diſpoſitæ haberentur. Sed & magis miror, quod Paulino haud adeo exploratus liber ille fuiſſet, cuius nec nomen auctoris perſpectū haberet, dum nominat illum Euſebium Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum, loco Cæſatiēſis, nam illius, qui eius nominis primo præfuit Nicomediæ, inde vero Conſtantinopoli, impietate notiſſimi, nulla vnquam fuit eius argumenti aliqua poſt obitum lucubratio, ſed tantum (quod omnes norunt) Euſebij Cæſatienſis. Quamobrem ipſi quidem de his obiter inter ſcribendum agēti, lapſum memoriæ potius, quam rei adeo aperte inſcitiam adſcribendam, æquius eſſe ducimus, cū alioquin in Eccleſiaſticis hiſtorijs ſe minime verſatum eſſe, ad Seuerum ſcribens[a] ipſe Paulinus ingenue profiteatur his verbis: B

[a] Paulin. epiſt. 9.

XL. Præterea autem iuſſiſti, nimium opulenter tibi de paupere tuo blandiens, vt quæ te de Annalibus non vnius gentis, ſed generis humani fugerent, ego videlicet quaſi peritior edocerem. Sed ſibi imputet famem, qui pauperis amici fores pulſat, & promptuarium inane ſcrutatur. Numquā enim in hæc inueſtiganda & colligenda mihi commodum ſtudium fuit. Nam etiam in tempore veteri, quo videbar legere nec legenda, ab hiſtoricis ſcriptoribus peregrinatus ſum.] Significat his ſane verbis Paulinus, ſe haud ad peregrinas res geſtas peruestigandas aliquam adhibuiſſe diligentiam, Romanarum rerum hiſtoriæ tantum intentū. Etenim tradit Auſonius ab ipſo Paulino Suetonium in compendium redactum, atque diſerto carmine decantatum: quod opus mirifice quidē laudat, cum ait[b]: His longe iucundiſſimum poema ſubdideras, quod de tribus Suetonij libris, quos ille de Regibus dedit, in epitomen coegiſti tanta elegantia, ſolus vt mihi videare aſſecutus, quod contra rerum naturam eſt, breuitas vt obſcura non eſſet.] hæc ipſe. C

[b] Auſon. epi. 19.

XLI. *Ruffini Aquil. ſtudium requiſitum in hiſtoria conſcribenda.* Ceterum, vt Seuero ſatisfaceret, quodnam conſilium inierit, ipſe mox ſubdit[c]: Attamen nūc operis tui curam gerens, quo te pro vtilitate fidei noſtræ inſpiciendis, & conferendis præteritorū temporum rationibus occupatum indicaſti: quod de meo non habui, de fratris vnanimi opulentiore theſauro petiui; & ipſam adnotationem, quam commonitorij vice miſeras, littteris meis inditā direxi ad Ruffinum presbyterum S. Melaniæ ſpiritali via comitem, vere ſanctum, & pie doctum, & ob hoc mihi intima affectione coniunctum.] Agebat autem adhuc Hieroſolymis cum Melania Ruffinus, Paulino quiden tantummodo fama notus, haud tamen in omnibus ſatis perſpectus: nondum enim ipſe Ruffinus, niſi poſtquam inde remeans, Romam Periarchon intulit Origenis, quos foueret errores detectus eſt. ſed de his agendum ſuo tempore. Subdit autem de eo quod requirebatur, iſta Paulinus: Si ille has, quæ merito te permouent de annorum ſiue regnorum non congruente calculo hiantis hiſtoriæ, cauſas non ediderit, qui & ſcholaſticis & ſalutaribus litteris Græce iuxta ac Latine diues eſt: vereor ne apud alium in his regionibus fruſtra requiramus. Quod ſi præſumptioni de ſe meæ ſatisfecerit; prima occaſione, ſi Dominus fauerit, trāſmittam vnanimitati tuæ, vtcumque mihi ſuper hac ratione reſcripſerit.] hæc Paulinus. D

[c] Paul. ead. epi. 9.

XLII. *Ruffini hiſtoria.* At num præſtitit diligens opus, quod Paulinus petijt, & Seuerus expetijt a Paulino, Ruffinus? minime gentium, mea quidem ſententia: nam in Euſebij hiſtoria, cum eam Latinitate donauit (vt recentior bene oculatus interpres inſpexit) multa quidem prætermiſit, deq. ſuo nonnulla miſcuit, atque complura quaſi non recte collocata mutauit: vt eandem reddiderit propemodum alteram: duobus vero libris quos addidit, quibus res geſtas a tempore Nicæni Concilij vſque ad obitum Theodoſij proſecutus eſt, quam ieiune & haud in omnibus tuta fide cuncta percurrerit, quæ recenſita ſunt ſuperius facile monſtrant. *Hieronymi Chronicon.* Sed S. Hieronymus perutile opus exhibuit, cum per ſingulos annos res diuerſorum Regum pro temporis ratione collectas ab Euſebio in Latinum vertit, atque a tempore Conſtantini vſque ad ſextum Conſulatum[d] (vt ipſe teſtatur) Valentis & Valentiniani Iunioris ſecundum eodem ordine reliqua proſecutus eſt. res geſtas vero Gratiani atque Theodoſij latiori ſe hiſtoriæ ſtylo reſeruaſſe teſtatur: Non (inquit) quod de viuentibus timuerim libere ac vere ſcribere: Timor enim Dei timorem hominum expellit. Sed quoniam debacchātibus adhuc in terra noſtra barbaris, incerta ſunt omnia.] verum haud ea proſecutus videtur. E

[d] Hieron. in præfat. ad Euſebij Chron.

XLIII. *Hiſtorici huius tēporis qui & quales.* Perfecit tamen nihilominus ipſe Seuerus duos ſacræ hiſtoriæ libros, ab origine mundi exordiens, ad ſua vſque tempora eos producens. Scripſit ille quidem eo anno quo geſſerunt Conſulatū Stilico & Aurelianus, nimirum Domini quadringenteſimo, vt ex eius ſcriptis colligitur, dum a Cōſulatu Arbetionis & Lolliani numerauit annos quadragintaquinque: cum conſtet hos creatos Cōſules eſſe anno Domini trecenteſimo quinquageſimoquinto.] Sed & diximus Dexterum Præfectū Prętorij, tempore Theodoſij, eiuſdem quoque argumenti lucubrationem elaboraſſe. Externorum autem, nempe Gentilium, Aurelius Victor de Vita & moribus Romanorum hiſtoriam edidit, incipiens ab Octauiano Auguſto vſque ad Theodoſij Imp. obitum, ad quem viuentem opus inſcripſit, a quo & decoratus eſt Vrbana Præfectura, necnon Comitatu ſacrarū largitionum. Paulo autē ante ipſum Eutropius ad Valentem Imperatorem ſcripſerat breue compendium Romanorum hi

ſtoriæ,

A ſtoriæ. Secutus eſt hos Zoſimus ſub Honorio, ſed minori fide, maiori vero impietate. Rurſum ex noſtris Paulus Oroſius id ipſum præſtitit ſub eodem Imperatore: verum de eo inferius.

XLIIII. At licet tot hiſtoricis hæc ætas abundaſſe videatur; tamen adhuc inops harum facultatum remanſit & in nonnullis obſcura; quod ex his alij res multas breuitare nimia contraxerint, alij intactas penitus reliquerint; deſideretur autem in alijs ordo, in alijs vero temporum exactior indagatio; periclitenturque alij veritate, ac pariter pietate; affectuq. priuato ducti, pro arbitrio mendacia veris attexuerint. Porro hos omnes audire, & in medio ſedere arbitrum, & æqua lance cuncta probare, diſquirere ſingula & iudicare, prætermiſſaq. indagare, abſtruſa abditaq. refodere, itemque cuncta in veritatis conflatorio examinare atq. purgare, aurumq. e terra ſeligere, haud leue negotium, tenuiſq. laboris eſt opus. Hinc videas vertices oratorum hoc genus ſcribendi attingere hæſitaſſe: Tullium [a] interea ſe excuſare, quod iſtæc digno ſtylo proſequi, hominis in primis ſit ſoluti omni negotio: & cum tandem iſtud ſcribendi genus attigit, citra omnium expectationem opus edidit, publica contemtione deriſum, nec dignum habitum quod poſteris traderetur, ſed perpetuo ſilentio obruendum [b]. Et Plinius, cui (vt ipſe [c] teſtatur) fuit cum Cicerone æmulatio, negauit

B Capitoni ſuo id expoſcenti, ſe ſcripturum hiſtorias, dum ageret oratorem; quod opus præ ſui magnitudine totum requireret hominẽ, & plane diuerſa eſſet vtriuſq. ratio ſcriptionis. Sed quorſum nos occaſio Euſebij Chronici ab Alypio expetiti & a Paulino perquiſiti pertraxit? Attamen aliquantiſper licet vagata, haud tamen ad extranea deflexit oratio, cum huius ętatis hiſtoricus numerauit, & ſcabra, per quæ aſſiduæ ipſa duceretur, ſemel oſtendit. Sed iam ad ipſum, a quo deflexit, Paulinum, quæ de eo anni huius ſunt reliqua, breuiter proſecutura dictio reuocetur.

a Cicero de legibus lib. 1.
b Dio hiſt. Rom. lib. 46.
c Pli. lib. 1. ep 5.

XLV. Quod autem Paulini nomen claritudine generis & ampliſſimorum magiſtratuum functione vbique notum atque conſpicuum, abdicatione rerum temporalium longe clarius atque celebrius eſſet vbique redditum; non Alypij tantum & Auguſtini, ſed & aliorum in Africa Catholicæ Eccleſiæ Epiſcoporum permouit animos, & excitauit affectus: adeo vt ijdem ipſum litteris, legatione ad eum miſſa, ſalutauerint; quarum ipſe meminit ſcribens ad Romanianum his verbis [d]: Optatiſſime (inquit) ſanctorum & cariſſimorum virorum inde epiſtolas receperamus, id eſt, Aurelij, Alypij, Auguſtini, Profuturi, Seueri iam omnium pariter Epiſcoporum.] erat Seuerus iſte Eccleſiæ Mileuitanæ in Numidia Præſul, vt ipſe Auguſtinus [e] affirmat: Profuturus autem Calamenſis Eccle-

C ſiæ Epiſcopus, ad quem extat Auguſtini epiſtola centeſima nonageſima. Porro de eiuſmodi legatione Afrorum idem Paulinus meminit ad Seuerum ſcribens, cum ait [f]: Afri quoq. ad nos Epiſcopi reuiſendos prima æſtate miſerunt.]

Legatio ab Africanis Epiſcopis ad Paulinum.
d Apud Auguſt. epiſt. 36.
e Aug. epiſt. 34.
f Paulin. epiſt. 1.

XLVI. Quanto nam autem tenerentur illi videndi eumdem deſiderio, ipſe S. Auguſtinus [g] ad eum ſcribens, & inuitans in Africam, declarat his verbis: Quare non impudenter ego rogo vos, & poſtulo, & flagito, vt in Africam, maiore talium hominum ſiti quam ſiccitatis mobilitate laborantem, venire dignemini. Scit Deus, quia non ſolum propter deſiderium meum, neq. ſolum propter eos, qui vel per nos veſtrum propoſitum, vel vndecumque fama prædicante didicerunt: ſed etiam propter ceteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen poſſunt comperta diligere: vos iſtis terris etiam corporaliter adeſſe cupimus. Quamuis enim ſedulo atque miſericorditer id agitis, tamen etiam coram hominibus regionum noſtrarum luceant opera veſtra, vt videant bona facta veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.] hæc & alia plura id genus Auguſtinus ad Paulinum, percupidus vt tali tantaque accenſa in Eccleſia Catholica face illuminaretur Eccleſia Africana; quod adeo magna eſſe viderentur quæ de ipſius ſupereminenti Chriſtiana

D philoſophia diuulgata eſſent, vt quod auditus humanus vix caperet, ipſe eius aſpectus oculis certiori fide repræſentaret.

g Aug. epiſt. 34.
Africani cupidi videndi Paulinum.

XLVII. Hac eadem Afrorum Epiſcoporum legatione S. Auguſtinus [h] dedit litteras ad Licentium Alypij Epiſcopi fratrem Romæ agentem, iuuenem ab ipſo olim Mediolani philoſophicis diſciplinis alijſq. ſcientijs apprime imbutum: quem detentum Vrbis illecebris, Paulini exemplo admonet, vt nuncium remittat ſæculo, atq. ad excultioris vitæ ſe conferat inſtitutum. & inter alia: Vade (inquit) in Campaniam, diſce Paulinum egregium & ſanctum Dei ſeruum, quàm grãdem faſtum huius ſæculi tanto generoſiore quanto humiliore ceruice incunctanter excuſſerit, vt eam ſubderet Chriſti iugo, ſicut ſubdidit, & nunc illo moderatore itineris ſui quietus & modeſtus exultat. Vade, diſce, &c.] Vides ex his Paulinum (quod diximus) iam relicta Vrbe incolere cœpiſſe agrum Campanum prope Nolam. Sed & ipſe Paulinus [i], quem ſciret Licentium poeticis facultatibus egregie excultum, verſibus ad eum proſaq. mixtam ſcripſit epiſtolam, qua ad mundi cõtemptum vehementer eum cohortatus eſt: eſcam illam nimirum apponens hamo, qua ſciebat iuuenem illum magnopere delectari, poeticis nimirum numeris concinnatam, atq. potentem ad perſuadendum metricam texens orationem.

h Aug. epiſt. 39.
Auguſtinus ſolicitus de ſalute Licentij.
i Paulin. epi. 39. apud Auguſt.

E XLVIII. Exhibuerat Licentius iſte, Mediolani cum eſſet, tale tantumque vitæ bene compoſitæ ſpecimen, vt eum patri ipſius Romaniano Auguſtinus in libro contra Academicos elaborato propoſuerit imitandum. Nam ipſe ibi [k]: In hac, inquit, mecum ſtudioſiſſime viuit noſter Licentius, ad eam totus a iuuenilibus illecebris voluptatibuſq. conuerſus eſt: ita vt eum non temere patri audeam imitandum proponere.] hæc ipſe, cum Romanianum parentem eius, ſcribens contra Academicos librum, ad veram capeſſendam philoſophiam hortatur: ex quo quidem commentario, qualis quantuſque fuerit Licentius ipſe, poteris facile intelligere, necnon ex libris ab eodem Auguſtino de Ordine ſcriptis, & de Vita beata. Accidit autem poſtea vice verſa, vt qui Romanianum parentem, quem multa negotia Mediolanum [l] adduxerant, filij exemplo ſtuduit ad veram philoſophiam perducere; modo ipſe Auguſtinus Licentium ipſum Romæ cum patre agentem, mundique honoribus inhiantem, per Paulinum [m]; & Paulinus [n] per eumdem Romanianum, ad eum ſcribens, ad meliorem frugem reſtituere conarentur.

Romanianus Licētij pater.
k Auguſt. contra Academ. li. 1. c. 1.
l Aug Confeſſ. lib. 7. c. 14.
m Aug epiſt. 32.
n Apud Auguſt. epiſt. 36.

XLIX. Labotauit in hoc magnopere Auguſtinus:tum quod eumdem Licentium liberalibus ſcientijs A
olim excolens,æque eruditum atq. probum adoleſcentem reddiderat:tum etiam quod Romania-
no eius parenti plurimum ſe debere ſentiret. Quantum vero idem nobiliſſimus Tagaſtenſis conci-
uis,homo prædiues,de ipſo Auguſtino benemeritus fuerit,cui eam ob cauſam non ipſum tantum,
ſed vniuerſam Catholicam Eccleſiam magnopere deuinctam eſſe,neceſſe ſit profiteri: ex ipſomet
Auguſtino intelliges,cum hæc ait,aduerſus Academicos diſputans [a]: Ergo ne tibi gratiam non
repenſabo? An fortaſſe paululum debeo? Tu me adoleſcentulum pauperẽ ad peregrina ſtudia per-
gentem,& domo,& ſumptu,& (quod plus eſt) animo excepiſti. Tu patre orbatum,amicitia conſo-
latus es,hortatione animaſti,ope adiuuiſti. Tu in noſtro ipſo municipio fauore,familiaritate,com
municatione domus tuæ pene tecum clarum primatemq. me feciſti. Tu Carthaginem illuſtrioris
profeſſionis gratia remeantem , cum tibi ſoli & meorũ nulli conſilium meum ſpemq. aperuiſſem,
quamuis aliquantũ illo tibi inſito,quia ibi iam docebã,patriæ amore cunctatus es:tamen vbi eum
cere adoleſcentis cupiditatem ad ea quæ videbantur meliora tendentis nequiſti,ex dehortatore in
adiutorẽ mira beneuolentię moderatione conuerſus es. Tu neceſſarijs omnibus iter adminiculaſti
meum. Tu ibidem rurſus,qui cunabula & quaſi nidum ſtudiorum meorum foueras,iam volare au B
dentis ſuſtentaſti rudimenta. Tu ẽt,cum te abſente atq. ignorante nauigaſſem,nihil ſuccenſens,ꝙ
non tecum communicaſſem vt ſolerem, atq. aliud quiduis quãm contumaciam ſuſpicans, mãſiſti
inconcuſſus in amicitia:nec plus ante oculos tuos liberi deſerti a magiſtro,quam noſtræ mentis pe
netralia puritasq. verſata eſt. Poſtremo quicquid de otio meo modo gaudeo,quod a ſuperfluarũ
cupiditatum vinculis euolaui,quod depoſitis oneribus mortuarum curarum reſpiro,reſipiſco,re-
deo ad me,quod quęro intentiſſimus veritatem,quam inuenire iam ingredior,quam me ad ipſum
ſummum bonum prouecturam eſſe confido,tu animaſti,tu impuliſti,tu feciſti.] hæc ad Romania-
num Auguſtinus,rependens vicem in ſalute Licentij eius filij:nam inferius [b] de eodem: Reddam
tibi gratiam:filius tuus cœpit iam philoſophari,&c.] Sed & vberiorem rependiſſe conſtat gratiam
Auguſtinum Romaniano,cum togatus [c] olim ab eo,quid de vera religione ſentiret,veram plane
eſſe docuit Chriſtianam,eodemq. argumento librum ad ipſum conſcripſit, ex quo ipſe veræ pieta
tis didicit ſtabilis eſſe cultor,qui hactenus in diuerſa ambiguus fluctuaſſet. Volumus hic eiuſmo-
di vtriuſq. in ſe inuicem collata officia & beneficia in Annalibus relinquere conſignata,quod Dei
Eccleſia ex ijſdem vtriq. plurimũ debeat: Romaniano,qui talem tantũq. doctorẽ ſua ope præſtitit C
Auguſtinum:ipſi vero quantũ Catholici oẽs debeant Auguſtino,vna eſt omniũ vno ore confeſſio.

a August. contra Academ. li. 2. c. 2.

Romanianus Auguſtino omnia ſuppeditauit.

b Auguſt. contra Academ. li. 2. c. 3.

c Augu. de vera religione. c. 7.

L. Quod rurſus ad Licẽtium ſpectat,quem diximus fuiſſe eiuſdem filium Romaniani : eumdem
quoque Alypium Tagaſtenſem habuiſſe fratrem, Paulinus verſibus illis ad eum ſcriptis teſtari vi
detur,quibus ait [d]:

Frater Alypius eſt, Auguſtinusq. magiſter:
Sanguinis hic conſors, hic ſator ingenij.
Tanto fratre vales, & præceptore, Licenti:
Et dubitas pennis talibus aſtra ſequi?] &c.

At non ſic inter ſe fratres fuiſſe intelligas,vt germani eodem patre geniti fuerint ; ſed patrueles:
ſiquidem (vt ipſe auctor eſt Auguſtinus [e]) ſimultas quædam inter patrem Alypij & ipſum Augu
ſtinum diutius interceſſit ; inter patrem vero Licentij,ipſum nimirum Romanianum, & Auguſti-
num,magna ſemper (vt nuper vidimus) viguit neceſſitudo atq. concordia. At de legatione Africa-
norum Epiſcoporum ad S. Paulinum hactenus.

d Apud Auguſt. epiſt. 36.

e Aug. Confeſſ. lib. 6. c. 7.

LI. Porro ex eiuſdem Paulini redditis ad Alypium literis, illud quoq. memoria dignum compet D
tum habetur: monachiſmum in Africa,quem ex Italia Auguſtinus patrium ſolũ repetens ante ſex
annos illuc primus inuexerat,iam longe lateq. fœcũda fuiſſe propagatione diffuſum. Nam in fine
eius epiſtolæ hæc verba leguntur [f]: Benedictos ſanctitatis tuæ comites & æmulatores,in Domi-
no fratres (ſi dignatur) noſtros tam in eccleſijs,quam in monaſterijs Carthagini, Tagaſte, Hippo-
ne Regio, & totis parochijs tuis, atq. omnibus cognitis tibi per Africam locis Domino catholice
ſeruientes,multo affectu & obſequio ſalutari rogamus.] hæc ipſe. Sed & Poſſidius,quam per totam
Africam propagati fuerint clerici, Epiſcopi,& monaſteria ex primo illo ab Auguſtino erecto mo-
naſterio,docet his verbis [g]: Proficientes vero doctrina diuina ſub ſancto & cum S. Auguſtino in
monaſterio Deo ſeruientes, Eccleſiæ Hipponenſis clerici ordinari cœperunt: ac deinde innoteſcen
te ac clareſcente de die in diem Eccleſiæ Catholicæ prædicationis veritate, ſanctorumq. ſeruorum
Dei propoſito,continentia,& paupertate profunda,ex monaſterio,quod per illum memorabilem
virum & eſſe & creſcere cœperat,magno deſiderio poſcere atq. accipere Epiſcopos & clericos pax
Eccleſiæ atq. vnitas & cœpit primo,& poſtea conſecuta eſt. Nam ferme decem,quos ipſe noui,ſan
ctos ac venerabiles viros continentes & doctiſſimos B. Auguſtinus diuerſis Eccleſijs, nonnullis E
quoq. eminentioribus rogatus dedit. Similiterq. & ipſi ex illorum ſanctorum propoſito veniẽtes,
Domini Eccleſijs propagatis , & monaſteria inſtituerunt , & ſtudio creſcente ædificationis verbi
Dei,ceteris Eccleſijs promotos fratres ad ſuſcipiẽdum ſacerdotium præſtiterunt.] hæc Poſſidius:
vt plane videas ex vno Auguſtini monaſterio vniuerſam Catholicam Eccleſiã Africanam ſanctis
ſacerdotibus & monaſterijs (ex alijs,alijs deriuantibus) breui tempore fuiſſe repletam, Donati-
ſtis propterea inuidentibus,& nomen monachi [h] execrantibus. Sed de his alibi.

Monachiſmus in Africa propagatus.

f Apud Auguſt. epiſt. 35.

g Poſſid. in Vit. Auguſt. c. 11.

h Aug. in Ioan. tract. 97.

LII. At deniq. vt ad eumdem Paulinum, ad quem legationem ab Africanis Epiſcopis miſſam hoc
anno diximus,redeamus,& anni huius claudamus periodum: Quem his Conſulibus annum ab-
ſoluiſſe in agro Nolano diximus,conſtat eodem quoq. anno ad Seuerum primã ſcripſiſſe epiſtolã,
qua de his quæ tranſacta fuiſſent cũ Romano Pontifice,deq. ſeceſſione ſua & legatione Africano-
rum Epiſcoporũ nuper ſuſcepta,mẽtionem habet. Liquet inſuper,eodem hoc primo anno ſuæ cõ-
morationis in agro Nolano apud S. Felicem,ſecũdum eius Natalitium carmine ceciniſſe: ſtatuiſſe

quippe

A quippe ipſum qualibet anniuerſaria die natalis ipſius carmen in laudem eius ſcribere, idem ipſe
[a] ad eumdem Seuerum ſcribens teſtatur his verbis: Habes ergo libellos a me duos, vnum verſib.
Natalitium, de mea ſolemni ad Dominędium cantilena, cui corpore & ſpiritu quotidie, lingua au
tem quotannis penſito dulciſſimum ſeruitutis voluntariæ tributum in die feſto conſecrationis
eius, immolans Chriſto hoſtiam laudis, & reddens Altiſſimo vota mea.] hæc ipſe. Porro ſecundũ
ordine poſitum eſt primum carmen de Natalitio Nolę ſcriptum: nam primum conſtat abſentem
agentemq. in Hiſpania deſcripſiſſe. Ceterum ſcias Paulinum appellare conſueuiſſe S. Felicem Do
minædium, quaſi Dominum ædium, quas ipſe Paulinus in honorem illius erexerat.

a Auguſt. epi. 91

IESV CHRISTI ANNVS 396. SIRICII PAP. ANNVS 12. ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS 2.

B [a] TRecenteſimus nonageſimusſextus Chriſti annus, amborum Auguſtorum Conſulatu, Arca- I.
dij quartum, tertium uero Honorij, Faſtis adſcribitur. Huius Honorij tertij Conſulatu, ſed
primi poſt obitum parentis Theodoſij, meminit Paulinus [b] in Ambroſio; vbi & quid acciderit in
editione munerum in ipſo Conſulatus ingreſſu exhiberi ſolita, narrat his uerbis: Per idem tẽpus,
cum Conſulatus ſui tempore Imperator Honorius in vrbe Mediolanenſi Libycarum ferarum ex
hiberet munus, populo illuc cõcurrente, data copia eſt miſſis militibus ab Stilicone Comite, hor
tatu Euſebij Præfecti, vt Creſconius de eccleſia raperetur. Quem confugientem ad altare Domi-
ni, ſanctua Epiſcopus cum clericis, qui in tempore aderant, defendendum circumdedit. Sed mul-
titudo militum, quæ duces ſuos habebat de perfidia Arianorum, præualuit aduerſus paucos; atq;
ablato Creſconio, exultãtes ad amphitheatrum reuerterunt, Eccleſiæ luctum non modicum relin
quentes. Nam ſacerdos proſtratus ante altare Domini, factum diu fleuit. Sed in tempore cum re-
uertiſſent & renunciaſſent ijs a quibus fuerant deſtinati milites; dimiſſi leopardi, ſaltu celeri ad
eumdem locum, in quo ſederant qui de Eccleſia triumphabãt, aſcendentes, grauiter laniatos reli
querunt. Quod ubi uidit tunc Stilico Comes, pœnitentia motus eſt, ita ut per multos dies ſatisfa
C ceret ſacerdoti. Et illęſum quidem illum qui ablatus fuerat dimiſerat: ſed & quia grauiſſimorũ
criminum erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exilium deſtinatur, non multo poſt indul-
gentia proſequẽte.] hæc de his Paulinus; qui & de eiuſdem Stiliconis ſeruo hæc inferius ſubdit:

b Paulin. in Vita S. Ambroſ.

Eccleſiæ immunitatẽ violantes dant pœnas.

Superioribus autem diebus, cum Stiliconis tunc Comitis ſeruus, qui dæmonio laborauerat, in II.
Ambroſiana baſilica iam ſanatus maneret, commendatus a domino ſuo (ferebatur enim quod li-
benter ab eodem haberetur) facere falſas epiſtolas Tribunatus, compertum eſt in tantum ut tene
rentur homines, qui ad miniſtrandum pergebant. Sed ubi ad perſonam ſerui ſui peruenit Co-
mes Stilico, qui in ſeruo ſuo noluit vindicare: homines etiam qui decepti fuerant, interuẽtu ſacer
dotis dimiſit; de ipſo vero ſeruo ſacerdoti queſtus eſt. Quem vir ſanctus, cum de baſilica Ambro-
ſiana egrederetur, requiri fecit, atque ad ſe perduci. Quem cum interrogaſſet, & deprehendiſſet
auctorem tanti flagitij, ait: Oportet illum tradi ſatanæ [c] in interitum carnis, ne talia aliquis in po
ſterum audeat admittere. Quem eodem momento (cum adhuc ſermo eſſet in ore ſacerdotis ſan-
cti) ſpiritus immundus arreptum diſcerpere cœpit. Quo viſo, non minimo timore repleti ſumus
& admiratione.] hæc Paulinus, qui & iſta ſuperioribus addidit de legatione Reginæ Marcoman-
norum; quam hoc anno contigiſſe, ea quę dicentur, facile declarabunt:

De ſeruo Stiliconis a S. Ambroſio liberato.

c 1. Corin. 5.

D Per idem tempus Fritigil quędam Regina Marcomannorum, cum a quodam Chriſtiano vi- III.
ro, qui ad illam forte de Italiæ partibus aduenerat, referente ſibi audiret famam viri, Chriſto cre
didit, cuius illum ſeruulum recognouerat: miſſiſq. muneribus placatos ab Eccleſia poſtulauit, vt
ſcriptis ipſius, qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille epiſtolam pręclaram fecit in
modum catechiſmi. in qua etiam admonet ut ſuaderet viro ſuo Romanis pacem ſeruare. Qua
accepta epiſtola, mulier ſuaſit uiro, & cum populo ſuo ſe Romanis tradidit. Quæ cum aduenisset
Mediolanum, plurimum doluit, quod ſanctum ſacerdotem, ad quem feſtinauerat, minime repe-
riſſet: iam enim de hac luce migrauerat.] hæc Paulinus. Contigit autem (vt dicemus anno ſequẽ
ti) menſe Aprili eumdem ſanctum ſacerdotem ex hac vita migraſſe: vt plane intelligantur hęc in
ter eos hoc ipſo anno tranſigi cœpta eſſe. At periiſſe dolemus adeo nobile ſcriptorum Ambroſij
monumentum, quo vnico Spiritus telo indomitos hactenus barbaros ſubiugauit, eo pręſertim tẽ
pore, quo aliæ barbaricæ nationes ipſum Orientale depaſcebantur Imperium. Perſtitiſſe & in ſu-
ſcepta fide Chriſti Marcomannos, ſemelq. initam cum Imperatore Romano pacem firmiter cu-
E ſtodiſſe, certo argumento eſt, quod inter alios a S. Hieronymo [d] diuerſarum nationum nomina-
tos barbaros, qui eruperunt in Gallias ſub eodem Auguſto, Marcomanni minime recenſiti inue-
niuntur, cum ceteri nominentur, nempe Quadi, Vuandali, Sarmatę, Alani, Gipedes, Heruli, Saxo-
nes, Burgundiones, & Alemanni, de quibus acturi ſumus inferius ſuo loco.

Fritigil Regina Marcomannorum cum viro ſuo & populo ſe dant Romanis.

d Hier. epiſt. 11.

Iiſdem Conſulibus, tum Marcellinus [e], tum Proſper [f] prodigium memorabile illud ſignant, IV.
quo ardente deſuper cælo, atque terra tremente deorſum, Conſtantinopolitanę vrbis conflagra-
tio, eiuſq. extremus interitus timebatur. Rei quidem memorabilis fama ſuos egreſſa fines, toto
pene Orbe diffuſa, cunctis innotuit: quæ allata in Africam, certiſq. teſtibus confirmata, a S. Augu
ſtino [g] his verbis deſcribitur: Nonne ante paucos annos, Arcadio Imperatore Conſtantinopoli
(quod dico, audierunt nonnulli, & forſitan nouerunt, & ſunt in hoc populo, qui illic pręſentes fue
runt) volens Deus terrere ciuitatem, & terrendo emendare, terrendo conuertere, terrendo mun-
dare, terrẽdo mutare: ſeruo cuidam ſuo fideli viro (vt dicitur) militari uenit in reuelatione, & dixit
ei, ciuitatem vẽturo de cęlo igne perituram. Eumque admonuit, ut Epiſcopo diceret. Dictum eſt.

e Marcellin. in Chron.

f Proſper in Chron.

g Augu. de excidio vrbis. c. 6.

Vrbs Conſtantinop. nouo caſu perterrita.

Non contempſit Epiſcopus,& allocutus eſt populum. Conuerſa eſt ciuitas in luctum pœnitentię quemadmodum quõdam illa antiqua Niniue. Tamen neputarẽt homioes illum qui dixerat, vel falſitate deceptum, vel fallaciter decepiſſe: venit dies, quem Deus fuerat comminatus. Intentis omoibus & exitum cum timore magno expectantibus, noctis initio, tenebrante iam mundo, viſa eſt ignea nubes ab Oriente, primo parua, deinde paulatim, ut accedebat ſupra ciuitatem, ita creſcebat, donec toti vrbi ingens terribiliter immineret. A

V. *Incendium & terræmotus imminent ciuitati Conſtatinopolitanæ.*

Videbatur horrenda flamma pendere, nec odor ſulphuris deerat. Omnes ad eccleſiam confugiebant: non capiebat multitudinem locus. Baptiſmum extorquebat quiſque a quo poterat: non ſolum in eccleſia, ſed etiam per domos, per vicos ac plateas ſalus ſacramenti exigebatur, ut fugeretur ira oon præſens utique, ſed futura. Attamen poſt magnam illam tribulationem, ubi exhibuit Deus fidem uerbis ſuis, & reuelationi ſerui ſui; cœpit ut creuerat, minui nubes, paulatimque conſumpta eſt. Populus ſecurus paululum factus, iterum audiuit omoino eſſe migrandum, quod ciuitas eſſet proximo ſabbato peritura. Migrauit cum Imperatore tota ciuitas: nemo io domo remaoſit: nemo domum clauſit, longe recedeos a mœnibus: & dulcia tecta reſpiciens, relictis cariſſimis ſedibus, uoce miſerabili ualeſecit. Et aliquot millibus tanta illa multitudo progreſſa, uno tamen loco fundendis ad Deum orationibus congregata, magnum fumum ſubito uidit, & vocem magnam emiſit ad Deum. Tandemq. tranquillitate conſpecta, miſſis qui renunciarent, ſolicita, quod prędicta fuerat hora tranſacta: & renunciantibus, quod ſalua vniuerſa mœnia & tecta conſiſterẽt: omnes cum ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo ſua quicquam perdidit patente: omnis homo ſicut dimiſit, innenit. B

VI. *Diuina miſericordia incutitur timor.*

Quid dicemus? vtrum iſta ira Dei, an potius miſericordia fuit? Quis dubitat, miſericordiſſimum Patrem corrigere voluiſſe terrendo, non perdendo punire; quando nihil hominum, nihil domorum, nihil mœnium tanta impendens præſentia calamitatis læſit? Prorſus ſicut ſolet manus erigi ad feriendum, & conſternato illo qui feriendus erat, miſeratione reuocari: ita factum eſt illi ciuitati. Verumtamen ſi eo tempore quo illa derelicta, uniuerſus populus abſceſſit, irrueret vaſtitas loco, totamq. vrbem ſicut Sodomam nullis ſaltem ruiois remanentibus perdidiſſet: quis etiam ſic dubitaret quod Deus pepercisset illi ciuitati; quæ præmonita & territa, & diſcedente atque migrante, locus ille conſumeretur?] ſed hactenus de his Auguſtinus. Com autem meminit eiuſdem prodigij Paulus Diaconus, precibus Arcadij ac populi tribuit ciuitatis ab imminente clade ſalutem. ait enim [a]: Interea ingens terræmotus Conſtantinopoli factus eſt, ita ut ſubtus terra tremeret, & deſuper fuſa cęlitus flamma penderet; tamdiuq. manſit, donec orationibus Arcadij Principis, & populi Chriſtiani pręſentem perditionem Deus exoratus auerteret; probans ſe ſolum eſſe & conſeruatorem humilium, & punitorem malorum. Arcadius itaque Imperator erat vir mitis & quietus, & circa finem uitæ pro huiuſmodi cauſa venerabilis ęſtimatus.] hæc ipſe de præſenti clade: quibus hæc addit ad eiuſdem Arcadij commẽdandam præſtantem fidem ac pietatẽ: C

a Pauli. Diacon lib. 13.

VII. *Arcadij pietas commendata ex multis.*

In vrbe, inquit, Conſtantinopoli domus eſt maxima, habens cognomẽ Caryæ, id eſt, nucis: eſt enim io eius domus veſtibulo arbor nucis, io qua (vt ſermo eſt) fuerat appenſus martyr Acacius, & defunctus: ob quam rem etiam oratorium illic eſt ędificatum. Hanc Arcadius videre uolens, ad orationem uenit; votoq. completo, reuertebatur: proinde cuncti circa oratorium habitantes, volentes Imperatorem videre, currebant: & alij quidem foris domum pręceſſerant, ut melius aſpectum Principis & ordinem viderent obſequij; alij uero ſequebantur. Dumq. omnes cum mulieribus atque filijs, ſimulq. maocipijs extra domum fuiſſeot egreſſi: repente maxima domus oratorio cohęrens, ſubito tota corruit: clamor cum admiratione ſecutus eſt, quomodo oratio Principis tantos ruinæ immiocntis periculo liberauit.] hęc Paulus Diaconus, cuncta adſcribens Arcadij pietati: ac merito ſanc: ijs enim Imperij ipſius primordijs, optimi quidem atque Chriſtianiſſimi Principis ſpecimen edidit. Vtinam nou Herodias, Ioannis hoſtis, eius lateri inhæſiſſet, quæ poſtea ipſum a recto tramite ęquitatis abduxit. Sed de his inferius. D

VIII. *Arcadius iterum exagitat hæreticos.*

Effulſit quidem & in his potiſſimum Arcadij Auguſti pietas, cum nihil penes ſe haberet antiquius, quam fidem Catholicam ab omnibus hæreticorum impietatibus munire, hęreſeſq. cum hæreticis longe loogius pellere, ac penitus profligare. Huius rei cauſa, ſimulac (vt vidimus anno ſuperiori) liberas eſt nactus habenas Imperij, pluribus eoſdem hæreticos exagitauit edictis. Sed & hoc anno eorumdem petulantiam, cum ijdem procaciter accepta a Præfecto licentia, ſe inferrent in Vrbem, cohibuit, dato ad Clearchum Vrbis Præfectum aduerſus eoſdem eiuſmodi reſcripto, [b] quo & ipſe Præfectus puniendus eſſet:

b l. 30. de hære. Cod. Theod.

IX.

Cuncti hęretici proculdubio nouerint omnia ſibi loca huius Vrbis adimenda eſſe, ſiue ſub Eccleſiarum nomine teneantur, ſiue quę Diaconica appellantur, vel etiam Decanica, ſiue in priuatis domib. uel locis priuatis Fiſco noſtro ad corporandis. Præterea oẽs clerici hæreticorum ex ſacratiſſima Vrbe pellantur, neq. his finibus liceat conuenire. Ad hoc interdicatur ijs omnibus ad litaniã faciendam intra ciuitatem noctu uel interdiu profanis coire conuentib. Statuta uidelicet condemnatione centum librarum auri contra officium ſublimitatis tuę, ſi quid huiuſmodi fieri uel in publico uel in priuatis ædibus concedatur. Dat. V. Non. Martij, Conſtantinop. Arcadio quartum & Honorio tertium AA. Conſſ.] hæc quidem aduerſus omnes hæreticos. Ceterum Eunomianos priuato edicto ad Præfectum Prętorio Cæſarium dato inquiri iuſſit, ſic enim ſe habet [c]: E

c l. 32. de hæret. Cod. Theod.

X.

Ne Eunomianorum tanta dementia perſeueret, ſublimis magnificentia tua omni ſtudio auctores doctoreſq. Eunomianorum inueſtigate feſtinet: clericiq. eorum maxime, quorum furor tantũ ſuaſit errorem, de ciuitatibus pellantur extorres, & humanis cœtibus ſegregentur. Dat. X. Kalen. Maij, Conſtantinop. Arca. IIII. & Honorio III. Conſſ.] Sed & aduerſus apoſtatas ad eũdẽ Cęſariũ hoc codẽ anno eiuſdẽ Arcadij datũ reſcriptũ extat [d], ac rurſum aliud aduerſus idololatras [e], quos exuit omnibus priuilegijs iiſdem antiquo iure conceſſis, quæ breuitatis cauſa referre deſinimus.

d l. 6. de Apoſt. Cod. Theod.
e l. 14. de Paga. Cod. Theod.

Hoc

XI. A Hoc eodem anno,qui ſequens eſt ab Hunnorum atque aliorum barbarorum egreſſu,S.Hiero-
nymus(vt ipſe [a] teſtatur)de Nepotiano presbytero,ad quem de Vita clericorum libellum ſcrip
ſerat,iam vita functo, Epitaphium ſcripſit ad Heliodorum Altinenſem Epiſcopum eius auuncu-
lum,qui ingenti dolore eius deceſſu affectus erat ; quòd quem a tenera ætate Chironis inſtar ad
omnes perfectæ clericalis vitæ numeros compoſuerat , cum magna gloria tum ſanctitatis tum do
ctrinæ niteſceret,quo tempore ipſe iam ſenior in eum Eccleſiaſtica onera refundere cogitabat,[ſic
repente e manibus(vt dici ſolet)abreptus eſſet. Porro ipſe Nepotianus proxime moriturus, patris
ſui S.Hieronymi [b] memor,ſacerdotalem qua vtebatur in ſacris,ipſi veſtem legauit: cuius chari
tatis officij idem Hieronymus eadem voluit epiſtola meminiſſe,cum ait: Quis crederet in tali il-
lum tempore noſtræ neceſſitudinis recordari,& luctante anima ſtudiorum ſcire dulcedinem? Ap-
prehenſa auunculi manu : Hanc,inquit,tunicam,qua vtebar in miniſterio Chriſti,mitte dilectiſſi-
mo mihi ætate patri,fratri collegio : & quicquid a te nepoti debebatur affectus , in illum transfer,
quem mecum pariter diligebas . Atq. in talia verba defecit,auunculi manum, mei recordatione
contrectans.]hæc ipſe Hieronymus,qui eadem epiſtola eius virtutes perpetuæ memoriæ conſecra
B uit:quem merito,ob virtutum præſtantiam,tota(vt ait) luxit Italia. Probe enim cognitus omni-
bus, non in clericatu tantum Chriſti miles effulſit, ſed & cum antea apud Imperatorem inter pri-
mos militans iunxit cum militia monaſticam diſciplinam.

a Hiero epiſt.3.
Hieronymus de obitu Nepotiani agit ad Heliodorum.
b Hierony. ead. epiſt.3.

XII. Verum genus illud vitæ quantumlibet ſumma laude dignum extiterit ; tamen quod potiora
præpedire videretur atque differre,haud ſibi laudandum putauit ipſe Hieronymus,dum hæc ait: [c]
Referret(inquam)alius,quod in Palatij militia ſub chlamyde & candenti lino corpus eius cilicio
tritum ſit ; quod ſtans ante ſæculi poteſtates,lurida ieiunijs ora portauerit ; quod adhuc ſub alte-
rius indumentis alteri militauerit ; & ad hoc habuerit cingulum, vt viduis, pupillis,orphanis,op-
preſſis,miſeriſq. ſubueniret. Mihi non placent dilationes iſtæ imperfectæ ſeruitutis Dei,&c.]Quæ
autem qualiave præſtiterit factus clericus,qui ſanctitate ita eluxit in aula ; quiſq; mēte ex his quæ
de eo S.Hieronymus ſcribit,ex multis pauca rimari poterit,ſecretioraq. penetrare. At de Nepo-
tiano hactenus,Annalium quidem digno memoria;qui ſic ex hac vita receſſit, vt tamen clericalis
diſciplinæ ſemper viuentem in Eccleſia perfectam reliquerit formam expreſſam.

c Hierony. ead. epiſt.3.
Quæ Nepotianus cum militaret in palatio.

XIII. Illud vero Hieronymi ex eadem epiſtola de propagato longe lateq. apud barbaros Chriſti no
C mine his attexēdum putaui:vt videas potentia Crucis victos,qui diuerſis in locis atq. temporibus
Romano bella intulerunt Imperio.Ab India(inquit [d])vſq. ad Britanniam,a rigida Septentrionis
plaga vſq. ad feruores Atlantici Oceani iam innumerabiles populi,& tantarum gentium multitu
dines,quām variæ linguis habitu,tam veſtibus & armis, piſcium ritu ac locuſtarum, & velut mu-
ſcæ & culices conterebantur (abſque notitia enim ſui creatoris omnis homo pecus eſt) nunc vero
paſſionem Chriſti & reſurrectionem eius cunctarum gentium & voces & litteræ ſonant. Taceo de
Hebræis,Græcis,& Latinis,quas nationes fidei ſuæ in Crucis titulo Dominus dedicauit. Immorta
lem animam,& poſt diſſolutionem corporis ſubſiſtentem,quod Pythagoras ſomniauit,Democri
tus non credidit,in conſolationem damnationis ſuæ Socrates diſputauit in carcere, Indus, Perſa,
Gothus,Ægyptius philoſophantur. Beſſorum feritas,& pellitorum turba populorum,qui mortuo
rum quondam inferijs homines immolabant,ſtridorem ſuum in dulce Crucis fregerunt melos;&
totius mundi vna vox, CHRISTVS, eſt.] hæc ibi;& in epiſtola ad Lætam eodem ferme tempore
ſcripta ita in eamdem ſententiam [e]: De India,Perſide,Æthiopia monachorum quotidie turmas
ſuſcipimus: Depoſuit pharetras Armenius:Hunni diſcunt Pſalterium: Scythiæ frigora feruent ca-
D lore fidei : Getarum rutilus & flauus exercitus Eccleſiarum circumfert tentoria; & ideo forſitan
contra nos æqua pugnant acie,quia pari religione confidunt.]hæc de Eccleſia vbiq. dilatata S.Hie
ronymus:vt admiratione plane dignum ſit,inter alios recenſitos barbaros, ceteris omnibus fero-
ciores Hunnos,in totum Orientem agmine infeſto graſſantes,& quietis neſcios, nullamq. certam
ſedem habentes,ſubieciſſe tandem indomita colla iugo Chriſti,ſimulq. loco ſiſtere,atq. pacem co
lere,& Dei laudes canere didiciſſe:Quonam autem prædicante,plane neſcitur.

d Hiero.epiſt.3.
Propagatio fidei Chriſtianę.
e Hiero.epiſt.7.

XIIII. Fortaſſe autem idem illis acceſſit Apoſtolus magnus ille Nicetas,quem Beſſas, Dacos, Getas,
Scythaſque hoc tempore ad fidem Chriſti conuertiſſe,S.Paulinus [f] tradit:qui de Beſſis,quorum
ſupra citato loco S.Hieronymus meminit, per S.Nicetam Dacorum Epiſcopum ad fidem conuer
ſis hæc cecinit ſapphicis :

Nam ſimul terris animiſq. duri,
Et ſua Beſſi niue duriores,
Nunc oues facti,duce te,gregantur
Pacis in aulam .
E *Quaſq. ceruices dare ſeruituti*
Semper a bello indomiti negarunt ,
Nunc iugo veri Domini ſubactas
Sternere gaudent.
Nunc magis diues pretio laboris
Beſſus exultat : quod humi manuq.
Ante quærebat,modo mente cœlo
Colligit aurum.]

Barbari a S. Niceta conuerſi.
f Paulin.de reditu Nicetæ Epiſc. in Dac.
Beſſi redditi Chriſtiani.

Subdit idem de ijſdem Beſſis iam vitam monaſticam excolentibus;quæ nos ſuperius alia occaſio
ne tertio tomo poſuimus,cum egimus de propagatis vbiq. monaſticis inſtitutis. Porro Fideles fa
ctos & Scythas Nicetæ quoq. prædicatione,idem Paulinus his verſibus docet :

Te Patrem dicit tota plaga Boreæ,
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,

Scythę per Nicetam etſi ad fidem.

Et ſui diſcors fera te magiſtro
Pectora ponit.] A

Addit & de Getis & Dacibus ab eodem ad Chriſti fidem converſis, quorum ſub Valentiniano ſuperius mentio facta eſt. En vides tempora iſta viſa Romano Imperio infeſtiſſima, quam ceſſerint Eccleſiæ Catholicæ feliciſſima, dum qui Romanis imperitare barbarico furore ſtudebant, mancipia Chriſti facta ſunt, Crucis potentia ſubiugati: quos quidem & Catholica fide imbutos eſſe, ex eorum cultore Niceta ſanctiſſimo Catholico Epiſcopo Catholicis communicante, nullus eſt qui reuocare poſſit in dubium. De eodem vero Niceta ad ſancta loca luſtranda iterum in Italiam peregrinante idem Paulinus [a] duplici carmine cecinit: cuius quidem priorem aduentum ſequenti anno contigiſſe, ſuo loco eiuſdem teſtificatione liquido apparebit.

a Paul. natal. 9. S. Fel. & hym. in reditu Nicetæ.

XV. Quod rurſum ſpectat ad propagatam hoc tempore Chriſtianam religionem, his attexamus quæ de converſis ad Oceanum Boreale poſitis populis per ſanctum Victricium confeſſorem Epiſcopum Rhotomagenſem idem S. Paulinus ad eum ſcripta epiſtola tradit his verbis [b]: Notum enim nobis fecit Titius tuus cariſſimus frater & fidelis miniſter in Domino, non quidem te magis, quam in te Deum prædicans, quanta Dominus per te lumina in obſcuris ante regionibus accendiſſet: Qui educens nubes [c] ab extremo terræ, te quoq. in lucem populi ſui de extimo Orbis eduxit, & clarum fulgur in pluuiam vberem fecit. Sicut terra Zabulon quondam [d], & Nephtalim via maris trans Iordanem Galilææ, & qui ſedebant in regione vmbræ mortis, lucem viderunt magnã: ita & nunc in terra Morinorum, ſitu Orbis extrema, quã barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus, gentium populi remotarum, qui ſedebant in latebris, via maris arenoſa extra Iordanem, antequam pingueſcerent fines deſerti in ea, orta ſibi per tuam ſanctitatem a Domino luce gaudentes, corda aſpera, Chriſto intrante, poſuerunt. Vbi quondam deſerta ſiluarum ac littorum pariter intota aduenæ Barbaria, aut latrones incolæ frequentabant: nũc venerabiles & angelici ſanctorum chori vrbes, oppida, inſulas, ſiluas eccleſijs & monaſterijs plebe numeroſis pace conſona celebrant. Quod quamquam totius Galliæ populis & vbique gentium Chriſtus operetur, qui totum Orbem circuit, quærens dignos ſe, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & in vijs directionis oſtendit ſe hilariter, & omni prouidentia occurrit amatoribus ſuis: tamen in remotiſſimo Neruici littoris tractu, quem tenui antehac ſpiritu fides veritatis afflauerat, te potiſſimum in vas electionis excerpſit, in te prima refulſit, clarius inualuit, ardentius & propitius apparuit, in quo & ſanctificaret illic nomen ſuum, & per cuius nomen etiam Solis ab Occaſu in omnem terram ſonus eius exiret, aſſumpſit. Denique nunc Rhotomagum & vicinis ante regionibus tenui nomine peruulgatum, in longinquis etiam prouincijs nominari venerabiliter audimus, & inter vrbes ſacratis locis nobiles cum diuina laude numerari; haud immerito, &c.] plura enim habet de nobilitate Eccleſiæ Rhotomagenſis ex ſtudioſo cultu Chriſtianæ obſeruantiæ comparata. At de propagatione Fidelium huius temporis hactenus.

b Paulin. epi. 16. B
c Pſal. 134.
d Iſai. 9.
Populi ad Septentrionalẽ Oceanum poſiti converſi ad fidem. C

IESV CHRISTI ANNVS 397. SIRICII PAP. ANNVS 13. ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS 3.

I. Qui ſequitur Chriſti annus trecenteſimus nonageſimusſeptimus, Conſulatu Cæſarij & Attici, Faſtis adſcribitur: quo hæreſes Origenis ſub pietatis inuolucro per Ruffinum presbyterum Aquileienſem e Palæſtina cum Melania Romam redeuntem inferuntur in Vrbem; propinatæque aureo calice Babylonis, antequam inebriarentur illis Fideles, detectæ atque exploſæ fuerunt. Hæc autem quomodo ſe habuerint, dicendum per ſingula: ſed ante omnia, quæ ſunt temporis, elucidanda. Ruffinum quidem indiuiduum Melaniæ comitem cum ea in Aegyptum profectum & in Palæſtinam, ibiq. apud eam, vſque dum illic manſit, Hieroſolymis vitam tranſegiſſe, quæ dicta ſunt ſuperius ex S. Hieronymo ſatis ſignificant: at eadem tum remeante Romam, eiuſdem affectatum eſſe veſtigia, Palladij atque Paulini teſtificatione exploratum habetur: ait enim Palladius [e]: Erat etiam cum ea Ruffinus quidam nomine, ciuis Italus ex Aquileienſi oppido, vir nobilium & in propoſito ſingulari ſatis fortium morum; qui & ad presbyteratum poſtea meruit peruenire: quo nullus manſuetior, fortior, & placidior tamquam omnia ſciens, in ſexu virili potuit inueniri. Iſti igitur in viginti & ſeptem annis, omnes apud Hieroſolymam ſanctos atq. peregrinos Epiſcopos, monachos, virginesq. (hoc enim vouerant Deo) ſuſcepere ſuis proprijs ſumptibus, &c.] agitq. paulo poſt de eorumdem reditu Romam, de quo & nos itidem. Hæc Palladius de Ruffino, eidem in Origenis erroribus concors, vt ſuperius pluribus demonſtratum eſt. Sed & Paulinus comitem Melaniæ Ruffinum appellat [f], quem & haud hactenus ſatis ſibi compertum laudat. S. Hieronymus etiam poſt hæc ad eumdem Ruffinum Romæ agentem litteras [g] dedit: vt plane nullum ſit dubiũ, contigiſſe aduentum Ruffini Romam quando illuc etiam ipſa Melania remeauit. Sed quoto potiſſimum anno Domini Melaniam in Vrbem redire contigit, id quidem eſt accuratius exquirẽdum.

Origenis errores inferuntur in vrbem. D
e Pallad. in Lauſiac. ca. 33. apud Lipom. tom. 3.
f Paulin. ad Seuer. epiſt. 9. E
g Hiero. epi. 66.

II. Iam ſuo loco ſatis liquido ſuperius demonſtratum eſt, ipſam vna cum Ruffino in Aegyptum primo, indeq. Hieroſolymam migraſſe anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimoſecundo, Impp. Valentiniani atq. Valentis nono. Sed quot annos in hac peregrinatione & commoratione inſumpſerint, diverſæ ſententiæ ſunt eiuſdem Palladij atq. Paulini: ſiquidem ille (vt nuper vidimus) viginti ſeptem numerat annos, Paulinus vero vigintiquinq. Sed huius exploratior atq. ſolidior fides eſt: nam accepit hæc ipſe ab eadem Melania, quam redeuntem Romam (vt proxime dicturi ſumus) Nolam diuertentem excepit hoſpitem. Verum ex eo quoq. certior Paulini teſtificatio redditur, & Palladij aſſertio de annis 27. exploditur; quòd cum conſtet hos adhuc in vita agente Siricio Papa repetijſſe

Melania & Ruffini reditus Romam tẽpus.

A repetijſſe Romam:ſi dixerimus,ad numerum annorum a Palladio præſcriptum,ipſorum eſſe pro rogatum aduentum:vtique affirmandum eſſet,non ſub Siricio, ſed ſub eius ſucceſſore Anaſtaſio eorumdem reditum contigiſſe. Ex Paulini ergo ſententia,qui numerat Melaniæ ab Vrbis abſentia quinque luſtra,dicendum eſt,eamdem hoc ipſo anno Romam quaſi poſtliminio redijſſe.

III. *Ruffinus pacifice recedit Hieroſolymis.*

Receſſiſſe autem Ruffinum e Palæſtina cum pace S.Hieronymi,vtriuſque teſtificatione aſſeritur:recitat enim ipſe S.Hieronymus eiuſdem Ruffini verba in poſteriori Apologia quæ ſunt huiuſmodi: Vos nobis pacem proficiſcentibus dediſtis. Reſpondit ipſe:Pacem dedimus,non hæreſim ſuſcepimus:iunximus dextras,abeuntes proſecuti ſumus,vt vos eſſetis Catholici,&c. Melaniæ autem ad Vrbem reditus Palladius [a] eiuſmodi foris prætenſam affert cauſam:Poſt multum vero tẽporis(inquit)cum audiſſet,cuidam nupſiſſe neptem ſuam Melaniam(*Iuniorem dictam*)vitoque renunciare aũt poſt nuptias ſæculo huic velle,cognouiſſet:metuens ne qui malæ vitæ homines ac malæ ſectæ perverſæq. doctrinæ eidẽ iungerẽtur:ob hoc ipſum,cũ iã admodũ ſenex,hoc eſt,ſexaginta eſſet annorum,de Cæſarienſium ciuitate ad vrbem Romam intra dierũ viginti ſpatiũ nauigauit.] hæc Palladius de aſſerta & vulgata forinſecus reditus cauſa. Ceterũ eiuſdẽ cũ Ruffino in Origenis erro-

a Pallad. vbi ſupra c.33.

Cauſa reditus Melaniæ in vrbem.

B tibus(ut pluribus dictũ eſt ſuperius) conniuentiam cauſam extitiſſe eiſdem ad Vrbem veniendi, oratio præmiſſa declarat. Erat his quidem in optatis, vt quibus fauerant & quas fouerent toto illo tempore,Origenis ſententiæ(quarum complures eſſent defenſores in Aegypto conſiſtẽtes monachi,& inter eos celebriores Euagrius & Iſidorus,atque inter Epiſcopos nobilis ſedis Ioannes Hieroſolymorum Antiſtes)eædem Romanæ ſedis Epiſcopi,vt ſic ab vniuerſa reciperentur Eccleſia, probarentur aſſenſu.Sed quanta id ſit elaboratum induſtria, & quibus velamentis vna cum his palliata decore hæreſis ſe in Vrbem intulerit,videamus.

IV.

Atque primum quæ S.Paulinus de Melaniæ reditu,qui eam ſuſcepit Nolæ,deſcribat in epiſtola [b] ad Seuerum,hic reddamus:Addidit(inquit)Dominus hanc gratiam de muneribus & litteris tuis:ut ad eos potiſſimũ dies nobis frater Victor accurret,quibus ſanctam ipſam(*Melaniam ſcilicet*)ex Hieruſalem poſt quinque luſtra remeantem excepimus. Atquam tandem feminam?(ſi feminam dici licet tam viriliter Chriſtianam)Quid hoc loco faciam? vetat faſtidij intolerabilis metus,voluminibus adhuc addere:ſed perſonæ dignitas,immo Dei gratia,poſtulare videtur,vt commemorationem tantæ animæ prægreſſus non raptim omittam,pauliſper ad eam tibi narrandam,

b Paulin. ad Seuerum. epiſt. 10.

Melania peruenit Neapolim atque Nolam.

C &c.]proſequitur nobile genus eius referre,vtpote quæ habuerat Marcellinum Conſulem ordinarium auum,qui vnacum Probino Conſulatum geſſerat anno Domini trecẽteſimo quadrageſimo primo;& eius in vita Chriſtiana ſectanda ardens ſtudium,& alia plura de ipſa,quæ nos ſuo loco ſuperius ordine temporis collocauimus:ac demum de eiuſdem,cum reddit,appulſu Neapolim, iſta ſubdit [c]: Neapolim vrbem breui ſpatio a Nolana,qua degimus,ciuitate diſtinctam,aducta eſt. Vbi filiorum nepotumq. occurſu excepta, mox Nolam ad humilitatis noſtræ hoſpitium feſtinauit:quo nobis aduenit ambitioſo ditiſſimorum pignorum vallata comitatu.

c Hieronym. in Chron.

V. *Occurſus Romanorũ ciuiũ Melaniæ.*

Vidimus gloriam Domini in illo matris & filiorum itinere. In eo quidem,ſed longe diſpari cultu,macro illo & viliore aſellis burrico ſedentem,tota huius ſæculi pompa,qua honorari & opulenti poterant,circumflui Senatores proſequebantur carrucis nutantibus,phaleratis equis,auratis pilentis,& carpentis pluribus, gemente Appia atque fulgente:ſed ſplendoribus vanitatis prælucebat Chriſtianæ humilitatis gratia. Admirabantur diuites pauperem, profani ſanctam,& illos noſtra paupeties ridebat. Vidimus dignam Deo huiuſmodi confuſionem,purpuream,ſericam,auratamq. ſuppellectilem pãnis veteribus & nigris ſeruientem: Benediximus Dominum,qui humi-

D les & excelſos facit ſapientes,eſurientes implet bonis,& diuites dimittit inanes. In iſtis tamen diuitibus eadem die de maternis bonis pauperem ſpiritum ſtupebamus, qui magis ſancta matris inopia,quàm ſua viſibili abundantia gloriabantur. Id ipſum autem gloria Domini videbatur operari,quod egenulæ noſtræ diuitias in eius filijs intuebantur,vt iã hinc fructum fidei ſuæ caperet,cũ victoriam ſuam de huius ſæculi vanitate ipſa deſpectaret, cominus videns omnia quæ propter Chriſtum reliquerat,& contemnere perſeuerauerat. Illi ſericati & pro ſuo quoque ſexu toga aut ſtola ſoliti ſplendere filij,craſſam illam veluti ſpartei ſtaminis tunicam & vile palliolum gaudebãt manu tãgere,& veſtimenta ſua velleribus auro & arte pretioſa pedibus eius ſubſternere,panniſq. contegere geſtiebant;expiare ſe a diuitiarum ſuarum contagio iudicantes,ſi quã de viliſſimo eius habitu aut veſtigio ſordem colligere mererentur.

VI.

Tugurium vero noſtrum, quod a terra ſuſpenſum cœnaculo vna porticu cellulis hoſpitalibus interpoſita longius tenditur,quaſi dilatatum gratia Domini non ſolum ſanctis qui illam plurimi comitabantur,ſed etiam diuitum illorum cateruis non capaces anguſtias præbuit: in quo perſonis puerorum ac virginum choris vicina Dominædij noſtri Felicis culmina refulgebant; neque e

E diuerſo habitationis eiuſdem,diſſoni licet,propoſito,hoſpites obſtrepebant,ſed & in illis religioſa modeſtia imitabatur noſtræ ſilentium diſciplinæ,vt ſi diſſimularent concinere vigilantibus pigro ventre ſopiti tamen nõ auderent pijs vocibus diſſonare,fideli timore compoſiti, quo placitis pſallentium vocibus compreſſo ſæcularium turbarum tumultu etiam taciti concinebant. Verum vt ad perfectam Domini columbam recurram: Scito nunc iſtam tantum in ſexu infirmitatis virtutem Dei, cui refectio in ieiunio,requies in oratione,panis in verbo, habitus in panno,lectus in ſagulo & cẽtone durus in terra fit mollis in littera,qua rigidi cubilis iniuram mitigat lectionis voluptas; & ſanctæ animæ in Domino vigilare, requieſcere eſt:

Hoſpitium ſanctum reddit hoſpites modeſtos.

VII. *Virtutes Melaniæ deſcribuntur.*

Hanc ergo filia Sion hactenus habuit & deſiderat:nunc filia Babylonis habet,& admiratur: quia iam & ipſa Vrbs in pluribus filia Sion eſt,quam filia Babylonis:& ideo miratur in humilitatis obſcuro & veritatis luce viuentem,& fidei incitamenta diuitibus,anguſtiarum ſolatia pauperibus miniſtrantem:quamquam illa quietis & latebræ ſuæ apud Hieruſalem in Romanis modo turbis æſtuans clamet;Heu [d] me quia incolatus meus prolongatus eſt:Ideo ne dilata ſum,vt nunc

d Pſal. 119.

habitem

habitem cum habitantibus Cedar? Hoc enim nomine apud Hebræos (vt comperi) ſignificatur ob A
ſcuritas. Quare ita illi gratulandum de memoratis virtutibus puto, vt de præſenti ſede timeatur,
vt tam inſignis anima plus Romæ conferat, quam de Roma trahat, & ſic ſedeat ſupra flumina Ba-
a Pſal. 136. bylonis, vt recordetur Sion [a], & organo corporis ſui ſuſpenſo ab inimicæ omnibus Babylonis
inſidijs & illecebris, in ſui propoſiti tenore, velut in ſalicibus gemino ſemper humore viuentibus,
conſtituta viuere non deſinat, & permanente fidei conſtantia, virtutiſq. gratia, folium eius non de
Roma qua ex parte dicta Babylon. fluat: vt ſicut vita eius in introitu aſpectatur, ita & laus in exitu cantetur.] hucuſq. Paulinus de aduen
tu Melaniæ Romam: quam quidem Vrbem cum ſic nominet filiam Babylonis, vt tamen in pluri-
bus dicat eam præſeferre filiam Sion: facile puto intelligis, ea nominis vnius Vrbis varietate di-
ſcriminatos eſſe Gentiles a Chriſtianis; nimirum vt ea ex parte Roma Babylon dicatur, vbi adhuc
in ea Gentilicia vigeret impietas; Sion autem in pluribus, vtpote quę Chriſtianis abundaret, in qui
bus cultus religionis veræ micaret: vt plane ex tanti viri ſententia valeas intelligere, quo ſenſu a
Ioanne in Apocalypſi Roma ſit Babylon nominata. At de his ſatis tomo primo Annalium actū eſt.

VIII. Sed ad Melaniam redeamus: Quam cum ſic a Paulino laudatam vides, ne mireris: his quidem
Res Melaniæ atq. Ruffini incompertę Paulino. ipſa atq. maioribus digna præconijs videbatur neſcientibus quæ paucis arbitris in Palæſtina non B
tam ab ipſa, quam per ipſam a ſuis conſocijs de inducendis in Eccleſiam erroribus Origenis, re-
fragante S. Hieronymo, ac penitus obnitente S. Epiphanio, geſta eſſent. Quomodo nam, quæſo, Pau
linus ſciret, quæ nec qui Hieroſolymis eſſent, noſſe potuerint? vt ſuperius eſt demonſtratum in con
trouerſia illa habita inter S. Epiphanium, & Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, Origeniſta
rum patronum, negantem tamen ſe Origenis errores defendere: quę litteris S. Hieronymi vno in-
notuere Pammachio. Vides igitur Paulinum horum omnium penitus ignarum adeo mirifice Me-
b Paulin. epiſt. 9. laniam iure laudaſſe, ſed & eius in via comitem immenſis præconijs, alijs ad eumdem Seuerum [b]
Origenis hæreſis qua pompa inferatur in vrbem. datis litteris, celebraſſe Ruffinum: in quorum celebrationem omnium conuerſa fuiſſe ſtudia Chri
ſtianorum, quis poterit dubitare? En vides, quibus, qualibuſve anteambulonibus inferatur in Vr-
bem hæreſis Origenis: vt plane pro miraculo dicendum fuerit, ſi audito ſonitu tubæ, fiſtulæ, & ci-
tharæ, ſambucæ, & pſalterij, ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum, non adorauerint omnes ſta-
c Daniel. 3. tuam auream [c]: ſi, inquam, quos ſanctiſſimorum virorum etiam audirent encomijs pene diuinis
efferri, æque plauſibus non exceperint, & obuijs quoq. manibus, quod ab illis ſanctitatis titulo fo-
ris inſcriptum offerretur, omnes non acceptarint. C

IX. At quonam modo iſta ſe habuerint, & in quanto tunc periculo Romana Eccleſia verſata ſit, &
Deus illi ea more opportuno tempore præſto fuerit, ordine rerum geſtarum & temporum, ſingu-
la proſequemur. Sed antequam his vela pandat oratio, vaſtum pelagus ingreſſura, in S. Paulini ho-
ſpitio, quo Melaniam cum ſuis excepit, paululum quieſcat.

X. Accepit tunc idem Paulinus a Melania perbreue ſegmētum ligni ſanctiſſimæ Crucis, miſſum
ſibi a Ioanne Hieroſolymorum Epiſcopo. Teſtatur id quidem ipſe Paulinus, cum ex eo quid mo-
d Paulin. ad Seuer. epiſt. 11. dicum ſumptum, nomine Theraſiæ ſuæ, mittit ad ſocrum ipſius Seueri Baſſulam, dum hæc [d] ait:
Segmentum S. Crucis ligni a Ioanne Epiſcopo Hieroſolymitano ad Paulinū miſſum. Partem particulæ de ligno diuinæ Crucis, quod nobis donum benedicta Melania ab Hieruſalem
munere ſancti inde Epiſcopi Ioannis attulit: hoc ſpecialiter ſorori noſtræ venerabili Baſſulæ mi-
ſit conſerua communis. Sed quod alteri veſtrum datur, vtriuſq. veſtrum eſt: quia in vtroq. veſtrum
vna ratio manet, & ſexum euacuat fides, qua in virum perfectum ambo concurritis. Accipite ergo
ab vnanimis fratribus, in omni bono veſtrum ſibi conſortium cupientibus. Accipite magnum in
modico munus; & in ſegmento pene atomo haſtulæ breuis, ſumite monimentum præſentis & pi-
gnus æternæ ſalutis. Non anguſtetur fides veſtra carnalibus oculis parua cernentibus: ſed intenta D
acie totam in hoc minimo vim Crucis videat. Dum videre vos cogitatis lignum illud, quo ſalus no
ſtra, quo Dominus maieſtatis affixus, tremente mundo, pependerit; exultetis cum tremore: recor
demur & petras fiſſas ad huius aſpectum Crucis, & ſaltem ſaxorum æmulatione præcordia noſtra
findamus timore diuino.]

XI. Plura autem poſt hæc Paulinus in eadem ſubnectit epiſtola de Crucis inuentione, ac demum
Vetus conſuetudo oſtendendæ & adorandę Paſchatis tempore Sanctæ Crucis. meminit de eiuſdem ligni ſanctiſſimæ Crucis erogatione Hieroſolymis fieri ſolita ab eius ciuita-
tis Epiſcopo, qui illud Paſchali tantum tempore (vt ait) exhibet populo adorandum. Cuius plane
exemplo, illa in reliquas Occidentalis orbis Eccleſias conſuetudo & ritus manaſſe putantur, vt eo-
dem Paſchali tempore lignum Crucis cum imagine Crucifixi populo adorādum aperiatur, quod
ante erat velo obductum; illud Epiſcopo tertium præcinente præconium, ECCE LIGNVM
CRVCIS, &c.] reſpondente & inuitante choro, VENITE ADOREMVS.] In illis quidem ec
cleſijs, in quibus ineſſe contingeret ipſum lignum ſanctiſſimæ Crucis, illud ipſum (vt Hieroſoly-
mis agebatur) proponebatur populo adorandum: quæ autem eccleſiæ illo carerent, loco illius eahi
bebant (vt fit) alterius ligni Crucem, cum imagine Chriſti Domini crucifixi. hęc quod ad antiquos E
Eccleſiæ ritus pertinet.

XII. Quod rurſum ad idem lignum ſanctiſſimæ Crucis a Melania Paulino datum ſpectat; ingens
Crucis ligno extinct⁹ ignis. plane ex ipſo contigit edi miraculum, cum incendio flagrante fœno referta caſa, in Paulini ipſius
hoſpitium conuerſa flamma cuncta impetu violento depaſcente, oblato ab ipſo globis igneis eo-
dem ligno Crucis, incendium protinus reſilierit, atque penitus extinctum fuerit. Quod ipſum
e Paulin. in Natal. 10. S. Felic. perpetua memoria conſecrandum miraculum, his ipſe Paulinus [e] verſibus cecinit, hic in lecto-
ris gratiam deſcribendis; cum poſt deſcriptum ipſum cuncta vorans incendium, quomodo reſtin
ctum fuerit, iſta ſubdit:

Ipſe domum remeans modicum, ſed grande ſaluti
De Crucis æternæ ſumptum mihi fragmine lignum
Promo, tenenſq. manu aduerſis procul ingero flammis,
Vt clypeum retinens pro pectore quo tegerem me,

Arceremq.

A *Arceremq. hoſtem collato vmbone reliſum.*
Credite: nec donate mihi, ſed reddite Chriſto
Grates, & iuſtas date laudes Omnipotenti.
Noſtra ſalus etenim Cruce Chriſti & nomine conſtat:
Inde fides nobis, & in hac Cruce nixa periclo
Profuit & noſtram cognouit flamma ſalutem.
Nec mea vox aut dextra illum, ſed vis Crucis ignem
Terruit, inq. loco de quo ſurrexerat, ipſo
Vt circumſeptam præſcripto limite flammam
Sidere & extingui, fremitu moriente, coegit,
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta Crucis virtus, vt ſe natura relinquat.
Omnia ligna vorans, ligno Crucis vritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vaſis
B *Aſpergens largis cupiebat vincere lymphis.*
Sed licet exhauſtis penſarent fontibus imbres;
Vi maiore tamen, laſſis ſpargentibus, omnem
Vicerat ignis aquam: nos ligno extinximus ignem:
Quamq. aqua non poterat, vicit breuis haſtula flammam.]

hæc & alia plura ibi Paulinus de inſigni ibidem edito virtute Crucis ligni miraculo.

XIII.

Donatus eſt præterea idem Paulinus ab eadem Melania tunica innocuorum agnorum cõtexta vellere: quam idem ipſe, cum accepiſſet a Seuero pallium ex pilis camelorum hirſutum, eidem dono miſit: de qua poſt alia ſic ad ipſum ſcripſit [a]: Nos, inquit, neque verbis, neque rebus digna pẽſantes, unica tamen facultate nobis charitatis, qua vobis ſola pares ſumus, miſimus tunicam, quã ab vſu meo, vt de ſtercoris vilitate collectum pannum dignare ſuſcipere. Nam vel hoc innocentię tuæ congruit, quod de tenero agnorum vellere contexta blãditur attactibus. Addo autem adhuc pretio eius & gratię, quod quo dignior probetur vſu tuo, de ſanctæ & illuſtris in ſanctis Dei feminæ Melaniæ benedictione mihi pignus eſt. Vnde te dignior viſa eſt, cuius fides illi magis, quam C noſter ſanguis propinquat.] hæc Paulinus; quibus quidem poſtremis verbis, ſe Melaniæ ſanguine fuiſſe coniunctum ſignificat.

a Paulin. ad Seuer. epiſt. 10.
Indumentum a Melania acceptum Paulinus ad Seuerũ mittit.

XIV.

Contigerat autem haud pridem ante aduentum Melaniæ, Nolam mitti ab eodem Seuero ad ipſum Paulinum libellum ſcriptum de rebus geſtis S. Martini: quem Melaniæ illũ auide cupiẽti ſe legiſſe teſtatur, necnon oſtendiſſe S. Nicetæ Dacorum Epiſcopo, qui hoc eodem tempore pietatis ergo in Italiam peregrinatus fuit: ait enim ea epiſtola ad Seuerum [b] reddita: Martinum enim noſtrum illi (*nempe Melaniæ*) ſtudioſiſſimæ talium hiſtoriarum ipſe recitaui. Quo genere te & venerabili Epiſcopo atque doctiſſimo Nicetę, qui ex Dacia Romanis merito admirandus aduenerat, & plurimis Deo ſanctis, in ueritate non magis tui prędicator, quam mei iactãs, reuelaui, &c.] hoc ipſo quidem anno contigiſſe magni illius Nicetę aduentum, ex numero Natalium S. Felicis a Paulino editorum rectam exploratamq. poſſumus deducere rationem. Nam cum ipſe, ſcribens ad Seuerum [c], teſtetur quolibet anno ſe ſtatuiſſe conſcribere verſibus eiuſdem Felicis Natalitiũ; plane ex numero eorumdem annos quoque licebit ſuo ordine adnumerare. Sed cũ in nono a Paulino edito Natalitio mentio habeatur de poſteriori eiuſdem Nicetę aduentu Nolam, eumq. contigiſſe dicat anno quarto a priori ipſius aduentu; affirmare opus eſt, ipſum eius priorem D aduentum, tempore quo Natalitium quintum elaborauit, accidiſſe. De eius enim poſteriori aduentu, quo meminit de priore, iſti ſunt verſus [d]:

b Paul. epi. 19.
c Paulin. epiſt. 9.
S. Nicetę prior aduẽtus in Italiam.
d Paulin. in Natal. 9.

Veniſti tandem quarto mihi redditus anno:
Sed grates Chriſto, quia te vel ſero reuexit.]

XV.

Cum igitur hac ratione priorem eius aduentum cõtigiſſe oportuerit tempore quinti editi Natalitij; in quem Domini annum illud potiſſimũ inciderit, hoc exquirendum eſt. Numeranda quidem eſſe Natalitia illa Paulini ab vltimo anno, quo adhuc detentus in Hiſpania Romam parabat aduentum, ex ipſo ſatis intelligi poteſt. fuit ille annus Domini (vt vidimus) trecenteſimus nonageſimuſtertius. Sequenti autem, cum iã ad natalem diem S. Felicis Nolam ſe contuliſſet, ſecundum ordine edidit Natalitium. Cum vero (vt eius teſtificatione liquet) iam annum apud eumdem S. Felicem egiſſet in ipſo agro Nolano, quando & legationem ab Epiſcopis Africanis ſuſcepit, qui fuit annus Domini trecenteſimus nonageſimuſquintus, tertium ab eo ſcriptum eſt Natalitium; ſequenti vero anno, nempe ſuperiori, quartum. unde hoc ipſo anno Domini trecenteſimo nonageſimoſeptimo, ipſum quintum elucubra- E tum fuiſſe Natalitium, neceſſario dicendum eſt; quo tempore & Nicetæ aduentũ contigiſſe, æque opus eſt affirmare, cum a quinto Natalitio vſque ad nonum numerus ille perficiatur annorum quatuor, quo Nicetas reditum in Italiam prorogauit.

Tempora Natalitiorum S. Felicis a S. Paulino editorum.

XVI.

Qui igitur ex Dacia veniens Romanis (vt ait Paulinus [e]) apparuit admirãdus, æque innotuiſſe Romano Põtifici, atque Apoſtolorum limina viſitaſſe, quis poterit dubitare? Si enim nulla alia cauſa, quam inuiſendorum locorum ſanctorum tam lõgam difficilemq peregrinationem obijſſe, Paulini aſſertione dicitur; potuit ne pręterijſſe venerandas Apoſtolorum Memorias uniuerſo antiquitus celeberrimas Orbe, & ad eas non acceſſiſſe, in ſalutataſq. reliquiſſe, qui Nolam ſe contulit ob S. Felicis ſepulchrum? Certe quidem (ſi coniectura interdum veriſimili ex ſimilibus cõparata exẽplis agere cõceſſum eſt) haud par eſt credere, qui tantam ad barbaras gẽtes agebat molẽ Apoſtolatus, ſub tãtę rei pondere, veluti operibus omnib. feriatum, tot interiacentes, vt iterum in Italiam ſe conferret, peragraſſe prouincias, niſi conſulendi primariam Apoſtolicam ſedem ſumma neceſſitas incubuiſſet. Hunc itaque Nolam aduenientem (vt dictum eſt) cum digne S. Paulinus excepiſſet;

e Paul. epiſt. 10.
Ratio difficilis Nicetæ peregrinationis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

nus excepiſſet: quæ a Seuero ſcripta atque miſſa fuerat Vita S. Martini, voluit eidem fidei manifeſtam. A

XVII.

a Seuer. in Vita S. Martini, c. vlt.

Vita S. Martini a Seuero ſcripta.

Scripſerat enim eam Seuerus adhuc ipſo Martino ſuperſtite: ſed quando, & qua motus occaſione, ipſe docet his verbis [a]: Cum olim audita fide eius, uita, atque virtutibus, deſiderio illius æſtuaremus: gratam nobis ad eum videndum peregrinationem ſuſcepimus: ſimul quia iam ardebat animus Vitam illius ſcriberr; partim ab ipſo, in quantum ille interrogari potuit, ſciſcitati ſumus; partim ab ijs qui interfuerant, uel ſciebant, cognouimus. Quo quidem tempore, credi nõ poteſt, qua me humilitate, qua benignitate ſuſceperit; congratulatus plurimum, & gauiſus in Domino, quo tanti eſſet habitus; quem peregrinatione ſuſcepta expetiſſemus. Miſerum me (pene non audeo confiteri) cum me ſancto conuiuio ſuo dignatus eſt adhibere, aquam manibus noſtris ipſe obtulit, ad ueſperum autem ipſe nobis pedes abluit: nec reniti ad hoc, aut contraire conſtantia fuit: ita auctoritate illius oppreſſus ſum, vt nefas putarem, ſi nõ acquieuiſſem. Sermo autem illius

Acceſſus & congreſſus Seueri cum S. Martino.

non alius apud nos fuit, quam mundi huius illecebras & ſæculi onera relinquendi, vt Dominum Ieſum liberi expeditiq. ſequeremur: prçſtantiſſimumq. nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini, cuius ſupra mentionem fecimus, exemplum ingerebat; qui ſummis opibus abiectis, Chri- B
ſtum ſecutus, ſolus pene his temporibus Euangelica præcepta compleſſet. illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum: beatumq. eſſe præſens ſæculum, tantę fidei uirtutiſq. documento, cum ſecundum ſententiam Domini, diues & poſſidens multa, uendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impoſſibile, poſſibile feciſſet exemplo.] hęc Seuerus de ſuo ipſius acceſſu & congreſſu cum S. Martino, ut eius Vitam deſcriberet, quod & tunc præſtitit; adeo vt appareat, poſt conuerſionem Paulini, ante tamen præſentem annum fuiſſe elucubratam.

XVIII.

b Seuer. epiſt. ad Deſider. ante libellum præfixa.

Quomodo vita S. Martini vbique vulgata.

c Paulin. ad Seuer. epiſt. 5.

Porro ſic (vt ipſe teſtatur [b]) libellum ipſum de Vita ſancti Martini conſcripſit, ut intra parietes domeſticos contineret: uni tantum valde familiari immenſo deſiderio eumdem cupienti & valde expoſcenti, pollicitatione prçmiſſa ne cui concederet, tandem tribuit. Sed id plane accidit, quod idem Seuerus litteris ad Deſiderium ſcriptis, ſe timere ſignificarat, illis uerbis: Sed uereor ne tu ei ianua ſis futurus, & emiſſus ſemel, nonqueat reuocari.] Sed quomodo editus atque uulgatus? creditus eſt libellus eidem ipſi qui ſupra Paulino, qui hæc ad Seuerum [c]; Benedictus tu homo Domini, qui tanti ſacerdotis & manifeſtiſſimi confeſſoris hiſtoriam, iam digno ſermone, quam iuſto affectu percenſuiſti. Beatus & ille pro meritis, qui dignum fide & uita ſua meruit hiſtori- C
cum, qui & ad diuinam gloriam ſuis meritis, & ad humanam memoriam tuis litteris conſecratur.] hæc ipſe Paulinus: qui acceptum libellum illum (ut nuper uidimus) legit Nicetæ Epiſcopo, ſicque ſanctus Martinus innotuit Borealibus barbarorum gentibus. Legit tunc & Melania, & ſic idem ſanctus Martinus in Vrbem inuectus eſt, ex qua celerrime eſt uulgatus in Orbem. Sed quomodo? Audi Poſthumianum [d]:

d Seuer. Dial. 1. cap. 16.

XIX.

Vita S. Martini toto pene Orbe diffuſa.

Referam tibi plane, inquit, quo liber iſte penetrauerit, & quàm nullus fere Orbis terrarum locus ſit, ubi non materia tam felicis hiſtorię peruulgata teneatur. Primus eum Romanę urbi uir ſtudioſiſſimus tui Paulinus inuexit. Deinde cum tota certatim Vrbe raperetur, exultantes librarios uidi, quod nihil ab iis quæſtuoſius haberetur; ſiquidem nihil illo promptius, nihil carius uenderetur. Hic nauigationis meæ curſus longe ante progreſſus, cum ad Africam veniſſem, iam per totam Carthaginem legebatur: ſolus eum Cyrenenſis ille presbyter non habebat; ſed me largiente deſcripſit. Nam quid ego de Alexandria loquar, vbi pene omnibus magis quam tibi notus eſt? Hic Aegyptum, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphitica regna tranſiuit: Hunc ego in eremo a quodam ſene legi vidi: cui cum me familiarem tuum eſſe dixiſſem, & ab illo & a multis fratribus hęc D
mihi iniuncta legatio eſt, ut ſi umquam terras iſtas, te incolume, contigiſſem, ea te ſupplere compellerem, quę in illo tuo libro de uirtutibus beati uiri profeſſus es prçteriiſſe. Age ergo, &c.] Suppletus eſt liber a Seuero, auctarioq. locupletatus per epiſtolas de eiuſdem viri ſancti obitu poſtea ab eo ſcriptas, adiecto inſuper additamento Dialogorum.

XX.

Quid Romę Melania atq; Ruffinus.

Iam uero, ubi ſatis apud Paulinum Nolæ conſedimus, Melaniam cum Ruffino redeuntem in Vrbem proſequamur. Qui enim diu ab Vrbe abſentes, Hieroſolymis tamquam in ſpiritali quadã Academia, ut ueram excolerent ſapientiam, quinque (vt uidimus) luſtris conſederant; cum primũ Romam uenerunt, omnium plane oculos prę admiratione in ſe conuerterunt. Lęti iam illi uidere præſentes, quæ de iiſdem abſentibus ſummo ſæpe præconio fama detulerat; ſed non uidere tantũ, uerum & audire ſolicitι; ſicq. ab ore ipſorum tamquam a cęleſti quodam illato Romam oraculo pependerunt. Cum ipſi, quam ex Origenis libris didicerant, Stoica indolentia perfectiſſimæ & ad omnes numeros abſolutę uitæ Chriſtianę ſpecimen edentes, maxima apud Chriſtianos omnes qui Romæ erant, perpaucis eruditis exceptis, quos antea S. Hieronymus litteris monuiſſet, exiſtimatione fuerunt. Cum ſic igitur animos ciuium erga ſe ſuoſq. eſſe propenſiores & optime E
affectos Ruffinus intellexiſſet: eueſtigio impietate referta allata ſecum ex Aegypto primum, inde Hieroſolymis ſcrinia reſerat, indeq. depromit peſtiferas merces, ſed ita fallacijs obuolutas & auro cęlatas, ut bene prudentes & ſapientes quoque eædem decipere potuiſſent.

XXI.

De Origenis hæreſibus Romam illatis.

e Hieron. Apolog. lib. 2.

De appulſu autem horum in Romanum Portum agens ſanctus Hieronymus, hęc per antiphraſim [e]: O triremem locupletiſſimam, quę Orientalibus & Aegyptijs mercibus Romanæ urbis ditare uenerat paupertatem. Tu Maximus ille es: Vnus qui nobis ſcribendo reſtituis rem. Et go niſi de Oriẽte ueniſſes, eruditiſſimus uir hęreret adhuc inter mathematicos.] & paulo poſt: Te multo tẽpore Pharus docuit, quod Roma neſciuit: inſtruxit Aegyptus, quod Italia hucuſque non habuit, &c.] At ne ſibi eſſet impedimento quod apud nonnullos Origenis nomen male audiret, idem Ruffinus Apologiam pro Origene a b Euſebio Cæſarienſi ſcriptam, nomine tamen martyris Pamphili, a ſe uero Latinitate donatam mox edidit, addiditque pro eodem recens a ſe item uolumen elaboratum, cuius erat titulus: De adulteratione librorum Origenis.] Sed & quod magis mireris,

A gis mireris, nec quidem ipſe Ruffinus erubuit Romæ iactare tum ſanctum Hieronymum, tum
etiam Theophilum Alexandrinum Epiſcopum iiſdem Origenis erroribus aſſentiri. Teſtatur id
quidem ipſe ſanctus Hieronymus in epiſtola quam poſtea ad Pammachium ſcripſit [a], vbi ait:
Me & Papam Theophilum ſui iactabat erroris; latratuq. impudentiſſimorum canum, ad inducen-
dos ſimplices, noſtrum mentiebatur aſſenſum.] hæc ipſe.

a Hieron. ad Pãmach. epiſt. 78.

XXII. Sed quod ſpectat ad Periarchon & Apologiam nomine Pãphili martyris pro Origene a Ruf-
fino editam; audi Hieronymum [b] ab Oriente, ita vt Romæ audiretur, veluti tonitruum, vehemē
tius obſtrepentem: Ruffinus non vni Vrbi, ſed Orbi blaſphemias Origenis, & περὶ ἀρχῶν, li-
bros, quantum in ſe fuit, intulit: ita vt Euſebij quoque primum librum defenſionis Origenis ſub
nomine Pamphili martyris ederet; & quaſi ille parum dixiſſet, nouum pro eo volumē euomeret.]
& rurſus in eum [c]: Cur, inquit, tranſlaturus hæreticam defenſionem eorum, præmittis quaſi mar
tyris librum; & id Romanis auribus ingeris, quod tranſlatum, *nempe* περὶ ἀρχῶν, totus Orbis ex-
pauit? &c.] His igitur præcurſoribus curauit Ruffinus, purulentum Origenis περὶ ἀρχῶν, Romam
inuehere, quo ab omnibus pacificis ſalutaretur occurſibus, & neſcientes imaginem beſtiæ adora-
B rent. Neque vero hæc ſibi viſa ſunt ſatis: ſed & adhuc addidit ad decipiendum ſumma quidem ar
te excogitatum portentum: vt de eo merito illud Pſalmiſtæ appareat decantatum [d]: Sicut no-
uacula acuta feciſti dolum.] & illud [e]: Lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem
tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.] cum videlicet id effecerit, vt
quamuis ipſe fur eſſet & latro, iſtæc ipſa fuerint tamen aduerſus ſanctum Hieronymum protinus
conclamata.

b Hieron. in dialog. aduer. Pelag.

c Hieron. Apol. aduerſ. Ruffin.

Apologia pro ſcriptis Origenis vulgatur Romæ a Ruffino.

d Pſal. 51.

e Pſal. 49.

XXIII. Quonam modo iſta contigerint, audi. Cum ille pro Origene einſmodi præmiſit defenſores, ſic
περὶ ἀρχῶν, ipſius voluit edi, vt eidem præfationi, affixæ, nomen ſuum ſilentio prætermiſerit, quo &
nomen interpretis haberetur incognitum. abſque titulo enim auctoris præfationem illam editam
eſſe, ex eo intelliges, quod de eadem S. Hieronymus poſtea ad Ruffinum [f] ſcribens ait: Præfatiū
cula librorum περὶ ἀρχῶν ad me miſſa eſt, quam ex ſtylo intellexi tuam eſſe, &c.] Inſtar enim ſepiæ
quæque hæreſis ingrediens primum ad obſcurandam veritatis claritudinem vomit: quod com-
mune ſit omnibus male agentibus, lucem odiſſe. Quid igitur veneni lateret in præfatione illa, qd
ve vitioſum eſſet in ea interpretatione, vt merito Ruffinus nomen ſuum ſilentio obuolendum pu
C tauerit in apertam iam lucem cunctis aſpiciendum prodamus. Erit plane quod mireris, lector, cū
intueberis filiorum tenebrarum incredibilem in male agendo verſutiam.

Ruffinus verſute in criminis ſuſpicionem adducit S. Hieronymum,

f Hiero. epi. 66.

XXIV. Qui igitur tacito ſuo nomine, ad ſe tranſlatum hæreſibus refertum Origenis περὶ ἀρχῶν Romę
editurus erat, frōtē operis, ipſa inquam meretricis proſtibuli limina auro recta ornata reddidit at
que compta, vt ad ingreſſum homines ea doloſa arte pelliceret: quod præſtitit, cum ſuſpectum Ori
genis nomen faceret teſtificatione S. Hieronymi venerandum, dum quæ ab eodem adeo celebri
auctore eiuſdem Origenis lucubrationes eſſent hactenus Latinitate donatæ recenſet, & eius de ip
ſo elogia recitat. Ex quibus alterum de duobus euenturum præſentiret; vel vt ita Origenis περὶ
ἀρχῶν auidius acceptum, ab omnibus probaretur; vel ſi contingeret ob blaſphemias reſpui, in Hie-
ronymum ipſum antiquiorem Origenis interpretem ac laudatorem infamia verteretur. Ita qui-
dem ſe habuit mali operis peior interpres, peſſimuſq. præfator. Vnde ſi quis præfationem illam
περὶ ἀρχῶν, Origenis appoſitam, putentis cadaueris dixerit pollincturam, qua graue olens corru-
pta caro ſuauiſſimos ſpiraret odores, ſane quidem ſcopum ipſum veritatis attigerit. Vide quorſū
progreſſæ ſint verſipellis hominis artes.

Doloſa Ruffini præfatio periarchon Origenis appoſita.

XXV. D Sed præſtat ipſum audire Ruffinum, cum iſta præfatur [g]: Scio quamplurimos fratrum ſcien
tiæ Scripturarum deſiderio prouocatos, popoſciſſe ab aliquantis eruditis viris & Græcarum litte
ratum peritis, vt Origenem Romanum facerent, & Latinis auribus condonarent: inter quos etiā
frater & collega noſter Hieronymus ab Epiſcopo Damaſo deprecatus, cum homilias duas de Cā
tico canticorum in Latinum tranſtuliſſet ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeq. præfatus
eſt, vt cuiuis legēdi Origenem & auidiſſime perquirendi deſiderium commoueret.] & paulo poſt
Nos ergo rem ab illo quidem cœptam ſequemur & probatam: ſed non æquis eloquētiæ viribus tā
ti viri ornare poſſumus dicta. Vnde vereor, ne vitio meo illud accidat, vt is vir, quem ille (*nempe
Hieronymus*) alterum poſt Apoſtolos Eccleſiæ doctorem ſcientiæ & ſapientię merito comproba-
uit, inopia ſermonis noſtri longe eſſe inferior videatur.] hæc quidem ipſe & alia in commendatio-
nem Origenis ex teſtificatione S. Hieronymi, magni tunc in Eccleſia nominis, cuius quoque au-
ctoritate adhibitam in idem opus interpretando fraudem voluit contexuiſſe, cum addit: Quantū
fieri poteſt interpretando, ſequar regulam prædeceſſorum, & eius præcipue viri (*nempe Hierony-
mi*) cuius ſuperius fecimus mentionem; qui cum vltra ſeptuaginta libellos Origenis, quos Homi
E liaticos appellauit, aliquantos etiam de tomis in Apoſtolum ſcriptis tranſtuliſſet in Latinū, in qui
bus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco, ita elimauit omnia interpretando atque pur
gauit, vt nihil in illis, quos in fide noſtra diſcreparet, Latinus lector inueniat. Hunc ergo nos etiam,
licet non eloquentiæ viribus, diſciplinæ tamen regulis, in quantum poſſumus, ſequimur, &c.]

g Apud S. Hier. tom. 9.

Ex Hieronymi nomine conciliat fidem hæreſi Ruffinus.

XXVI. Cum igitur iſtæc omnia S. Hieronymi exemplum ſequi, & in genere interpretandi, Origenē
expurgando, ſe illius profiteatur affectari veſtigia; quis reprehendere vel hoſtis auderet, quod tan
to ipſe tentaſſet exemplo? Vel quis cunctando reciperet, quæ ipſe (vt profitetur) Origenis ederet
erroribus expurgata in Latinum conuerſa? Sed quid inſuper? dolos dolis conſarciens, ne ipſe men-
dax argueretur & proditor; cum ſe erroribus, exemplo S. Hieronymi expurgatum librum editurū
polliceatur, quid adiecerit, accipe: Sicubi ergo nos in libris eius aliquid cōtra id inuenimus, quod
ab ipſo in ceteris locis pie de Trinitate fuerat definitum; velut adulteratū hoc & alienū, aut præter
miſimus, aut ſecūdū eius regulā protulimus, quam ab ipſo frequēter inuenimus affirmatam.] hæc
& alia ipſe pollicitus, ad Origenis περὶ ἀρχῶν legendam ſecurum ſic aditum voluit præparaſſe,
tamen

Ruffinus ſimulat emēdatum edi periarchō.

tamen domi exceptos hoſpites letalibus incautos venenis latentis hæreſis compotaret: nimirum A eum lectorem ſecurum redderet, dum pollicetur Origenem erroribus purgatum exhibere, præſtitũq. id ab eo putaret in reliquis, ſicut in maculis hęreſis Arianę: ſicq. tutum redditum eumdem ita cautum in foueam Origenis errorum præcipitem ageret.

XXVII.
a Hier. Apolog. 1. aduerſus Ruffinum.
Purgat tantũ ex parte Ruffinus Origenis Periarchon, vt incautos decipiat.

Sed vbi iſta? Audi Hieronymum [a] ad Pammachium ita ſcribentem: Tuæ me, frater Pammachi, & tuorum litteræ compulerunt, dicentes illos (*libros ſcilicet* περὶ ἀρχῶν) ab alio fraudulenter eſſe tranſlatos, & interpolata nonnulla, & vel addita, vel mutata. Ac ne parum epiſtolis haberem fidem, miſiſti exemplaria eiuſdem tranſlationis cum prælatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legiſſem contuliſſemq. cum Græco: illico animaduerti, quæ Origenes de Patre cum Filio & Spiritu ſancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorẽ partem ab interprete cõmutata: cetera autem dogmata, de Angelorum ruina, de animarum lapſu, de reſurrectionis præſtigijs, de mundo vel mundis Epicuri, de reſtitutione omnium in æqualem ſtatum, & multo his deteriora, quæ longum eſſet retexere, vel ita vertiſſe, vt in Græco inuenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt, exaggerata & firmiora poſuiſſe: vt qui in Trinitate Catholicum legeret, in alijs hæreticum non caueret.] ita Hieronymus: quibus verſutias intel- B ligas hæreticorum, inſtar Iudæ ſic petentis Dominum oſculo, vt laqueum eius collo inijciendum procuret, & vinculis ſtrictum captiuum hoſtibus dedat.

XXVIII.
Dei prouidentia erga Romanam Eccleſiã.
b Luc. 1.
c Hieron. epiſt. 16.

Immenſo tunc quidem periculo Romana fluctuauit Eccleſia, cum hæreſum ille theſaurus manibus clericorũ circumferretur, ab imprudentibuſq. laudaretur, exſcriberetur, vipereoq. fœtu multiplicaretur vbique: adeo vt, niſi Chriſti promiſſionibus firmiſſimo fundamẽto ſup firmã petrã Eccleſia Romana in Petro conſolidata fuiſſet, eius caſus iure timeri potuiſſet; ipſaq. tunc naufragium expauiſſet nauicula Petri, niſi Chriſtus nauigaret in ea. Plane accidit, vt ſicut cum Chriſtus Phariſæorum [b] exagitaretur opprobrijs, extollens vocem quædam mulier magnificare eum intrepide cœpit: ita Romanæ feminæ confeſſione fides Catholica ab Origeniſtarum blaſphemijs vindicaretur illæſa: dum confundens ſapientiam ſapientum, ſilentibus ijs, quorum muneris erat exurgere & ſtare pro muro domus Iſrael, excitauit Deus ſpiritum feminæ. Etenim exurgens tunc mulier, noua Debora, phalanges euertit Chananæorum. At quomodo adeo ingens facinus ediderit femina vna, audi S. Hieronymum [c] rem his verbis accurate ſcribentem:

XXIX.
Marcella quid contra Origeniſtas.

In hac tranquillitate & Domini ſeruitute, hæretica in his prouincijs exorta tempeſtas cuncta C turbauit, & in tantam rabiem concitata eſt, vt nec ſibi, nec vlli bonorum parceret: & quaſi parum eſſet, hic (*in Paleſtina ſcilicet*) vniuerſa mouiſſe; nauem plenam blaſphemiarum Romano intulit Portui: Inuenitq. protinus patella operculum, & Romanæ fidei puriſſimum fontem cœno lutoſa permiſcuere veſtigia. Nec mirum, ſi in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus ſtultorum verberet nares, & obtorto fuſte dentes mordentium quatiat: cum venenata ſpureaq. doctrina Romæ inuenerit quos induceret. Tunc librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio: tunc diſcipulus ὄλβιος, & vere nominis ſui, ſi in talem magiſtrum non impegiſſet: tunc noſtrorũ διδακτικῶν contradictio, & Phariſæorum turbata eſt ſchola. Tũc ſancta Marcella, quę diu ſe cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur: poſtquam ſenſit fidem Apoſtolico ore laudatam in pleriſque violari; ita vt ſacerdotes quoque & nonnullos monachorum maximeq. ſæculi homines in aſſenſum ſui traheret, ac ſimplicitati illuderet Epiſcopi, qui de ſuo ingenio ceteros æſtimabat: publice reſtitit, malẽs Deo placere, quam hominibus.] hæc de S. Marcella Hieronymus, de qua nos plura ſuperius, ſed & inferius dicturi ſumus. At quænam hæc ſancti Hieronymi veluti ænigmatibus obumbrata locutio? Quid per diſcipulum ὄλβιος, & vere nominis ſui, ſi in talem magiſtrum non D impegiſſet?] Alludit plane auctor ad ſcriptionem illam Ruffini ad Macarium ſcriptam de adulteratione librorum Origenis, Romæ editam ad ſternendam viam eiuſdem Origenis erroribus: ad quem etiam præfationem in περὶ ἀρχῶν inſcripſit; Qui cum Macarius diceretur vere (inquit Hieronymus) ὄλβιος iſte dicendus, hoc eſt beatus nempe Macarius ex nomine, niſi in talem incidiſſet doctorem. At quiſnam iſte Macarius fuerit, conſule a nobis notata ad Romanum Martyrologium [d], vt ab alijs eiuſdem nominis ſanctis viris ipſum ſcias diſcriminare.

d Die 2. Ianuar.
XXX.
Origeniſtę a S. Marcella detecti.
e Hier. epiſt. 16.

Sed vt ad Marcellam redeamus: Quo tandem perduxerit ipſa negotium; ex paucis quæ idem auctor ſubdit, poſſumus intelligere; nimirum valide egiſſe, atque reſtituiſſe certamen, inſuper & hoſtes in fugam conuertiſſe. etenim ipſi ab ea palam detecti, negauerunt Periarchõ hæreſum prõptuarium ſua ipſorum opera in Latinum eſſe conuerſum, & infitiari ſunt pariter ſe ea cum Origene ſentire; atque præſeferentes Catholicam diſciplinam, vt Catholicæ Eccleſiæ communicantes, quæſierunt a Romano Pontifice litteras communicatorias, quo earum teſtificatione ſe probarent vbique eſſe Catholicos, ac ita his muniti litteris, ab Vrbe probati Catholici diſceſſiſſe viderentur. Nam de his ſubdit iſta Hieronymus [e]: Cernentes hæretici de parua ſcintilla maxima incendia E concitari, & ſuppoſitam dudum flammam iam ad culmina perueniſſe, nec poſſe latere quod multos deceperat, petunt & impetrant Eccleſiaſticas epiſtolas, vt communicantes Eccleſiæ, diſceſſiſſe viderentur.] Hæcq. cuncta acta ait viuente Siricio, quem anno ſequenti ex hac vita migraſſe dicemus. Cetera autem quæ ſubdit de eorumdem hæreticorum damnatione facta a ſucceſſore Siricij Anaſtaſio Papa, ſuo loco dicturi ſumus.

XXXI.
S. Marcella principium dãnationis hæreticorum.

Ceterum idẽ S. Hieronymus de S. Marcellæ certamine atque victoria iſta ſubdit: Dicas: Quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium: dum adducit teſtes, qui prius ab eis eruditi & poſtea ab hæretico fuerant errore correpti: dum oſtendit multitudinem deceptorum: dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit volumina, quæ emendata manu ſcorpij monſtrabantur &c.] Addit enim, eo ſancta Marcella prouectum eſſe negotium, quòd cum intellexiſſent hæretici ſeſe iam manifeſte Romæ detectos eſſe, vocati licet ab Anaſtaſio ſucceſſore Siricij, cum venire penitus recuſaſſent, abſentes damnari meruerint: vt plane cunctis perſpicue apparuerit, non dormi-

A re, neque dormitate, qui cuſtodit Iſrael; licet interdum illi dormitent, quibus vigilandi munus incumbit.

XXXII. Sugillat tamen S. Hieronymus Siricij Papæ ſimplicitatem, non dolum: dum enim non adduci poſſet, vt crederet, in Chriſtianis adeo fama conſpicuis, hæreſis occultari venenum, ex probitate animi ſui neſciens (vt ait) mala exiſtimare de alijs, haud confeſtim ſpiritualis gladio poteſtatis (vt par erat) deforme monſtrum extinxit, neq. citiſſime damnauit igni verſionem illam veneno refertam περὶ ἀρχῶν Origenis. Licet & aliqua ſaltem ex parte excuſationem illam prætexere iure potuiſſet, quod exemplo Euangelici patris familias vſque ad meſſem ſiuerit zizania creſcere, ne cum eis euelleret triticum; expectans nimirum, vt qui vere eſſent hæretici, perſpicue matura ſegete, certioribus ſignis fierent manifeſti: etenim cum eiuſmodi hominum genere negotium erat, qui venerant in veſtimentis ouium, cum intrinſecus eſſent lupi rapaces, affectataq. ſanctitate, nec ea quidē vulgari, ſed quæ eſſet toto Orbe ſpectata, aſpidum oua fouerent.

Excuſatur Siricius Papa.

XXXIII. Ceterū quod haud velociter Siricius periclitanti occaſione Origenis errorū occurrit Eccleſiæ: quā citius, nempe anni ſequētis exordio ex hac vita ſublatus eſt; erectusq. ſuper cathedram Petri B acerrimus oppugnator Origeniſtarum hæreticorum Anaſtaſius Papa. Sæpe quidem atq. pauēdis eſt demonſtratū exemplis, vt Pontifices illi qui causā fidei paulo ſegnius tractauerunt, ac remiſſius curauerunt, a Chriſto primario omnium paſtore fuerint quam celeriter ex hac vita ſubducti: adeo vt manifeſte fuerit declaratum, ſummo iugiq. ſtudio, ſpecialiq. diligētia ſemper inuigilaſſe ſuper Rom. Eccl. diuinā prouidentiā, ne qua vel leui ſaltē ſuſpicione hæreticæ contagionis aſpergeretur.

Dei prouidentia erga Rom. Eccleſiam vigilat.

XXXIIII. Sed vt ad S. Marcellam iterum redeamus: Quam egregie diuini iudicij pondere certamen fuit æqua lance penſatum, dum per feminam diſſipari delegit, quod duce femina per ſuos diabolus fuerat machinatus! Melania (quod & ſuperius eſt demonſtratum) vexillum impietatis, pietatis tamen charactere notatum, erexit, prægrandi diſpēdio Catholicæ veritatis: nam ſub eo etiam paulo poſt Pelagius hæreſiarcha ordines duxit. Hinc illa iuſta querela S. Hieronymi [a], dum totius huiuſce militiæ recenſet anteſignanos: Quid, inquit, volūt miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis, quæ [b] circumferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & numquam ad ſcientiam peruenientes, & ceteri mulierculatum ſocij prurientes auribus, & ignorātes quid audiant, quid loquantur, &c.] Subdit enim peterudite catalogum præcipuarum hæreſum, quæ præuia ſemper aliqua cum hære- C ſiarcha muliere, infeliciter prodierunt. Sed feminam feminæ, & Melaniæ Chriſtus Marcellam oppoſuit, quæ & victricia erexit de damnata impietate trophæa.

S. Marcella de impietate reuexit triūphū.

a Hiero. ad Cteſiphontē aduer. Pelag.

b 2. Tim. 3.

XXXV. Sed quod ad Ruffinum ſpectat: etſi profecturus Aquileiam, ſolum pattium petierit, & acceperit ab ipſo Siricio Romano Pontifice communicatorias litteras Catholicis tantum (vt ſæpius diximus) impertiri ſolitas; minime ceſſit culpæ Siricio. Nam cum ipſa hæretica interpretatio Periarchon Origenis nomine careret auctoris, nec a quo præfatio illa eſſet ſcripta, liqueret: nihil eſt, quod Ruffinum nondum detectum, immo Catholicum ſe clamantem, & ab omni hæreſi ſe alienum extrinſecus profitentem, a Catholica cōmunione extorrem facere deberet. Nec Romanæ ſedis moris eſt, non conuictum quempiam condemnare. Ceterum oſtentare ſolitum fuiſſe Ruffinum acceptam Siricij epiſtolam, quo ſe Catholicum eſſe omnibus demonſtraret, teſtatur S. Hieronymus in Apologia aduerſus eum conſcripta, cum ait: Siricij iam in Domino dormientis profers epiſtolam, & viuentis Anaſtaſij dicta contemnis?] hæc ipſe. re enim poſtea ab Anaſtaſio bene comperta, accepit quam meruit Ruffinus ipſe ſententiam.

Ruffinus oſtentat Siricij Papæ litteras.

XXXVI. Hoc eodem anno, pridie Nonas Aprilis, S. Ambroſius ætatis ſuæ clauſa periodo, ex hac vita mi- D grauit: ea quippe die natalis eius & ad cœlum tranſitus, Catholicæ Eccleſiæ monumentis, annis ſingulis publice repetendus, adſcriptus habetur. Quod vero ad initam rationem temporis ſpectat; his ipſis anni huius Conſulibus Cæſario & Attico eius obitum cōtigiſſe, Marcellinus [c] affirmat, cum ſanctiſſimum ſacerdotem in Chronico, tamquam epitaphio ſepulcrali, eiuſmodi cōmendatū reliquit elogio: Ambroſius Mediolanenſis virtutū Epiſcopus ſanctus, arx fidei, orator Catholicus, ad Chriſtum Dñm commigrauit.] hæc ipſe, paucis quidem ſumma complexus. Ceterū de anno eius obitus non ex Marcellino ſolū iſta firmamus, ſed & confirmamus auctoritate Paulini Vitam eius ſcribentis, dū ait, ab obitu Theodoſij vſq. ad Ambroſij mortē nō interceſſiſſe trienniū. Sed & cū ex Concilio Carthaginenſi tertio [d] miſſa fuerit legatio hoc anno ſub dictis Conſulibus menſe Septēbri ad Siricium Papam & Simplicianū Epiſcopū Mediolanēſem: plane ſignificatur, iam ante illud tempus Ambroſium ex hac vita diſceſſiſſe. Nec eſt quod quis canonem illum alterius Concilij poſtea Carthagine celebrati eſſe, illi vero annexum Concilio, tergiuerſari poſſit. Nam Siricius Papa, cuius mentio illic fit, haud ad illud tempus vitam propagaſſe dici poteſt, quē conſtat anno ſequenti, menſe Februario ex hac vita migraſſe. Ex quibus & colligere vales, ipſum S. Ambroſium ſediſ- E ſe annos vigintiduos, menſes quatuor minus tribus diebus: creatum enim Epiſcopū diximus anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimoquarto, 7. Idus Decemb. Gratiano III. & Equitio Conſulibus. Hæc cum adeo perſpicuis argumētis appareant, habes vnde redarguas Gregorium Turonenſem, dum tradit ante S. Ambroſium defunctum eſſe S. Martinum, quem deceſſiſſe ait hoc anno ijſdem Cæſario & Attico Coſſ. Sed in vtroq. ipſum errore lapſum, ſatis in Notis [e] oſtendimus: & de anno obitus S. Martini, exacto habito eius vitæ annorum calculo, ſuperius tertio Annalium tomo demonſtratum [f] eſt, dum de eius die natali & a militia diſceſſione pluribus diſſeruimus.

S. Ambroſij obitus tēpus.

c Marcellin. in Chron.

d Concil. Carth. 3. can. 48.

e Rom. Martyr. die 4. April. & die 11. Nouēbr.

f Annal. tom. 3. ann. Dom. 351.

XXXVII. His igitur de obitus tempore elucidatis, quæ mortem præceſſerint & in obitu contigerint, ipſumq. fuerint ſubſecuta, hic ex Paulino reddamus. Ipſe aūt (inquit [g]) de ſua morte ante prædixit, quod vſque ad Paſcha nobiſcum futurus eſſet: quod quidem meruit, Dominum obſecrando, quo maturius hinc liberaretur. Ingemiſcebat enim vehementer, cum videret radicem omnium malorum auaritiam pullulare.] ſed eo magis cruciabatur, quod perſonas quoque Eccleſiaſticas vehementer eadem peſtis inuaſerat. Subdit autem poſt hæc: Ante paucos vero dies quam lectulo detineretur,

g Paulin. in Vit. Ambroſ.

Viſio Paulini, & vltima lucubratio ſancti Ambroſij.

Digitized by Google

detineretur, cum xlIIJ. Pſalmum dictaret, me excipiente & vidente, ſubito in modum ſcuti breuis A
ignis caput eius cooperuit, atq. paulatim per os ipſius, tamquam in domũ habitator ingreſſus eſt:
poſt quod facta eſt facies eius ſicut nix: poſtea vero reuerſus eſt vultus eius ad ſpeciẽ ſuam. Quod
cum fieret, ſtupore percuſſus, obrigui, nec potui ſcribere quæ ab illo dicebantur, niſi poſtquã viſio
ipſa tranſibat. Dicebat enim in eo tempore teſtimonium Scripturæ diuinæ, quod ego optime reti-
nebam. Nam ſcribendi vel dictandi ipſo die finem fecit: ſed quidem ipſum Pſalmum explere non
potuit. Ego vero, id quod viſum a me fuerat, honorabili viro Caſto diacono, ſub cuius cura dege-
bam, ſtatim retuli. At ille repletus gratia Dei, Spiritus ſancti aduentum me in illo vidiſſe docuit le-
ctione Actuũ Apoſtolorum.] hæc de his ipſe Paulinus exceptor: cuius miniſterio per raro, vel non-
niſi neceſſitate cogente, vti conſueuit. nam de eo idem Paulinus hæc ſupra: Nec, inquit, operam de
clinabat ſcribendi propria manu libros, niſi cum aliqua infirmitate corpus eius attenuaretur.]
a Ambroſ. lib. 7. epiſt. 45.
Quod & ipſe Ambroſius, ad Sabinum [a] Placentinum Epiſcopum ſcribens, confirmat: Non enim,
inquit, dictamus omnia, & maxime noctibus, quibus alijs nolumus graues eſſe ac moleſti: tũ quia
ea quæ dictantur, impetu quodam proruunt, & profluo curſu feruntur; nobis aũt, quibus cura eſt,
ſenilem ſermonem familiari vſu ad vnguem diſtinguere, & lento quodam figere gradu, aptius vi- B
detur propriam manum noſtro affigere ſtylo, vt non tam deflare aliquid videamur, quam abſcon-
dere; neq. alterum ſcribentem erubeſcamus, ſed ipſi nobis conſcij ſine vllo arbitro, non ſolũ auri-
bus, ſed & oculis ea ponderemus, quæ ſcribimus.] hæc ipſe; qui hoc tẽpore paſſus diuina, ſuum ex-
ceptorem fallere minime potuit, quin videret quæ alias ſæpe fortaſſe abſq. arbitro perpeſſus eſſet.

XXXVIII.
In quibus ver ſabatur verbis pſalmi tunc Ambroſius.
b Ambr. in Pſal. 43.
c Prouerb. 3.
Ambroſius celatam cupit uiſionem exceptori.

Extat adhuc ipſa poſtrema S. Ambroſij lucubratio in Pſalmum quadrageſimumtertium, reli-
cta (vt Paulinus ait) inabſoluta, duobus vltimis verſibus prorſus intactis. Cum enim in eo explican
do verſu totus eſſet [b]: Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis no
ſtræ?] teſtimoniumque illud diuinæ Scripturæ vltimo recenſeret loco ex Prouerbijs, de diuina Sa-
pientia dictum [c]: In latitudine cordis tui deſcribe eam:] ad hæc ipſe: Ideo, inquit, qui habet ſa-
pientiam, non in occulto teneat eam, ſed canat eam in exitu: vbique quod ſentit, cum auctoritate
prædicet.] tuncq. (vt Paulinus ait) fieri cœpta eſt viſio illa ſphæræ igneæ ſuper caput ipſius dictan
tis: cum tamen dictare ipſe non deſtitit, puto quidem, vt in officio contineret exceptorem; ut deor
ſum ſuper chartam ad ſtylum conuerſis intentiſque oculis, ipſum lateret, quod diuinitus fieret.
Quam ob cauſam dictare proſequens, uerborum illorum aliam Symmachi interpretationem ad- C
didit, ſed quidem non neceſſariam, ſicut non diuerſam: vt plane appareat ipſum, quæcumq. obiter
memoria ſuggeſſiſſet, illa dictaſſe, vt ſic occupatum iugiter redderet exceptorem, ne ſurſum tollen
di oculos tribueret facultatem, & uidendi ea, quorum neminem uellet habere conſcium. quamob
rem (ut dictum eſt) dictare pergens, illa ſubintulit: Symmachus autem, pro tribulatione, afflictatio
nem poſuit. Siue autem afflictatio ſit, ſiue tribulatio: opus eſt ut nos maneamus in Domino, nec ab
eodẽ recedamus. Quoniam præſule Domino & aſſiſtente nobis, omne certamen fortiter poſſumus
ſuſtinere. Si autem Dominum negligamus, & longe nos faciamus a Domino, facimus nobis aduer
ſarium fortiorem.] in quibus poſtremis uerbis dicendis Ambroſius Deo plenus ſubſiſtere numi-
ne uictus cogitur: cum & fruſtra nouiſſima illa dictaſſet, quod exceptor ipſa apparente uiſione to-
tus obriguiſſet: non enim potuit non uidiſſe & ſurſum leuaſſe oculos, quos emiſſi ex luce radij inui
tarunt, rei nouitas prouocauit, atq. ingens miraculum in ſe conuertit: cũ tamen poſtea (ut ipſe ait)
retinens memoria quæ dictaſſet, poſtquam uiſio oſtenſa receſſit, calamo reddidit cuncta quæ dixe
rat. Verumtamen quæ reliqua erant, dictandi nulla amplius Ambroſio cura fuit.

XXXIX.
Deus lucis ſigno S. Ambroſij doctrinam probauit.

Sed cur iſta Deus Ambroſio præſtitit interpretanti diuinas Scripturas iam proxime morituro, D
arbitro exceptore, teſte quidem fide digniſſimo? numquid fruſtra? abſit. Deus quidem (quod
concedunt philoſophi) & natura nihil fruſtra. Nõ enim ad oſtentationem (ut homines) Deus edit
oſtenta, ſed ut quid magnum oſtendat. & quidem (quod ad hanc rem ſpectat) uoluit eiuſmodi ui-
ſione, ueluti ſigillo appoſito, conſignaſſe, oſtendiſſeq. tantum in Eccleſia doctorẽ, non pro humani
ſenſus arbitrio, ſed ex ore Domini, diuino afflatum Spiritu, docuiſſe, diſſeruiſſe, ſcripſiſſe, atque di-
ctaſſe ea, quibus uel populum erudiuit, uel hæreticos confutauit, cum uiua uoce uel ſcriptis Epiſco
pale munus expleuit, & numeros doctoris abſoluit.

XL.
Quid S. Ambroſius ægrotans.

Quæ autem fieri contigerunt, poſtquam ſanctus Dei ſacerdos æger in lecto decubuit, idẽ Pau-
linus ſic narrat: Poſt hos dies, ordinato ſacerdote Eccleſiæ Ticinenſi, incidit in infirmitatem: qua
cum pluribus diebus detineretur in lectulo, Comes Stilico dixiſſe fertur, quod tanto uiro deceden
te de corpore, interitus immineret Italiæ. Vnde conuocatis ad ſe nobilibus uiris illius ciuitatis,
quos diligi a ſancto ſacerdote cognouerat: partim interminatus eſt illis, partim blando ſermone
perſuaſit, ut pergerent ad ſanctum ſacerdotem; ſuaderent illi, ut ſibi uiuendi peteret a Domino cõ
meatum. Quod ille ubi ab illis audiuit, reſpondit: Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec E
timeo mori, quoniam Dominum bonum habemus.] ſententia digna quidem Ambroſio, quam a S.
d Poſſid. in Vit. S. Aug. c. 27.
e Iſai. 5.
Auguſtino laudatam, qui eam declarat, Poſſidius [d] tradit. Ceterum haud falſum vatem Stiliconẽ
fuiſſe, miſerandus probauit euentus; vt plane quod de vinea Domini dictum eſt [e]: Auferam ſe-
pem, & erit in direptionem] Italiæ acciderit poſthac barbarorum furore vbiq. protritæ. Sane qui-
dem quouis tempore, longæua licet ſenecta, eius obitus importunus ſemper videri potuiſſet: hoc
tamen migrans tempore, viſus eſt præmature & importune nimis ex hac vita migraſſe.

XLI.
S. Ambroſij ætas.

Quod autem ad eius ætatem ſpectat; cum ex litteris ipſius ad Seuerum ſcriptis, tempore quo
Maximus tyrannus ex improuiſo inuaſit Italiam, teſtetur ſe tunc fuiſſe ætatis annorum quinqua-
gintatrium, cũ iam Conſulibus Honorio & Euodio annus Domini volueretur trecenteſimus octo
geſimusſextus; numerando ab eo tempore uſq. ad præſentem annũ eius vitæ curſum, ſexageſimũ-
quartum vix inchoatum numerari contingit; adeo vt cum eius ſenectus prouectior expectaretur,
omnino moleſtiſſime acciderit, ipſum deceſſiſſe in ipſo pene limine ſenectutis. Subdit his vero
Paulinus;

A Paulinus : Per idem tempus,cum in extrema parte porticus,in qua iacebat, in vno poſiti Caſtus, Polemius, Venerius,& Felix tunc diaconi ſecum tractarent,voce ita repreſſa, vt vix inuicem ſe audirent, qui poſt obitum illius Epiſcopus ordinandus eſſet : atque cum de nomine ſancti loquerentur Simpliciani : tamquam intereſſet tractatui,cum longe poſitus ab ipſis iaceret ; approbans,exclamauit tertio : Senex,ſed bonus. Erat enim Simplicianus æui maturior. Qua voce audita,expaueſcentes fugerunt.] & paulo poſt :

XLII.

In eodem tamen loco in quo iacebat (ſicut referente Baſſiano Epiſcopo Laudenſis Eccleſiæ, qui ab eodem audierat, didicimus) cum oraret vna cum ſupradicto ſacerdote, viderat Dominum Ieſum adueniſſe ad ſe,& arridentem ſibi. Nec multos poſt dies ablatus eſt. Sed eodem tempore quo a nobis migrauit ad Dominum, ab hora circiter vndecima diei vſq. ad illam horam qua emiſit ſpiritum,expanſis manibus in modum Crucis orauit. Nos autẽ labia illius moueri videbamus, vocem autem non audiebamus.Honoratus autem ſacerdos Eccleſiæ Vercellenſis,cum in ſuperiora domus ſe ad quieſcendum compoſuiſſet,tertio vocem vocantis ſe audiuit,dicentiſq. ſibi:Surge feſtina,quia modo eſt receſſurus.Qui deſcendens,obtulit ſancto Domini corpus:quo accepto vbi B glutiuit,emiſit ſpiritum,bonum viaticum ſecum ferens,vt in virtute eſcæ anima refectior Angelorum nunc conſortio,quorum vitam vixit in terris,& Elię ſocietate lętetur:quia vt Elias numquam Regibus vel vllis poteſtatibus,ita nec iſte pro Dei timore loqui veritus eſt. Atque inde ad eccleſiam maiorem,antelucana hora qua defunctus eſt,corpus ipſius portatum eſt,ibiq. eadem fuit nocte,quam vigilauimus in Paſcha Quem plurimi infantes baptizati, cũ a fonte venirent,viderunt: ita vt aliqui ſedentem in cathedra & tribunali dicerent, alij vero aſcendentem ſuis parentibus digito oſtenderent.Sed illi videntes videre non poterant:quia mundatos oculos non habebant. Plurimi autem ſtellam ſupra corpus eius ſe videre narrabant.

.S. Ambroſij ex hac vita migratio.

XLIII. *Dæmones cruciati præſentia corporis ſancti Ambroſij.*

Tot tantiſq. ſignis voluit Deus ſacerdotem ſuum poſt obitum innoteſcere, vt ſciretur in cœlis viuere,quem in terris defunctum plorabant.Sed luceſcente die Dominico,cum corpus illius,peractis ſacramentis diuinis,de eccleſia leuaretur, portandum ad baſilicam Ambroſianam in qua poſitus eſt:ita ibi dæmonum turba clamabat ſe ab illo torqueri , vt eiulatus eorum ferri non poſſet. Quæ gratia ſacerdotis non ſolum in illo loco, verum etiam in plurimis prouincijs vſq. ad hodiernum manet. Iactabat etiam turba virorum ac mulierum oraria vel ſemicinctia ſua, vt corpus ſan- C cti aliquatenus ab ipſis contingeretur. Erat enim exequiarum turba innumerabilis totius dignitatis,totiusq. ſexus,omniumq. pene ætatum non ſolum Chriſtianorum,ſed etiam Iudæorum & Paganorum:maiore tamen gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati.

XLIIII. *S. Ambroſius viſus in longe poſitis Eccleſijs.*

Eadem vero qua obijt die(ſicut textus epiſtolæ loquitur quæ a ſucceſſore eius venerabili viro Simpliciano ſuſcepta eſt de partibus Orientis,ad ipſum tamquam adhuc nobiſcum viuentem directa,quæ nunc vſq. Mediolani habetur in monaſterio cuiuſdam viri ſancti) apparuit orans cum illis,& imponens illis manus.Habet enim diem epiſtola,quo directa eſt; qua lecta,inuenimus diem eſſe,quo ille defunctus eſt.Intra Tuſciam vero,ciuitate Florentia,vbi nunc vir S.Zenobius nomine Epiſcopus eſt : quia promiſerat ſe petentibus illis , illos ſæpius viſitaturum , frequenter ad altare, quod eſt in baſilica Ambroſiana,quæ ibidem ab ipſo conſtituta eſt,viſus eſt orare ; ſicut ipſo ſancto viro ſacerdote Zenobio referente didicimus.] Subdit poſt hæc Paulinus de auxilio obſeſſæ a Radagaiſo Florentinæ ciuitati ab Ambroſio poſt aliquot annos impertito, deq. Gildone tyranno in Africa eiuſdem Ambroſij ope extincto ;quæ omnia nos ſuo tempore dicturi ſumus, ſicut & de alijs poſtea eiuſdem apparitione obtentis aduerſus impios tyrannos victorijs: vt plane eidem ſan- D cto a Deo conceſſum ſingulari prærogatiua videatur, vt qui viuens principes atque tyrannos corripere numquam deſtitit,poſt mortem quoque perſeuerauerit vindex ſceleratorum Regum,& vltor perſecutorum Eccleſiæ.

XLV. *Detrahentes Ambroſio quę paſſi.*

Sed & quæ Deus oſtenderit ſigna aduerſus eos qui in ſanctiſſimum ſacerdotem poſt obitum obloqui non ſunt veriti,idem Paulinus narrat his verbis: Donatus quidam,natione Afer,presbyter tamen Eccleſiæ Mediolanenſis, cum in conuiuio poſitus , in quo erant nonnulli militares religioſi,detraheret memoriæ ſacerdotis,aſpernantibus illis & deferentibus linguam nequam,ſubito vulnere percuſſus graui,de eodem loco in quo iacebat,alienis manibus ſubleuatus,in lectulum poſitus eſt,atque inde ad ſepulchrum vſque perductus.In vrbe etiam Carthaginenſi , cum apud Fortunatum diaconum,fratrem venerabilis viri Aurelij Epiſcopi,ad conuiuium cõueniſſem vna cum Vincentio Calloſitano Epiſcopo, Maurano etiam Epiſcopo Bolitano, ſed & alijs Epiſcopis,& diaconibus:tunc Maurano Epiſcopo detrahenti ſancto viro, retuli exitum presbyteri ſuperius memorati:quod ille de alio dictum,de ſe oraculum maturo ſui exitu comprobauit.Nam de eodem loco, in quo iacebat,cum ſubito vulnere ingenti eſſet percuſſus,alienis manibus ad lectum portatus eſt, E atq. deinde ad domum in qua hoſpitabatur reductus,diem clauſit.Is finis virorum detrahentium fuit; quem videntes qui tum aderant,admirati ſunt.]hæc Paulinus.

XLVI. *Doctores Eccleſię miraculis illuſtrat.*

En quot quantiſque Deus cum viuentem tum mortuum proſecutus eſt præconem veritatis muneribus, ſicut & alios omnes qui in Eccleſia Catholica enituere veræ fidei defenſores: vt tot tantiſque apertiſſimis ſignis eorumdem memoria diuinitus conſecrata ac poſteris commendata, omnes certo ſcirent,atq. perſpicue intelligerent,veritatem ab illorum partibus ſtare, qui his ipſis qui Dei amiciſſimi claruere,eamdem quam ipſi prædicarunt,atq. aduerſus hæreticos tutati ſunt , intrepide confitentes , adhærent:cum e contra nec vel vmbram quidem vnius ſaltem veri miraculi ſit inuenire apud eos qui diuerſam ab his doctrinam quouis tempore annunciarint.Quod autem ad eiuſdem Ambroſij lucubrationes pertinet : deſiderari quamplura , certum eſt ; nonnulla vero eius ſuppoſita,quiſque prudens intelligit.Sed de his alias.

XLVII.

Qui vero res ab eo geſtas conſcripſit Paulinus , longe alius a Paulino Nolano Epiſcopo fuiſſe, manifeſtiſſime declaratur ſua ipſius aſſertione : Quod enim hoc tẽpore teſtetur ſe clericũ minoris

De Paulino auctore vitæ S. Ambroſij.

ordinis militaſſe in Eccleſia Mediolanenſi ſub cura (vt ait) Caſti diaconi, Ambroſio autem fuiſſe a A
manu: quis non videat hunc eſſe diuerſum a Paulino Nolano, iam ante quadriennium (vt vidimus) initiato presbyteratu, & hoc tempore in agro Nolano agente iam triennium, ibiq. firmiter ſubſiſtente? Decepit complures nomen: ſed & quod ambo viri iſti Auguſtino familiaritate coniuncti fuiſſe noſcantur, exiſtimarunt ijdem, hunc ipſum qui res geſtas Ambroſij memoriæ commendauit, fuiſſe Paulinum Nolanum; a quo etſi alia deeſſent firmiſſima argumenta, certe quidem ipſa longe diſſimilis dicendi phraſis diſcriminat. Ceterum præter S. Paulinum Nolæ agentem, complures alij Paulini inueniuntur eidem Auguſtino perneceſſarij, quorum primum locum obtinet is de quo eſt ſermo, qui rogatus ab ipſo, ſanctiſſimi viri Vitam conſcripſit, vt ipſe eius exordio teſtatur, cum hæc ait: Hortaris, venerabilis pater Auguſtine, vt ſicut beati viri Athanaſius Epiſcopus & Hieronymus presbyter ſtylo perſecuti ſunt vitas ſanctorum Pauli & Antonij in eremo poſitorũ, ſicut etiam Martini venerabilis Epiſcopi Turonenſis Eccleſiæ Seuerus ſeruus Dei ſermone contexuit: ſic etiam ego beatiſſimi Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis Eccleſiæ meo perſequar ſtylo, &c.] Idemq. ad eius Vitæ finem, ſe in Africa Carthagine eſſe verſatum affirmat, cum agit de irrogato diuinitus ſupplicio in Mauranum Epiſcopum Ambroſio detrahentem: vt nõ mirum ſit quod innotuerit Auguſtino, qui & eum antea nouiſſe potuit cum Mediolani vitam ageret. B

XLVIII.

Paulinus Diaconus.

Quamobrem hunc ipſum interdum exiſtimaui eſſe Paulinum illum, qui auctus poſtea diaconatu, acerrimus inſurrexit impugnator hæreſis Pelagianæ, dum Carthagine primum aduerſus Cæleſtium in Epiſcoporum Concilio ſtrenue egit: extant enim Acta illa a S. Auguſtino recitata [a], quibus ſignificatur, eius opera factum, vt Cæleſtius primum [b] Carthagini damnaretur, ac poſtea Romæ, oblato aduerſus eum Zoſimo Papæ libello, vt inferius hæc omnia pro tempore pluribus patefient. Sed præter hunc, alios adhus habes vixiſſe Paulinos Auguſtino notiſſimos: extat enim eiuſdem Auguſtini epiſtola quinquageſimanona ad Paulinum Epiſcopum, in cuius fine duos alios rogat apud ipſum manentes ſalutari Paulinos, quorum alterum nominat filium, alterum vero compresbyterum. Iſidorus in libello quem texuit de Viris illuſtribus hũc ipſum ſcriptorem Vitæ Ambroſij presbyterum nominat: ſed & alias ab eodem editas lucubrationes ita recenſet [c]: Paulinus presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere libellum ſatis ſuccincta breuitate compoſitum. Idem etiam, petente Auguſtino, cõſcripſit Ambroſij vitam ſignis florentem atque doctrinis, & meritis Apoſtolorum non imparem: ſiquidem [*] & Conſtantius Epi- C
ſcopus Germani vitam contexuit, obitumq. Paulini Vranius edidit.] hæc ipſe; quibus perſpicuum eſt, eius quoque ſententia, Paulinum Nolanum, cuius obitum ſcriptum ab Vranio tradit, nequaquam auctorem fuiſſe Vitæ S. Ambroſij: quam quidem ſententiam omnino retinemus: Vranium vero memoriæ tradidiſſe obitum Paulini Nolani Epiſcopi, omnes intelligunt, quos libellum illum legiſſe contigit: cum alioqui illum de quo agit Iſidorus, presbyterum fuiſſe tradat.

a Auguſti. contra Pelag. & Cæleſt. lib. 2. c. 3. 4. 7.

Paulini plures eodem tẽpore.

b Epiſto. Conci. Carthag. ad Innocen. Papã apud Aug epiſt. 9. & Aug. contra Pelag. lib. 2. ca. 7.

c Iſidor. de Vir. illuſtr. lib. 4.

* ſicuti

XLIX.

Tuta Paulini fides probe teſtata.

Ceterum quod ſpectat ad libellum de S. Ambroſij Vita conſcriptum: ſumma fide illũ conſignatum eſſe, quiſque intelligere poteſt; dum vel quæ ipſe vidit, vel a S. Marcellina de Ambroſio didicit vel ex epiſtolis diuerſorum poſt obitum datis de ijs qui in diuerſis prouincijs ipſum vidiſſe narrarunt, ſe ſcripſiſſe teſtatur. Attamen breuius quam par erat, & non leui iactura poſterorum, quamplurima ab eo prætermiſſa noſcuntur; quibus quidem auctam eiuſdem ſanctiſſimi Patris Vitam a nobis conſcriptam, Sixtus Pontifex Maximus, cuius iuſſu eam ſuſcepi prouinciam, ſuæ editioni eiuſdem S. Ambroſij operam præfixam edendam curauit: quam ad ſcripta, de eodẽ in Annalibus, cũ quid diuerſum in ea inuenies (quod poſteriores cogitationes meliores eſſe ſoleant) conforman-

Ambroſij plura ſcripta deſiderata.

dum intelliges. Sed ab eodem Paulino illud deſideratum eſt, quod Poſſidius præſtitit in Auguſti- D
no; nimirum, ve rebus ab eo geſtis memoriæ proditis attexuiſſet ſcriptorum eius catalogũ: etenim conſolatio aliqua ſaltem iſta fuiſſet, poſt illorum deplotatam iacturam inæſtimabilem, in indicis ſerie ea legere, ac in his veluti dulcibus exuuijs delectari. Ignoratum plane eſſet, ſcriptum ab eo catechiſmũ ad Fritigildem Reginam Marcomãnorum, niſi ipſe Paulinus vel obiter meminiſſet: nec ſciretur ab eodem S. Ambroſio editum de pueriliſ ætatis inſtitutione libellum ad Panſophium puerulum Florentiæ ab eo reuocatum a mortuis, niſi alia occaſione idem recoluiſſet: præterijſſent quoque omnes ab eodem S. Ambroſio editi commentarij aduerſus imperitiſſimos & ſuperbiſſimos quoſdam, qui de Platonis libris Dominum profeciſſe iactarunt; niſi apud S. Auguſtinum [d] de ijſdem nobilis memoria eſſet. Nec quis etiam ſciſſet ab eo elucubratas elucidationes in Prophetas, & homilias in Sapientiam Salomonis, niſi vnus hæc docuiſſet Caſſiodorus [e]; cuius quoque teſtificatione tantum noſcitur, ab eodem Ambroſio relictum codicem, in quo eiuſdem ſuauiſſima (vt ait) inerat expoſitio ſuper omnes Pauli epiſtolas: quod quidem volumen iam eiuſdem Caſſiodori tempore deſiderari cœptum eſt: ſed plane deperdito, in locum eius, alterius auctoris, eiuſdem facultatis opus, Ambroſij nomine apparet fuiſſe ſuppoſitum. E

d Auguſt. epiſto. 34. in fine.

e Caſſiod. Inſt. diuin. lect. libr. 1. c. 3. 5.

L.

Sermones S. Ambroſij iacturam paſſi.

Sed & quamplurimos ſermones eiuſdem ſancti conſtat eſſe deperditos. Quotnam, rogo, ab eo ad populum dictas homilias oportuit, quem conſtat ſingulis diebus Dominicis & celebritatibus martyrum conciones ad populum habuiſſe? Porro eiuſdem Caſſiodori [f] auctoritate ſermonis illius tantum titulus innoteſcit, de Iudicio Salomonis: & alios plurimos certum eſt deſiderari: cum alioqui complures S. Maximi Epiſcopi Taurinenſis, Ambroſij nomine habeantur inſcripti, ſicut & alia aliorum nonnulla vt S. Proſperi, & aliorum, vtinam & nõ Pelagij etiam, cuius epiſtolam ad Demetriadẽ ſcriptã Ambroſij nomine hactenus lectã fuiſſe conſtat: vt prætermittã alia nonnulla alienisſima ab eo, quæ eius tñ titulo cuſa leguntur. Sed in his nõ immoremur: a quib. omnib. Paulinus nõ liberaſſet, ſi (vt par erat) ſingula ab Ambroſio ſcripta opera, poſteris, edito eorum indice, crediſſet.

f Caſſiod. lib. 1. cap. 2.

LI.

Cur Hieronymus de Ambroſio tacuit.

Sed nec quemquam alium antiquorum reperimus, qui eiuſdem Ambroſij ſcripta recenſuerit, verum hæc tantũ a S. Hieronymo ante annos quinque in catalogo Eccleſiaſticorum ſcriptorum prodita leguntur: Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus vſque ad præſentem diem ſcribit: de quo,

quia

A quia ſupereſt, meum iudicium ſubtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.] hæc tãtum ipſe. Sed vnde (dicet aliquis) reprehendenda veritas? Numquid fuit aliquid, quo in his quæ ſpectant ad Catholica dogmata Ambroſius a Hieronymo ſugillandus eſſet? minime gentium; ſed quod e Græcis ſciſſet [a] mutuatum eſſe quamplurima. Qui enim e ſecretario Iudicum ad ſacrarium eueſtigio tranſlatus eſſet, haud mirum ſi alterius interdum indigeret ad volatum pennis: quod obiectum tacito nomine in eumdem Ambroſiũ a Hieronymo, Ruffinus [b] exaggerat, ex ſecretis (vt ait) inter ſe litteris de Ambroſio illum ſuppreſſo nomine locutum eſſe, ſe probare poſſe teſtificans. Sed Ruffini ipſius malam mentem, malumq. animum ex pluribus ſuperius reddidimus ſæpe teſtatum. Ceterum hic non prætermittẽdum, vixiſſe his temporibus aliũ item Ambroſium nomine ſcriptorem Eccleſiaſticum, de quo ſic ipſe Hieronymus [c]: Ambroſius Alexandrinus, auditor Didymi, ſcripſit aduerſus Apollinarium volumen multorum verſuum de dogmatibus, & (vt ad me nuper, quodam narrante, perlatum eſt) commentarios in Iob: qui vſque hodie ſupereſt.] hæc ipſe. Sed iam quæ ſunt reliqua anni huius, ordine proſequamur.

a Hieron. præfat. in Didym. de Spir. ſanct.
b Ruffin inuect. aduerſ Hieron.
c Hier. de Scrip. Eccleſ. prope fin.

LII.
De S. Felice Bononienſi & Gaudẽtio Nouar. Epiſcop.

Relato ad ſuperos ſanctiſſimo ſacerdote, communi totius Mediolanẽſis Eccleſiæ conſenſu ſuc-
B ceſſor S. Simplicianus eligitur antiqua morum probitate, probataq. diu doctrina toti orbi Occidẽtali conſpicuus, ſed longæua nimis ætate grauatus: de quo ſæpe ſuperius quarto Annalium tomo pluribuſq. mẽtionẽ haberi contigit. Ex eadem quoque Mediolanenſi Eccleſia, quæ cultura magni illius agricolæ egregijs erat clericorum fœcũdata palmitibus, aſſumptus paulo poſt fuit Felix diaconus in Epiſcopum Bononiẽſis Eccleſiæ, dignus S. Euſebij ſucceſſor.] hæc ex Paulino [d]. Sed haud diu poſt ab eodem S. Simpliciano ordinatus eſt Nouarienſis Eccleſiæ S. Gaudentius Epiſcopus, egregia pollens vitæ ſanctitate, vtpote qui ſub diſciplina inſtitutus fuerat S. Laurentij eiuſdem Eccleſiæ presbyteri & martyris (improuiſa enim Gentilium graſſatione, vna cum pueris quos erudiebat, eſt interſectus) quiq. poſtea S. Martino inhæſit, inde vero adiunxit ſe comitem S. Euſebio Vercellenſi Epiſcopo in Orientem exulanti: ſed & S. Ambroſio bene notus, de futuro Epiſcopatu prædictionem accepit, vt vitæ eius Acta declarant.

d Pauli. in Vita S. Ambroſi.

LIII.
Conciliũ Taurinenſe.

Hoc itidem anno paulo poſt S. Ambroſij obitum, celebratum apparet Concilium Taurinenſe, in quo lectæ ſunt tum Romani Pontificis, tum etiam ipſius Ambroſij litteræ haud pridem ad Synodum datæ in cauſa, communicationis Felicis in Gallia Epiſcopi, prout eiuſdem Synodi quintus
C canon his verbis ſignificat [e]: Illud decreuit præterea S. Synodus vt quoniam legatos Epiſcopi Galliarum, qui Felici non communicant, deſtinarunt; ſi quis ab eius communione ſe voluerit ſeparare, in noſtræ ſanctæ pacis conſortium ſuſcipiatur, iuxta litteras venerabilis memoriæ Ambroſij Epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis dudum latas, quæ in Concilio legatis per ſcribas recitatæ ſunt.] Quiſnam fuerit iſte Felix, cui Galliarum Epiſcopi non communicarẽt, & cauſa cur vitaretur, conſule quæ ſuperius dicta ſunt tertio Annalium tomo, dum de Maximo neci dante Priſcillianiſtas actum eſt.

e Concil. Tauri. cap. 5.

LIV.
De Metropoli Galliæ Narbonenſ. et Vienenſ.

Sedatæ ſunt in eadem Synodo altercationes inter Arelatenſem & Viennenſem Epiſcopos de primatu certãtes, illiq. ciuitati dignitas illa decreta, quæ ſe eius prouinciæ metropolim oſtẽderet. Sed & Narbonenſis prouinciæ primã eſſe ſedem Maſſilienſem Eccleſiam, pariter declaratũ eſt, eiuſque tunc ſedis Epiſcopum Proculum Metropolitanum eſſe habendum Antiſtitem. hic ille Proculus inſignis nomine, quem interfuiſſe vidimus Concilio Aquileienſi vna cum S. Ambroſio, vt eiuſdem Synodi Acta teſtantur; quem & S. Hieronymus [f], ad Ruſticum ſcribens, magnopere commendauit.

f Hier. epiſt. 4.

LV.
Cõcilium Carthaginenſe tertium in Baſilica Reſtituta.

D Iiſdem huius anni Conſulibus, Kalendis Septembris celebrata habetur Synodus [g] Carthaginenſis, tertia dicta, in Secretario baſilicæ Reſtitutæ, loco ſolito, in quo alia quoque nonnulla Carthaginenſia Concilia acta eſſe leguntur. Sed vnde nomen loco, vt baſilica Reſtituta dicatur? Num (vt hæc obiter attingamus) ſic dicta a Reſtituta [h] martyre Carthagine paſſa? Vel a S. Reſtituto Epiſcopo Carthaginenſi, in cuius die natali S. Auguſtinus homiliam ad populum habuit? Aut fortaſſe (vt de alia baſilica in Africa exemplum [i] eſt) ſic nominata fuerit Reſtituta, quod poſſeſſa diu a Donatiſtis, fuerit reſtituta Catholicis? quod & magis arridet; cum in alio Carthaginenſi Concilio celebrato Valentiniano Auguſto quartum & Theodoſio Conſſ. eadem baſilica nominata habeatur Perpetua Reſtituta. Fuiſſe quidem Carthagine maiorem baſilicam, vbi corpora ſanctorum martyrum Perpetuæ & Felicitatis ſepulta erant auctor eſt Victor [k]. Epiſcopus Vticenſis. Sic igitur primaria baſilica, quæ a primaria martyre nomen acceperat vt Perpetua diceretur, occupata olim & poſſeſſa diutius a Donatiſtis, quod tempore Conſtantini vel Conſtantij eius filij reddita ſit Catholicis, Reſtitutæ aucta eſt nomine.

g Extat tom. 1. Concil.
h Rom. Martyr. die 17. Maij ibi Not. 6.
i Euod. Vzalen. Epiſc. lib. 1. c. 7. in fin. apud Auguſt. tom. 10.

LVI.
Secunda hæc Synodus, & non tertia dicenda.

Quod autem tertium hoc dicatur Carthaginenſe Concilium: non inde quidem accidit, quod
E in ea ciuitate tria tantum in hanc diem fuerint celebrata Concilia, cum longe plura ibidẽ habita numerari contingat: ſed quod Conciliorum collector ab illis numerare exorſus, quæ poſt tempora Conſtantini potuit reperiſſe, hoc ordine tertium numerauit; ſed errore quidem lapſus, dum antẽ illud exiſtimauit celebratum Carthagine, quod Conſulatu Valentiniani quarto & Theodoſij reperitur inſcriptum, exiſtimans de Valentiniano Secundo & Theodoſio Seniore eſſe intelligendũ, cũ de Tertio potius Valentiniano & Theodoſio Iuniore ſit accipiendũ: contigit enim eũdẽ nouiſſimũ Valentinianũ gerere Conſulatũ quartũ cũ Theodoſio Iuniore anno Dñi quadringẽteſimo trigeſimoquinto, vt Faſti apertiſſime docent: cũ alioqui nullus ſit reperiri in illis Cõſulatus Valentiniani quartus cum Theodoſij Conſulatu coniunctus, ſed cum Neoterio: Qua ratione, ſecunda potius quam tertia hæc ſynodus Carthaginenſis dicenda erit: quam, ſi attendas quæ de ea in Concilio Africano poſita leguntur, longe ante præſcriptã diẽ Kalendarũ Septẽbriũ cœptã inuenies: nã de non nauigãdo abſque Formata ſancitus canõ ibi legitur [l] his Cõſulibus ſexto Kalẽdas Iulias.

k Vict. de Perſecut. Vuandal. lib. 1.
l Concil. Afri. circa princip.

Rurſum vero de recenſitis ſub eodem Concilio quinquaginta canonibus, haud omnes in hac

LVII.

Synodo ſanciti probantur,ſed diuerſis alijs Concilijs Carthaginenſibus:vt inter alios ille,quo ſa- A
a Concil Carth. 3.c.47.
crorum librorum certus numerus definitur [a]. nam ex eiuſdem canonis verbis exploratum ſa-
tis redditur,decretum illud eſſe in Concilio Carthaginenſi tempore Bonifatij Papæ habito. Sed
b Concil.Carth. 3.c.19.
& canones illos [b] ſpectantes ad cõtinentiam clericorum,quoniam ea eſſe ſtatuta apparent ex ad
Canones diuerſorum Conciliorum ſub vno Concilio recenſiti.
monitione Siricij Romani Pontificis ea de re ſcribentis ante decennium ad Epiſcopos Africanos
poſt Conſulatum Arcadij atq. Bautonis, (qui eſt annus Domini trecenteſimus octogeſimusſex-
tus) dignum eſt exiſtimare fuiſſe alicuius alterius Concilij Carthaginenſis eo tempore poſt ac-
ceptas eiuſdem Siricij Papæ litteras celebrari. Idemque dicendum putamus de canone [c] il-
lo, ne in eccleſia conuiuia celebrentur: quandoquidem ex ſuggeſtione ſancti Auguſtini id ſcri-
c Concil.Carth. c.30.
bentis ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem ante plures annos,cum creatus presbyter eſſet,
a Patribus definitum fuiſſe,nos ſuperius,cum de eiuſdem Auguſtini ſacri presbyteratus ordinis
initiatione egimus,dixiſſe meminimus.Haud enim veriſimile eſt,cum alia poſt acceptas a Siricio
Papa & ab Auguſtino presbytero litteras Concilia in Africa ab Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo
d Concil.Carth. 3.c.48.
celebrata eſſe ſciantur,de his agi poſt decennium eſſe dilatum.Ceterum quod ad canonem [d] illũ
pertinet,quo decernitur Siricium Summum Pontificem conſulendum eſſe,necnon Simplicianum B
Mediolanenſem Epiſcopum:quod nec ſit inuenire ad illud ſequentis anni tempus Siricium per-
ueniſſe,neq. ante præſentem annum Simplicianum ſedere cœpiſſe;neceſſitate temporis cogimur
affirmare,hoc anno,in hoc ipſo Carthaginenſi Concilio ea eſſe decreta,ſicut & alia complura.

LVIII.
e Concil.Carth. 3.c.5.

Inter alia autem in eodem ſtatuta Concilio,quæ ad ritum antiquum pertinent, elucidãda eſt
canonis quinti ſententia,quo iſta decreta leguntur [e]: Item placuit,vt per ſolemniſſimos Paſcha-
les dies ſacramentum catechumenis nõ detur,niſi ſolitum ſal.Quia ſi Fideles per illos dies ſacra-
menta non mutant,nec catechumenis oportet mutare.]hæc ibi.Non eſt quod quis errore labatur,
vt dictum id exiſtimet de ſacramento Euchariſtiæ:nulla enim de his lex ſanciendã fuiſſet;nam ne
cogitatione quidem quis concipere potuiſſet,vt nondum baptizatis Euchariſtia impertiri debe-
ret.Quamobrem per ſacramentum nequaquam ſacra intelligenda eſt Euchariſtia:nam & ſequẽ-
ti canone cum de ea agitur,non alio ipſa nomine quam Euchariſtiæ exprimitur. Sed ea voce Sa-
cramenti,generali ſignificatione,quicquid myſticum eſt,accipitur, vt ſuperius demonſtratũ eſt,
cum de fermenti ſacramento ad elucidationem cõplurium locorum tertio tomo plurib. egimus.
De Catechumenis ſale expurgandis.
Quam ob cauſam exiſtimo idem eſſe quod ibi dicitur,non dandum ſacramentum catechumenis C
eo tempore quòd Paſchalia feſta ſint:ac ſi dixiſſet, Non fiant qui catechumeni inferioris ſunt ordi-
nis,Competentes;vt ſacramentum detur eis,hoc eſt,ſymbolum illud, quod quidem ab Africanis
appellari conſueuit fidei ſacramentum:Sed ſal tantum catechumenis inferioris ordinis impertiri
ſolitum accipiant:Nam & ipſi Fideles,baptizati ſcilicet,per dies illos Paſchales ſacramenta non
f Aug.de Symb. ad Catechum.li. 2.3.4. & de tem por.ſerm.2.
mutant,nempe ſigna in baptiſmate ſuſcepta,vt plane doceat,non eſſe tunc tempus mutationis. S.
Auguſtinus enim vocat ſæpe ipſum ſymbolum,ſacramentum [f]; quòd eo fidei ſacramentum [g],
g Aug epiſt.23. in fin.
hoc eſt fides ipſa,contineatur.Porro catechumeni, ipſo exordio catechiſmi,ſale ad ſalutem cõdie-
bantur,vt qui ritus tractant Eccleſiaſticos ſatis docent;& ipſe de ſe S.Auguſtinus,cum puer eſſet,
ait [h]: Signabar iam ſigno Crucis eius,& condiebar eius ſale.]At de his ſatis.

LIX.
h Aug.Confeſſ. lib.1.c.11.
i Concil.Carth. 3.c.26.

Sed quid illud,quod in eodem Concilio his verbis a Patribus definitum eſſe legitur? Vt [i] pri-
mæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps ſacerdotum,aut Summus Sacerdos, aut aliquid hu-
iuſmodi,ſed tantum Primæ ſedis Epiſcopus.]Ita in omnibus antiquis ſcriptis exemplaribus legi-
tur:verum & Græce redditis eiuſdem Concilij Carthaginenſis canonibus eadem tantummodo eſ-
ſe verba canonis,Theodorus fidem facit: vt non dubites,quæ mox ſequuntur in Decretorum libro D
his verbis:Vniuerſalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur]eſſe Gratiani.Quod ſcho-
k Cẽturiat.cent. 5.c.9.col. 868.
la imperitorum [k] ignorans,magno canonem præconio extulit,quo ſancitum dixerunt,ne Roma-
Redarguitur inſcitia Centuriatorum.
nus Pontifex Vniuerſalis appellaretur:quaſi Africanæ Eccleſiæ iuris fuerit,de Romana Eccleſia ſan-
cire leges;& non magis Romanæ Eccleſiæ facultatis & vſus,leges præſcribere Eccleſiæ Africanæ.
Quod ne longius petito demonſtretur exemplo;habes a Siricio Papa epiſtolam ad Africanos cõ-
ſcriptam Conſulatu Arcadij & Bautonis,qua cuſtodiri præcipit q̃ tunc in Romano Concilio fue-
rant conſtituta,appoſito ad finem epiſtolæ anathemate,his ſcilicet verbis:Si quis ſane inflatus mẽ-
te carnis ſuæ,ab hac canonis ratione voluerit euagari; ſciat ſe a noſtra cõmunione ſecluſum, &c.]

LX.
De titulis Epiſcoporum.

Sic igitur,ſicut liquet ea non eſſe verba canonis,ſed Gratiani;ita etiam patens eſt non eſſe ea-
dem a Gratiano inditam ad canonem illum veluti declarationem appendicem,ſed appoſita ad ſe-
quentium rerum tractandarum epigraphum.At vero cur Romani Pontifices, Vniuerſales inter-
dum dici renuerint,opportunius ſuo loco dicendum:nunc autem in reddendo canonis huius ger-
mano ſenſu verſemur. Ac primum quod pertinet ad voces ipſas:haud enim ipſæ ab Eccleſia abij-
ciendæ fuerunt vt exoticæ atq.profanæ,quæ ex innumeris diuinæ Scripturæ locis ſibi vendicant au- E
ctoritatem:paſſim enim in vtroque reperis Teſtamento,Princeps ſacerdotum, & Summus Sacer-
dos,idemque Maximus Pontifex. Nec quidem eædem,vt mendaces tituli,explodendæ,vel vt quæ
in Eccleſia Catholica non eſſent vſu receptæ:ſiquidem vt Epiſcopi qui alijs præſunt Epiſcopis,di-
l Theodor. in Cõcil. Carthag. c.43.
cerentur Principes ſacerdotum,Theodorus [l] in teſtimonium adducit œcumenica Concilia Sar-
dicenſe & Chalcedonenſe:quæ(inquit) Exarchos prouinciarum appellant Metropoleon Epiſco-
pos.]Quod vero ad Summi Sacerdotis,vel etiam Summi Pontificis vocem pertinet:cõmunes fuiſ-
ſe eiuſmodi titulos etiã Epiſcopis illis,quos nullos ſub ſe Epiſcopos cõtingeret habere ſubiectos,
m Notat.in Ro. Martyrolog. die 19.April.
ſanctorum Patrum & ſacrorum Conciliorum exemplis in Notis [m] ad Romanum Martyrologiũ
pluribus demonſtrauimus;quæ hic repetere(quod rei argumentum expoſcat)haud faſtidio erit.

LXI.

Fuit(vt diximus)olim vetus ille vſus in Eccleſia,vt Epiſcopi omnes non Pontifices tantum di-
cerentur,ſed Summi Pontifices,vel Summi Sacerdotes,eo quòd Epiſcopatus ſummum ſacerdo-
tium diceretur. Vnde S.Ambroſius ad Felicem Comenſem Epiſcopum:Suſcepiſti,inquit,guberna-

A cula ſummi ſacerdotij.] & Zoſimus Papa in epiſtola ad Heſychium Epiſcopum Salonitanum, de clerico per gradus ſingulos ad ſummum vſque promouendo, ait: Iure inde ſummi Pontificatus locum ſperare debebit.] Et Gelaſius in epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ, abſque Summo Pontifice, nempe ſuo Epiſcopo, vetat acolythum vel diaconum quicquam facere. Firmant hæc ipſa ſuis ſcriptis Gaudentius Epiſcopus Brixianus in ſermone habito de ſua ordinatione, Sidonius [a] Apollinaris, & alij, ſed & ſacra Concilia: Nam in Concilio Aurelianenſi primo [b] hæc verba: Cum auctore Deo in Aurelianenſi vrbe fuerit Concilium Summorum Antiſtitum congregatum, &c.] & in Agathenſi ita [c]: De Epiſcopis omnibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis.] & Synodi Toletanæ exordio [d]: Conuenientibus nobis Hiſpaniarum, Galliciæq. Summis Pontificibus.] Sunt & alia complura de his exempla: ſed hæc plus ſatis. Verum quod & deſiderare potuiſſes, & ipſum ſufficere ſolum poterat ad declarandum etiam cur iure Epiſcopi Summi Sacerdotes dicendi eſſent: accipe de his ipſis S. Auguſtini,[e] q̃ huic de qua agimus Synodo reperitur interfuiſſe, ac pariter ſubſcripſiſſe, auctoritatem ſumma fide teſtatam: Quid, inquit, eſt Epiſcopus, niſi primus presbyter, hoc eſt Summus Sacerdos? denique non aliter quam compresbyteros hic vocat & conſacerdotes ſuos.] hæc ipB ſe; quibus perſpicue ſatis intelligas, non ſic prohibuiſſe Synodum Carthaginenſem dici Epiſcopos, Summos Sacerdotes, quaſi tales non eſſent. Sed cur hoc? dices. Audi quæ Theodorus eodem in loco notat: Prohibita autem (inquit) ſunt hæc nomina ad tollendam arrogantiam: & propterea plures Patriarchæ & Antiſtites ſeipſos viles & humiles appellant in ſuis inſcriptionibus.] hæc ipſe, ac iure quidem; quæ cum quis non conſiderat, in quamplurimos errores præcipitem ferri neceſſe ſit.

Tituli Epiſcoporũ in Eccleſia vſu recepti

a Sidon. li. 5. epiſt. 14. li. 6. epiſt. 10. lib. 9. epiſt. 15.
b Concil. 1. Aurel. c. 3.
c Concil. Agath. cap. 6.
d Concil. Tolet. 6. exord.
e Aug. lib. quæſt. ex vtroque mix. q. 10.

Sic igitur Africanos Epiſcopos in hoc Concilio vitare voluiſſe tantummodo nominum arrogantiam, non autem poteſtatis & decentis tituli pati eoſdem voluiſſe iacturam: ex eo facile poteris intelligere, dum qui primæ ſedis eſſent Epiſcopi, ijdem noluerunt dici Principes Epiſcoporum, vel Summi Sacerdotes; cum vox illa prior communis eſſet omnibus Metropolitanis cuiuſuis ſedis Epiſcopis, poſterior vero communis eſſet illis etiam Epiſcopis, qui Metropolitano ſubditi eſſent Antiſtiti. Ceterum quod his omnibus maius eſt, ſummum illum voluerunt titulum retineri, quo ſuprema omniumq. maxima poteſtas ſignificaretur, nempe vt primarum ſedium Epiſcopi, ijdem Primates, appellarentur: hoc quidem nomine ſiue Epiſcopum Carthaginenſem Primatem Africæ, C ſiue Epiſcopum Primatem Mauritaniæ, itemque Primatem Numidiæ ab eis appellari conſueuiſſe, innumera exempla ſuppetunt. quem quidem titulum longe præſtare illi, quo dicerentur Principes Epiſcoporum, quove nominarentur Summi Sacerdotes, quis nõ intelligit? Maiorem quidem hoc titulo non inuenit, quam vt quis Primas diceretur; accipe exemplum ex verbis Siricij Papæ in eadem epiſtola ad ipſos Africæ Epiſcopos ſcripta, quibus ait: Vt extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt Primatis, nemo audeat ordinare, &c.] Si igitur Apoſtolicarum ſedium Epiſcoporum titulus eſt, vt Primates dicantur; quis maior hoc titulo dari poteſt Epiſcopis, præſertim illis, qui Apoſtolicis Eccleſijs minime præſunt, vt Carthaginenſi, & alijs diuerſarum prouinciarum primæ ſedis Epiſcopis?

LXII. *Tituli quos reſpuerunt Epiſcopi Africani.*

Sed cur nomen (inquies) Principis Epiſcoporum exhorruerunt, qui illo maius retinuerunt? Puto quidem ea ex cauſa, quòd cum inter diſcipulos de primatu contentio facta eſt, Dominus eos redarguens hæc inculcauit: Principes [f] Gentium dominantur eorum: non ſic erit inter vos] viſum eſt in Chriſtiana præfectura nimis arrogans nomen Principis. Sed & quod addiderit: Qui vult inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter] vocem illam veluti faſtuoſam reſpuendam eſſe cenſuerunt: Cum alioqui certum ſit, Dominum noluiſſe his ſententijs confundi Eccleſiaſticam hierarchiam, D ſed potius mentis curare tumorem, & Præſidum amputare ſuperbiam. Quam enim ſtudioſe curauerint Apoſtoli & Apoſtolici viri ex Chriſti inſtituto ſartum tectumq. cuſtodiri in Eccleſia hierarchicum ordinem, primo tomo Annalium & alias ſæpius pluribus demonſtrauimus. At de his modo hactenus: haud tamen præter inſtitutum in his immorari aliquando contingit: his enim elucidandis, exordio Annalium tibi noſtrum ſtudium obligaſſe, puto, memineris.

LXIII. *Metropol. Epiſcopi Africani primum ſibi vendicarũt titulum.*

f Matth. 20. Mar. 10. Luc. 22.

Quod rurſum ad id Concilium ſpectat: memoria quidem dignum illud tunc a Patribus ſancitum [g] eſt; vt quæ Epiſcopus vel quis clericus ex paupere ditior factus emiſſet ex bonis Eccleſię, eadem Eccleſię cederent, nec illa in quemlibet quouis titulo transferendi eidem facultas eſſet. Cum enim reddita pace, Eccleſia vbique bonis afflueret, complures ex ijs qui eidem miniſtrabãt, pietatem conuertentes in quæſtum, tepeſcente in eis ſanctitatis vitæ ſtudio, vel cura pauperum frigeſcente, colligendi diuitias tantummodo ardore flagrabant, agrum agro iungentes, & domum domui copulantes: hos plane ſugillat S. Hieronymus, hos vt caueat admonet Nepotianum, cum ait [h]: Obſecro itaque te, & repetens iterumque iterumq. monebo, ne officium clericatus genus E antiquæ militiæ putes; ideſt, ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia, nec plus habeas quam quando clericus eſſe cœpiſti: & dicatur tibi: Clerici [i] eorum non proderunt eis. Nonnulli enim ſunt ditiores monachi, quam fuerant ſæculares: & clerici qui poſſident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete & fallaci diabolo non habuerant: vt ſuſpiret eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.] & paulo poſt. Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quamdam peſtem fuge, &c.] Hæc igitur (vt ait) ingemiſcente Eccleſia, optime a ſanctis Patribus eiuſmodi ſanctione canonis ſtatutum eſt, vt Eccleſia ipſa ſibi vendicet, quæ clericus ex rebus Eccleſiæ bona quæſierit.

LXIIII. g Conci. Carth. 3. c. 49.

Aduerſus congerentes diuitias ex bonis Eccleſiaſtici.

h Hiero. epiſt. 2.

i Hierem. 12.

Sed & ad eiuſmodi negotiatorum potius dicẽdorum quàm clericorum auaritiam compeſcendam, cum ſegniores eſſent Epiſcopi legia vindices, & ipſi interdum eodem morbo languerent, iure meritoq. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus Romanus Antiſtes, ad vendicandas eiuſmodi ex bonis Eccleſiæ partas ac male congeſtas opes, per prouincias conſueuit mittere exactores, quos nominant Collectores. De quorum importuna exactione cum multi querantur: hos facile vitabunt,

LXV. *Exactores ſeu collectores bene inſtituti.*

& prudenter

& prudēter arte deludent,qui bona Eccleſiæ,quæ ſuperſunt,non cōgregarint,ſed in pauperes ero A
garint:Habitantes enim in terra [a] ſalſuginis,pauperes ſcilicet,clamorem non audient exactoris.
At de eiuſdem Carthaginenſis Concilij decretis hic ſatis, cum tamen complura ad diſciplinā Ec-
cleſiaſticam rite componendam ibidem a Patribus reperiantur eſſe decreta;de quorum nonnul-
lis alijs in locis,alijs oblatis occaſionibus,mentionem haberi continget.

a Iob 39.

LXVI. *Cōſultatio ad Siriciū & ſimplicianum.*

Miſſa eſt ab hac etiam Synodo ad Siricium Romanum Pontificem,necnon ad S. Simplicianū
de baptizatis in infantia,de his quæ ambigua videbantur,conſultatio [b]: ad illum quidem,quòd
ſcirent Catholicæ Eccleſiæ præſidere Epiſcopum atq.doctorem:ad hunc autem ob egregiam toto
que Chriſtiano orbe ſpectatam ſcientiam,cuius nos ante meminiſſe ſufficiat. Ceterum Simplicia
nus bene conſcius quantus doctor eſſet in Africa Auguſtinus,datis ad eum litteris de quibuſdam
perdifficilibus diuinæ Scripturæ quæſtionibus hominem pulſat:cum ille duos his de rebus cōſcri
ptos libros ſic ad eum mittit,vt tamen eoſdem eius cenſuræ voluerit ſubijcere,dum ad calcem hęc
habet [c]: Sententiam de hoc opere tuam breuiſſimam,ſed grauiſſimam flagito,& dum ſit veriſſi-
ma,ſeueriſſimam non recuſo.]Sed de his ſatis.

b Concil.Carth. 3.c.48.

c Augu.ad Simplic.lib.1.

LXVII. *Honorius confirmat Eccleſiarum priuilegia.*

Quod rurſum ad res geſtas Occidentalis Eccleſiæ pertinet:Honorius Imperator, hoc anno, B
menſe Ianuarij ad Theodorum PP.reſcriptum dedit,quo cunctis Eccleſiæ priuilegijs a maiorib.
datis voluit bene eſſe conſultum,illa iterum ſua auctoritate confirmans his verbis [d]: Non nouū
aliquid præſenti ſanctione præcipimus,quam illa quæ olim videntur indulta firmamus.Priuilegia
igitur,quæ olim reuerentia religionis obtinuit,mutilari ſub pœnæ etiam interminatione prohibe
mus:ita vt ij quoque,qui Eccleſiæ obtemperant,his quibus Eccleſia,beneficijs perfruantur. Da-
tum prid.Kalend.Februarij,Mediolani,Cæſario & Attico Conſulibus.]Ex his videas,datis omni-
bus Eccleſiæ priuilegijs voluiſſe Imperatorem excludi ſchiſmaticos,Donatiſtas,& alios omnes ex
tra Eccleſiæ ſepta vagantes.

d l.30. de Epiſ. & cleric. Cod. Theod.

LXVIII. *Arcadius pellit Conſtantinopoli Apollinariſtas.*

Quod vero pertinet ad res Eccleſiaſticas Orientalis Eccleſiæ anni hujus: Arcadius Impera-
tor aduerſus Apollinaris hæreſis doctores Conſtantinopoli agentes,quo pellerentur ab vrbe, ad
Eutychianum Præfectum Præt.reſcriptum dedit.Mira quadam procacia,iam a tēpore quo crea-
tus eſt Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus,cum iam diſceſſiſſet inde S. Gregorius Naziā
zenus,intruſerant ſe in eam vrbem eiuſmodi hæretici,reclamante licet a longe aduerſus eos eodē
Gregorio Nazianzeno.Et quāuis Theodoſij edicto abire iuſſi fuerint, & alijs denuo reſcriptis exa C
gitati:in eadem tamen vrbe agere ſunt inuenti:aduerſus quos hoc ipſo anno Arcadius iſta ſanxit [e]:
Doctores Apollinariorum tota maturitate præcipimus ex ædibus caræ nobis abſcedere ciuita-
tis:Ita vt ſi obumbrati latebris abire neglexerint,occultos cœtus(vt æſtimant) habituri : ea loca
vel domus,quæ prædictos congregauerint,Fiſci ratione nectantur.Dat.Kal.April. Conſtantinop.
Cæſario & Attico Conſulibus.]

e l.13.de hæret. Cod.Theod.

f l 1.ad l.Iuliam de ambit. Cod. Theod.

Dederat haud pridem,iiſdem Conſulibus,aduerſus magiſtratus ambientes , idem Arcadius
Imp.eiuſmodi ſumma laude dignum reſcriptum [f]:

LXIX. *Ambientes Magiſtratus lege coercētur.*

Si quis ad illuſtrem Palatij noſtri ambierit dignitatem,atque ad eos honores aſcendere ambi
tione tentauerit,qui nonniſi probatis nobis viris noſtro iudicio deferuntur:cuiuſlibet ille ſit loci,
ordinis,dignitatis;amiſſis bonis,& Fiſco noſtro protinus vindicatis,deportationis mulctetur exi-
lio:neque aliud inter cœptum ambitum,atque perfectum,eſſe arbitretur:cum pari ſorte leges ſce
lus quam ſceleris puniant voluntatem.Dat.XIV.Kalend.Martij,Conſtantinop.Cæſario & Attico
Conſulibus.]

LXX. *De Barga ſordido homine ad amplos magiſtratus euecto.*

Sed vnde adeo ſeueræ ſanciendæ legis aduerſus magiſtratus ambientes occaſio? Cum occiſo D
Ruffino,ſumma rerum eſſe videretur apud Eutropium eunuchum,qui in eius locum ſucceſſerat,
cuius opera & complures e magiſtratu deiecti eſſent,alij ſeſe in eorum loca malis quoq.artibus in
geſſerunt:inter quos Bargas quidam fuit Laodicenus,qui ex venditore farciminum,proditionis
arte eo progreſſus eſt,vt inter primos in Palatio militaret;ſed proditionem & ipſe paſſus a coniu-
ge,meritas pœnas dedit.hęc apud Zoſimum [g]. Ne igitur id genus hominum ex hoc inde in Im-
peratoris aulam irreperet,Arcadius eiuſmodi edictum aduerſus ambitus crimē ſanxiſſe videtur.

g Zoſim.libr.5.

Sed & aduerſus Iudæos,qui,vt Chriſtianorum gauderent immunitate,ſe fore Chriſtianos ſi-
mulabant,ad Archelaum Præfectum Prætorio ita idem Arcadius Imp.reſcripſit [h]:

h l.2.de his qui ad Eccleſ.confugiunt.

Iudæi,qui reatu aliquo vel debitis fatigati ſimulāt ſe Chriſtianæ legi velle coniungi, vt ad Ec
cleſias confugientes vitare poſſent crimina,vel pondera debitorum:arceantur,nec ante ſuſcipian
tur,quam debita vniuerſa reddiderint,vel fuerint innocentia demonſtrata purgati.Dat.XV.Kal.
Iul.Conſtantinop. Cæſario & Attico Conſulibus.]Qualis namq.eſſet horum temporum Iudæorū
ſtatus a prioribus haud felicior,accipe a S.Ioanne Chryſoſtomo [i]: Hoc,inquit, tempore Deus
omnino vos repulit:paterq.veſter,idemq.Propheta & Patriarcha verum prædixit.Iura veſtra om E
nia conciderunt:ex Iudæa patria veſtra exceſſiſtis,& in diuerſa loca diſperſi eſtis,atq. in orbe ter
rarum ab Oriente ad extremum terræ vos omnes & contemnunt & rident.At res noſtræ Chriſtia
norum in dies magis florent,creſcunt,& corroborantur,atque per omnes mundi angulos religio-
ſæ fidei noſtræ prædicatio peruaſit:nos Chriſtus regit,& in nobis regnat,eiuſq.pretioſam atq.vita
lem Crucem adoramus,& pro theſauro magni pretij tenemus.]hæc ipſe.

Iudæorum præſenti tempore ſtatus.

i Chryſoſ.hom. de Cruce.

LXXI. *Nectarij Epiſcopi Conſtantinop.obitus.*

Iiſdem Conſulibus(inquit Socrates [k])quinto Kal.Octobris Nectarius Epiſcopus Conſtanti-
nopolitanus diem obiit.Itaq.ſtatim de Epiſcopo eligendo vehementer laboratum eſt.*(Eius nam-
que rei cauſa celebratum eſſe Concilium,& ex more conueniſſe Epiſcopos Conſtantinopolim,tradit Sozo
menus* [l]*)* Itaque cum alij alium ad id muneris quærerent,de eaq.re ſæpe conſilium iniretur: tan
dem viſum eſt,Ioannem Antiochiæ presbyterum Antiochia accerſere . Nam de eo fama percre-
buit,quod & ad docendum aptus,& in dicendi facultate valde peritus erat. Quāobrem haud diu
poſt Arcadius Imperator communibus omnium ſuffragijs,id eſt,cleri & populi,illum acceiſit. Et
quo

k Socrat.libr.6. cap.2.

l Sozom.libr.8. cap.2.

A quo eius ordinatio plus haberet auctoritatis, aderant de Imperatoris mandato cum alii complu-
res Epiſcopi, tum Theophilus Epiſcopus Alexandrinus, qui omni ſtudio eo incubuit, vt Ioannis fa
mam læderet, & Iſidorum ſuæ ipſius Eccleſiæ presbyterum ad illum Epiſcopatum eueheret. Hũc
Iſidorum Theophilus propterea carum habuit, quod ipſius cauſa prouinciam valde periculoſam
aliquando ſuſcepiſſet.] ſed quidnam id fuerit, ſuperius relatum eſt. Subdit his Socrates.

Verum qui erant ex aula Imperatoris, Ioãnem prætulerunt. & poſteaquã multi crimina Theo LXXII.
philo intendebant, & libellos contra illum alius ob aliam cauſam Epiſcopis, qui tum aderant, offe *De Ioannis*
rebant: Eutropius, qui cubiculo Imperatoris præfuit, criminationes aduerſus Theophilũ illatas, *Chryſoſtomi e*
ſcriptiſq. proditas nactus, Theophilo oſtendit; docuitq. liberam optionem illi eſſe datam, vel Ioan *lectione.*
nem Epiſcopum ordinandi, vel iudicium de criminibus ei obiectis ſubeundi. quibus perterritus
Theophilus Ioannem deſignat Epiſcopum.] hactenus Socrates. Porro hæc in ſequentis anni men-
ſem Februarij varijs altercationibus producta ſunt, cuius menſis vigeſimaſexta die Ioannes Chry
ſoſtomus Epiſcopus Conſtantinopolitanus creatus eſt.

Verum quod ad Theophilum ſpectat: Iſidorum quem propoſuit ordinãdum, haud penitus ex LXXIII.
B ploratum habuit, fuiſſe Origenis errorum labe conſperſum: quod cum poſtea comperiſſet, æq. ip- *Alexandr. E-*
ſum ac eius ſectarios maxime auerſatus eſt. Quod autem idem Epiſcopus Alexandrinus ius ſibi *piſcopus cur ſe*
vendicaret in electione Epiſcopi Conſtantinopolitani (quod & ſuperius vidimus a Petro eiuſdem *immiſceret in*
Eccleſiæ Epiſcopo vſurpatum, cum conaretur Maximum eius ſedis creare Epiſcopum) probe ſi at *electione Epi-*
tendas, intelliges primam ſedem poſt Romanam, Alexandrinam Eccleſiam tenuiſſe in Oriente; *ſcopi Conſtan*
ſpretoſq. fuiſſe canones, ſi qui Conſtantinopoli in Synodo facti ſunt, quibus derogaretur Alexan- *tinop.*
drinæ Eccleſiæ priuilegijs. Nam alias quid Alexandrino Epiſcopo de electione Conſtantinopoli-
tani Antiſtitis? Porro idem ius ſæpe tentatum ab eodem Theophilo penitius vendicatum in contro
uerſijs eiuſdem Ioannis Chryſoſtomi, poſtquam ſedit Epiſcopus, ſuo loco dicturi ſumus.

IESV CHRISTI ANNVS	ANASTASII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
398.	1.	4.

C APeritur nouus annus Conſulatu quarto Honorij Imperatoris & Eutychiani, idemq. numera I.
tus Domini trecenteſimus nonageſimusoctauus: quo, octauo Kalendas Martij, Siricius Pa *Siricij Papa*
pa cum ſediſſet annos tredecim, menſem vnum, & dies quatuordecim, ex hac vita migrans, ſepul- *obitus.*
tus eſt in cœmeterio Priſcillæ Via Salaria. ita apud indices omnes, licet apud Bedam [a] ſexto Ka a Bed. Martyro
lend. Decembris Siricij ponatur obitus. Extat Siricij decretum de fermento; de cuius elucidatio- log. ea die.
ne, alia occaſione tertio tomo pluribus actũ. Alia quoq. aduerſus Manichæos, ſeuera (vt par erat) *Manichæi ab*
cenſura, ſtatuta habentur, nempe exilio deportandos, pœnitentes vero in monaſteria detrudẽdos, *vrbe pulſi.*
& nonniſi in fine vitæ ſacris myſterijs participandos. Secreta collegia ſua Manichæos habuiſſe in
Vrbe, ſed cum Siricij Papæ ſtudio, tum Principum legibus exagitatos, atque vndique pulſos eſſe,
ſuperiori tomo ſæpius contigit demonſtrari. Quod autem ſpectat ad cleri propagationem; in li-
bro de Romanis Pontificibus habetur, quinquies ſuæ ſedis tempore ordinationes feciſſe menſe
Decembri, creaſſeque presbyteros triginta & vnum, diaconos ſexdecim, & Epiſcopos per diuer-
ſa loca trigintaduos.

De ſcriptis ab eo epiſtolis decretalibus mentio eſt apud Iſidorum [b], nempe dediſſe epiſtolã II.
D ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem, de recipiendo baptiſmate hæreticorum, & de alijs ad- b Iſidor. de Viris
uerſus Iouinianum & collegas hæreticos. ſed errare plane videtur auctor, dum eum ſub Theodo- Illuſtr. c. 3.
ſio & Valentiniano Impp. vita functum affirmat. Vacaſſe ſedem poſt Siricij obitum dies viginti, *Siricij Papę*
habent indices Vaticani, necnon liber de Romanis Pontificibus. qua ratione dicendum eſt, in lo- *ſcripta.*
cum eius ſubrogatum ſucceſſorem pridie Idus Martias. Hic fuit Anaſtaſius Maximi filius, Roma *Anaſtaſius Pa*
nus: de cuius ſedis tempore, quot ſcilicet annis Eccleſiæ præfuit, in eius obitu ex more dicendum. *pa creatur.*

Inuenit hic Apoſtolicam ſedem, ipſam Petri nauiculam, cujus ſumpſit regendum clauum, tur III.
binibus agitatam hæreticorum: cum (vt dictum eſt pluribus anno ſuperiori) Ruffinus cum Mela-
nia inferens ſe in Vrbem, in eam inuexit hæreſes Origenis, edito a ſe Latine reddito eiuſdem au-
ctoris Periarchon, nouo equo Troiano, hoſtibus intus referto, ſed religione velato, hæreſumq. di-
cendo theca, ex qua expoſitæ ſunt in Romana Eccleſia doloſæ merces: quarum mercatores etiam
eo dementiæ prolapſi ſunt, vt in Apoſtolicum vſq. thronum eas inferre tentauerint, vna reclaman-
te Marcella, extollenteq. vocem cum muliere Euangelica [c]. Tali quidem ſtatu fluctuantem Ro c Luc. 11.
manam Eccleſiam Anaſtaſium reperiſſe, ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Principiam [d] indi *Status Roma-*
E cat, vbi poſt exnarratum egregium fortis & ſapientis mulieris tunc exhibitum de fide Catholica *nę Eccleſię ſub*
Marcellæ ſpecimen, ſubdit: Non multum tempus in medio, ſuccedit in Pontificatum vir inſignis *Anaſtaſio.*
Anaſtaſius.] Huius autem quæ partes fuerint, idem ſanctus Hieronymus ad Demetriadem ita ſcri d Hier. epiſt. 16.
bit [e]: Dum eſſes paruula, & ſanctæ ac beatæ memoriæ Anaſtaſius Epiſcopus Romanam regeret e Idem epiſt. 8.
Eccleſiam; de Orientis partib. hæreticorum ſæua tempeſtas ſimplicitatem fidei, quæ Apoſtoli [f] vo f Rom. 12.
ce laudata eſt, polluere & labefactare conata eſt. Sed vir ditiſſimæ paupertatis, & Apoſtolicæ ſolici
tudinis, ſtatim noxium percutit caput, & ſibilantia hydræ ora compeſcuit.] hæc Hieronymus.

Quid autem actum ſit cum Anaſtaſius Papa ſedere cępit, rem breui ſumma ita ad Principiam IIII.
ſcribens [g] ſanctus Hieronymus amplexus eſt, cum oſtendit S. Marcellam in cauſa fuiſſe, vt Ori g Hier. epiſt. 16.
genis hæreſis Romæ damnaretur; atq. poſtquam de ingreſſu Anaſtaſij meminit: Dicas, quid hæc *Breue compen*
ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium: dum adducit teſtes, qui *dium rerũ ge-*
prius ab eis (*nempe Origeniſtis*) eruditi, & poſtea ab hæretico fuerant errore correpti: dum oſtẽdit *ſtarum aduer-*
multitudinem deceptorum: dum impia Periarchon ingerit volumina, quæ emẽdata manu ſcorpij *ſus Origeniſtas*
monſtrabantur:

monſtrabantur: dum acciti frequentibus litteris hæretici, vt ſe defenderent, venire non ſunt auſi: A tantaq. vis conſcientiæ fuit, vt abſentes damnari quam præſentes coargui maluerint. Huius tam glorioſæ victoriæ origo Marcella eſt. Tuq. caput horum & cauſa bonorum ſcis me vera narrare, quem noſti vix de multis pauca dicere, ne legenti faſtidium faciat otioſa replicatio, & videar apud maleuolos ſub occaſione laudis alterius ſtomachum meũ digerere.] hæc Hieronymus, breui compendio haud breuem complexus hiſtoriam; quam lentiori gradu, quo cuncta exacte diſquirere lector valeas, nos pro rerum geſtarum temporis ordine proſequemur.

V.

a Ruffin. inuect. lib. 1 apud Hier. tom. 9.

Ruffinus in Euſebium & S. Marcellam exclamat.

b 3. Reg. 21.

Quod igitur in primis ad S. Marcellam, decus Romanæ Eccleſiæ, pertinet: Ruffinus cum ſe ab ea proditum ſenſit, in eam vehementer commotus eſt, accuſans ſimul ipſam, & ſe excuſans: quod illa ſcilicet inemendatas chartas a ſe per alium ſubripuiſſet, edidiſſetque: in hanc enim ipſam quidem, & non in aliam, Ruffinus agens aduerſus S. Hieronymum [a], iacula intorquet, vbi de eodẽ Euſebio agit: quem mentiebatur inemendatas chartas ſubripuiſſe, atque edidiſſe: dum ſic ait: Hoc ſi in foro poſitus, vel negotijs ſæcularibus commiſiſſet iſte, qui de monaſterio Romam, quaſi calũniandi petitiſſimus, miſſus eſt: norunt omnes quid conſequeretur ex legibus publicis eiuſmodi criminis reus. Nunc vero quia ſæcularem vitã reliquit, & a tergiuerſatione illa actuum publicorũ B ad monaſterium conuerſus eſt, & adhæſit magiſtro nobili: ab ipſo edocetur iterum pro modeſtia, furere, inſanire; pro quiete, ſeditiones mouere, pro pace, mouere bellum; pro cõcordia, mouere diſſidia; perfidus eſſe, pro fide; pro veritate, falſarius. Crede mihi, quod huius ſceleris nequitia etiam verum fuiſſet exemplar; niſi Iezabel tibi illa occurriſſet [b]. Illa eſt enim, quæ hoc crimen aduerſus Nabuthæum Iezrahelitem vineæ cauſa compoſuit, & mandauit presbyteris iniquitatis falſis eũ conſcriptionibus perurgere, quaſi qui benedixiſſet, id eſt, blaſphemaſſet Deum & Regem. Sed quis in hoc infelicior? illa quæ mandat, aut hi qui mandato iniquitatis obtemperant? Grauia hæc, & (vt opinor) in Eccleſia pene eiuſmodi facinus inauditum eſt.] hæc Ruffinus, dum ſe excuſare conatur, quod per Marcellam, quam impie nominat Iezabelam, ab Euſebio acceptæ fuerint chartæ tranſlationis Periarchon Origenis hæreſibus ſcatentes; excuſans quod inemẽdatæ illæ fuiſſent. Sed redarguit iſta deliramenta Hieronymus, vbi reſciuit, cõiicitq. ad excuſationem ſceleris mendacia iſta impudenter obtendi.

VI.

c Hier. Apolog. aduerſ. Ruffin.

Pauliniani & Euſebij legatio in Occidentẽ.

d Hieron. epiſt. 26.

Ceterum quod ad Euſebij Romam aduentum pertinet: hoc ipſo anno contigiſſe Pauliniani profectionem in Vrbem vna cum eodem Euſebio patria Cremonenſi, ipſe S. Hieronymus in Apo C logia aduerſus Ruffinum declarat his verbis [c]: Vincentius, Paulinianus, Euſebius, Ruffinus preſbyteri, quorum Vincentius multo tempore ante vos Romam venit, Paulinianus & Euſebius poſt annum veſtræ nauigationis profecti ſunt: Ruffinus in cauſa Claudij poſt biennium miſſus, omnes vel pro re familiari, vel pro periculo capitis alieni.] hæc ipſe: quibus intelligas, hoc anno contigiſſe Pauliniani profectionem in Italiam vnà cum collega Euſebio: nam anno ſuperiori (vt vidimus) aduentus Ruffini cum Melania accidit. Quem autem hic Ruffinum presbyterum nominat, longe diuerſum a Ruffino Aquileienſi, in quem ſcribit, [d], eſſe non dubites.

VII.

Cur Paulinianus venerit in Occidentem.

e Luc. 14.

Quodnam vero fuerit rei familiaris negotium, cuius cauſa miſſum Paulinianum affirmat, in epiſtola ad Pammachiũ his verbis aperit: Nos in iſta prouincia ædificato monaſterio, & diuerſorio propter extructo, ne forte & modo Ioſeph cum Maria in Bethlehem veniens, non inueniat hoſpitium, tantis de toto Orbe confluẽtibus turbis obruimur monachorum, vt nec cœptum opus deſerere, nec ſupra vires ferre valeamus. Vnde quia pene nobis illud de Euangelio [e] contigit, vt futuræ turris non ante computaremus expenſas: compulſi ſumus fratrem Paulinianum ad patriam mittere, vt ſemirutas villulas, quæ barbarorũ effugerunt manus, & parentum communium cenſus D venderet: ne cœptum ſanctorum miniſterium deſerentes, riſum maledicis & æmulis præbeamus.] hæc de germani in Occidentem legatione Hieronymus.

VIII.

f Apud Hiero. Apolog. 2.

Turpi aliorum accuſatione Ruffinus ſe ipſum excuſat.

Fuit autem ſuſpicio vel prætextus Ruffini, ex quo etiam quærelam inuectiuamq. conſcripſit, hos poſt ſe tanquam exploratores miſſos eſſe, ſed præcipue Euſebium, vt ſuas chartas ſubriperet [f]. Etenim quod Ruffinus nullam inueniret excuſationem, cur verſionem virulentam Origenis Periarchon Romæ in plurimorum exitium edidiſſet, aperuiſſetq. thecam ſerpentibus plenam; eo miſer quæſiuit effugium, vt mendaciter affirmaret, Euſebium pecunia redemiſſe notarium, a quo lucubrationem illam inemendatam acceperit, atque vulgauerit: fuerũt enim hæc ob eam cauſam verba Ruffini, epiſtola poſtea ad Hieronymum ſcripta: Noli multo auro redimere notarium meum; ſicut amici tui de meis περὶ ἀρχῶν ſchedulis, nondum emendatis, nondum ad purum digeſtis fecerant; vt facilius falſare poſſent, quod aut nullus haberet, aut admodum pauci.] & inferius: vociferare & clamita per compita, per plateas. Non eſt, non eſt meus liber: & ſi meus eſt, ſchedulas inemẽdatas Euſebius furto abſtulit: aliter ego edidi, imo nec edidi: nulli eas dedi, aut certe paucis: & tam ſceleratus inimicus, & tam negligentes amici fuerunt, vt omnium codi E ces ab eo pariter falſarentur. Hæc, frater cariſſime, facere debueras, & non illi tergum obuertens, in me trãſmarinas maledictorũ tuorũ ſagittas dirigere.] hactenus de his ipſe. Sed quã facillime in Apologia ſua idẽ Hieronymus omnia iſta refellit, quæ ad impietatis excuſationem Ruffinus detrectans iactitabat in vulgus.

IX.

Requiritur officium S. Hieronymi aduerſus Ruffini impoſturam.

g Apud S. Hieron. epiſt. 64.

Sic igitur Romæ edito Origenis Periarchõ, qđ emẽdatum in ſua præfatione Ruffinus profeſſus erat: vt conuinceretur ipſa perperam atque doloſe facta eſſe tranſlatio, opus erat vt germana eiuſdem operis verſio curaretur: quo tum Origenis, tum etiam eius hęreſum ſectatorum prauitas manifeſte probari poſſet; vt ſic his recte diſpoſitis ad futurum ea de re habendum Romæ iudiciũ, ex certis manifeſtiſq. probationibus ſententia ferri poſſet. Suſceptum eſt ergo eiuſmodi negotium a clariſſimis viris atque doctiſſimis Pammachio & Oceano, qui totum id operis S. Hieronymo credendum eſſe putarũt, ea præſertim ex cauſa, qđ ex p̃fatione Ruffini ipſe tacite in crimẽ ſocius videretur adduci. ſcripſerũt ergo eo argumẽto ijdẽ ad ipſũ Hieronymũ eiuſmodi per breues litteras [g],

X. *Pammachij & Oceani epiſtola ad S. Hieronymum.*

A Sanctus aliquis ex fratribus ſchedulas ad nos cuiuſdam detulit, quæ Origenis volumen quod περὶ ἀρχῶν inſcribitur, in Latinum ſermonem verſum tenerent. Et quoniam in his multa ſunt, quæ tenuitatem noſtri ingenij permoueot, quæque minus catholice dicta exiſtimamus: ſuſpicamur etiam ad excuſationem auctoris multa de libris eius eſſe ſubtracta, quæ apertam impietatem eiuſdem monſtrare potuiſſent: Quæſumus præſtantiam tuam, vt hoc ſpecialiter non tam nobis, quam vniuerſis qui in Vrbe habitant, profuturum opus digneris impendere, vt ſupradictum librum Origenis, quemadmodum a ſupradicto auctore editum eſt, ad fidem tuo ſermone manifeſtes; & quæ a defenſore eius interpolata ſunt; prodas: & quæ etiam in his ſchedulis, quas ad ſanctitatem tuam direximus, vel contra Catholicam regulam, vel imperite edita ſunt, redarguas atque conuincas. Sane ſubtiliter in præfatione operis ſui, tacito nomine tuæ ſanctitatis expreſſit, quod a te promiſſum opus ipſe compleuit: illud oblique agens, etiam te ſimili ratione ſentire. Purga ergo ſuſpiciones hominum, & cõuince criminantem; ne, ſi diſſimulaueris, conſentire videaris.] hactenus ipſi ad S. Hieronymum.

XI. *Hieronymus in Latinũ vertit Origenis Periarchon.*

His acceptis litteris, ipſe nauiter laborauit, vt quã exacte, quæ Origenes dixerat in Periarchõ, B in Latinum quam puriſſime verteret. Incumbit in opus, quod abſolutum anno ſequenti Romam ad eoſdem miſit, appoſita præfatione, qua omnes qui in eo libro ſparſi ſunt Origenis errores, redderet omnibus manifeſtos; ac dolum pariter eius, qui male verſum ediderat, aperiret. Quæ autem acciderint, cum hæc Romæ cognita ſunt, ſuo loco, ſequenti nempe anno dicturi ſumus.

XII. *Anaſtaſius Papa S. Paulinũ amplectitur.*

Inter hæc autem Anaſtaſius Papa, hoc ipſo ſuæ ſedis exordio, quæ tempore prædeceſſoris perperam ſacta ſciſſet, magna ſolicitudine emendare quamprimum curauit. Quod enim (vt ſuo loco dictum eſt) non ignoraret paulo illiberaliter cum S. Paulino viro clariſſimo, qui vna cum Theraſia coniuge monaſticam amplexus vitam in Nolanum agrum ſeceſſit, Siricius, cui ſucceſſit, egiſſe: ipſe ſimulac in thronũ Pontificiũ euectus eſt, officioſiſſimas litteras ad Epiſcopos pro ipſo Paulino dedit; quem & omni officiorum genere poſtea frequentandi nullam penitus occaſionem prætermiſit. Meminit harũ litterarum ipſe Paulinus, cum ad Delphinum ſcribens, hæc ait[a]: Sciat veneratio tua, ſanctum fratrem tuum Papã Vrbis Anaſtaſium amantiſſimum eſſe humilitatis noſtræ. Nam vbi primũ poteſtatem charitatis ſuæ nobis offerẽdæ habere cœpit: non ſolum ſuſcipere eã a nobis, ſed ingerere nobis, piiſſima affectione properauit. Nam breui poſt ordinationem ſuam epiſtolas de C nomine noſtro plenas & religionis & pietatis & pacis ad Epiſcopos Cãpaniæ miſit, quibus & ſuũ declararet affectum, & alijs benignitatis ſuæ præberet exemplum. Deinde nos ipſos Romæ, cum ſolemni conſuetudine ad beatorum Apoſtolorum natalem veniſſemus, tam blande, tam honorifice accepit.] hæc ipſe.

a Paulin. epi. 16.

XIII. *Vetus cõſuetudo concurrendi ad Natalem diẽ Apoſtolorum.*

Ex his quidem demonſtrat S. Paulinus, ſolemnem fuiſſe conſuetudinem, ad natalem diẽ Apoſtolorum Romam, nulla habita æſtiuorum calorum ratione, religioſiſſimam celebritatem cõcurrendi. Sunt & de his aliæ antiquæ teſtificationes, vt inter alias illa nobilis Gallæ Placidiæ Auguſtæ ad Pulcheriam æque Auguſtam [b] ſcribentis his verbis, cum ſui Romam aduentus rationem reddit: Vt Romam frequentibus concurſionibus adæque deſideremus inſpicere, cauſa nobis eſt amplectendæ religionis, vt terminis ſanctorum noſtram exhiberemus præſentiam: quos certum eſt pro ſua virtute in cæleſtibus conſtitutos, neque inferiora deſpicere. Nos itaque ſacrilegum eſſe credimus ſi ſolemnium ordinem denegemus.] hæc illa. Sed & Valentinianus [c] Aug. ad Theodoſium Iuniorem Imp. Cum adueniſſem (inquit) in vrbem Romam ad diuinitatem placandam, ſequenti die ad baſilicam Apoſtoli Petri proceſſi.] Et ad Seuerum [d] idem qui ſupra Paulinus; Romam D (inquit) ad venerabilem ſolemnitatis Apoſtolicæ diem profecti ſumus.] & inferius: Reſcribendi tamen ex Vrbe facultas non fuit, ipſum tempus ante meridiem in votis noſtris, quorum cura veneramus, per Apoſtolorum & Martyrum ſacras memorias conſumentes.] hæc Paulinus.

b Extat tom. 1. Conc ante Cõc. Chalcedonenſe vet. edit.
c Extat in præãb. Conc. Chalced.
d Paulin. ad Seuer epiſt. 13.

XIV. *Hieronymus laudes Paulinæ ad Pammachium ſcribit.*

At ne digrediamur ab Vrbe, vnde rerum geſtarum anni huius exordium auſpicati ſumus. Hoc ipſo anno, cum Paulina, S. Paulæ filia, Pammachij vxor, ex hac vita iam ante migraſſet, S. Hieronymus ad eius virum conſolatoriam epiſtolam dedit [e]. Sed quod, ex more, in primis rationem temporis quæris: inde licet eiuſdem auctoritate Hieronymi certum deducere argumentum, ex his in quam quæ nuper de Pauliniano eiuſdem Hieronymi germano dicta ſunt, ipſum nimirum hoc anno, nempe ſequenti a profectione Ruffini, in Italiam adueniſſe. Sed & cum in fine eius epiſtolæ ad Pammachium de conſolatione Paulinæ obitus a Hieronymo datæ mentio habeatur de eodẽ Pauliniano tũc a ſe in Italiam miſſo; plane aſſentiri neceſſe eſt, hoc eodẽ anno, quo Paulinianus venit, de conſolatione Paulinæ obitus a S. Hieronymo eam eſſe ſcriptam epiſtolam. Et vt hæc clariora reddantur; his accedit, quod idem S. Hieronymus ad Oceanum ſcribens Fabiolæ epitaphium, hoc tradat [f]: Quartæ æſtatis circulus voluitur, ex quo ad Heliodorum Epiſcopum Nepotiani ſcribẽs E epitaphium, quicquid habere potui virium, in illo tunc dolore conſumpſi. Ante hoc ferme biennium Pammachio meo pro ſubita peregrinatione Paulinæ breuem epiſtolam dedi, &c.] ſic videas S. Hieronymum quadriennij ſpatium numerare inter epitaphium Nepotiani & illud ſcriptum ad Oceanum de obitu Fabiolæ, biennium vero ex quo ad Pammachium de migratione Paulinæ conſolationem ſcripſit: Sed cum expreſſe demonſtratum ſit, anno Domini treceteſimo nonageſimo ſexto elaboratum a S. Hieronymo epitaphium Nepotiani; æque affirmare neceſſe eſt, elucubratã hoc anno, nempe duos poſt annos ab eo tempore, epiſtolam conſolatoriam de Paulinæ obitu ad Pammachium, poſt quatuor vero de obitu Fabiolæ ad Oceanum ſcriptionem. Ceterum illud monendum: nequaquam hoc anno, quo eam lucubrationem S. Hieronymus ad Pammachiũ ſcripſit, Paulinam mortuam eſſe, ſed ante biẽnium: teſtatur id quidem ipſe in eiuſdem epiſtolæ exordio, cũ ait: Qui importune per biennium tacui, vereor ne nunc importunius loquar, & attrectans vulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum eſt, commemoratione exulcerem.]

e Hiero. epi. 26.
f Hieron. epi. 30

XV.

His de tempore ſatis perſpicue elucidatis, de Pammachio dicendum modo eſt, quod ab eo iã

ſoluto

Pammachij preclare res geſta.

ſoluto vinculo cõiugali egregium Chriſtianę virtutis ſpecimen de contemptu ſæculi editum fuit: A quod quidem nonniſi S. Hieronymi verbis recenſendum erit. Sed primum illud de Pammachij genere hic præmittendum; prognatum nimirum ex Camillorum antiquo ſtemmate Furiano, ipſum inter primos Senatores emicuiſſe (vt idem Hieronymus ait) Conſulum pronepotem. Cuius & ſi eruditionem ſpectes, a cunabulis bonis litteris vna cum ipſo S. Hieronymo aſſueuit, eminebat que inter ceteros Senatorij ordinis Chriſtianos facile princeps. Hic vxore priuatus ſanctiſſima femina filia S. Paulæ bona ſua erogauit in pauperes, atque monaſticum amplexus inſtitutum, vna cũ veſtibus vitæ quoque genus mutans ſummum Chriſtianæ philoſophiæ verticem attigit. Sed audi S. Hieronymum [a]: Nobis poſt dormitionem, ſomnumq. Paulinæ, Pammachium monachum Eccleſia peperit poſthumum, & patris & coniugis nobilitate patricium, eleemoſynis diuitem, humilitate ſublimem.] & paulo poſt: Noſtris temporibus Roma poſſidet quod mundus ante neſciuit. Tunc rari ſapientes, potentes, nobiles, Chriſtiani: nunc multi monachi ſapientes, potentes, nobiles, quibus cunctis Pammachius meus ſapientior, potentior, nobilior, magnus in magnis, primus in primis ἀρχιστρατηγὸς monachorum.]

a Hiero. epiſt. 26

XVI. *Ornamenta Paulinæ erogata in pauperes.*

Sed & de erogatis ab eo in pauperes cõiugis ornamẽtis iſta ſubiungit: Ardentes gemmæ, quibus B antea collum & facies ornabantur, egentium ventres ſaturant. Veſtes ſericæ, & aurum in fila lenteſcẽs, in mollia lanarum veſtimenta mutata ſunt, quibus repellatur frigus, non quibus nudetur ambitio: deliciarum quondam ſuppellectilem virtus inſumit. Ille cæcus extendens manum, & ſæpe vbi nemo eſt clamitans, heres Paulinæ, coheres Pammachij eſt. Illum truncum pedibus, & toto corpore ſe trahentem, teneræ puellæ ſuſtentat manus. Fores, quæ prius ſalutantium turbas vomebant, nunc a miſeris obſidentur: alius tumenti aqualiculo mortem parturit: alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens vnde roger, magis rogat dum rogare non poteſt: hic debilitatus a paruo, non ſibi mendicat ſtipem: ille putrefactus morbo regio, ſuperuiuit cadaueri ſuo.

b Virg. Aeneid. 6.

Non [b] ſi mihi linguæ centum ſint, oraq. centum,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.

Hoc exercitu comitatus incedit, in his Chriſtum confouet, horum ſordibus dealbatur, Munerarius pauperum, & egentium Candidatus ſic feſtinat ad cælum.] & poſt multa id genus & alia, hæc de erecta ab eo domo hoſpitali in Portu Romano ſubiungit:

XVII. *c Geneſ. 18. Xenodochium a Pammachio in portu Romano erectum. d Genes. 13.*

Audio te Xenodochium in Portu feciſſe Romano, & virgam de arbore [c] Abraham in Auſo- C nio plantaſſe littore. Quaſi Aeneas noua caſtra metaris, & ſuper vndam Tiberis, vbi ille, cogente quondam penuria, cruſtis fatalibus & quadris patulis non pepercit, tu viculum noſtrum, id eſt domum panis ædificas, & diuturnam famem repentina ſaturitate compenſas. Euge, noſtra initia trãſgrederis, ſtatum ſummum tenes: de radice peruenis ad cacumen: primus inter monachos, in prima Vrbe, primum ſequeris Patriarcham [d].] & inferius poſt nonnulla de ſuſcepto hoſpitalitatis miniſterio, hęc ſalubri cõſilio monita iũgit. Quod patricij generis primus inter primos monachus eſſe cœpiſti; non tibi ſit tumoris, ſed humilitatis occaſio, ſcienti filium Dei factum filium hominis. Quantũq; te deieceris, humilior Chriſto non eris: Eſto incedas nudis pedibus, fuſca tunica veſtiaris, æqueris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas, cæcorum oculus ſis, manus debiliũ, pes claudorum, ipſe aquam portes, ligna concidas, focum extruas: vbi vincula? vbi alapæ? vbi ſputa? vbi flagella? vbi patibulum? vbi mors? & cum omnia quæ dixi feceris, ab Euſtochio tua Paulaq. vinceris, & ſi non opere, certe ſexu.

XVIII. *Titulus Pammachij.*

Hæc cum S. Hieronymus ſcribat, tantum abeſt vt veris maiora deſcripſerit, quin potius etiã grandia prætermiſerit. Etenim inter alia Pammachius ſanctis martyribus Paulo atque Ioanni, D qui hoc ſeculo tempore Iuliani Apoſtatæ, Romæ (vt meminimus) paſſi ſunt, prope Cliuum Scauri contra Palatinum nobilem Memoriam excitauit, in titulumq. erexit, qui vſque hodie nomine dictorum martyrum dictus Pãmachij titulus perſeuerat. Ipſe vero in dies magis magiſq. arreptum vitæ inſtitutum clarioribus illuſtrans meritis, ſancto exitu vitæ huius periodum claudẽns, promiſſa ſuis Chriſto præmia cõſecutus, cum in cælis inter ſanctos, tum in terris in Eccleſia adſcripto nomine eius in tabulis publicis anniuerſaria commemoratione iugiter ſuperſtes viuit. Quando autem id contigerit ſuo loco dicturi ſumus, & varijs occaſionibus inferius ſæpe de illo.

XIX. *Falſi oraculi terminus Chriſtianæ religioni præſcriptus. e Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. c. 53.*

Sed iam ad res Africanas anni huius ſe conuertat oratio, atque in primis ad ea quæ S. Auguſtinus ſcripta reliquit de falſis Gentilium in vulgus fruſtra iactatis oraculis, quibus illi huius anni termino finem accepturam Chriſtianam religionem, quo idolorum cultores in officio continerent, quaſi ex diuinis affirmabant reſponſis. ſunt hæc eius verba [e] Sed hæc quia Euangelica ſententia eſt: mirum non eſt, non ea repreſſos fuiſſe deorum multorum falſorumq. cultores, quo minus fingerent dæmonum reſponſis, quos tamquam deos colunt, definitum eſſe quanto tempore manſura eſſet religio Chriſtiana. Cum enim viderent, nec tot tantiſq. perſecutionibus eam potuiſ- E ſe conſumi, ſed his potius mira incrementa ſumpſiſſe: excogitauerunt neſcio quos verſus Græcos, tamquam conſulenti cuidam diuino oraculo effuſos, vbi Chriſtum quidem ab huius tamquam ſacrilegij crimine faciunt innocẽtem, Petrum autem maleficia feciſſe ſubiungunt, vt coleretur Chriſti nomen per trecentos ſexagintaquinque annos: deinde completo memorato numero annorum, ſine mora ſumeret finem. O hominum corda doctorum, o ingenia litteratorum digna credere iſta de Chriſto, quæ credere non vultis in Chriſtum,] atque poſt nonnulla de Petro, hæc de his ſubdit [f]

f Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. c. vlt.

XX. *Recte inſtituta temporũ Chronographia.*

Per hoc colligitur etiam dies ex quo annus ipſe ſumpſit initium, ſcilicet quando miſſus eſt Spiritus ſanctus, id eſt, per Idus Maias: numeratis proinde Conſulibus trecenti ſexagintaquinque anni reperiuntur impleti per eaſdem Idus Maias Conſulatus Honorij & Eutychiani] præſenti ſcilicet anno. Quam quidem Auguſtini ſupputationem noſtræ chronographiæ optime conſentire cognoſcis: ſiquidem quem nos numerauimus Domini annum trigeſimumquartum, ipſe a die Pen-

tecoſtes

A tecoſtes numerat primum. Porro numero trecentorum ſexagintaquinq. annorum ſi addas triginta tres, vtiq. reperies a naſcente Domino vſq. ad dictos anni huius Conſules Honorium & Eutychianum recte numerari annos trecentos nonagintaocto. Hæc ad exacte a nobis initam in Annalibus chronographiam, alijsq. ſuperius ſtabilitam teſtificationibus, ſatis.

XXI. Ceterum ſtultæ prædictioni contraria prorſus obueniſſe contigit: & tantum abfuit religionem Chriſtianam defeciſſe, & deorum cultum in priſtinum reſtitutum fuiſſe; vt (quod plane Dei nutu factum apparet) quæ reliqua eſſent templa Gentilium, ſequenti anno diruta fuerint: quod ipſe Auguſtinus demonſtrat: ſed de his ſuo loco nobis agendum. Porro de iiſdem falſis oraculis ad conſolationem ſuorum ab Ethnicis in Africa excogitari & iactari ſolitis, idem S. Auguſtinus hæc alibi [a]: Sedent Pagani, & computant ſibi annos; audiunt fanaticos ſuos dicentes: Aliquando Chriſtiani nō erunt: & idola illa coli habent, quemadmodum antea colebantur. Adhuc dicunt: Quando [b] morietur & peribit nomen eius?] & alibi [c] iidem eadem replicantes verba: Quando, inquiunt, morietur, & peribit nomen eius? Id eſt, ecce veniet tempus, vt finiantur & non ſint Chriſtiani. Sicut cœperunt ex aliquo tempore, ita vſq. ad certum tempus erunt. Sed cum iſta dicunt, & ſine fine moriun- B tur, & permanet Eccleſia prædicans brachium Domini omni generationi ſuperuenturæ.] hæc de his Auguſtinus: cetera autem reijcimus in ſequentem annum.

a Aug in Pſ. 40.
b Pſal. 40.
c Aug. ſerm. 2. in Pſal. 70.

XXII. Rurſum vero quod ad res Africanæ Eccleſiæ pertinet; Honorius Imperator, ad comprimēdam ſceleratorum audaciam, reſcriptū illud dedit, quod a S. Gregorio Papa citatur & recitatur his verbis in epiſtola ad Ioannem [d]: Impp. Arcadius & Honorius Auguſti Theodoro Præfecto Præt. Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias Catholicas irruēs, ſacerdotibus & miniſtris, vel cultoribus ipſis, vel cultui ipſi, locoq. aliquid importet iniuriæ: quod geritur, a prouinciæ rectoribus animaduertatur: atq. ita prouinciæ moderator ſacerdotū & clericorū & Catholicæ Eccleſiæ miniſtrorū, loci quoq. ipſius, & diuini cultus iniuriā capitali in conuictos ſeu confeſſos reos ſententia nouerit vindicandā. Et poſt pauca: Sitq. cunctis laudabile, factas atroces ſacerdotibus aut miniſtris iniurias, veluti publicū crimē inſequi, atq. de talibus reis vltionē mereri, &c. Dat. 6. Kal. Maij, Mediolani, Honorio Aug. quater & Eutychiano rer Cōſſ. lib.] ita apud Gregorium. In Codice vero Theodoſiano [e] hæc amplius, quibus & declaratur pro Eccleſia Africana hæc ab eo fuiſſe reſcripta:

d Gregor. lib. 11. epiſt. 53.
De lege Honorij Imp. aduerſus inferentes iniuriā in perſonas & loca ſacra.
e l. 31. de Epiſc. & Cler. C. Theo.

XXIII. Quod ſi multitudo violenta ciuilis apparitionis executione, & adminiculo ordinum, poſſe illo- C rumve potuerit præſentari, quod ſe armis, aut locorum difficultate tueatur: Iudices Africani, armatæ apparitionis præſidium, datis ad virum ſpectabilem Comitē Africæ litteris, prælato legis iſtius tenore, depoſcant, vt rei talium criminum non euadant. Dat. 7. Kalend. Maij, Mediolani, Honorio IIII. & Eutychiano Conſulibus.] Quod autem capitali ſupplicio Imperator præcipiat iniuriam vindicandam; nondum lata hæc erat lex, quando S. Auguſtinus ſcripſit commentarios contra litteras Petiliani, in quibus ſunt hæc verba eius in Donatiſtas [f]: Quærimus a vobis, quos veſtrum a noſtris probetis occiſos. Nullam quidem legem ab Imperatoribus datam, vt occideremini, recolo, &c.] Quamobrem fateri neceſſe eſt, eos ab Auguſtino commentarios eſſe elaboratos ante eius legis promulgationem, hoc tamen ipſo anno, ſed poſt Anaſtaſij Papæ electionem: nam de eo Pontifice tunc ſedente illa ſententia ipſe meminit haud pridem recitata, qua ait [g]: Verumtamen ſi omnes per totum Orbem tales eſſent, quales vaniſſime criminaris: cathedra quid tibi fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet? &c.]

Reſcriptū editum pro Eccleſia Africana.
f Aug. contr. litt. Petil. lib. 2. c. 20.
g Aug. cont. litt. Petil. lib. 2. c. 51.

XXIIII. Sed quænam preceſſit huius legis ſanciendæ cauſa, cum hactenus nonniſi decem librarum auri pœna (vt idem Auguſtinus [h] teſtatur) facinoroſiſſimi Donatiſtarum mulctandi Imperatorum D lege fuiſſent? ab eodem S. Auguſtino illam accipiamus, qui nomine clericorū Hipponenſium ſcribens ad Ianuarium Donatiſtarū Epiſcopum, his ſane verbis inculcat [i]: De nobis ergo quod queramini, non habetis: etenim [*] Eccleſiæ Catholicæ manſuetudo ēt ab his Imperatorum iuſſionibus omnino conquieuerat, niſi veſtri clerici & Circumcelliones per ſuas immaniſſimas improbitates, furioſaſq. violentias quietem noſtram perturbantes, atq. vaſtantes, hæc in vos recoli & moueri coegiſſent. Nam priuſquā recentiores leges iſtæ, de quibus modo querimini, veniſſent in Africam, inſidias in itineribus noſtris Epiſcopis tetenderunt, cōclericos noſtros plagis immaniſſimis quaſſauerunt, laicis quoq. & plagas grauiſſimas inflixerunt; & intulerunt eorum ædificijs incendia: presbyterum etiam quemdam, quia propria & libera voluntate vnitatem noſtræ cōmunionis elegit, de domo ſua raptum, & pro arbitrio immaniter cæſum, in gurgite etiam cœnoſo volutatum, burda veſtitum, cum quibuſdam dolendum, quibuſdam ridendum in pompa ſui facinoris oſtentaſſent, abductum inde quo voluerunt, vix poſt dies duodecim dimiſerunt. Vnde conuentus municipalibus geſtis a noſtro Epiſcopo Proculianus (*Hipponenſis hic erat Donatiſtarum Epiſcopus*) cū ab inquirenda cauſa diſſimulaſſet, & iterum continuo conuentus eſſet, nihil ſe dicturum amplius, ge- E ſtis expreſſit. Et hodie illi qui hoc fecerunt, presbyteri veſtri ſunt adhuc, nos inſuper territantes, & ſicut potuerunt perſequentes.] hæc ipſe: quæ autem his ſubdit, dicentur inferius ſuo loco.

h Aug eod. lib. c. 83.
Donatiſtarum immanitas dedit cauſam edicto.
i Aug. epiſt. 68.
* & tamen

XXV. Eadem ipſa S. Auguſtinus [k] ingerit aduerſus Creſconiū grammaticū agens, presbyterumq. illum Hipponenſem ad dies duodecim verberibus ludibrioq. affectum, Reſtitutum nominatum fuiſſe tradit: quem poſtea vna cum Innocētio item presbytero ab iiſdem Donatiſtis occiſum fuiſſe conſtat. Eſt de his S. Auguſtini epiſtola ad Marcellinum in Africa magiſtratum agentem, qua illis qui eos occiderant, ignoſci rogat, his verbis [l]: Circumcelliones illos & clericos partis Donati, quos de Hipponenſi Eccleſia ad iudicium pro factis eorum publicæ diſciplinæ cura deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Reſtitutum Catholicū presbyterum commiſerunt, & de cæde Innocētij alterius Catholici presbyteri, atq. de oculo eius effoſſo, & digito præciſo fuiſſe confeſſos: vnde mihi ſolicitudo maxima incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legū ſeueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoq. his litteris obteſtor fidē tuam, quam habes in Chriſto, per ipſius Domini Chriſti miſericordiam, vt

k Auguſt. contra Creſcon. lib. 3. c. 48.
De Reſtituto p̄sbytero Hipponenſi.
l Aug. epiſt. 159.

hoc,nec facias,nec fieri omnino permittas. Quamuis enim ab eorum interitu diſſimulare poſſe- A
mus,qui non accuſantibus noſtris, ſed illorum notoria ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia
pertinebat,præſentati videantur examini:nolumus tamē paſſiones ſeruorum Dei,quaſi vice talio
nis,paribus ſupplicijs vindicari.] & poſt multa id genus,quāta hæc inculcarit & expetierit energia,
ex his accipe:Quoniam Chriſtiano loquor,maxime in tali cauſa,non arroganter dixerim: audire
te Epiſcopum conuenit iubentem,domine eximie,& merito inſignis atque cariſſime fili.]hæc ip-
ſe quidem,quo Chriſtiana manſuetudo omnibus innoteſceret;ſperans ita faciens,atque carbones
charitatis incenſos ſuper aduerſariorum capita congerens,ad meliorem eos frugem perducere:
ſed fruſtra omnia,in deterius iiſdem prolabentibus.

XXVI. At non ad Marcellinum tantum,ſed(vt in eadem tradit epiſtola)ad Proconſulem ea de cauſa
ſe litteras dediſſe teſtatur:extat quidem eodem argumento conſcripta epiſtola ad Donatum Pro-
a August. epiſt. 127. conſulem Africæ [a]; ad quem inter alia:Quæſumus igitur,vt cum Eccleſiæ cauſas audis,quamli-
bet nefarijs iniurijs appetitam vel afflictam eſſe cognoueris;poteſtatem occidendi te habere, obli
Auguſtinus precatur veniam pro facinoroſis Donatiſtis. uiſcaris,& petitionem noſtram non obliuiſcaris.]hæc & alia ad Proconſulem,ſed poſt decenniū,
vt ſuo loco dicemus:hic autem recitata ad inſinuandam Auguſtini & aliorum Epiſcoporum Ca- B
tholicorum manſuetudinem,qui talia tantaq.paſſi,ſilere tamen datam hoc anno legem de capita-
li ſupplicio in Donatiſtas maluerunt.Cum alioqui poſtmodum exemplis rerum,ſero licet,edoctus
ipſe Auguſtinus ſceleſtiſſimos omnium hominum abuti Catholicorum modeſtia,atque deterio-
res euadere,ſeq.nihil profeciſſe,cum toties apud Africanæ prouinciæ magiſtratus pro illis deten-
tis in vinculis vltimo ſupplicio condemnandis interceſſiſſet:quaſi facti pœnitens,recantans palino
b Aug.epiſt. 48. diam,præclaram eodem argumento ad Vincentium [b] epiſtolam dedit,qua diſſerit per magi-
ſtratus cogi debere hæreticos,& illorum pertinaciam ſæculari potentia retundendam,coercendā-
que eſſe ipſorum audaciā legibus Imperatorum. Eiuſdem quoque argumenti duos ſe ſcripſiſſe li-
c Auguſt.retrac. lib.2.c.5. bros,quorum eſt titulus, Contra partem Donati [c], ipſe teſtatur.

XXVII. At quæ iidem addiderint præteritis malis,poſtquam ea lex promulgata eſt:præter illa ſuperius
recenſita,proſecutus eſt idem S. Auguſtinus eorumdem ſcelera cum pluribus ſcriptis, tum præ-
ſertim epiſtola illa,quam dedit ad Bonifacium Comitem,in qua & ea refricat quæ ſunt recenſita,
d Augu epi. 50. addens hæc ipſa [d]: Epiſcopi maxime & clerici horrenda & dura profeſſi ſunt,quæ commemora
Nefanda ſcelera Donatiſtarū aduerſus Catholicos. re longum eſt:quando quorumdam & oculi extincti ſunt,& cuiuſdam Epiſcopi & manus & lingua C
præciſa eſt:nonnulli etiam trucidati ſunt.Taceo crudeliſſimas cædes,& domorum deprædationes
per nocturnas agreſſiones,& incendia non ſolum priuatorum habitaculorum,verum etiam eccle-
ſiarum;in quas flammas non defuerunt qui & codices Dominicos mitterent.]hæc & alia ad Boni
facium,de quibus ſuo loco pluribus.

XXVIII. *Labores Auguſtini aduerſus Donatiſtas.* Quamdiu autem ſpes aliqua fuit,eiuſmodi genus hominum rationibus poſſe cōuinci indefeſ
ſam Auguſtinus nauauit operam cum verbis tum ſcriptis,vt eos ad Eccleſiæ Catholicæ vnitatem
perduceret: cuius ſane labores ea in re impenſi, nec quemquam puto fore qui ſermone ſatis
e Poſſid. in Vit. Aug c.9. digne perſequi valeat. Poſſidius ipſe quidem immenſa rerum copia victus, cuncta paucis hi-
ſce perſtrinxit [e]: Ita factum eſt, vt Auguſtinus Epiſcopus multo inſtantius & feruentius maiori
auctoritate,non adhuc in vna tantum regione,ſed vbicumque rogatus veniſſet,verbū ſalutis æter
næ alacriter ac ſuauiter,pullulante atque creſcente Domini Eccleſia,prædicaret, paratus ſemper
poſcentibus reddere rationem de fide & ſpe quæ in Deum eſt. Et eius dicta excepta maxime Do-
natiſtæ in eadem Hipponenſi vel vicina manentes ciuitate,ad ſuos Epiſcopos deferebant. Quæ cū
audiſſent,& contra forte aliquid dicerent,aut a ſuis refellebantur,aut eadem reſponſa ad S.Augu D
f Philip.2. ſtinum deferebantur,eiſq.compertis patienter ac leniter(vt ſcriptum eſt)cum timore [f] & tremore
ſalutem omnium operabatur,oſtendens quam nihil illi refellere voluerint ac valuerint, quamque
verum manifeſtumq.ſit quod Eccleſiæ Dei fides tenet & docet. Et hæc diebus ac noctibus ab eodē
iugiter agebantur.nam & epiſtolas priuatas ad quoſque eiuſdem erroris Epiſcopos, & eminentes
ſcilicet laicos dedit,rōne reddita admonens atque exhortās,vt vel ab illa ſe prauitate corrigerent,
vel certe ad diſputationes venirent. Illi autem cauſa diffidentiæ ne quidem vmquam reſcribere vo
luerunt,ſed irati furioſa loquebantur,atque ſeductorem,deceptoremq.animarū Auguſtinū eſſe &
priuatim & publice condemnabant:& vt lupum,occidendum eſſe,in defenſionem gregis ſui dice-
bant,& tractabant;omniaq.peccata a Deo indubitanter eſſe credendum poſſe dimitti iis,qui hoc
facere ac perficere potuiſſent,nec Deum timentes,nec homines erubeſcentes.]hæc Poſſidius.

XXIX. Idemq.inferius ita de iis quæ Donatiſtæ in Auguſtinum machinati ſunt [g]: Aliquoties vero
g Poſſid in Vit. Aug c.12. etiam vias armati iidem Circumcelliones contra famulum Dei Auguſtinum obſederunt, dum
forte iret rogatus ad viſitandas,inſtruendas,& cohortandas Catholicas plebes,quod ipſe frequen
tiſſime faciebat. Et aliquando contigit vt illi ſuccenturiati hactenus perderent captionem. Eue- E
nit quidem Dei prouidentia,vt ductoris hominis errore,per aliam viam cum ſuis comitibus ſacer
dos quo tendebat veniſſet;atque per hūc quem poſtea cognouit errorem,manus impias euaſiſſet;
& cum in omnibus liberatori Deo gratias egiſſet,illi omnino ſuo more nec laicis nec clericis pe-
percerunt,ſicut publica conteſtantur Geſta.] hactenus de his ipſe.

XXX. *Petilianus Donatiſtarum Epiſcopus impugnator Catholicæ vnitatis.* Sed cum innumeri ferme labores Auguſtini aduerſus Donatiſtas,quouſque ſedit Epiſcopus,
fuerint,& lucubrationes quamplurimæ diuerſis ſedis ſuæ temporibus elaboratæ:hoc potiſſimum
anno,poſtquam Anaſtaſius creatus eſt Romanus Pontifex,ante tamen quam recitata ſuperius lex
promulgata eſſet aduerſus Petiliani litteras ipſum commentarios elaboraſſe,iam ſatis eſt demon
ſtratum:ſed cauſa nunc aperienda eiuſmodi ab eo hoc potiſſimum tempore ſuſcepti laboris. Erat
Petilianus partis Donatiſtarum in Numidia Epiſcopus,ſuæ ſectæ hominum huius temporis elo-
h Auguſt. cōtra litteras Petil.c.1. quentia facile princeps,quod Auguſtinus [h] affirmat:porro ille ad ſuos presbyteros ſcripſit aduer
i Auguſ.retract. lib.2.c.25. ſus Catholicos epiſtolā;quā ſimulac ipſe Auguſtinus accepit,reuocans manū(vt ait [i])a ſcriptione
illa,

A illa,quam elucubrabat de Trinitate,& ab eis,quos præ manibus habebat,commentarijs de Geneſi ad litteram,ad contradictorios ſcribendos libros illos ſtylum [a] admouit. Cur autem tres oportuerit ea de re edere diuerſo tempore libros,affert ipſe in Retractationibus rationem.

a Aug. retract. lib. 2. c. 34.

XXXI. *Petilianus Epiſc. Conſtãtinianenſis.*

Sed admonemus lectorem,quòd ſi titulum ſedis ſpecter,duos opus eſſet aſſerere Petilianos : quorum alter apud ipſum Auguſtinum in inſcriptione commentariorum in eius litteras editorũ, dictus inuenitur Cirtenſis Epiſcopus;qui & libri primi exordio contra Creſconium,idem Cirtenſis quoque nominatur Epiſcopus: Alter vero ab eodem Auguſtino Conſtantinianenſis Epiſcopus nominatus habetur,idemq. ſcriptor,qui de vnico baptiſmo librum ediderit,aduerſus quem eodẽ nomine & argumento ipſe Auguſtinus commentarium ſcripſit. Sed putatur irrepſiſſe error in titulum commentariorum contra litteras Petiliani,vt loco Conſtantinianẽſis,Cirtenſis ſit poſitus. Nam primi libri exordio,Conſtantinianenſis Eccleſiæ mentio ibi habetur;& in titulo libri tertij, idem Petilianus non Cirtenſis, ſed Conſtantinianenſis Epiſcopus inſcriptus reperitur. erat Conſtantina ciuitas in Numidia, de qua idem Auguſtinus [b]: Inter Conſtantinam (inquit) ubi tu es,& Hipponem,vbi ego ſum,Calama,vbi ille eſt,vicinior quidem nobis,ſed tamen interpo

B ſita eſt.]ita ipſe.

b Auguſt. lib. 2. contra lit. Petil. c. 99.

XXXII. *Generoſus a Donatiſta decipi tentatur.*

Porro in eadem quoque Conſtantinianenſi Eccleſia,& ab eius Epiſcopo Petiliano æque factũ apparet,vt agentem ibidem hominem nomine Generoſum,Catholicum,decipere ſit conatus preſbyter quidam Donatiſta; quaſi Angeli(vt aiebat)monitu ſuaderet ei,ad Donatiſtas, relictis Catholicis,ſe conferre. At ille prudens,Auguſtinum admonuit:qui q̃ primũ occurrit fraudi, ad eum ſcribens epiſtolam:in qua cum [c] ſeries deſcripta ſit Romanorum Pontificum, & extremo loco Anaſtaſius Papa collocetur,plane Anaſtaſij Papæ tempore ſcriptam eſſe oportuit: Docet autem,ex ſedis Petri communicatione dignoſci Catholicam Eccleſiam,in eaq. legitimam Apoſtolicam ſucceſſionem perſeuerare;vtq. omnis prorſus explodenda ſit nouitas,firmis ijſdemq. perſpicuis ſignificat argumentis,oſtendens Conſtantinianenſis ciuitatis Epiſcopum non habere quam numeret ſeriem ſucceſſorum Orthodoxorum. At de ſcriptis Auguſtini hactenus:pro ordine & tempore rerũ geſtarum reliqua inferius recenſebimus. Scripſiſſe vero poſt hæc Auguſtinum libros contra epiſtolam Parmeniani Epiſcopi Carthaginenſis partium Donatiſtarum, argumento eſt quod in ea mentio habetur [d] de perſecutione decennali Optati Gildoniani,de quo proxime dicturi ſumus.

C Illud modo lectorem monẽdum putamus, non eodem ordine,quo enumerat Auguſtinus ſuorum ſeriem ſcriptorum,ea elaborata fuiſſe:nam complura proponit,quæ,ſi tempus ſpectes,alijs compluribus poſtponenda fuiſſent,quod non paucis declarari poteſt exemplis,ſi quis ea curioſius perſcrutetur.

c Aug. epiſt. 165.

d Auguſt. contra Epiſt. Parmen. li. 2. c. 2.

XXXIII. *Quinta Synodus Carthaginenſis.*

Quod inſuper ad rerum ſtatum Eccleſiæ Africanæ attinet;hoc anno,nimirum poſt Conſulatũ Cæſarij & Attici(vt ex ſcripto addimus codice) VI. Kalend. Iunij habita eſt Carthagine Synodus ſeptuaginta Epiſcoporum,quæ quinta dicta reperitur,dicenda autem ordine temporum quartanam quæ quarta numeratur,celebrata eſt hoc eodem anno,menſe Nouembri;dicemus autem de ea inferius. mendoſus enim numerus ibi inhæſit notæ Æræ trigeſimæoctauæ,ſicut & in alijs pleriſque locis:nam & noſcitur habita anno ante edictum Imperatoris de reliquijs idololatriæ tollendis,quod conſtat datum anno ſequenti. Inculcatum eſt [e] autem in hac ipſa priori anni huius Synodo inter alia ad Eccleſiaſticam ſpectantia diſciplinam, de diaconorum,presbyterorum,& Epiſcoporum continentia,iteratum ſæpe præceptum. Inſuper de baptizandis infantibus canon [f] ſancitus eſt. Sed & decreta hac Synodo reperitur legatio ad Imperatores pro petendis afflictatis pau-

D peribus Defenſoribus:decretum enim hac de re ſancitũ ſic ſe habet [g] Ab Imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum,propter afflictionem pauperum, quorum moleſtijs ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia,vt Defenſores eis aduerſus potentias diuitum cum prouiſione Epiſcoporum delegentur.]hæc quidem Patres,quæ & obtinuiſſe videntur:nam de magiſtratu in Africa qui dicebatur Defenſor Eccleſiæ,Poſſidius [h] in Auguſtino meminit. Perſeueraſſe in poſterum eiuſmodi in Eccleſia Defenſores,S. Gregorius pluribus epiſtolis fidem facit.

e Concil. Carth. 5. can. 3.

f Concil. Carth. 5. can. 6.

g Eod Cõci. c. 9.

Defenſores petiti.

h Poſſid. in Vit. S. Auguſt. c. 12.

XXXIV.

Quid præterea ijſdem ad Imperatores legatis ab eodem Patrum conuentu iniunctum fuerit, poſtremus omnium canon appoſitus his verbis aperit [i]. Item placuit ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti,vt reliquiæ(*idololatriæ ſcilicet*)nõ ſolum in ſimulacris, ſed in quibuſcumque locis,vel lucis,vel arboribus omnimodo deleantur.]ita Patres:quæ ab Honorio Imperatore ipſos obtinuiſſe, reſcriptum ipſius ea de re datum anno ſequenti declarat:agemus vero de his ſuo loco.

i Concil. Carth. c. vlt.

De tollendis reliquijs Idololatriæ.

XXXV. *Bellũ Gildonianum quãdo cõfectum.*

Sed age iam res hoc anno ab Honorio Imperatore aduerſus Gildonem tyrannum feliciter geſtas,ordine proſequamur. Hoc quidem anno bellum Gildonianum confectum eſſe,auctor eſt Marcellinus in Chronico:& non antea ſatis ex Claudiano intelligi poteſt, dum tradit ſtatim poſt nu-

E ptias Honorij cum Maria,de Gildone in Africa ſuperato fuiſſe gaudia geminata:ita enim cecinit [k] ipſo exordio libri de laudibus Stiliconis:

Continuant ſuperi pleno Romana fauore
Gaudia,ſucceſſuſq. nouis ſucceſſibus augent.
Coniugij necdum feſtiuos regia cantus
Sopierat:cecinit fuſo Gildone triumphos,
Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſertis,
Sumeret vt pariter Princeps nomenq. mariti,
Victoriſq. decus.] hæc ipſe.

k Claud. de laud. Stilic. lib. 1.

XXXVI. *Nuptię Honorij cũ Maria.*

Hoc namque anno,& non ante,Maria filia Stiliconis coniuncta eſt Honorio fœdere nuptiarũ. Nam anni huius exordio,cum adijt quartum Conſulatum,Honorium coniugij expertem fuiſſe, idem Claudianus in fine Panegyrici in eodem quarto eius Conſulatu dicto ſatis illis verſibus ſignificaſſe videtur,quibus ait [l]:

l Claudian de 4. Honorij Conſul.

Cum tibi protulerit feſtas mox pronuba tędas: A
Quæ tali deuota toro? quæ murice fulgens
Ibit in amplexus tanti Regina mariti?] & paulo poſt
O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis? &c.]

Hoc igitur anno ante bellum Gildonianum Honorius Auguſtus inchoaturus annum ætatis decimumquartum, menſe Septembris, Mariam coniugem duxit, genitam ex Serena fratris Theodoſij filia: haſque contractas nuptias mandato Theodoſij, idem Claudianus affirmat, cum Honorium ita loquentem reddit [a]:

a Claud. in nupt. Honorii.

Non rapio præceps aliena fœdera tęda,
Sed quæ ſponſa mihi pridem, patriſque relicta
Mandatis.]

XXXVII. *Gildonianum genus.* Sed quod ad bellum ſpectat Gildonianum, præſtat hic ipſius Gildonis originem ex Ammiano [b] præfari; qui ait, Nubelem potentiſſimum fuiſſe inter nationes Mauricas Regulum, natoſque ex eo filios, inter quos enituere Firmus, Gildo, atq. Maſcezil [*], de quibus erit ſermo. Horum Firmus, B occiſo fratre ſuo nomine Zammac, Romanis in Africa magiſtratibus acceptus, tyrannus in Africa in Romanum Imperium inſurrexit: aduerſus quem Theodoſius Senior, Theodoſij Imperatoris pater, Magiſter equitum bello egit, cui & Gildo aduerſus germanum inhæſit. Sed extincto Firmo tyranno, in Imperatorem euectus Theodoſius, de homine barbaro benemeritus eſt: quem enim hactenus fidum expertus erat, creauit Comitem, & in Africa conſiſtentis Magiſtrum vtriuſq. militiæ: tali enim titulo decoratum Gildonis nomen reperitur in dato ad eum ab eodem Imperatore reſcripto [c], ſub eiuſdem Theodoſij tertio Conſulatu & eius collegæ; quo tempore adhuc Gildonem Theodoſio paruiſſe, eadem lex certum exploratumque reddit. eſt ille annus Domini trecēteſimus nonageſimuſtertius, quinquennio ante præſentem annum. *Gildonianæ Tyrannidis tēpus.* Hæc autem cum liquido conſtent; quonam pacto verum erit quod Claudianus tradit, Gildonem per annos duodecim Africam tyrannide infeſtaſſe? nam ait [d]:

b Ammian. libr. 29.
* Maſcizel
c l. 9 ad legem Iul. de adul. C. Theod.
d Claud. de bello Gild.

——— *iam Solis habenæ*
Bis ſenas torquent hiemes, ceruicibus ex quo
Hæret triſte iugum: noſtris iam luctibus ille C
Conſenuit, regnumque ſibi tot vendicat annis.]

Hæc cum dicat ipſe, oportuit eo annorum numero, etiam Firmi fratris coniunxiſſe tyrannidem: nam a dicto Conſulatu Theodoſij tertio vſque ad præſentem annum, anni tantum quinque medij numerantur: niſi magis æquum ſit dicere, duodenum annorum numerum tyrannidis Gildonis interpolatum fuiſſe aliquo medio fœdere, cuius tempore ille a cœpta tyrannide temperarit; ſiquidē auctor eſt S. Hieronymus [e], Saluinam huius Gildonis filiam Nebridio ex ſorore Auguſtæ genito, ob pacis vincula arctius conſtringenda, eſſe nuptam: ait enim ipſe ad Saluinam iam viro viduatam hæc verba [f]: *De Saluina filia Gildonis.* Alius fortaſſe laudet Nebridium, qui de ſorore generatus Auguſtæ, & in materteræ nutritus ſinu, inuictiſſimo Principi ita carus fuit, vt ei coniugem nobiliſſimam quæreret, & bellis ciuilibus Africam diſſidentem, hac velut obſide, ſibi fidam redderet.] hæc ipſe: quibus intelligas, aliquando nuptiarum vinculis obſtrictam inter Theodoſium & Gildonem fuiſſe concordiam, pacemque firmatam.

e Hieron. epiſt. 9. & 11.
f Hieron. epiſt. 9.

XXXVIII. *Gildonis tyrannidis cauſa.* Porro eum ſequenti anno a dato reſcripto, nimirum tempore belli Eugeniani, deſciuiſſe ab Imperio Romano, cum vocatus ab eodem Theodoſio ad bellum venire renuit, alibi idē Claudianus affirmat his verſibus [g] de Gildone loquens: D

g Claud. in ſexto Conſul. Honorij.

——— *Alter præcepta vocantis*
Reſpuit, auxilijſque ad proxima bella negatis,
Abiurata palam Libya poſſederat arua.]

Scimus tamen Zoſimum [h] dicere, ſolicitatum ab Eutropio Gildonem, vt Africam in ditionē trāsferret Arcadij, idque ab eo præſtitum: ſed non probatur: nam inter Arcadium & Honoriū nulla his temporibus ſimultas Africæ prouinciæ ablatæ occaſione reperitur interceſſiſſe, ſed bellū videtur cœptum eſſe aduerſus Gildonem, iam (vt ait Claudianus) a Theodoſio tunc temporis reſiliētem, cum vocatus venire cum auxiliarijs copijs prætermiſit, conſcientiæ verberibus vulneratus; vtpote quod homo Ethnicus ſibi ſubditis militibus ad omnes exercendas libidines abuteretur. *Gildo turpiſſimus.* Nā præter illa quæ de his a Claudiano ſcribuntur, ad ipſum reſpexiſſe Theodoſij ad eum datum reſcriptum videtur, his verbis [i]: Si quis adulterij reus factus, accuſatoris mariti forum declinare tentauerit: in hoc non poſſit eludere, nec prærogatiua militari defenſetur: ibi confeſtim audiendus, vbi fuerit accuſatus. Dat. III. Kal. Ianuar. Conſtantinopoli, Theodoſio Aug. III. & Abundantio Coſſ.] Haud quidem abſq. magna cauſa Imperator noluit militibus crimine adulterij iudicio poſtulatis fori eſſe exceptionem. E

h Zoſim. libr. 5.
i l. 9. ad leg. Iul. de adult. Cod. Theod.

XXXIX. Quod ſi haud temere ex Duce mores ipſorum militum æſtimare licet; audi quæ de impuriſſimo Gildone habeat Claudianus [k]:

k Claud. de bello Gildon.
Gildonis ſcelera.

Inſtat terribilis viuis, morientibus heres,
Virginibus raptor, thalamis obſcœnus adulter;
Nulla quies oritur, prędą ceſſante libido,
Diuitibuſque dies, & nox metuenda maritis:
Quiſquis vel locuples, pulchra vel coniuge notus,
Crimine pulſatur falſo: ſi crimina deſunt,
Accitus conuiua perit, mors nulla refugit
Artificem, &c.] Pluribus enim probroſos mores Gildonis tyranni recenſet, eo magis

A gis deteſtandos, quod exemplis ſanctæ ſororis perpetuam uirginitatem Deo dicantis, & vxoris ę
quæ ſanctiſſimæ feminæ, ille nihilo melior fit effectus: harum enim meminit S. Hieronymus in e-
piſtola ad Saluinam eiuſdem Gildonis filiam, cum ait [a]; Certe cum tecum ſancta ſit mater, &
lateri tuo amita hęreat uirgo perpetua, non debes periculoſe externorum cōſortia quęrere, de tuo-
rum ſocietate ſecura.] At quid dico, vitam impuram Gildonem non correxiſſe harum exemplis,
cum perfidus motibus, & Gentilitate impius cultor deorum ſemper animo obſtinato permanſe-
rit? Ethnicum quidem fuiſſe, Marcellinus [b] eſt auctor.

Vxor ſoror, & filia Gildonis religioſiſſimæ feminæ.
a Hier. epiſt. 9.
b Marcellin. in Chron.

XL.

Sed quantum afflictata ſit Catholica Eccleſia Africana eiuſmodi Gildoniana tyrānide, S. Au-
guſtinus pluribus in locis meminit, lugetque: etenim Optatus quidam ſchiſmaticorum Donati-
ſtarum Epiſcopus (cuius autem ciuitatis fuerit, nos hactenus latet) eidem Gildoni tyranno ſæuiſ-
ſimus aduerſus Catholicos ſatelles acceſſit, atque ad decennij temporis ſpatium perdurauit. nam
S. Auguſtinus [c] hęc de eo: Veſtros autem fructus ſi conſideremus: omitto tyrannicas in ciuita-
tibus, & maxime in fundis alienis dominationes; omitto furorem Circumcellionum, & præcipita
totum vltro cadauerum cultus ſacrilegos & profanos, bacchationes ebrietatum, & ſub uno Opta
B to Gildoniano decennalem totius Africę gemitum.] hæc aduerſus litteras Petiliani: contra uero
epiſtolam Parmeniani [d]: Hoc ergo (inquit) modo, quod iuſtum eſt, iniuſtum iudicarunt: cū Op
tatum Gildonianum decennalem totius Africæ gemitum, tamquam ſacerdotem atque collegam
(*Donatiſtę ſcilicet*) honorantes in communione tenuerunt.] Quod enim Epiſcopus eſſet, in ipſo p
cinctu expeditionis tyrannicæ baptizare, pariterque conferre chriſma conſueuit: nam inferius [e]:
Non habent (inquit) Spiritum ſanctum uidelicet, quos baptizauit manifeſtus ſatelles Gildonis
Optatus.] ac contra Petilianum [f]: Numquid forte Ioannes & Optatus æquales ſunt? Ridi-
culum uidetur. Et tamen puto, quod non eos æquales, ſed maiorem credatis Optatum. Poſt Ioā-
nem quippe Apoſtolus baptizauit, vos baptizare poſt Optatum neminem audetis, &c.] hæc ipſe,
pluribus conuincens Optatum fuiſſe in eorum communione: quod quidam illorum pre rubore
dicere non audebant: adeo fuerant abominanda facinora hominis ſceleſtiſſimi; de quo idem infe-
rius [g]: Poſſem & ego dicere: Vos ueſtro contagio Optatum induitis proditorem, oppreſſorem,
ſeparatorem] nempe per baptiſmum.

Africana Eccleſia afflictata a Gildoniana tyrannide.
c Auguſt. contra litt. Petil lib. 1. c. 24.
De Optato Gildoniano.
d Auguſt. aduer. epiſt. Parm lib. 2. cap. 1.
e Eod lib. ca. 15.
f Auguſt. contra litt. Petil. lib. 2. c. 37.
g Eod li 2. c. 44.

XLI.

Sed & de ſceleribus perditiſſimi hominis, hæc idem Auguſtinus in eūdem Petilianum [h]: Ad
C te non pertinet, qui recentioribus temporibus, cum intolerabili potentatu, etiam militibus ibi co
mitantibus, non quia timebat aliquem, ſed ut ab omnibus timeretur, uiduas oppreſſit, pupillos
euertit, aliena patrimonia prodidit, aliena matrimonia ſeparauit, res vendendas innocentium p-
curauit: uenditarum pretia cum dominis plangentibus diuiſit.] hæc de Optato Gildoniano, taci-
to nomine, atque ſubdit: Illum commemoro, qui vobiſcum vixit, cuius natalitia tanta celebratio-
ne frequentabatis, cui pacis oſculum inter ſacramenta copulabatis, in cuius manibus Euchari-
ſtiam ponebatis, cui uiciſſim danti manus porrigebatis (*erant hæc ſymbola Catholicæ communicatio-
nis*) cuius autes inter tantos Africæ gemitus ſurdas libera uoce offendere timebatis: quem neſcio
quis ueſtrum, quia uel ex obliquo, urbaniſſime tetigit, ut ei diceret, quod comitem haberet Deū,
ingenti laude ferebatur] alludens nimirum ad Comitem Gildonem, quē ſequebatur, in quo Deū
comitem, pro Gildone Comite, mita adulatione ludendo mutauit.

h Aug. eod. li. 2. cap. 21.
Scelera Optati Gildoniani.

XLII.

Ceterum quod Optatus tempore Gildonis preſtitit, hoc ipſum alij Donatiſtæ exhibuerunt tē
poribus prædeceſſoris Firmi tyranni aduerſus Catholicos. At nec quidem Catholici tantum, ve-
rum etiam & illi Donatiſtę, qui cum iſtis non communicabant, Maximianiſtę a Maximiano no-
D minati (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) grauiter afflictati ſunt; uerum præcipuum ipſorum odiū
aduerſus Catholicos incendebatur. Tunc enim accidit, vt populi Donatiſtę, fauore tyrannorum,
penes quos ſui militabant Epiſcopi, omnia auſi ſint aduerſus Catholicos, etiam ſi adhuc ſub Im
perii Romani magiſtratibus tenerentur. Cum horum inſolentijs Catholici fatigati, magiſtratus
aduerſus eos adire coacti ſunt. De his enim omnibus idem Auguſtinus agit his uerbis [i]: Quis cō
memorare ſufficiat, bello Firmiano quæ a nobis Rogatus Maurus pertulerit? Ipſa Mauritania
Cęſarienſis interrogetur, & tempora Gildoniana, quia vnus collega veſter (*nempe Optatus*) familia
riſſimus eius amicus fuit. Viderint Maximianiſtę quę ſenſerint. Nam Felicianum ipſum, qui
modo uobiſcum eſt, ſi ad iuſiurandum liceret prouocare, vtrum ad communionem veſtram non
inuitum Optatus redire compulerit; mouere labia non auderet, pręſertim ſi eius faciem popu-
lus Muſtitanus intueretur, quo teſte illa tunc facta ſunt. Sed iſti (vt dixi) viderint quæ paſſi
fuerint ab eis, cum quibus Rogato talia fecerunt. Ipſa Catholica Eccleſia ſolidata Principibus
Catholicis imperantibus, terra marique armatis turbis ab Optato atrociter & hoſtiliter oppu-
gnata eſt. Quę res coegit tunc primo aduerſus uos allegari apud Vicarium Seranum legem il
E lam de decem libris auri, quas veſtrum adhuc nullus pendit: & nos crudelitatis arguitis? Quid
autem manſuetius ſit, quam vt coercitione damnorum tanta ueſtra ſcelera mulctarentur? Quis
autem poſſit enarrare omnia, quæ nulla amicitia iudicum, aut aliquarum poteſtatum, quiſque
vbi potuerit, in locis ueſtris propria dominatione committatis? Quis veſtrum in plebibus ve
ſtris non aliquid tale vel à prioribus comperit, vel ipſe expertus eſt? Nonne apud Hipponem, ubi
ego ſum, non deſunt qui meminerint, Fauſtinum ueſtrum regni ſui tempore pręcepiſſe, quoniam
Catholicorum ibi paucitas erat, ut nullus eis panem coqueret? ita ut cuiuſdam diaconi noſtri,
furnarius inquilinus domini ſui panem incoctum abiecerit, eiq. nulla exilij lege damnato, cōmu-
nicationem nō ſolum in ciuitate Romana, ſed etiam in patria ſua, nec ſolum in patria ſua, ſed etiā
in domo ſua negauerit?

Maximianiſtæ a Gildoniano Optato afflictari.
i Auguſt. contra litt. Petil lib. 2. c. 83.

XLIII.

Qoid nuper (quod ipſe adhuc lugeo) nōne Criſpinus neſter Calamēſis cum emiſſet poſſeſſio
nē, & hāc emphyteuticā, nō dubitauit in fundo Catholicorū Imperatorum, quorū legib. nec in ci
uitatib. eſſe iuſſi eſtis, vno terroris impetu octoginta ferme animas miſerabili gemitu muſſitātes,

Quid Criſpinus Calamēſis Donatiſta in Catholicos.

rebaptizando ſubmergere? Quibus autem, niſi talibus factis, etiam ipſas, de quibus conquerimini, leges, longe quidem infra meritum ſceleris veſtri (ſed tamen qualeſcumque ferri coegiſtis) an vero violentis incurſibus Circumcellionum ueſtrorum, qui ſub veſtro principatu furioſis agminibus militant, non ex agris undique pelleremur, niſi vos obſides in ciuitatibus teneremus? &c.] hęc idcirco, quod (vt nuper ait) legibus imperatorum ciuitatibus abire iuſſi eſſent Donatiſtæ, ſi Circumcelliones Catholicis moleſtiam inferrent. Hæc plane temporibus Firmianę atque Gildonianæ tyrannidis. A

XLIV. *Optatus Gildonianus extinctus.* — a Auguſt. contra litt. Petil. libr. 2. cap 29.

Porro ipſe Optatus Gildonianus, de quo ſunt huiuſmodi Auguſtini & omnium Catholicorũ querelæ, meritas pœnas dedit: ſiquidem ante biennium, nempe anno decimo Gildonianæ tyrannidis extinctus eſt: Nam ipſe Auguſtinus cum de Optato agit, eius perſecutionem eum Gildoniana tyrannide iunctam decennalem appellat: cum tamen auctore Claudiano (vt dictum eſt) conſtet eam annis duodecim perduraſſe. Sub Imperatoris autem Honorij magiſtratibus eum pœnas luiſſe, hæc apud Auguſtinum [a] leguntur: Optatus namque de ſatellitio Gildonis accuſatus, tali genere mortis extinctus eſt.] At de rebus geſtis ab Optato Gildoniano ſatis. Iam vero expeditionem in ipſum Gildonem paratam recenſere aggrediamur. B

XLV. — b Claud de bello Gild. in princ.

Qui hactenus toleratus fuerat Gildo tyrannus in Africa, haud vlterius perferendus viſus, cum impedire aggreſſus eſt frumentum ne ex Africa perferretur in Vrbem. Nam Claudianus [b]:

> *Exitium iam Roma timens, & feſſa negatis*
> *Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi.*]

c Pruden aduerſus Symmachũ.

Fruméta vero e Liyba Romam exportari ſolita, præter innumera de ijs antiquorum teſtimonia, accipe quid de his Prudentius [c] hoc ſeculo dicat:

> *Reſpice num Libycis deſiſtat ruris arator*
> *Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tibris*
> *Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos.*] Et Rutilius [d]:
> *Quin & fœcundas tibi conferat Afri a meſſes.*]

d Ruti. lib. 1. Itinerar. — *Frumentum a Gildone retentum.* — e Clau. de bello Gild.

Tam erat ea abundans frumenti copia, vt ſi eo careret Vrbs, magna laboraret inopia; quod docet his verſibus Claudianus [e], cum ſic loquentem Romam inducit:

> ——— *Heu proſpera fata,*
> *Quid mihi ſeptenos montes turbamq. dediſtis,* C
> *Quæ paruo non poſſit ali? felicior eſſem*
> *Auguſtis opibus.*]

f Symmach. lib. 4. epiſt. 4.

Extat Symmachi ad Stiliconem epiſtola de Senatuſconſulto in cauſa Gildoniana, deq. metu famis Vrbi imminentis, his verbis [f]:

XLVI. *Decernitur ex S.C. bellum aduerſus Gildonem.*

Quid de Aſrorum dolore, & militarium virorum querelis conſultus pręcepto ſacro ampliſſimus ordo cenſuerit, plene atque apte Geſtorum curialium inſpectione cognoſces. Sed quia me quoque familiariter iudicem geſtę rei eſſe iuſſiſti: ſummatim quæ decreta ſunt non tacebo. Lectis Domini noſtri Honorij Auguſti literis atque ſentẽtijs, decurſiſq. omnibus paginis, quæ Gildonis crimina continebant, par bonorum motus erupit. Conſulti igitur in Senatu, more maiorum (neque enim ſine legitimo ordine iudicij auctoritas ſtare potuiſſet) ingenti cauſę deuotis ſententijs ſatisfecimus. Adiecta eſt poſt rei damnationem pro alimentis populi Romani ſupplicatio. In metu enim ſumus, ne obſit commeatibus annonarijs medij temporis mora, & perturbatio plebis oriatur. Veniet in manus tuas quid pronunciauerim; reperies & facti huius me adſeruiſſe iuſtitiam, & apud Dominum noſtrum Arcadium cauſam publicæ egiſſe concordiæ.] hactenus Symmachus. D

XLVII. *Diſſidia inter Gildonem & Maſcezilem.* — g Oroſ. lib. 7. c. 36.

Decreto itaque bello aduerſus Gildonem tyrannum, placuit præfici legionibus Maſcezilem ipſius Gildonis germanum, ſed hoſtem eidem infenſiſſimum ob necatos ab eo crudeliter filios. Porro rem geſtam ab Oroſio eiuſdem temporis ſcriptore accipiamus, qui ſic exorditur [g]: Interea Gildo Comes, qui in initio regni eorum (*Imperatorum ſcilicet Arcadij, & Honorij*) Africę præerat, ſimul ut defunctum Theodoſium comperit, ſiue (vt quidam ferunt) quadam permotus inuidia, Africam Orientalis Imperij partibus iungere molitus eſt, ſiue (ut alia tradit opinio) minimam in paruulis ſpem fore arbitratus, prælertim cum abſque his non facile antea quiſquam puſillus in Imperio relictus, ad maturitatem virilis ętatis euaſerit; iſtique propemodum ſoli inueniantur, quos ob egregiam patris ac ſuam fidem, & diuiſos & deſtitutos, Chriſti tutela prouexerit. Africam excerptam a ſocietate Reipub. uſurpare auſus eſt, Gentili magis licentia contentus, quam ambitu regię affectationis inflatus. Huic Maſcezil frater fuit, qui nouarum rerum molitiones in fratre perhorreſcens, relictis apud Africanam militiam duobus filijs adoleſcentibus, in Italiam redijt. Gildo & abſentiam fratris & præſentiam filiorum eius ſuſpectam habens, adoleſcentes dolo circumuentos interfecit. E

XLVIII. *Maſcezil Dux aduerſus Gildonem opẽ quærit a Deo.*

Ad hunc iam ut hoſtem bello inſequendum Maſcezil frater miſſus eſt, quem idoneum procurandæ Reipub. fore propriæ orbitatis recens dolor pollicebatur. Igitur Maſcezil iã inde a Theodoſio ſciens quantum in rebus deſperatiſſimis oratio hominis per fidem Chriſti a clementia Dei impetraret, Caprariam inſulam adijt, unde ſecum ſanctos ſeruos Dei aliquot permotos precibus ſuis ſumpſit. Cum his orationibus, ieiunijs, pſalmis, dies & noctes continuans, ſine bello victoriã meruit, ac ſine cęde vindictam.] At quomodo id factum ſit, dicemus poſtea. Inter hæc autem cũ ſanctorum monachorum choris in Capraria inſula agentibus paulūlum quieſcamus.

XLIX. *De Monachis inſulæ Capraria.*

Mirabile dictu, eum haud pridem (vt quarto tomo declaratum eſt) monachalis inſtitutio ex Aegypto in Vrbem inuecta eſſet, quam longe lateq. fuerit propagata, adeo vt inſulas quoque repleuerint ſancta monachorum examina. Etenim Rutilius Numatianus, Ethnicus homo, cum ſui itineris relegit ſtationes, meminit Caprarię inſulæ monachorum: licet ipſe impius Chriſtianę religionis detractor, haud (vt par erat) ſublimem ſectãtes philoſophiam homines laudet, ſed carpat.

At reddamus

A At reddamus hic verſus [a], quos de his malo afflatus dæmone,ſuo nimirum Apolline,cecinit:

a Rutil.in Itinerar.lib.1.

Proceſſu pelagi iam ſe Capraria tollit,
Squallet lucifugis inſula plena viris:
Ipſi ſe monachos Graio cognomine dicunt,
Quod ſoli,nullo viuere teſte volunt.
Munera Fortunæ metuunt,dum damna verentur:
Quiſquam ſponte miſer,ne miſer eſſe queat.
Quænam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri.
Dum mala formides,nec bona poſſe pati?
Siue ſuas repetunt ex fato ergaſtula pœnas,
Triſtia ſeu nigro viſcera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum aſſignauit Homerus
Bellerophonteis ſollicitudinibus.]

Sed de Gorgonia etiã inſula illi proxima,iiſdẽ referta ſanctis,iſta deorũ cultor addit carmina [b]:

b Eod lib.1. *De Monachis inſula Gorgoniæ.*

B *Aſſurgit ponti medio circumflua Gorgon*
Inter Piſanum,Cyrnaicumq.latus.
Aduerſus ſcopulos damni monumenta recentis
Perditus hic viuo funere,ciuis erat.
Noſter enim nuper iuuenis marmoribus amplis,
Nec cenſu inferior,coniugioue minor,
Impulſus furijs,homines diuoſq.reliquit,
Et turpem latebram credulus exul agit.
Infelix putat illuuie cęleſtia paſci,
Seq. premit læſis ſæuior ipſe deis.
Num,rogo,deterior Circæis ſecta venenis?
Tunc mutabantur corpora,nunc animi.]

L. Hactenus Paganus poeta: Ita plane carnalis homo,qui non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Quiſnam autem fuerit iſte nobiliſſimus adoleſcens,exul mundi,& cæli ciuis,incola Gorgoniæ in C ſulæ,haud exploratum haberi poteſt,cum plures hoc tempore eiuſmodi ſublimioris philoſophię ſtudia conſectati fuerint:ut inter alios Bonoſus ille clarus,qui eodem tempore quo S. Hieronymus Syriæ eremum incolere cœpit,illius æqualis,& ſtudio liberalium artium condiſcipulus,immo & collactaneus,idem præſtitit;de quo iſta tunc ad Ruffinum ipſe [c]:

Iuuenis nobilis monachus in Gorgonia inſula.

c Hieron. epiſt. 41.

LI. Cedant huic veritati tam Græco quam Romano ſtylo mendacijs ficta miracula. Ecce puer honeſtis ſæculi nobiſcum artibus inſtitutus,cui opes affatim,dignitas apprime inter ęquales erat;contempta matre,ſororibus,& cariſſimo ſibi germano,inſulam pelago circumſonante naufragam,cui aſperę cautes,& nuda ſaxa,& ſolitudo terrori eſt,quaſi quidam nouus Paradiſi colonus inſedit:nullos ibi agricolarum,nullus monachorum,ne paruulus quidem,quem noſti,Oneſimus, quo velut fratre in oſculo fruebatur,in tanta vaſtitate adhęret lateri comes.Solus ibi, immo Chriſto iam comitante,non ſolus,uidet gloriam Dei,quam etiam Apoſtoli [d] niſi in deſerto non viderant.Non quidem conſpicit turritas urbes,ſed in nouæ ciuitatis cenſu dedit nomen ſuum.Horrent ſacco membra deformia:ſed ſic melius [e] obuiam Chriſto rapietur in nubibus.Nulla euriporum amœnitate perfruitur,ſed de latere Domini aquam uitæ bibit.Propone tibi ante oculos,ami D ce dulciſſime,& in pręſentiam rei totus animo ac mente conuertere: tunc poteris laudare victoriam,cum laborem prœliantis agnoueris.Totam circum inſulam fremit inſanum mare,& ſinuoſis montium illiſum ſcopulis æquor reclamat;nullo terra gramine viret,nullis vernans campus dẽſatur umbraculis;abruptæ rupes quaſi quemdam horrore carcerem claudunt.Ille ſecurus,intrepidus,& totus de Apoſtolo armatus [f], nunc Deum audit,dum diuina relegit: nunc cum Deo loquitur,cum Dominum rogat;& fortaſſe ad exemplum Ioannis aliquid uidet,dum in inſula commoratur,&c.]hęc de Bonoſo:vt per hunc,cuius nomen ſcimus,diſcamus pariter a Rutilio deſcriptũ, ignotum nomine,quod minime ſit ſcriptum in terra,ſed exaratum habeatur in cęlis:

Bonoſus eremita in inſula.

d Matth.17.

e Theſſal.4.

f Epheſ.6.

LII. Præerat his temporibus Caprariæ inſulæ monachis Eudoxius abbas, ad quem extat epiſtola a ſancto Auguſtino conſcripta [g],digna tanto uiro,in cuius fine meminit de duobus monachis inde in Africam miſſis,Euſtathio & Andrea,fortaſſe illis ipſis,quos ſecum in eam expeditionẽ dux Romani exercitus Maſcezil in eam prouinciam uexit;quorum Euſtathius ibi defunctus eſt.De his enim hęc Auguſtinus: Nam & ante iam fama,& nunc fratres,qui uenerunt a uobis,Euſtathius & Andreas bonum Chriſti odorem de ueſtra ſancta conuerſatione ad nos attulerũt.Quorum Eu E ſtathius in eam requiem pręceſſit,quę nullis fluctibus ſicut inſula tunditur; nec Caprariam deſiderat,quia nec cilicio iam quærit indui.]hæc & alia plura ſuperius de monachorum Caprarię inſulę ſanctitate Auguſtinus,quos cultor idolorum Rutilius nominat Lucifugas: cuius dicteria cũ noſtri temporis uſurpant hæretici Nouatores;plane intelligis,a quorum hi partibus ſtent, num a dæmonum cultoribus Paganis hominib. an a ſanctis Patribus & doctrina & ſanctitate pręclaris.

g Aug.epiſt. 81. *Monachi inſigniores Caprariæ inſulæ.*

LIII. Sed & S. Hieronymus [h] ad Oceanum Fabiolę epitaphium ſcribens, tradit inſulas Etruſci maris,& reconditos(ut ait)curuorum littorum ſinus choris monachorum fuiſſe refertos; quos Fabiola ſua præſentia,uel ſuorum miniſterio famulorum inuiſens,ſuis eleemoſynis recreabat. Ex quibus plane intelligis,quam breui tempore ex Aegypti vinea plantatæ in Romano ſolo propagines extenderint vſque ad mare,& intra mare in inſulis palmites ſuos. Propagatos antem ad poſteros etiam,qui erant in Tyrrheni maris oris & inſulis,monachos; & ipſam Gorgoniam inſulã, vbi unum tantum fuiſſe Rutilius tradit,pluribus eſſe monachorum germinibus auctam, ex litteris S.Gregorij Papæ [i] poſſumus perſpicue intelligere, dum de Palmarię & aliarum inſularum

h Hieron. epiſt. 30.

Etruriæ littora Monachis referta.

i Gregor.lib.1. epiſt.48.

monachis

monachis meminit,necnon de pluribus monaſterijs in inſula Gotgonia congregatis.& poſtea ad meliorem formam per ipſum Gregorium reſtirutis. A

LIV. Sed iam de Capraria inſula ſoluens in Africam vela pandat oratio,& licet hiemis importuno tempore ſoluentem claſſem ſequatur Romani ducem exercitus,& quę ibi diuina operante virtute a Malcezile aduerſus Gildonem ſacta ſint,Oroſio auctore quęramus,qui & locum, vbi tyrānus eſt ſuperatus,ita deſcribit [a]: Ardalio fluminis nomen eſt,quod fluit inter Thebaſtem & Metrideram [*] ciuitates: vbi Maſcezil cum parua manu,hoc eſt,cum quinque millibus(vt aiunt)militū, contra ſeptuaginta millia hoſtium caſtramētatus,cum interiecta mora excedere e loco, oppoſitaſque præiacentis vallis anguſtias tranſgredi vellet,incurrenre nocte, beatum Ambroſium Epiſcopum Mediolani paulo ante defunctum per ſomnium ſibi videre viſus eſt,ſignificantem manu, & impacto ad humum ter baculo,dicentem: Hic,hic, hic. Quod ille prudenti coniectura intellexit, merito annunciantis fidem victoriæ,verbo locum,numero diem ſignificari. Subſtitit,ac tertio demum die,poſt noctem orationibus hymniſq. peruigilem ab ipſis cęleſtium ſacramentorum myſterijs in hoſtem circumfuſum proceſſit: & cum ad eos, qui primi occurrerunt, pia pacis verba iactaret,ſigniferum quendam inſolenter obſiſtenrem,& iam iamq. pugnam excitantem,gladio percuſſit in brachio,eumq. manu debilem ipſo vulnere coegit pronum inclinare vexillum. B

a Oroſ. libr. 7. c. 36.
** Ammederam*
Victoria inſperata diuina ope obtenta.

LV. Quo uiſo,reliquæ cohortes dedirionem iam fieri priorum exiſtimantes,certatim ſeſe ad Maſcezilem ſignis tradidere conuerſis. Barbari,quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat,defectu militum deſtituti,in diuerſa fugerunt. Gildo & ipſe fugam molitus, arrepta naui,vt in altum prouectus,ac deinde reuocatus in Africam eſt,poſt aliquot dies ſtrangulatus interijt. Periclitaremur ſub tantorum miraculorum relatu,quaſi pręſumpta mentiendi imprudentia,niſi adhuc vocem noſtram conſcientia eorum qui interfuere præcurreret. Nullæ aguntur inſidię,nulla corruptio: ſeptuaginta millia hoſtium vincuntur pene ſine pugna. Fugit victus ad tempus,ne plus audeat victor iratus. Tranſportatur in diuerſum locum,vt neſciat frater occidi, quo vindicatur occiſo.] hactenus Oroſius,ex quo eadem ferme deſcripſit auctor qui falſo dicitur Paulus [b] Diaconus.

Gildo vincitur & ſtrangulatur.

b Pauli. Diacon. li. 13.

LVI. Ecce quantum valeant Lucifugæ tui,o Rutili.& apud Deum interceſſio opportuna ſanctorū. Eadem namque de S. Ambroſio in rebus ab eo geſtis Paulinus recitat,atque ita addit [c]: Nos tamen ea Mediolani poſiti,ipſo Maſcezile referente,cognouimus. Nam & in hac prouincia, in qua nunc poſiti deſcribimus,plurimis hoc ipſum retulit ſacerdotibus;quibus etiam referentibus ſeuerius ante nobis cognita huic libro adiungere arbitrati ſumus.] hæc Paulinus. At quid de tanta victoria Claudianus,ſentiens & profitens tantum ipſe miraculum? audi ex carminis eius exordio [d]: C

c Paulin in Vitā S. Ambr. ad fin.

d Claud. de bello Gildon.

Horret adhuc animus,manifeſtaq. gaudia differt,
Dum ſtupet, & tanto cunctatur credere voto.
Necdum Cinyphias exercitus attigit oras;
Iam domitus Gildo. Nullis victoria nodis
Hęſit, non ſpatio terrę,non obice ponti,
Congreſſum, profugum, captum,vox nunciat vna,
Rumoremq. ſuum præuenit laurea belli.
Quo,precor,hęc effecta Deo? Robuſta vetuſq.
Tempore tam paruo potuit dementia vinci?
Quem veniens induxit hiems,ver percutit hoſtem.] hæc Claudianus, qui & optime ſcire potuit,quo tanta hęc ſint facta Deo: & quia ſciuit,ob id fortaſſe Deo,& non dijs hæc dixerit tribuenda. B

Deo tributa ēt ab Ethnicis Victoria.

LVII. Idemq. in poematis pręfatione [e] Gildonem in Sicilia obtruncatum tradit his verſibus:

e Claud. libr. 1. præfat.

Agnouitq. nouos abſens Arethuſa triumphos,
Gildonis ſenſit teſte cruore necem.]

Retentam fuiſſe Gildonis nauigationem a ventis,idem alibi ſignificat,dicens:

Gildo fugiens a ventis reiectus.

Aut idem cupiant pelago te mergere venti,
Gildonis nuper qui tenuere fugam.]

Tradit uero Zoſimus,Gildonem,ne veniret in manus hoſtium,ſibi iniecto laqueo,fracta gula,ſpōtaneo exitu finem viuendi feciſſe.

Extat huius victorię illuſtris memoria in baſi equeſtris ſtatuę his verbis inſculpta [f]:

f Apud Smet. pag. 59. num. 3.

De Victoria belli Gildoniani monumēta.

IMPERATORIBVS. INVICTISSIMIS. FELICISSIMISQVE
D̄. D̄. N̄. N̄. ARCADIO. ET HONORIO. FRATRIBVS
SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS
VINDICATA. REBELLIONE
ET. AFRICAE. RESTITVTIONE. LAETVS. E

Merito quidem hæc Imperatoribus,quorum exercitus erant,adſcribenda fuerunt, & iure Maſcezili toleranda; verum quod ipſius gloria Stilichoni fuerit attributa, ſicut adulatione non caruit, ita & inuidiæ fomitem miniſtrauit. Accipe titulum tunc in baſi ſtatuę Stilichoni dicatæ conſcriptum:

g Apud Smet. pag. 65. num. 3.
Stilichoni tributa tanta Victoria.

FL. [g] STILICONI. V. C.
FL. STILICHONI. INLVSTRISSIMO. VIRO
MAGISTRO. EQVITVM. PEDITVMQVE
COMITI. DOMESTICORVM. TRIBVNO. PRAETORIANO
ET. AB. INEVNTE. AETATE. PER. GRADVS. CLARIS
SIMAE. MILITIAE. AD. COLVMEN. GLORIAE
SEMPITERNAE. ET. REGIAE. ADFINITATIS. EVECTO
PROGENERI,

Digitized by Google

A PROGENERI. DIVI. THEODOSI. COMITI. DIVI
THEODOSI. AVGVSTI. IN. OMNIBVS. BELLIS
ADQVE. VICTORIIS. ET. AB. EO. IN. ADFINITATEM
REGIAM. COOPTATO. ITEMQVE. SOCERO. D. N.
HONORI. AVGVSTI. AFRICA. CONSILIIS. EIVS.
ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. S. C

Hæc quidem Senatus nomine: vt non mireris, ſi Claudianus poeta æque omnes victorias acceptas fert Stilichoni.

LVIII.

Sic igitur extincto Gildone, bona ipſius, quæ quidem erant ampliſſima, Fiſco ſunt adiudicata; ſuperque eis nouus inſtitutus eſt magiſtratus, dictus Comes Gildoniaci Patrimonij, cuius eſt mẽtio in Notitia prouinciarum; de quibus bonis extat reſcriptum [a] ad Pompeianum Proconſulem Africæ, necnon aliud ad Sapidianum [b], & alia alijs temporibus ad Africæ magiſtratus [c]. Sed quod mirum eſt, viguit ad decem ſaltem annos proſecutio vindictæ aduerſus eos qui Gildonem conſectati fuerant: nam ſub Conſulatu Philippi & Baſſi, anno nimirum Domini quadringenteſimooctauo, eiuſmodi ab iiſdem Imperatoribus reperitur datum eſſe reſcriptum ad Donatum B regentem Africam [d]:

a l. 7. de metat. C Theod.
b l. 9. eod. tit.
c l. 16. & 19. Cod. Theod. de bonis proſcrip.
d l. 19. de pœni. Cod. Theod.

Satellites Gildonis cuſtodijs mancipent, & proſcriptione damnentur. Dat. III. Idus Nouemb. Baſſo & Philippo Coſſ.]

LIX. *Saluina coniux Nebridij virtutes.*

Sed age iam ad Gildonis filiam Saluinam ſe conuertat oratio, de impuro ad puram ſanctamq. feminam, & de Ethnico ad ſummum Chriſtianæ religionis decus & ornamentum. Quod autem Saluina illa clariſſima femina, ad quam S. Hieronymus libellum ſcripſit [e] de Viduitate ſeruanda, Gildonis huius Africam occupantis filia fuerit, idem ipſe teſtatur in epiſtola eodem argumento conſcripta ad Ageruchiam [f] in fine. Porro hanc nuptam fuiſſe Nebridio ex ſorore Auguſtæ nato, eidemque Arcadij & Honorij conſobrino, idem affirmat.

e Hieron. epiſt. 9.

LX.

Verum præter generis ſummam claritudinem, fuiſſe Nebridium adoleſcentem vita religioſiſſimum, idem S. Hieronymus illis verbis oſtendit [g]: Sic religioſus fuit, & amator pudicitiæ, vt virgo ſortiretur vxorem; ſic timens Deum cum omni domo ſua, vt oblitus dignitatis, omne conſortium cum monachis haberet & clericis; tantaſque eleemoſynas faceret populis, vt fores eius pauperum ac debilium obſiderent ex[a]mina. C Certe ſic ſemper orans Deum, vt illi quod optimum eſſet, eueniret: Raptus [h] eſt, ne malitia mutaret mentem eius.]& rurſus poſt nonnulla:

f Hier. epiſt. 11.
g Hieron. epiſt. 9.
h Sapien. 4.

LXI. *De Nebridio clariſſimo adoleſcente.*

Mirum dictu eſt, nutritus in Palatio, contubernalis & condiſcipulus Auguſtorum, quorũ mẽſæ miniſtrat Orbis, & terræ ac maria ſeruiunt, inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore, tantæ verecundiæ fuit, vt virginalem pudorem vinceret, & ne leuem quidem obſcœni rumoris in ſe fabulam daret. Deinde purpuratorum propinquus, ſocius, conſobrinus, iiſdem cum ambobus ſtudijs eruditus (quæ res etiam externorum mentes ſibi conciliat) nõ eſt inflatus ſuperbia, nec ceteros homines obducta fronte contempſit: ſed cunctis amabilis, ipſos Principes amabat vt fratres, venerabatur vt dominos, & in illorum ſalute ſuam ſaluteem poſitam fatebatur: miniſtros autem eorum, & vniuerſum ordinem Palatij, quo regalis frequentatur ambitio, ſic ſibi charitate ſociarat, vt qui merito inferiores erant, officijs ſe pares arbitrarentur. Difficile factu eſt, gloriam virtute ſuperare, & ab iis diligi quos præcedas. Quæ vidua non huius auxilio ſuſtẽtata eſt? Quis pupillus in eo non reperit patrem? Totius Orientis Epiſcopi ad hunc miſerorum preces & laborantium deſideria conferebant. Quicquid ab Imperatore poſcebat, eleemoſyna in pauperes, pretium D captiuorum, miſericordia in afflictos erat: vnde & ipſi Principes libentes præſtabant, qđ ſciebant non vni ſed pluribus indulgeri.]hæc & alia Hieronymus in laudẽ adoleſcentis; qui ex dicta Gildonis filia Saluina duos reliquit liberos, maſculum ſui nominis, & infantulam: vxorem vero, licet adoleſcentulam nimis, tamen ad viduitatem ſeruandam, idem S. Hieronymus hortatus eſt, ſic ſententiæ Pauli Apoſtoli ſatiſfaciens, qui dixerat [i]: Volo adoleſcentulas nubere, &c.]quod de illis nimirum intellexiſſet, qui abierunt retro poſt ſatanam: ſic germane verba Pauli ex eiuſdem verbis Apoſtoli interpretatus.

i 1. Tim. 5.

LXII. *Saluina ſtudioſa Ioãnis Chryſoſt.*

Cum autem apud S. Hieronymum lego Saluinam viduam adoleſcentiorem, memoriaque teneo eam vixiſſe Conſtantinopoli, & ſtudioſiſſimam fuiſſe S. Ioannis Chryſoſtomi; cuius Palladius meminit verbis illis, de eodem Ioanne ſermonem habens [k]: Ingreſſus autem baptiſterium, Olympiadem vocat, quæ ab eccleſia non diſcedebat, vna & Pentadiam, & Proculam diaconiſſas, Saluinamque beati Nebridij coniugem, quæ viduitatem ſuam præcipua virtute & honeſtate decorabat: dicitque eis, &c.]Iſta (inquam) cum memoria repeto, Saluinam ſcilicet clariſſimam feminam adoleſcentulam viduam, degentem Conſtantinopoli, S. Ioannem Chryſoſtomum colentem & of- E ficijs frequentantem, mente verſor num eadem ipſa ſit, ad quam idem Chryſoſtomus de Viduitate ſeruanda epiſtolam dedit, quam titulo, Ad viduam iuniorem, inſcripſit, eodem argumento, quo S. Hieronymus ſcripſit libellum ſiue epiſtolam illam: dicerem ſane, cum ex eiuſdem Ioannis aſſertione conſtet, virum illius fuiſſe clariſſimum, qui eo peruenerat apud Arcadium Imp. gratiæ & dignitatis, vt breui Conſul futurus expectaretur; niſi æque eiuſdem teſtificatione certum eſſet, virum illius alio nomine fuiſſe nuncupatum, nempe Thaſarium. Porro hoc eodem ferme tempore ad viduam iuniorem ea a Chryſoſtomo ſcripta eſſe, quæ de coniugio recenti Honorij cum Maria idem ibi in exemplum adducit, ſatis ſignificare videntur, vbi ait: Ceterum ad ipſorum etiam, qui nũc regnant, vxores animum aduerte. Alteram videbis ex priſtinis calamitatibus reſpirantem, magnæ voluptati magnum habere dolorẽ admixtum; eo quod qui potitur, nimis iuuenis ac nullius vſus eſt, multoſque habet vndique inſidiantes.]hæc nempe de Maria nupta Honorio puero ſunt intelligenda. Moxque de Arcadij coniuge iſta addit: Alteram vero timore exanimatam, & iis qui capite damnati ſunt miſeriorem vitam ducentem, eo quod vir ipſius ab eo tempore quo diadema ſuſcepit,

k Pallad. dialog. de Vit. Ioann. Chryſoſt.

Vidua iunior ad quã Chryſoſtomus ſcripſit.

ſcepit,

Digitized by Google

ſcepit, vſque ad hodiernum diem, in bello & prœlijs verſatur; verecundiaque & probris, quibus A vndique afficitur, magis quam ex calamitatibus tabeſcit.] hæc ipſe. His autem occaſione Saluinæ Gildonis filiæ recenſitis, iam de fratre atque eius expugnatore Maſcezile quæ ſunt reliqua proſequamur.

LXIII. *Maſcezilis interitus ob violatã Eccleſiã.*
a Oroſ. lib. 7. c. 36.
b Paul. Diac. lib. 13.
c Zoſim. lib. 5.

Felix plane, ſi quæ Chriſtianæ religionis opera conſecutus eſt bona, eadem pietate ſeruaſſet, auxiſſetque: ſed cum ingratus reſilijt, & ſibi nimium temere quæ Dei erant dona cælitus impertita arrogauit, omnium diſpendium paſſus, vitæ quoque iacturam miſere fecit. Sed quomodo hæc? Oroſium [a] audi: Sane, (inquit) idem Maſcezil elatus rerum ſecundarum inſolentia, poſthabito ſanctorum cõſortio, cum quibus antea Deo militans vicerat, etiam Eccleſiam temerare auſus eſt, atq. ex ea quoſdam non dubitauit extrahere. Secuta eſt pœna ſacrilegium. Nam ijſdem ſuperſtitibus, atq. inſultantibus, quos ab Eccleſia ad pœnam protraxerat, poſt aliquantum tempus ſolus & ipſe punitus eſt. Probauit in ſe vno, ad vtrumq. ſemper diuinum vigilare numen; quando & cum ſperauit, adiutus; & cum contempſit, occiſus eſt.] hactenus Oroſius: recitat hæc ipſa Paulus Diaconus [b]. Zoſimus [c] autem ait, Stiliconis inuidia iuſſum Maſcezilem a militibus per pontem in flumen præcipitari. Dedit & violatæ Eccleſiaſticæ immunitatis pœnas Eutropius Conſtantinopoli: B cuius tragœdiæ actus ſequenti anno reddetur in ſcena.

d L. 7. de Epiſcopal. audient. C. Iuſtin.

Quid inſuper hoc anno? Collatam ab Apoſtolo iudicandi inter laicos Epiſcopis auctoritatẽ, ex Conſtantini legibus confirmatam, neſcio qua occaſione interceptam Honorius Imperator reſtituit, cum ijſdem anni huius Conſulibus ita ad Eutychianum P. P. reſcripſit [d]:

LXIIII. *Honorius reſtituit Epiſcopis iudicandi auctoritatem.*
e Aug. de opere monach. c. 29.

Si qui ex conſenſu apud ſacræ legis Antiſtitem litigare voluerint; non vetabuntur; ſed experientur illius in ciuili dumtaxat negotio more arbitri ſponte reſidentis iudicium. Quod his obeſſe nõ poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conuentos potius abfuiſſe, quam ſponte veniſſe conſtiterit. Dat. 6. Kalen. Aug. Mediolani, Honorio Auguſt. quartum & Eutychiano Coſſ.] hæc ipſe, nihil omnino tribuens iuris Epiſcopis; ſed Apoſtolica auctoritate collatum, voluit eſſe liberum. Non quidem Honorij legibus, ſed Apoſtoli, id ſibi vendicat Auguſtinus [e], dum nimirum ſe Chriſtianorum litibus queritur fatigatum, hæc dicens: Dominum Ieſum, in cuius nomine ſecurus hæc ago, teſtem inuoco ſuper animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodũ; multo mallem per ſingulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monaſterijs conſtitutum eſt, aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de diui C nis litteris agendum liberas, quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotijs ſæcularibus vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcidendis: quibus nos moleſtijs idẽ affixit Apoſtolus, non vtiq. ſuo, ſed eius qui in eo loquebatur arbitrio, &c.] Sic itaq. vides, non Honorij legibus, ſed Apoſtoli Pauli ſancitis decretis eiuſmodi iudicio præfectos fuiſſe Epiſcopos. Sed quæ ad hanc rem ſpectant, conſule quæ dicta ſunt primo Annalium tomo.

LXV. *S. Auguſtinus occupatus in cauſis iudicandis.*
f Augu. in Pſal. 118.
g 1. Cor. 6.
h Luc. 12.

Rurſum vero quod ad S. Auguſtinum pertinet, de litium ingruentia & litigantium pertinacia alibi [f] ita queritur: Suis vitioſis & negotioſis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus, efflagitant; aut certe infirmos premunt, vt cauſas ſuas ad nos deferre compellant. Quibus dicere non audemus: Dic homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos? Conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus [g] cognitores, in foro prohibens ſurgare Chriſtianos. Ne illis quidem qui non aliena rapiunt, ſed ſua cupide repetunt, dicimus: Cauete ab omni cupiditate: conſtituentes eis ante oculos hominem, cui dictum eſt [h]: Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua: quæ præparaſti cuius erunt? Quia & quando dicimus, non recedũt, nec declinant a nobis, ſed inſtant, vrgent, precantur, tumultuantur, extorquent, vt ipſis potius ad D iſta quæ diligunt, quam ſcrutandis Dei mandatis, quæ diligimus, occupemur. O quanto tædio turbarum turbulentarum, & quanto deſiderio diuinorum eloquiorum dictum eſt: Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei! Ignoſcant obedientes Fideles, qui pro ſuis ſæcularibus cauſis raro nos quærunt, & iudicijs noſtris facillime acquieſcunt, nec nos conterunt litigando, ſed obtemperando potius conſolantur. Certe propter eos, qui & inter ſe pertinaciter agunt, & quãdo bonos premunt, noſtra iudicata contemnunt, faciuntq. nobis perire tempora rebus eroganda diuinis: certe, inquam, propter iſtos & nobis liceat exclamare in hac voce corporis Chriſti: Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei.]

LXVI. *Auguſtinus frequẽtia litiũ anguſtiatus.*
i Poſſid. in Vit. S. Aug. c. 19.
k 1. Tim. 5.

Sed quid de his Poſſidius? accipe [i]: Interpellatus ergo beatus Auguſtinus a Chriſtianis, vel a cuiuſque ſectæ hominibus, cauſas audiebat diligenter ac pie, cuiuſdam ſententiam ante oculos habens, dicentis, ſe malle inter incognitos quam inter amicos cauſas audire: eo quod de incognitis, pro quo arbitrata æquitate iudicaretur, amicum poſſet acquirere: de amicis vero vnum eſſet, contra quem ſententia proferretur, perditurus. Et eas *(lites ſcilicet)* aliquando vſq. ad horam refectionis, aliquando autem tota die ieiunans, ſemper tamen noſcebat & dirimebat, intẽdens in eis Chri- E ſtianorum momenta animorum, quantum quiſque vel in fide boniſque operibus proficeret, vel ab ijs deficeret: atque compertis rerum opportunitatibus, diuinæ legis veritatem partes docebat, eãque illis inculcabat, & eos, quo adipiſcerentur vitam æternam, edocebat & admonebat; nihil aliud quærens ab ijs quibus ob hoc vacabat, niſi tantum obedientiam, & deuotionem Chriſtianã, quæ & Deo [k] debetur & hominibus.] & inferius: Rogatus quoque a nonnullis in eorum temporalibus cauſis, epiſtolas ad diuerſos dabat: ſed hanc ſuam a melioribus rebus occupationem, tamquã angariam deputabat, &c.]

LXVII. *Procõſules nõ immiſcebãt ſe in cauſis clericorum.*
l Aug. epiſt. 54.

At licet Epiſcopi (vt vidimus) cauſas inter laicos iudicarent: Proconſules tamen Præfectique prouinciarum nullatenus prorſus immiſcebant ſe cauſis clericorum; licet aliquando pro eiſdem ad Epiſcopos litteras ſcriberent commendatitias: vt de Macedonio Proconſule in Africa S. Auguſtinus ad ipſum ſcribens teſtatur his verbis [l]: Scio ego te ipſum cum alijs amicis tuis in Eccleſia Carthaginenſi interceſſiſſe pro clerico, cui merito ſuccenſebat Epiſcopus: & vtiq. nullum ibi diſcrimen

ſanguinis

A ſanguinis ſub incruenta diſciplina timebatur;nec,cum id,quod etiam vobis diſplicebat,inultum ineſſe velletis,tamquam delicti approbatores vos iudicabamus,ſed tamquam humaniſſimos interceſſores audiebamus.] At de his hactenus.

LXVIII. *Cõcilium Carthag. quintũ.*

Antequam autem ad res Orientalis Eccleſiæ orationem penitus conuertamus, q̃ reliqua ſunt anni huius rerum geſtarum in Africa,ordine perſequamur. Hoc ſiquidem anno celebrata eſt quinta Synodus Carthaginenſis,poſita ordine quarta, Coſſ.Honorio quartum & Eutychiano,6. Idus Nouembris : ſublato enim Gildone tyranno, qui Africam perturbabat,pacatiſq.cũctis,data eſt facultas copioſiori numero Epiſcoporum,nempe ducentorum & quatuordecim,Carthaginem ad ſacra conueniendi comitia, in quibus ſumma diligentia de reſtituenda in integrum Eccleſiaſtica diſciplina laboratum eſt : cum a Patribus primo quæ eſſent Epiſcopis, ac deinde quæ alijs inferioris ordinis clericis obſeruanda, fuerunt ſummo conſilio ſaluberrime inſtituta, ſeu potius reſtituta, centum & quatuor ſancitis regulis , quarum exempla tum reliquæ Occidentales Eccleſiæ, tum Orientis Epiſcopi mutuati eſſe noſcuntur.

LXIX. *Quam copioſa quinta ſynod. Carthaginen.*

Extitit enim huiuſmodi Carthaginenſe Concilium veluti Eccleſiaſticæ promptuarium diſci-
B plinæ,non quidem recens inuentæ,ſed ab antiquioribus vſu receptæ,atq.ad priſtinam conſuetudinem reuocatæ,niſi in quibus noua emergente cauſa, nouæ ſanciendæ legis neceſſitas illis incubuit:vt quod in primo canone,vbi de Epiſcoporum ordinatione agitur,ob emergentes nouas hæreſes Origeniſtarum,in fidei profeſſione,quam publice emittere ſolerent Epiſcopi ordinandi, hæc a Synodo addita [a]: Quærendum etiam ab eo,ſi credat huius quam geſtamus,& non alterius carnis reſurrectionem.]& paulo poſt:Si ſecunda matrimonia non damnet:Si carnium perceptionem non culpet:Si pœnitentibus reconciliatis communicet:Si in baptiſmo omnia peccata,id eſt tam illud originale contractum,quam illa quæ voluntarie admiſſa ſunt,dimittantur:Si extra Eccleſiam Catholicam nullus ſaluetur,&c.] De his igitur peculiaris profeſſio atq.ſcientia exigebatur , quod eiuſmodi errores auribus Catholicorum recentes inſuſurrarent hæretici;de quibus , præter illa q̃ dicta ſunt, agemus inferius,cum de Cæleſtio ſermo erit,qui in Africa primo peſtiferas merces venales exhibuit.Hoc igitur examine probandi erant,qui ordinandi forent Epiſcopi;quod qui ad alios docendos deligerentur,probatæ ſpectatæque deberent eſſe ſcientiæ.

a Concil.Carth. c.2.

Quem quidem priſtinum morem a Sanctiſſimo D.N. CLEMENTE VIII.eſſe in Eccleſia re-
C ſtitutum,gauiſi ſumus;dum quos eſt creaturus Epiſcopos,vna cum aliquot delectis ad hoc Cardinalibus,adhibitis ſimul qui in Vrbe ſunt doctiſſimis Theologis & Canonici Iuris conſultiſſimis, diligenti primum atq.improuiſo,cuius peritiæ ſint,probat examine:quos & ipſemet interdum ſoleat interrogare:vt plane niſi bene diſerto nullus ad Epiſcopatum aditus patere ſciatur:vnde ambitioſus lugeat imperitus.Sed ad reliquas res geſtas in eodem Concilio redeamus.

LXX.

Placuit ijſdem Patribus Apoſtolicam inſtitutionem in obſeruationem reuocare,præſcribereque clericis opus manuum,quo ſibi victum & veſtitum acquirerent,his ea de re ſancitis regulis [b]:

Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus,artificio victum quærat.] ac rurſum: Clericus victum & veſtimentum ſibi artificio,vel agricultura,abſq.officij ſui dumtaxat detrimento præparet.] ac deinde:Omnes clerici,qui ad operandum validi ſunt,& artificiola & litteras diſcant.]Sed vnde iſta ſanciendi & enixius inculcandi manauit recens occaſio? Attende quæ ab Auguſtino dicuntur [c]: Vt de Opere monachorum librum conſcriberem, illa me neceſſitas compulit : quòd cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cœpiſſent,alij ſe ſuis manibus tranſigebant,obtemperantes Apoſtolo ; alij vero ita ex oblationibus religioſorum viuere volebant,vt nihil operantes,vnde
D neceſſaria vel haberent,vel ſupplerent, ſe potius implere præceptum Euangelicum exiſtimarent, atq. imitarentur,vbi Dominus ait [d]; Reſpicite volatilia cœli,& lilia agri. Vnde etiam inter laicos inferioris propoſiti,ſed tamen ſtudio feruentes,exiſtere cœperant tumultuoſa certamina,quibus Eccleſia turbaretur, alijs hoc, alijs aliud defendentibus. Huc accedebat, quòd criniti erant quidam eorum, qui operandum non eſſe dicebant. Vnde contentiones hinc reprehendentium, inde quaſi pugnantium pro partium ſtudijs augebantur. Propter hoc venerabilis ſenex Aurelius, Eccleſiæ ipſius ciuitatis Epiſcopus,vt hinc aliquid deſcriberem iuſſit,& feci.] hæc ipſe.

b Eodem Concil.c.51.52.53. *Opus manuale præſcribitur Clericis.*
c Augu.retract. lib.2.c.21 & lib. de opere monach.
d Matth.6.

LXXI.

Sed quis non videat ex habitu atq; doctrina,hos talia Carthagine iurgia diſſeminantes,germina fuiſſe Euchaitarum & Maſſalianorum hæreticorum,qui deprauate apud Auguſtinum [e] nominantur Pſalliani?Hi intonſi,prolixa incedentes coma,negabant eſſe manibus operandum; de quibus ad calcem tertij Annalium tomi vberius actum eſt.In Oriente hi erant hæretici, & Occidentalibus regionibus vix quidem nomine cogniti,ſed doctrina ſuſpecti:in quos cũ multa cõmentario de Opere monachorum Auguſtinus diſſeruiſſet,ad finem hæc [f] habet ad Aurelium ipſum Carthaginẽſem Epiſcopum:Hæc,mihi cariſſime,& in Chriſti viſceribus venerande frater Aureli, quantũ
E donauit vt poſſem,qui per te iuſſit vt facerem,de opere monachorum non diſtuli ſcribere;id maxime curans,ne boni fratres Apoſtolicis præceptis obedientes a pigris & inobedientibus etiam p̃uaricatores Euangelij dicerentur;vt qui non operantur,ſaltem illos qui operantur, ſibi anteponẽdos eſſe non dubitent. Ceterum quis ferat,homines contumaces ſaluberrimis Apoſtoli monitis reſiſtentes,non ſicut infirmiores tolerari,ſed ſicut ẽt ſanctiores prædicari; vt monaſteria doctrina ſaniore fundata,gemina illecebra corrumpantur,& diſſoluta licentia vacationis,& falſo nomine ſanctitatis?Sciant ergo ẽt ceteri fratres & filij noſtri, qui fauere talib. & huiuſmodi præſumptionem per ignorantiam defendere conſueuerunt,ſe potiſſime corrigendos,vt illi corrigi poſſint,&c.]

e Aug.de hæreſ. c.57. *Maſſaliani irrepunt in Africam.*
f Aug de opere monach.c.30. *Auguſtin. ... de orta occaſio ſcribendi de opere monachorum.*
g Augu.eod.lib. c.28.

LXXII.

Sed & ad eoſdem illa cum agit apoſtrophe,quales eiuſmodi eſſe ſolerent, denudat velatam illorum hypocriſim verbis iſtis [g]: O ſerui Dei,milites Chriſti, ita ne diſſimulatis callidiſſimi hoſtis inſidias?qui bonam famam veſtram,tam bonum Chriſti odorem,ne dicant aĩæ bonæ [h]: Poſt odorem vnguentorum tuorum curremus:& ſic laqueos eius euadant;omni modo cupiens obſcurare putoribus ſuis,tam multos hypocritas ſub habitu monachorum vſquequaque diſperſit,circũ-

h Cantic.1. *Detegitur impoſtura prauorum monachorum.*

eunt

euntes prouincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes. Alij mēbra martyrū (ſi tamen martyrum) venditant: alij fimbrias & philacteria ſua magnificant: alij parentes vel conſanguineos ſuos in illa vel in illa regione ſe audiſſe viuere, & ad eos pergere mentiū tur, & omnes petunt, omnes exigunt aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis: cum interea vbicunq. in factis ſuis malis deprehenſi fuerint, vel quoquo modo innotuerint, ſub generali nomine monachorum veſtrum propoſitum blaſphematur, tam bonum, tam ſanctū, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare.] hæc de ipſis Auguſtinus, alibi alia occaſione a nobis in medium allata. A

LXXIII.
a Concil. Carthag. 4. c. 44.
b Epiph. hæreſ. 80.
c Aug. de opere monach. c. 31.
De tonſura capillorū & barbæ.

Horum quoque cauſa canon [a] ille a ſancta Synodo editus eſſe videtur, quo prohibentur clerici nutrire comam ac barbam: crinitos namq. hos Auguſtinus appellat, quòd intonſi procederēt: nam S. Epiphanius [b] tradit, muliebrem comam circumferentes vagare conſueuiſſe. In quos egit idem pluribus Auguſtinus [c], ac inter alia: Et hoc quo pertinet, quæſo, tam aperte contra Apoſtoli præcepta conari? An ita vacandum eſt, vt nec tonſores operentur? An quia Euangelicas volucres imitari ſe dicunt (*nempe quatuor animalia Ezechielis*) quaſi depilari timent, ne volare non poſſint? &c.] Verum etſi nonniſi de coma Auguſtinus agat: Patres tamen in dicto Concilio Carthaginenſi, inter quos & ipſe Auguſtinus nominatus atq. ſubſcriptus habetur, addiderunt quoq. de barba minime nutriendā: licet quædam exemplaria habeant additamentum illud, Sed radant, vel tondeāt: tamen non nutriendam eſſe, communi codicibus omnibus lectioni concordat: vt ex his conuincī poſſit, ipſum Auguſtinum & alios Epiſcopos, necnon Africanæ Eccleſiæ clericos minimé geſtare conſueuiſſe promiſſam barbam, ſed ſi non raſam, ſaltem præciſam, & ex parte aliqua decurtatam, quo omnis ſuſpicio impenſi in ea nutrienda laboris omnino ceſſaret. Nam cū æqua lex barbæ ſtatuatur & comæ; ſicut illa ne nimium effluat, ex præſcripta lege tonderi deberet, ita iſta ne prolixitate luxuriet, amputari neceſſe eſſet. B

LXXIV.
Monachi in Africa cooptati in Clerum.
d l. 33. de Epiſc. & cle. C. Theod.

Sed dicet aliquis: Cur in Synodo de clericis, & non de monachis mentio habetur? quod ſcilicet in Eccleſia Africana monachiſmus iam aſcitus in clerum, ſimulque coniunctus eſſet, & in eadē Eccleſia Africana clericorum nomine etiam monachi continerentur, vtpote Dei ſeruitio arctioribus vinculis mancipati; cum alioqui vel clerici monachorum amplexi fuerint inſtitutum, vel ex eis ſolum plurimi cooptarentur in clerum. Eſt de his reſcriptum Honorij Imperatoris, hoc anno datum his verbis [d]:

Si quos forte Epiſcopi deeſſe ſibi clericos arbitrantur, ex monachorum numero rectius ordinabunt, non obnoxios publicis priuatiſque rationibus, cum inuidia teneant, ſi habeant iam probatos. Dat. VII. Kal. Aug. Honorio IIII. & Eutychiano Conſſ.] hinc & S. Auguſtinus ſuos clericos interdum monachos appellat. C

LXXV.
e Concil. Cart. 4. c. 42. 43.
Confeſſoribus præſtanda alimenta.

Rurſum vero iugis illa, quam vidimus, perſecutio a Donatiſtis aduerſus Catholicos in Africa vigens, qua accideret vt complures Catholici ab iiſdem grauiſſima paterentur, occaſionem præbuit huiuſmodi pro iiſdem canonis ſanciendi [e]: Clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum.] item qui ſequitur: Chriſtianum Catholicum, qui pro Catholica fide & pro Eccleſiaſtica re & Chriſtiana religione tribulationes patitur, honore omni a ſacerdotib. honorandum, etiam & per diaconum ei victus adminiſtretur.]

LXXVI.
f Concil. Carth. 4. c. 84.
Omnes ad audiendum Dei verbū admittantur.

Rurſum quod ad eiuſdem decreta Concilij pertinet; minime prætereundum eſt, illud quoque ſtatutum fuiſſe [f]: Vt Epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue Gentilem, ſiue hæreticum, ſiue Iudæum vſq. ad Miſſam catechumenorum.] ex quibus plane intelligas, S. Auguſtinum inter concionandum ad populum, pro audientium diuerſa conditione aptare conſueuiſſe ſermonem, nimirum interdum hæreticos Arianos, Manichæos, vel Donatiſtas vrgere, interdum vero exagitare Gentiles, & ſæpe etiam aduerſus Iudaos inire certamen. At de Patrum decretis rebus tunc geſtis inſeruientibus hactenus. D

LXXVII.
Ioannes Chryſoſtomus eligitur Epiſcopus Conſtantinop.
g Pallad. in Vita Chryſoſt.

Iam vero ad res Eccleſiaſticas Orientis, quæ huius anni exordio geſtæ ſunt, ſtylum aduocat dignitas argumenti. Poſt Nectarij Epiſcopi Conſtantinopolitani obitum, de quo dictum eſt ſuperiori anno: cum poſt de ſucceſſore deligendo controuerſias, in vnum tandem ſuffragia conſpiraſſent; Ioannem Antiochenum presbyterum, cognomento Chryſoſtomum, elegerunt: quem cum ſcirent inde inuito populo haud facile abducendum fore, fraude quadam excogitata, Antiochenos ciues eludere per eius ciuitatis Præfectum conati ſunt. Vt autem res geſta ſit, a Palladio in dialogo his ferme verbis exacte deſcribitur [g]:

LXXVIII.
Ioannes abducitur Antiochia Conſtantinopolim.
h Ibid. & Metaphraſt. in Vita Ioan. Chryſoſt.
i Socrat. li. 6. c. 2.
k Sozo. li. 8. c. 2.
l Marcellin. in Chron.

Agebat in rebus Eutropius ſpado Præfectus cubiculi regij. Cupiens igitur Ioannem Præſulē fieri, cuius illi virtus erat notiſſima, cuiuſq. tunc periculum fecerat, cum in cauſa regia interiora penetraſſet Orientis, ſuadet Imperatori, vt ſcribat ad Antiochiæ Comitem, mandans vt abſq. ſtrepitu vllo & perturbatione Antiochenæ ciuitatis mitteret Ioannem. Acceptis litteris Comes, mandatum ita exequitur. Rogat Ioannem, vt ſecum extra vrbem pergat vſq. ad Martyria prope portā quæ Romana appellatur, impoſitumq. thedæ publicæ, miſſo eunucho vna & Magiſtro militum tradit. Adductus hoc modo, Conſtantinopolitanæ vrbis ordinatur Epiſcopus.] hæc ita quidem Palladius. Addunt alij [h], innotuiſſe tunc etiam ex litteris Imperatoris ad Flauianum Antiochenum Epiſcopum datis, electionem factam Chryſoſtomi populo Antiocheno, reſtitiſſeq. eum ne Ioannes abduceretur; ſed a Comite, ea qua diximus, fraude deluſum. E

LXXIX.
Chryſoſtomus aggreditur exagitare hæreticos.
m l. 34. de hære. Cod. Theod.

Simulac igitur Ioannes Conſtantinopolim perductus eſt, ordinatur eius ciuitatis Epiſcopus; quod hoc anno fieri contigit, die viceſimaſexta menſis Februarij, vt Socrates [i], Sozomenus [k] & Marcellinus [l] affirmant. In ſublimem iam thronum Ioannes euectus, primum omnium curauit, vt Catholicæ fidei in omnibus proſpectum eſſet; auctorque extitiſſe putatur, vt ſeueriſſima lex aduerſus Eunomianos deteſtabiliores ceteris, & Montaniſtas, poſt dies ſex tantum a ſua ordinatione ſanciretur, quæ ſic ſe habet [m]:

Eunomianæ

Digitized by Google

Lex aduerſus hæreticos data.

A Eunomianæ ſuperſtitionis clerici ſeu Montaniſtæ conſortio vel conuerſatione ciuitatum vniuerſarum atque vrbium expellantur. Qui ſi forte in rure degentes, aut populum congregare, aut aliquos probabuntur inire conuentus: perpetuo deportentur, procuratore poſſeſſionis vltima animaduerſione punito, domino poſſeſſione priuando; in qua his conſcijs & tacentibus, infauſti, damnatique conuentus probabuntur agitati. Si vero in qualibet poſt publicatam ſolemniter iuſſionem vrbe deprehenſi, aut aliquam celebrandæ ſuperſtitionis gratia ingreſſi domum probabuntur: & ipſi ademptis bonis vltima animaduerſione plectantur: & domus, in qua ea forte qua dictum eſt ingreſſi, nec ſtatim a domino, dominave domus expulſi ac pditi fuerint, Fiſco ſine dilatione ſocietur. Codices ſane eorum ſcelerum omnium doctrinam & materiam continentes, ſumma ſagacitate, mox quæri, ac prodi exerta auctoritate mandamus ſub aſpectu iudicantium incendio mox cremandos. Ex quibus ſi qui forte aliquid qualiber occaſione vel fraude occultaſſe nec prodidiſſe conuincitur: ſciat ſe velut noxiorum codicum & maleficiorum crimine conſcriptorum retentatorum, capite eſſe plectendum. Dat. IIII. Nonas Martij, Conſtantinop. Honorio IIII. & Eutychiano Conſſ.] Seuerior quidem hæc ceteris omnibus editis in hæreticos legibus fuit; vtpote ipB ſa prima, quæ aduerſus hæreticos domi recipientes capitale ſupplicium irrogarit.

LXXX.

a Sozom. lib. 8 c. 3.

Ioannes Chryſoſt. conciliat diſſidentes Epiſcopos.

Hæreticis igitur in hunc modum Imperatoris lege compreſſis ac procul expulſis, ad pacem in Eccleſia inter diſſidentes Epiſcopos conciliandam Chryſoſtomum animum adieciſſe, Sozomenus [a] tradit his verbis: Quamprimum enim ad Epiſcopatum perueniſſet, cum Aegyptij ſacerdotes & Occidentales adhuc cum Orientalibus diſſiderent propter Paulinum, & communis quædã diſtractio ob id ipſum Eccleſias per vniuerſum Imperium detineret; Theophilũ orabat, vt in hoc ſibi auxilium ferret, quo Flauianus Epiſcopus Antiochenus in gratiam Romani Pontificis reduci poſſet. Conſenſu igitur vtrinque facto, ad hoc negotium eliguntur Acacius Berœenſis Epiſcopus, & Iſidorus ille, cuius nomine Theophilus ordinationi Ioannis obſtiterat. Hi profecti Romam, ac legatione pro votis functi, in Aegyptum adnauigabant. Et hoc porro in Syriã peruenit Acacius, Flauiano litteras pacificas ab Aegyptijs & Occidentalibus ſacerdotibus afferens. Ceterum Eccleſiæ quamquam hac diſſenſione in hunc modum liberatæ eſſent, priſtinam tamen concordiam inter ſeſe numquam recuperarunt: Antiochiæ vero eorum multitudo, qui Euſtathiani dicebantur, ad tempus aliquod inter ſeſe, etiam ſine Epiſcopo conueniebant. Etenim eum exiguum tempus ſu-C perſtitiſſet, defunctus eſt (vt cognouimus) Euagrius Paulini ſucceſſor. Hinc enim (vt opinor) extiterunt Epiſcopis delectus faciles, cum nemo ſeſe his opponeret. Populus igitur, prout vulgus conſueuit, paulatim & identidem his acceſſit qui ſub Flauiano conueniebãt, atque ita maxima eius pars vnita fuit.] hæc Sozomenus.

LXXXI.

Diſſidia Antiochenæ Eccleſiæ quando conciliata.

b Theodoret. li. 5. c. 35.

c Theodor. li. 5. c. 23.

d Pallad. in dial. Vit. Chryſoſt.

Ceterum perfectam cõcordiam, pacemque redditam Eccleſiæ Antiochenæ poſt annos decẽ, cũ ibi creatus eſſet poſt Porphyrium Alexander Epiſcopus, Theodoretus [b] auctor eſt: & quidẽ tunc temporis Innocentium Romanum Pontificem fuiſſe eiuſmodi ineundæ concordiæ ſequeſtrẽ, ſuo loco dicemus. Verum ante contigiſſe tradit [c] legationem Acacij Epiſcopi Berœenſis ad Romanum Pontificem, tumque etiam iunctos pacis fœdere ait Flauianum & Romanum Pontificẽ. Sed cum id accidiſſe dicat poſt annos decem & ſeptem a conflata inter eos ſeditione, longe quidẽ ante hæc tempora id oportuit contigiſſe; cum tempore Iuliani Apoſtatæ ob Paulini electionem ea diſſidia inchoata fuiſſe, ſuperius ſit demonſtratum: a quo tempore, ſi decem & ſeptem numeres annos, in annum Domini trecenteſimum ſeptuageſimumnonum, quo Theodoſius imperare cœpit, rem rediges, ſed quæ tranſacta in ea cauſa fuerint inter Occidentales Epiſcopos, cõſule dicta quar-D to Annalium tomo. Palladius [d] autem, poſt viginti annos initam concordiam inter Flauianum & Theophilum per eoſdem Acacium Epiſcopum Berœenſem & Iſidorum, affirmat, cum ait de Iſidoro: Noſti & ipſe virum, quando cum Acacio profectus Flauiani ad Theophilum communionem detulit, quæ viginti annis ſegregata fuerat beati Euagrij gratia, qui multa certamina in laborib. Eccleſiaſticis pertulit.] Quicquid ſit, quove tempore Acacij & Iſidori ea legatio acciderit; illud exploratum eſt, vſque ad Innocentij tempora agitatam eſſe Eccleſiam Antiochenam diſſenſionum procellis. Sed ad Chryſoſtomum redeamus.

LXXXII.

Cleri Conſtantinop. mores corriguntur.

e Pallad. ibidẽ

Ipſo primo in Conſtantinopolitanum thronum ingreſſu, ad circumſtantes clericos conuertens oculos, quales eſſent cuiuſcumque eorum vitæ mores exquirens, probe cognitos habuit: atq. confeſtim ad praua quæ eſſent amputanda, falcem correctionis immiſit. Quænam autem iſta fuerint, ex Palladio [e] in primis accipe, qui hæc ait: Ordinatus itaq. Ioannes, paſtoris officium diligenter exequitur, rationali fiſtula experimentum ouium facere aggreſſus. Raro autem, ſed tamen neceſſario, virga correctionis vtens, ſermonem exacuit aduerſus fictam & non fraternam (vt eam appellant) ſed plane fœdam atque inhoneſtam vitam eorum ſacerdotum, qui mulieres, quas ſubin-E troductas vocant, ſecum habere vellent: afferens, comparatione mali, tolerabiliores eſſe lenones: Illi enim longe a medicinæ taberna ſeparati, ſeorſum habent qui ſua ſponte infirmi eſſe delegerunt; hi autem intra ſalutis officinam habitantes, ſanos ad morbum euocant. Hinc iam pars impia cleri eo preſſa morbo, eaque febre correpta, ægre ferebat.] At quiſnam prauus in nonnullos Eccleſiaſtici ordinis viros vſus irrepſerat? Lugendus plane, & omnibus lamentis dignus; quippe qui & meliorem Eccleſiæ partem non in Oriente ſolum, ſed etiam in Occidente corruperit.

LXXXIII.

f Hier. epiſ. 22.

De Agapetis virginib. prauus vſus.

Et vt ab his inchoetur oratio, accipe quid S. Hieronymus [f] de virginibus, quæ a charitate, ἀγάπῃ, nomen trahentes, quaſi ſpirituali amore coniunctæ, dicebantur Agapetæ ab illis penes quos habitabant; Habeant, inquit, iſtæ huiuſmodi laudatores ſuos, & ſub virginali nomine lucroſius pereant: libenter talibus non placemus. Pudet dicere. proh nefas! triſte, ſed verum eſt. Vnde in Eccleſiaſticis Agapetarum peſtis introijt? Vnde ſine nuptijs aliud nomen vxorum? Immo vnde nouum concubinatum genus? plus inferam: Vnde meretrices vniuiræ? eadem domo, vno cubiculo, ſæpe vno tenentur & lectulo: & ſuſpicioſos nos vocant, ſi aliquid extimemus.

Frater ſororem virginem deſerit, cælibem ſpernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum, & A
cum in eodem propoſito eſſe ſe ſimulent, quærunt aliorum ſpirituale ſolatium, vt domi habeant
a Prouerb. 6. carnale commercium. Huiuſmodi homines Salomon in Prouerbijs ſpernit, dicens [a]: Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta eius non comburentur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & pedes illius non ardebunt?] hæc ad Euſtochium: ſed & ad Oceanum ſiue ipſe, ſiue alius, dum de vita diſſerit clericorum [b]: Cum ergo, inquit, hoc genus a te non amputaturidas reprehendentibus te locum: ipſe te detrahentium morſibus tradidiſti, ſi Agapetarum conſortium non dimiſeris. Benignus es, gaudeo; pudicus, falſum eſt. Si aliquis ſcoſerit clericos habitare cum feminis, non credit enim eſſe caſtum.] hæc & alia id genus ibi.

b Apud Hieron. tom. 9. edit. Vict.

LXXXIIII. Sed ad Chryſoſtomum redeamus: qui creatus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, cum ſacras virgines inueniſſet, quodam pietatis intuitu, habitare cum clericis alijſq. viris, quam multus fuerit in his corrigendis, conſule duos libellos eodem argumento conſcriptos [c], quorum prioris hic eſt titulus, Quod regulares feminæ cum viris cohabitent.] poſterioris vero, Aduerſus eos, qui apud ſe fouent ſorores adoptiuas.] ſic enim eas illi nominabant, quas pietatis intuitu ſe domi cuſtodire iactabant; de quibus ipſe prioris exordio: Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertes domum ducant, & vſque ad extremam ſenectutem incluſas tenent ac fouent, non procreandorum puerorum gratia; negant enim ſe cum illis rem habere: neque libidinis cauſa; aiunt enim quod illas & integras & incorruptas ſeruent. Sed ſi quis ab eis cauſam rogauerit; dicunt ſibi multas eſſe, ſed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honeſta, vel idonea ſit, &c.] Hæc, inquam, cum vehementer Chryſoſtomus inuectiuis & acerrimis obiurgationibus exagitaret, infenſos ſibi prorſus reddidit atque moleſtos clericos, ſeſe iam ab aduerſariorum partibus ſtatuentes. B

c Extant tom. 5.
Velata contubernia virginum cum viris Chryſoſtomus abſtulit.

LXXXV. At quid inſuper hoc primo eius in ſedem ingreſſu Chryſoſtomus? ſubdit Palladius [d]: Poſt hæc (inquit) victum quoq. caſtigat cleri diligenter, orans & exhortans, vt contenti ſtipendijs ſuis, nidores diutium non ſequerentur; ne fumum huiuſce inſequentes libidinis, flammæ traderentur, aſſentatorum & paraſitorum inſtituto viuentes. Hinc lurcones plurimi pulſati, atq. irritati, auctoribus calumniæ ſe coniungunt.] erant namq. hi, qui Præfectos aliosq. magiſtratus officijs frequentabant, a quibus lautis quoq. menſis ſolerent excipi: quem prauum indecorumque clericis vſum Chryſoſtomus abolendum curauit. De his quoque agens Socrates [e] ait: Itaque ſtatim in initio Epiſcopatus, cum aduerſus clerum paulo videretur acerbior, ab illo propterea odio habitus eſt, ac complures erga eum animo offenſiore eſſe, & tamquam nimis iracundum vitare cœperunt. Serapion illius Eccleſiæ diaconus, cur in omnium offenſionem incurreret, auctor profecto fuit; qui, præſente vniuerſo clero, contenta voce ſic illum affatus eſt: Numquam, ô Epiſcope, iſtos pro arbitrio gerere poteris, niſi vna eademq. virga omnes coerceas. Quod eius dictum grauem odij flammam contra Epiſcopum incendit. Epiſcopus non multo poſt complures ab Eccleſia, alium ob aliam cauſam, eiecit. Illi autem, vti in tam violento dominantium impetu vſu ſolet venire, contra eum conſpirare, & ad populum falſo criminari cœperunt.] hæc Socrates. Sed rurſus Palladius de rebus ab eo hoc Epiſcopatus exordio geſtis: C

d Pallad. dialog. de Vita Chryſo.
Chryſoſtomus reſtituit diſciplinam collapſam.
e Socr. lib. 6. c. 4.
Serapion refractarius.

LXXXVI. Poſt hæc (inquit) Diſpenſatoris Eccleſiaſtici ſcripta relegens, inutileſq. Eccleſiæ ſumptus deprehendens, amputari hos protinus iubet. Acceſſit & ad ſolemnes Epiſcopi ſumptus inſpiciendos, inueniensq. immodicam profuſionem, transferri hanc magnificentiam ad infirmorum ſolatia præcipit: Et cum ſupereſſent pecuniæ, noua quoque infirmorum receptacula conſtruit, præficiens his duos ex ſacerdotum numero religionis ſummæ viros; & medicos & coquos & miniſtros, qui ſine vxoribus eſſent, eis ad obſequium ſtatuens, vt aduentantes hoſpites, morbo deprehenſi & eo maxime qui ſacer appellatur, curarentur, & ob ipſum bonum, & pro gloria Redemptoris.] hæc agens Chryſoſtomus, maluit ex prædeceſſoribus ſuis Gregorij Nazianzeni potius quam Nectarij ſectari veſtigia, illius in victu reuocans ſimplicitatem, huius vero, qui ex Præfecto fuerat creatus Epiſcopus, luxum ablegans. D

Chryſoſtomus ſuperfluos ſũptus reſecat.

LXXXVII. Deinde (ſubdit auctor) viduarum aduocat agmen, ſolerte explorans, quæ non recte conuerſarentur inter illas: inueniensq. nonnullas carni deditas, admonebat, aut ieiunijs ſtuderẽt, balneisq. & exquiſitis abſtinerent veſtimentis, aut repetere matutato connubia: ne diuina lex & nomen Domini per illarum intemperantiam blaſphemaretur. Ad hæc Fideles quoque laicos hortabatur, vigilijs nocturnis in eccleſia inſiſtere: vxores autem eorum domi manere, interdiu orantes, ideo quod viris die otium non eſſet. Hæc omnia quoſque negligentiores de clero contriſtabant totis noctibus dormire conſuetos. Poſt hæc autem aduerſus diuites linguæ exacuens gladium, animi puſtulas ſcindere aggreditur, faſtum eos turgidum ponere admonẽs, &c.] hoc eſt enim bellum quod aduerſus magiſtratus nimis ſolute viuentes & ſublime ſapientes aggreſſus eſt, ex quo magnum ſibi ipſorum odium concitauit. E

Viduæ Chriſtianæ in vitæ integritatẽ reſtituũ.

LXXXVIII. Inter alios autem, qui eum Conſtantinopolim Antiochia accerſendum curauit, principemque inter aulicos vendicarat ſibi locum, Eutropium perinfenſum ſibi penitus reddidit, dum publicis concionibus (vt dictum eſt) faſtum potentium inſectari cœpit, & priuatis quoque ſermonibus redarguere eorumdem in munerum editione profuſas expenſas; prout ex oratione in eum anno ſequenti habita, dum confugientem ad Eccleſiam excepit, ſatis apparet verbis illis [f]: Eccleſia a te hoſtiliter habita, expanſo ſinu te ſuſcepit: theatra autem magnis obſequijs a te culta, quorum cauſa ſæpius nobis infenſus fuiſti, & prodiderunt te, & perdiderunt. Attamen numquam deſtitimus his te verbis alloqui: Cur ita facis? in Eccleſiam debaccharis, & te ipſum in exitium præcipitem agis. Et tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas. Et Circenſis quidem multitudo, exhauſtis in ſe tuis facultatibus, gladium in te acuit: Eccleſia vero tuo furore exagitata, vltro citroq. curſitat, ſi quo pacto te ex his caſibus implicitum extricare queat.]

Chryſoſtomus Eutropium obiurgat.
f Chryſoſto. in Eutrop.

Sed quænam

Digitized by Google

A LXXXIX. Sed quænam iſta, de quibus queritur Chryſoſtomus ab Eutropio in Eccleſiam fuiſſe commiſſa? violatum nempe fuit ab eo intemeratum hactenus ſacrum Eccleſiæ aſylum, dum non ſolum ad eam confugientes violenter abſtraxit, ſed & malus auctor extitit Arcadio ſanctionis ſacrilegæ conſcribendæ, qua iuberentur confugientes ad Eccleſiam extrahi: hæcq. hoc anno Cōſtantinopoli contigiſſe, dies & Conſules duræ legis ſignificant, quæ ſic ſe habet:

Eutropius qd in Eccleſia ius peccat.

Si quis [a] in poſterum ſeruus, ancilla, curialis, debitor, publicus procurator, murilegulus, quilibet poſtremo publicis priuatisve rationibus inuolutus ad Eccleſiam confugiens, vel clericus ordinatus, vel quocumque modo a clericis fuerit defenſatus; nec ſtatim, conuentione præmiſſa, priſtinæ conditioni reddatur: Decuriones quidem, & omnes quos ſola ad debitum munus functio vocat, vigore & ſolertia iudicantium, ad priſtinam ſortem, velut manu mox iniecta, reuocentur. Quibus vlterius legem prodeſſe non patimur, quæ ceſſione patrimonij ſubſecuta, Decuriones eſſe clericos non vetabat. Sed etiam ij quos œconomos vocant, hoc eſt, eos qui Eccleſiaſticas conſueuerunt tractare rationes, ad eam debiti vel publici vel priuati redhibitionem, remota dilatione cogantur, in qua eos obnoxios eſſe conſtiterit, quos clerici defenſandos receperint, nec mox crediderint exhibendos, &c. Dat. VI. Kalend. Auguſt. Mnizo, Honorio Auguſto quartum & Eutychiano Conſulibus.

B

a l. 3 de his qui confug. ad Eccl. C. Theod.

Lege Arcadij Eccleſiæ immunitas violata.

XC. Porro qui huius ſanciendæ legis auctor fuit Eutropius, magna diuinæ prouidentiæ lance penſata iuſtitia factum eſt, vt idem anno ſequenti ad Eccleſiam confugere neceſſitate coactus, in ſe primum ſæuientem experiri legem diuina indignatione cōpulſus ſit: de eo enim ita Chryſoſtomus [b]: Præcluſit huius loci refugium, legibus ſcriptis, quibus hoc irritum facere conatus eſt. At nunc re ipſa didicit, quale ſit quod fecit, & ſuomet facto legem ſuā primus abrogauit, factus Orbis totius ſpectaculum: & ſileat licet, omnes tamen admonet: Nolite hæc facere, ne qualia ego, patiamini: ſua calamitate alios docet: & altare hoc ipſo illuſtrem ex ſe ſplendorem emittit, ac venerationem ſibi comparat, quod leonem vinctum continet.] hæc & alia de miſerando Eutropij caſu Chryſoſtomus, cuius diligenti opera, eodem ferme tempore, quo promulgata lex, abrogata pariter fuit. Nam in dicta homilia aduerſus Eutropium, quam ſequenti anno ipſe Chryſoſtomus habuit, ſaluum cuſtoditumq. ius Eccleſiaſticę immunitatis omnibus ad Eccleſiam confugientibus tradit, vt nullus inde quempiam auderet violenter extrahere.

Eutropius cogitur confugere ad Eccleſiā.

b Chryſ. homil. in Eutrop.

C XCI. Quod rurſum ad huius ferendæ legis occaſionem pertinet: ea quidem, Eutropio Principem interpellante, ſancita reperitur, occaſione Pentadiæ feminæ Conſularis: de qua iſta Sozomenus [c]: Sed quia neque præſenti potentiæ impendentia, neq. contingentes humanarum rerum viciſſitudines conſiderabat, *Eutropius ſcilicet:* eos extrahere templis aggrediebatur, qui propter ipſum in his ad Deum confugæ ſupplices hærebant; in primis vero Pentadiam Timaſij coniugem, quem quidem potentem ac ſtrenuum ducem ille tyrannidis affectatæ condemnatum perpetuo apud Oaſim Aegypti exilio mulctarat. Sed ille quidem, ſiue quod ſibi defecerit, ſicut a quodam accepi; ſiue quod veritus ſit, ne quid ſibi grauius accideret, arenis illic inuolutus repertus eſt mortuus. Eutropij vero cura ſancitur lex præcipiens ne quis omnino ad Eccleſiam confugeret, & vt expellerentur et illi, qui ad eam iam confugerant. Non multo poſt autem ipſe, quaſi Imperatoris coniugem contumelioſe tractaſſet, ex inſidijs impetitus, primus ipſe legem ſuam præuaricatus eſt, & ex Palatio profugus ad Eccleſiam ſupplex accurrit, &c.] quę enim reliqua ſunt de Eutropij tragœdia dicētur anno ſequenti, quo ea contigiſſe probantur. hic ſatis egiſſe de lege & eius auctore, & occaſione ipſius hoc anno ferendæ; agemus ibidem de eiuſdem legis abrogatione. Porro Pentadia iſta Timaſij

Legis ſanciendæ occaſio Pētadia.

c Sozo. li. 8. c. 7. & Socr. li. 6. c. 5. & alij in vita Io. Chryſ.

D Exconſulis vxor allecta fuit inter Eccleſiæ Cōſtantinopolitanæ diaconiſſas [d], vixitq. digno Chriſtianæ virtutis exemplo: ad quam extant eiuſdem Io. Chryſoſtomi epiſtolæ [e], de quibus inferius.

d Pallad. in dialog. de Vit. Ioan. Chryſ.

e Ioan. Chryſoſ. epiſt. 14. & 94.

XCII. Rurſum vero eodem ipſo die & loco, quo aduerſus Eccleſiæ immunitatem datum eſt ab Arcadio Imperatore ad Eutychianum reſcriptum; ad eumdem quoque, ad coercēdam inſolentiam clericorum & monachorum, qui quaſi vi publica ab appatitoribus raperent reos cum ad ſupplicium ducerentur, iſta reſcripſit [f]:

f l. 16. de pœnis, C. Theo. & l. 16. de Epiſcopali audien. Cod. Iuſt.

Adductos ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos cœnobitas vocant, per vim atq. vſurpationem vindicare liceat, aut tenere. Quibus in cauſa criminali, humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus; vt ibi diligentius examinetur, vbi contra hominis ſalutem vel errore vel gratia cognitoris oppreſſa putatur eſſe iuſtitia: ea conditione, vt ſi Proconſul Comes Orientis, Præfectus Auguſtalis, Vicarij fuerint cognitores; non tam ad clementiam noſtram, quā ad ampliſſimas poteſtates ſciant eſſe referendum. Eorum enim de his plenum volumus eſſe iudicium: qui ſi ita res eſt, & crimen exegerit, rectius poſſint punire damnatos. Reos etiam, tempore prouocationis emenſo, ad locum pœnæ ſub proſecutione pergentes, nullus aut teneat, aut defendat. Sed ſciat ſe cognitor triginta librarum auri mulcta, primates Officij capitali eſſe ſententia feriendos, niſi vſurpatio iſta aut protinus vindicetur, aut ſi tanta clericorum & monachorum audacia eſt, vt bellum potius quam iudicium futurum eſſe exiſtimetur, ad clementiam noſtram commiſſa referantur, vt noſtro mox ſeuerior vltio procedat arbitrio. Ad Epiſcoporum ſane culpam, vt cetera, redundabit, ſi quid forte in ea parte regionis, in qua ipſi populo Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur, ex his quæ fieri hac lege prohibemus, a monachis perpetratū eſſe cognouerint, nec vindicauerint. Ex quorum numero rectius, ſi quos forte ſibi deeſſe arbitrantur, clericos ordinabunt, &c.] Dat. VI. Kal. Aug. Mnizo, Honorio A. IIII. & Eutychiano Coſſ.]

E

Ne damnati ad ſupplicium eripercētur pietatis intuitu.

XCIII. Tantam vero licentiam abripiendi ab Officio damnatos capite, ex Epiſcopis in clericos atq. monachos, quorum ad hoc illi opera vterentur, fluxiſſe diximus [g] occaſione Conſtantini Magni edicti, quo iuberetur, iniquas ſententias Præſidum ab Epiſcopis poſſe reſcindi. Ceterum ſanctos Epiſcopos haud nouimus abuſos eſſe huiuſmodi impertita ſibi Cōſtātini legibus auctoritate. Nā

g Annal. tom. 3. anno Dom. 324.

a Vide de his tom. 4. Annal.

Epiſcopi legitimi vindices Preſidum iniuſtitiæ.

b Hier. in Apolog. aduer. Ruffin.

ſcimus S. Ambroſium [a] Mediolanenſem Epiſcopum, & Flauianum Antiochenum, non violentia A
clericorum & monachorum, ſed ſupplicibus precibus pro huiuſmodi reis ſub Præſidum gladio pe
ciclitantibus egiſſe apud Imperatores; ſicut & monachos Syriæ eadem ex cauſa Antiochiam con-
ceſtiſſe, eodemque modo pro ducendis ad ſupplicium apud Præſides interceſſiſſe; ſic & Gregoriū
Nazianzenum pro Nazianzenis ſuis apud Præfectum Cappadociæ, S. Martinū quoq. pro damna
tis apud Auitianum Galliarum Præfectum; S. Hieronymum [b] etiam pro periculo capitis Claudij,
vt eum eximeret, legatione Ruffini, apud Honorium Mediolani agentem feciſſe; & S. Auguſtinum
apud Macedonium, Marcellinum, Donatum, & alios in Africa magiſtratus egiſſe.

XCIV.

Vnde autem huius ſanciendæ legis Arcadio Imperatori manarit occaſio: ignoratur ipſa qui-
dem; verum coniectura aſſequi poſſumus, id etiam ex magna Eutropij vna cum iniquitate atq. cru
delitate potentia factum, vt cum aliquis manifeſte innocens duceretur, idem a clericis atq. mona
chis tamquam vindicibus læſæ veritatis eriperetur: eiuſmodi enim caſibus, cum quid a Præſidib.
tyrannice ageretur, ſacerdotes infracto vigore eiſdem reſtitiſſe, res geſtæ S. Nicolai Mirenſis Epi-
ſcopi in Euſtathium Proconſulem Aſiæ, S. Ambroſij aduerſus Theodoſium, ſancti Baſilij aduerſus
Modeſtum Præſidem, Chryſoſtomi in Eudoxiam, Syneſij Epiſcopi in Libyæ Præſides, & aliorum B
plurimorum ſanctorum Acta teſtantur.

XCV.

c Aug. epi. 159.

Quanta auctoritate magiſtratib. imperarent Epiſcopi.

d Aug. epiſt. 53.

Quam autem efficaces eſſe ſolerent apud Præſides preces Epiſcoporum, ex Auguſtino diſce,
qui ad Marcellinum magiſtratum in Africa gerentem ſcribens [c], illud inculcat, magna fiſus ſa-
cerdotij auctoritate: Quoniam, inquit, Chriſtiano loquor, maxime in tali cauſa, non arroganter di-
xerim: Audite te Epiſcopum conuenit iubentem, domine eximie & merito inſignis atque cariſſi-
ſime fili.] Quod ſi hæc pro reis damnatiſque Circumcellionibus Auguſtinus præſtitit, quæ putas
eum etiam egiſſe pro inſontibus apud Præſides? Agit de ijſdem in litteris ad Macedonium Procō
ſulem [d] datis: quibus & ſignificat, non ita poſci ab Epiſcopis deliquentium veniam, vt impuniti
permaneant, ſed vt ad delictorum pœnitentiam reſeruentur: Nam quoſdam (inquit) quorum cri-
mina manifeſta ſunt, a veſtra ſeueritate liberatos, a ſocietate tamen remouemus altaris; vt pœniten
do placare poſſint, quem peccando contempſerant, ſeque ipſos puniendo. Nā nihil aliud agit, quē
veraciter pœnitet, niſi, vt id quod mali fecerit, impunitum eſſe non ſinat.] hæc ipſe. Sed ad Eutro-
pium, cuius occaſione in hæc deflexímus, redeamus.

XCVI.

Gaina cū Tribigildo duce Tyrannis.

Quo magis res eius vndiquaq. florentiſſimæ, nemine aduerſante, maioribus progreſſibus ſur- C
gerent, adeo vt ipſe videretur in omnibus imperare Imperatori: eo amplius cum aulicorum oīum
indigne ferentium eunuchum ceteris anteferri, tum præcipue Gainæ ducis exercitus inuidiæ id ſtī
mulos acuit: ſecum verſantis, opera ſua Ruffinum Imperium inuadentem extinctum, & Arcadium
iam ſub gladio periclitantem ereptum, & in Imperio ſtabilitum; ſed tamen totius rei geſtæ gloriā
atque commodum in Eutropium, ea ipſo ſibi vendicante, translata. Quamobrem in eum inuidiæ
atque odii excruciatus, quibus de medio ipſum tolleret, machinari aggreſſus eſt dolos. Egit vero
in primis cum Tribigildo barbarorum duce, ſanguine ſibi coniuncto, vt Aſiæ regiones moleſtijs
infeſtaret: dum ipſe in eum profectus, turpi colluſione pugnare detrectat, cum eum obtinere facile
potuiſſet, prætextum illum obtexens, nimirum, haud vnico prœlio totius Romani Imperij aleam
committendam. Sicque colludens, neque diſſimulans, egit vt barbarus magnæ cœperie eſſe formi-
dini. Sed poſt tandem, cum ſibi viſum eſt opportunum, detegi & ipſe voluit perduellis Imperij: cū
eo deſperationis res Arcadij Imperatoris redactæ ſunt, vt quibus Gainas vellet, conditionibus pa
cem redimere cogeretur. Sed quomodo pacta conuenta primum in Eutropij interitum conuerſa
ſint, dicemus anno ſequenti, quo ea omnia contigerunt. Porro Gainæ & Trigibildi clades hoc anno D

e Sozom. lib. 8. c. 4.

f Socrat. lib. 6. c. 6.

g Zoſim. lib. 5.

h Eccl. 50.

illatas in Aſiam, cum Sozomenus [e] & Socrates [f], tum etiam Zoſimus [g] pluribus proſecuti ſunt.
Ex quibus intelliges, quam opportune, collabenti & periclitanti Conſtantinopolitanæ ciuitati, v-
na cum vniuerſo Orientali Imperio conſuluit Deus [h], præficiendo illi Eccleſiæ hoc anno S. Ioan
nem Chryſoſtomum, qui melius quam Simon Oniæ filius deorſum iam labentem ſuffulſit domū,
& ruinam minans corroborauit templum.

XCVII.

Tempus legationis Marci diaconi.

Hoc item anno contigit legatio Marci diaconi a S. Porphyrio Gazæ Epiſcopo ad Arcadiū Im-
peratorem aduerſus Gentiles Gazenſes negotium faceſſentes in ea ciuitate Fidelibus. Quod enim
ad tempus ſpectat: cum per Eutropium Imperatoris cubiculo Præfectum negotium curatum ſit,
penes quem erat ſumma rerum, quem anno ſequenti creatum Conſulem conſtat cito nece ſubla-
tum: & certum ſit, a Ioanne Chryſoſtomo Conſtantinopolitano Epiſcopo idem negotium eſſe ſu-
ſceptum, qui hoc anno creatus eſt eius ſedis Antiſtes: dicere opus eſt, nec ante præſentem annum,
nec poſtea eiuſmodi legationem contigiſſe, ſed hoc ipſo anno: nam nec ante præſentem annū fuit
Chryſoſtomus Epiſcopus, nec poſt fuit ſuperſtes Eutropius cubicularius. Qui vero hac ipſa fun-

i apud Metaph. die 26. Febr. & Sur. tom. 1.

ctus eſt legatione, ipſe ſcripſit hiſtoriam quam fideliſſime Marcus [i] diaconus Gazenſis Eccleſiæ, E
quam intexuit Actis rerum geſtarum eiuſdem S. Porphyrij Gazæ Epiſcopi.

XCVIII.

Gazenſes Epiſcopi.

Sed antequam rem aggrediamur, hic meminiſſe oportet, quæ ſuperius ſub Conſtantino, tertio
Annalium tomo, & ſub Iuliano, quarto eorumdem volumine dicta ſunt, Gazenſes addictiſſimos
Gentiliciæ ſuperſtitioni fuiſſe, eoſdemq. ſemper dire inſectatos eſſe Chriſtianos, qui apud illos ver
ſabantur, temporeq. Iuliani tum Epiſcopum Aſclepam, tum etiam S. Hilarionem præſtantiſſimum
monachorum implacabili odio perſecutos. Qui vero in ea ciuitate Fideles erāt perpauci, extincto
Iuliano, ſub Chriſtianis Principibus, petierunt ſibi Epiſcopum a Cæſarienſi Metropolitano, ſub
cuius metropoli Gaza erat. Acceperunt autem poſt Aſclepam Irenionem, & poſt eum Aeneam, vi
ros plane ſanctiſſimos, ac demum ſub Arcadio Porphyrium, de quo agimus, ordinatum a Ioanne
Epiſcopo Cæſarienſi. Qui rogatus a Fidelibus Gazenſibus dati ſibi Epiſcopum; probe ſciens Apo
ſtolico homine potenti opere atque ſermone illam Eccleſiam indigere, qui iuges Gentilium per-
ſecutiones tolerare, & vincere eos ad Chriſti fidem conuertendo valeret, eiſdem præfecit eumdem
ſanctum

Digitized by Google

A ſanctum Porphyrium patria Theſſalonicenſem,qui in Aegypto apud Scethim in adoleſcentia vi
tam monaſticam exercuerat annis quinque,totidem vero annos in Palęſtina,quo uiſendorum lo
corum ſanctorum amore profectus erat:vbi tandem poſt multa edita vitæ ſanctiſſimæ exempla,
a Cyrillo(licet errore Prailius ſcribatur)eius Eccleſiæ Epiſcopo inuitus creatus presbyter,cuſtoſ
que ligni ſanctiſſimæ Crucis factus erat.hunc igitur diuino monitu accerſitum, reluctantem diu,
idem Ioannes Cæſarienſis Antiſtes creauit Gazenſem Epiſcopum,annum ętatis agĕtem quadra-
geſimumtertium.

Quid autem hic a Gentilibus paſſus ſit,eius(vt dixi)diaconus Marcus,qui ipſi, iam cum mo IC.
nachus eſſet,diſcipulus atque miniſter inhęſerat,memoriæ commĕdauit, ſimplici quidem ſtylo,
ſed veritatis candore præclaro, quo & cunctas res ab eodem Porphyrio geſtas ad obitum uſque
profecutus eſt.Nos uero omiſſis reliquis,ea tantum quæ a tempore Epiſcupatus a Gentilibus Ga
zenſibus paſſus eſt,quorum occaſione opus fuit legationem ad Arcadium mittere,perſequemur.
Atque in primis quę,in eum impij Idololatræ pagorum Gazenſium,cum primo Gazam aduenit
ordinatus Epiſcopus,perpetrarunt:Prope Gazam(inquit)pagi ſunt in uia, qui dediti ſunt cultui
B ſimulacrorum.Eorum vero incolę conſulto totam viam ſtrauerant ſpinis,& vallis impedierunt,vt
non poſſent aliqui tranſire:effuderunt autem cœnum,& alijs male olentibus fumis vaporarunt,vt
nos fœtore ſuffocaremur,& veniremus in periculum ne uitam amitteremus.Vix tandem autem
conſeruati,circa horam nocturnam ingreſſi ſumus ciuitatem.]& poſtea:

Porphyrius Gazenſis Epiſcopus quæ a Gentilibus paſſus.

Accidit autem ut illo anno eſſet ſiccitas & defectus pluuię.Ciues vero omnes id adſcribebāt C.
ingreſſui beati Porphyrij,dicentes;Nobis reſponſum dedit Marna, fore ut Porphyrius eſſet au-
ctor malorum ciuitati.]uetus hoc erat Gazenſium idolum,cui auguſtiſſimum templum antiqui-
tus ędificatum,ſub Theodoſio Imperatore(vt ſuo loco diximus)clauſum tantum,numquam au-
tem ob pręſtantiam molis dirutum fuerat:illud vero rurſum Præfectorum indulgentia apertum
Gazenſes ingrediebantur.Cum autem(inquit Marcus)pergeret Deus non pluere primo menſe,
qui ab eis uocatur Dios,deinde etiam ſecundu,qui dicitur Epilleos;omnes affligebantur.Congre
gati autem Idololatræ in Marnæo,multa ſacrificia & multas preces faciebant ea de cauſa.Dice-
bant enim Marnam eſſe dominum imbrium(Marnam vero dicunt eſſe Iouem.)Cum autem perſe
ueraſſent ſeptem dies,hymnos dicentes,& egredientes extra ciuitatem in locum qui uocatur O-
C rationis,animum deſpondentes,reuerſi ſunt ad ſua opera,nulla re effecta.

Gazenſes fruſtra ſupplicāt, Marnę.

His ſic factis,congregati Chriſtiani cum uiris & feminis & pueris numero ducentis & octo- CI.
ginta,rogarunt ſanctum Porphyrium,vt cum eis egrederetur,& precaretur,vt demitteretur plu-
uia:iam enim erat fames:eoq.magis,quod Beati ingreſſui adſcriberent ſiccitatem.Perſuaſus au-
tem ſanctus,cum indixiſſet ieiunium,iuſſit omnes ueſpere congregari in ſancta eccleſia,ut illic vi
gilias perageremus.Fecimus autem tota nocte triginta preces,& totidem genuflexiones, præter
choros, & lectiones.Cum autem eſſet mane,accepto ſigno venerandę Crucis, quod nos præcede-
bat,egreſſi ſumus cum hymnis ad antiquam ęccleſiam,quæ eſt a parte Occidentali ciuitatis,quā
aiunt ędificaſſe ſanctiſſimum ac beatiſſimum Aſclepam Epiſcopum,qui multas ſuſtinuit afflictio
nes pro fide Orthodoxa,cuius vita & facta ſcripta ſunt in paradiſo deliciarum. Cum ergo fuiſſe-
mus in dicta eccleſia,illic quoque fudimus totidem preces:& illinc egreſſi,iuimus in ſanctū Mar-
tyrium glorioſi martyris Timothei,in quo repoſitæ ſunt etiam alię reliquię Mauris martyris, &
Thees,quæ relata eſt in numerum confeſſorum.Cumq.illic feciſſemus totidem preces & genufle
xiones,reuerſi ſumus in ciuitatem,factis tribus precibus & tribus genuflexionibus.]Sed antequā
D reliqua proſequamur,obſerua tu in his omnibus veteris Eccleſiæ ritus, nempe vſum proceſſionis
præuio ſigno Crucis,vigilias,& genuflexiones.Subdit uero ipſe:

Proceſſio a Porphyrio inſtituta.

Cum autem fuiſſemus circa ciuitatem,inuenimus eam clauſam(erat uero hora nona)Idolola CII.
trę enim hoc fecerunt,volentes diſſipare populum,ne perficeremus ſupplicationes. Cum autem
manſiſſemus duas horas ante portam,& nemo eſſet qui aperiret:uidens Deus populi patiētiam,
fletuſq.& ineffabiles lacrymas,maxime ſancti viri:motus miſericordia, quomodo tempore ma-
gni Eliæ prophetæ,mouet uentum Auſtrum,& nubibus tegitur cælum, & incipiunt fieri fulgura
& tonitrua,ſimulatque Sol occidiſſet,& decidit multus imber, vt exiſtimarentur non guttæ, ſed
grando de cęlu deijci.Nos autem pręmagno gaudio propemodum non ſenſimus:Nos enim era-
mus inuicem complexi.Quidam uero Gentiles cum aſpexiſſent miracula,quę Deus nobis fece-
rat,& credidiſſent,nobis portam aperuerunt:commixti ſunt nobiſcum,clamantes, CHRISTVS
SOLVS DEVS, IPSE SOLVS VICIT. Conuenerunt autem nobiſcum in ſanctam eccleſiā;
& illinc Beatus eos dimiſit in pace,Chriſti ſignatos ſignaculo.Erant autem numero uiri centum
vigintiſeptem,& feminę trigintaquinque,& infantes quatuordecim,ex quibus erant puellæ quin
E que.Nos autem cum feciſſemus perfectam gratiarum actionem, receſſimus vnuſquiſque domū
cum gaudio & pace.

Chriſtiani excluſi ab Vrbe pluuiam impetrant.

Gentiles ad Chriſtum conuerſi.

Tanta quippe pluuia deſcendit illa nocte & altera die, vt omnes timerent ne domus corrue- CIII.
rent,ex quibus plurimæ erant conſtructę ex lateribus.Pluit ergo Dominus noſter Ieſus Chriſtus
aſſidue ab octauo Lydenæi vſque ad decimum.eſt autem apud eos Lydenęus,qui apud Roma-
nos Ianuarius:præcedunt autem quinque diebus eorum menſes,Romanos. Vndecimo vero die
peregimus Theophaniorū diem Domini Ieſu Chriſti cum gaudio,laudātes & gratias agentes ꝓ
pter omnia quæ nobis fecit eius benignitas.Acceſſerunt aūt gregi Chriſti eodē anno, præter illos
centum uigintiſeptem,alij quoq.centum quinque.]hæc de his Marcus diaconus. Quod vero ad
ſiccitatē pertinet:non ſicut noſtræ regiones,hieme lętatur ſerena Palęſtinū ſolū, illud præſertim
quod Aegypto proximū eſt,ut Gaza confinis eiuſdē: penes quos hibernalis ſiccitas certam parit
frugū ſterilitatem;unde & diuina benedictio exiſtimatur,cum abundantes imbres terram pro-
luunt.hinc illud Iſaię [a]: Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas,immittentes pedē bouis & aſini.]

De pluuia obtenta precibus Chriſtianorū.

a Iſai.32.

CIV. Quæ autem poſt hęc ſecuta fuerint, ut opus eſſet aduerſus Gazenſes Gentiles per legatos expo A
ſtulare apud Imperatorem, idem auctor narrare pergit his verbis: Alij vero Idololatræ non ceſſa-
bant inſidiari Beato & alijs Chriſtianis. Quando enim eis Præſes obtingebat Gentilis, eum uel
pecunijs corruptum, uel etiam per impiam eorum religionem perſuaſum, inducebant, vt vexare
Chriſtianos: & ab eo tempore beato Porphyrio non leuis veniebat afflictio. Aſſidue ergo noctu
& diu rogabat benignum & clementem Deum, ut eos ab errore conuerteret ad ſuam veritatem.]
Quid uero poſt hęc admiſerint in famulum eius Barocham nomine, virum maxime pium idem
tradit, cum ſubdit: Cum autem iuiſſet Barochas ipſe aliquando in vicum propter canonem Eccle
Barochas male habitus a Gẽtilibus. ſiaſticum, non procul a ciuitate; erat autem is qui canonem debebat, Idololatra: cum vero ab eo
canon exigeretur, iſq. vellet rem protrahere & differre, & ex eo nata eſſet inter eos contentio: ac-
cerſit impius agricolas quoſdam eius pagi ei ſimiles, & incipiunt uerberare clauis beatum Baro
cham; & exportantes eum ſemimortuum proiecerunt extra pagum in ſolitudinem; illic vero iace-
bat mutus & nullo ſenſu præditus. Alio autem die, Dei benignitate, tranſit per illum locum Cor-
nelius diaconus cũ alijs duobus Chriſtianis: & cum inueniſſent ipſum Barocham, & eum cogno-
uiſſent, importarunt in ciuitatem. Cum vero Idololatræ eum vidiſſent portari, arbitrati eſſe mor- B
tuum, conuerſi ſunt in furorem, propterea quod exiſtimabant eſſe abominandum, mortuum fer-
re in ciuitatem. & cum eum ui eripuiſſent ab humeris eorum qui ipſum portabant, incipiunt ver-
berare pium Cornelium diaconum, & duos Chriſtianos; & ligato pede beati Barochæ, trahebant
eum.

CV. Interim autem renunciant quidam fratres beato Epiſcopo. Is vero conturbatus me accerſit,
& alios tres fratres qui inuenti ſunt apud ipſum, & dicit nobis: Confidentes concurrite, o fratres:
eſt enim tempus martyrij. Poſtquam autem peruenimus ad locum vbi ligarant Beatum: concur-
tit populus: & alii quidem ſanctiſſimum Epiſcopum afficiebant cõtumelijs: alij uero vidẽtes eius
tolerantiam, & quod cum contumelijs afficeretur, non iraſcebatur, ſed rogabat unũquemque, di-
cens, ne ſic probris & contumelijs afficerent corpus quod eſt obnoxium iiſdem affectionibus; fiũt
noſtrarum partium, & in ſe inuicem conuertuntur ad plagas vſque. Nos autem cum multam vi-
Barochas precibus Porphyrij curatur. diſſemus confuſionem, portantes pium Barocham, diſceſſimus in ſanctam eccleſiam. Poſtquam
vero vidimus eum adhuc ſpirantem, eius curam egimus. Pro eo autem fundebantur per totam ve
ſperam & noctem intenſę preces: omnes enim fratres conuenerant. Sanctus uero Epiſcopus non C
ceſſabat lacrymari, & Deum pro ipſo rogare: ſciebat enim qualis eſſet eius diuinus zelus. Cum au-
tem uidiſſet Deus lacrymas ſancti Pontificis & preces populi (eum enim exiſtimabant vt alium
Phinees aduerſus Idololatras) accelerauit ei ſuam miſericordiam, & illa nocte aperit oculos eius,
& incipit loqui, & petere dari ſibi potum.

CVI. Ego autem qui ei aſſidebam, ſtatim cucurri, vt renũciarem beato Epiſcopo. Præ magno enim
a Act. 12. gaudio oblitus ſum dare ei potum: & mihi id accidit quod ancillæ [a] tempore beati Petri, quan-
do audita uoce eius, pręgaudio non aperuit oſtium, ſed eum dimittens, primum annunciauit his
qui erant domi: tale quid ego quoque paſſus ſum. Cum id autem beatus audiſſet Epiſcopus, non
fuit victus ab animi affectione, ſed perſeuerabat in precibus. Nos autem cũ intellexiſſemus eius
firmitatem atque conſtantiam, eum mittentes, receſſimus ego & pius Cornelius diaconus; aſſide
bat enim mecum beato Barochę. Poſtquam autem impleuit preces & omnem conſequentiam
Gẽtiles irruũt in Porphyriũ. ſanctiſſimus Epiſcopus, ipſe quoque nobiſcum ſedens interrogauit pium Barocham, quemadmo-
dum id eſſet paſſus ab initio. ipſe uero narrauit nobis omnia. Dum nos autem cõſultaremus quid
eſſet faciendum, fit mane. Et ecce Defenſor populi cum Irenarchis, & duobus primoribus Timo D
theo & Epiphanio, & aliis multis uenientes, incipiunt clamare & tumultuari, dicentes: Cur intuli
ſtis mortuum in ciuitatem, cum patriæ leges hoc prohibeant? Putarant enim Barocham illatum
fuiſſe mortuum. Interim autem contumelia quoque afficiebant beatum Epiſcopum. Nos uero
cum tumultum audiuiſſemus, egreſſi ſumus: & cum nos uidiſſent, cœperunt me verberare &
pium Cornelium diaconum: Cum autem eos qui erant ex populo vocaſſemus in teſtimoniũ, ſan-
ctiſſimus Epiſcopus os nobis obſtruebat, vnumquemque rogans & admonens ne iraſcerentur tã
inconſiderate. Illi uero impij, quo magis rogabantur, eo magis furebant, & uirum ſanctum affi-
ciebant contumelia.]

At plane mirandum poſt hęc accidit, cum pro defenſione ſuorum Deus armanit infirmio-
rem, nempe Barocham, quem paucas ante horas pene extinctum deplorarant: etenim ex his quę
præceſſerunt & ſubſecuta ſunt, ea omnia diuino adſcribenda miraculo, nemo negarit: Quid autem
id fuerit, accipe:

CVII. Cum igitur impij pergerent tumultuari, confirmatur & roboratur pius Barochas, & impletur
Barochas quid in Gentiles. diuino zelo: ſurgitq. & arripit fuſtem, & incipit verberare eos qui in eum incidebant. Tantus ve- E
ro illos inuaſit metus, ut inciperent cadere unus ſuper alium, fugientes: eoſq. eſt perſecutus vſque
ad id quod tunc erat Marnæum: reuertiturq. cum magna uictoria nouus noſter Sampſon, ſtratis
mille alienigenis. Ab illo ergo tempore ipſum timebant Idololatræ, & nec eius quidem nomen
audire poterant.] At hic maius illud conſideratur miraculum, quomodo non in eum magiſtratus
etiam in fugam conuertentem uniuerſa ciuitas inſurrexerit; ut plane nihil ſit quod dici poſſit, niſi
b Exod. 15. illud occinere [b]: Tunc obriguerunt omnes habitatores Canaham, robuſtos Moab obtinuit tre-
mor.] viſum eſt enim illis, mortuum aduerſus ipſos pugnare, atque pluſquam humanis viribus ar
maſſe dexteram: ſibi uero conſultius eſſe putarunt fugere, quam luctari cum laruis. Porphyrius
c Num. 25. igitur contemplatus rem tantam diuini Spiritus robore perpetratam, memor Phineem [c] una cũ
eius poſteris a Deo ob zelum mercedem perpetui ſacerdotij conſecutum, ipſum Barocham ad or-
dinem diaconatus prouexit, ordinato cũ eo ſimul & Marco huius ſcriptionis auctore, qui hæc de
his ſubdit: Breui autem poſt tempore dignati ſumus ordine diaconatus ego & pius Barochas: ego
quidem

Digitized by Google

A quidem plane indignus qui eum aſſequerer, ille vero meritiſſimo iure id aſſecutus.]

CVIII. *Legatio Marco decernitur.*

Hæc quidem omnia præceſſerunt legationem, cum S. Porphyrius veturis quoque malis, ne ene nirent, ſolicite proſpecturus, eumdem Marcum diaconum ad Imperatorem Conſtantinopolim legat. Sed preſtat audire ipſum hæc omnia exactiſſime deſcribentem: Videns (inquit) ſanctus Pater noſter Porphyrius nefaria quę quotidie fiebant ab Idololatris, ſtatuit me mittere Byzantiũ, vt peterem ab Imperatoribus, ut diruerentur templa ſimulacrorum: Gazæ enim adhuc maxime celebrabatur: quod uocatur Marnæum. Et ſcriptis litteris ad Epiſcopum Conſtantinopolitanum (cuius laus & gloria memoratur ab omnibus) nauigauimus, & ſpatio uiginti dierum eo peruenimus: & redditis litteris beato Ioanni, ore eum omnia docui. Cum primum autem audiuiſſet, id ſignificauit Eutropio cubiculario, qui tunc erat aſſiduus apud Imperatorem Arcadium. Cumque ei legiſſet epiſtolas beati Epiſcopi, & petijſſet ab eo ut concurreret cum litteris: acceptis ab eo pro miſſis, exijt, & dixit mihi: Quieto animo eſto, o fili: ſpero enim in Dominum Chriſtum, quòd ſuã, ſicuti ſolet, ſit facturus miſericordiam. Ego vero non ceſſabam quotidie eumdem admonere Ioãnem. Ille autem mittebat, & inſtabat Eutropio.

CIX. *Arcadius Impe. reſcribit aduerſus idola*

B Septem uero poſt diebus pronunciatur edictum Imperatoris, ut clauderentur ſimulacra Gazęorum ciuitatis, & ne conſulerentur amplius. Traditur autem hoc iuſſum in manus cuiuſdam Hilarij hominis Coadiutoris Magiſtri Officiorum. Ego uero tribus poſt diebus egreſſus ſum Byzãtio, & ſpatio decem dierum peruenio in ciuitatem Gazæorum, ſeptem diebus pręueniens Hilarium. Inueni autem ſanctiſſimum Porphyrium ægrotantem.

Hilarij auaritia irritum reddit edictũ Principis.

Poſtquam uero ei tradidi reſponſum beatiſſimi Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, & id legit: lętitia affectus, conualuit a febre. Dicebat autem ſe in morbum incidiſſe ex multa afflictione Idololatrarum. Septem uero poſt diebus uenit dictus Hilarius habens duos Commentarieſes Conſulatus, & multos auditores ex Azoto & Aſcalone, & omnes miniſtros publicos. Statim autẽ comprehendit tres primores, & accepta ab eis ſatiſdatione, oſtendit eis diuinum edictum, quod iubebat ut clauderentur idolorum templa Gazæ ciuitatis: & euerſis omnibus quæ erant in eis ſimulacris, ea clauſit: Marnæ vero ſimulacrũ ſiuit latenter cõſuli, pro eo plurimis acceptis pecunijs. Rurſum autem faciebant ut ſolebant Idololatræ nefaria.] Hic finis Marci legationis, pia Imperatoris mente effectum, qui quęrebatur, optimum conſecutę, ſed miniſtri auaritia omnino fruſtratæ. C Quomodo autem, Chriſtianos iterum laceſſentibus Ethnicis, ipſe Porphyrius poſt annos tres contulit ſe ad Imperatorem pro demolitione Marnæi delubri, ſuo loco dicturi ſumus. Quod vero ſpectat ad S. Ioannis Chryſoſtomi officium aduerſus idololatriam Gazenſium impenſum; plurimum ipſum laboraſſe, ut & in Phœnicia eam extirparet, ſuo loco dicemus.

CX. *Gentiles Chriſti virtute conuerſi ad fidem.*

Ceterum quantumlibet cupiditate Hilarij caſſa prorſus reddita fuerit Marci legatio: haud tamen Dei uirtus euacuari potuit, quin de conuerſione Gentilium trophæa ſæpe referret. Nam ſubdit ibidem Marcus diaconus de Aelia nobiliſſima femina pariente, quæ cum fœtum non poſſet emittere, nec ulla medicorum arte vel deorum Gentilium ope iuuaretur, per nutricem Fidelem, à Porphyrio accepta poteſtate eam curandi, liberata eſt: Cum ei (inquit) nutrix uoce magna corã omnibus ait: Dicit magnus ſacerdos Porphyrius: Ieſus Chriſtus filius Dei uiui te ſanat. Crede in eum, & uiues. Statim mulier, cum valde eiulaſſet, edidit fœtum viuum. Omnes autem qui illic ſunt inuenti, obſtupefacti, exclamauerunt: Magnus eſt Deus Chriſtianorum: magnus eſt ſacerdos Porphyrius. Die autem ſequenti parentes mulieris, & maritus & cognati & omnes neceſſarij euntes ad beatum Porphyrium, prociderunt ad eius pedes, petentes Chriſti ſignaculum. Beatus vero D cum eos ſignaſſet, & feciſſet catechumenos, dimiſit illos in pace, pręcipiens eis, ut uacarent ſanctę Eccleſiæ: & paulo poſt cum omnes catecheſi inſtituiſſet, baptizauit eos, necnon etiam infantem cum muliere: uocauit autem nomen eius Porphyrium. Qui vero fuerunt illuminati propter occaſionem mulieris, erant numero ſexagintaquatuor.] Sicq. hoc modo tum Chriſtus de Ethnicis triũphauit hoc ipſo anno; poſt triennium vero demolitione Marnęi perfectam fuit uictoriam conſecutus. quomodo autem id acciderit, ſuo loco dicemus.

IESV CHRISTI ANNVS	ANASTASII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
399.	2.	5.

I.

ANno, qui ſequitur, Chriſti trecenteſimo nonageſimonono, Conſulatus Manlij Theodori & Flauij Eutropij eunuchi nomen dedit. Verum alterum Conſulum tantum nempe Theodorum, expuncto Eutropio, vetera retinent monumenta: E

De Manlio Theodoro Conſule.

Sed ad limẽ anni huius paululum conſidens remoretur oratio, antequam ulteriora ſcrutetur. Quod enim ad Theodorum, cognomento Mãlium, ſpectat: Chriſtianus hic erat, & adeo eruditus, ut eloquentia inter omnes eius ætatis celebres oratores eniteret facile princeps. Quãtum autem huic S. Auguſtinus tribuerit, & ſibi eum prætulerit, ipſum audi [a]; His (inquit) temporibus (vt omittam ceteros) uir & ingenio, & eloquentia, & ipſis inſignibus muneribus fortunæ, &, quod ante omnia eſt, mente præſtantiſſimus Theodorus, quem bene ipſe noſti *(matrem enim ſuam alloquitur)* id agit, ut & nunc & apud poſteros nullum genus hominum de litteris noſtrorum temporum iure conqueratur. Mei autem libri, ſi quorum forte manus tetigerunt, lectoq. meo nomine, non dixerint, Iſte quis eſt? codicemq. proiecerint; ſed uel curioſi, uel nimium ſtudioſi, contempta uilitate liminis, intrare perrexerint, me tecum philoſophantem non moleſte ferent.] hęc Auguſtinus, qui ad hunc ipſum Theodorum, apud Mediolanum ruri dum ageret, librum ſcripſit de Beata uita, de quo in Retractationum commentario [b], dum eiuſdem Theodori meminit: Diſplicet autem illic (inquit)

[a] Aug. de ordin. lib. 1. c. 1.
[b] Augu. retract. li. 1. c. 2.

a Aug. de ciuit. Dei lib. 18. ca. vlt.

(inquit) quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipſum ſcripſi, quamuis docto & Chriſtiano A
viro, plus tribui qoam deberem.] qui & alibi [a] eiuſdem meminit Conſulatus.

II.

b Claud. de Conſul. Theod.

Laudes Manlij Theodori.

Sed & Claudianus [b], quamuis Ethnicus, cum tamen Panegyrim de eiuſdem Theodori Cōſulatu cecinit, dum hominem ex diuerſorum magiſtratuum functione commeodat, celebratque virum omnibus ſcientijs eruditum & eloquentiſſimum omnium; virtutem eius animi præ ceteris extulit; a coius preconio auſpicatus carmeo, ita præcinit;

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaq. late
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſu ve petit clareſcere vulgi.]

Et poſt multa de eodem virtutis merito ab Honorio in ordinarium Conſulatum euecto, deq. Honorio Imperatore, qui eum creauit Conſulem, hæc addit:

Quem quater ipſe gerit, perfecto detulit anno,
Depaſuitq. ſuas, te ſuccedente, curules.
Creſcite virtutes, fæcundaq. floreat ætas.
Ingenijs patuit campus: certusq. merenti B
Stat fauor: ornatur proprijs induſtria donis.
Surgite ſopitę, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet inuidia, &c.]

III.

Scripta Theodori.

Fuiſſe autem Theodori lucubrationes excultiſſimas, idem Claudianus affirmat, & inter alia de Geneſi & partibus animæ; de quibus ipſius lucubrationibus idem ipſe paulo ſuperius:

Vel quis nou ſitiens ſermonis mella politi,
Deſerat Orphæos blanda teſtudine cautus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem, aut partes animæ, per ſingula talem
Cernimus, & ſimiles agnoſcit pagina mores.]

hæc & alia plurima de ipſo Claudianus, ad quem lectorem reijcimus. Tali tantoq. Manlia priſca gens, Chriſto coniuncta, illuſtrata creuit honore, cum eum tum noſtri, tum exteri in Theodoro plurimum commendarint. Sed dolemus clariſſimi viri ſcriptorum monumenta eſſe deperdita. Hactenus uero, de altero Conſulum Romæ creato. C

IV.

De Eutropij conſulatu probroſo.

c Claud de Conſulatu Theodor.

Porro qui io Oriente ab Arcadio Conſul collega creatus Eutropius, quod eunuchus, ſeruiliſque generis, & perditis moribus eſſet, minime dignus habitus eſt vt Latinis Conſularibus Faſtis adſcriberetur. Ad ipſum enim alludens hæc Claudianus [c]:

——— *Non hic violata curulis,*
Turpia non Latios inceſtant nomina Faſtos.
Fortibus hęc conceſſa viris, ſoliſq. gerenda
Patribus, & Romę numquam latura pudorem.]

Videas enim in antiquis marmoribus inciſis inſcriptionibus hunc annum nonniſi Theodori Conſulatu ſignari, ſicut etiam & Honorii Imperatoris reſcripta, atque alia vetera monumenta. Sed nec penes Orientales Conſulatus eius memoria reliqua fuit: nam eo damnato, ipſius quoque e Faſtis expunctum eſt nomen, ut idem Claudiaons [d], necnon Socrates atque Sozomenos affirmant, relictum tradentes nomen tantum Manlij Theodori. Ceterum claudicans altero pede annus, felicior tameo ope diuina cucurrit.

d Claud. in Eutrop. lib. 2.

V.

Certe quidem pro monſtro habitum eſt, vt eunuchus aſſuetus gynecæis, ſummum attigerit D apicem dignitatum, ac tanto præſertim iunctus collegæ Conſul eligeretur. vnde & merito idem vates [e]:

e Claud. in Eutrop lib. 1. in prin.

Omnia ceſſerunt eunucho Conſule monſtra.
Heu terrę caliq. pudor: Trabeata per vrbes
Oſtentatur anus, titulumq. effeminat anni.]

Potentia Eutropij.

f Suidas verbo. εὐτρέπιον.

* Theodoſij

Ante Conſulatum autem, cum & pro arbitrio habenas moderaretur Imperij, adeo eminebat Eutropius ſummæ potentię ſplendore coruſcus, vt in ipſum potius quam in Arcadium conuerſi eſſent omnium ſimul cum oculis animi honorum cupidi. De his enim Suidas [f], poſt recitatos improbos eunuchorum mores ex Cyrillo, hęc ſubdit: Sub Eutropio eunucho tutore Arcadij* Imperatoris, genus eunuchorum propter illius auctoritatem & potētiam adeo creuit atque auctum eſt, vt nonnulli iam barbati cum eunuchi fieri uellent, & ſe Eutropios fore ſperarent, uita priuati ſint una cum teſtibus, etiam Eutropio amiſſo. Aureæ ſtatuę ipſi paſſim collocabātur, & ædificia extruebantur, & ab eo illuſtrabantur ſplendidiora tota urbe.] hæc ipſe.

VI.

g Prouerb. 30.

h Claud. in Eutrop. lib. 1.

Eutropius ex imo ad ſummū euectus.

Quod enim in ſacris Prouerbijs eſt [g]; Contremiſcere terram per ſeruum cum regnauerit: E ita plane accidit Eutropio euoucho ad turpem vſum ſæpius uendito, ac tandem dominium aſſecuto: ſed & diuinæ quoque Scripturæ conſentientia de eo Claudianus his uerſibus [h]:

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſęuit in omnes,
Vt ſe poſſe putent. Nec bellua tetrior vlla eſt,
Quam ſerui rabies in libera colla furentis, &c.]

Addita vero potentia cum ſęuitia, incenſa ſemper ardens io eo fax, totum plane Orientale peſſum dedit Imperium. Tolerauit tamen omnia iſta Deus, quouſque profanus ſacra non tetigit: cum vero & ad altare miſeros confugientes crudelitas & impietas eius inuaſit, protinus diuinam in ſe vindictam ſenſit armatam. At quomodo id acciderit, iam aggredimur enarrare.

VII.

Cum Eutropius multa arte quęſitum & induſtria aucupatum tandem Conſulatū adeptus eſſet; mox infelix neſciens in ſūmo honore ſummā ſibi ignominiā cōparauit. Etenim (qđ Zoſimus & alij

Digitized by Google

A & alij teſtantur)etſi antehac Gainas in Arcadium parum æquo eſſet animo,quam ob cauſam tot
tumultus p Tribigildũ excitarat in Aſia:audito autem Eutropium ſibi infenſiſſimũ hoc anno ad
Conſulatum vſque prouectum,maiori æſtuãs ira,furore barbarico debacchatus in Aſiam potẽtia
Tribigildi fœdere ſibi coniuncti,eo tandem deſperationis res Imperij Orientalis adegit,vt coege
rit Arcadium Imperatorem,quas ipſe vellet pacis cõditiones ſubire. Cum barbarus ferox animo,
fretus viribus Tribigildi,quem ſuo moderabatur arbitrio,inter alias pacis conditiones illam licet
indignam Imperatore,iuſtam tamen Eutropio,præſcripſit Arcadio,nempe vt ſibi ille dederetur
Eutropius Conſul. Zoſimus enim rem geſtam ſic narrat [a]:

Gainas in Arcadium armatur.

Quid Gainas in Eutropium.

a Zoſim.libr. 5.

VIII.

Eutropius confugit ad Eccleſiam.

Poſtulata vero a Gaine,*ab Imperatore ſcilicet*,hæc continebãt,vt malorum omnium auctor Eu
tropius ſibi dederetur,in quem ipſe ſtatueret quicquid vellet. His auditis Arcadius,& accerſit Eu
tropium,& abrogata dignitate dimittit. Eutropius curſu ad Chriſtianorum Eccleſiam pergit,quæ
ab illo tempore ius aſyli conſecuta retinet.]Opus habuit confugere ad Eccleſiam,qui haud pridẽ
(vt vidimus anno ſuperiori)ius Eccleſiæ ſuperba licentia violauerat. Aderat tunc temporis ibi Ioã
nes Chryſoſtomus,qui miſerrimũ altaris præſtantem baſim protexit:nec ſiuit inde a ſatellitibus ab
B ſtrahi hominem,niſi appoſito ab Imperatore iureiurando,non dandum fore ad necem Gainæ ip
ſum Eutropium. Acta ſunt hæc paulo poſt Paſcatis dies,cum Imperator,milites,atque populus cõ
munibus votis ac vocibus necem Eutropij conclamaſſent. Sed cum Imperator audiſſet ipſum ad
Eccleſiam confugiſſe,religione repreſſus,veluti diuinitatis quibuſdam fulgoribus repercuſſus, cõ
tinuit ſe;immo & furentes adhuc milites,habita oratione,compeſcuit,ne in Eccleſiam ad necem
hominis auderent irrumpere.

IX.

Chryſoſtomus cohibet populũ ne inſiliat in Eutropium.

Populus tantum,cui patebat Eccleſia,& timebatur,ne odio quo in Eutropium flagrabat, eum
infeſto agmine inſiliret,vt compeſceretur,eſſe reliquum videbatur. Sed quomodo quis exundan-
tem torrentem aquarum imbribus momento temporis exicare,vel retrorſum flectere humanis vi
ribus valuiſſet? Præſtitit id tamen diuina virtute Chryſoſtomus,pollens viribus eloquentiæ:ſug-
geſtumq.conſcendens,ſilentium manu indicens,cõcionaturus ad populum,mira dicendi arte, in
eo optimum verſatus eſt,vt in Eutropium inuectus, eum omnium miſerrimum populo oſtentaret;
vt ſic illud,quod conabatur,efficeret, nempe vt eum ad eius cõmiſerationem inflecteret,ageretq.
vt pro eius vita rogaret,qui in ipſius caput inclamans,nuper in Eccleſiam ingreſſus erat. Porro So
C crates,ſiue alij qui animi Chryſoſtomi conſilium minime perpenderunt,ſane impudenter arrogã
tiæ ſancto Epiſcopo notam inurunt,quaſi ſuperbe nimis in miſerum humi proſtratum Eutropiũ
inſultarit. Vt igitur ab hac calumnia tantum vindicemus Antiſtitem; hic recitanda eſt ipſa tunc
obiter dicta concio;ex qua prudens lector intelliget,quam miro vſus eſt eloquentiæ artificio,vt in
Eutropium cõcitatum populum mitigaret. Quod & egregie præſtitit:vſque adeo,vt furore depo
ſito,pro miſerando Eutropio populus lacrymas etiam funderet,& ne daretur neci, precibus apud
Deum atque Regem pariter expetierit. Sed hic ipſam admiratione maxime dignam reddamus
orationem,ab exceptoribus tunc,vt ſe habet,ex more conſcriptam. eſt autem huiuſmodi:

X.

Oratio Chryſoſtomi in Eutropium.

Si vmquam antea,nunc maxime licet dicere: Vanitas vanitatum,omnia Vanitas. Vbi nunc
inclytus ille Conſulatus ſplendor? Vbi illuſtres illi faſces? Vbi applauſus illi ac choreæ,epulæq. &
feſti conuentus? Vbi coronæ & aulea? Vbi ſtrepitus vrbis,& illæ Circenſium ſpectatorum fauſtæ
acclamationes & adulationes? Omnia illa præterierunt;procella vehemens folia dececit,arborem
ſpoliatam reddidit,iam radicitus vacillantem:tãtaq. vis venti impacta eſt,vt cum neruos eius vni-
uerſos concuſſerit,tum ipſam funditus proſternere minetur. Vbi nunc fucati illi amici? Vbi com-
D potationes & cœnæ? Vbi paraſitorum examen,& merum per totam diem exhauſtum,variæq. co-
quorum artes,& potentatu. cultores illi ad gratiã omnia dicere ac facere aſſueti? Omnia illa nihil
niſi nocturnum ſomniũ fuerũt,appetente die,euaneſcẽs: flores fuerunt verni:vere exacto,marcue
runt omnia:vmbra erant,& præterierunt:fumus erant,& ſoluta ſunt:bullæ erant,& dirupta ſunt;
araneæ erant,& lacerata ſunt. Quapropter ſpirituale hoc dictum occinamus,indeſinenter dicen-
tes: Vanitas vanitatum; omnia Vanitas. Hoc enim dictũ in parietibus,in veſtibus,in foro,in ædi-
bus,in vijs,in feneſtris,in ianuis,ſed potiſſimum in vniuſcuiuſque conſcientia continenter inſcri-
ptum eſſe oportet,omniq. tempore cogitationi obuerſari:quandoquidem negotia fraudulenta, &
perſonata ac inimica veritatis opinionem apud pleroſque ſibi parauerunt. Hoc dicto in prandio,
in cœna,in cœtu hominum,quemque proximum ſuum compellare oportebat,idemq. ab illo viciſ
ſim audire,nempe. Quod vanitas vanitatum,& omnia Vanitas.

XI.

Inuectiua in Eutropium.

An non aſſidue tibi dicebam,fugitiuas eſſe diuitias? tu vero nos non ferebas. An non dicebam,
fugitiui ſerui eas naturam habere? tu vero credere nolebas. Ecce experientia docuit,quod non ſo
lum fugitiuæ & ingratæ, ſed homicidæ etiam ſunt,vt quæ in metum te nunc conijciunt. Nonne di
E cebam tibi,cum me indeſinenter obiurgares vera monentem,quod ego tibi potius amicus eſſẽ,
quam adulatores,ego redarguitor maiorem tui curam gererem,quam qui tibi omnia obſequeren
tur? Nonne & hoc addebam,fide digniora eſſe vulnera ab amicis,quam vltro ſe ingerentia oſcula
inimicorum? Si mea vulnera tuliſſes,haudquaquam tibi illorum oſcula hoc exitiũ attuliſſent:mea
enim vulnera ſanitatem afferunt;illorum oſcula morbum immedicabilem tibi conciliauerũt. Vbi
nunc pocillatores tui? Vbi qui in foro populum de via decedere cogebãt tuaſq. laudes paſſim apud
omnes deprædicabant,transfugerunt, deſeruerunt ſuam amicitiam, ſuam ſecuritatem tuis peri-
culis quærunt. At non tales nos:ſed & tunc,quamuis ægre ferentem,non deſtituimus,& nunc col-
lapſum protegimus,& curamus. Eccleſia a te hoſtiliter habita,expanſo ſinu te ſuſcipit: Theatra
aũt magnis obſequijs a te culta,quorũ cauſa ſæpius nobis infenſus fuiſti,& prodiderũt te & perdi
derũt. Attñ numquã deſtitimus hiſce verbis alloqui: Cur iſta facis? in Eccleſiam debaccharis,& te
ipſum in exitium præcipitem agis? Et tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas;& Circen
ſis quidem multitudo,exhauſtis in ſe tuis facultatibus,gladium in te acuit: Eccleſia vero tuo furo-
re exa-

re exagitata, vltro citroque curſitar, ſi quo pacto te ex his caſibus implicitum extricare queat. A

XII. Excuſatio de inuectiua in Eutropium facta.

Et hæc nunc dico, non quo proſtrato inſultem, ſed quòd eos qui adhuc ſtant, tutiores redde
re cupiam: nec vt plagam vulnerati refricem, ſed vt nondum vulneratos in ſanitate cõſeruem: non
vt iactatum fluctibus demergam, ſed vt eos qui ſecundis auris nauigant, erudiam, ne forte cum ip
ſo nauigio in profundum deferantur. Quo autem modo caueri poſſit? nimirum ſi rerum huma-
narum mutabilitates cõſideremus. Si enim iſte mutationem timuiſſet, nunc eam non pateretur.
Sed quoniam iſte nec domeſticis nec alienis conſilijs corrigi potuit: vos ſaltẽ, qui diuitijs extolli
mini, huius calamitatem in veſtrum profectum conuertite. Nihil enim eſt humanis rebus infir-
mius: quapropter quocumque nomine earum vilitatem ſignificaueris, minus quam pro rei verita
te dixeris; vel ſi fumum eas, vel fœnum, vel ſomniũ, vel flores vernos, vel quodlibet aliud nomina
ueris: vſque adeo ſunt fragiles, & magis nihili quã nihil ipſum. Quod autem non ſolum nihil ſint,
ſed & in præcipiti ſtent, vel hinc appatet.

XIII. Eutropij olim ſplendor, & præſens calamitas.

Quis hoc nomine fuit excelſior? Nonne in toto Orbe diuitijs præcellebat? Nonne ad iſta faſti
gia honorum conſcendit? Nonne omnes eum formidabant ac verebãtur? Sed ecce factus eſt & vin
ctis miſerior, & ſeruis miſerabilior, & mendicis fame tabeſcentibus indigentior, per ſingulos B
dies præ oculis habens gladios in ſe exacutos, & præcipitia, & carnifices, & viam quę ad ſuppli-
cium ducit. Ac neque memoria præteritarum voluptatum fruitur, immo ne luce quidem com-
muni ſed meridie quoque tamquam in denſiſſima nocte, anguſtijs parietum incluſus, oculo-
rum vſu priuatur. Et quorſum hæc commemorare attinet: cum quantumuis adnitar, nullis verbis
exprimere valeam, quis illi animus ſit per ſingulas horas capitis ſupplicium expectãti? Aut quid
noſtris verbis opus eſt, cum ipſius calamitatis imago ob oculos noſtros verſetur? Nuper nam-
que miſſis ad eum a Rege qui vel per vim hominem pertraherent, cum ad ſactaria cõfugiſſet, bu
xo pallidior factus, nunc quoque nihilo meliorem quam mortui colorem obtinet. Accedit huc dẽ-
tium arietatio, tremor totius corporis, vox ſingultiẽs, & lingua titubans, in ſumma talis habitus,
qualem oportebat habere animam, quæ iam metu obriguiſſet.

XIV. Ioannes Chryſoſtomus aperit animi ſui conſilium.

Hoc dico, non exprobrãdi cauſa, neque inſultans eius infortunio, ſed vt animum veſtrum mol
liam, & ad commiſerationem pertraham, eoq. inducam, vt præſenti hominis pœna ſit contentus.
Quoniam enim multi ſunt e noſtris adeo inhumani, vt nos etiam incuſent qui eum ſuſceperimus,
illorum duritiam noſtris ſermonibus mollire volens, miſerias iſtius traduco. Quid enim eſt, quęſo, C
dilecte, quod indigne fers? Dices, Quia in Eccleſiam confugit, qui eam indeſinenter oppugnabat.
Atqui hoc potiſſimũ nomine glorificandus erat Deus, quod permiſit eũ in tanta conſtitui neceſſi
tate, vt & potentiam Eccleſiæ, & clementiã diſceret: potẽtiã eo quod in tantã inciderit mutationẽ
ob ſimultatem, quam cum illa habebat: clementiam vero, quod infeſtatorem ſuum obiecto nunc

Hoſtis humiliatio Eccleſiæ triumphus eſt.

ſcuto protegat, & alarum obtentu tueatur, præteritarumq. iniuriarum oblita, ſinus ei amantiſſime
pandat. Hoc enim quouis trophæo ſplẽdidius, quauis victoria illuſtrius: hoc Ethnicos, hoc Iudæos
pudefacit; hoc placiditatem vultus eius oſtentat, quod hoſti captiuo parcat, & ab omnibus deſer-
tum ac contemptum, vt amantiſſima mater ſuis velamentis occultet, Regis ſimul iræ & intolera-
bili populi furori ac odio ſe opponens: hoc ipſum eſt eximium altaris ornamentum.

XX.

Dices, Hoccine ornamentum, hominem ſceleſtum, auarum, rapacem altaria contingere? Caue
talia dixeris. quandoquidem & meretrix pedes ipſius Chriſti contigit, inceſta illa & impurata: nec
tamen hoc in crimen Domino Ieſu ceſſit, ſed in laudem magnam & admirationem. Neque enim
purum impura offendit; ſed ſceleſtam meretricem purus & inculpabilis ſuo contactu purificauit.
Caue iniuriarum memineris, o homo. Crucifixi illius ſerui ſumus, dicentis: Dimitte illis: non enim D
ſciunt quid faciunt. Dices, At præcluſit huius loci refugium legibus ſcriptis, quibus hoc irritum fa
cere conatus eſt. At nunc re ipſa didicit, quale ſit quod fecit, & ſuomet facto legẽ ſuam primus ab
rogauit, factus Orbis totius ſpectaculum. & ſileat licet, omnes tamen admonet: Nolite hæc facere
ne qualia ego patiamini. ſua calamitate alios docet: & altare hoc ipſo illuſtrem ex ſe ſplendorem
emitit, ac venerationem ſibi comparat, quod leonem vinctum contineat. Quandoquidem & regię
effigiei non tantum ornatus ex eo contingat, ſi ſolio Rex ſublimis ſedeat purpuratus & diadema
te redimitus, quantum ſi ſub pedibus quoque regijs barbari manibus poſt terga reuinctis proni
iaceant.

XVI. Frequens populi concurſus ad videndum Eutropium.

Et quod non verba modo ſint ad perſuadendum parata, vosmet feſtinatione veſtra ac concur
ſu atteſtamini. Etenim præclarum hoc vobis ſpectaculum, & hilaris conuentus contigit: nec mino
rem nunc video populi frequentiam, quam in proxima ſacrata Paſchæ celebritate. Adeo exciti
eſtis iſtius ſilentio, quod in præſentiarum quauis tuba clariorem ſonum emittit. Et virgines pene
tralibus, & mulieres gynæceis, & viri foro vacuo relicto, vniuerſi huc concurriſtis, vt humanam na
turam traduci videretis, & ſæcularium negotiorum momentaneam mutabilitatem detegi, illam- E
que in Republica verſantium ſpeciem, heri ac nudiuſtertius præclariſſime ſplendentem. Talis
enim eſt ex alienis iniurijs felicitas quauis anicula rugoſa deformior demõſtrata, mutatione Rei
publicæ, ac ſi ſpongia, eius tectoria fucoſq. abolente. Tanta nempe eſt huius infortunij vis, quæ vi
rum felicem conſpicuumq. nunc omnium abiectiſſimum reddidit.

XVII. Magnum rerũ inconſtantiæ exemplum.
a Iſa. 40.
b Pſal. 91.

Introeat diues aliquis, & magnam vtilitatem percipiet: videns enim a tam excelſo faſtigio de
lapſum eum qui totum Orbem nutu concutiebat, ac formidine contractum, quauis rana aut lepo
re timidiorem, & abſque vinculis columnæ huic hærentem, & vice catenæ timore affixum, tremẽ
temque: deprimet faſtum ſuum; & conſideratis quæ in humanis caſibus conſideranda ſunt, diſce
det re ipſa doctus, quæ verba Scripturæ nos docent: quale eſt illud [a]: Omnis caro fœnum, & om
nis gloria hominis vt flos fœni: aruit fœnum, & flos eius decidit. Item illud [b]: Sicut fœnũ
cito areſcent, & ſicut olera virentia cito decident: quoniam ſicut fumus dies eorum ſunt: &
reliqua ſimilia. Contra pauper ingreſſus, & ſpectaculum hoc animo aduertens non diſplicet

ſibi

A ſibi ipſe, neque ſortem ſuam deplorat; ſed gratias inſuper paupertati habet, quæ ſibi & aſyli vice ſit tutiſſimi, & portus tranquilliſſimi, & arcis munitiſſimæ: & his viſis, ſi detur optio, mallet præſenti conditione contentus eſſe, quam omnium facultatibus pauliſper occupatis, mox in proprij ſanguinis periculum venire. Vides quod non parua vtilitas diuitibus & pauperibus, celſis & humilibus, ſeruis & ingenuis ex hoc iſtius refugio enata eſt? Vides vt eum remedio quiſque hinc abit, huius rei ſpectaculo affectus ſuos curaturus?

Num igitur molliui veſtros animos, aut indignationem expuli? Num inhumanitatem extinxi? *XVIII.*
Num ad commiſerationem adduxi? Equidem adduxiſſe me opinor: idque ex vultibus veſtris & *Populus clementior in Eutropium redditus.*
lacrymis colligo. Quandoquidem igitur terra cordis veſtri in pinguem & fertilem agrum verſa eſt: age iam fructum quoq. miſericordiæ proferentes, flauenteſq. commiſerationis ſpicas præferentes procumbamus Regi ad genua, vel potius deprecemur benigniſſimum Deum, vt emolliat iram Regis, & cor illi tenerum dare dignetur, quo hanc gratiam ab ipſo auferre poſſimus. Iam enim ex illo die, quo huc confugit iſte, non parua eſt facta mutatio. Poſtquam enim cognouit Rex eum ad aſylum hoc ſe recepiſſe, affluente milite, & concitato ob eius crimina, depoſcenteque hominẽ ad
B ſupplicium, longam habuit orationem, qua militarem indignationem compeſceret, poſtulans vt non culparum modo, ſed etiam recte factorum rationem haberent: vt qui pro illis gratiam deberet; & ſi quid humanum ſecus accidiſſet, ignoſcendum duceret. Cum autem illi de integro vrgerẽt ad vindictam læſi Regis, clamantes, exilientes, ad mortem depoſcentes, haſtas vibrantes: tum vero ne a lacrymis quidem clementiſſimis ſuis oculis temperans, & ſacroſanctæ menſæ, ad quam profugerat, religionem illis incutiens, ægre tandem iram eorum ſedauit.

Admoneamus igitur nos quoq. quæ a nobis adhiberi par eſt. Qua enim ipſi venia digni eſſetis, *XIX.*
ſi Rege propriam iniuriam condonante & oblito, vos nihil tale paſſi in ira obſtinate pergatis? Aut *Exhortatio*
quomodo hoc cœtu ſoluto, ſacramenta contrectabitis, & precationem illam dicetis, qua rogare iubemur, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: ſi a debitore veſtro pœnas exigatis? Iniurijs vos forte magnis affecit ac contumelijs? ne nos quidem iſtud inficias *ad interueniẽdum pro Eutropio.*
ibimus. Sed non tribunalis eſt præſens tempus, ſed miſericordiæ potius; non repetũdarũ, ſed clemẽtiæ; nõ examinationis, ſed condonationis; non ſuffragiorũ ac calculorũ, ſed miſerationis & gratiæ. Ne igitur quis veſtrũ accendatur, neve ægre ferat; ſed potius mitiſſimũ Deũ deprecemur, vt reo
C vitã proroget, eumque ex impendente cæde eripiat, vt ipſe errata ſua corrigat: & cõi opera interpellemus clementiſſimum Regem pro Eccleſia & altari, vnum hominem ſacroſanctæ menſæ donari obſecrantes. Quod ſi fecerimus; & Regi gratum faciemus; & Deus, vel magis quam Rex, factũ noſtrum approbabit, magnamque nobis huius humanitatis mercedem retribuet: ſicut enim crudelem & inhumanum auerſatur & odit; ita miſericordem & humanum amplectitur & amat; eique ſiue iuſtus ſit, ſplẽdidiores plectit coronas; ſiue peccator, peccata eius diſſimulat, commiſerationis erga conſeruom talionem illi retribuens. Miſericordiam volo (inquit [a]) & non ſacrificium. & per *a Matth. 9.*
vniuerſam Scripturam vides eum ſemper hoc requirere, atque hanc peccatorum medelam adhibere. Proinde nos quoque ad hunc modum illum propitiemus. Sic enim peccata noſtra redimemus: ſic Eccleſiam ornabimus: ſic & Regem clementiſſimum (vt dixi) demerebimur: ita fiet, vt vniuerſus populus nobis applaudat, & vſque ad fines orbis terræ humanitatis & clementiæ noſtræ rumor celebretur, mercedemq. ſimus vbiq. terrarum laudem noſtri facti recepturi. Vt igitur talib. bonis frui cõtingat, accidamus ad genua, obteſtemur, deprecemur, eripiamus a periculis captiuũ, profugum, ſupplicem: vt & ipſi futura bona conſequamur, gratia & benignitate Domini noſtri Ie
D ſu Chriſti, cum quo Patri gloria ſimul & Spiritui ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.]

Cum hæc autem in hunc modum ſanctus Epiſcopus magna dicendi efficacia peroraſſet, po- *XX.*
pulumque in Eutropium exaſperatum non mitigaſſet tantum, ſed pro eo ſupplicem apud Deum *Liberatus a*
& Imperatorem reddidiſſet: illud plane admiratione dignum effectum eſt, vt Eccleſiæ immunitate *morte Eutropius.*
integra illibataque conſeruata, Ioannes Chryſoſtomus obtinuerit tandẽ, vt Eutropij capiti parceretur, in quod iam poſt Gainam & rebellem exercitum Imperator primum, mox milites, inde populus ardentiſſimis ſtudijs conclamaſſent. Qui igitur omnium ſtudijs atque vocibus petebatur ad necem; permiſſus viuere, exilij pœna mulctatur, relegandus in inſulam Cypri. Sed nec a ſancto Antiſtite ſic deditur Eutropius Imperatori, niſi iuramento magiſtratus exhibito vita illi ſecura reddita eſſet; quod tamen poſtea barbari ducis fuit voluntate deluſum. Nam Zoſimus [b]: Vrgen- *b Zoſim. lib. 5.*
te (inquit) Gaina, & ad cædem eius Arcadium impellente; qui Principis negotia tractabat, iuſiurandum Eutropio præſtitum cum extraheretur ex Eccleſia, per cauillationem eludentes, eum e Cypro reuocant, quaſi qui iuraſſent, non ſe morte mulctaturos ipſum quamdiu Conſtantinopoli foret, Chalcedonem miſſum interficiunt.] iſta Zoſimus. Deportatum illum quidem fuiſſe in Cy-
E prum, etiam Claudianus [c] affirmat: ſecuri vero percuſſum, Socrates [d], atque Sozomenus [e]. *c Claud. in præf. lib. 2. in Eutrop.*

Simulque tradunt, tunc abraſum Eutropij Conſulis nomen e Faſtis; quod euenit, cum damnatus eſt exilio, vt cecinit Claudianus his verſibus: *XXI.* *d Socrat. lib. 6. cap. 5.* *e Sozom. lib. 8. cap. 7.* *Expunctum e faſtis nomẽ Eutropij.*

Scindere nunc alia meditatur ligna ſecuri,
Faſcibus & tandem vapulat ipſe ſuis.
Illicitas Conſul pœnas, ſe Conſule, ſoluit:
Annus qui trabeas, hic dedit exilium.
Infauſtum populis in ſe quoque vertitur omen:
Sæuit in auctorem prodigioſus honor.
Ablato penitus reſpirant nomine Faſti,
Maturamque luem ſanior aula vomit.]

Quod vero Ioannes Chryſoſtomus ea oratione teſtetur, milites in Eutropium concitatos eſſe *XXII.*
ob offenſam Imperatoris, nihilq. de Gainæ petitione, pactiſq. conuentis eum Arcadio meminerit: hic

a Niceph. lib. 13. c. 4. *Noua cauſa iræ Imp. in Eutropium.*

rit: hic reddenda eſt cauſa, quam quidem infenſum reddidiſſe Eutropium ipſi Imperatori, Nicephorus [a] affert his verbis, incipiens ab iniuria in Eudoxiam Auguſtam ab eo illata: Super alia enim conuicia, & illud minabundus adiecit, breui fore, vt ex Imperiali aula abductam, ipſe domũ remittat. Illa autem veheméti feruens ira, filiolam vtramque (*nempe Pulcheriam & Arcadiam*) in vtriſque vlnis ferens, ad virum acceſſit, queritans atque lamentans: liberos etiam commiſerationis gratia protēdeos, prolixe collacrymauit: alia inſuper fecit, quæ mulierem indignatione flagrãtem, & virum ad condolentiam pertrahere volentem, facere par eſt. Atque Arcadius coniugem & liberos miſeratus, ad iram ipſe quoque accenſus eſt, ardeotiq. iracundia & verborum potiſſimum grauitate Imperatorem verum ſe præſtitit. Proinde Eutropium dignitate omni & opibus cunctis ſpoliatum in Cyprum inſulam exulatum miſit. Breui vero poſt, quod eo tempore, cum Conſulatum inijt, ornamentis præter dignitatem vſux eſſet, quæ ſoli Imperatori geſtare liceret, accuſatus, atque inde abductus, & apud Pantychium, vbi iudicum concilium eoſederat, Aureliano Præfecto, alijſq. illuſtribus viris cauſam eius cognoſcentibus, grauium criminum reus pertractus, capitis ſuplicium ſubijt. Res Eutropij ita ſe habuere.] hactenus Nicephorus.

XXIII. *Eutropius Ethnicus fuit.*

Sed nec tacendum de Eutropio, quod magni momeoti eſt ſciſſe (oe quid excidat) fuiſſe ipſum B
Ethoicum, a religione Chriſtiana peoitus abhorrentem. vnde ex his amplius habes, quo offeras Chriſti præconia, dum Chriſtianorum & Eccleſiæ hoſtem, vt necẽ effugeret, ad Chriſti altare profugum cõpulit, inuitum licet, confiteri vel facto ſaltem Chriſti potentiam. Quod enim Gentilis fuerit Eutropius (licet id alij dicere prætermiſerint) auctor eſt S. Proſper, qui res geſtas ſui temporis ſcripſit: de ipſo enim poſt Symmachum æque Ethoicum hæc ait [b]: Eutropius quoque prepoſitus plurimum, anima & mente Paganus, cum in cõtumeliam Eccleſiæ edictum obreptitie ab Arcadio Chriſtiaoo Imp. ſurriperet, vt ſi quis ad eam confugeret, etiam ab altari ſublatus, pœnas lueret ampliores; diuino iudicio ſuæ ſentẽtiæ prior propinatus eſt: offcoſam quippe prædicti Regis incurreos, ad eius refugium, quam oderat, cõuolauit. Quem ſancta mater pietatis gremio ſuo ſuſcepit ioimicum: cui per venerabilem ſacerdotem Ioannem impetrans veniam, oſori & ſuperbo vitam contulit & ſalutem: eius exemplo cunctos admonens inioiicos, vanum eſſe eis contra [c] ſtimulum calcitrare.] hæc Proſper.

b Proſper. de prædict. par. 3. c. 38.

c Act. 14.

XXIIII. *Imp. ſententia in Eutropium.*

Ad poſtremum autem recitanda his nobis eſt ſenteutia exilij in Eutropium ab Arcadio lata, publiciſque locis affixa: retinent adhuc eam indelebili memoria tabulæ Theodoſianæ [d] ita deſcriptam: C

d L. 17. de pœnis Cod. Theod.

Arcadius & Honorius AA. Aureliano Præfecto Prætorio. Omnes res Eutropij, qui quondam Præpoſitus ſacri cubiculi fuit, Aerarij noſtri calculis adiunximus, erepto ſplendore eius, & Conſulatu a tetra illuuiæ & commemoratione nominis eius & cœnoſis ſordibus vindicato: vt eiuſdẽ vniuerſis actibus antiquatix, omnia muteſcant tempora, nec eius enumeratione ſæculi noſtri labes appareat, nec ingemiſcat, aut qui ſua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant, vel qui eoſdem ſeruandi iuris antiquitate cuſtodiunt: quod diuioum præmium Conſulatus lutulentum prodigium contagione fœdauit. Patriciatus etiam dignitate atque omoibus inferioribus ſpoliatum ſe eſſe cognoſcat, quos morum polluit ſcæuitate. Omnes ſtatuas, omoia ſimulacra, tam ex ære quam ex marmore, ſeu ex fucis [e], quam ex quacumque materia quæ apta eſt effingendis, ab omnibus ciuitatibus, oppidis, lociſq. priuatis ac publicis præcipimus aboleri, ne tamquam oota oostri ſæculi obtutus polluat intuentium. Adhibitis itaque fidis cuſtodibus, ad Cyprum inſulam perducatur, in qua tua ſublimitas relegatum eſſe cognoſcat, vt ibidem peruigili cura vallatus, nequeat ſuarum cogitationum rabie cuncta miſcere. Dat. XVI. Kal Febr. Conſtantinop. Theodoro V. C. D
Conſule:] ſed quod ad diem dati reſcripti pertinet, plane error irrepſit, cum ex S. Ioaonis Chryſoſtomi homilia in Eutropium ſuperius recitata appareat prope Paſchale tempus confugium Eutropij in Eccleſiam contigiſſe.

e fuſis

XXV. Chryſoſto. in Pſal. 44. *Noua actio ſimilis Eutropij cauſa.*

Sed animaduerſioue dignom exiſtimo, extare aliam eiuſdem Ioannis Chryſoſtomi homiliam [e] in verba illa Pſalmi quadrageſimiquarti, Aſtitit Regioa a dexteris tuis, &c.] cui præfixa eſt inſcriptio, qua ſignificatur eam habitam, cum Eutropius extra Eccleſiam deprehenſus eſt. Verum alium ab Eutropij caſum ibi exiſtimo eſſe deſcriptum: multa enim ibi ſunt, quæ ei aptari minime poſſe videotur: vt quod in primis ibi dicitur, eum deſerentem Eccleſiam captum eſſe, qui intus tutus agebat; quod quidem de Eutropio nequaquam dici poſſe videbatur. ſunt enim hæc ibi verba Chryſoſtomi: Ne mihi dicas, quia qui proditus eſt, proditione Eccleſię eſt abreptus. Niſi deſeruiſſet Eccleſiã, oon eſſet proditus. Ne dixeris: Quia eo cõfugit, proditus eſt. Non deſeruit eũ Eccleſia, ſed ipſe Eccleſiã: non in intimis Eccleſiæ eſt proditux, ſed extra Eccleſiã; qm̃ ſe ſubduxit ab Eccleſia.] Sed & quæ ſubduntur inferius, his tempotibus mioime conuenire poſſe videntur, cum ait: Cũ milites cogerentur, ac diſtringerentur enſes; cum ciuitas flamma furotis eſſet accenſa; cum Impe- E
riale diadema oullis iam viribus polleret, ſimul & vulgi conuicijs pateret purpura; cum plena ioſaniæ eſſent omnia: qoo in loco conditæ erant diuitiæ? &c.] Vides ex his in ipſum Imperatorem cõmotas turbas, & populi concitatum eſſe furorem: quæ quidem in cauſa Eutropij facta minime reperiuntur. Rurſum vero, quod poſt nonnulla iſta adijciat: Quot & quantæ mutationes contigerunt ex quo ciuitati huic præfui?] ex his plane iotelligas haud hoc tempore eam eſſe habitam concionẽ, quo vix annum ſedis ipſius Chriſoſtomi numerari contingat, cum interea oihil prorſus mutationis, quãm quod de Eutropio eſt enarratum, Conſtantinopoli eueniſſe, quiſquam valeat ex ſcriptis hiſtorijs demonſtrare. Quod ſi hæc tameo omnia rebus Eutropij (vt ſe habet inſcriptio) aliquis omnino exiſtimauerit aſſuenda: tunc, quæ a nullo alio auctore ea in cauſa ſcripta eſſe reperiũtur, multa componat compingatq. ſimul neceſſe eſt, fingatq. pariter, vt eadem quoquo modo ſibi cohæreaot. Sed de rebus Eutropij hactenus.

At quid poſt hæc Gainas perfidus barbarus? haud quod pollicitus videbatur, Arcadio ſe ſubijcit Imperatori,

cit Imperatori,

A eit Imperatori, hoſtiliaque arma deponit; ſed inſolentior factus, fretus copijs Tribigildi, Chalcedonem veniens, iuratæ pacis nullam ducens penitus rationem, contumelioſo animo imperare aggreditur Imperatori: Poſtulabat enim (inquit Zoſimus [a]) vt Princeps ipſe eum conueniret: nec enim ſe cum alio quoquam, præter hunc, allocuturum dicebat.] Ita quidem nouas meditatur cædes. Neque enim exaturatus barbaricus animus miſerando Conſulis caſu, qui ceteris Eutropij hoſtibus lacrymas quoque elicuiſſet inuitis: aliorum inſuper, qui primarios gererent magiſtratus, nempe Aureliani Præfecti Prætorio, & Saturnini viri clariſſimi, fera Gethica ſanguinem ſitiebat. Iamque & conceperat animo, Gentilibus ſuis, quibus eccleſia (vt ait Sanctus Hieronymus [b]) eſſe ſoleret in tentorijs, templum aperire Conſtantinopoli. Sed ignorabat infelix, negotium ſibi futurum cum robuſtiſſimo omnium duce, concertaturumque ſe cum eius vrbis Antiſtite, infracti pectoris ſacerdote, a Deo [c] dato populo illi in ciuitatem munitam atque columnam ferream, ac murum æreum, Deique promiſſionibus ſolidius confirmato. Sed quod nobis ſuo quæque, ex inſtituto, reddenda ſunt anno, hæcque teſtificatione Zoſimi ſub Conſulatu Aureliani facta eſſe noſcuntur: in ſequentem annum tantæ rei geſtæ ſpectaculum, cupido licet hæc ſcire, differre cogimur; cum tamen ſciamus aliquos cuncta ſimul

B admixta, & abſque temporum ratione, ſub hoc anno confuſa miſcere; vt inter alios Marcellinum in Chronico, qui & Arcadium auctum filia nomine Pulcheria præſenti anno, ſub eodemque Conſulatu, teſtatur. Sed res geſtas a Sancto Ioanne Chryſoſtomo hoc anno Conſtantinopoli proſequamur.

Gainæ recrudeſcit ſæuitia.

a Zoſim lib. 5.

b Hier. epiſt. 7.

c Hierem. 1.

XXVII. Ex miſerando itaque Eutropij caſu (vt vidimus) ſatis opportunum ei ſuppeditatum eſt argumentum in concionibus inſectandi mundi huius illecebras cunctas, tum potiſſimum turpia illa populo ſolita exhiberi ſpectacula; vimq. addidere dicendi facundiæ anni huius minæ cæleſtes, nimirum cum lingua ignea, mala portendere cœlum viſum eſt, iuxta illud Lucani [d]:

S. Ioan. Chryſ. declamat aduerſus ſpectacula.

—— *Terris minitantem regna cometen.*]

De quo Socrates [e]: Tam graue (inquit) etiam imminebat periculum ciuitati, vt cometa maximus a cælo ad terram vſque peruadens (ſimilem vero ante nemo vnquam aſpexerat) illud ipſum portenderet.] quod dicemus anno ſequenti: eademq. de admirando prodigio Sozomenus [f] habet. His acceſſit ingens aeris ſiccitas, vt cœlum æreum eſſe redditum videretur. His (inquam) om-

C nibus rerum accidentibus Chryſoſtomus bene vſus, validius aduerſus ſpectacula declamauit, terrorem incutiens, vt inter alia illis verbis [g]: Quotidie contremiſcite, ne iraſcatur Deus, & pereatis de via iuſta. Vel ipſa ſigna agnoſcite: quia æreum factum eſt cælum, & terra ferrea. Iracundiam Dei ipſa elementa loquuntur: Filij hominum [h] quouſque graues corde? Vt quid diligitis vanitatem in ſpectaculis, & quæritis mendacium in hiſtrionibus? Scitote quoniam mirificauit Deus omnem animam non recedentem de Eccleſia, &c.]

d Lucan. lib. 1.

e Socr. lib. 6. c. 6.

f Sozom. lib. 8. c. 4.

g Chryſ. hom in Pſal. 118.

h Pſal 4.

XXVIII. At quid tandem effecit prædicans verbum opportune & importune? Illud plane magni momenti opus, vt ſpectaculum illud obſcœnum, Maiuma dictum, penitus aboleretur: quod ante ſublatum, deinde ante triennium, ſic fuerat reſtitutum, vt quæ turpia eſſent & inhoneſta in eo ceſſarent, dato tunc his verbis Imperatoris reſcripto [i]:

Maiuma ſpectaculum ſublatum.

Clementiæ noſtræ placuit, vt Maiumæ prouincialibus lætitia redderetur: ita tamen, vt ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeueret. Dat. VII. Kalend. Maij, Conſtantinopoli, Arcadio quartum & Honorio tertium AA. Conſſ.] Sed vt procliue eſt ad deteriora humanum genus, vt facilius ſit a voluptate penitus abſtinere, quàm, ea conceſſa, intra honeſti limites contine-

D ri: aduerſus eiuſmodi obſcœnitates iterum erumpentes fuit Ioanni Chryſoſtomo iterum atq. iterum declamandum: quamobrem effecit tandem, vt eædem penitus vetarentur, dato aduerſus eas eiuſmodi ab Arcadio Imperatore reſcripto [k]:

i L. 1. de Maiuma. C. Theod.

Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum reſtrictione triſtitia generetur. Illud vero quod ſibi nomen procax licentia vindicauit, Maiumam fœdum atq. indecorum ſpectaculum denegamus. Datum VI. Non. Octobris, Conſtantinopoli, Theodoro V. C. Conſule.] Iſta quidem ſanxit Arcadius, haud dubium impulſore Chryſoſtomo.

k L. 2. de Maiuma. C. Theod.

XXIX. Quam autem fœda hæc ſpectacula fuerint, inde licet capere argumentum, quod Iulianus Apoſtata in Miſopogone Antiochenis probro obijcit, quod in Maiumæ ferias pecuniam effunderent, & a ſacrificiorum impenſis ſe penitus continerent. Sed qualia hæc ipſa eſſent, ex parte ſaltem aſſequi licet, nimirum ex ijs, quæ idem Ioannes Chryſoſtomus, eadem acerrimis inuectiuis inſectando, ſic inter alia habet [l]: Non metuis, non expaueſcis, dum oculis, quibus illic lectum, qui eſt in Orcheſtra, ſpectas, vbi deteſtandæ adulterij fabulæ peraguntur, ijſdem hanc ſacram menſam intueris, vbi tremenda peraguntur myſteria? dum ijſdem auribus audis & ſcortum obſcœ-

E ne loquens, & Prophetam, Apoſtolumque ad arcana ſcripturæ introducentem? dum eodem corde & letalia ſumis venena, & hanc hoſtiam ſanctam ac tremendam? An non ſunt hæc vitæ ſubuerſio, coniugiorum corruptelæ, bella, pugnæque & rixæ in domibus? Cum enim ſpectaculis illis diſſolutior, ac mollior, laſciuiorque omniſq. pudicitiæ hoſtis factus, domum redieris, vxoris aſpectus minus erit iucundus, qualiſcumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatus illa concupiſcentia, quam in ſpectaculis hauſiſti, & ab illa noua ſpectatione, quæ te dementauit, captus, ſobriam & modeſtam vxorem, victuque plebeio contentam deſpicis, contumelia afficis, innumeriſque probris operis; non quod quicquam habeas quod in illa culpes; ſed quod erubeſcas confiteri morbum; quod pudet vulnus oſtẽdere, quo in ſpectaculis ſauciatus rediſti domum, &c.] hæc & alia ad eos, qui impudicarum obſcœnitatũ ſpectaculo ſuos antea cõmaculaſſent obtutus ac poſtea illotis (vt aiunt) manibus ad ſancta pergerent, cum diuini ſermonis audiendi cauſa ad eccleſiam ſe conferrent: in quos hæc paulo ſuperius: Quapropter equidem hortor, rogoque vt prius confeſſione ac

Quale impudicum ſpectaculũ, in quod declamat Chryſ.

l Chryſ. ho. de Dauid & Saule.

Digitized by Google

pœnitentia,alijſque remedijs omnibus ſeſe a peccato ex theatricis ſpectaculis contracto perpurgent,atque ita diuinos audiant ſermones.] hæc ipſe,plane inſinuans Eccleſiaſticam in expiandis peccatorum ſordibus diſciplinam. A

XXX. Ceterum quod attinet ad eiuſmodi ſpectaculorum fœditatem, habes eamdem expreſſam ab ipſo Chryſoſtomo paulo apertius(quantum tamen puræ concionantis Eccleſiaſtiei linguæ licuit, & caſtis audientium auribus inferre fas erat) in homilia ſexta in Matthæi Euangelium prope finem,quam habuiſſe cum adhuc eſſet Antiochiæ,vbi Maiumæ impudens vigebat ſpectaculum; ex ſequenti homilia ſeptima ordine poſita,vbi de cognominatis ibidem primo diſcipulis Chriſtianis

Maiuma ſpectaculum vnde ſic dictum. diſcere quidem potes.Sed vnde(dices)Maiumæ nomen? Refellimus in Notis tum Suidæ,tum aliorum ſententiam illam,qua dicunt,fuiſſe Maiuma,feſtum agitari ſolitum Romæ ad Oſtia Tiberina menſe Maij,vt inde & Maiumæ nomen fuerit conſecutum. Nulla quippe eius nominis feſta antiqua Gentilium continent Kalendaria,neq.feſtorum eius menſis ſolemnium Romanis vllū erat, in quo aliquid(quod prohibet Imperator)actitaretur fœdum & indecorum.Inde in eam ſententiam pedibus iuimus,vt opinaremur Maiumæ ſpectaculum eſſe dictum a ciuitate maritima Maiuma nomine,in litture Palæſtino,vbi erat nauale Gazæ:conſtat enim eo in loco coli conſueuiſſe Venerem,cuius ſimulacrum impudicum adhuc integrum extabat hoc tempore,vt auctor eſt Marcus diaconus in rebus geſtis S. Porphyrij Gazenſis Epiſcopi. Quonam autem modo illud, haud poſt multos annos,deiectum fuerit,ſuo loco dicturi ſumus. Quod igitur aduerſus eiuſmodi obſcœna ſpectacula ſæpius videas Chryſoſtomum inclamaſſe,inde iure dicimus argumentum,ipſum Arcadio auctorem fuiſſe dictæ ſanciendæ hoc anno legis,qua impurum Maiumæ ſpectaculum penitus tolleretur.At de rebus hoc anno geſtis in Oriente,hactenus. B

XXXI. *Hieronymi translatio Periarchon Origenis.* Sed inuiſamus iam res Occidentalis Eccleſiæ. Quæ ex Origenis Periarchon tranſlatione a Ruffino perperam facta,haud mediocre paſſa fuerat Romana Eccleſia detrimentum; ad poſtea miſſam in Vrbem ad Pammachium & Oceanum,eorum precibus elucubratam a S. Hieronymo germanam eiuſdem commentarij verſionem vna cum præfatione ad eoſdem,qua Origenis manifeſtatæ ſunt hæreſes,reſpirauit. Sed vt & in his exacta temporis ratio habeatur:hæc omnia ab ipſo S.Hieronymo elaborata eſſe hoc ipſo anno Domini trecenteſimo nonageſimonono, inde ex ijſdē

a Hier. epiſ. 65. ſcriptis ipſius euidens deducimus argumentum;dum in eadem ab ipſo ſcripta epiſtola [a],ſe tractationem illam de Seraphim atq. Tiſagio in Iſaiæ ſextum caput ad Damaſum ſcriptam, ante annos viginti confeciſſe,teſtatur:quam conſtat ex his,quæ ſuo loco ſuperius ſunt enarrata,ab eo editam Conſtantinopoli,eum eſſet apud Gregorium Nazianzenum, anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimonono. Qua firmata ab eo exacta temporis ratione,haud curandum, ſi idem inferius obiter dicat iam poſt quadringentos Domini annos non eſſe admittenda in Eccleſiā noua dogmata: Cur(inquiens)poſt quadrigētos annos docere nos niteris,quod ante neſciuimus?] vel cum idē dicat,ab obitu Origenis ad illud vſq.tempus centum & quinquaginta annos elapſos,cum contingat ſex amplius numerari:nam haud in eo tunc fuit ipſe Hieronymus,vt tempora ad minutos reduceret calculos. alioqui inconſtantiæ & artis eius imperitiæ redarguendus eſſet,qui vnius temporis diuerſas ſubduxerit numeri rationes:quarum tamen illa eſt certior retinenda, quæ magis conſentiens reperitur ceteris rebus in eadem Origeniſtarum cauſa annis ſequentibus geſtis. Adiecit C

b Apud Hieron. epiſt. 66. ſe quoq. eidem a ſe tranſlato Origenis Periarchon Hieronymum epiſtolam ad Ruffinum nouiſſime ſcriptam, ipſemet teſtatur [b] in Apologia.

XXXII. *Cur S. Hieronymus detegit & damnat Origenis errores.* Porro hæc omnia eo conſilio S. Hieronymus ſe feciſſe profitetur,vt qui in ſuſpicionem criminis ex Origenis erroribus a Ruffino in præfatione in Periarchon ab ipſo tranſlato vocatus erat,ex quo quamplures Romæ ſcandalum paſſos audierat:ea ſe labe purgaret, Fideleſque ne Origenis latentibus deciperentur erroribus, admoneret,id ipſum ab eo exigentibus(vt dictum eſt) Pammachio & Oceano. quod ipſe in Apollogia priori his ſane verbis ſignificat [c]: Tuæ me, frater D

c Hieron. Apolog. 1. aduerſus Ruffinum. Pammachi,& tuorum litteræ compulerunt,dicentes (*Origenis ſcilicet libros*) ab alio fraudulenter eſſe tranſlatos,& interpolata nonnulla,& vel addita,vel mutata. Ac ne parum epiſtolis haberem fidem,miſiſtis exemplaria eiuſdem tranſlationis cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legiſſem,contuliſſemque cum Græco:illico animaduerti,quæ Origenes de Patre,Filio,& Spiritu ſancto impie dixerat,& quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cetera autem dogmata,de Angelorum ruina,de animarum lapſu, de reſurrectionis præſtigijs,de mundo vel mundis Epicuri,de reſtitutione omnium in æqualem ſtatum, & multo his deteriora,quæ lōgum eſſet retexere;vel ita vertiſſe,vt in Græco inuenerat;vel de commentario lis Didymi,qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt,exaggerata & firmiora poſuiſſe: vt qui in Trinitate Catholicum legerat,in alijs hæreticum non caueret.]& paulo inferius: Duplex in opere meo vtilitas fuit:dum & hæreticus auctor proditur,& non verus interpres arguitur. Ac ne quis me putaret ijs conſentire quæ verteram:interpretationis neceſſitatem præfatione muniui, & docui quibus lector non deberet credere.] Sed & ad Ruffinum expoſtulantem hæc ait [d]: Tantis ſpa- E

d Hier. Apolog. 2. aduerſ. Ruff. *Ruffinus cum ſuis in Hieronymum concitatus.* tijs terrarum ſeparatus,quid peccaui in te?quid commerui? An quia Origeniſten me non eſſe reſpondi? Numquid defenſio mea,accuſatio tua eſt? Et tu ſi non es Origeniſtes,vel non fuiſti,credo iuranti: ſi fuiſti,ſuſcipio pœnitentem. Quid doles,ſi id ſum,quod eſſe te dicis? An quia περὶ ἀρχῶν Origenis libros poſt te transferre auſus ſum, & interpretatio mea ſugillatio putatur operis tui? Quid poteram facere? Miſſa mihi eſt laudatio tua,id eſt,accuſatio mea. Tam fortiter me prolixeque laudaueras,vt ſi tuis laudibus acquieuiſſem,omnes hæreticū me putarent. Vide quid Romanæ ad me epiſtolæ clauſula teneat: Purga ſuſpiciones hominum,& conuince criminantem;ne,ſi diſſimulaueris, conſentire videaris. Tali conſtrictus articulo, interpretatus ſum eoſdem libros,&c.]

Hæc

A Hæc idcirco S. Hieronymus, quod eum eius tranſlatio atq. epiſtola illi præfixa Romæ editæ eſſent, mox à Ruffini atque Melaniæ ſectatoribus in ipſum Hieronymum conclamatum eſt: adeo vt rumores ac turbas iidem haud mediocres excitarint. de quibus rurſus idem S. Hieronymus [a] ad Pammachium & Marcellinum: Et veſtris (inquit) & multorum litteris didici, obijci mihi in ſchola tyrannica: Lingua canum [b] meorum ex inimicis ab ipſo: cur περὶ ἀρχῶν libros in Latinũ verterim. O impudentiam ſingularem! accuſant medicum qui venena prodiderit, vt ſcilicet φάρμακον θανάσιμον ſuum non innocentiæ merito, ſed criminis communione tueantur; quaſi culpam numerus peccantium minuat, & in perſonis nõ in rebus ſit accuſatio.] hæc ipſe. Quomodo autem tunc Ruffinus, quæ diu meditatus in S. Hieronymum fuerat, quem aduerſantem Origenis erroribus aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum, Palladium, & alios expertus fuerat, tribus accuſationum libris in eum editis ex ſtomachi nauſea euomuerit, dicemus anno ſequenti. XXXIII.

a Hieron. Apolog. aduer. Ruff. ad Pammach.
b Pſal. 67.

Porro hoc eodem anno ſcripſiſſe reperitur S. Hieronymus breuem illam epiſtolam ad Ruffinum: nam in Apologia ſua, quam elaboraſſe dicetur anno Domini quadringenteſimo ſecundo, triennio ante exacto eam eſſe Romam allatam, teſtatur, dum ait [c]: Multi Romæ eius exemplaria B habent ante hoc circiter triennium, qui tibi eum mittere voluerunt, ſcientes quæ de meo nomine iactitares, & quam indigna propoſito Chriſtiano ac nefanda cõfingeres: ego ſcripſi neſciens quaſi ad amicum, illi non reddiderunt ei, quem inimicum nouerant, parcentes & meo errori, & tuæ conſcientiæ.] hæc ipſe. Epiſtola autem ſic ſe habet [d]: XXXIIII. *Quando Hieronym. ad Ruffinũ ſcripſerit.*

c Hier. Apolo. 2.
d Hier. epiſt. 66.

Diu te Romæ moratum, ſermo propius indicauit. Nec dubito ſpiritualium parentum ad patriam reuocatum deſiderio, quem matris luctus ire prohibebat, ne magis coram doleres, quod abſens vix ferre poteras. Quod quereris ſtomacho ſuo vnumquemque ſeruire, & noſtro non acquieſcere iudicio: conſcientiæ noſtræ teſtis eſt Dominus, poſt reconciliatas amicitias, nullum interceſſiſſe rancorem, quo quempiam læderemus: quin potius cum omni cautione prouidimus ne ſaltem caſus in maleuolentiam verteretur. Sed quid poſſum facere, ſi vnuſquiſque iuſte putat ſe facere quod facit, & videtur ſibi remordere potius, quam mordere? Vera amicitia quod ſentit, diſſimulare non debet. Præfatiuncula librorum περὶ ἀρχῶν ad me miſſa eſt, quam ex ſtylo intellexi tuam eſſe; in qua oblique, immo aperte ego petor. Qua mente ſit ſcripta, tu videris: qua intelligatur, & ſtultis patet. Poteram & ego, qui ſæpiſſime figuratas controuerſias declamaui, aliquid de vetere C artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed abſit a me, vt quod reprehendo in te, imiter: quin potius ita ſententiam temperaui, vt & obiectum crimen effugerem, & amicum (quantum in me eſt) nec læſus læderem. Sed obſecro te, vt ſi deinceps aliquem ſequi volueris, tuo tantum iudicio ſis contentus. Aut enim bona ſunt, quæ appetimus, aut mala: ſi bona, non indigent alterius auxilio: ſi mala, peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Hæc apud te amice potius expoſtulare volui, quam laceſſitus publice deſæuire; vt animaduertas, me reconciliatas amicitias pure colere, & non iuxta Plautinam ſententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Frater meus Paulinianus nondum de Pauia reuerſus eſt; & puto quod eum Aquileiæ apud ſanctum Papam Chromatium videris. Sanctum quoque presbyterum Ruffinum ob quamdam cauſam per Romam Mediolanum miſimus, & orauimus vt noſtro animo & obſequio vos videret; ceteriſque amicis eadem ſignificauimus; ne mordentes [e] inuicem, conſumamur ab inuicem. Iam tuæ moderationis eſt & tuorum, nullam occaſionem impatientibus dare; ne non omnes ſimiles mei inuenias, qui poſſint figuratis laudibus delectari.] hucuſque Hieronymus ad Ruffinum; ad quem, cum diſceſſiſſet ab Vrbe Aquileiam, qui hanc acceperunt epiſtolam, mittere noluerunt, quod ſci- D rent eum in ipſum Hieronymum (vt dictum eſt) vehementer fuiſſe commotum ob auditam nouam ab eo elaboratam tranſlationem Periarchon. Hoc enim anno, antequam perueniſſent litteræ Hieronymi Romam, fuiſſe ſcriptam ab ipſo Ruffino Apologiam ad Anaſtaſium Papam, ea quæ dicentur inferius declarabunt. XXXV. *Epiſtola Hieronymi ad Ruffinum.*

e Galat. 5.

Dum hæc inter S. Hieronymum & Ruffinum aguntur, Theophilus Alexandrinæ ſedis Epiſcopus, collecta Synodo, de erroribus Origenis in medium diſſerendum proponit. Itum eſt ab omnibus in eam ſententiam, vt hæreſibus cognitis, notatis, atq. exploſis, eiuſdem Origenis & ſectatorũ eius condemnatio omnium ore conclamaretur. Quibus ſic firmiter ſtabilitis, de omnibus in ea aſſenſu omnium definitis ſcripta Synodica, eadem ad Anaſtaſium Romanum Pontificem miſſa eſt. Hæc quidem hoc anno facta eſſe, inde colligimus, quod ante annum, quam prima Paſchalis epiſtola a Theophilo ſcriberetur, Generalem hanc ex Synodo fuiſſe ſcriptam epiſtolam, S. Hieronymus [f] tradit ſcribens ad Pammachium & Marcellam. XXXVI. *Synodus Alexãdrina de erroribus Origenis.*

f Hier. epiſt. 78.

Cum interea qui in Aegypto erant Origenis errorum ſtudioſi, diligenter perquiſiti, expulſi fuerunt. Cum & Theophilus ad S. Hieronymum de his perbreues litteras dedit his verbis [g]: E Sanctus Epiſcopus Agatho cum dilectiſſimo diacono Athanaſio in Eccleſiaſtica directus eſt cauſa: quam cum didiceris, non ambigo quin noſtrum ſtudium probes, & in Eccleſiæ victoria glorieris. Namq. Origenis hæreſim in monaſterijs Nitriæ quidam nequam & furioſi homines ſerere & fundere cupientes, prophetica falce ſuccisi ſunt. Quia recordati ſumus commonentis Apoſtoli [h]: Argue eos ſeuere. Feſtina igitur & tu partem huius præmij recepturus, deceptos quoq. emendare ſermonibus. Optamus, ſi fieri poteſt, in diebus noſtris Catholicam fidem, & Eccleſiæ regulas cum ſubiectis nobis populis cuſtodire, & omnes nouas ſopire doctrinas.] hæc Theophilus ad S. Hieronymum. Miſiſſe inſuper eumdem Theophilum legatos in Palæſtinam, qui & inde Origeniſtas expellerent, litteræ S. Hieronymi redditæ ad ipſum declarant his verbis [i]. XXXVII. *Litteræ Theophili ad Hieronym. de expulſione Origeniſtarum.*

g Hier. epiſt. 69.
h Tit. 2.
i Hier. epiſt. 70.

Nuper tuæ beatitudinis percepi ſcripta emẽdantia vetus ſilentium, & me ad ſolitum officium prouocantia. Vnde licet per ſanctos fratres Priſcum & Eubulum tuus ad nos ſermo ceſſauerit; tamen quia vidimus, illos zelo fidei concitatos, raptim Palæſtinæ luſtraſſe regiones, & diſperſos regulos vſq. ad ſuas latebras perſecutos; breuiter ſcribimus, quod totus mundus exultet, & in tuis XXXVIII. *Hieronymi epiſt. ad Theophilum.*

victorijs glorietur; erectumq. Alexandriæ vexillum Crucis,& aduerſus hæreſim trophæa fulgen- A
tia,gaudens populorum turba proſpectet. Macte virtute,macte zelo fidei, oſtendiſti quod huc uſq.
taciturnitas diſpenſatio fuit,non conſenſus. Libere enim reuerentiæ tuæ loquor. Dolebamus te
nimium eſſe patientem;& ignorantes magiſtri gubernacula,geſtiebamus in interitum perditorũ.
Sed(vt video)exaltaſti manum diu,& ſuſpendiſti plagam,vt ferires fortius. Super ſuſceptione cu-
iuſdam non debes contra vrbis huius dolere Pontificem;quia nihil tuis litteris præcepiſti;& teme
rarium fuit, de eo quod neſciebat, ferre ſententiam: tamen reor illum nec audere, nec velle te ali-
quando lædere.] hæc ad Theophilum S. Hieronymus, excuſans Ioannem Hieroſolymorum Epi-
ſcopum de communicatione ante cum Origeniſtis inita, deq. eius animi conſilio inhærendi ipſi
Theophilo. Quod enim ita de viro Hieronymus ſentiat,quem antea eadem ex cauſa acriter impu
gnauerat,atque ſcriptis exagitarat;ad meliorem illum frugem reſtitutum fuiſſe, par eſt exiſtima-
re,immo & neceſſario credere & affirmare. Nam de ipſius ſede,vt de Catholicæ fidei egregij pro-
feſſoris,hæc habet S. Auguſtinus [a] ſcribens aduerſus litteras Petiliani: Cathedra tibi quid fecit
Romanæ Eccleſiæ,in qua Petrus ſedit,& in qua hodie Anaſtaſius ſedet;vel Eccleſiæ Hieroſolymi- B
tanæ,in qua Iacobus ſedit,& in qua hodiè Ioannes ſedet; quibus nos in Catholica vnitate conne-
ctimur,& a quibus vos nefario furore ſeparatis?] hæc ipſe,plane declarans eius Antiſtitem Ioan-
nem Catholicis conſenſiſſe: ſed in ſententia minime perſtitiſſe vſq. ad finem, quæ dicentur infe-
rius, declarabunt.

Excuſatur Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus.

[a] Auguſt. contra litter. Petil. lib. 2. c. 51.

XXXIX. *Res geſtæ Alexandriæ a Poſthumiano relatæ.*

Accidit autem, cum librorum Origenis cauſa tot tantæq. turbæ concitatæ eſſent Alexandriæ
atque in vniuerſa Aegypto per Theophilum eius ciuitatis Antiſtitem alioſq. Epiſcopos aduerſus
monachos ſcriptorum Origenis fautores, Poſthumianum illum, qui apud Seuerum cum Gallo
dialogum agit, Alexandriam appuliſſe,compluraq. eorum, quæ inter ambas aduerſas partes tran
ſacta fuerunt, præſentem conſpexiſſe. Soluens enim Narbona in Africam,ad tumulum S. Cypriani
martyris inuiſendum perrexit:inde vero Cyrenenſium legens ora,in Aegyptum peruenit, Hiero-
ſolymam profecturus viſendorum cauſa locorum ſanctorum. Ipſe ergo apud Seuerum de rebus
Alexandrinis, quarum hic eſt ſermo, iſta loquitur [b]: Proſpero curſu, ſeptimo die Alexandriam
peruenimus;vbi fœda inter Epiſcopos & monachos certamina gerebantur, ex ea occaſione,quia
congregati in vnum ſæpius ſacerdotes frequentibus deueniſſe Synodis videbantur,ne quis Orige C
nis libros legeret,aut haberet,qui tractator ſacrarum Scripturarum peritiſſimus habebatur. Sed
Epiſcopi quædã in libris ipſius inſanius ſcripta memorabant: quæ adſertores eius defendere non
auſi,ab hæreticis potius fraudulenter inſerta dicebant;& ideo non propter illa quæ in reprehenſio
nem merito vocarentur, etiam reliqua eſſe damnanda; cum legentium fides facile poſſit habere
diſcrimen ne falſata ſequeretur,& tamen catholice diſputata retineret. Non eſſe autem mirum,ſi
in libris neotericis & recens ſcriptis fraus hæretica fuiſſet operata,quæ in quibuſdam locis non ti
muiſſet incidere Euangelicam veritatem.

[b] Seuer. dialog. lib. 1.

XL. *Diſſidia in Aegypto occaſione ſcriptorum Origenis.*

Aduerſum hæc Epiſcopi obſtinatius renitentes, pro poteſtate cogebant recta etiam vniuerſa
cum prauis & cum ipſo auctore damnare: quia ſatis ſuperq. ſufficerent libri, quos Eccleſia rece-
piſſet; reſpuendam eſſe penitus lectionem, quæ plus eſſet nocitura inſipientibus, quam profutura
ſapientibus. Mihi autem ex his illius libris quædam curioſius indaganti,admodum multa placue
runt:ſed nonnulla reprehendi. In quibuſdam illum praua ſenſiſſe,non dubium eſt,quæ defenſores
eius falſata contendunt. Ego miror vnum eumdemq. hominem tam diuerſum a ſe eſſe potuiſſe,vt
in ea parte qua probatur,neminem poſt Apoſtolos habeat æqualem:in ea vero qua iure reprehen-
ditur,nemo deformius doceatur erraſſe. Nam cum ab Epiſcopis excerpta in libris illius multa D
legerentur,quæ contra Catholicam fidem ſcripta conſtaret:locus ille vel maximam parabat inui-
diam,in quo editum legebatur,quia Dominus Ieſus,ſicut pro redemptione hominum in carne ve
niſſet,& Crucem pro hominis ſalute perpeſſus, mortem pro hominis æternitate guſtaſſet, ita eſſet
eodem ordine paſſionis etiam diabolum redempturus; quia hoc bonitati illius,pietatiq. congrue
ret,vt qui perditum hominem reformaſſet,prolapſum quoq. angelum liberaret. Cum hæc atq. a-
lia iſtiuſmodi ab Epiſcopis proderentur,ex ſtudijs partium orta eſt ſeditio. Quæ cum reprimi ſa-
cerdotum auctoritate non poſſet,ſæuo exemplo ad regendam Eccleſiæ diſciplinam Præfectus aſſu
mitur. Cuius terrore diſperſi fratres, ac per diuerſas oras monachi ſunt fugati; ita vt propoſitis
edictis,in nulla conſiſtere ſede ſinerentur.

XLI. *Turbæ inter Monachos & Epiſcopos.*

Illud me admodum permouebat, quòd Hieronymus vir maxime Catholicus, & ſacræ legis
peritiſſimus,Origenem ſecutus primo tempore putabatur; quem nunc idem præcipue vel omnia
illius ſcripta damnaret. Nec vero auſus ſum de quoquam temere iudicare: præſtantiſſimi tamen
viri & doctiſſimi ferebantur in hoc certamine diſſidere. Sed tamen ſiue illud error eſt,vt ego ſen-
tiò, ſiue hæreſis,vt putatur:non ſolum reprimi non potuit multis animaduerſionibus ſacerdotum, E
ſed nequaquam tam late ſe potuiſſet effundere,niſi contentione creuiſſet. Iſtiuſmodi ergo turba-
tione,cum veni, Alexandria fluctuabar. Me quidem Epiſcopus illius ciuitatis benigne admodum,
& melius quam opinabar, excepit, & ſecum tenere tentauit. Sed non putauimus ibi conſiſtere,
vbi recens fraternæ cladis feruebat inuidia. Nam etſi fortaſſe videantur parere Epiſcopis de-
buiſſe; non ob hanc tamen cauſam multitudinem tantam ſub Chriſti confeſſione viuentem, præ-
ſertim ab Epiſcopis,oportuiſſet affligi. Igitur inde digreſſus, Bethlehem oppidum veni.] & poſt
nonnulla:

XLII. *Poſthumianus venit in Palæſtinam ad S. Hieronymum.*

Ego(vt dicere inſtitueram)apud Hieronymum ſex menſibus fui:cui iugis aduerſus malos pu
gna,perpetuumq. certamen concitauit odia perditorum. Oderunt eum hæretici,quia eos impu-
gnare non deſinit: oderunt clerici,quia vitam eorum inſectatur & crimina. Sed plane eum boni
omnes admirantur & diligunt. Nam qui eum hæreticũ eſſe arbitrantur,inſaniunt. Vere dixerim;
Catholica hominis ſcientia,ſana doctrina eſt:totus ſemper in lectione, totus in libris eſt: non die,

non nocte

A non nocte requieſcit: aut legit aliquid ſemper, aut ſcribit. Quod niſi mihi fuiſſet fixum animo, &
promiſſum, Deo teſte, propoſitam eremum adire; vel exigui temporis punctum a tanto viro diſce
dere noluiſſem. Huic ergo traditis & commiſſis omnibus meis, omnique familia quę me contra
voluntatem animi mei ſecuta tenebat implicitum, exoneratus quodammodo graui faſce penitus
ac liber regreſſus Alexādriam, viſitatis ibi fratribus, ad ſuperiorem inde Thebaida, id eſt Aegypti
extrema, contendi: ibi enim vaſtę patentis eremi ſolitudines plurimum ferebantur habere mona
chorum.] hactenus Poſthumianus: cuius in Aegyptum, Hieroſolymamque peregrinatio, etſi non
hoc anno, haud tamen multo poſt contigiſſe potuit. Quod autem ait auctor, Aegypti monachos
a Theophilo Epiſcopo Alexandrino, aliiſque Aegypti Epiſcopis paſſos eſſe preſſuram: coercenda
eſt freno veritatis hyperbole. Nam quod ad monachos ſpectat; nonniſi Origeniſtas, vt turbarum
auctores, expulſos eſſe, litterę eiuſdem Theophili hoc tempore ad S. Hieronymum datæ ſignifi- a Apud Hiero.
cant, quæ ſic ſe habent [a]: epiſt. 72.

Didici quod & ſanctitas tua nouerit Theodorum monachum, eiuſq. ſtudium comprobaui: XLIII.
quia cum a nobis Romam nauigaturus exiret, noluit ante proficiſci, niſi te & ſanctos fratres qui *Theophili lit-*
B tecum ſunt in monaſterio, quaſi ſua viſcera amplexaretur & inuiſeret. Quem cum ſuſceperis, pro *teræ ad S. Hie.*
Eccleſiæ tranquillitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ monaſteria, & referre poteſt continen-
tiam & manſuetudinem monachorum: quomodo extinctis & fugatis Origenis ſectatoribus, pax
Eccleſiæ reddita ſit, & diſciplina Domini cōſeruetur. Atque vtinam apud vos quoq. deponerent
hypocriſim, qui occulte dicuntur ſubruere veritatem: de quibus non bene ſentientes in his regio-
nibus fratres hæc me ſcribere prouocarunt. Quamobrem cauete & fugite huiuſmodi homines,
iuxta quod ſcriptum eſt [b]: Si quis non affert ad vos Eccleſiaſticam fidem, huic ne Aue dixeri- b Ioan. 2.
tis. Quamquam ex ſuperfluo faciam hæc tibi ſcribere, qui errantes potes ab errore reuocare: tamē
nihil nocet, & prudentes & eruditos viros pro ſolicitudine fidei commoueri. Omnes fratres, qui
tecū ſunt, nomine meo ſalutari uolo.] hactenus Theophilus. Ad hos plane monachos a Theophi-
lo pulſos alludit Poſthumianus, vbi ait: Recens fraternæ cladis feruebat inuidia.] quam auxit, dū
ab eodem expulſus eſt Paulus Epiſcopus, idemque confeſſor: cui apud Imperatorem S. Hierony-
mum fauiſſe, Ruffinus loco criminis dat Hieronymo; & ducit in argumentum, non communicaſ
ſe cum Theophilo ipſum Hieronymum, quia Paulum ab eo expulſum recepiſſet.

C Refert autem hæc ipſe S. Hieronymus, ſic dicens [c]: Porro quod interrogas, quando Papę XLIV.
Theophili ſententiam ſequi cœperim, eique fidei communione ſociatus ſim: & ipſe tibi reſpōdes: c Hiero. Apolo.
Tunc credo, quando Paulum, quem ille damnauerat, ſummo niſu & omnibus ſtudijs defende- 2. aduerſ. Ruffin.
bas: quando eum per Imperiale ſcriptum recipere ſacerdotium, quod Epiſcopali iudicio amiſe-
rat, inſtigabas.] ſubdit autem hæc pro ſua defenſione Hieronymus: Non prius (inquit) pro me re
ſpondebo, quam de aliorum iniurijs loquar: Cuius eſt humanitatis, cuius clemētiæ inſultare alio
rum miſerijs?] & inferius, cur ipſum Paulum a Theophilo condemnatum receperit hoſpitem, iſta
ſubdit: Recordare, frater, confeſſionis eius & pectoris, quod flagella ſecuerunt: memento carceris,
tenebrarum, exilij, metallorum; & non indignaberis hoſpitio tranſeūtem eſſe ſuſceptum. An ideo
tibi rebelles uidemur, quia calicem aquę frigidę in nomine Chriſti [d] ſitientibus porrigimus? Vis d Marc. 9.
ſcire unde illum & nos plus amare, & tu odiſſe plus debeas? Hæreticorum factio nuper fugata de
Aegypto & Alexandria ſe Hieroſolymam contulit, & huic voluit copulari, vt quorum unus eſſet
dolor, una fieret & accuſatio: quos ille repulit, ſpreuit, abiecit, dicens, ſe non eſſe inimicum fidei,
nec contra Eccleſiam bella ſuſcipere; quod prius tentauit, doloris fuiſſe, non perfidiæ; nec alterius
D appetijſſe innocentiam, ſed ſuam probare uoluiſſe. Impium putas, poſt ſententias ſacerdotum, Im
periale reſcriptū: quod quale ſit, nouerit ille qui meruit.] hęc de eo S. Hieronymus, ſubdens haud
ea de cauſa ſibi deſtitiſſe communicare Theophilum, qui crebris poſtea eumdem Hieronumum
litteris frequentauit.

Quiſnam autem fuerit ille Paulus, haud ſatis liquet: ſcimus tamen, hoc tempore uixiſſe in Ae- XLV.
gypto fama celebrem Paulum diſcipulum S. Petri martyris, cuius meminit Ruffinus [e] in poſte *Paulus diſcip.*
riori parte inuectiuę aduerſus S. Hieronymum. ſunt hæc eius uerba: Vbi, *nempe in Aegypto*, inter *Petri Marty-*
clariſſimos viros Paulus ſenex Petri martyris diſcipulus.] Ceterum quod ad reſcripta Imperato- *ris.*
rum pertinet de reſtituendis in ſedem damnatis: ſane quidem id fieri non debere, ſanctio Impe- e Ruffin. inuect.
ratorum lata anno ſequenti, & ſuo loco inferius recitanda decreuit. Porro eiuſmodi Imperatorū in Hieron.
reſcripta nonniſi commendatitia fuiſſe, inde certum ducimus argumentum, quod iam Concilio
rum canonibus, nempe Antiocheni & aliorum (vt ſuperius ſæpe dictum eſt) fuerit definitum, de-
poſitum a Concilio Epiſcopum, nonniſi a maiori Epiſcoporum numero eſſe reſtituendum: quam
legem etiam Ariani ſartam tectam conſeruatamq. contra Athanaſium uoluerunt. Sed ad res ge-
E ſtas hoc anno a Theophilo in cauſa Origeniſtarum oratio reuocetur.

Ex epiſtola eiuſdē Theophili ad Hieronymū nuper recitata intelligi pōt, qui a Theophilo ad XLVI.
Anaſtaſiū Papā miſſus eſt Romā, fuiſſe Theodorū monachū, eūdēq. ante S. Hieronymū inuiſiſſe. *Legationes*
Huic enim Theophilū ad eumdē Romanū Pontificem legatione fungēti Synodicas dediſſe litte- *Theophili ad*
ras de Origeniſtis Alexandrię condēnatis, par eſt credere, quibus res in Synodo geſtas aduerſus *diuerſos Epi-*
eoſdem ipſum Anaſtaſiū fecerit certiorē. At qui Theodorum monachū Romā ſibi legauit Theo- *ſcopos.*
philus, Conſtantinopolim etiam & ad alias quoque prouincias alios ſanctiſſimos Nitrię mona-
chos legatos ad diuerſos Epiſcopos miſit, eiſdēq. dedit eaſdē Synodicas litteras, alio nomine Ge
nerales nominatas, utpote quę ad oēs Catholicę Eccleſiæ Epiſcopos ſcriptæ eſſent. Teſtatur id q-
dem ipſe Theophilus in epiſtola ad S. Epiphanium Conſtantię in Cypro Epiſcopum, cui præter
Generalem illam priuatim aliam addidit, reddiditq. certiorem de rebus geſtis aduerſus Orige-
niſtas, deq. monachis qui ex Aegypto pulſi nauigaſſent Cōſtantinopolim. porro ipſam, quod haud
prolixa ſit, & rerum geſtarum ſeriem referat, hic integram deſcribemus: ſic enim ſe habet [f]: f Apud Hieron.
epiſt. 67.

XLVII.
a Hierem. 6.
Theophili epiſtola ad Epiphanium.
b Epheſ. 5.

Dominus[a] qui locutus eſt ad Prophetam: Ecce conſtitui te bodie ſuper ſedes & regna eradica A
re,& ſuffodere,& diſperdere,& rurſum ædificare,ac plantare;ſingulis temporibus eamdem Eccle
ſiæ ſuæ largitur gratiam,vt integrum corpus conſetuetur,& in nullo hęreticorum dogmata pręua
leant.Quod quidem nunc videmus expletum.Nam Eccleſia Chriſti,quæ non habet [b] maculam
neque rugam,aut aliquid iſtiuſmodi,egredientes de cauernis ſuis Origenis colubros Euangeli-
co enſe truncauit,& fœcundum Nitriæ monachorum agmen contagione peſtifera liberauit. Pau
ca ergo ex iis quę geſta ſunt,in generali epiſtola,quam ad omnes in commune direxi,prout patie
batur anguſtia temporis,comprehendi. Dignationis tuæ eſt,quæ in huiuſcemodi cettaminibus
ſæpe ante nos pugnauit,& poſitos in prœlio conſolari, & congregare totius inſulæ Epiſcopos,ac
Synodicas litteras tam ad nos,quam ad Conſtātinopolitanę urbis Epiſcopum,& ſi quos alios pu-
taueris,mittere:vt conſenſu omnium & ipſe Origenes nominatim & hęreſis nefaria condemne-
tur. Didici enim, quod calumniatores ueræ fidei Ammonius, Euſebius, & Euthymius
nouo pro hæreſi fauore bacchantes Conſtantinopolim nauigarint,vt & nouos,ſi quos naluerint,
decipiant,& ueteribus ſuę impietatis ſociis coniungantur. Curę igitur tuæ ſit,vt cunctis Epiſco-
pis per Iſauriam atque Pamphiliam,& ceterarum prnuinciarum,quæ in uicino ſunt, rei ordinem B
pandas,& noſtram,ſi dignum putas,epiſtolam ſubijcias:vt omnes uno ſpiritu congregati,cum uir
tute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradamus eos ſatanę in interitum impietatis,quę poſſidet eos.
Et ut celerius uoſtra Conſtantinopolim ſcripta perueniant,mitte induſtrium virum, & aliquem
de clericis,ſicut & nos de ipſis Nitriæ monaſteriis patres monachorum cum alijs ſanctis & conti
nentiſſimis viris miſimus,qui poſſint cunctos in præſenti docere quæ geſta ſunt. Et ſuper omnia
quæſumus,ut impenſas ad Dominum fundas preces,quo poſſimus etiam in iſto certamine victo
riã conſequi. Non enim parua lætiria & in Alexandria & per totã Aegyptũ populorũ corda perua-
ſit,ex quo pauci homines eiecti ſunt,ut purum corpus Eccleſiæ pmaneret. Saluto fratres,qui tecũ
ſunt. Te plebs,quæ nobiſcum eſt,in Domino ſalutat.] hactenus Theophili litteræ ad Epiphanium.

XLVIII.]
c Apud Hieron. epiſt. 71.
Epiphanij epiſtola ad Hieronymum.
d Exod. 17.

Ipſe autem Epiphanius,accepta Generali a Theophilo epiſtola,mittens eam ad S. Hierony-
mum,illi & coniunxit ſuas ad eum has perbreues litteras [c]:

Generalis epiſtola,quę ad omnes Catholicos ſcripta eſt,ad te proprie pertinet, qui zelum fi-
dei aduerſus cunctas hęreſes habes,& Origenis proprie & Apollinarij diſcipulis aduerſaris:quo
rum venenatas radices & in altum defixam impietatem omnipotens Deus protraxit in medium, C
vt in Alexandria prodite,in toto Orbe areſcerent. Scito enim,fili cariſſime, Amalech vſque ad
ſtirpem eſſe deletum[d],& in monte Raphidim erectum trophæum Crucis. Etenim quomodo,por
rectis in altum Moyſi manibus,vincebat Iſrael; ſic Dominus confortauit famulum ſuum Theo-
philum,ut ſuper altare Eccleſiæ Alexandrinę contra Origenem vexillum poneret, & impleretur
in eo quod dicitur:Scribe ſignum hoc,quia delebo funditus Origenis hęreſim a facie terrę cum ip
ſo Amalech. Et ne uidear eadem rurſum iterare,& prolixiorem epiſtolam texere: ipſam ad vos
ſcriptam direxi,vt ſcire poſſitis,quæ nobis ſcripſerit,& quantum boni ultimæ ętati meæ conceſſe
rit Dominus,ut quod ſemper clamabam,tanti Pontificis teſtimonio probaretur. Iam autem pu-
to & te aliquid operis edidiſſe, & iuxta priorem epiſtolam,qua te ſuper hac re fuerã cohortatus,
elimaſſe librum,quem tuæ linguæ homines legant. Audio enim & ad Occidentem quorumdam
hominum naufragia perueniſſe,qui non contenti proditione ſua,uolũt plures mortis babere par
ticipes;quaſi multitudo peccantium ſcelus minuat, & non numeroſitate lignorum maior geben-
nę flamma ſuccreſcat. Sanctos fratres,qui tecum ſunt in monaſterio Domino ſeruientes,& tecum
& per te plurimum ſalutamus.] hęc ad Hieronymum Epiphanius:quibus intelligas, nondum vul- D
gatam fuiſſe in Oriente damnationem Origenis & Origeniſtarum Romæ ab Anaſtaſio factam,cũ
iam Theophili ibidem legeretur Generalis epiſtola.

XLIX.
Hieronymus vertit in latinum epiſtolas Theophili.
e Hier. Apolog. aduerſ. Ruffin.
f Hier. epi. 78.

Porro non Synodicam tantum epiſtolam,ſed etiam Paſchalem datas eſſe a Theophilo, certũ
eſt,alteram in Synodo ſcriptam,alteram uero priuatim ad indicandum Paſchale tempus(ex mo-
re)ad Eccleſias datam:ſed eam anno ſequenti(vt oſtendetur)qua pariter Origenis damnatio p
clamaretur,S. Hieronymus Latinitate donauit:ſicq. una cum Gręco textu a Romana Eccleſia eas
a ſe miſſas Hieronymus accipi uoluit; idemq. prętitit de alia Paſchali eiuſdem Theophili poſt
annum ſequentem data. Teſtatur id ipſe quidem in Ruffinum [e] agens,cum ait:Duas, Synodicã
& Paſchalem eius epiſtolas contra Origenem illiuſq. diſcipulos, & alias aduerſus Apollinarium
& Origenem per hoc ſerme biennium interpretatus ſum, & in ędificationem Eccleſię legendas
noſtrę linguę hominibus dedi.] Idem ſcribens ad Pammachium atque Marcellam poſt annum ſe-
quentem,cum poſteriores Paſchales Theophili litteras mittit,has a ſe tranſlatas,Romamq. eſſe a
ſe miſſas,his uerbis oſtendit [f]: Rurſus Orientalibus vos locupleto mercibus, & Alexandrinas
opes primo Romam vere tranſmitto.] Sed cur in his tantam Hieronymus exhibuit diligentiam? E
Vt tum Theophili epiſtolis,tum earum a ſe facta tranſlatione, Orbi uniuerſo innoteſceret dam-
natio Origenis. Audi enim quę ibi ipſe ad Pammachium atque Marcellam ait: Vbi hæreſis,quæ
ſibilabat in mundo,& me & Papam Theophilum ſui iactabat erroris; latrantq. impudentiſſimo-
rum canum ad inducendos ſimplices noſtrum mentiebatur aſſenſum? Oppreſſa eſt eius auctori-
tate & eloquentia,&c.]

L.
Differentia epiſtolarũ Theophili.

Sed pro harum differentia litterarum,quæ prius,quęve poſterius datę ſint,ex earum argumẽ
to quas idem Hieronymus eadem ipſa epiſtola ad Pammachium atque Marcellam dedit, poteri
mus intelligere,ubi ait: Vos Chriſtiani Senatus lumina,accipite & Gręcam & Latinam etiam hoc
anno epiſtolam,ne rurſum hęretici mentiantur a nobis pleraque vel addita,uel mutata:in qua la
boraſſe me fateor,ut uerborum elegantiam pari interpretationis uenuſtate ſeruarem, & intra de
finitas lineas currens,nec in quoquam excedens loco,eloquentiæ eius fluenta non perderem,eaſ
demq. res eodem ſermone transferrem:quod vtrum conſecutus ſum,nec ne,veſtro iudicio relin-
quo.

Digitized by Google

A quo. Quam ſciatis in quatuor partes eſſe diuiſam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Paſcha celebrandum. In ſecundo & tertio loco Apollinarium & Origenem ingulat. In quarto, id eſt extremo, hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus aduerſus Origenem dictum eſt, in pręteriti anni epiſtola continetur: & hęc, quam modo vertimus, breuitati ſtudens, dicere plura non debuit. Porro contra Apollinarium ſuccincta fides & pura profeſſio non caret ſubtilitate dialectica, quę aduerſarium ſuum, extorto de manibus eius pugione, confodit. Orate Dominum, ut quod in Gręco placet, in Latino non diſpliceat; & quod totus Oriens miratur & p̃dicat, læto ſinu Roma ſuſcipiat; prędicationem quoque cathedrę Marci Euangeliſtæ cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confirmet: quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatũ quoque Papam Anaſtaſium eodem feruore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hęreticos perſecutum: eiuſq. litterę doceant, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt: cui multos imprecamur annos; ut hęreſeos rediuiua plantaria, per illius ſtudium longo tempore arefacta, moriantur.] hæc de litteris a Theophilo ſcriptis ſanctus Hieronymus, nempe una Synodica, ac duabus Paſchalibus duorum annorum ſpatio intercurrente datis.

B Quod uero ad Synodicam ſpectat; eadem (vt ipſe teſtatus eſt) ab ipſo Hieronymo Latinitati tradita, deſideratur: nam licet tres extiterint Theophili epiſtolæ, nulla earum Synodalis eſt: ſed eædem omnes Paſchales eſſe intelliguntur, utpote quibus indicatur venturus Paſchalis ex ipſius met Theophili calculis dies; Synodica vero nulla, quæ ex Synodo aliqua data poſſit intelligi. Porro quinque a Theophilo datas eſſe generales epiſtolas, quarum eſt memoria apud ſanctum Hieronymum, eiuſdem auctoris teſtificatione exploratum habetur: quarum omnium ſi tempus, quibus ſingulę datę ſunt, inſpiciatur, ipſa quoque rerum geſtarum ſeries concinno ordine diſponetur. Earum igitur omnium prima eſt illa hoc anno ex Synodo data, eaq. ex cauſa appellata Synodica: ſecunda Paſchalis dicta aduerſus Origenem & eius diſcipulos peculiariter ſcripta, quę etiam deſideratur: hæcq. illa eſt, de qua ipſe Hieronymus in epiſtola ad Pammachium & Marcellam ſcribit, [a] cum ait: Si quid autem hic minus aduerſus Origenem dictum eſt, in præteriti anni epiſtola cõtinetur.] de ambabus his idem Hieronymus ubi ſupra aduerſus Ruffinum agens [b] meminit, atq; de tertia aduerſus Apollinarium & Origenem ſcripta, cum ait: Duas, Synodicam & Paſchalẽ eius epiſtolas contra Origenem illiuſq. diſcipulos, & aliam aduerſus Apollinarium & eumdem Origenem per hoc ferme biennium interpretatus ſum.] Porro tertiam hanc epiſtolam illam eſſe certum

LI. De epiſtolis a Theophilo ſcriptis ratio temporis

a Hier. epiſt. 78.
b Hiero. aduerſ. Ruffin.

C eſt, cuius argumentum in quatuor partes diuiſum ab eodem Hieronymo in dicta epiſtola ad Pammachium atque Marcellam data deſcribitur [c]. Habes iam tres a Theophilo datas epiſtolas, vnã Synodicam, duas Paſchales: quarum poſterior extat, eſtq. eius exordium: Primum [d] ſolemnitatis auguſtę ſermo, &c.] Rurſus vero poſt hanc alia ſequitur ordine ſecunda in codice, dicenda tamen Theophili quarta, Paſchalis uero tertia, quæ ſic incipit [e]: Chriſtum Ieſum Dominum glorię, &c.] Poſt hanc additur alia, dicenda Paſchalis quarta, ſed quinta ordine collocanda (vt patet ex ordine præcedentium) quæ ita exorditur [f]: Nunc quoque Dei una Sapientia, &c.] cuius argumentum deſcribitur a ſancto Hieronymo in epiſtola ad Theophilum [g], quam ipſe in Latinum ſe uertiſſe ait, cum haud pridem S. Paula ex hac vita migraſſet, cuius tranſitum ad Deum contigiſſe certum eſt Honorio Aug. VI. & Ariſtenero Coſſ. anno Domini quadringenteſimoquarto. cuius temporis certa habita ratione, dicendum eſt, vltimam Paſchalem, earum ſcilicet quarum mentio eſt apud S. Hieronymum, ordine quartam, datam a Theophilo eſſe anno Domini quadringenteſimo tertio.

c Hier. epiſt. 78.
d Extat tom. 2. Bibl. ſanctę.
e Ibidem.
f Ibidem.
g Hier. epiſt. 31.

D Cum enim Paſchalis epiſtola primo conſueuerit mitti Romam ad Romanum Pontificem, a quo reliquæ accepturę eſſent Eccleſię, in die Epiphaniæ Domini diaconorum præconio inter ſacra peruulganda (prout dictum eſt ſuo loco pluribus tertio Annalium tomo, ubi de Concilio Nicæno ſermonem habuimus) vtique non eodem anno, cuius Paſcha indicebatur, ſed ſuperiori ab eo Paſchalem ſcribi epiſtolam oportuit atque mitti. Qua quidem habita ratione, certo temporis ordine ita omnes a Theophilo datę illæ quinque epiſtolæ diſponuntur, ut hoc anno (prout demonſtratum eſt) ex Synodo Alexandrina ſcripta a Theophilo Synodica fuerit de condemnatione Origenis & eius doctrinæ inhærentium Origeniſtarum: ſequenti autem anno data fuerit prima Paſchalis pro eo qui ſequitur anno, nempe quadringenteſimoprimo: quo item anno quadringenteſimo primo edita fuerit ſecunda Paſchalis pro anno quadringenteſimo ſecũdo: tertia uero promulgata fuerit ipſo anno Domini quadringenteſimo ſecundo pro ſequenti anno quadringenteſimo tertio: quarta vero Paſchalis (vt memorauimus) ſcripta ſit ipſo anno quadringenteſimo tertio pro quadringenteſimo quarto, quo eam in Latinum uertit S. Hieronymus, defuncta iam paulo ante S. Paula eodem anno, menſe Ianuarij. Hęc conuenire cum editis ab ipſo Theophilo Paſchalibus

LII. Quo ordine tẽporis ſcripta ſint epiſt. Paſchales Theophili.

E Cyclis, curioſus explorator inueniet. Porro ſucceſſiuo ordine, annis ſingulis ſingulas eodem argumento aduerſus Origenis hęreſim & eius ſectatores eſſe datas dictas epiſtolas liquet: cum alioqui alijs quoque annis (vt ante diximus) ſingulis ſingulas dare ſoleret Paſchales. At ſcrupuloſam hanc Theophili epiſtolarum diſquiſitionem ad exactam temporum rationem minime prætermiſiſſe oportuit.

Quænam autem poſt ſcriptas hoc anno ab Anaſtaſio Papa Origenis & Origeniſtarum damnationis litteras fuerint ſubſecuta; quidve Ruffinus a communione Catholica alienus poſt hęc in S. Hieronymum molitus ſit: rurſum uero quid egerint aduerſus Theophilum Alexandrinum Epiſcopum monachi Origeniſtę ab eodem in Aegypto damnati atque expulſi, cum peruenerunt profugi Conſtantinopolim: ſequenti anno dicturi ſumus, quo res ab eis geſtæ contigiſſe noſcuntur. Hoc autem anno id confectum eſt, vt uno eodemq. tempore & Alexandrię in Synodo a Theophilo, Origenes cum Origeniſtis penitus damnarentur, & Romæ ab Anaſtaſio Papa id ipſum publica ſententia pręſtaretur. Quàm bene accidit, ut in Occidente quam citiſſime pullulans hęreſis cõ

LIII. Origenis errores damnati Alexandrię, & Romæ eodem tempore.

uulſa

Occidens liber ab hereſi Origenis.

a Hieron. epiſt. 71.

unſa penitus exaruerit : in Oriente uero ſic compreſſa licet ad tempus ſiluerit, in nonnullorum A tamen monachorum cordibus altioribus fixa radicibus, ad poſteriora tempora infauſtis propagata germinibus pullulauerit. De extincta autem ſtatim in Occidente Origenis hæreſi teſtatur S. Hieronymus in epiſtola ad Theophilum data, qua in primis hæc ait [a]: Nequaquam amplius antiquus ſerpens ſibilat; ſed contortus & euiſceratus, in cauernarum tenebris delitescens, Solem clarum ferre non ſuſtinet. Qui quidem ſuper hac re, antequam ſcriberes, ad Occidentem epiſtolam miſeram, ex parte hæreticorum ſtrophas meę linguę hominibus indicans. Ex diſpenſatione Dei factum puto, ut eo in tempore tu quoque ad Anaſtaſium Papam ſcriberes, & noſtram, dum ignoras, ſententiam roborares. Verum a te nunc admoniti, magis ſtudium accommodabimus, vt hic & procul ſimplices ab errore reuocemus.] & poſt alia, hæc ſubdit: Vincentius presbyter ante biduum, quam hanc epiſtolam darem, de Vrbe venit, & ſuppliciter te ſalutat, crebroq. ſermone concelebrat, Romam & totam Italiam tuis poſt Chriſtum epiſtolis liberatam.] hęc Hieronymus. Atque de anni huius cauſa Origeniſtarum hactenus: iam vero ad reliquas huius temporis res geſtas Eccleſiæ Africanæ orationem flectamus haud inuitam.

LIV.

Diruta idolorum templa.

b S. Auguſti. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 54.

Hoc eodem anno, ſequenti ſcilicet ab eo, qui Gentilium deorum reſponſis fatalis prædictus B erat, ut chriſtiana religio penitus exciſa deficeret: Dei prouidentia factum eſt, vt deorum templorum & in eis conſiſtentium idolorum facta fuerit ubique proſtratio ac demolitio, cōtra vero Chriſtianæ religionis res magna creuerint acceſſione. Id quidem diſertis uerbis ſanctus Auguſtinus affirmat, dum ait [b]: Sequenti anno, Conſule Manlio Theodoro, quando iam ſecundum illud oraculum dæmonum, aut figmentum hominum, nulla eſſe debuit Chriſtiana religio; quid per alias terrarum partes forſitan factum ſit, non fuit neceſſe perquirere. Interim, quod ſcimus, in ciuitate notiſſima & eminentiſſima Carthagine Africæ, Gaudentius & Iouius Comites Imperatoris Honorij, quartodecimo Kalendas Aprilis, falſorum deorum templa euerterunt, & ſimulacra fregerunt. Ex quo uſque ad hoc tempus per triginta ferme annos, quis non uideat quantum creuerit cultus nominis Chriſti, pręſertim poſteaquam multi eorum Chriſtiani facti ſunt, qui tamquam vera illa diuinatione reuocabantur a fide, eamque completo eodem annorum numero inanem irridendamque uiderunt?] hęc Auguſtinus poſt Conſulatum Honorij quartum cum Eutychiano, Conſule Manlio. Ex quibus alijſq. ſuperius dictis corrigendum eſt inuerſum Chronicon Proſperi, ubi poſt Conſulatum Manlij ponitur Conſulatus Honorij cum Eutychiano, ordine quidē C prępoſtero. De quo ne aliqua remaneat vllatenus dubitatio: ecce tibi Claudianus in Panegyrico eiuſdem Theodori Conſulatus, quem pręceſſit quartus Honorij, iſta cecinit [c];

c Clau. in Conſ. Theod.

Quem quater ipſe gerit, perfecto detulit anno:
Depoſuitq. ſuas, te ſuccedente, curules.]

LV.

Leges hoc anno latæ aduerſus idola.

Ceterum cum de templis diruendis manarint anni huius exordio ab Honorio Imperatore reſcripta: cum populus Chriſtianus conſerto agmine impetum faceret in celſa & auguſta quæque templorum ędificia, non ſine vrbium (vt videbatur) immenſa deformitate: placuit eidem Honorio Imp. poſterioribus reſcriptis iubere, ut ubique populus a diruendis publicis ędificijs abſtineret: itemque alio edicto promulgato, ut ſpectacula minime haberi prohiberentur, quæ tamen eſſent ab omni ſacrificio & Gentilicia ſuperſtitione pura. Sed age iam, quo hæc ipſa notiora fiant, eadem hic deſcribamus edicta, atque illud in primis menſe Ianuarij datum his verbis [d]:

d l. 15 de Paga. Cod. Theod. & Cod. Iuſtin. eod. tit. l. 3.

Sicut ſacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta ſeruari: ac ne ſibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere; ſi quod ſcriptum, ſi qua lex forte prętenditur; erutæ huiuſmodi chartę ex eorum manibus ad noſtram ſcientiam deferantur, &c. Dat. IIII. D Kalend. Februar. Rau. Theodoro V. C. Conſule.] hęc ad Macrobium P. P. Hiſpaniarum, & ad Proclianum Vicarium Quinque prouinciarum Honorius. Idemq. hoc eodem anno ad Apollodorum Proconſulem Africę his verbis reſcripſit [e]:

e l. 18. eod titul. Cod. Theod.

Aedes inlicitis rebus vacuas noſtrarum beneficio ſanctionum ne quis conetur euertere. Decernimus enim, ut ędificiorum quidem ſit integer ſtatus. Si quis vero cum ſacrificio fuerit deprehenſus, in eum legibus uindicetur, depoſitis ſub Officio idolis, diſceptatione habita, quibus etiā nunc patuerit cultum vanæ ſuperſtitionis impendi. Dat. IIII. Kalend. Septembris, Patauio, Theodoro V. C. Conſ.]

LVI.

f l. 17. eod. titu. & Cod. Iuſtin. eod. tit. l. 4.

Ludi permiſſi ... in Ciuitatibus.

Quod autem ſpectat ad ludos, ad eumdem Proconſulem Africæ idem Honorius Imperator iſta reſcripſit [f]:

Vt profanos ritus iam ſalubri lege ſubmouimus; ita feſtos conuentus ciuium, & communem omnium lętitiam* non patimur ſubmoueri. Vnde abſque ullo ſacrificio, atque vlla ſuperſtitione damnabili, exhibere populo voluptates, ſecundum veterem conſuetudinē, inire ĉt feſta cōuiuia, ſi quã exigunt publica uota, decernimus. Dat. XIII. Kal. Septemb. Patauio, Theodoro V. C. Conſ.] E

LVII.

* licentiam

g l. 16. de Pagan. Cod. Theod.

Quid Arcadius aduerſus Deorum templa.

In Oriente etiam Arcadius Imperator ad Eutychianum P. P. reſcripſit, ut illa templa idolorum diruerentur, quę eſſent in agris. Sunt autem hæc verba reſcripti [g]:

Si qua in agris templa ſunt, ſine turba ac tumultu diruantur. His enim deiectis atque ſublatis, omnis ſuperſtitionis materia conſumetur. Dat. III. Idus Iulij, Damaſco, Theodoro V. C. Conſ.] Verum quæ reliqua erant templa in ciuitatibus, vt Gazę Marnęum, ad biennium integra perſeuerarunt.

h Proſp. de prædict. lib. 3. c. 38.

Sed quod ad templa in vrbibus poſita pertinet; etſi ab eorum demolitione vetiti ſunt Chriſtiani, ijſdem tamen potiri conceſſum eſt. Magna quidem gloria Chriſtianæ religionis effulſit, cū arbitrio ipſius Antiſtitum clauſis diu deorum templis, nunc reſeratis, vexilloq. illuc Crucis illato, comitantibus clero atque fideli populo, idola frangerentur, & ſimul cuncta, quæ ſuperſtitionis ſigna referrent, penitus tollerentur. Quid autem acciderit tunc Carthagine de templo Cæleſtis omnium famoſiſſimo, S. Proſper narrat his verbis [h]:

Apud

LVIII. *Quid Carthagine in templo Cæleſtis Idoli.*

A Apud Africam Carthagini Cæleſtis ineſſe ferebant templum, nimis Amplum, omnium deorũ ſuorum ædibus vallatum, cuius platea lithoſtrata pauimento ac prætioſis columnis & mœnibus decorata, prope in duobus fere millibus paſſuum protendebatur. Cum diutius clauſum, incuria, ſpinoſa virgulta circumſeptum obruerint, velletq. populus Chriſtianus vſui veræ religionis vindicare dracones, aſpideſq. illic eſſe ob cuſtodiam templi, Gẽtilis populus clamitabat.]Quo magis Chriſtiani feruore ſuccenſi, ea facilitate omnia amouerunt illæſi, quo tẽplum ſuo vero cæleſti Regi & Domino conſecrarent. Nam cum ſancta Paſchæ ſolemnis ageretur feſtiuitas, collecta illic & vndique omni curioſitate etiam adueniens multitudo ſacerdotum multorum pater & dignæ memoriæ nominandus Antiſtes Aurelius, cæleſtis iam patriæ ciuis, cathedram illic loco Cæleſtis & habuit & ſedit. Ipſe tunc aderam cum ſocijs & amicis, atque(vt ſe adoleſcentium ætas impatiens circumquaque vertebat) dum curioſi ſingula quæque pro magnitudine inſpicimus, mirum quoddam & incredibile noſtro ſe ingeſſit aſpectui, titulus æneis grandioribuſq. litteris in frontiſpicio tẽpli conſcriptus, AVRELIVS PONTIFEX DEDICAVIT. hunc legentes populi, mirabantur, præſago tunc ſpiritu acta, quæ præſcius Dei ordo certo iſto fine concluſerat,

LIX. *Vaticinia Gentilium contra ipſos conuerſa.*

B Cumq. a quodã Pagano falſum vaticinium, velut eiuſdem Cæleſtis proferretur, quo rurſum & via & templa priſco ſacrorũ ritui redderentur; ille, ille(inquã) verus Deus, cuius prophetica vaticinia neſciunt omnino mentiri, nec fallere, ſub Conſtantio & Auguſta Placidia, quorum nũc filius Valentinianus pius & Chriſtianus imperat, Vrſo inſiſtente Tribuno, omnia illa templa ad ſolum vſque perducta, agrum reliquit, in ſepulturam ſcilicet mortuorum: ipſamq. viam ſine memoria ſui nunc Vuandalica manus euertit.]hæc ipſe: ex his quoque & vides, quibus ex cauſis creuerit Fidelium æmulatio in templis deorum demoliendis, quæ clauſa penitus, eſſe deſpectui, illi patiebantur inuiti. Cum enim Gentilium pertinacia impatiens dedecoris & contumeliæ deorum templa penitus inacceſſa manere, falſis oraculis in vulgus ſparſis, fore iactabat, vt abolita Chriſtiana religione idololatria iam compreſſa maiori reſurgeret gloria, templaq. rurſus aperienda, & numeroſiori multitudine frequentanda: quo hæc inanis prædictio caſſa penitus redderetur, ante eorum oculos ipſorum templa Fideles e fundamentis ſolo proſternere conabantur: vt ſic tandem Gentilitas deſperata fatiſcens, victa daret victoribus manus, nomenq. Chriſtianæ militiæ. Quod quidem ex ſententia eueniſſe, ea quæ nuper ſunt ex ſancto Auguſtino [a]. recitata, teſtantur.

a Augu. in Luc. ſerm. 19.

LX. *Romanis etiã venerandum Cæleſtis idolũ.*

C Hic tandem finis fuit famoſiſſimi idoli Cæleſtis Carthaginenſis, eiuſq. templi omniũ in Africa celeberrimi. Adhuc vero vt Chriſti gloria ex eius demolitionis idoli victoria parta magis magiſq. omnibus innoteſcat, hic paululum immorandum, deque eodem idolo & eius origine & nomine eſt pluribus diſſerendum: omnia enim hæc conducunt ad Chriſti de peruerſiſſimo dæmone expugnato triumphum. Primum enim ſciendum eſt, eiuſmodi Cæleſtis Carthaginenſis idolum etiã Romanis maxime venerandum fuiſſe: quod ex eo quiſque poterit intelligere, dum ex Senatuſconſulto atque Principum placitis iſtud ipſum paucis conceſſum aſſecutum fuerit priuilegium, vt poſſet heres inſtitui. Nam Vlpianus [b] I. C. hæc de his habet:

b Vlpian. tit. de his qui hered inſtit. poſſunt poſt Cod. Theod.

* Ilienſem

LXI. *De Cæleſtis Dei Carthaginenſium origine.*

* Cæleſtum

Deos heredes inſtituere non poſſumus, præter eos quos Senatuſconſulto, cõſtitutionibus Principum inſtituere conceſſum eſt, ſicut Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, ſicuti Martem in Gallia, Mineruam Melienſem *, Herculem Gaditanum, Dianam Epheſiam, Matrem Deorum Cybelem, quæ Smyrnæ colitur, & Cæleſtem * Salinenſem Carthaginis.]hæc Vlpianus.

Sed quodnam numen Cæleſtis nomine declaratur? Prima quidem fronte dixeris, eſſe Saturnum: nam cum Lactantij [c], tum aliorum plurium teſtificatione expreſſum habetur, peculiarem

D Deum Afris fuiſſe Saturnum, cui humanas hoſtias immolarent [d]. Cum igitur conſtet Cæleſtem fuiſſe ſummo apud eos honore habitum: eumdem fuiſſe Saturnum cum Cæleſtẽ, certum videri poteſt. His accedit Tertulliani Carthaginenſis hominis ſumma auctoritas, dum primum hæc ait in Apologetico [e]: Vnicuique prouinciæ & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Africæ Cæleſtis.]Idemq. poſtea in Scorpiaco [f] iſta ſubdit: Afrorum Deum Saturnum placari victimis hominum.]Quibus accedit, quod a Græcis Saturnus οὐρανὸς (quod & Phornutus ait) Cælus eſt appellatus, ſeu Cæleſtis. His adiungitur, quod Saluianus [g] Cæleſtem, non Deam, ſed Deum appellat.

c Lact. de falſ. relig. c. 21.

d Sil. Italic. & alij.

e Tertu. Apolog. cap. 24.

f Tertu. in Scorpiac. c. 7.

g Saluia. de prouiden. Dei. lib. 8.

LXII. *Cæleſtis Dea Carthaginẽſiũ peculiaris.*

Verum Cæleſtem, non Dei, ſed Deæ fuiſſe nomen, ex eodem Tertulliano [h] in primis accipimus, vbi ait: Iſta ipſa virgo Cæleſtis pluuiarum pollicitatrix, &c.]Iſta ipſa, nempe, quæ Carthagine colitur. Sed S. Auguſtinus [i], eius gentilis, vtpote Afer, virginem Cæleſtem nominat. Deam quidẽ & non Deum fuiſſe apud Ethnicos exiſtimatum, declarat etiam preſens inſcriptio inciſa baſi, ſuper quam Cæleſtis ſimulacrum collocatum erat [k].

h Tertu. Apolog. cap. 24.

i Aug. de Ciuit. Dei, lib. 2. c. 4.

k Romæ apud Alexand. Borganum.

INVICTÆ
CÆLESTI
E AVR. ONESI
MVS. D D

Et Apuleius, idemq. ipſe Africanus, eamdem virginem appellat, Iunonemq. fuiſſe ait [l], cum ita eam compellat: Magna Iouis germana & coniuga, ſiue tu Sami querulo partu, vagituq. & alimonia tua gloriaris; ſiue celſæ Carthaginis, quæ te virginem vectura leonis cælo commeantem percolit, beatas ſedes frequentas, &c.]Cuius quidem imaginem in antiquis nummis expreſſam hic reddendam putauimus. Conſiſte hic parum, quæſo, lector: haud enim otioſe tibi hoc exhibitum fuiſſe ſpectaculum ſenties. Vides hic duorum formas numiſmatum editas, alterius Seueri Imperatoris, alterius vero eius filij Antonini; atque in ambobus, a tergo ipſorum, Carthaginenſium Deæ Cæleſtis ineſſe ſigna. Meminiſſe autem debes, dictum eſſe ſecundo Annalium tomo effigiata eiuſmodi fuiſſe numiſmata cum inſcriptione, INDVLGENTIA AVGG. quòd Seuerus Imp. vna cũ filio plurima Carthaginenſibus contulerit beneficia.

l Apul. de aſin. lib. 6.

Cum

a Niceph. lib. 13. c. 4.

Noua cauſa iræ Imp. in Eutropium.

rit: hic reddenda eſt cauſa, quam quidem infenſum reddidiſſe Eutropium ipſi Imperatori, Nice- A
phorus [a] affert his verbis, incipiens ab injuria in Eudoxiam Auguſtam ab eo illata: Super alia
enim conuicia, & illud minabundus adiecit, breui fore, vt ex Imperiali aula abductam, ipſe domũ
remittat. Illa autem vehemẽti feruens ira, filiolam vtramque (*nempe Pulcheriam & Arcadiam*) in
vtriſque vlnis ferens, ad virum acceſſit, queritans atque lamentans: liberos etiam commiſeratio-
nis gratia protẽdens, prolixe collacrymauit: alia inſuper fecit, quæ mulierem indignatione flagrã-
tem, & virum ad condolentiam pertrahere volentem, facere par eſt. Atque Arcadius coniugem &
liberos miſeratus, ad iram ipſe quoque accenſus eſt, ardentiq. iracundia & verborum potiſſimum
grauitate Imperatorem verum ſe præſtitit. Proinde Eutropium dignitate omni & opibus cun-
ctis ſpoliatum in Cyprum inſulam exulatum miſit. Breui vero poſt, quod eo tempore, cum Con-
ſulatum inijt, ornamentis præter dignitatem vſus eſſet, quæ ſoli Imperatori geſtare liceret, accu-
ſatus, atque inde abductus, & apud Pantychium, vbi iudicum concilium conſederat, Aureliano
Præfecto, alijſq. illuſtribus viris cauſam eius cognoſcentibus, grauium criminum reus pertractus,
capitis ſuplicium ſubijt. Res Eutropij ita ſe habuere.] hactenus Nicephorus.

XXIII.

Eutropius Ethnicus fuit.

b Proſper. de prædict. par. 3. c. 38.

Sed nec tacendum de Eutropio, quod magni momenti eſt ſciſſe (ne quid excidat) fuiſſe ipſum B
Ethnicum, a religione Chriſtiana penitus abhorrentem. vnde ex his amplius habes, quo offeras
Chriſti præconia, dum Chriſtianorum & Eccleſiæ hoſtem, vt necẽ effugeret, ad Chriſti altare pro
fugum cõpulit, inuitum licet, confiteri vel facto ſaltem Chriſti potentiam. Quod enim Gentilis
fuerit Eutropius (licet id alij dicere prætermiſerint) auctor eſt S. Proſper, qui res geſtas ſui tempo
tis ſcripſit: de ipſo enim poſt Symmachum æque Ethnicum hæc ait [b]: Eutropius quoque prepo
tens plurimum, anima & mente Paganus, cum in cõtumeliam Eccleſiæ edictum obreptitie ab Ar
cadio Chriſtiano Imp. ſurriperet, vt ſi quis ad eam confugeret, etiam ab altari ſublatus, pœnas
lueret ampliores; diuino iudicio ſuæ ſentẽtiæ prior propinatus eſt: offenſam quippe prædicti Re-
gis incurrens, ad eius refugium, quam oderat, cõuolauit. Quem ſancta mater pietatis gremio ſuo
ſuſcepit inimicum: cui per venerabilem ſacerdotem Ioannem impetrans veniam, oſori & ſuperbo
vitam contulit & ſalutem: eius exemplo cunctos admonens inimicos, vanum eſſe eis contra [c] ſti
mulum calcitrare.] hæc Proſper.

c Act. 14.

XXIIII.

Imp. ſententia in Eutropium.

d L. 17. de pœnis Cod. Theod.

Ad poſtremum autem recitanda his nobis eſt ſenteutia exilij in Eutropium ab Arcadio lata,
publiciſque locis affixa: retinent adhuc eam indelebili memoria tabulæ Theodoſianæ [d] ita de C
ſcriptam:

Arcadius & Honorius AA. Aureliano Præfecto Prætorio. Omnes res Eutropij, qui quondam
Præpoſitus ſacri cubiculi fuit, Aerarij noſtri calculis adiunximus, erepto ſplendore eius, & Con-
ſulatu a tetra illuuie & commemoratione nominis eius & cœnoſis ſordibus vindicato: vt eiuſdẽ
vniuerſis actibus antiquatis, omnia muteſcant tempora, nec eius enumeratione ſæculi noſtri la-
bes appareat, nec ingemiſcat, aut qui ſua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant, vel qui
eoſdem ſeruandi iuris antiquitate cuſtodiunt: quod diuinum præmium Conſulatus lutulentum
prodigium contagione fœdauit. Patriciatus etiam dignitate atque omnibus inferioribus ſpolia-
tum ſe eſſe cognoſcat, quos morum polluit ſcæuitate. Omnes ſtatuas, omnia ſimulacra, tam ex ære
quam ex marmore, ſeu ex fucis*, quam ex quacumque materia quæ apta eſt effingendis, ab omni-
bus ciuitatibus, oppidis, lociſq. priuatis ac publicis præcipimus aboleri, ne tamquam nota noſtri
ſæculi obtutus polluat intuentium. Adhibitis itaque fidis cuſtodibus, ad Cyprum inſulam perdu-
catur, in qua tua ſublimitas relegatum eſſe cognoſcat, vt ibidem peruigili cura vallatus, nequeat
ſuarum cogitationum rabie cuncta miſcere. Dat. XVI. Kal. Febr. Conſtantinop. Theodoro V. C. D
Conſule:] ſed quod ad diem dati reſcripti pertinet, plane error irrepſit, cum ex S. Ioannis Chryſo-
ſtomi homilia in Eutropium ſuperius recitata appareat prope Paſchale tempus confugium Eu-
tropij in Eccleſiam contigiſſe.

* fuſis

XXV.

e Chryſoſto. in Pſal. 44.

Noua actio ſimilis Eutropij cauſa.

Sed animaduerſione dignum exiſtimo, extare aliam eiuſdem Ioannis Chryſoſtomi homiliam
[e] in verba illa Pſalmi quadrageſimiquarti, Aſtitit Regina a dexteris tuis, &c.] cui præfixa eſt in-
ſcriptio, qua ſignificatur eam habitam, cum Eutropius extra Eccleſiam deprehenſus eſt. Verum
alium ab Eutropij caſum ibi exiſtimo eſſe deſcriptum: multa enim ibi ſunt, quæ ei aptari minime
poſſe videntur: vt quod in primis ibi dicitur, eum deſerentem Eccleſiam captum eſſe, qui intus tu
tus agebat; quod quidem de Eutropio nequaquam dici poſſe videbatur. ſunt enim hæc ibi verba
Chryſoſtomi: Ne mihi dicas, quia qui proditus eſt, proditione Eccleſię eſt abreptus. Niſi deſeruiſ
ſet Eccleſiã, non eſſet proditus. Ne dixeris: Quia eo cõfugit, proditus eſt. Non deſeruit eũ Eccleſia,
ſed ipſe Eccleſiã: non in intimis Eccleſiæ eſt proditus, ſed extra Eccleſiã; qm̃ ſe ſubduxit ab Eccle-
ſia.] Sed & quæ ſubduntur inferius, his temporibus minime conuenire poſſe videntur, cum ait: Cũ
milites cogerentur, ac diſtringerentur enſes; cum ciuitas flamma furoris eſſet accenſa; cum Impe- E
riale diadema nullis iam viribus polleret, ſimul & vulgi conuicijs pateret purpura; cum plena in-
ſaniæ eſſent omnia: quo in loco conditæ erant diuitiæ? &c.] Vides ex his in ipſum Imperatorem cõ
motas turbas, & populi concitatum eſſe furorem: quæ quidem in cauſa Eutropij facta minime re-
periuntur. Rurſum vero, quod poſt nonnulla iſta adijciat: Quot & quantæ mutationes contigerunt
ex quo ciuitati huic præfui?] ex his plane intelligas haud hoc tempore eam eſſe habitam concio
nẽ, quo vix annum ſedis ipſius Chriſoſtomi numerari contingat, cum interea nihil prorſus muta-
tionis, quam quod de Eutropio eſt enarratum, Conſtantinopoli eueniſſe, quiſquam valeat ex ſcri
ptis hiſtorijs demonſtrare. Quod ſi hæc tamen omnia rebus Eutropij (vt ſe habet inſcriptio) ali-
quis omnino exiſtimauerit aſſuenda: tunc, quæ a nullo alio auctore ea in cauſa ſcripta eſſe reperiũ
tur, multa componat compingatq. ſimul neceſſe eſt, fingatq. pariter, vt eadem quoquo modo ſibi
cohæreant. Sed de rebus Eutropij hactenus.

At quid poſt hæc Gainas perfidus barbarus? haud quod pollicitus videbatur, Arcadio ſe ſubij
cit Imperatori,

Digitized by Google

A cit Imperatori, hoſtiliaque arma deponit; ſed, inſolentior factus, fretus copijs Tribigildi, Chalcedonem veniens, iuratæ pacis nullam ducens penitus rationem, contumelioſo animo imperare aggreditur Imperatori: Poſtulabat enim (inquit Zoſimus [a]) vt Princeps ipſe cum conueniret: nec enim ſe cum alio quoquam, præter hunc, allocuturum dicebat.] Ita quidem nouas meditatur cædes. Neque enim exaturatus barbarieus animus miſerando Conſulis caſu, qui ceteris Eutropij hoſtibus lacrymas quoque elicuiſſet inuitis: aliorum inſuper, qui primarios gererent magiſtratus, nempe Aureliani Præfecti Prætorio, & Saturnini viri clariſſimi, fera Gethica ſanguinem ſitiebat. Iamque & conceperat animo, Gentilibus ſuis, quibus eccleſia (vt ait Sanctus Hieronymus [b]) eſſe ſoleret in tentorijs, templum aperire Conſtantinopoli. Sed ignorabat infelix, negotium ſibi futurum cum robuſtiſſimo omnium duce, concertaturumque ſe cum eius vrbis Antiſtite, infracti pectoris ſacerdote, a Deo [c] dato populo illi in ciuitatem munitam atque columnam ferream, ac murum æreum, Deique promiſſionibus ſolidius confirmato. *Gainæ recrudeſcit ſæuitia.* a Zoſim. lib. 5. b Hier. epiſt. 7. c Hierem. 1.

Sed quod nobis ſuo quaque, ex inſtituto, reddenda ſunt anno, hæcque teſtificatione Zoſimi ſub Conſulatu Aureliani facta eſſe noſcuntur: in ſequentem annum tantæ rei geſtæ ſpectaculum, cupido licet hæc ſcire, differre cogimur; cum tamen ſciamus aliquos cuncta ſimul
B admixta, & abſque temporum ratione, ſub hoc anno confuſa miſcere; vt inter alios Marcellinum in Chronico, qui & Arcadium auctum filia nomine Pulcheria præſenti anno, ſub eodemque Conſulatu, teſtatur. Sed res geſtas a Sancto Ioanne Chryſoſtomo hoc anno Conſtantinopoli proſequamur.

XXVII. *S. Ioan. Chryſ. declamat aduerſus ſpectacula.*

Ex miſerando itaque Eutropij caſu (vt vidimus) ſatis opportunum ei ſuppeditatum eſt argumentum concionibus inſectandi mundi huius illecebras cunctas, tum potiſſimum turpia illa populo ſolita exhiberi ſpectacula; vimq. addidere dicendi facundiæ anni huius minæ cæleſtes, nimirum cum lingua ignea, mala portendere cœlum viſum eſt, iuxta illud Lucani [d]:

—— Terris mutantem regna cometen.]

De quo Socrates [e]: Tam graue (inquit) etiam imminebat periculum ciuitati, vt cometa maximus a cælo ad terram vſque peruadens (ſimilem vero ante nemo vnquam aſpexerat) illud ipſum portenderet.] quod dicemus anno ſequenti: eademq. de admirando prodigio Sozomenus [f] habet. His acceſſit ingens aeris ſiccitas, vt cœlum æreum eſſe redditum videretur. His (inquam) om-
C nibus rerum accidentibus Chryſoſtomus bene vſus, validius aduerſus ſpectacula declamauit, terrorem incutiens, vt inter alia illis verbis [g]: Quotidie contremiſcite, ne iraſcatur Deus, & pereatis de via iuſta. Vel ipſa ſigna agnoſcite: quia æreum factum eſt cælum, & terra ferrea. Iracundiam Dei ipſa elementa loquuntur: Filij hominum [h] quouſque graues corde? Vt quid diligitis vanitatem in ſpectaculis, & quæritis mendacium in hiſtrionibus? Scitote quoniam mirificauit Deus omnem animam non recedentem de Eccleſia, &c.] d Lucan. lib. 1. e Socr. lib. 6. c. 6. f Sozom. lib. 8. c. 4. g Chryſhom in Pſal. 118. h Pſal 4.

XXVIII. *Maiuma ſpectaculum ſublatum.*

At quid tandem effecit prædicans verbum opportune & importune? Illud plane magni momenti opus, vt ſpectaculum illud obſcœnum, Maiuma dictum, penitus aboleretur: quod ante ſublatum, deinde ante triennium, ſic fuerat reſtitutum, vt quæ turpia eſſent & inhoneſta in eo ceſſarent, dato tunc his verbis Imperatoris reſcripto [i]:

Clementiæ noſtræ placuit, vt Maiumæ prouincialibus lætitia redderetur: ita tamen, vt ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeueret. Dat. VII. Kalend. Maij, Conſtantinopoli, Arcadio quartum & Honorio tertium AA. Conſſ.] Sed vt procliue eſt ad deteriora humanum genus, vt facilius ſit a voluptate penitus abſtinere, quàm, ea conceſſa, intra honeſti limites contine-
D ri: aduerſus eiuſmodi obſcœnitates iterum erumpentes fuit Ioanni Chryſoſtomo iterum atq. iterum declamandum: quamobrem effecit tandem, vt eædem penitus vetarentur, dato aduerſus eas eiuſmodi ab Arcadio Imperatore reſcripto [k]: i L. 1. de Maiuma C. Theod.

Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum reſtrictione triſtitia generetur. Illud vero quod ſibi nomen procax licentia vindicauit, Maiumam fœdum atq. indecorum ſpectaculum denegamus, Datum VI. Non. Octobris, Conſtantinopoli, Theodoro V. C. Conſule.] Iſta quidem ſanxit Arcadius, haud dubium impulſore Chryſoſtomo. k L. 2. de Maiuma C. Theod.

XXIX. *Quale impudicum ſpectaculũ, in quod declamat Chryſ.*

Quam autem fœda hæc ſpectacula fuerint, inde licet capere argumentum, quod Iulianus Apoſtata in Miſopogone Antiochenis probro obijcit, quod in Maiumæ ferias pecuniam effunderent, & a ſacrificiorum impenſis ſe penitus continerent. Sed qualia hæc ipſa eſſent, ex parte ſaltem aſſequi licet, nimirum ex ijs, quæ idem Ioannes Chryſoſtomus, eadem acerrimis inuectiuis inſectando, ſic inter alia habet [l]: Non metuis, non expaueſcis, dum oculis, quibus illic lectum, qui eſt in Orcheſtra, ſpectas, vbi deteſtandæ adulterij fabulæ peraguntur, iiſdem hanc ſacram menſam intueris, vbi tremenda peraguntur myſteria? dum iiſdem auribus audis & ſcortum obſcœ-
E ne loquens, & Prophetam, Apoſtolumque ad arcana ſcripturæ introducentem? dum eodem corde & letalia ſumis venena, & hanc hoſtiam ſanctam ac tremendam? An non ſunt hæc vitæ ſubuerſio, coniugiorum corruptelæ, bella, pugnæque & rixæ in domibus? Cum enim ſpectaculis illis diſſolutior, ac mollior, laſciuiorque omniſq. pudicitiæ hoſtis factus, domum redieris, vxoris aſpectus minus erit iucundus, qualiſcumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatus illa concupiſcentia, quam in ſpectaculis hauſiſti, & ab illa noua ſpectatione, quæ te dementauit, captus, ſobriam & modeſtam vxorem, victuque plebeio contentam deſpicis, contumelia afficis, innumeriſque probris operis; non quod quicquam habeas quod in illa culpes; ſed quod erubeſcas confiteri morbum; quod pudet vulnus oſtẽdere, quo in ſpectaculis ſauciatus rediſti domum, &c.] hęc & alia ad eos, qui impudicarum obſcœnitatũ ſpectaculo ſuos antea cõmaculaſſent obtutus ac poſtea illotis (vt aiunt) manibus ad ſancta pergerent, cum diuini ſermonis audiendi cauſa ad eccleſiam ſe conferrent: in quos hæc paulo ſuperius: Quapropter equidem hortor, rogoque vt prius confeſſione ac l Chryſ. ho. de Dauid & Saule.

Digitized by Google

pœnitentia,alijſque remedijs omnibus ſeſe a peccato ex theatricis ſpectaculis contracto perpur- A
gent,atque ita diuinos audiant ſermones.] hæc ipſe,plane inſinuans Eccleſiaſticam in expiandis
peccatorum ſordibus diſciplinam.

XXX.
Ceterum quod attinet ad eiuſmodi ſpectaculorum fœditatem, habes eamdem expreſſam ab
ipſo Chryſoſtomo paulo apertius(quantum tamen puræ concionantis Eccleſiaſtici linguæ licuit,
& caſtis audientium auribus inferre fas erat) in homilia ſexta in Matthæi Euangelium prope fi-
nem,quam habuiſſe cum adhuc eſſet Antiochiæ,vbi Maiumæ impudens vigebat ſpectaculum; ex
ſequenti homilia ſeptima ordine poſita,vbi de cognominatis ibidem primo diſcipulis Chriſtianis
Maiuma ſpectaculum vnde ſic dictum.
diſcere quidem potes.Sed vnde(dices)Maiumæ nomen? Refellimus in Notis tum Suidæ,tum alio
rum ſententiam illam,qua dicunt,fuiſſe Maiuma,feſtum agitari ſolitum Romæ ad Oſtia Tiberi-
na menſe Maij,vt inde & Maiumæ nomen fuerit conſecutum. Nulla quippe eius nominis feſta an
tiqua Gentilium continent Kalendaria,neq.feſtorum eius menſis ſolemnium Romanis vllũ erat,
in quo aliquid(quod prohibet Imperator)actitaretur fœdum & indecorum. Inde in eam ſenten-
tiam pedibus iuimus,vt opinaremur Maiumæ ſpectaculum eſſe dictum a ciuitate maritima Maiu
ma nomine,in littore Palæſtino,vbi erat nauale Gazæ:conſtat enim eo in loco coli conſueuiſſe Ve B
nerem,cuius ſimulacrum impudicum adhuc integrum extabat hoc tempore,vt auctor eſt Marcus
diaconus in rebus geſtis S. Porphyrij Gazenſis Epiſcopi. Quonam autem modo illud, haud poſt
multos annos,deiectum fuerit,ſuo loco dicturi ſumus. Quod igitur aduerſus eiuſmodi obſcœna
ſpectacula ſæpius videas Chryſoſtomum inclamaſſe,inde iure dicimus argumentum,ipſum Arca
dio auctorem fuiſſe dictæ ſanciendæ hoc anno legis,qua imputum Maiumæ ſpectaculum penitus
tolleretur. At de rebus hoc anno geſtis in Oriente,hactenus.

XXXI.
Hieronymi translatio Periarchon Origenis.
Sed inuiſamus iam res Occidentalis Eccleſiæ. Quæ ex Origenis Periarchon tranſlatione a
Ruffino perperam facta,haud mediocre paſſa fuerat Romana Eccleſia detrimentum; ad poſtea
miſſam in Vrbem ad Pammachium & Oceanum,eorum precibus elucubratam a S. Hieronymo
germanam eiuſdem commentarij verſionem vna cum præfatione ad eoſdem,qua Origenis mani
feſtatæ ſunt hæreſes,reſpirauit. Sed vt & in his exacta temporis ratio habeatur:hæc omnia ab ipſo
S. Hieronymo elaborata eſſe hoc ipſo anno Domini trecenteſimo nonageſimonono, inde ex ijſdẽ
a Hier. epiſ.65.
ſcriptis ipſius euidens deducimus argumentum;dum in eadem ab ipſo ſcripta epiſtola [a],ſe tra-
ctationem illam de Seraphim atq. Tilagio in Iſaiæ ſextum caput ad Damaſum ſcriptam, ante an- C
nos viginti confeciſſe,teſtatur:quam conſtat ex his,quæ ſuo loco ſuperius ſunt enarrata,ab eo edi
tam Conſtantinopoli,cum eſſet apud Gregorium Nazianzenum, anno Domini trecenteſimo ſe-
ptuageſimonono. Qua firmata ab eo exacta temporis ratione, haud curandum, ſi idem inferius o
biter dicat iam poſt quadringentos Domini annos non eſſe admittenda in Eccleſiã noua dogma-
ta: Cur(inquiens)poſt quadrigẽtos annos docere nos niteris,quod ante neſciuimus?] vel cum idẽ
dicat,ab obitu Origenis ad illud vſq.tempus centum & quinquaginta annos elapſos,cum contin
gat ſex amplius numerari:nam haud in eo tunc fuit ipſe Hieronymus,vt tempora ad minutos re
duceret calculos. alioqui inconſtantiæ & artis eius imperitiæ redarguendus eſſet,qui vnius tempo
ris diuerſas ſubduxerit numeri rationes:quarum tamen illa eſt certior retinenda, quæ magis con
ſentiens reperitur ceteris rebus in eadem Origeniſtarum cauſa annis ſequentibus geſtis. Adiecis
b Apud Hieron. epiſt.66.
ſe quoq. eidem a ſe tranſlato Origenis Periarchon Hieronymum epiſtolam ad Ruffinum nouiſſi-
me ſcriptam,ipſemet teſtatur [b] in Apologia.

XXXII.
Cur S. Hieronymus detegit & damnat Origenis errores.
c Hieron. Apolog.1. aduerſus Ruffinum.
Porro hæc omnia eo conſilio S. Hieronymus ſe feciſſe profitetur,vt qui in ſuſpicionem crimi-
nis ex Origenis erroribus a Ruffino in præfatione in Periarchon ab ipſo tranſlato vocatus erat,ex D
quo quamplures Romæ ſcandalum paſſos audierat:ea ſe labe purgaret, Fideleſque ne Origenis
latentibus deciperentur erroribus, admoneret,id ipſum ab eo exigentibus(vt dictum eſt) Pam-
machio & Oceano. quod ipſe in Apollogia priori his ſane verbis ſignificat [c]: Tuæ me, frater
Pammachi,& tuorum litteræ compulerunt,dicentes (*Origenis ſcilicet libros*) ab alio fraudulenter
eſſe tranſlatos,& interpolata nonnulla,& vel addita,vel mutata. Ac ne parum epiſtolis haberem fi
dem,miſiſtis exemplaria eiuſdem tranſlationis cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum le-
giſſem,contuliſſemque cum Græco:illico animaduerti,quæ Origenes de Patre,Filio,& Spiritu ſan
cto impie dixerat,& quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete
commutata: cetera autem dogmata,de Angelorum ruina,de animarum lapſu, de reſurrectionis
præſtigijs,de mundo vel mundis Epicuri,de reſtitutione omnium in æqualem ſtatum, & multo
his deteriora,quæ lõgum eſſet retexere;vel ita vertiſſe,vt in Græco inuenerat;vel de commentario
lis Didymi,qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt,exaggerata & firmiora poſuiſſe: vt qui in
Trinitate Catholicum legerat,in alijs hæreticum non caueret.]& paulo inferius: Duplex in opere
meo vtilitas fuit:dum & hæreticus auctor proditur,& non verus interpres arguitur. Ac ne quis E
me putaret ijs conſentire quæ verteram:interpretationis neceſſitatem præfatione muniui, & do-
d S. Hier. Apolog. 2. aduerſ. Ruffin.
cui quibus lector non deberet credere.] Sed & ad Ruffinum expoſtulantem hæc ait [d]: Tantis ſpa
Ruffinus cum ſuis in Hieronymum concitatus.
tijs terrarum ſeparatus,quid peccaui in te?quid commerui? An quia Origeniſten me non eſſe re-
ſpondi? Numquid defenſio mea,accuſatio tua eſt? Et tu ſi non es Origeniſtes,vel non fuiſti,credo
iuranti: ſi fuiſti,ſuſcipio pœnitentem. Quid doles,ſi id ſum,quod eſſe te dicis? An quia περὶ ἀρχῶν
Origenis libros poſt te transferre auſus ſum, & interpretatio mea ſugillatio putatur operis tui?
Quid poteram facere? Miſſa mihi eſt laudatio tua,id eſt,accuſatio mea. Tam fortiter me prolixe-
que laudaueras,vt ſi tuis laudibus acquieuiſſem,omnes hæreticũ me putarent. Vide quid Roma-
næ ad me epiſtolæ clauſula teneat: Purga ſuſpiciones hominum,& conuince criminantem;ne, ſi
diſſimulaueris, conſentire videatis. Tali conſtrictus articulo, interpretatus ſum eoſdem li-
bros,&c.]

Hæc

Digitized by Google

A XXXIII. Hæc idcirco S. Hieronymus, quod cum eius tranſlatio atq. epiſtola illi præfixa Romæ editæ
eſſent, mox a Ruffini atque Melaniæ ſectatoribus in ipſum Hieronymum conclamatum eſt: adeo
vt rumores ac turbas ijdem haud mediocres excitarint. de quibus rurſus idem S. Hieronymus [a] — a Hieron. Apolog. aduer. Ruff. ad Pammach.
ad Pammachium & Marcellinum: Et veſtris (inquit) & multorum litteris didici, obijci mihi in
ſchola tyrannica: Lingua canum [b] meorum ex inimicis ab ipſo: cur περὶ ἀρχῶν libros in Latinũ — b Pſal. 67.
verterim. O impudentiam ſingularem! accuſant medicum qui venena prodiderit, vt ſcilicet
φαρμάκων [illegible] ſuum non innocentiæ merito, ſed criminis communione tueantur; quaſi culpam
numerus peccantium minuat, & in perſonis nõ in rebus ſit accuſatio.] hæc ipſe. Quomodo autem
tunc Ruffinus, quæ diu meditatus in S. Hieronymum fuerat, quem aduerſantem Origenis errori-
bus aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum, Palladium, & alios expertus fuerat, tribus accuſatio-
num libris in eum editis ex ſtomachi nauſea euomuerit, dicemus anno ſequenti.

XXXIIII. Porro hoc eodem anno ſcripſiſſe reperitur S. Hieronymus breuem illam epiſtolam ad Ruffi-
num: nam in Apologia ſua, quam elaboraſſe dicetur anno Domini quadringenteſimo ſecundo, — *Quando Hieronym. ad Ruffinũ ſcripſerit.*
triennio ante exacto eam eſſe Romam allatam, teſtatur, dum ait [c]: Multi Romæ eius exemplaria
B habent ante hoc circiter triennium, qui tibi eum mittere voluerunt, ſcientes quæ de meo nomine
iactitares, & quam indigna propoſito Chriſtiano ac nefanda cõfingeres: ego ſcripſi neſciens quaſi — c Hier. Apolo. 2.
ad amicum, illi non reddiderunt ei, quem inimicum nouerant, parcentes & meo errori, & tuæ con-
ſcientiæ.] hæc ipſe. Epiſtola autem ſic ſe habet [d]: — d Hier. epiſt. 66.

XXXV. Diu te Romæ moratum, ſermo propius indicauit. Nec dubito ſpiritualium parentum ad pa- — *Epiſtola Hieronymi ad Ruffinum.*
triam reuocatum deſiderio, quem matris luctus ire prohibebat, ne magis coram doleres, quod ab-
ſens vix ferre poteras. Quod quereris ſtomacho ſuo vnumquemque ſeruire, & noſtro non acquie-
ſcere iudicio: conſcientiæ noſtræ teſtis eſt Dominus, poſt reconciliatas amicitias, nullum interceſ-
ſiſſe rancorem, quo quempiam læderemus: quin potius cum omni cautione prouidimus ne ſaltem
caſus in maleuolentiam verteretur. Sed quid poſſum facere, ſi vnuſquiſque iuſte putat ſe facere
quod facit, & videtur ſibi remorderi potius, quam mordere? Vera amicitia quod ſentit, diſſimula-
re non debet. Præfatiuncula librorum περὶ ἀρχῶν ad me miſſa eſt, quam ex ſtylo intellexi tuam eſſe;
in qua oblique, immo aperte ego petor. Qua mente ſit ſcripta, tu videris: qua intelligatur, &
ſtultis patet. Poteram & ego, qui ſæpiſſime figuratas controuerſias declamaui, aliquid de vetere
C artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed abſit a me, vt quod reprehendo in te, imiter: quin po-
tius ita ſententiam temperaui, vt & obiectum crimen effugerem, & amicum (quantum in me eſt)
nec læſus læderem. Sed obſecro te, vt ſi deinceps aliquem ſequi volueris, tuo tantum iudicio ſis
contentus. Aut enim bona ſunt, quæ appetimus, aut mala: ſi bona, non indigent alterius auxilio:
ſi mala, peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Hæc apud te amice potius expoſtu-
lare volui, quam laceſſitus publice deſæuire; vt animaduertas, me reconciliatas amicitias pure co-
lere, & non iuxta Plautinam ſententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Frater
meus Paulinianus nondum de Pauia reuerſus eſt; & puto quod eum Aquileiæ apud ſanctum Pa-
pam Chromatium videris. Sanctum quoque presbyterum Ruffinum ob quamdam cauſam per
Romam Mediolanum miſimus, & orauimus vt noſtro animo & obſequio vos videret: ceteriſque
amicis eadem ſignificauimus; ne mordentes [e] inuicem, conſumamur ab inuicem. Iam tuæ mo- — e Galat. 5.
derationis eſt & tuorum, nullam occaſionem impatientibus dare; ne non omnes ſimiles mei in-
uenias, qui poſſint figuratis laudibus delectari.] huc uſque Hieronymus ad Ruffinum; ad quem,
cum diſceſſiſſet ab Vrbe Aquileiam, qui hanc acceperunt epiſtolam, mittere noluerunt, quod ſci-
D rent eum in ipſum Hieronymum (vt dictum eſt) vehementer fuiſſe commotum ob auditam no-
uam ab eo elaboratam tranſlationem Periarchon. Hoc enim anno, anteqnam perueniſſent lit-
teræ Hieronymi Romam, fuiſſe ſcriptam ab ipſo Ruffino Apologiam ad Anaſtaſium Papam, ea
quæ dicentur inferius declarabunt.

XXXVI. Dum hæc inter S. Hieronymum & Ruffinum aguntur, Theophilus Alexandrinæ ſedis Epiſco-
pus, collecta Synodo, de erroribus Origenis in medium diſſerendum proponit. Itum eſt ab omni- — *Synodus Alexãdrina de erroribus Origenis.*
bus in eam ſententiam, vt hæreſibus cognitis, notatis, atq. exploſis, eiuſdem Origenis & ſectatorũ
eius condemnatio omnium ore conclamaretur. Quibus ſic firmiter ſtabilitis, de omnibus in ea
aſſenſu omnium definitis ſcripta Synodica, eadem ad Anaſtaſium Romanum Pontificem miſſa
eſt. Hæc quidem hoc anno facta eſſe, inde colligimus, quod ante annum, quam prima Paſchalis e-
piſtola a Theophilo ſcriberetur, Generalem hanc ex Synodo fuiſſe ſcriptam epiſtolam, S. Hiero-
nymus [f] tradit ſcribens ad Pammachium & Marcellam. — f Hier. epiſt. 78.

XXXVII. Cum interea qui in Aegypto erant Origenis errorum ſtudioſi, diligenter perquiſiti, expulſi — g Hier. epiſt. 69.
fuerunt. Cum & Theophilus ad S. Hieronymum de his perbreues litteras dedit his verbis [g]: — *Littera Theophili ad Hieronym. de expulſione Origeniſtarum.*
E Sanctus Epiſcopus Agatho cum dilectiſſimo diacono Athanaſio in Eccleſiaſtica directus eſt cau-
ſa: quam cum didiceris, non ambigo quin noſtrum ſtudium probes, & in Eccleſiæ victoria glorie-
ris. Namq. Origenis hæreſim in monaſterijs Nitriæ quidam nequam & furioſi homines ſerere &
fundere cupientes, prophetica falce ſucciſi ſunt. Quia recordati ſumus commonentis Apoſtoli [h]: — h Tit. 2.
Argue eos ſeuere. Feſtina igitur & tu partem huius præmij recepturus, deceptos quoq. emendare
ſermonibus. Optamus, ſi fieri poteſt, in diebus noſtris Catholicam fidem, & Eccleſiæ regulas
cum ſubiectis nobis populis cuſtodire, & omnes nouas ſopire doctrinas.] hæc Theophilus ad S.
Hieronymum. Miſiſſe inſuper eumdem Theophilum legatos in Palæſtinam, qui & inde Orige-
niſtas expellerent, litteræ S. Hieronymi redditæ ad ipſum declarant his verbis [i]. — i Hier. epiſt. 70.

XXXVIII. Nuper tuæ beatitudinis percepi ſcripta emẽdantia vetus ſilentium, & me ad ſolitum officium — *Hieronymi epiſt. ad Theophilum.*
prouocantia. Vnde licet per ſanctos fratres Priſcum & Eubulum tuus ad nos ſermo ceſſauerit; ta-
men quia vidimus, illos zelo fidei concitatos, raptim Palæſtinæ luſtraſſe regiones, & diſperſos re-
gulos vſq. ad ſuas latebras perſecutos; breuiter ſcribimus, quod totus mundus exultet, & in tuis

victorijs glorietur; erectumq. Alexandriæ vexillum Crucis,& aduerſus hæreſim trophæa fulgen- A
tia,gaudens populorum turba proſpectet. Macte virtute,macte zelo fidei, oſtendiſti quod hucuſq.
taciturnitas diſpenſatio fuit,non conſenſus. Libere enim reuerentiæ tuæ loquor. Dolebamus te
nimium eſſe patientem;& ignorantes magiſtri gubernacula,geſtiebamus in interitum perditorũ.
Sed(vt video)exaltaſti manum diu,& ſuſpendiſti plagam,vt ferires fortius.Super ſuſceptione cu-
iuſdam non debes contra vrbis huius dolere Pontificem;quia nihil tuis litteris præcepiſti;& teme
rarium fuit, de eo quod neſciebat, ferre ſententiam: tamen reor illum nec audere, nec velle te ali-
quando lædere.] hæc ad Theophilum S.Hieronymus, excuſans Ioannem Hieroſolymorum Epi-

Excuſatur Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus.

ſcopum de communicatione ante cum Origeniſtis inita, deq. eius animi conſilio inhærendi ipſi
Theophilo. Quod enim ita de viro Hieronymus ſentiat,quem antea eadem ex cauſa acriter impu
gnauerat,atque ſcriptis exagitarat;ad meliorem illum frugem reſtitutum fuiſſe,par eſt exiſtima-
re,immo & neceſſario credere & aſſirmare. Nam de ipſius ſede,vt de Catholicæ fidei egregij pro-
feſſoris,hæc habet S.Auguſtinus [a] ſcribens aduerſus litteras Petiliani: Cathedra tibi quid fecit
Romanæ Eccleſiæ,in qua Petrus ſedit,& in qua hodie Anaſtaſius ſedet;vel Eccleſiæ Hieroſolymi-
tanæ,in qua Iacobus ſedit,& in qua hodie Ioannes ſedet; quibus nos in Catholica vnitate conne- B
ctimur,& a quibus vos nefario furore ſeparatis?] hæc ipſe,plane declarans eius Antiſtitem Ioan-
nem Catholicis conſenſiſſe; ſed in ſententia minime perſtitiſſe vſq. ad finem, quæ dicentur infe-
rius, declarabunt.

a Auguſt. contra litter. Petil. lib. 2. c. 51.

XXXIX.

Res geſtæ Alexandriæ a Poſthumiano relatæ.

Accidit autem, cum librorum Origenis cauſa tot tantæq. turbæ concitatæ eſſent Alexandriæ
atque in vniuerſa Aegypto per Theophilum eius ciuitatis Antiſtitem alioſq. Epiſcopos aduerſus
monachos ſcriptorum Origenis fautores, Poſthumianum illum, qui apud Seuerum cum Gallo
dialogum agit, Alexandriam appuliſſe,compluraq. eorum, quæ inter ambas aduerſas partes tran
ſacta fuerunt,præſentem conſpexiſſe. Soluens enim Narbona in Africam,ad tumulum S.Cypriani
martyris inuiſendum perrexit:inde vero Cyrenenſium legens ora,in Aegyptum peruenit, Hiero-
ſolymam profecturus viſendorum cauſa locorum ſanctorum. Ipſe ergo apud Seuerum de rebus
Alexandrinis, quarum hic eſt ſermo, iſta loquitur [b]: Proſpero curſu, ſeptimo die Alexandriam
peruenimus; vbi fœda inter Epiſcopos & monachos certamina gerebantur, ex ea occaſione,quia
congregati in vnum ſæpius ſacerdotes frequentibus deueniſſe Synodis videbantur,ne quis Orige
nis libros legeret,aut haberet,qui tractator ſacrarum Scripturarum peritiſſimus habebatur. Sed C
Epiſcopi quædã in libris ipſius inſanius ſcripta memorabant: quæ adſertores eius defendere non
auſi,ab hæreticis potius fraudulenter inſerta dicebant; & ideo non propter illa quæ in reprehenſio
nem merito vocarentur, etiam reliqua eſſe damnanda; cum legentium fides facile poſſit habere
diſcrimen ne falſata ſequeretur,& tamen catholice diſputata retineret. Non eſſe autem mirum,ſi
in libris neotericis & recens ſcriptis fraus hæretica fuiſſet operata,quæ in quibuſdam locis non ti
muiſſet incidere Euangelicam veritatem.

b Seuer. dialog. lib. 1.

XL.

Diſſidia in Aegypto occaſione ſcriptorum Origenis.

Aduerſum hæc Epiſcopi obſtinatius renitentes, pro poteſtate cogebant recta etiam vniuerſa
cum prauis & cum ipſo auctore damnare: quia ſatis ſuperq. ſufficerent libri, quos Eccleſia rece-
piſſet; reſpuendam eſſe penitus lectionem, quæ plus eſſet nocitura inſipientibus, quam profutura
ſapientibus. Mihi autem ex his illius libris quædam curioſius indaganti,admodum multa placue
runt:ſed nonnulla reprehendi. In quibuſdam illum praua ſenſiſſe,non dubium eſt,quæ defenſores
eius falſata contendunt. Ego miror vnum eumdemq. hominem tam diuerſum a ſe eſſe potuiſſe,vt
in ea parte qua probatur,neminem poſt Apoſtolos habeat æqualem:in ea vero qua iure reprehen-
ditur,nemo deformius doceatur erraſſe. Nam cum ab Epiſcopis excerpta in libris illius multa D
legerentur,quæ contra Catholicam fidem ſcripta conſtaret:locus ille vel maximam parabat inui-
diam,in quo editum legebatur,quia Dominus Ieſus,ſicut pro redemptione hominum in carne ve
niſſet,& Crucem pro hominis ſalute perpeſſus, mortem pro hominis æternitate guſtaſſet, ita eſſet
eodem ordine paſſionis etiam diabolum redempturus; quia hoc bonitati illius,pietatiq. congrue
ret,vt qui perditum hominem reformaſſet,prolapſum quoq. angelum liberaret. Cum hæc atq. a-
lia iſtiuſmodi ab Epiſcopis proderentur,ex ſtudijs partium orta eſt ſeditio. Quæ cum reprimi ſa-
cerdotum auctoritate non poſſet,ſæuo exemplo ad regendam Eccleſiæ diſciplinam Præfectus aſſu
mitur. Cuius terrore diſperſi fratres, ac per diuerſas oras monachi ſunt fugati; ita vt propoſitis
edictis,in nulla conſiſtere ſede ſinerentur.

XLI.

Turbæ inter Monachos & Epiſcopos.

Illud me admodum permouebat, quòd Hieronymus vir maxime Catholicus, & ſacræ legis
peritiſſimus, Origenem ſecutus primo tempore putabatur; quem nunc idem præcipue vel omnia
illius ſcripta damnaret. Nec vero auſus ſum de quoquam temere iudicare: præſtantiſſimi tamen
viri & doctiſſimi ferebantur in hoc certamine diſſidere. Sed tamen ſiue illud error eſt,vt ego ſen-
tio,ſiue hæreſis,vt putatur:non ſolum reprimi non potuit multis animaduerſionibus ſacerdotum, E
ſed nequaquam tam late ſe potuiſſet effundere,niſi contentione creuiſſet. Iſtiuſmodi ergo turba-
tione,cum veni,Alexandria fluctuabat. Me quidem Epiſcopus illius ciuitatis benigne admodum,
& melius quam opinabar, excepit, & ſecum tenere tentauit. Sed non putauimus ibi conſiſtere,
vbi recens fraternæ cladis feruebat inuidia. Nam etſi fortaſſe videantur parere Epiſcopis de-
buiſſe; non ob hanc tamen cauſam multitudinem tantam ſub Chriſti confeſſione viuentem, præ-
ſertim ab Epiſcopis,oportuiſſet affligi. Igitur inde digreſſus, Bethlehem oppidum veni.] & poſt
nonnulla:

XLII.

Poſthumianus venit in Palæſtinam ad S. Hieronymum.

Ego(vt dicere inſtitueram)apud Hieronymum ſex menſibus fui:cui iugis aduerſus malos pu
gna,perpetuumq. certamen concitauit odia perditorum. Oderunt eum hæretici,quia eos impu-
gnare non deſinit: oderunt clerici,quia vitam eorum inſectatur & crimina. Sed plane eum boni
omnes admirantur & diligunt. Nam qui eum hæreticũ eſſe arbitrantur,inſaniunt. Vere dixerim;
Catholica hominis ſcientia,ſana doctrina eſt:totus ſemper in lectione, totus in libris eſt: non die,

Digitized by Google

A non nocte requieſcit:aut legit aliquid ſemper,aut ſcribit. Quod niſi mihi fuiſſet fixum animo, & promiſſum,Deo teſte,propoſitam eremum adire;vel exigui temporis punctum a tanto viro diſcedere noluiſſem. Huic ergo traditis & commiſſis omnibus meis,omnique familia quę me contra voluntatem animi mei ſecuta tenebat implicitum,exoneratus quodammodo graui faſce penitus ac liber regreſſus Alexādriam,viſitatis ibi fratribus,ad ſuperiorem inde Thebaida,id eſt Aegypti extrema,contendi:ibi enim vaſtę patentis eremi ſolitudines plurimum ferebantur habere monachorum.]hactenus Poſthumianus:cuius in Aegyptum,Hieroſolymamque peregrinatio, etſi non hoc anno,haud tamen multo poſt contigiſſe potuit. Quod autem ait auctor, Aegypti monachos a Theophilo Epiſcopo Alexandrino,aliiſque Aegypti Epiſcopis paſſos eſſe preſſuram: coercenda eſt freno veritatis hyperbole. Nam quod ad monachos ſpectat;nonniſi Origeniſtas, vt turbatum auctores,expulſos eſſe,litterę eiuſdem Theophili hoc tempore ad S. Hieronymum datæ ſignificant,quæ ſic ſe habent [a]: a Apud Hiero. epiſt. 72.

XLIII. *Theophili litteræ ad S. Hie.*

Didici quod & ſanctitas tua nouerit Theodorum monachum, eiuſq. ſtudium comprobaui: quia cum a nobis Romam nauigaturus exiret,noluit ante proficiſci, niſi te & ſanctos fratres qui
B tecum ſunt in monaſterio,quaſi ſua viſcera amplexaretur & inuiſeret. Quem cum ſuſceperis,pro Eccleſiæ tranquillitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ monaſteria, & referre poteſt continentiam & manſuetudinem monachorum:quomodo extinctis & fugatis Origenis ſectatoribus, pax Eccleſiæ reddita ſit,& diſciplina Domini cōſeruetur. Atque vtinam apud vos quoq. deponerent hypocriſim,qui occulte dicuntur ſubruere veritatem:de quibus non bene ſentientes in his regionibus fratres hæc me ſcribere prouocarunt. Quamobrem cauete & fugite huiuſmodi homines, iuxta quod ſcriptum eſt [b]: Si quis non affert ad vos Eccleſiaſticam fidem, huic ne Aue dixeritis. Quamquam ex ſuperfluo faciam hæc tibi ſcribere,qui errantes potes ab errore reuocare:tamē nihil nocet,& prudentes & eruditos viros pro ſolicitudine fidei commoueri. Omnes fratres,qui tecū ſunt,nomine meo ſalutari uolo.]hactenus Theophilus. Ad hos plane monachos a Theophilo pulſos alludit Poſthumianus,vbi ait: Recens fraternæ cladis feruebat inuidia.]quam auxit, dū ab eodem expulſus eſt Paulus Epiſcopus,idemque confeſſor:cui apud Imperatorem S. Hieronymum fauiſſe,Ruffinus loco criminis dat Hieronymo;& ducit in argumentum,non communicaſſe cum Theophilo ipſum Hieronymum,quia Paulum ab eo expulſum recepiſſet. b Ioan. 2.

XLIV.

C Referr autem hæc ipſe S. Hieronymus,ſic dicens [c]: Porro quod interrogas, quando Papę Theophili ſententiam ſequi cœperim,eique fidei communione ſociatus ſim:& ipſe tibi reſpōdes: Tunc credo,quando Paulum,quem ille damnauerat, ſummo niſu & omnibus ſtudijs defendebas:quando eum per Imperiale ſcriptum recipere ſacerdotium, quod Epiſcopali iudicio amiſerat,inſtigabas.]ſubdit autem hæc pro ſua defenſione Hieronymus: Non prius(inquit)pro me reſpondebo,quam de aliorum iniuriis loquar: Cuius eſt humanitatis,cuius clemētiæ inſultare aliorum miſerijs?]& inferius,cur ipſum Paulum a Theophilo condemnatum receperit hoſpitem,iſta ſubdit: Recordare,frater,confeſſionis eius & pectoris,quod flagella ſecuerunt:memento carceris, tenebrarum,exilij,metallorum;& non indignaberis hoſpitio tranſeūtem eſſe ſuſceptum. An ideo tibi rebelles uidemur,quia calicem aquę frigidę in nomine Chriſti [d] ſitientibus porrigimus? Vis ſcire unde illum & nos plus amare,& tu odiſſe plus debeas? Hæreticorum factio nuper fugata de Aegypto & Alexandria ſe Hieroſolymam contulit,& huic voluit copulari, vt quorum unus eſſet dolor,una fieret & accuſatio:quos ille repulit,ſpreuit,abiecit,dicens, ſe non eſſe inimicum fidei, nec contra Eccleſiam bella ſuſcipere;quod prius tentauit,doloris fuiſſe,non perfidiæ;nec alterius
D appetijſſe innocentiam,ſed ſuam probare uoluiſſe. Impium putas,poſt ſententias ſacerdotum,Imperiale reſcriptū:quod quale ſit,nouerit ille qui meruit.]hęc de eo S. Hieronymus,ſubdens haud ea de cauſa ſibi deſtitiſſe communicare Theophilum,qui crebris poſtea eumdem Hieronumum litteris frequentauit. c Hiero. Apolo. 2. aduerſ. Ruffin. d Marc. 9.

XLV. *Paulus diſcip. Petri Martyris.*

Quiſnam autem fuerit ille Paulus,haud ſatis liquet:ſcimus tamen,hoc tempore uixiſſe in Aegypto ſama celebrem Paulum diſcipulum S. Petri martyris,cuius meminit Ruffinus [e] in poſteriori parte inuectiuę aduerſus S. Hieronymum. ſunt hæc eius uerba: Vbi,*nempe in Aegypto*,inter clariſſimos viros Paulus ſenex Petri martyris diſcipulus.]Ceterum quod ad reſcripta Imperatorum pertinet de reſtituendis in ſedem damnatis:ſane quidem id fieri non debere,ſanctio Imperatorum lata anno ſequenti,& ſuo loco inferius recitanda decreuit. Porro eiuſmodi Imperatorū reſcripta nonniſi commendatitia fuiſſe,inde certum ducimus argumentum, quod iam Conciliorum canonibus,nempe Antiocheni & aliorum(vt ſuperius ſæpe dictum eſt)fuerit definitum,depoſitum a Concilio Epiſcopum,nonniſi a maiori Epiſcoporum numero eſſe reſtituendum:quam legem etiam Ariani ſartam tectam conſeruatamq. contra Athanaſium uoluerunt. Sed ad res ge-
E ſtas hoc anno a Theophilo in cauſa Origeniſtarum oratio reuocetur. e Ruffin. inuect. in Hieron.

XLVI. *Legationes Theophili ad diuerſos Epiſcopos.*

Ex epiſtola eiuſdē Theophili ad Hieronymū nuper recitata intelligi pōt, qui a Theophilo ad Anaſtaſiū Papā miſſus eſt Romā,fuiſſe Theodorū monachū,eūdēq ante S. Hieronymū inuiſiſſe. Huic enim Theophilū ad eumdē Romanū Pontificem legatione fungēti Synodicas dediſſe litteras de Origeniſtis Alexandrię condēnatis, par eſt credere, quibus res in Synodo geſtas aduerſus eoſdem ipſum Anaſtaſiū fecerit certiorē. At qui Theodorum monachū Romā ſibi legauit Theophilus,Conſtantinopolim etiam & ad alias quoque prouincias alios ſanctiſſimos Nitrię monachos legatos ad diuerſos Epiſcopos miſit,eiſdēq. dedit eaſdē Synodicas litteras, alio nomine Generales nominatas,utpote quę ad oēs Catholicę Eccleſiæ Epiſcopos ſcriptæ eſſent. Teſtatur id qdem ipſe Theophilus in epiſtola ad S. Epiphanium Conſtantię in Cypro Epiſcopum, cui præter Generalem illam priuatim aliam addidit,reddiditq. certiorem de rebus geſtis aduerſus Origeniſtas,deq. monachis qui ex Aegypto pulſi nauigaſſent Cōſtantinopolim. porro ipſam,quod haud prolixa ſit,& rerum geſtarum ſeriem referat,hic integram deſcribemus:ſic enim ſe habet [f]: f Apud Hieron. epiſt. 67.

[a Hierem. 6.] [Theophili epiſtola ad Epiphanium.] [b Epheſ. 5.]

XLVII. Dominus[a] qui locutus eſt ad Prophetam: Ecce conſtitui te hodie ſuper ſedes & regna eradica A
re,& ſuffodere,& diſperdere,& rurſum ædificare,aç plantare;ſingulis temporibus eamdem Eccle
ſiæ ſuæ largitur gratiam,vt integrum corpus conſeruetur,& in nullo hęreticorum dogmata pręua
leant.Quod quidem nunc videmus expletum. Nam Eccleſia Chriſti,quæ non habet [b] maculam
neque rugam,aut aliquid iſtiuſmodi,egredientes dę cauernis ſuis Origenis colubros Euangeli-
co enſe truncauit,& fœcundum Nitriæ monachorum agmen contagione peſtifera liberauit. Pau
ca ergo ex iis quę geſta ſunt,in generali epiſtola,quam ad omnes in commune direxi,prout patie
batur anguſtia temporis,comprehendi. Dignationis tuæ eſt,quæ in huiuſcemodi certaminibus
ſæpe ante nos pugnauit,& poſitos in prælio conſolari, & congregare totius inſulæ Epiſcopos,ac
Synodicas litteras tam ad nos,quam ad Conſtātinopolitanę urbis Epiſcopum,& ſi quos alios pu-
taueris,mittere:vt conſenſu omnium & ipſe Origenes nominatim & hęreſis nefaria condemne-
tur. Didici enim, quod calumniatores ueræ fidei Ammonius, Euſebius, & Euthymius
nouo pro hæreſi fauore bacchantes Conſtantinopolim nauigarint,vt & nouos,ſi quos ualuerint,
decipiant,& ueteribus ſuę impietatis ſociis coniungantur. Curę igitur tuæ ſit,vt cunctis Epiſco-
pis per Iſauriam atque Pamphiliam,& ceterarum prouinciarum,quæ in uicino ſunt, rei ordinem B
pandas,& noſtram,ſi dignum putas,epiſtolam ſubijcias:vt omnes uno ſpiritu congregati,cum uir
tute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradamus eos ſatanę in interitum impietatis,quę poſſidet eos.
Et ut celerius noſtra Conſtantinopolim ſcripta perueniant,mitte induſtrium virum, & aliquem
de clericis,ſicut & nos de ipſis Nitriæ monaſteriis patres monachorum cum alijs ſanctis & conti
nentiſſimis viris miſimus,qui poſſint cunctos in præſenti docere quæ geſta ſunt. Et ſuper omnia
quæſumus,ut impenſas ad Dominum fundas preces,quo poſſimus etiam in iſto certamine victo
riā conſequi. Non enim parua lætitia & in Alexandria & per totā Aegyptū populorū corda perua-
ſit,ex quo pauci homines eiecti ſunt,ut purum corpus Eccleſiæ ꝑmaneret. Saluto fratres,qui tecū
ſunt. Te plebs,quæ nobiſcum eſt,in Domino ſalutat.] hactenus Theophili litteræ ad Epiphanium.

[c Apud Hieron. epiſt. 73.] [Epiphanij epiſtola ad Hieronymum.] [d Exod. 17.]

XLVIII. Ipſe autem Epiphanius,accepta Generali a Theophilo epiſtola,mittens eam ad S. Hierony-
mum,illi & coniunxit ſuas ad eum has perbreues litteras [c]:

Generalis epiſtola,quę ad omnes Catholicos ſcripta eſt,ad te proprie pertinet, qui zelum fi-
dei aduerſus cunctas hęreſes habes,& Origenis proprie & Apollinarij diſcipulis aduerſaris:quo
rum venenatas radices & in altum defixam impietatem omnipotens Deus protraxit in medium, C
vt in Alexandria proditę,in toto Orbe areſcerent. Scito enim,fili cariſſime, Amalech vſque ad
ſtirpem eſſe deletum[d],& in monte Raphidim erectum trophæum Crucis. Etenim quomodo,por
rectis in altum Moyſi manibus,vincebat Iſrael; ſic Dominus confortauit famulum ſuum Theo-
philum,ut ſuper altare Eccleſiæ Alexandrinę contra Origenem vexillum poneret, & impleretur
in eo quod dicitur:Scribe ſignum hoc,quia delebo funditus Origenis hęreſim a facie terrę cum ip
ſo Amalech. Et ne uidear eadem rurſum iterare,& prolixiorem epiſtolam texere: ipſam ad vos
ſcriptam direxi,vt ſcire poſſitis,quæ nobis ſcripſerit,& quantum boni ultimę ętati meæ conceſſe
rit Dominus,ut quod ſemper clamabam,tanti Pontificis teſtimonio probaretur. Iam autem pu-
to & te aliquid operis ediſſe, & iuxta priorem epiſtolam,qua te ſuper hac re fuerā cohortatus,
elimaſſe librum,quem tuæ linguæ homines legant. Audio enim & ad Occidentem quorumdam
hominum naufragia perueniſſe,qui non contenti proditione ſua,nolūt plures mortis habere par
ticipes;quaſi multitudo peccantium ſcelus minuat, & non numeroſitate lignorum maior gehen-
nę flamma ſuccreſcat. Sanctos fratres,qui tecum ſunt in monaſterio Domino ſeruientes,& tecum
& per te plurimum ſalutamus.] hęc ad Hieronymum Epiphanius:quibus intelligas, nondum vul- D
gatam fuiſſe in Oriente damnationem Origenis & Origeniſtarum Romæ ab Anaſtaſio factam,cū
iam Theophili ibidem legeretur Generalis epiſtola.

[Hieronymus vertit in latinum epiſtolas Theophili.] [e Hier. Apolog. aduerſ. Ruffin.] [f Hier. epi. 78.]

XLIX. Porro non Synodicam tantum epiſtolam,ſed etiam Paſchalem datas eſſe a Theophilo, certū
eſt,alteram in Synodo ſcriptam,alteram uero priuatim ad indicandum Paſchale tempus (ex mo-
re) ad Eccleſias datam:ſed eam anno ſequenti (vt oſtendetur) qua pariter Origenis damnatio ꝓ
clamaretur,S. Hieronymus Latinitate donauit:ſicq. una cum Gręco textu a Romana Eccleſia eas
a ſe miſſas Hieronymus accipi uoluit; idemq. prętitit de alia Paſchali eiuſdem Theophili poſt
annum ſequentem data. Teſtatur id ipſe quidem in Ruffinum [e] agens,cum ait: Duas, Synodicā
& Paſchalem eius epiſtolas contra Origenem illiuſq. diſcipulos, & alias aduerſus Apollinarium
& Origenem per hoc ferme biennium interpretatus ſum, & in ędificationem Eccleſię legendas
noſtrę linguę hominibus dedi.] Idem ſcribens ad Pammachium atque Marcellam poſt annum ſe
quentem,cum poſteriores Paſchales Theophili litteras mitrit,has a ſe tranſlatas,Romamq. eſſe a
ſe miſſas,his uerbis oſtendit [f]: Rurſus Orientalibus vos locupleto mercibus, & Alexandrinas
opes primo Romam vere tranſmitto.] Sed cur in his tantam Hieronymus exhibuit diligentiam? E
Vt tum Theophili epiſtolis,tum earum a ſe facta tranſlatione, Orbi uniuerſo innoteſceret dam-
natio Origenis. Audi enim quę ibi ipſe ad Pammachium atque Marcellam ait: Vbi hæreſis,quæ
ſibilabat in mundo,& me & Papam Theophilum ſui iactabat erroris; latratuq. impudentiſſimo-
rum canum ad inducendos ſimplices noſtrum mentiebatur aſſenſum? Oppreſſa eſt eius auctori-
tate & eloquentia,&c.]

[Differentia epiſtolarū Theophili.]

L. Sed pro harum differentia litterarum,quæ prius,quęve poſterius datę ſint,ex earum argumē
to quas idem Hieronymus eadem ipſa epiſtola ad Pammachium atque Marcellam dedit, poteri
mus intelligere,ubi ait: Vos Chriſtiani Senatus lumina,accipite & Gręcam & Latinam etiam hoc
anno epiſtolam,ne rurſum hęretici mentiantur a nobis pleraque vel addita,uel mutata:in qua la
boraſſe me fateor,ut uerborum elegantiam pari interpretationis uenuſtate ſeruarem, & intra de
finitas lineas currens,nec in quoquam excedens loco,eloquentiæ eius fluenta non perderem,eaſ
demq. res eodem ſermone transferrem:quod vtrum conſecutus ſum,nec ne,veſtro iudicio relin-
quo.

A quo. Quam ſciatis in quatuor partes eſſe diuiſam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Paſcha celebrandum. In ſecundo & tertio loco Apollinarium & Origenem iugulat. In quarto, id eſt extremo, hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus aduerſus Origenem dictum eſt, in pręteriti anni epiſtola continetur: & hęc, quam modo vertimus, breuitati ſtudens, dicere plura non debuit. Porro contra Apollinarium ſuccincta fides & pura profeſſio non caret ſubtilitate dialectica, quę aduerſarium ſuum, extorto de manibus eius pugione, confodit. Orate Dominum, ut quod in Gręco placet, in Latino non diſpliceat; & quod totus Oriens miratur & p̄dicat, læto ſinu Roma ſuſcipiat; prędicationem quoque cathedrę Marci Euangeliſtæ cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confirmet: quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatū quoque Papam Anaſtaſium eodem feruore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hęreticos perſecutum; eiuſq. litterę doceant, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt: cui multos imprecamur annos; ut hęreſeos rediuiua plantaria, per illius ſtudium longo tempore arefacta, moriantur.] hæc de litteris a Theophilo ſcriptis ſanctus Hieronymus, nempe una Synodica, ac duabus Paſchalibus duorum annorum ſpatio intercurrente datis.

LI.

De epiſtolis a Theophilo ſcriptis ratio temporis

B Quod uero ad Synodicam ſpectat; eadem (vt ipſe teſtatus eſt) ab ipſo Hieronymo Latinitati tradita, deſideratur: nam licet tres extiterint Theophili epiſtolæ, nulla earum Synodalis eſt: ſed eædem omnes Paſchales eſſe intelliguntur, utpote quibus indicatur venturus Paſchalis ex ipſiuſmet Theophili calculis dies; Synodica vero nulla, quæ ex Synodo aliqua data poſſit intelligi. Porro quinque a Theophilo datas eſſe generales epiſtolas, quarum eſt memoria apud ſanctum Hieronymum, eiuſdem auctoris teſtificatione exploratum habetur: quarum omnium ſi tempus, quibus ſingulę datę ſunt, inſpiciatur, ipſa quoque rerum geſtarum ſeries concinno ordine diſponetur. Earum igitur omnium prima eſt illa hoc anno ex Synodo data, eaq. ex cauſa appellata Synodica: ſecunda Paſchalis dicta aduerſus Origenem & eius diſcipulos peculiariter ſcripta, quę etiam deſideratur: hæcq. illa eſt, de qua ipſe Hieronymus in epiſtola ad Pammachium & Marcellam ſcribit, [a] cum ait: Si quid autem hic minus aduerſus Origenem dictum eſt, in præteriti anni epiſtola cōtinetur.] de ambabus his idem Hieronymus ubi ſupra aduerſus Ruffinum agens [b] meminit, atq; de tertia aduerſus Apollinarium & Origenem ſcripta, cum ait: Duas, Synodicam & Paſchalē eius epiſtolas contra Origenem illiuſq. diſcipulos, & aliam aduerſus Apollinarium & eumdem Origenem per hoc ferme biennium interpretatus ſum.] Porro tertiam hanc epiſtolam illam eſſe certum C eſt, cuius argumentum in quatuor partes diuiſum ab eodem Hieronymo in dicta epiſtola ad Pammachium atque Marcellam data deſcribitur [c]. Habes iam tres a Theophilo datas epiſtolas, vnā Synodicam, duas Paſchales: quarum poſterior extat, eſtq. eius exordium: Primum [d] ſolemnitatis auguſtę ſermo, &c.] Rurſus vero poſt hanc alia ſequitur ordine ſecunda in codice, dicenda tamen Theophili quarta, Paſchalis uero tertia, quæ ſic incipit [e]: Chriſtum Ieſum Dominum glorię, &c.] Poſt hanc additur alia, dicenda Paſchalis quarta, ſed quinta ordine collocanda (vt patet ex ordine præcedentium) quæ ita exorditur [f]: Nunc quoque Dei uiua Sapientia, &c.] cuius argumentum deſcribitur a ſancto Hieronymo in epiſtola ad Theophilum [g], quam ipſe in Latinum ſe uertiſſe ait, cum haud pridem S. Paula ex hac vita migraſſet, cuius tranſitum ad Deum contigiſſe certum eſt Honorio Aug. VI. & Ariſteneto Coſſ. anno Domini quadringenteſimoquarto. cuius temporis certa habita ratione, dicendum eſt, vltimam Paſchalem, earum ſcilicet quarum mentio eſt apud S. Hieronymum, ordine quartam, datam a Theophilo eſſe anno Domini quadringenteſimo tertio.

a Hier. epiſt. 78.
b Hiero. aduerſ. Ruffin.
c Hier. epiſt. 78.
d Extat tom. 1. Bibl. ſanctę.
e Ibidem.
f Ibidem.
g Hier. epiſt. 31.

LII.

Quo ordine tēporis ſcriptæ ſint epiſt. Paſchales Theophili.

D Cum enim Paſchalis epiſtola primo conſueuerit mitti Romam ad Romanum Pontificem, a quo reliquæ acceptur ę eſſent Eccleſię, in die Epiphaniæ Domini diaconorum præconio inter ſacra peruulganda (prout dictum eſt ſuo loco pluribus tertio Annalium tomo, ubi de Concilio Niceno ſermonem habuimus) vtique non eodem anno, cuius Paſcha indicebatur, ſed ſuperiori ab eo Paſchalem ſcribi epiſtolam oportuit atque mitti. Qua quidem habita ratione, certo temporis ordine ita omnes a Theophilo datę illæ quinque epiſtolæ diſponuntur, ut hoc anno (prout demonſtratum eſt) ex Synodo Alexandrina ſcripta a Theophilo Synodica fuerit de condemnatione Origenis & eius doctrinæ inhærentium Origeniſtarum: ſequenti autem anno data fuerit prima Paſchalis pro eo qui ſequitur anno, nempe quadringenteſimoprimo: quo item anno quadringenteſimo primo edita fuerit ſecunda Paſchalis pro anno quadringenteſimo ſecūdo: tertia uero promulgata fuerit ipſo anno Domini quadringenteſimo ſecundo pro ſequenti anno quadringenteſimo tertio: quarta vero Paſchalis (vt memorauimus) ſcripta ſit ipſo anno quadringenteſimo tertio pro quadringenteſimo quarto, quo eam in Latinum uertit S. Hieronymus, defuncta iam paulo ante S. Paula eodem anno, menſe Ianuarij. Hęc conuenire cum editis ab ipſo Theophilo Paſchalibus E Cyclis, curioſus explorator inueniet. Porro ſucceſſiuo ordine, annis ſingulis ſingulas eodem argumento aduerſus Origenis hęreſim & eius ſectatores eſſe datas dictas epiſtolas liquet: cum alioqui alijs quoque annis (vt ante diximus) ſingulis ſingulas dare ſoleret Paſchales. At ſcrupuloſam hanc Theophili epiſtolarum diſquiſitionem ad exactam temporum rationem minime prætermiſiſſe oportuit.

LIII.

Origenis errores damnati Alexandrię, & Romæ eodem tempore.

Quænam autem poſt ſcriptas hoc anno ab Anaſtaſio Papa Origenis & Origeniſtarum damnationis litteras fuerint ſubſecuta; quidve Ruffinus a communione Catholica alienus poſt hęc in S. Hieronymum molitus ſit: rurſum uero quid egerint aduerſus Theophilum Alexandrinum Epiſcopum monachi Origeniſtę ab eodem in Aegypto damnati atque expulſi, cum peruenerunt profugi Conſtantinopolim: ſequenti anno dicturi ſumus, quo res ab eis geſtæ contigiſſe noſcuntur. Hoc autem anno id confectum eſt, vt uno eodemq. tempore & Alexandrię in Synodo a Theophilo, Origenes cum Origeniſtis penitus damnarentur, & Romæ ab Anaſtaſio Papa id ipſum publica ſententia pręſtaretur. Quàm bene accidit, ut in Occidente quam citiſſime pullulans hęreſis cō

uulſa

LVIII. *Quid Carthagine in templo Cæleſtis Idoli.*

A Apud Africam Carthagini Cæleſtis ineſſe ferebant templum, nimis Amplum, omnium deorũ ſuorum ædibus vallatum, cuius platea lithoſtrata pauimento ac prætioſis columnis & mœnibus decorata, prope in duobus ferę millibus paſſuum protendebatur. Cum diutius clauſum, incuria, ſpinoſa virgulta circumſeptum obtuerint, velletq. populus Chriſtianus vſui veræ religionis vindicare dracones, aſpideſq. illic eſſe ob cuſtodiam templi, Gẽtilis populus clamitabat.] Quo magis Chriſtiani feruore ſuccenſi, ea facilitate omnia amouerunt illæſi, quo tẽplum ſuo veru cæleſti Regi & Domino conſecrarent. Nam cum ſancta Paſchæ ſolemnis ageretur feſtiuitas, collecta illic & vndique omni curioſitate etiam aduenienſ multitudo ſacerdotum multorum pater & dignæ memoriæ nominandus Antiſtes Aurelius, cæleſtis iam patriæ ciuis, cathedram illic loco Cæleſtis & habuit & ſedit. Ipſe tunc aderam cum ſocijs & amicis, atque(vt ſe adoleſcentium ætas impatiens circumquaqne vertebat) dum curioſi ſingula quæque pro magnitudine inſpicimus, mirum quoddam & incredibile noſtro ſe ingeſſit aſpectui, titulus æneis grandioribuſq. litteris in frontiſpicio tẽpli conſcriptus, AVRELIVS PONTIFEX DEDICAVIT. hunc legentes populi, mirabantur, præſago tuhc ſpiritu acta, quæ præſcius Dei ordo certo iſto fine concluſerat.

LIX. *Vaticinia Gentilium contra ipſos conuerſa.*

B Cumq. a quodã Pagano falſum vaticinium, velut eiuſdem Cæleſtis proferretur, quo rurſum & via & templa priſco ſacrorũ ritui redderentur; ille, ille (inquã) verus Deus, cuius prophetica vaticinia neſciunt omnino mentiri, nec fallere, ſub Conſtantio & Auguſta Placidia, quorum nũc filius Valentinianus pius & Chriſtianus imperat, Vrſo inſiſtente Tribuno, omnia illa templa ad ſolum vſque perducta, agrum reliquit, in ſepulturam ſcilicet mortuorum: ipſamq. viam ſine memoria ſui nunc Vuandalica manus euertit.] hæc ipſe: ex his quoque & vides, quibus ex cauſis creuerit Fidelium æmulatio in templis deorum demoliendis, quæ clauſa penitus, eſſe deſpectui, illi patiebantur inuiti. Cum enim Gentilium pertinacia impatiens dedecoris & contumeliæ deorum templa penitus inacceſſa manere, falſis oraculis in vulgus ſparſis, fore iactabat, vt abolita Chriſtiana religione idololatria iam compreſſa maiori reſurgeret gloria, templaq. rurſus aperienda, & numeroſiori multitudine frequentanda: quo hæc inanis prædictio caſſa penitus redderetur, ante eorum oculos ipſorum templa Fideles e fundamentis ſolo proſternere conabantur: vt ſic tandem Gentilitas deſperata fatiſcens, victa daret victoribus manus, nomenq. Chriſtianæ militiæ. Quod quidem ex ſententia eueniſſe, ea quæ nuper ſunt ex ſancto Auguſtino [a]. recitata, teſtantur.

a Augu. in Luc. ſerm. 19.

LX. *Romanis etiã venerandum Cæleſtis idolũ.*

C Hic tandem finis fuit famoſiſſimi idoli Cæleſtis Carthaginenſis, eiuſq. templi omniũ in Africa celeberrimi. Adhuc vero vt Chriſti gloria ex eius demolitionis idoli victoria parta magis magiſq. omnibus innoteſcat, hic paululum immorandum, deque eodem idolo & eius origine & nomine eſt pluribus diſſerendum: omnia enim hæc conducunt ad Chriſti de peruerſiſſimo dæmone expugnato triumphum. Primum enim ſciendum eſt, eiuſmodi Cæleſtis Carthaginenſis idolum etiã Romanis maxime venerandum fuiſſe: quod ex eo quiſque poterit intelligere, dum ex Senatuſconſulto atque Principum placitis iſtud ipſum paucis conceſſum aſſecutum fuerit priuilegium, vt poſſet heres inſtitui. Nam Vlpianus [b] I. C. hæc de his habet:

b Vlpian. tit. de his qui hered inſtit. poſſunt poſt Cod. Theod.

* Ilienſem

LXI. *De Cæleſtis Dei Carthaginenſium origine.*

Deos heredes inſtituere non poſſumus, præter eos quos Senatuſconſulto, cõſtitutionibus Principum inſtituere conceſſum eſt, ſicut Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, ſicuti Martem in Gallia, Mineruam Melienſem *, Herculem Gaditanum, Dianam Epheſiam, Matrem Deorum Cybelem, quæ Smyrnæ colitur, & Cæleſtem * Salinenſem Carthaginis.] hæc Vlpianus.

* Cæleſtum

Sed quodnam numen Cæleſtis nomine declaratur? Prima quidem fronte dixeris, eſſe Saturnum: nam cum Lactantij [c], tum aliorum plurium teſtificatione expreſſum habetur, peculiarem D Deum Afris fuiſſe Saturnum, cui humanas hoſtias immolarent [d]. Cum igitur conſtet Cæleſtem fuiſſe ſummo apud eos honore habitum: eumdem fuiſſe Saturnum cum Cæleſtẽ, certum videri poteſt. His accedit Tertulliani Carthaginenſis hominis ſumma auctoritas, dum primum hæc ait in Apologetico [e]: Vnicuique prouinciæ & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Africæ Cæleſtis.] Idemq. poſtea in Scorpiaco [f] iſta ſubdit: Afrorum Deum Saturnum placari victimis hominum.] Quibus accedit, quod a Græcis Saturnus οὐρανὸς (quod & Phornutus ait) Cælus eſt appellatus, ſeu Cæleſtis. His adiungitur, quod Saluianus [g] Cæleſtem, non Deam, ſed Deum appellat.

c Lact. de falſ. relig. c. 21.

d Sil. Italic. & alij.

e Tertu. Apolog. cap. 24.

f Tertu. in Scorpiac. c. 7.

g Saluia. de prouiden. Dei. lib. 8.

LXII. *Cæleſtis Dea Carthaginẽſiũ peculiaris.*

Verum Cæleſtem, non Dei, ſed Deæ fuiſſe nomen, ex eodem Tertulliano [h] in primis accipimus, vbi ait: Iſta ipſa virgo Cæleſtis pluuiarum pollicitatrix, &c.] Iſta ipſa, nempe, quæ Carthagine colitur. Sed S. Auguſtinus [i], eius gentilis, vtpote Afer, virginem Cæleſtem nominat. Deam quidẽ & non Deum fuiſſe apud Ethnicos exiſtimatum, declarat etiam preſens inſcriptio inciſa baſi, ſuper quam Cæleſtis ſimulacrum collocatum erat [k].

INVICTÆ
CÆLESTI
E AVR. ONESI
MVS. D D

Et Apuleius, idemq. ipſe Africanus, eamdem virginem appellat, Iunonemq. fuiſſe ait [l], cum ita eam compellat: Magna Iouis germana & coniuga, ſiue tu Sami querulo partu, vagituq. & alimonia tua gloriaris; ſiue celſæ Carthaginis, quæ te virginem vectura leonis cælo commeantem percolit, beatas ſedes frequentas, &c.] Cuius quidem imaginem in antiquis nummis expreſſam hic reddendam putauimus. Conſiſte hic parum, quæſo, lector: haud enim otioſe tibi hoc exhibitum fuiſſe ſpectaculum ſenties. Vides hic duorum formas numiſmatum editas, alterius Seueri Imperatoris, alterius vero eius filij Antonini; atque in ambobus, a tergo ipſorum, Carthaginenſium Deæ Cæleſtis ineſſe ſigna. Meminiſſe autem debes, dictum eſſe ſecundo Annalium tomo effigiata eiuſmodi fuiſſe numiſmata cum inſcriptione, INDVLGENTIA AVGG. quòd Seuerus Imp. vna cũ filio plurima Carthaginenſibus contulerit beneficia.

h Tertu. Apolog. cap. 24.

i Aug. de Ciuit. Dei, lib. 2. c. 4.

k Romæ apud Alexand. Borgianum.

l Apul. de aſin. lib. 6.

Cum

a Extat apud Lælium Paſqualinum nu. argent. A





b Extat apud Angel. Breuent. num. æreus. B





Cum autem vtraq. numiſmata hæc Carthaginenſium Deæ typum exprimant & imaginem, altera tamen ipſarum in eo tantum differt ab altera parua differentia, cũ in poſteriori Cæleſtis Deæ dextera armata ſit fulgure, in priori vero tympanum dextera Cæleſtis teneat; cuius effigiem [c] a Luciano habes magna ex parte deſcriptã. Dũ enim agit de Dea Syria, hæc inter alia: Leones ipsã ferunt, & tympanum habet, & coronam in capite turritam geſtat.] vt Cybelem haud dubium intelligas ſignificari, quæ ad luctus ex Attidis morte ſuſcepti conſolationem, tympanum ſumpſiſſe fertur. Porro eiuſdem Deæ ſigna diuerſis geſtaminibus fingi, illud declarat, quod idem Lucianus inferius habet de eiuſdem imagine in templo Hierapolitano ad totius Syriæ cultum poſita, dũ ait eiuſdem ſimulacrum altera quidem manu colũ, altera vero ſceptrum geſtaſſe; quod & in nummis exprimitur: licet interdum alios pro colo reddidiſſe inuenerimus fulgur. C

LXIII. *Imaginib. varijs reddita Cæleſtis dea.* c Lucian. de Dea Syria.

Ceterum eiuſdem Apulei conſtat auctoritate, idem ſimulacrum non vnius tantum, ſed diuerſorum numinum nomina continuiſſe. ſunt hæc eius verba [d]: In vniuerſum quidem (quod vere dixeris) Iuno eſt. Ceterum habet quippiam & Mineruæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemeſis, & Parcarum: & altera quidem manu ſceptrum tenet, altera autem colum, & in capite radios gerit, & turrim, & cæſtum habet, quo ſolam Venerem cognomento Cæleſtem exornant.] hæc ipſe. Similiter autem ex Cæleſti Carthaginenſi exprimi plura numina, ſiue vnum diuerſis nominibus nũcupatum, non tantum quæ nuper ex Apuleio ſunt recitata declarant, ſed & quæ idem enucleatius habet inferius hiſce verbis, cum precatur: Regina Cæli, ſiue tu Ceres alma frugum parẽs originalis, quæ repertu lætata filiæ, vetuſtæ glandis ferino remoto pabulo, miti commonſtrato cibo, nũc Eleuſinam glebam percolis: Seu tu Cęleſtis Venus, quę primis rerum exordijs ſexuum diuerſitatem, generato amore, ſociaſti, & æterna ſobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi ſacrario coleris: Seu Phœbi ſoror, quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educaſti, præclariſque nunc veneraris delubris Epheſi: Seu nocturnis vlulatibus horrenda Proſerpina, triformi facie laruales impetus comprimens.] ac paulo poſt, ſic reſpondens ipſa ad Lucium: En adſum tuis commota, Luci, precibus rerum Natura parens, elementorum omnium domina, ſæculorum progenies initialis, ſumma numinum, Regina manium, prima cælitum, deorum dearumq. facies vniformis, quæ cæli luminoſa culmina, maris ſalubria flammina, inferum deplorata ſilentia nutibus meis diſpenſo. Cuius numen vnicum, multiformi ſpecie, ritu vario, nomine multiiugo [*] totus veneratur Orbis. Inde primigenij Phryges Peſſinunticam nominant Deum matrem: hinc autochthones Attici Cecropeiam Mineruam: illinc fluctuantes Cyprij Paphiam Venerem; Cretes ſagittiferi Dictynam Dianam: Siculi trilingues Stygiam Proſerpinam; Eleuſini vetuſtam deam Cererem: Iunonem alij, alij Bellonam, alij Hecaten, Rhamnuſiam alij: & qui naſcentis diei Solis inchoantibus illuſtrantur radijs Aethiopes, Arijque priſcaq. doctrina pollentes Aegyptij cærimonijs me proprijs percolentes, appellant vero nomine Reginam Iſidem, &c.] D E

LXIV. d Apul. libr. 11. in princ. *Cæleſtis diuerſis nominibus appellata.*

* multiuoce

Attigit hæc etiam ex parte noſter S. Ambroſius, dum de ea hęc ait expreſſe [e]: Quam Cæleſtem Afri, Mitram Perſæ, pleriq. Venerem colunt pro diuerſitate nominis, non pro numinis varietate.] At quod idem Apuleius citatis in locis, eamdem Cæleſtem, Dianam nominatam fuiſſe tradit: hic cum S. Hieronymo [f] dicimus, non intelligi Dianam illam venatricem, quæ arcum tenet, & ſuccincta eſt: ſed illam (vt ait) Multimammiã, quam Græci πολύμαστον vocant; vt ſcilicet ex ipſa quoque effigie mentirentur, omnium eam beſtiarum & viuentium eſſe nutricem.] quale fuiſſe ſimulacrum Dianæ Epheſiæ, antiqua monumenta docent. Certe quidem & Dianam Cæleſtis nomine nuncupatam, antiqua inſcripta lapidibus monumenta produnt, vt quæ ſubijcimus [g].

LXV. e Ambroſ. aduerſ. Symmach. *Cæleſtis eadẽ Diana ab alijs dicta.* f S. Hieron. in præf. in epiſ. Pauli ad Epheſ. li. 1. g Romæ apud S. Mariã Maior. deſcripſit. Smet. pag. 23. nu. 11.

DIANÆ CÆLESTI
SACRVM
Q. CORNELIVS

THEO-

A THEOPHILVS
CVM. QVINTIA. M. F
LVPERCA

LXVI. Sed vnde id Carthaginenſibus numen? Audi Herodianum [a], dum deſcribit Heliogabali portentoſa deliria, cum quærerent deo ſuo Heliogabalo vxorem ſociare: ſpretoq. Palladis ſimulacro, quod cerneret galeatum: Negans (inquit) belligeram vxorem atque armatam cordi eſſe deo ſuo, ſimulacrum Vraniæ (*Cæleſtis ſcilicet Deæ*) iuſſit afferri: quod ſcilicet Carthaginẽſibus, omniq. Africæ venerabile poſitum fuiſſe a Phœniſſa Didone creditur; quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio ædificauit. Hanc Afri Vraniam, Cæleſtem videlicet, vocant; Phœnices Aſtroarchem, Lunam eſſe affirmantes. Congruere igitur aiebat Antoninus matrimonium Solis & Lunæ.] hæc Herodianus. Verumtamen quod eſt apud Herodianum, Aſtroarchen, aſtrorum Principem, Reginam cæli Iudæi, Phænices vero nominabant Aſtarthen, notiſſimum apud eos idolum, cuius genealogiam ab Euſebio [b] ex antiquiſſimis Phœnicum monumentis deſcriptam inuenies.

a Herod. lib. 5.

Sinodiorum Theologia ad Carthaginẽſes allata.

b Euſeb. de præpar. Euang. lib. 1. c. 7.

LXVII. Sic & Lucianus de Dea Syria agens, Sidoniorum idolum maximo apud eos honore habitum, B Aſtarthen pariter nominat: quam deam Lunam eſſe, ſic dictam, ipſe ſe exiſtimare teſtatur. Eſtq. eius mentio in diuinis Scripturis [c]: nam de Salomone traditur, quod inter alias idolorum abominationes colebat Aſtarthen deam Sidoniorum. quam cum Apuleius (vt vidimus) nominet Reginam cæli, intelligere potes eam ipſam fuiſſe, quã temporibus Hieremiæ apoſtatantes Hebræos coluiſſe, conqueritur ipſe Hieremias, cum ait [d]: Filij colligunt ligna, & patres incendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ celi.] & alibi ex eorum verbis: Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare libamina, omnibus indigemus, & gladio & furore conſumpti ſumus.] quam Reginam cæli S. Hieronymus Lunam interpretatur: Paraphraſis vero Chaldaica habet pro Regina cæli, Sidera cæli. Sentit & Philaſtrius [e], idem eſſe idolum, quod Sidonij & illis propinqui ſeducti Iudæi coluerunt Reginam cæli, quam Carthaginenſes appellarunt Cæleſtem Virginem. nam ait: Alia eſt hæreſis in Iudæis, qui Reginã, quam & Fortunam cæli nuncupant, & Cæleſtem vocant in Africa, colunt, eiq. ſacrificia offerre nõ dubitant.

Iudæi Apoſtatæ cultores Cæleſtis Deæ.

c 3. Reg. 11.

d Hiere. 7. & 44.

e Philaſtr. c. 16.

LXVIII. Ceterum illud contigit, quod etſi vnum idemq. commune iiſdem erat idolum: tamen cum pro C diuerſitate regionum (quod Theodoretus ait [f]) mutari conſueuerint deorum imagines inde accidit, vt alijs ſignis eadem dea expreſſa eſſet apud Sidonios, alijs apud Carthaginenſes. Apud Sidonios enim eadem obequitãs taurum (vt Lucianus ait) exprimebatur in nummis: nã & caput tauri Aſtarthen inſigne fuiſſe, Euſebius docet [g] cumq. & Cæli filiam extitiſſe dicit, inde quoque accidit dictam eſſe Cæleſtem, quo nomine eamdem colerent Africani, non tamen tauro, ſed leonis dorſo virginem inſidentem, vt in nummis eam vides expreſſam.

f Theodor. in Ezech. ſect. 9.

g Euſeb. de præpar. Euang. lib. 1. c. 7.

LXIX. At quorſum, dices, tota hæc de Cæleſti Carthaginenſe prolixa tractatio? ea nimirum ex cauſa, quod ſingula hæc ſint præclariſſima trophæa victoriæ Crucis Chriſti. Non enim (vt videbatur) in demolitione Cæleſtis Carthaginenſis vnum tantum fuit proſtratum idolum, ſed omnia illa Gentiliciæ ſuperſtitionis ſunt numina debellata, quæ ex Luciano & Apuleio ſuperius ſunt recenſita. Et quod maioris fuit gloriæ Chriſti, de illo tunc potentiſſimo triumphatum eſt dæmone, qui Salomonem ſapientiſſimum Regum omnium viciſſet, Hebræumq. Dei populum ſub iugo duxiſſet impietatis, ipſa Aſtarthe, nuncupata Regina cæli, dea Sidoniorum, a Carthaginenſibus dicta Virgo Cæleſtis. Quod tunc exhibitum putas ſpectaculum cælitibus dignum, cum quæ vecta leone Cæleſtis cæleſtia ſcandens, vni ex illis ſternitur pedibus, qui inſtar ouis [h] a Chriſto miſſus eſt inter D lupos? Quænam vmquam de victoria hoſtium tam glorioſa eſt erecta columna, vel ingens eleuatus eſt obeliſcus, aut victorijs exculptus militum fornix fuit triumphalis extructus, ſicut cum ſedes Chriſtianæ legis Antiſtitis (vt ait Proſper) in loco Cæleſtis eſt collocata, in qua & ipſe Chriſti ſacerdos ſtante populo ſedit? Aurelius (inquit ille) cæleſtis patriæ ciuis, cathedram illic loco Cæleſtis habuit & ſedit.] Etenim cathedræ Epiſcopali leo ille Cęleſtis ſuccubuit; quod in Eccleſia moris eſſet, thronos Pontificis ſculptorum leonum tergis imponi, myſticum illud referans, ſuperbiam ſæculi aduerſariam Chriſti, dæmoniſq. potẽtiam Crucis virtute ſub actas. Equidem innumera de his cernuntur exempla, vt de ea quæ proxime ob oculos fuit, ſede Pontificia in apſide veteris baſilicæ Vaticanæ. Magna plane Chriſti victoria factum eſt, vt vbi Cæleſtis idolum (quod ait Capitolinus in Pertinace) reddebat oracula, illic audiretur ab Epiſcopo prædicari Euangelium veritatis. Sed de his hactenus.

Magnus Chriſti triumphus in demolitione Cæleſtis.

h Matth. 11. Luc. 10.

LXX. Nunc autem reliqua proſequamur, quæ his item temporibus in Africa contigiſſe, idem Proſper narrat his verbis [i]: Noui quoque ipſe, in quadam parte Mauritaniæ prouinciæ de ſpelæis & cauernis ita antiqua producta ſimulacra, quæ fuerant abſconſa, vt omnis illa cum clericis in ſacrile E gio periurij ciuitas teneretur. Quid vero per ceteras prouincias in re hac actum ſit, & omnibus notũ eſt, & exitus ipſi demonſtrant. Doluit hæc futura Hermes Trimegiſtus; & merens inter cetera ſcripſit, dicens: Tunc terra iſta ſanctiſſima ſedes delubrorum atque templorum, mortuorum erit cadauerumq. pleniſſima futura.] hactenus Proſper.

i Proſp. de prædict. lib. 3. c. 3

Simulacra abſconſa propalata.

LXXI. Rurſum vero quod ad res Africanas pertinet; S. Auguſtinus cum de his agit, antequã ſcilicet Imperatoris reſcriptis licentia data eſſet Chriſtianis aduerſus idola aliaſq. omnes ad ea ſpectantes ſuperſtitiones agendi commendat Chriſtianorum modeſtiam, dum nonniſi magna charitate cum ipſis agere conſueuerint. Ipſe enim concionatus ad populum, vbi explicat illa Deuteronomij verba [k]: Cum data vobis fuerit terra in poteſtatem, aras eorum deſtruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis: Cum acceperitis poteſtatem, hæc facite.] Vbi nobis, inquit [l], non eſt data poteſtas, non facimus; vbi data eſt, non prætermittimus. Multi Pagani habent iſtas abominationes in fundis ſuis: numquid accedimus, & confringimus? Prius enim agimus,

Chriſtiana modeſtia commẽdata.

k Deut. 7. 11.

l Aug. in Matth. ſerm. 6.

vt idola

vt idola in eorum cordibus confringamus. Quando Chriſtiani & ipſi facti fuerint, aut inuitāt nos A
ad tam bonum opus, aut præueniunt nos. Modo orandum eſt pro illis, non iraſcendum illis.] At
hæc Auguſtinus ante reſcripta illa aduerſus idola edita: quid autem poſt ipſa promulgata a ſuis
a Aug. epi. 154. voluit ipſe præſtari Chriſtianis, hæc ab eodem commonente accipe [a] Auguſtino: Cum, inquit, tē-
pla, idola, luci, & ſi quid huiuſmodi, data poteſtate, euertuntur: quamuis manifeſtum eſt, cum id
agimus, non ea nos honorare, ſed potius deteſtari: ideo tamen in vſus noſtros priuatos dumtaxat
& proprios non debemus inde aliquid vſurpare, vt appareat nos pietate iſta deſtruere, non auari
tia. Cum vero in vſos communes, non proprios ac priuatos, vel in honorem Dei veri conuertuntur;
hoc de illis fit, quod de illis hominibus, cum ex ſacrilegis & impijs in veram religionē mutātur.]
hæc ipſe. ex quibus intelligis quam a ſuis exegerit Auguſtinus in Gentilium ſuperſtitione abolen
da hoc tempore moderationem. haud tamen ab omnibus id præſtitum eſt, vt ipſa materia, ex qua
idola confecta eſſent, Gentilibus ipſis fuerit reſtituta; quis enim illam a militum manibus rapaciſ
ſimis extorſiſſet?

LXXII. Accidit autem tunc temporis illud lugubre in Colonia Suffectana, vt Gētiles ſimulacri ſui Her
Suffectani tru culis iacturam paſſi, aduerſus Chriſtianos arma corripientes, ex eis trucidauerint ſexaginta, ad B
cidāt Chriſtia quos tunc S. Auguſtinus exprobrans iſta breuiter ſcripſit [b]:
nos. Immanitatis veſtræ famoſiſſimum ſcelus & inopinata crudelitas terram concutit, & percutit
b Aug. epi. 167. cælum, vt in plateis ac delubris veſtris eluceat ſanguis, reſonet homicidium. Apud vos Romanæ
Auguſtini epi. ſepultæ ſunt leges, iudiciorum rectorum calcatus eſt tenor, Imperatorū certe nulla veneratio nec
ad Suffecta- timor. Apud vos ſexaginta numero fratrum innocens effuſus eſt ſanguis: & ſi quis plures occidit,
nos. functus eſt laudibus, & in veſtram curiam tenuit principatum. Age nūc principalem veniamus ad
cauſam. Si Herculem veſtrum dixeritis: porro reddemus. Adſunt metalla, ſaxa nec deſunt: accedūt
marmorum genera, ſuppeditat artificum copia. Ceterum Deus veſter cum diligentia ſculpitur,
tornatur & ornatur: addimus & rubricam, quæ pingit ruborem, quo poſſint vota veſtra ſacra ſo-
nare. Nam ſi veſtrum Herculem dixeritis, collatis ſingulis nummis, ab artifice veſtro vobis emi-
mus Deum. Reddite igitur animas, quas manus veſtra contorſit; & ſicuti a nobis veſter Hercules
redhibetur, ſic etiam a vobis tantorum animæ reddantur.] hactenus ad eos Auguſtinus, ironia iſta
exprobrans immane facinus, deorumq. Gentilium inanem cultum ob oculos repræſentans; oſten
dens facilius eſſe, mille denuo Hercules & omnes deos Gentilium efformare, quam vnum necatū C
hominem vitalibus reſtituere: declarans pariter quāto inferioris conditionis exiſteret Hercules,
quem fractum reficere artifex poſſet, quàm homo, qui ſemel extinctus, ab Hercule excitari non
valeat.

LXXIII. At quid hoc item tempore Gentiles Coloniæ Calamenſis in opprobium promulgatarum in
deos Gentilium legum egerint, ab ipſo etiam accipe Auguſtino hæc de his ad Nectarium conſcri
c Aug. epi. 202. bente [c]: Contra recētiſſimas leges, Kalendis Iunijs, Feſto Paganorum, ſacrilega ſolemnitas agita
Calamenſes ta eſt, nemine prohibente tam inſolentia vſu, vt, quod nec Iuliani temporibus factum eſt, petulan-
quid in Chri- tiſſima turba ſaltatorum in eodem prorſus vico ante fores tranſiret eccleſię. Quam rem illicitiſſi-
ſtianos. mam atque indigniſſimam clericis prohibere tentantibus, eccleſia lapidata eſt. Deinde poſt dies
ferme octo, cum leges notiſſimas Epiſcopus Ordini replicaſſet, & dum ea quæ iuſſa ſunt, velut im-
plere diſponunt, iterum eccleſia lapidata eſt. Poſtridie noſtris ad imponēdum perditis metum, quod
videbatur, apud Acta dicere volentibus, publica iura negata ſunt. Eodemq. ipſo die, vt vel diuini-
tus terrerentur, grando lapidationibus reddita eſt: qua tranſacta, continuo tertiam lapidationem,
& poſtremo ignem eccleſiaſticis tectis atque hominibus intulerunt; vnum ſeruorum Dei, qui ober D
rans occurrere potuit, occiderunt, ceteris partim vbi potuerunt latitantibus, partim quo potuerāt
fugientibus: cum interea contruſus atque coarctatus quodam loco ſe occultaret Epiſcopus; vbi ſe
ad mortem quærentium voces audiebat, ſibiq. increpantium, quod eo non inuento, gratis tantum
perpetraſſent ſcelus. Geſta ſunt hæc ab hora ferme decima vſque ad noctis partem non minimam.
Nemo compeſcere, nemo ſubuenire tentauit illorum, quorum eſſe grauis poſſet auctoritas, præter
vnum peregrinum, per quem & plurimi ſerui Dei de manibus interficere conantium liberati ſunt,
& multa extorta prædantibus: per quem clarum factum eſt, quam facile illa vel omnino non fie-
rēt, vel cępta deſiſterēt, ſi ciues maximeq. primates ea fieri perficiq. vetuiſſent.] hæc Auguſtinus de
d Poſſi. in Vita his quæ diebus iſtis Calamæ facta ſunt, cuius Eccleſia ſub diœceſi Hipponenſi cōſtituta erat, adeo
S. Aug. c. 12. vt eius viſitatio ipſi incumberet Auguſtino, vt Poſſidius eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus docet [d].

LXXIV. Veniens igitur, his auditis, Calamam Auguſtinus, vt mærentem ſubleuaret Eccleſiā: quid tūc
Quid Auguſti egerit, idem ipſe eadem epiſtola ita narrat: Modo cum apud Calamam eſſemus, vt noſtri in tam
nus Calamæ cū graui dolore vel conſolarentur afflicti, vel ſedarentur accenſi quantum potuimus, quod in tempo-
Gentilibus. re oportuiſſe exiſtimamus, cum Chriſtianis egimus: deinde etiam ipſos Paganos mali tanti caput E
& cauſam, petentes vt ab eis videremur, admiſimus; vt hac occaſione admoneremus eos, quid fa
cere deberent, ſi ſaperent; non tantum pro remouenda præſenti ſolicitudine, verum etiam pro in-
quirenda ſalute perpetua, multa a nobis audierunt, multum etiam ipſi rogauerunt. Sed abſit vt ta
les, ſerui ſimus, quos ab eis rogari delectet, a quibus noller Dominus non rogatur.] Diſceſſit tan-
dem ab eis Auguſtinus haud placatus, quod oblatam veniæ ſpem etiam lucro æternæ ſalutis mini
e Apud Auguſt. epiſt. 201. me ſuſcepiſſet.

LXXV. Quamobrem qui inter Ethnicos ibi conſiſtentes grandior natu ac ſapientior videbatur, Ne-
Nectarius in- ctarius ſuis gentilibus conſulturus Idololatris, ad eumdem Auguſtinum reuerſum Hipponem lit
tercedit apud teras dedit, quæ hactenus extant [e], in quibus inter alia munus ab eo Chriſtiani Epiſcopi exigēs,
S. Auguſtinū iſta ſubdit: Sed Epiſcopum fas nō eſt, niſi ſalutem hominibus impertire, & pro ſtatu meliore cau-
pro ſuis Paga- ſis adeſſe, & apud omnipotentem Deum veniam aliorum mereri delictis, &c.] Auguſtinus vero ad
nis. ipſum reſcribens, iſta pollicetur, nimirum acturum vt reſipiſcentibus parcatur, cum nocētibus ve-

ro mitius

A ro mitius agatur; ita tamen, ne veniæ facilitate rurſum alia his ſimilia impiorum præſumat audacia, attemperandam fore clementiam ſeueritate: Ad hoc (inquiens) nitendum, ſeruata manſuetudine & moderatione Chriſtiana, vt aut ceteros deterreamus eorum imitati peruerſitatem, aut ceteros optemus eorum imitari correctionem. Damna quæ illata ſunt, vel tolerantur a Chriſtianis, vel reſarciuntur per Chriſtianos: animarum vero lucra, quibus acquirendis cum periculo etiam ſanguinis inhiamus, & in illo loco quæſtuoſius prouenire, & alijs locis illo exemplo non impediri deſideramus.] hęc ipſe, plane docens qua ratione debeat Epiſcopus attemperare cum indulgentię remiſſione ſeueritatis rigorem.

LXXVI. *Legatio Poſſidij ad Imperatorem aduerſus Gentiles.*

Quænam autem iſta fuerint cõſecuta, nihil præterea inuenimus, niſi quod Poſſidius Calamæ Epiſcopus, expoſtulaturus aduerſus Gentiles incendiarios & homicidas, nauigauit ad Honoriũ Imperatorem: cuius cum ſeuerum ad Proconſulem reſcriptum timeretur elicitum, rurſus idem qui ſupra Nectarius Calamenſis, homo Gentilis, ad eumdem S. Auguſtinum pro ſalute ſuorum litteras dedit: extant [a] ipſæ, & quas ad ipſum reddidit idem Auguſtinus [b], vbi & de Poſſidio apud Imperatorem cauſam proſequente meminit.

LXXVII. *Romę reliquię idololatrię ſublatæ.*

B Cum igitur tam in Oriente, quam etiam in Occidente (vt vidimus) aduerſus idola hoc anno fuiſſent promulgata reſcripta: ſicubi vehemens reliquorum facta eſt proſtratio idolorum, Romæ certe ardentioribus ſtudijs eorumdem conclamata eſt demolitio, cum (ſententia S. Hieronymi [c] alias repetita) nullibi vehementius quam Romæ, frequentioriq. populo, vacua idolorum templa quaterentur. Sed ex quo ea quæ in aperto erant, iam fuerant diſiecta atq. contrita, ſecretos aditus, ipſa penetralia, ſpecusq. ſubterraneos Fideles ſunt curioſius perſcrutati; adeo vt inueniri latibula minime vſquam potuerint, quæ ſolerti, pietate duce, ſagacitati fuerint inacceſſa. Tunc plane accidit, quod S. Proſper [d] vna cum alijs ſuorum temporum rebus memoriæ prodidit de efficti draconis in ſpecu latentis per monachum Chriſtianum impoſtura detecta: cuius rei geſtæ hiſtoriam tertio tomo, alia expoſcente occaſione, retulimus. Teſtatur etiam idem Proſper, templa deorum omnia cum ſuis adiacentibus ſpatijs fuiſſe tunc Eccleſijs ab Honorio Imperatore collata.

a Apud Auguſt. epiſt. 253.
b Aug. epiſt. 254.
c Hiero. præf. in epiſt. ad Galatas.
d Proſp. de prædict. li. 3. c. 38.

LXXVIII. *Carmina Sibyllina combuſta.*

Reſerata tunc pariter ſunt Apollinis Palatini abſconſa, repertaq. carmina Sibyllina, quæ a Stilichone in opus incumbente ſuccenſa fuere: in quem Rutilius Numatianus hæc proclamauit [e]:

C
Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremauit opis.
Odimus Althæam conſumpti funere torris,
Niſæum crinem flere putantur aues.
At Stilicho æterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit præcipitare colos.]

ita ipſe, quòd in Sibyllinis libris crederentur fatalia Vrbis ineſſe præſcripta. Quænam autem aduerſus ea quæ reliqua eſſent ſigna idololatriæ, vbiq. locorum ſub Romano Imperio a Chriſtianis hoc anno geſta fuerint, ſcriptorum inopia ſilent.

e Rutilius Itine. lib. 2.

LXXIX. *Honorius collectas Iudęorũ vetat.*

Qui igitur hoc anno ex recitatis edictis Gentiliciam ſuperſtitionem exagitauit Honorius Imperator, Iudæos quoq. ſibi nimium arrogantes nouo edicto compreſſit, dum collectas ab eis ex more faciendas inhibuit, ita reſcribens [f] ad Meſſalam Præfectum Prætorio:

Superſtitionis indignæ eſt, vt Archiſynagogi, ſiue presbyteri Iudæorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant, qui ad exigendum aurum atq. argentum a Patriarcha certo tempore diriguntur, a ſingulis ſynagogis exactam ſummam atq. ſuſceptam ad eumdem reportent. Qua de re, omne quic-

D quid conſiderata temporis ratione confidimus eſſe collectum, fideliter ad noſtrum dirigatur Ærarium. De cetero autem nihil prædicto decernimus eſſe mittendum. Nouerint igitur populi Iudæorum, remouiſſe nos prædationis huiuſmodi functionem. Quod ſi qui ab illo depopulatore Iudæorum ad hoc officium exactionis fuerint directi: iudicibus offerantur; ita vt tamquam in legum noſtrarum violatores ſententia proferatur. Dat. III. Id. April. Mediol. Theodoro V. C. Conſ.]

f l. 14. de Iudæis C. Theod.

LXXX. *De Iudæis collectoribus pecuniarum.*

Vetus hæc querela in Iudæos etiam ante Chriſti aduentum. Quòd enim vbiq. terrarum diſperſi per omnes prouincias ipſi eſſent; exigendo a ſuis vectigales pecunias Iudæorum primates, videbãtur quodammodo ab vniuerſo Imperio Romano tributum colligere: nam ſicut ipſi a ſuis, ita illi ab hominibus eius prouinciæ in qua agerent, mille inuentis modis, pecunias corradebant: fiebatq. vt vniuerſi propemodum Imperio ſubditi in Iudæorũ ærarium æs conferrent. Hæc enim in Iudęos Cicero exaggerat in oratione pro L. Flacco, qui iuſſus eſt cauſam dicere, quod vetuiſſet Iudæos collectam in Aſia pecuniam Hieroſolymam deferre. Sed & ad hæc ſpectare videtur recens huius temporis querela Rutilii, cum iſta luget his verſibus [g], alias ante alia occaſione citatis:

Atque vtinam numquam Iudæa ſubacta fuiſſet
E *Pompey bellis, Imperioq. Titi.*
Latius exciſæ peſtis contagia ſerpunt,
Victoresq. ſuos natio victa premit.]

g Rutilius Itine. lib. 1.
Iudæi vbique infeſti.

De eiuſmodi collectione pecuniarum per prouincias ab ipſorum Patriarcha fieri ſolita, & de quæſtoribus ab eodem legari conſuetis, quos illi Apoſtolos nuncupabant, ex Epiphanio tertio Annalium tomo diximus. Sed & S. Hieronymus de eiuſmodi præſcripta ab eis conſuetudine, in Vigilantium iſta ait [h]: Hac in Iudæa perſeuerante conſuetudine, non ſolum apud nos, ſed & apud Hebræos, vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, niſi ſolum Deum, ſynagogarum & totius Orbis foueantur miniſteriis.] hæc ipſe. Verum quod hoc anno Honorius Imperator Iudæis ademptum voluit, haud poſt diu, nempe ſub eius ſexto Conſulatu cum Ariſteneto, pro iiſdem datis reſcriptis [i] reſtituendum putauit, anno videlicet Domini quadringenteſimo quarto. Extat tamen de eadem re Theodoſii Iunioris reſcriptum, quo ſibi vẽdicat quæ ab Occidentalibus Patriarchis a Iudæis exigi conſueuerant [k]. At de Iudæis hactenus.

h Hier. in Vigil. in fin.
i l. 15. & 17. de Iud. C. Theod.
k l. vlti. de Iud. C. Theo. & l. 16. C. Iuſtin. cod. tit.

LXXXI. Qui vero Gentiles atq. Iudæos cenſura legum coercuit, hæreticis quoq. bellum reſcriptis ſuis A
Honorius Imperator indixit. Nam aduerſus Manichæos Africanam Eccleſiam perturbantes, ad
Dominatorem Vicarium iſta reſcripſit [a]:

Honori' quid in Manichęos.

Noxios Manichæos, execrabileſq. eorum cõuentus, dudum iuſta animaduerſione damnatos,
etiam ſpeciali præceptione cohiberi decernimus. Quapropter quæſiti adducantur in publicum, ac
deteſtiti * criminoſi congrua & ſeueriſſima emendatione reſecentur. In eos etiam auctoritatis
aculei dirigantur, qui eos domibus ſuis damnanda prouiſione detentant. * Dat. XVI. Kal. Iunij,
Mediolani, Theodoro V.C. Cõſule.] Sed vnde id acciderit, ex S. Auguſtino facile intelligere potes,
dum de Natura boni agens aduerſus Manichæos, de iiſdem nefaria operantibus hæc ait [b]: Hoc
ſe facere, quidam confeſſi eſſe in publico iudicio perhibentur, non tantum in Paphlagonia, ſed et
in Gallia, ſicut a quodam Romæ Chriſtiano Catholico audiui.] hæc ipſe. Cum ergo in Actis publi
cis ciuſmodi illorum ſordes fuerint propalatæ; eorumdem teſtificatione redditas manifeſtas, Im-
perator legibus inſecutus eſt, ſed de iiſdem Manichæis in Africa Proconſulari iudicio detectis &
condemnatis, agemus ſuo loco inferius. Quid vero hoc ipſo anno Honorius Imperator ad Sapi-
dianum Vicarium Africæ pro Africana Eccleſia reſcripſerit [c], videamus: B

LXXXII. Si Eccleſiæ venerabilis priuilegia cuiuſquam fuerint vel temeritate violata, vel diſſimulatione
neglecta; commiſſum quinq. librarum auri (ſicut etiam prius conſtitutum eſt!) condemnatione
plectatur. Si quid igitur contra Eccleſias vel clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab hu-
iuſcemodi hominibus fuerit contra leges impetratum; huius ſanctionis auctoritate vacuamus.
Dat. VII. Kal. Iul. Brixiæ, Theodoro V.C. Conſule.] Vt hæc autem ſancirentur ab Honorio Impe-
ratore, præceſſit legatio Africanorum Epiſcoporum, menſe Aprilis, ex Concilio Carthaginenſi
hoc anno celebrato; de quo hæc tantum reperiuntur poſteris commendata [d]: Poſt Conſulatum
glorioſiſſimi Imperatoris Honorij Aug. IIII. & Eutychiani V.C. quinto Kal. Maias, Carthagine,
in Secretario baſilicæ Reſtitutæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius & Vincen-
tius Epiſcopi, vt pro confugientibus ad Eccleſiam quocumq. reatu inuolutis legem de glorioſiſſi-
mis Principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere.] hæc ibi: meminiſſe namq. debemus
quæ anno ſuperiori dicta ſunt de Maſcezile Africano Duce fratre Gildonis, ipſum nimitum vio-
laſſe immunitatem Eccleſiarum abſtrahendo aliquos violenter ex eis; quorum ſacrilegiorum cau
ſa diram Dei vindictam in ſe prouocans infelix expertus eſt. C

a l. 35. de hæret. C. Theod.
* deteſtati
* defenſant, vel defendunt.
b Augu. de nat. bon. c. 47.
c L. 34. de Epiſc. & Cler. C. Theo.
d Tom. 1. Cõcil.

IESV CHRISTI ANNVS	ANASTASII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
400.	3.	6.

I. *De Conſulatu Stilichonis.*

QVadringenteſimus Chriſti annus ingreditur, adnotatus Faſtis Conſulatu Stilichonis & Aure
liani. Mirabuntur fortaſſe aliqui, ſocerum Imperatoris Stilichonẽ, plurimum (vt videbatur)
atq. optime de Imperio Romano meritũ, tamdiu vixiſſe ordinarij Cõſulatus expertem. Sed quod
ipſe renuerit, id accidiſſe, Claudianus exaggerat, eum his primũ verſibus merita eius inculcat [e]:

Qui mihi Germanos ſolus, Francoſq. ſubegit,
Cur nondum legitur Faſtis? cur pagina tantum
Neſcit adhuc nomen, quod iam numerare decebat?] & paulo poſt:
Sperabam nullas trabeis, Gildone perempto, D
Naſci poſſe moras. etiam nunc ille repugnat?]

At ille pacandum antea in omnibus eſſe Occidentale Imperium, quam ſupremæ dignitatis hono-
rem attingeret, prætexebat motarum cauſam. Bellis itaq. conſopitis, compreſſiſq. barbaris, ſum-
ma pace Imperio parta, hoc tandem anno creari ſe Conſulem paſſus eſt. Vnde idem Claudianus:

—— *Nullus Boreæ metus: omnis & Auſtri*
Ora ſilet: cecidit Maurus, Germania ceſſit:
Et Ianum pax alta ligat, te Conſule, &c.]

Feliciſſimus plane Stilicho in hanc diem, cum ob fortitudinem animi in rebus bellicis, tum
ob eiuſdem moderationem in tanta rerum proſperitate ſeruatam; ſed infeliciſſimus omnium red
ditus, cum quærit adhuc altiora faſtigia.

II. Eiuſdem Stilichonis Conſulatu conſignata innenimus [f] Acta SS. martyrum Anaunenſium,
Siſinnij, Martyrij, & Alexandri. extat de his epiſtola Vigilij Præſulis Tridentini ad S. Simplicianũ
Mediolanenſem Epiſcopũ, cuius Gennadius meminit, vbi ait [g]: Vigilius Epiſcopus Tridẽtinus
conſcripſit ad quẽdam Simplicianum in laudem libellum & epiſtolam cõtinentẽ geſta ſui tẽporis E
apud barbaros martyrũ.] ita Gennadius. Sed cũ mentionẽ habens Simpliciani, non dicat eũ Me-
diolanenſis Eccleſiæ fuiſſe Epiſcopũ, ſed quẽdam, quaſi incertũ eius nominis virũ; reuocari poſſe
vr in dubiũ, num hic ille ſit Simplicianus Antiſtes ſucceſſor S. Ambroſij: cum præſertim præcedẽti
capitulo idem [h] de eodẽ Mediolanenſi Epiſcopo auctor agat, recenſens edita ab eo ſcripta. Cer-
te quidem id ipſi inexploratum fuiſſe videtur, alijs tamen omnibus compertiſſimum, cum Vigilij
epiſtola in codicibus omnibus inſcriptionem habeat, Ad Simplicianum Epiſcopum: & licet cuius
Eccleſiæ Antiſtes fuerit, minime exprimat; tamen quòd eum Patrem appellet, cum Epiſcopi colle
gas Fratres conſueuerint nominare; non alium quam Simplicianum longo ſenio venerandũ, eſſe
potuiſſe, facile ſuademur. Nam & S. Auguſtinus iam Epiſcopus ſcribens ad eumdem libros Quæ-
ſtionum, cum licet tunc tantum presbyterum, æque Patrem appellat. Porro non aliũ quidem hũc
ab eo Simpliciano fuiſſe, inde quoq. elicimus coniecturam, quòd conſtat auctoritate Paulini [i],
horum martyrum reliquias mox Mediolanũ eſſe tranſlatas; de quibus paulo poſt dicturi ſumus.

Anaunenſes martyres hoc anno paſſi.

e Claud. de laudib. Stilich. lib. 2.
f Apud Mõbrit.
g Gẽnad. de vir. illuſt. c. 37.
h Gennad. ibid. c. 36.
i Paulin. in Vita S. Ambr. in fin.

A Ceterum tempus ſedis Simpliciani haud anni huius exceſſiſſe terminum,inde certum duci- III.
mus argumentum, dum conſtat legationem Afrorum Epiſcoporum anno ſequenti , nimirum *De obitu S.*
poſt Stilichonis Cõſulatum,in Italiam miſſam eſſe ad Venerium Simpliciani ſucceſſorem,ut ſuo *Simpliciani,*
loco dicemus,Immo quod & Anaſtaſius Papa(vt dictum eſt)ad eumdem Venerium in cauſa O- *& Venerio*
rigenis Periarchon & Origeniſtarum litteras dediſſe liquet,& ut conijci poteſt,hoc anno:inde ad *ſucceſſore.*
ducimur,vt opinemur,hoc eodem anno potius quam ſequẽti,Simplicianum diem obijſſe,& ſub-
rogatum eſſe Venerium.

Sed unde(dicet aliquis)ſub Chriſtiano Imperatore,in ſumma agente pace Imperio Occiden IV.
tali,compreſſis & oppreſsis vndique barbaris,potuit locus eſſe martyrijs? Memoria repete quæ *Cur Gentiles*
de Honorij Imperatoris edicto aduerſus idola,& quę in Africa a Gentilibus Suffectanis & Cala *inſurrexerint*
anenſibus in Chriſtianos diximus perpetrata : Cum ſcilicet iuſſis Imperatoris edicto ſimulacris *in Chriſtianos.*
deorum,alijſq.ſuperſtitionis Gentiliciæ ſignis vbique proſterni ; vbi contingeret copiam nume-
roſiorem eſſe Gentilium,Chriſtiannrum uero numerum minorem,longeq.abeſſent Pręfectorum
apparitores;compluribus in locis idolorum cultores,quaſi pro prietate patriiſq. dijs certantes,
B vehementi furore animorum incenſos,in Chriſtianos eorumque eccleſias eſſe crudeliter debac
chatos: id quidem dictos populos Suffectanos & Calamenſes Ethnicos in Africa præſumpſiſſe, q̃
ad calcem fere anni ſuperioris ſunt dicta,declarant.Quod igitur uel in Africa,uel alibi furens gẽs
Idololatra patrauit:iſtud ipſum,nondum anni vnius elapſo termino,Gentiles ruſtici vallis Anau
niæ,a Tridentina ciuitate ſpatio uigintiquinque milliatium(vt produnt Acta martyrum) diſſiti
accolę,in Dei miniſtros Siſinnium,Martyrium,& Alexandrum crudeliter commiſerunt.Commi
ſerati enim iſti ruſticos illos,poſt tantam Chriſtiani nominis lucem toto Orbe diffuſam, adhuc
obſtinatis animis tenebris ſuperſtitionis offundi;vt eos e faucibus dæmonis uindicatos aggrega
rent Eccleſię,e patrijs ſedibus facti uolentes extorres,ad eos peregrinati , in medio nationis pra-
uæ fixere tentoria,& Crucis erexere uexillum.

Inter hos primarius Siſinnius eminebat,genere Cappadox,diaconatus officio ſacer,in Chri- V.
ſtianę militię ſtipendijs veneranda ſenectute decorus. Martyrius uero lectoris ordine initiatus, *Siſinnij, Mar-*
oſtiarij autem auctus erat munere Alexander. Primus Siſinnius ſuo ſumptu in uico Gentilium e- *tyrij, & Ale-*
rexit eccleſiam,cui duo poſteriores comminiſtri uoluntarij milites inhęſerunt.Inſtabat ille uer- *xandri certa-*
C bo,ex quo ſemine vberem referret pietatis prouentum:iſti meſſis ſocij acceſſere . Sed irriganda *men.*
erat terra ſterilis ſanguine martyrum,ut ad Euangelicam menſuram reddere poſſet fructum cen
tuplum cum vitæ ęternę completiori additamento.Sed quomodo id acciderit,uideamus. Ad fi *Luſtrationes*
nem iam vergebat hoc anno menſis Maij,cuius uigeſimotertio die Gentiles ex antiquis ipſorum *agrorum.*
ritibus auſpicari conſueuerant Luſtrationes ſegetum,ut ex Kalendario ab antiquis monumentis [a] Smet.Inſcript.
formis Plantinianis a Smetio [a] edito,cuique perſpicuum fit.Quod autem huiuſmodi Idololatræ, pag.36.nume. 4.
collecta ingenti ruſticorũ manu,cũ hoſtia luſtrare ſolerẽt agros :eiuſmodi luſtrationes, Ambarua & 37 num.1.
lia [b],quaſi ab ambiendo rura,maiores dicere cõſueuerũt:de quib. ritibus Virgilius in Georgicis [c]: [b] Ex Feſto apud Macrob.li 3.c.5.
——— *Et cum luſtrabimus agros,* [c] Virgil.Georgi. 1.
Terq.nouas circum felix eat hoſtia fruges,&c.]

Porro eorumdem martyrum Acta habent,ruſticos illos Ethnicos vallis Ananniæ id tempo- VI.
ris ad hoc in unum collectos eſſe tubatum ſignis,vt agros circumeundo luſtrarent. cum uero co-
gerent contribulem quemdam ſuum,nuper per Dei miniſtros redditum Chriſtianum,ut ad ſacri
ficium victimam daret:& pro eius patrocinio aſſurrexiſſent uiri Dei,redarguentes ipſorum im-
D pietatem:omnis mox illorum furor in ipſos conuerſus eſt.Cum qui primum inter eos locum te-
nebat, Siſinnius tuba percuſſus,ſecuribuſq.confoſſus,in lecto exanimis pene decubuit. Verum ſe
quentis diei mane diluculo rurſum ruſtici in eccleſiam irruperunt, ut eam penitus demolirẽtur,
aggreſſique ſunt Martyrium intentum curę Siſinnij iam proxime Deo ſpiritum reddituri: quem
fugam arripientem,tentum,pluribus affectum vulneribus,ducendum ad idolum quod colebãt
Saturni,uinculis ligant,una cum Alexandro ab ijſdem comprehenſo latebras fruſtra captãte. Tra
hunt & Siſinnium,& eius collo appendunt ludibrij cauſa uelut iumento ruſticum tintinnabulũ:
cum ille eos admonens,inter ſalutaria verba fruſtra iactata,in uia deficiens,martyrio coronatus,
cælum conſcendit:cui & Martyrius,ex uulneribus factus exanguis,eadem corona auctus acceſſit
collega martyrij. Alexander vero vinctus pedibus,raptatus per uepres ſaxaque,uiuus peruenit ad
templum:vbi accenſa pira,iniectis in eam ſanctorum martyrũ cadaueribus,optio data eſt, ſi uel-
let ignem euadere,una cum ipſis ſacra faceret. Qui penitus abnuens , in ignem iniectus,ſumma
conſtantia in Chriſti confeſſione glorioſe martyrium conſummauit,pariq.cum ſocijs corona de
corus de impietate Ethnica & ruſticana proteruia triumphauit. Sed diuinam mox impij ſenſere
E uindictam,cum eueſtigio atra nube ad terram uſque cælo contecto,uibrantibus hinc inde fulmi
nibus,conterriti,ſe primum in ſanguinem innoxium peccaſſe ſenſere. Effecitq.tandem ſanctorũ
martyrum ſanguis,quem dæmones ethorreſcebant,ut aliquo intercedente temporis ſpatio,ido
lolatria ex ea regione penitus extincta fuerit,eorumdemq.Memoriæ ibidem erectæ frequenti cę
tu Fidelium frequentarentur.Hęc ex eorumdem martyrum Actis collecta ſunt.

At lectorẽ uenerãdæ antiquitatis cupidũ,epiſtola illa Vigilij ad ſanctũ Simplicianũ, minime VII.
fraudandũ putamus;cũ p̃ſertim ipſa haud prolixa admodũ ſit,ſed mendis nonnihil aſperſa,nõ mi
nimo tamẽ labore ex diuerſis diuerſorũ codicũ lectionibus,quantũ fas fuit,emaculata. Redden-
dam hic,inquã,eam putauimus,quod hoc unum certũ ſit reperiri uerus monumentum Actorum
eorumdem ſanctorum martyrum,cum eiuſdẽ auctoris libellus eo argumento fuſius ſcriptus om-
nino perierit,& iſtud ipſum ſit uetuſtate corroſum. Epiſtola autem ſic ſe habet [d]: [d] Apud Lipom. tom.2.& Sur.to.
Domino ſancto ac venerabili Patri,bonis omnibus præferendo,Simpliciano, Vigilius Tridẽ 3.ſub 29. Maij,
tinæ Eccleſiæ Epiſcopus S. & manuſcript.

VIII, *Epiſtola Vigilij ad Simplicianum.*

Quamuis facta martyrum mentione, non verbis merita, ſed verba meritis commendentur; A potiuſq. ſit conſtantiæ ſilentio præterire, quibus eſt probata uirtus: tamen quia me ſuggerere cauſas, loca, pugnaſq. martyrij, pietas impulit, admonuit debitum, coegit officium: trepidantem mœrore linguam paginæ non negaui; quia nec abſcôdi poterat lucerna ſub modio, nec uox pij ſanguinis reticeri. Poſt multos namque patientiæ gradus & ſedulas pugnas, recens perfidię acceſſit iniquitas, quibus miniſtri in Eccleſijs, quæ nuper fundatę fuerant, laceſſiti ſunt, ac martyrij titulos compararuerunt, parati ad omnia, libenter omnia ſuſtinentes, nulli dantes occaſionem, occaſione glorię, gloriam meruerunt. Quorum vita (vt ſumma rerum faſtigia referam) propter ſcientiæ notitiam fuit tam ſolicitudinis, quam propoſiti ſingularis. Nam omnes liberi nexu côiugij, Deo immaculatas animas ut ſanctas hoſtias præſtiterunt. Denique primus, uocabulo Siſinnius, nouam Christiani nominis pacem intulit barbarę nationi; quam per annorum ſeriem, quod in ſe fuit, iugiter cuſtodiuit, nullum conſortium pollutæ hoſpitalitatis agnoſcens, uelut Loth [a] Sodomis, ſtupendo timore reuerentiam * ſeruauit. Sed ouis, tota quamuis in luporum medio conſtituta, ouile quęſiuit, quod, impenſis puſillę fidei votis, munificus primus in illa regione fundauit: cuius miniſter (ſi me eum recenſere dignaris) per hoc velut ex debito eſſe promeruit, ſenex vt æuo, ita B merito pręceſſerit.

a Geneſ 19.
* religionem

IX, *De Martyrio Lectore.*

Lector quoque Martyrius eius adminiculo ſociatus, iam nominis pignore commendante, cũ religione profeſſionis exordia poſt militiam temporalem catechumenus induit. Nam proiecto a ſe cingulo, reiectoq. parentum vel fratrum carnalium cœtu, intelligens ſeſe verę lucis auctore Deo, gratiam conſecutum, inter lectoris officia ſociatus, diuinæ laudis canticum auribus primus ſurdæ regionis intonuit, attentus operibus iugiter ſpiritalibus, laſſatus ieiunijs continuis, lectioni ſuæ pædagogus, in lucrandis animabus anxius, quàm breuis temporis impendio tantum fœnus ante præmiſit, vt illi corona merito crederetur. Quid liberatas animas referam, in ſinum Abrahæ plena luce profectas, quas ſuperſtitio perfida dierum obſeruantia, alienato iure naturæ, crudeli morte damnabat? Verum ille, ſubductis maternis vberibus lacte turgentibus, peregrinus nutritu condecentem ſemper matri quærebat affectum, reſurrectionem exemplis prędicatam videntibus oculis dicaturus. Hęc ſunt pauca de multis.

X, *De Alexãdro Oſtiario.*

Alexander quoque Martyrii conſanguinitate germanus, tertius Trinitatis hoſtiam complẽs, parem confeſſionis ianuam reſerauit. Nam patriam, inquam, deinde peregrinus, parenteſq. deſeruit, comes in probationibus fidus, fide magnanimus, miſeratione propẽſus. Et, ſi teſtimonio meo C vtcumque creditur, non ſunt niſi ipſi ſibi altrinſecus prę ferendi: quos commendari non opus fuit, niſi forte, quod decuit. At vero hactenus ſunt alleuata faſtidia, ſi adhuc auribus libenter admittis. Nam fumoſa Gentilitas contra vaporem fidei zelo diaboli flamma furoris incaluit, & inde iã lento fomite ſerpens, quod opibus (vt dixi) fidei, paupertate deuota, primus id loci diaconus Eccleſiæ tabernaculum poſuiſſet.

XI, *Certamen Sanctorum Martyrum.*

Acceſſit quoque iuſtæ ad titulos cauſę, quod quõdam hoſtias diabolo Christiana domus diaconi fideli miniſterio prohiberet, ut luſtri feralis vexillo pręferri vexillum meruerit paſſionis. Nã inuitata * ſub vno prœlio manus, ad ſanguinem conuolauit, ac matutinis horis nimium antecedentis diei uulneribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehẽſum emerita quiete ſepeliuit. Lector quoque haud vmquam impigre Deo ad miniſterium antelucanum ſeruiebat, qui diacono in ſacrificio famulabatur; tunc medicinam vulneribus memoratus Martyrius exhibebat, antequam opera, qua deprehenſi ſunt, compleretur. Siquidem ſecedens ad hortum lector, qui eccleſię cohærebat, captus, vitæ ſuę arborem a radice plantauit. Oſtiarius etiam paſſioni adiunctus eſt, in hoſpitio deprehenſus, animam ſuam, ut non obtulit, ita non negauit. Verum omnes in vnum colle- D cti, per aliquot ſpatia tracti, Deo animas expirarunt. Et duorum quidem ductum eſt corpus exanime. Tertio uero vt tenacior uita, ita fuit pœna magis ſenſibilis: nam uiuus ſuas ſpectauit exequias, cum pręparatus eſt de ſactis eccleſiæ culminibus ſeu trabibus rogus: hæc flamma martyres uelauit. Reuerenti autem uoto cogitamus nobiſcum, ut id loci baſilica conſtruatur, ubi primũ fidei glorioſę teſtimonium meruerunt. Nunc me immeritum in utroque conſortem paterno amore conſolare, & cum ijſdem ſanctus apud ipſos exorator accede, quatenus poſſim die illa fimbriã aut ſacerdotum aut martyrum, iam omnibus ſepoſitis, peccator attingere. Salutamus ſpeciali ſeruitio ſanctitatem tuam. Quæſo vt memorem * mæroris tui Domino commendare digneris. *Item alia manu de reliquijs martyrum miſſis:* Denegare non potui, ut quod tuum in nobis erat, glorioſius fieret ſuſcipientis merito, non gratia largientis. Dies autem paſſionis ſanctorum, quarto Kalendas Iunias, ſexta feria, luce naſcente.] hucuſque Vigilij epiſtola, a mendis (vt licuit) vindicata: deſideratur autem libellus ab eo fuſius ſcriptus de eorumdem martyrio.

* mærorem meũ

XII. *b Pauli. in Vita S. Ambroſij in fine. Reliquiæ Martyrum Mediolanum allatæ cæcum illuminant.*

Quid uero mirandum acciderit, cum eiuſmodi ſanctorum martyrum venerandę reliquię per E Vigilium ad Simplicianum miſſæ, Mediolanum allatæ ſunt; audi Paulinum rem geſtam probe teſtatam ita ſcribentem [b]: Siſinnij etiam, Martyrij, & Alexandri martyrum, qui noſtris temporibus, hoc eſt poſt obitum ſancti Ambroſii, in Anauniæ partibus, perſequentibus Gentilibus viris, martyrij coronam adepti ſunt, cum reliquias Mediolanenſes ſumma cum deuotione ſuſceperũt, adueniente quodam cæco & referente, cognouimus, qui eodem tacto lectulo, in quo ſanctorum reliquię portabantur, lumen recepit: eo quod per viſum noctis uidiſſet nauem appropinquare littori, in qua erat multitudo albatorum. Quibus deſcendentibus ad terram, cum vnum de turba precaretur, ut ſciret qui eſſent ij uiri: audierit, Ambroſium, eiuſque conſortes. Quo audito nomine, cum precaretur ut lumen reciperet; audiuit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribus meis, qui illo uenturi ſunt (deſignans diem) & recipies lumen. Erat enim vir (vt ipſe differebat) de littore Dalmateno: nec ſe ante veniſſe in ciuitatem aſſerebat, priuſquam recto itinere reliquijs ſanctorum occurriſſet, nondum videns; ſed tacto loculo, uidere cœpiſſe.] hæc Paulinus.

Porro

A Porro eædem ipſæ ſacræ reliquiæ ſub Epiſcopatu ſanctæ memoriæ Caroli Borromæi Cardinalis,
eiuſdem Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopi, repertæ, ab eodem celebri pompa translatæ ſunt, vna
cum ſacris pignoribus ſanctiſſimi Patris Simpliciani Mediolanenſis Epiſcopi, quem hoc etiam
anno ex hac vita in cælum migraſſe, nuper diximus, necnon Geruntij, atque Benigni. In quorum
quidem translationem, immo repetitum nobis poſt tot ſæcula ſacrum ſanctorum triumphum, P.
Franciſcus Bencius e Societate IESV, vir maxime pius & inſigniter eruditus, qui & Muſas reddi-
dit Chriſtianas, & ſuauiore concentu canoras, cecinit ſacrum hymnum [a], cuius eſt exordium: a Franciſc. Benc. Carm. li. 2. hy. 7.

Sancti piorum ſpiritus
Non parua pars cæleſtium,
Quorum beatis oſſibus
Triumphat alma Inſubria, &c.] habes eum in libro ſecundo ipſius Carminum.

At quid tunc actum eſt de Gentilibus, qui necem ſanctis martyribus intulerunt? Miſſis a pro- XIII.
uinciæ Præſide militibus, tenti ſunt omnes: iamq. ſeuero ſupplicio damnandi, pro iiſdem interce- *Occiſores martyrũ liberati.*
dentibus apud Honorium Imperatorem Epiſcopis, liberati tandem ſacerdotum precibus ſunt, ne
B admiſſi immaniſſimi ſceleris pœnas darent; quod non decere dicerent martyrum ſanguinem
clamantem veniam nõ audiri. De horum tunc ab Imp. conceſſa liberatione S. Auguſtinus ad Mar-
cellinum ſcribens, his verbis [b] meminit: Scio enim in cauſa clericorum Anaunenſium, qui occiſi b Aug. epiſt. 158.
a Gentilibus nunc martyres honorantur, Imperatorem rogatum, facile conceſſiſſe, ne illi qui eos
occiderant, & capti iam tenebantur, pœna ſimili punirentur.] hæc ipſe. Quod autem ipſe S. Augu
ſtinus ait, eoſdem ſic necatos honores martyrum conſecutos: hæc ea quidem de cauſa dicit, quod
non Mediolani tantum, ſed & in alijs eccleſijs translatæ ipſorum reliquiæ colerentur: nam de iiſ-
dem hæc S. Gaudentius Brixianus Epiſcopus [c]: Recepimus etiam ſanctos cineres Siſinnij, Mar- c Gauden tract. de Concil ſanct. dedic.
tyrij, & Alexandri, quos nuper in ara Anauni vnà venerandæ religionis cultui attentius inhærẽtes
Gens interfecit ſacrilega, flammiſque adhibitis concremauit, vt holocauſtũ Deo ipſi fierent, qui
Chriſtianos ſuos victimas dæmonis miniſtrare increpatione iuſtiſſima vetuiſſẽt.] hæc Gaudẽtius.

At de Vigilio Tridentino Epiſcopo, eodemq. martyre, vt dicamus, & ratio temporis & neceſ- XIIII.
ſitas poſtulat argumenti. Nam Vſuardus, cuius ex veteribus monumentis & antiquioribus Mar- *Vigilius Epiſcopus & martyr.*
tyrologijs facta in dies ſingulos ſanctorum collectio haud mediocris auctoritatis eſt, hæc de eodẽ
C S. Vigilio habet VI. Kal. Iul. Apud Tridentinam vrbem S. Vigilij Epiſcopi, qui ſub Stilichone Con
ſule pro Chriſti nomine magno imbre lapidum perenſus, martyrium impleuit.] ita ipſe: quæ ſi re-
feras ad primum Stilichonis Conſulatum; vtiq. nondum menſe exacto a nece dictorum trium ſan
ctorum martyrum, dicendum eſſet ipſius Vigilij martyrium contigiſſe. ſi vero ad ſecundum eiuſ-
dem Conſulatum reijcias; poſt annos quinq. id factum oportuit. Quicquid ſit; redargui quidem
huiuſmodi auctoritate certum eſt illorum ſententiam, qui dixerunt martyrium Vigilii Tridenti-
ni Epiſcopi contigiſſe poſt annum ferme centeſimum ab hoc tempore, nempe ſub Anaſtaſio Im-
peratore; ea quidem perſuaſione adducti, quod eumdem Vigilium Tridentinum Epiſcopum exi-
ſtimauerunt vnum eumdemq. eſſe cum illo, qui aduerſus hæreticos ſcriptorum monumenta reli-
quit. Sed cum Vigilii Acta habeant [d], eius tempore paſſos dictos martyres Siſinnium, Martyriũ, d Vita S. Vigilij extat, ac eius opera edita cõtra Eutych. a Churterio.
& Alexandrum; conſtetq. teſtificatione SS. Auguſtini atq. Gaudentij horum temporum ſcriptorũ
(vt alios prætermittamus) his Honorij temporibus eoſdem conſecutos eſſe martyrium; iam illa
de tempore Anaſtaſij ex incerto auctore allata teſtificatio penitus euaneſcit. Sed & firmiſſima illa
accedit ratio: Quonam modo, quæſo, Vigilius ſimulacri Saturni cauſa a ruſticis lapidibus obrutus
D eſſe dicitur poſt tot annorum decadas a nece dictorum martyrum, cum & Honorii Imperatoris
lato nuper edicto id præcipiente, & nece martyrum exigente, haud potuerit idolum illud poſt hæc
tempora eſſe reliquum; cum præſertim militaris manus, qua & capti ſunt ruſtici delinquentes, ad
comminuendum Saturni ſimulacrum minime defuiſſet?

Sed quomodo deſcribatur Vigilii martyrium, ex antiquioribus tabulis Churterius reddidit, XV.
conſentientia his referens, quæ ex Vſuardo nuper ſunt recitata: nempe poſt trium nominatorum
martyrum trophæa, ipſum ad comminuendum idolum impulſum, eo confracto, lapidum imbri-
bus a Gentilibus ruſticis appetitum, martyrium conſummaſſe. Conſentit & idem auctor, hunc ip
ſum eſſe Vigilium, ad quem, cum creatus Epiſcopus fuit, S. Ambroſius [e] de Inſtitutione Epiſco- e Ambr epi. 70. vet. edit.
pi expetitam ab eo epiſtolam ſcripſit, qua in eo potiſſimum argumento verſatur, vt doceat ſuos
Chriſtianos non iungere cum Gentilibus matrimonia. Cum vero ex multis, quibus admonendus
ille erat, hoc vnum ab Ambroſio prolixa ea epiſtola inculcetur: plane ſignificatur, Gentilibus ho-
minibus eius confertam fuiſſe diœceſim: ad quorum conuerſionem Vigilii neruos omnes exten-
ſos eſſe, ipſe tum ſuorum ſcripto martyrio, tum etiam ſuo ſanguine declarauit.

E Sed magna ſcias paſſa eſſe Acta Vigilii detrimẽta, ſcriptorum incuria. Dum enim hunc ipſum XVI.
eſſe, ad quem S. Ambroſius epiſtolam illam ſcripſit, & eumdem qui de martyrio Siſinnii & ſocio- *Vigilij Acta corrupta.*
rum ad Simplicianum Mediolanenſem Epiſcopum litteras dedit, quem & ſub Conſule Stilichone
antiquæ tabulæ in Vſuardo teſtantur martyrium ſubiiſſe; dum (inquam) hunc ipſum martyrem
volunt auctorem fuiſſe lucubrationum in Eutychen hæreſiarcham, delirantia quidem de eo ſcrip
ſere, in primis vero idem qui ſupra Churterius, dum vult hunc, ad quem ait ſcripſiſſe S. Ambro-
ſium, natum eſſe ſub Theodoſio (vt ait) & Honorio Imperatoribus: dum inſuper, cuius ponit an- *De Vigilio ſcriptore Eccleſiaſtico.*
nos viginti Epiſcopatus, putat potuiſſe ſcribere contra Eutychen. Vtinam, ſicuti inuenit, Acta no
bis Vigilii reliquiſſet: nam quem martyrem eſſe repetit, & eius martyrii res geſtas exſcripſit, dũ f Vita Vigilij ante eius opera to. 5. Biblioth. ſanct. & apud Sur. to. 7. & Galeſin. in Not.
eumdem quoq. vult eſſe ſcriptorem, deformes ſimul coniunxit errores, magno diſpẽdio veritatis.
Quos alii vt cauerent, ut nihilominus eũdem exhiberent Vigilium Tridentinum martyrem atq.
ſcriptorem aduerſus Eutychen, eum poſt editas lucubrationes aduerſus hæreticos, ſub Anaſtaſio
Imp. a Gentilibus ob fractum Saturni ſimulacrum lapidibus obrutum tradunt [f].

XVII. Sed quid præſtitit auctor ille,qui Acta Vigilij in compendium redegit? illud quidem (ipſe par A
cat) vt inofficioſe nimis , quæcumque eſſent in prioribus Actis,quibus declararetur paſſus Vigi-
lius his temporibus Honorij Imperatoris,omnino ſubmouerit,atque prorſus abolenda cenſuerit,
nequid eſſe poſſet impedimento,quo minus vnus idemq. Vigilius dici poſſit, qui contra hæreti-
cos ſcripſit,cum eo qui martyrium paſſus eſt.Sed delere minime potuit,quod fuit relatum in tabu
las Eccleſiaſticas,paſſum Vigilium Conſule Stilichone , nec etiam cauit, obliteranda eſſe, quæ ex
prioribus Actis in Vita Vigilij ipſe intulit,nimirum eumdem Vigilium liberales artes Athenis di-
diciſſe. Etenim ex his perſpicue demonſtratur, quo tempore Vigilius vixerit : nam a temporibus
Arcadij Imperatoris , cuius regni exordio Gothi Græcias ſub Alarico inuaſere (vt conſtat ex his
quæ ſuperius dicta ſunt)Athenarum gymnaſia prorſus occluſa,penituſq. deſerta manſere,Sed op
time congruit, vt Vigilius Athenis adoleſcens litteris operam dederit, qui temporibus S.Ambro-
ſij ſedit Epiſcopus:atque qui ad S.Simplicianum de paſſis eo tempore martyribus(quod teſtatur
Gennadius) in laudem eorumdem & narrationem rerum geſtarum epiſtolam vnam cum libello
conſcripſerit,idem hoc tempore martyrio vita functus deceſſerit.

XVIII. Cum igitur ex his quæ diximus,duo inter ſe diuerſi ſint ſtatuendi Vigilij,quorum alter his fer B
me diebus martyrobierit, alter vero qui poſt centum ferme annos inter ſcriptores Eccleſiaſticos
celebris exitit : licet vterque dici poſſit Tridentinus Epiſcopus, titulus tamen martyrij ex aſſerta
ſuperius cauſa,nonniſi priori(vt diximus)conuenit. Poſteriorem quoq. Vigilium dicere Tridenti
num Epiſcopum fuiſſe,non refragamur; quod minime impoſſibile videatur,centum ferme anno-

Vigilij plures eodem ſæculo.
a Caſſiod.Inſtit. diuin.Script.c.9.
b Gēnad.de Scriptu.Eccleſ.c.51.

rum ſpatio,duos eiuſdem nominis fuiſſe ciuitatis vnius Epiſcopos:cū alioqui ſciamus huius cen-
tenarij ſpatio plures memoria celebres vixiſſe Vigilios, nempe Vigilium Africanum,cuius com-
mentarij in Apocalypſim Caſſiodorus [a] meminit; Vigilium alium diaconum,quem tradit Gen-
nadius [b] ſcripſiſſe regulas monachorum;rurſum vero ſanctitate inſignem Vigilium habes Epi-
ſcopum Brixianum,qui a S.Philaſtrio eiuſdem ciuitatis Epiſcopo ſeptimus ordine ſedit : Conci-
lio præterea Agathenſi inter alios Epiſcopos Vigilius nomine Antiſtes ſubſcriptus habetur:vt non
deſit Vigilius,qui ſcriptorum illorum auctor aſſeri poſſit. Sed de his hactenus.

c l.1. vtrum vi. C.Theod.
d Seuer. dialog. lib.1.
Quid Vincentius cū S. Martino.

XIX. Gerebat hoc anno ſub eodem Stilichone Conſule Vincentius Prætorij Præfecturam in Gal-
lijs , vt reſcriptum Honorij Imperatoris [c] ad eumdem datum ſignificat.huius ſumma cum lau-
de Seuerus meminit , de eius cum S.Martino adhuc ſuperſtite neceſſitudine ita ſcribens [d]: Me- C
mini Vincentium Præfectum, virum egregium, & quo nullus ſit inter Gallias omni virtutum ge-
nere præſtantior,dum Turonos præteriret,a Martino ſæpius popoſciſſe,vt ei conuiuium in ſuo mo
naſterio daret.In quo quidem exemplum B.Ambroſij Epiſcopi præferebat,qui eo tempore Con-
ſules & Præfectos ſubinde paſcere ferebatur.Sed virum altioris ingenij,ne qua ex hoc vanitas atq.
inflatio obreperet,noluiſſe.] ita Seuerus. Sicque videas in Eccleſia Dei ſanctorum virorum alios
ſic,alios ſic ambulaſſe , diuerſiſque itineribus ad vnum eumdemque tendiſſe terminum, Dei vo-
luntatem. Factus [e] ille,inſtar Pauli,omnia omnibus,vt omnes lucrifaceret. Iſte vero etſi hæc om
nia ſibi licere,non tamen æque omnia expedire,cognoſcens, intra monaſticæ obſeruantiæ ſepta ſe
maluit continere.

e 1.Cor.9.

Iudicia Epiſcoporum ſubſiſtere voluit Imperator.
f l.35. de Epiſc. & Cler.C.Theo.

XX. Eodem Stilichonis Conſulatu,menſe Februarij,Honorius Imperator ſanctionem edidit, qua
indicio Epiſcoporum voluit bene eſſe proſpectum, pœnis exagitans eos, qui in Concilio ſacerdo-
tum depoſiti Epiſcopi turbas cierint,& ſæculare præſidium putauerint exquirendum . Aduerſus
quos ad Hadrianum Præfectum Prætorio ita dictauit [f]:

Quicumque reſidentibus ſacerdotibus fuerit Epiſcopali loco detruſus & nomine : ſi aliquid D
vel contra cuſtodiam , vel contra quietem publicam moliri fuerit deprehenſus,rurſumque ſacer-
dotium petere,a quo videtur expulſus:procul ab ea vrbe quam infecit(ſecundum legem diuæ me-
moriæ Gratiani)centum millibus vitam agat . Sit ab eorum cœtibus ſeparatus, a quorum eſt ſo-
cietate diſcretus . Sitque huiuſmodi perſonis tenore huius legis illicitum , ſacra noſtra adire ſe-
creta,& impetrare reſcripta . Omnibus abiectis per culpam ſacerdotio perſonis , quæ impetrata
ſunt , infecta permaneant . Sciturіs his quorum defenſione nituntur , abſque ſui reprehenſione
non futurum , ſi hoc eis pollicentur ſuffragium , qui diuinum non videntur metuiſſe iudicium.
Dat.prid.Non.Febr.Rauennæ , Stilichone & Aureliano Coſſ.] Eodem quoque menſe Februarij
aduerſus Donatiſtas,ad eorum perfidiam retundendam,idem Imperator Honorius ad eumdem
Hadrianum Præfectum Prætorio iſta edixit [g]:

g l.37.de hæret. C.Theod.
Donatiſtas Imperator exagitat.
* Iugata.

XXI. Reſcriptum quod Donatiſtæ a Iuliano tunc Principe impetraſſe dicuntur, propoſito progrā-
mate,celeberrimis in locis volumus anteferri,& Geſta quibus eſt huiuſmodi allegatio inſerta,ſub
necti.Quo omnibus innoteſcat & Catholicæ confidentiæ ſtabilita conſtantia, & Donatiſtarum de
ſperatio fucata * perfidia. Dat.V.Kalend.Mart. Rauen.Stilichone & Aureliano Conſſ.] Quale- E
nam autem eiuſmodi reſcriptum fuerit,quiue libellus Donatiſtarum ad Iulianum præceſſerit,re-
pete quæ quarto tomo Annalium dicta ſunt. Sed quænam occaſio exorta fuerit,vt Honorius Im-
perator poſt tot annos elapſos ea ex Actis Proconſularibus voluerit in lucem edi , atque omnibus
innoteſcere,modo dicendum. Perueniſſe putatur ad Honorij Imperatoris aures per legatos Epi-
ſcopos Africanos, vel ipſum Poſſidium Calamenſem Epiſcopum, cuius legationis anno ſuperiori
meminimus , inter alia Donatiſtarum ſiue factis ſiue ſcriptis aduerſus Catholicos edita ſcelera ,
inuectiua illa,& quidem acerrima,Petiliani Epiſcopi Conſtantinæ in Numidia ciuitatis,qua in il-
la ſua publica epiſtola aduerſus Catholicos commotus , eoſdem vehementer exagitauit , quod a
Principibus Chriſtianis iiſdemque Catholicis aduerſus improbos ipſorum conatus (vt vidimus)
ſæpe expetiiſſent auxilium . rem quidem hanc vt ſacrilegam ille,qui ex foro, vbi cauſas orabat, in
eccleſiam venerat Donatiſtarum, Petilianus his verbis aggreſſus eſt exaggerare [h]:

h Apud Auguſt. cont.litt.Petil.li. 2.c.92.

XXII. Quid aūt vobis eſt cum Regibus ſæculi,quos nūquā Chriſtianitas niſi in inuidos ſenſit? &c.]

prolixiorem

Digitized by Google

A prolixiorem enim de his in ſua epiſtola orationem intexuit. Quibus commotus Honorius in eorũ
dem Donatiſtarum opprobrium, qui abſque eo quod Conſtantinum ſæpe ſæpius aduerſus Catho- *Iuliani pro Donatiſtis reſcriptum cur publice expoſitum.*
licos (vt vidimus) interpellaſſent, eo quoque procaciæ peruenerunt, vt aduerſus eoſdem indigniſſi
mũ hominibus Chriſtianis libellum Iuliano Imperatori Apoſtatæ obtulerunt: illum ipſum in pu-
blicis quibuſque locis perſpicuum omnibus vna cum reſcripto ab ipſo Imperatore Iuliano obten
to affigi voluit, ſimul cum Proconſularibus Geſtis ea tunc in cauſa conſcriptis; quo (vt ait Impera
tor) omnibus innoteſceret & Catholicorum vna cum pietate conſtantia, & Donatiſtarum deſpe-
ratio fucata perfidia. Quibuſnam verbis conceptus fuerit ille ad Iulianum Donatiſtarum libellus,
quive illorum Epiſcopi apud eum ea legatione perfuncti ſint, & alia quæ ad eam cauſam ſpectare
videbantur, dicta ſunt a nobis ſuperius eiuſdem Iuliani tempore, quo eadem perfici contigerunt.
Sed quid tunc ſynagoga peccantium, ipſi nimirum cæcorum duces, cæci & ipſi Donatiſtarum Epi
ſcopi? Plane accidit quod de eorum ſimilibus Hieremias occinuit [a]: Confuſi ſunt, quia abomi- a Hierem. 6.
nationem fecerunt: quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt, quamobrem
cadent inter ruentes: in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus.] Siquidem cum ad eorũ
B curandam amentiam fruſtra omne adhibitum fuerit medicamentum, tãdem tradi barbaris me-
ruerunt. Quæ autem a Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis pro eorum ſalute fuerint ſedulo ſtudio procu
rata, inferius annis ferme ſingulis dicturi ſumus.

Hoc quidem anno de cognoſcendis Origenis erroribus paratur Romæ ab Anaſtaſio Papa iu XXIII.
dicium, hactenus dilatum, quod legitima eiuſdem Origenis Periarchon verſio a S. Hieronymo [b] *De Origeniſtis paratur iudicium ab Anaſtaſio Papa.*
elaborata Hieroſolymis mittenda, fuerit expectata, dum interea alia ad cauſam pertinentia para
rentur. Quod enim res magni momenti eſſet, ac minime contemnenda, cum non de viuẽte aliquo
per ſe cauſam dicente, ſed de homine iam ante centum & quinquaginta ferme annos vita functo,
eodemq. celeberrimi nominis tractaretur; quamuis aduerſarij inſtantius agerent, vtpote exhorre- b Hieron. Apol. lib. 2.
ſcentes Romam ex Oriente eius errores inuectos: Anaſtaſius tamen ſumma vſus maturitate con
ſilij, iam tandem tempus adeſſe videt, quo ad ſuccidendos adulterinos palmites ſecurim Apoſtoli-
cam paret. Quid autem inter hæc Ruffinus? Aſtute quidem ſe geſſit; diſſimulans enim hæc omnia,
quaſi cum Anaſtaſio Papa in fide conſentiret, affirmãſq. Theophilum Alexandrinum ſibi commu
nicatione coniunctum, atque Epiphanij magni nominis Epiſcopi pacis communicatione muni-
C tum, in vnum tantum Hieronymum ſtylum exeruit. Sed qua calliditate, quibuſve fallacijs, audi.

Quod enim S. Hieronymus anno ſuperiori, Pammachij atque Oceani, qui doctrina pollentes
erant, & natalium claritudine Romanorum nobiliſſimi, rogatu (vt conſtat ex eorum litteris [c]) XXIV.
Origenis Periarchon germana ſinceraq. tranſlatione Latinitate donatum Romam miſiſſet, addi- *Ruffinus in ſe conuertit dicta in Origeniſtas.*
ta ad opus præfatione, nempe epiſtola [d] ad eoſdem, qua omnes Origenis palam feciſſet errores:
iiſdemq. addidiſſet epiſtolam haud pridem ad Ruffinum [e] ſcriptam (vt ipſe in Apologia [f] teſta
tur) quibus ſignificaret, nihil ſibi eſſe pugnatum aduerſus quempiam, ſed dumtaxat hæreſes cum c Apud Hieron. epiſt. 64.
hæreticis inſectari: Cum hæc inquam omnia, quibus Origeniſtæ telis appeterentur, in ſe vnum cõ- d Hiero. epi. 65.
uerſa Ruffinus, ex præcordijs male affectis cuncta diiudicans, exiſtimaret, trium annorum ſpatio e Apud Hieron. epiſt. 66.
tres aduerſus eumdem S. Hieronymum libros elucubrauit. Sed & quod ſciret cum potẽtiſſimo ad
uerſario ſibi eſſe certamen, eoſdem tres libros a ſe conſcriptos ſic edidit, vt tamen magna cautela f Hieron. Apolo. lib. 1.
curarit, ne in manus eiuſdem S. Hieronymi peruenirent; ſed tantũmodo amicis illi crediti, ſic per
amicorum manus per Italiam vulgarentur, vt non quidem ſcripto, ſed ſermone multorũ ferrentur.

Quod autem ij ab eo ſcripti tres libri fuerint, accipe id tertium ab ipſo Hieronymo repetitum, XXV.
D vt cum primum [g] ait: Nunc quoque quia renui laudatorem, & verſo ſtylo docui me non eſſe q̃d g Hieron. Apol. lib. 1.
meus neceſſarius prædicauit; dicitur furere, & tres contra me libros venuſtate Attica texuiſſe.] &
inferius. Nec læſiſſe contentus, quaſi aduerſus elinguem, ſemperq. taciturũ, tres elaborauit libros.] *Libros tres a Ruffino in Hieronymum editi.*
ac rurſum in fine de iiſdem tribus contra ſe ſcriptis voluminibus meminit: quæ Ruffinus (vt idem
ait S. Hieronymus [h]) Apologiam vno nomine voluit nuncupari, cum tamen (vt ait) accuſationes
continerent & inuectiuas. Triennij vero ſpatium temporis in iiſdem tribus elaborandis ſcriptis
voluminibus, immo telis exacuendis, inſumptum idem S. Hieronymus tradit [i]. Ex quo enim illi in h Hieron. Apolog. 2.
notuerunt quæ S. Hieronymus ad Pammachium & Oceanum ſcripſerat, & de germana Origenis i Hieron. Apolog. 2.
Periarchon verſione ipſe Ruffinus acceperat, ad defenſionem parans arma, in offenſionem pri-
mum illa conuertit, vt non tam Apologiam quam inuectiuam conſcripſerit.

Sed magna adhibita cautela tres accuſationum libros in Hieronymum elaboratos Ruffinus XXVI.
edendos eſſe curauit, nimirum vt (quod dictum eſt) ſic omnibus innoteſcerent, vt tamen eorũ exẽ *Ruffinus celat Hieronymo libros in eũ ſcriptos.*
plaria ſcrinijs amicorum clauſa detinerentur, nec eos legendi facultas Hieronymo impertiretur.
Vnde quam iuſtæ de his illæ ſunt S. Hieronymi iteratæ querelæ: Scribuntur (inquit [k]) contra me li
E bri, ingeruntur omnibus audiendi, & tamen non eduntur, vt ſimplicium corda percutiant, & mihi
facultatem pro me auferant reſpondendi. Nouum malitiæ genus, accuſare quod prodi timeas, ſcri k Hieron. Apol. lib. 1.
bere quod occultes.] & in poſteriori Apologia [l] hæc idem de ſimulato Ruffini prætextu: Dicis te l Hiero. Apolog. 2.
accuſationem meam ad eos tantum miſiſſe, qui meis verbis læſi fuerant, & non ad plures: quia non
ad oſtentationem, ſed ad ædificationem Chriſtianis loquendum eſt. Et vnde, oro te, librorum tuo
rum ad me fama peruenit? Quis eos Romæ, quis in Italia, quis in Dalmatia diſſeminauit? Si in ſcri
nijs tuis & amicorum tuorum latebant, ad me quomodo mea crimina peruenerunt? Et audes di-
cere, te non ad oſtentationẽ, ſed ad ædificationẽ, quaſi Chriſtianum loqui, qui de ſene ſenex tanta
confingis, quanta non diceret de latrone homicida, de ſcorto meretrix, ſcurra de mimo? qui partu
ris mihi montes criminum, & gladios, quos defigas in iugulum meum, tanto ante tempore exa-
cuis? Idcirco ne Cereales & Anabaſij tui per diuerſas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas lege
rent? vt panegyricum tuum per angulos & plateas ac muliercularum textrinas recitarent? Hæc eſt
tua illa ſancta verecundia, &c.]

Aque

Digitized by Google

XXVII.
Iudicium de cauſa Ruffini atq. Hieronymi.

Aequa lance, quæſo, lector, intra vtriuſq. perpende, cũ adhuc in veſtibulo eiuſmodi altercationis (A) ſubſiſtis: reuocaque ad ſtateram, quæ ſuperius dicta ſunt: inuitum rogatum, prouocatum, impulſumq. S. Hieronymum precibus amicorum, cum in crimen conniuentiæ Origenis errorum inductus eſſet, tum ad ſuam innocentiam inſinuandam, tum ad hæreſes detegendas, neceſſario quidem editione germana Origenis Periarchon facta, in eius tantum errores (vt par erat) inuectum fuiſſe: & licet eius ſectatores Origeniſtas pariter fuerit inſectatus, Ruffini tamen nomen numquã ab eo fuit expreſſum, quem potius per breui eademque familiari epiſtola ſecreto admonendum putauit. Quid hoc æquius & ſanctius? quid Christiano homine dignius, & Catholicæ Eccleſiæ opportunius, vtiliusve, hoc potiſſimum tempore, præſtari valuit? Quid hoc ſibi magis neceſſario faciendũ fuit? cum id quidem prætermiſiſſe, vel diſſimulaſſe tantum, id ipſum fuiſſet Origenis erroribus turpiter conniuere. Præſtitit igitur quod Catholici doctoris erat, numeroſq. expleuit hominis Christiani, ſed & iura amicitiæ (quantum in ſe fuit) illibata ſeruauit.

XXVIII.
a Luc. 6.
Ruffinus hæreticorum morẽ induit.
b Pſal. 57.
c Virgil. 3. Gregor.

Sed quid? Sicut bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona; ita malus (ex ſententia Domini [a]) de malo theſauro ſuo profert mala. Præſtitit enim Ruffinus, quod peculiare eſt omniũ hæreticorum, cum animi furore coniunctum mentis habere torporem; dum quem amice amplecti debuerat, refractarius conuicijs inſectatur & iurgijs, atque ad ſalutem capeſſendam ſocors, ſtupidus, atque penitus redditur obſtinatus. (B) Ita plane de hæreticis omnibus Dauid [b] occinuit, duas iſtas ipſorum præcipuas proprietates accommodata ſimilitudine exprimens, vbi de priori ſic ait: Furor illis in ſimilitudinem ſerpentis] de poſteriori vero quod ſequitur: Et ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, ne exaudiat vocem incantantium.] Sic igitur Ruffinus admonitionem contemnens, in monitorem conuerſus, furore percitus, tribus eum libris illis conſcriptis aggreſſus eſt, ſecundum poeticum illud [c]:

——— *Linguis micat ore triſulcis.*]

XXIX.
Hieronymi animus ad pacem compoſitus.
d Hieron. Apolog. 2.
e Hieron. Apolog. 2.

Quonam autem animo ad hæc S. Hieronymus compoſitus eſſet, quãq. ægre, nolens, reluctãs, & (quod dicitur) obtorto collo pertraheretur inuitus: audi ipſius cum atteſtatione etiam numinis ſcriptam ad eumdem Ruffinum (vt iurato ſaltem crederet) conteſtationem [d]: Teſtor (inquit) mediatorem Ieſum, inuitum me & repugnantem in hæc verba deſcendere: & niſi tu prouocares, ſemper taciturum fuiſſe. Denique noli accuſare, & ego ceſſabo defendere. Quæ enim eſt audientium ædificatio, duos ſenes inter ſe propter hæreticos digladiari, prætertim cum ambo Catholicos ſe (C) videri velint? Omittamus hæreticorum patrocinium; & nulla erit inter nos contentio. Eodem feruore, quo Origenem ante laudauimus, nunc damnatum toto Orbe damnemus: iungamus dexteras, animos copulemus; & duos Orientis & Occidentis τρoπαιοφόρους, *nempe Theophilum Alexandrinum, & Anaſtaſium Romanum Pontificem*, alacres ſequamur inceſſu: errauimus iuuenes, emendemur ſenes, &c.] rurſum vero illa [e]: Depone gladium, & ego ſcutum abijciam. In vno tibi conſentire non poſſum, vt paream hæreticis: vt me Catholicum non probem. Si iſta eſt cauſa diſcordiæ, mori poſſum, tacere non poſſum.] & in fine: Sit inter nos vna ſedes, & illico pax ſequetur.] hæc ipſe ad ſuum ipſius animum inſinuandum.

XXX.
f Prouer. 16.
g Pſal. 26.

Contra vero, videas Ruffinum, qui vno verbo iſta omnia conſopiſſet, damnando nempe cum Origene omnes eius errores, Epiſcopis acquieſcens, eiſdemq. communione ſe iungens, cum eiſdẽ aduerſus eos pariter dimicans: his omiſſis, falſas excuſationes obtexere, quo tempore Apologiam ad Anaſtaſium Papam dedit, atq. in S. Hieronymum virulentos tres illos omnium diſcordiarũ ſeminarium libros ſcripſit. Sed quod iuxta diuinum oraculum [f]: Iudicia Domini pondus & ſtatera] ſecundum illud Dauidicum [g]: Mentita eſt iniquitas ſibi] hæc omnia in maiorem Ruffini ignominiam ceſſere, atque fidei Catholicæ profecere. (D)

XXXI.
Romanorum alij S. Hieronymo, alij Ruffino fauebant.
h Ruffi inuect. lib. 1.
i Hieron. Apol. 1. in fin.
k Hier. epiſ. 44.

Sed illud plane dolendum, fuiſſe Romæ tunc temporis in duas partes ſciſſa Christiani populi ſtudia, aliorum ſcilicet Ruffino fauentium, ſanioris vero partis S. Hieronymo inhærentiũ. Ruffino quidem ſtudebant Melania, & qui cum ea neceſſitudine iungebantur: Apronianus quoq. nobilis genere, Ruffini partes tuebatur, itemque Macarius, ad quem præfationem in verſionẽ Periarchon inſcripſerat; quem maritum fuiſſe nobiliſſimæ Romanæ feminæ, idem ipſe Ruffinus tradit. [h] nominatus habetur & Chryſogonus quidã [i] eius ſtudioſus, quẽ puto illum eſſe monachũ Aquileienſem, ad quẽ eiuſdẽ Hieronymi extat epiſtola [k]; necnon alij, qui ſe Ruffini eſſe diſcipulos profitebãtur: quorũ omniũ (vt ipſe Hieronymus tradit) erat in coaceruandis quęcũq. quauis occaſione quęſita, in ipſum S. Hieronymũ crimina, cura propẽſior: ſed oẽs hi vel Origenis errorib. maculati, vel Origeniſtarũ conſortio in hæreſis ſuſpicionẽ adducti. S. Hieronymo vero longe maior atq. potior pars in Vrbe fauebat, vt inter alios nobiliſſimos Romanorũ Pãmachius, Oceanus, Marcellinus, S. Marcella, atq. alij deniq. non pauci ordinis Senatorij, fidei Catholicæ tenaciſſimi: qui cũ alijs omnibus Orthodoxis, arbitrio Anaſtaſij Romani Pontificis damnantis Origeniſtas, non priuata (E) affectione animi ferebantur. Sed omittimus recenſere diuerſarum prouinciarum Antiſtites S. Hieronymo fauentes, & inter alios ipſum Chromatium Epiſcopum Aquileiæ, execrantes omnes deteſtabiles Origeniſtas.

XXXII.
Quo tempore Ruffinus ſcripſit, & Hieronym. reſpõdit.
l Hier. Apolog. 3. lib. 2.

Qui igitur triennij temporis ſpatium (vt dictum eſt) in tribus libris ſcribendis inſumpſit, eos iam abſolutos hoc anno Ruffinus amicis ſuis communicauit: iam enim biennio Aquileiæ conſederat (vt S. Hieronymus [l] tradit) qui annum antea Romæ manſerat. Porro hæc, quod haud publice omnibus edidiſſet, ſed per amicorum manus ferrentur, nequaquam niſi incerto rumore in Palæſtinam ad S. Hieronymum peruenerunt: qui continuit ſtylum ad tempus, expectans ijmitum libros ab eo conſcriptos ad ſe perferri: quod minime conſequi licuit. Accidit tamen, vt poſt ferme biennium, cum germanus eius Paulinianus in Occidentem ad diſtrahendũ patrimonium miſſus, Hieroſolymam reuerteretur, & capita quædam auditione percepta de accuſationibus Ruffini aduerſus ipſum S. Hieronymum eidem palam feciſſet, ipſe tunc inuitus licet ad ſcribendam ſuam de

fenſionem

Digitized by Google

A ſenſionem manum admouerit: Eam quidem ſcriptam fuiſſe poſt biennium, anno ſcilicet Domini
quadringenteſimo ſecundo, ex certo illo elicitur argumento, dum in ſua tum ſcripta a ſe Apologia
teſtatur decennium interueniſſe, ex quo ad Dexterum Præfectum Prætorio librum ſcripſiſſet de
Scriptoribus Eccleſiaſticis, quem ex Conſulibus & annis Imperatoris, duplici chronologia, editū
fuiſſe anno Domini trecenteſimo nonageſimo ſecundo, monſtrauimus. Agemus igitur de eadem
Hieronymi defenſione ſuo loco. Sed quænā in libris Ruffini coaceruata fuerint in S. Hieronymū
crimina; quoniam ex eius reſponſione manifeſta redduntur, agemus de his inferius.

Hoc itidem anno Domini quadringenteſimo, quo a Theophilo Epiſcopo Alexandrino primā
Paſchalem epiſtolam ſcriptam fuiſſe monſtrauimus, ſequenti ſcilicet anno poſt Synodum Alexan
drinam, in qua hæreſes Origenis damnatæ ſunt; cum iam pluribus ac manifeſtis probationibus,
atque potiſſimum S. Hieronymi ſcriptis Romam miſſis, germana Origenis Periarchon tranſlatio
ne facta, eiuſdem errores ſinguli aperta luce cunctis inſpiciendi fuiſſent expoſiti; Anaſtaſius Papa
Apoſtolica auctoritate eaſdem Origenis hæreſes dānat. Id enim ſignificat S. Hieronymus epiſto-
la hoc anno ad Pammachium atque Marcellam data [a], cuius eſt exordium; Rurſum Orientali-
B bus vos locupleto mercibus, & Alexandrinas opes primo Romam vere tranſmitto.] & poſt nōnul
la, quænam hæ ſint merces, ſubdit his verbis: Vos Chriſtiani Senatus lumina, accipite & Græcā &
Latinam etiam hoc anno epiſtolam, *Theophili ſcilicet*, ne rurſum hæretici mentiantur a nobis ple-
raq. vel addita, vel mutata: in qua laboraſſe me fateor, vt verborum elegantiam pari interpretatio
nis venuſtate ſeruarem, &c.] hæc de prima Paſchali Theophili epiſtola S. Hieronymus, qui anno
ſuperiori datam ex Synodo Alexandrina Synodicam miſerat eodem ferme argumento conſcri-
ptam. Sed & quod ad finem eiuſdem habet epiſtolæ, plane declarat Anaſtaſium Papā hoc eodem
ferme tempore decretum de damnatione hæreſum Origenis Romæ promulgaſſe: nam ait: Prædi-
cationem quoque cathedræ Marci Euangeliſtæ cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confir-
met. Quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatum quoque Papam Anaſtaſium eodem feruo
re, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hæreticos perſecutum; eiuſque litteræ doceant,
damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt.] hæc S. Hieronymus; qui licet rumore
tantum quod Romæ ab Anaſtaſio Papa factum eſſet de damnatione Origenis errorum accepiſſet,
cum eo modo ad Pammachium atque Marcellam ſcripſit: re vera tamen ab eodem Romano Pon
C tifice id factum fuiſſe, certum eſt.

XXXIII. *Anaſtaſius Papa damnat Origenis errores.*

a Hier. epi. 78.

Damnatis igitur ab Anaſtaſio Romę erroribus Origenis, ſcribuntur per orbem Catholicum
ab ipſo litteræ; vt quæ cauenda forent, omnes ſcirent, de quibus ſanctus Hieronymus [b]: Quid (in
quit) facient epiſtolæ Theophili Epiſcopi? quid Papæ Anaſtaſij in toto Orbe hæreticum perſequē-
tes?] Quibus ſane factum eſt, vt accipientes præcipuarum Eccleſiarum Epiſcopi litteras Romani
Pontificis, ijdem collectis ſuis ſibi ſubiectis Epiſcopis, æque damnarent quæ Romæ ab Anaſtaſio
Papa ſcirent eſſe reiecta: præſtitiſſeque inter alios id ipſum Chromatium Epiſcopū Aquileiæ, nec
non Venerium ſedis Mediolanenſis Antiſtitem, fidem facit idem S. Hieronymus illis verbis [c] in
Ruffinum inuectus: Ergo beati Epiſcopi Anaſtaſius & Theophilus & Venerius & Chromatius, &
omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum Synodus, qui pari ſententia, quia & pari
ſpiritu, illum (*nempe Origenem*) hæreticum denunciant populis, fures librorum illius iudicandi
ſunt? &c.]

XXXIV. *Origenis errores & Origeniſta vbiq. damnati.*

b Hier. Apolog. lib. 1.

c Hier. Apolog. lib. 2.

Quinetiam ſanctionem Imperatorum ſecutam eſſe exinde Epiſcoporum iudiciū, idem S. Hie-
ronymus illis verbis ſignificat, quibus Ruffini querelis ita reſpondet [d]: Si quid contra Orige-
D nem & ſectatores eius dicitur, in te dictum putas. Ergo & epiſtolæ Papæ Theophili, & Epiphanij;
& aliorum Epiſcoporum, quas nuper ipſis iubentibus tranſtuliſti, te petunt, te lacerant: Imperato
rum quoque ſcripta, quæ de Alexandria & de Aegypto Origeniſtas pelli iubent, me ſuggerente, di
ctata ſunt: Vt Romanæ vrbis Pontifex miro eos odio deteſtetur, meum conſilium fuit: Vt totus Or
bis poſt tranſlationem tuam in Origenis odium exarſerit, quē antea ſimpliciter lectitabat, meus
operatus eſt ſtylus. Si tantum poſſum, miror cur me non metuas.] hæc in Ruffinū S. Hieronymus;
quòd ille, quæcumque contra Origenem in Eccleſia acta eſſent, ipſi Hieronymo accepta ferret: cū
re vera in hoc ſacro bello ipſum magno animi vigore claſſicum cecinisse, non dubium ſit. At hæc
quidem Romæ hoc anno de condemnatione Origenis errorum. Quid autem peculiariter actū ſit
in Ruffinum, qui has Romam merces innexerat, dicendum anno ſequenti, quo conſtat ad eum lit-
teras dediſſe Anaſtaſium, vt ſe Romam ad dicendam cauſam conferret.

XXXV. *Omnes & vbique damnant Origenis errores.*

d Hieron. Apol. lib. 1.

Antequam autem recedamus ab Vrbe, clariſſimæ feminę perſoluamus extrema; Hoc enim
anno defunctæ S. Fabiolæ, ſpectatæ egregiæq. ſanctitudinis, & generis claritudine celebris viduæ,
S. Hieronymus rogatus ab Oceano epitaphium ſcripſit; cuius exordio cum ita diuerſa tempora
numeret, quo potiſſimum anno id acciderit, circumſcribit, dum ait [e]: Plures anni ſunt, quod ſuper
E dormitione Bleſillæ Paulam venerabilem feminam recenti adhuc vulnere conſolatus ſum: quartę
æſtatis circulus voluitur, ex quo ad Heliodorum Epiſcopum Nepotiani ſcribens epitaphium, qc-
quid habere potui virium, in illo tunc dolore cōſumpſi: & ante ferme biennium Pammachio meo
pro ſubita peregrinatione Paulinæ breuem epiſtolam dedi, erubeſcēs ad diſertiſſimum virum plu
ra loqui, &c.] paulo uero poſt: In præſentiarum tradis mihi Fabiolam, laudem Chriſtianorum, mi
raculum Gentilium, luctum pauperum, ſolarium monachorum, &c.] Cum igitur ipſe S. Hierony-
mus quatuor annos numeret ab obitu Nepotiani, duos vero a dormitione Paulinæ: præſentem an-
num Fabiolæ funeri ipſum adſcribere, ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis manifeſtum apparet; vt
de his nec uel leuis quidem dubitandi relinqui poſſit occaſio. Niſi quod, cum repetias in litteris
S. Hieronymi poſt decem annos, nempe poſt Vrbis excidium, ſcriptis [f] ad Marcellinum & Ana-
pſichiam, de Fabiola tamquam viuente mentionem haberi (ad quam idem S. Hieronymus duos
in Ezechielem libros a ſe conſcriptos miſiſſe teſtatur, quos nonniſi poſt excidium Vrbis ipſum
elucubraſſe

XXXVI. *Fabiolæ obit[*].*

e Hier. epi. 30.

Fabiola dua.

f Hier. epiſt. 82.

XXVII. Iudicium de cauſa Ruffini atq. Hieronymi.

Aequa lance, quæſo, lector, intra vtriuſq. perpende, cũ adhuc in veſtibulo eiuſmodi altercationis A ſubſiſtis: reuocaque ad ſtateram, quæ ſuperius dicta ſunt: nimirum rogatum, prouocatum, impulſumq. S. Hieronymum precibus amicorum, cum in crimen conniuentiæ Origenis errorum inductus eſſet, tum ad ſuam innocentiam inſinuandam, tum ad hæreſes detegendas, neceſſario quidem editione germana Origenis Periarchon facta, in eius tantum errores (vt par erat) inuectum fuiſſe: & licet eius ſectatores Origeniſtas pariter fuerit inſectatus, Ruffini tamen nomen numquã ab eo fuit expreſſum, quem potius perbreui eademque familiari epiſtola ſecreto admonendum putauit. Quid hoc æquus & ſanctius? quid Chriſtiano homine dignius, & Catholicæ Eccleſiæ opportunius, vtiliusve, hoc potiſſimum tempore, præſtari valuit? Quid hoc ſibi magis neceſſario faciendũ fuit? cum id quidem prætermiſiſſe, vel diſſimulaſſe tantum, id ipſum fuiſſet Origenis erroribus turpiter conniuere. Præſtitit igitur quod Catholici doctoris erat, numeroſq. expleuit hominis Chriſtiani, ſed & iura amicitiæ (quantum in ſe fuit) illibata ſeruauit.

XXVIII.
a Luc. 6.
Ruffinus hæreticorum morẽ induit.
b Pſal. 57.

Sed quid? Sicut bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona; ita malus (ex ſententia Domini [a]) de malo theſauro ſuo profert mala. Præſtitit enim Ruffinus, quod peculiare eſt omniũ hæreticorum, cum animi furore coniunctum mentis habere torporem; dum quem amice ample- B cti debuerat, refractarius conuicijs inſectatur & iurgijs, atque ad ſalutem capeſſendam ſocors, ſtupidus, atque penitus redditur obſtinatus. Ita plane de hæreticis omnibus Dauid [b] occinuit, duas iſtas ipſorum præcipuas proprietates accommodata ſimilitudine exprimens, vbi de priori ſic ait: Furor illis in ſimilitudinem ſerpentis] de poſteriori vero quod ſequitur: Et ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, ne exaudiat vocem incantantium.] Sic igitur Ruffinus admonitionem contemnens, in monitorem conuerſus, furore percitus, tribus eum libris illis conſcriptis aggreſſus eſt, ſecundum poeticum illud [c]:

c Virgil. 3. Georg.

——— *Linguis micat ore triſulcis.*]

XXIX. Hieronymi animus ad pacem compoſitus.
d Hieron. Apolog. 2.

Quonam autem animo ad hæc S. Hieronymus compoſitus eſſet, quãq. ægre, nolens, reluctãs, & (quod dicitur) obtorto collo pertraheretur inuitus: audi ipſius cum atteſtatione etiam numinis ſcriptam ad eumdem Ruffinum (vt iurato ſaltem crederet) conteſtationem [d]: Teſtor (inquit) mediatorem Ieſum, inuitum me & repugnantem in hæc verba deſcendere: & niſi tu prouocares, ſemper taciturum fuiſſe. Denique noli accuſare, & ego ceſſabo defendere. Quæ enim eſt audientium ædificatio, duos ſenes inter ſe propter hæreticos digladiari, præſertim cum ambo Catholicos ſe C videri velint? Omittamus hæreticorum patrocinium; & nulla erit inter nos contentio. Eodem feruore, quo Origenem ante laudauimus, nunc damnatum toto Orbe damnemus: iungamus dexteras, animos copulemus; & duos Orientis & Occidentis τροχαιοφόρους, *nempe Theophilum Alexandrinum, & Anaſtaſium Romanum Pontificem*, alacres ſequamur inceſſu: errauimus iuuenes, emendemur ſenes, &c.] ruſum vero illa [e]: Depone gladium, & ego ſcutum abijciam. In vno tibi conſentire non poſſum, vt parcam hæreticis: vt me Catholicum non probem. Si iſta eſt cauſa diſcordiæ, mori poſſum, tacere non poſſum.] & in fine: Sit inter nos vna ſedes, & illico pax ſequetur.] hæc ipſe ad ſuum ipſius animum inſinuandum.

e Hieron. Apolog. 2.

XXX.
f Prouer. 16.
g Pſal. 26.

Contra vero, videas Ruffinum, qui vno verbo iſta omnia conſopiſſet, damnando nempe cum Origene omnes eius errores, Epiſcopis acquieſcens, eiſdemq. communione ſe iungens, cum eiſdẽ aduerſus eos pariter dimicans: his omiſſis, falſas excuſationes obtexere, quo tempore Apologiam ad Anaſtaſium Papam dedit, atq. in S. Hieronymum virulentos tres illos omnium diſcordiarũ ſeminarium libros ſcripſit. Sed quod iuxta diuinum oraculum [f]: Iudicia Domini pondus & ſtatera] ſecundum illud Dauidicum [g]: Mentita eſt iniquitas ſibi] hæc omnia in maiorem Ruffini ignominiam ceſſere, atque fidei Catholicæ profecere. D

XXXI. Romanorum alij S. Hieronymo, alij Ruffino fauebant.
h Ruffi. inuect. lib. 1.
i Hieron. Apol. 1. in fin.
k Hier. epiſt. 44.

Sed illud plane dolendum, fuiſſe Romæ tunc temporis in duas partes ſciſſa Chriſtiani populi ſtudia, aliorum ſcilicet Ruffino fauentium, ſanioris vero partis S. Hieronymo inhærentiũ. Ruffino quidem ſtudebant Melania, & qui cum ea neceſſitudine iungebantur: Apronianus quoq. nobilis genere, Ruffini partes tuebatur, itemque Macarius, ad quem præfationem in verſionẽ Periarchon inſcripſerat; quem maritum fuiſſe nobiliſſimæ Romanæ feminæ, idem ipſe Ruffinus tradit. [h] nominatus habetur & Chryſogonus quidã [i] eius ſtudioſus, quẽ puto illum eſſe monachũ Aquileienſem, ad quẽ eiuſdẽ Hieronymi extat epiſtola [k]; necnon alij, qui ſe Ruffini eſſe diſcipulos profitebãtur: quorũ omniũ (vt ipſe Hieronymus tradit) erat in coacervandis quæcũq., quauis occaſione quæſita, in ipſum S. Hieronymũ crimina, cura propẽſior: ſed oẽs hi vel Origenis errorib. maculati, vel Origeniſtarũ conſortio in hæreſis ſuſpicionẽ adducti. S. Hieronymo vero longe maior atq. potior pars in Vrbe fauebat, vt inter alios nobiliſſimos Romanorũ Pãmachius, Oceanus, Marcellinus, S. Marcella, atq. alij deniq. non pauci ordinis Senatorij, fidei Catholicæ tenaciſſimi: qui cũ alijs omnibus Orthodoxis, arbitrio Anaſtaſij Romani Pontificis damnantis Origeniſtas, non priuata E affectione animi ferebantur. Sed omittimus recenſere diuerſarum prouinciarum Antiſtites S. Hieronymo fauentes, & inter alios ipſum Chromatium Epiſcopum Aquileiæ, execrantes omnes deteſtabiles Origeniſtas.

XXXII. Quo tempore Ruffinus ſcripſit, & Hieronym reſpõdit.
l Hier. Apolog. 3. lib. 1.

Qui igitur triennij temporis ſpatium (vt dictum eſt) in tribus libris ſcribendis inſumpſit, eos iam abſolutos hoc anno Ruffinus amicis ſuis communicauit: iam enim biennio Aquileiæ conſederat (vt S. Hieronymus [l] tradit) qui annum antea Romæ manſerat. Porro hæc, quod haud publice omnibus edidiſſet, ſed per amicorum manus ferrentur, nequaquam niſi incerto rumore in Palæſtinam ad S. Hieronymum peruenerunt: qui continuit ſtylum ad tempus, expectans nimirum libros ab eo conſcriptos ad ſe perferri: quod minime conſequi licuit. Accidit tamen, vt poſt ferme biennium, cum germanus eius Paulinianus in Occidentem ad diſtrahendũ patrimonium miſſus, Hieroſolymam reuerteretur, & capita quædam auditione percepta de accuſationibus Ruffini aduerſus ipſum S. Hieronymum eidem palam feciſſet, ipſe tunc inuitus licet ad ſcribendam ſuam de-

ſenſionem

A ſenſionem manum admouerit: Eam quidem ſcriptam fuiſſe poſt biennium, anno ſcilicet Domini
quadringenteſimo ſecundo, ex certo illo elicitur argumento, dum in ſua tum ſcripta a ſe Apologia
teſtatur decennium interueniſſe, ex quo ad Dexterum Præfectum Prætorio librum ſcripſiſſet de
Scriptoribus Eccleſiaſticis, quem ex Conſulibus & annis Imperatoris, duplici chronologia, editū
fuiſſe anno Domini trecenteſimo nonageſimo ſecundo, monſtrauimus. Agemus igitur de eadem
Hieronymi defenſione ſuo loco. Sed quænā in libris Ruffini coaceruata fuerint in S. Hieronymū
crimina: quoniam ex eius reſponſione manifeſta redduntur, agemus de his inferius.

Hoc itidem anno Domini quadringenteſimo, quo a Theophilo Epiſcopo Alexandrino primā Paſchalem epiſtolam ſcriptam fuiſſe monſtrauimus, ſequenti ſcilicet anno poſt Synodum Alexandrinam, in qua hæreſes Origenis damnatæ ſunt: cum iam pluribus ac manifeſtis probationibus, aeque potiſſimum S. Hieronymi ſcriptis Romam miſſis, germana Origenis Periarchon tranſlatione facta, eiuſdem errores ſinguli aperta luce cunctis inſpiciendi fuiſſent expoſiti; Anaſtaſius Papa Apoſtolica auctoritate eaſdem Origenis hæreſes dānat. Id enim ſignificat S. Hieronymus epiſtola hoc anno ad Pammachium atque Marcellam data [a], cuius eſt exordium; Rurſum Orientali-
B bus vos locupleto mercibus, & Alexandrinas opes primo Romam vere tranſmitto.] & poſt nōnulla, quænam hæ ſint merces, ſubdit his verbis: Vos Chriſtiani Senatus lumina, accipite & Græcā & Latinam etiam hoc anno epiſtolam, *Theophili ſcilicet*, ne rurſum hæretici mentiantur a nobis pleraq. vel addita, vel mutata: in qua laboraſſe me fateor, vt verborum elegantiam pari interpretationis venuſtate ſeruarem, &c.] hæc de prima Paſchali Theophili epiſtola S. Hieronymus, qui anno ſuperiori datam ex Synodo Alexandrina Synodicam miſerat eodem ferme argumento conſcriptam. Sed & quod ad finem eiuſdem habet epiſtolæ, plane declarat Anaſtaſium Papā hoc eodem ferme tempore decretum de damnatione hæreſum Origenis Romæ promulgaſſe: nam ait: Prædicationem quoque cathedræ Marci Euangeliſtæ cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confirmet. Quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatum quoque Papam Anaſtaſium eodem feruore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hæreticos perſecutum: eiuſque litteræ doceant, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt.] hæc S. Hieronymus; qui licet rumore tantum quod Romæ ab Anaſtaſio Papa factum eſſet de damnatione Origenis errorum accepiſſet, cum eo modo ad Pammachium atque Marcellam ſcripſit: re vera tamen ab eodem Romano Pon-
C tifice id factum fuiſſe, certum eſt.

XXXIII. *Anaſtaſius Papa damnat Origenis errores.*

a Hier. epi. 75.

Damnatis igitur ab Anaſtaſio Romę erroribus Origenis, ſcribuntur per orbem Catholicum ab ipſo litteræ; vt quæ cauenda forent, omnes ſcirent, de quibus ſanctus Hieronymus [b]: Quid (inquit) facient epiſtolæ Theophili Epiſcopi? quid Papæ Anaſtaſij in toto Orbe hæreticum perſequēres?] Quibus ſane factum eſt, vt accipientes præcipuarum Eccleſiarum Epiſcopi litteras Romani Pontificis, ijdem collectis ſuis ſibi ſubiectis Epiſcopis, æque damnarent quæ Romæ ab Anaſtaſio Papa ſcirent eſſe reiecta: præſtitiſſeque inter alios id ipſum Chromatium Epiſcopū Aquileiæ, nec non Venerium ſedis Mediolanenſis Antiſtitem, fidem facit idem S. Hieronymus illis verbis [c] in Ruffinum inuectus: Ergo beati Epiſcopi Anaſtaſius & Theophilus & Venerius & Chromatius, & omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum Synodus, qui pari ſententia, quia & pari ſpiritu, illum (*nempe Origenem*) hæreticum denunciant populis, fures librorum illius iudicandi ſunt? &c.]

XXXIV. *Origenis errores & Origeniſtæ vbiq. damnati.*

b Hier. Apolog. lib. 1.

c Hier. Apolog. lib. 2.

Quinetiam ſanctionem Imperatorum ſecutam eſſe exinde Epiſcoporum iudiciū, idem S. Hieronymus illis uerbis ſignificat, quibus Ruffini querelis ita reſpondet [d]: Si quid contra Origenem & ſectatores eius dicitur, in te dictum putas. Ergo & epiſtolæ Papæ Theophili, & Epiphanij,
D & aliorum Epiſcoporum, quas nuper ipſis iubentibus tranſtuliſti, te petunt, te lacerant: Imperatorum quoque ſcripta, quæ de Alexandria & de Aegypto Origeniſtas pelli iubent, me ſuggerente, dictata ſunt: Vt Romanæ vrbis Pontifex miro eos odio deteſtetur, meum conſilium fuit: Vt totus Orbis poſt tranſlationem tuam in Origenis odium exarſerit, quē antea ſimpliciter lectitabat, meus operatus eſt ſtylus. Si tantum poſſum, miror cur me non metuas.] hæc in Ruffinū S. Hieronymus; quòd ille, quæcumque contra Origenem in Eccleſia acta eſſent, ipſi Hieronymo accepta ferret: cū re vera in hoc ſacro bello ipſum magno animi vigore claſſicum ceciniſſe, non dubium ſit. At hæc quidem Romæ hoc anno de condemnatione Origenis errorum. Quid autem peculiatiter actū ſit in Ruffinum, qui has Romam merces inuexerat, dicendum anno ſequenti, quo conſtat ad eum litteras dediſſe Anaſtaſium, vt ſe Romam ad dicendam cauſam conferret.

XXXV. d Hieron. Apol. lib. 1.

Omnes & vbique damnant Origenis errores.

Antequam autem recedamus ab Vrbe, clariſſimæ feminę perſoluamus extrema. Hoc enim anno defunctæ S. Fabiolæ, ſpectatæ egregiæq. ſanctitudinis, & generis claritudine celebris viduæ, S. Hieronymus rogatus ab Oceano epitaphium ſcripſit; cuius exordio cum ita diuerſa tempora
E numeret, quo potiſſimum anno id acciderit, circumſcribit, dum ait [e]: Plures anni ſunt, quod ſuper dormitione Bleſillæ Paulam venerabilem feminam recenti adhuc vulnere conſolatus ſum: quartę æſtatis circulus voluitur, ex quo ad Heliodorum Epiſcopum Nepotiani ſcribens epitaphium, quicquid habere potui virium, in illo tunc dolore cōſumpſi: & ante ferme biennium Pammachio meo pro ſubita peregrinatione Paulinæ breuem epiſtolam dedi, erubeſcēs ad diſertiſſimum virum plura loqui, &c.] paulo uero poſt: In præſentiarum tradis mihi Fabiolam, laudem Chriſtianorum, miraculum Gentilium, luctum pauperum, ſolatium monachorum, &c.] Cum igitur ipſe S. Hieronymus quatuor annos numeret ab obitu Nepotiani, duos vero a dormitione Paulinæ: præſentem annum Fabiolæ funeri ipſum adſcribere, ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis manifeſtum apparet; vt de his nec uel leuis quidem dubitandi relinqui poſſit occaſio. Niſi quod, cum reperias in litteris S. Hieronymi poſt decem annos, nempe poſt Vrbis excidium, ſcriptis [f] ad Marcellinum & Anapſichiam, de Fabiola tamquam viuente mentionem haberi (ad quam idem S. Hieronymus duos in Ezechielem libros a ſe conſcriptos miſiſſe teſtatur, quos nonniſi poſt excidium Vrbis ipſum

XXXVI. *Fabiola obit.*

e Hier. epi. 30.

Fabiola dua.

f Hier. epiſt. 82.

elucubraſſe

a Hieron. præf. in li. 1. in Ezechielem.

elucubraſſe liquet [a]) affirmare neceſſe eſt, aliam illam ab hac fuiſſe Fabiolam, minoremq. dicendam: nec quidem mirum, cum & duas Paulas, totidemq. Melanias, ſeniores ac iuniores, eodem tẽpore liceat numerare. Sed quæ iſtius maioris Fabiolæ fuerint ornamenta virtutum, ab eodem Hieronymo paucis complexa, ſcriptaque ad Oceanum, relegamus. Poſt enim alia, quæ nos ſuperius pro temporis ratione narrauimus, iſta ſubdit [b]: A

b Hier. epiſt. 30.

XXXVII. *Fabiola prima Romę infirmorum hoſpitale erexit.*

Prima omnium νοσοκομεῖον inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atq. inedia miſerorum membra foueret. Deſcribam ego nunc diuerſas hominum calamitates, truncas nares, effoſſos oculos, ſemiuſtos pedes, liuidas manus, tumentes aluos, exile femur, crura turgentia, & de exeſis ac putridis carnibus vermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pædore confectos humeris ſuis ipſa portauit? Quoties lauit purulentam vulnerum ſaniem, quam alius aſpicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & ſpirans cadauer ſorbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religioſos ob ſtomachi anguſtiam exercere huiuſmodi miſericordiam per aliena miniſteria, & clementes eſſe pecunia, non manu; quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: ſed ſicut imbecillitati ſtomachi veniã tribuo, ſic perfectæ mentis ardorem in cælum laudibus fero: magna fides iſta contemnit.] & paulo poſt, B poeticum illud vſurpans:

c Virgil. Aeneid. 6.

Non [c] mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox:
Omnia morborum percurrere nomina poſſim.

Quæ Fabiola in tanta miſerorum refrigeria commutauit, vt multi pauperum ſani languentibus inuiderent. Quamquam illa ſimili liberalitate erga clericos & monachos & virgines fuerit. Quod monaſterium non illius opibus ſuſtentatum eſt? Quem nudum & clinicum non Fabiolæ veſtimenta texerunt? In quorum ſe indigentiam non effudit præceps & feſtina largitio? Anguſta miſericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat ergo inſulas, & totum Etruſcum mare, Volſcorumque prouinciam, & reconditos curuorum littorũ ſinus, in quibus monachorum conſiſtunt chori, vel proprio corpore, vel tranſmiſſa per viros ſanctos ac fideles munificentia circuibat, &c.] ſubdit de eiuſdem Hieroſolymam peregrinatione; ſed de ea ſuo loco a nobis mentio facta eſt. Atque poſt multa hæc tandem in fine de funere: Quantum (inquit) haberet viuentis Fabiolæ Roma miraculum, in mortua demonſtrauit. Necdum ſpiritum exhalanerat, necdum debitam Chriſto reddiderat animam: & iam fama volans tanti prænũcia luctus, totius Vrbis populum ad exequias congregabat: ſonabant pſalmi, & aurata tecta templorũ reboans in ſublime quatiebat Alleluia: hic iuuenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes femineas & facta ferant, &c.] Atque de S. Fabiola hactenus. Iam vero ad res Orientalis Eccleſiæ ſe oratio conferat. C

Funeris Fabiolæ celebritas.

XXXVIII. *Gainas Tyrãnus ruſum conſpirat in Imperatorem.*

Immanis barbarus, truculentuſq. tyrannus, omnium ſceleſtiſſimus proditorum, Gainas haud exatiatus adhuc ſanguine totius ferme Minoris Aſiæ populorum, neque placatus Eutropij Conſulis nece, potens Gothorum exercitu, in anguſtum iterum redigens Arcadiũ Imperatorem, nouas illi arroganter eaſdemque duras pacis conditiones præſcribit, petens nimirum Aureliani Conſulis ac Saturnini viri Conſularis, necnon Ioannis qui erat Arcadio Auguſto a ſecretis, capita ſibi dari: Audet & maiora, nempe templum ſibi ſuiſque Arianæ ſectæ militibus Conſtantinopoli aperiri. Sed hæc præmiſſa præludia potius erant ad futuram quam totius Imperij tyrannidem affectabat. Ac plane res ex ſententia accidiſſet, niſi diuinum præſidium tum periclitantibus Imperatori ac ciuibus opportuno tempore cælitus affulſiſſet. Sed quomodo hæc ſe habuerint, per ſingula oratio diſtincte narrabit. Ac primum quod ad tempus ſpectat: cum ſub Conſulatu Aureliani hæc D geſta eſſe, ipſa rerum ſeries indicet, erroris arguitur Marcellini Chronicon, quo id anno ſuperiori factum deſcribitur ſub Eutropij Conſulatu. Sed quid de his in primis ſcribat Zoſimus [d], audiamus:

d Zoſim. lib. 5.

XXXIX.

Gainas cum perueniſſet Chalcedonem, poſtulabat vt ſe Arcadius Princeps ipſe conueniret: nec enim ſe cum alio quoquam præter hunc allocuturum dicebat. Cum Princeps in hoc quoque fuiſſet aſſenſus, coitum eſt in quodam ante Chalcedonem loco, vbi Euphemiæ religioſæ martyris ædes extructa ſtabat, quæ propter cultum Chriſto præſtitum honore afficitur. Placuit Gainam & Tribigildum ex Aſia in Europã tranſuehi, eiſque ad mortem viros in Republica eminentiſſimos dedi. Hi erant Aurelianus, qui eius anni Conſulatum gerebat, & Saturninus Conſularis, & præter hos Ioannes, cui Princeps omnia ſua arcana crediderat, & quem plerique perhibebant eius filii, quem Arcadius habebat, patrem eſſe.] ſed calumnia hæc Zoſimi manifeſta: nam nondum adhuc natus erat vnicus Arcadij filius Theodoſius. Huic quoque poſtulato (ſubdit ipſe Zoſimus) Princeps, licet tyrannico, ſatisfaciebat. Cumque viros illos Gainas accepiſſet, eiſque gladium admouiſſet, eatenus tamen, vt cutem tantummodo ſtringeret: ſatis habuit eos dumtaxat exilio pœnas luere.] hæc Zoſimus. E

Cõgreſſus Arcadij cum Gaina.

XL. *Aurelian⁹ et Saturninus dedunt ſe pro repub. Barbaro.*

Commendata admodum fuit ampliſſimorum virorũ virtus, cum pro redimenda ſalute Imperij ſeſe ferociſſimo barbaro dedi magna animi conſtantia paſſi ſunt: nam de eis hæc Socrates [e] rẽ gẽſtam narrat: Cum poſtularet Gainas, vt Imperator Saturninum & Aurelianum, duos Conſulares viros, ordinis Senatorij facile principes, quos ipſius conatus retardaturos ſuſpicabatur, ad eũ mitteret: Imperator, etſi animo inuito, neceſſitati tamen parens temporis, conceſſit. Illi, vtpote pro Republica mortem oppetere admodum cupientes, excelſo & erecto Imperatoris mandato obtemperarunt. Proinde in planicie, in qua equos ad curſum exercere ſolent, longe a Chalcedone Barbaro obuiam facti ſunt, ad quemcumque cruciatum ſubeundum parati. Verum iſti ab illo nihil perpeſſi ſunt mali; atque ille rem cupitam diſſimulans, Chalcedonem contendit: ibi Arcadius ei fit obuiam. At cum Imperator & Barbarus ſimul in templo eſſent, in quo corpus Euphemiæ martyris conditum & ſepultum eſt; iuſiurandum mutuo dant, ſe re vera alterum

e Socrat. lib. 6. c. 6.

alteri

A alteri non facturos aliquando inſidias.]Sicq.(ſubdit Sozomenus [a])Gainas arma depoſuit,& Cō a Soz.lib.8.c.4.
ſtantinopolim traiecit,impetrata ab Imperatore tum equitum tum peditum Præfectura.]At eū
hi hos nihil mali paſſos affirmet,non ſolum Zoſimi,ſed & Ioannis Chryſoſtomi refellūtur aucto
ritate,quorum ſententia conſtat irrogatam illis fuiſſe exilij pœnam.Sed de his inferius.
Ingreſſus aūt Barbarus Conſtantinopolim,pacis larua contectus,quæ ſunt pietatis atq.quietis XLI.
ſibi præcipuæ curæ eſſe ſimulans,Eccleſiam Arianis,quibus cum ipſe poſſet ſacros celebrare con- *Gainas Conſtā*
uentus,ab Arcadio poſtulauit.Quid tum ipſe Imperator,quidue Chryſoſtomus eius ciuitatis An *tinop. veniens*
tiſtes Ariano Duci reſiſtens egerit,a Theodoreto rem geſtam exacte deſcribente,audiamus[b]: Iſte *poſtulat Eccle*
(inquit)labe aſperſus Ariana,poſtulat ab Imperatore,vnum ex ſacris ſibi templis dari.Imperator *ſiam Arianis*
autem reſpondet,ſe de ea re capturum conſilium,& vnum ei curaturum promittit. Itaque diuino *dari.*
illo Ioanne accerſito,*Epiſcopo ſcilicet Conſtantinopolitano*,ei poſtulatum Gainæ exponit;commemo b Theod.lib.5.c.32.
rat eius potentiam,moliri tyrannidem indicat;orat,vt templo donato,furentem eius animum pla
cet.Cui nobilis ille vir:Ne(inquit)iſtud ei pollicere,neque ſanctum Dei canibus mandes. Nam
numquam equidem patiar,vt qui Deum Verbum ſancte & auguſte laudibus & hymnis celebrāt,
B expellantur a ſacro templo;idemq.tribuatur ijs,qui contra eum loquuntur blaſphemias.Atque ne
Barbarum illum omnino metuas,Imperator:ſed me & illum in vnum locum conuoca,tuq.ſilentio
vtriuſque noſtrum ſermonem auſculta. Ego certe me hominis linguam refrenaturum ſpero, per-
ſuaſurumq.ne poſtulet quod ei concedi non debeat.
Quibus auditis Imperator,vehementer lætatur,& poſtridie eius diei vtrumque accerſit.Gai XLII.
nas quidem promiſſum expoſcit.Magnus autem Ioannes reſpondet illi ex aduerſo:Non licere Im
peratori,qui pietatem colere inſtituat,aliquid contra res ſacras temere moliri.Cui quidem dicen
ti,templum ſibi dari oportere;reſpondet Ioannes,templum ſacrum apertum eſſe,neminemq.eum
prohibere,quo minus in eo,ſi libeat,preces Deo fundat.Tum Gainas:At ego(inquit)alterius ſe-
ctæ ſum,& cum hominibus eius ſectæ vnum ſanctum templum habere poſtulo:atque iſtud quidē
non immerito peto,quippe qui multa bellica certamina pro Romanis confecerim.At præmia(in-
quit Ioannes)tibi propterea tributa labores tuos longe ſuperant:nam Dux es,& honore Conſula
ri dignatus.Quinetiam tecum debes conſiderare,quis fueris olim,& quis iam ſis;quæ etiam præ-
terita tua inopia,& in qua iam abundantia vitam degas;quibus quoque veſtimentis indutus eſſes
C cum Iſtrum traieceris,& quibus iam opertus. Cōplectere igitur animo,quam pauci ſint labores,
& quam ampla præmia:atque noli erga eos,qui tibi honorem hunc detulerint,ingratus eſſe.
Hac oratione habita Ioannes celebris totius orbis terrarum doctor,os obturauit Gainæ, atq. XLIII.
adeo obmuteſcere coegit.]hactenus de congreſſu Ioānis Chryſoſtomi cum Gaina Theodoretus. *Congreſſus Ioā*
Quibus videas oculis,manibusq. contigas illud Apoſtoli [c]: Arma militiæ noſtræ non carnalia sūt, *nis Chryſoſto-*
ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum.]Etenim qui iniquas atque indignas, immo & *mi cū Gaina.*
turpes coegerat Arcadium Imperatorem pacis conditiones accipere, vt tamen velamento pacis c 2.Cor.10.
tyrannidem violentus arriperet; idem ipſe ab inermi vincitur ſacerdote,cogiturque a cœptis deſi
ſtere,quæ inſtigatione Arianorum magnis ſpiritibus petere aggreſſus erat:vſque adeo,vt in ea ci
uitate,vbi ipſe præſidio militari ſummam rerum ſibi vendicabat,cogatur,vt hæreticus a ſacris ex
torris,carere baſilica.Vnde tibi,Chryſoſtome,tanta fiducia,vt quem paueant Præſides atque Re
ges,tu nullo pene negotio,vt puerum,virga compeſcas? Illud vtique modo dictum Apoſtolicum
nobis occines:Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia,ſed potentia Deo]quibus non iura tantum
Eccleſiæ ſeruantur illæſa,ſed ipſum Imperium,& leges publicæ defenſæ, cuſtoditæq. ſubſiſtant a
D barbarorum ac tyrannorum inſultibus.Nam audi,quæ a Theodoreto omiſſa,Sozomenus addat
[d]: Exprobrauit tunc Ioannes Gainæ,& quod Imperatoris patri(*nempe Theodoſio*)tum ſeruatus iu d Soz.libr.7.c.4.
reiurando promiſerit,ſe beneuolentiam erga Romanos perpetuo ratam,erga ipſum denique, er-
ga ipſius filios,erga leges eſſe conſeruaturum; quas tamen iam irritas facere conaretur. Simulq.
cum hæc diceret,legem oſtendebat,quam Theodoſius ſanciuerat,cum ſectarios omnes arceret,ne
intra mœnia conuentus agerent.Deinde conuerſa ad Imperatorem oratione,eum hortabatur, vt
latā aduerſus ceteras hæreſes legem conſeruaret: ſimulq. conſulebat, ſatius eſſe Imperio cedere,
quam prodere domum Dei,& a religione deficere.Atque is quidem ad hunc modum vtiliter vſus
loquendi libertate,nihil innouari paſſus eſt in eccleſijs ſibi concreditis.]hæc ipſe:quibus videas,le
ctor,quam male conſulāt impij illi,qui regnandi ſtudio,religionis omnem rationem poſthabendā
eſſe,ſcriptis æque impijs prodidere.
Quæ autem hæc fuerint conſecuta, idem Sozomenus ita narrat:Gainas igitur iam infringere XLIV.
iuſiurandum,& ciuitatem euertere cogitabat.Quo tempore & cometa has inſidias portendebat,
qui ſupra ciuitatem maximus apparuit,ad ipſam vſque terram ferme pertingens,& qualis antea
E numquam fuiſſe dicitur.Tentarat autem primum argentariorum tabernas inuadere,quod ſe hinc *Gainas parat*
pecuniarum aceruos conuaſaturum eſſe ſperaret.Rumore ſparſo quod iſta decreuiſſet,& argenta *incendium au-*
riis proinde præſentes maxime opes abſcondentibus,neque pecuniam in menſis(vt ſolebāt)publi *læ,& ſubijcere*
ce amplius proponentibus noctu turba barbarorum immiſſa,præceperat ſuccendi Palatium. Illi *vrbem.*
autem perculſi,re infecta,reuerſi ſunt.Nam cum prope acceſſiſſent,videre ſibi viſi ſunt multitudi
nem armatorū vaſtis corporibus formidabilium. Suſpicati ergo nouitium eſſe exercitum,nūcia
uerūt Gainæ.Ille vero(ſciebat enim nihilo plures ſolitis milites in urbe degere)dictis fidem adhi
bere nolebat. Ceterum cum & in ſequenti quoque nocte miſſi alij idem annunciaſſent quod prio-
res illi:ipſe progreſſus,oculatus teſtis fuit admirandi ſpectaculi.Ratus igitur ſua gratia conueniſ
ſe ex alijs vrbibus milites,ac noctu cuſtodire vrbem atque Palatium,interdiu vero latitare.] hos
quidem Angelos cuſtodes vrbis fuiſſe,cum præter milites Prætorianos,nullos alios ciuitas conti-
neret,cunctis redditum exploratum fuit;quod Socrates quoque teſtatur.Inter hæc(ſubdit Sozo-
menus)Gainas ſimulat ſe dæmonio vexari;& quaſi oraturus,eccleſiam occupat eam,quam in ho
norem

Digitized by Google

norem Ioannis Baptiſtæ Imperatoris pater in Hebdomo conſtruxerat, *ad ſeptimum videlicet ab vr* A
be diſtantem lapidem. Ex barbaris autem alij in ciuitate manſerunt, alij vna cum Gaina egreſſi ſunt.
Clanculum vero arma & telorum pharetras femioeis vehiculis impoſitas ſecum eduxerunt. At cū
depreheoſi eſſent, portarum vigiles interfecerunt, quod hi armorum exportationem prohibere
conarentur. Qua ex re ciuitas motu ac tumultu repleta fuit, haud ſecus ac ſi iam capienda eſſet.]
At decedendi ab vrbe Gainæ aliud conſilium fuiſſe, Zoſimus tradit, nempe vt Romanos milites,
quibus ipſe recens Præfectus creatus erat, inde abduceret, atque per diuerſa loca diſpergeret,
ne vrbi inuadendæ a barbaris præſidio eſſent; relictis ibi tantum Gothis militibus, qui opportuno
tempore, data teſſera, vrbem inuaderent. Sed rem ſic compoſitam interuertit diuinum auxilium.
Nam (vt idem ait Zoſimus) Gainas, anticipato tempore datæ teſſeræ, impedimēto fuit, quo minus
barbari vrbem in ſuam poteſtatem redigerent. Excitato enim tumultu a cuſtodibus murorum, ob
Gainæ inuaſionem, cum qui intus erant Gothi, imparati eſſent offenſi, a ciuibus occiſi ſunt.

XLV.
Gothi cum Ecclesia succenſi.

Sed inchoatam ſemel rem geſtam, a Sozomeno paulo diuerſe narratam, iam proſequamur,
cum ſubdit poſt cædem portarum cuſtodum, & egreſſum Gainæ: Præſentibus (inquit) malis reme
dio fuit conſilium ſanum. Imperator enim nihil cunctatus, Gainam declarat hoſtem, & relictos in B
vrbe barbaros interfici præcipit. Hos itaque milites adorti, pleroſque occidunt: appellatam vero
Gothorum eccleſiam incendunt: hic enim veluti in templo conſueto congregati erant; quibus iam

a Zoſi eod. li. 5.

effugere non dabatur, occluſis foribus.] Porro eccleſiæ incendium a Zoſimo [a] aliter ita deſcribi
tur: In hunc modum vrbe periculo liberata, intercepti ab vrbanis barbari, numero plures quam ſe
pties mille, Chriſtianorum eccleſiam aulæ proximam ingreſſi ſunt, aſylum hoc ſaluti ſuæ tuendæ
quærentes: Hos Imperator hoc ipſo in loco interfici iubebat, quem eis ad euitādam facinorum ad
miſſorum iuſtiſſimam pœnam non ſatis idoneum eſſe volebat. Hæc præcipiente Principe, nemo
tamen eis inferre manum audebat, & ex aſylis ipſos extrahere, quod vererentur ne barbari defen
ſionem pararent. Quapropter viſum eſt demoliri tectum, quod menſæ ſacrarij (ſic enim vocant)
impoſitum eſt; vt eo per diſpoſitos ad id homines occupato, tignis illis ſuccenſi, barbaros pe-
terent; idq. continuo factitantes ad internecionem omnes exurerent. Hoc vbi factum fuiſſet barba
ri quidem interempti ſunt: ſed viſum eſt ijs qui valde Chriſtianiſſabant, magnum in vrbe media
piaculum eſſe commiſſum.] hactenus de his Zoſimus.

XLVI.
Legatio Chryſoſtomi ad Gainam.

Poſt hæc autem Gainas maiori æſtuās ira quod ſe hoſtem Reipublicæ declaratum, ſucciſaq. C
proditionis ſtamina quæ texuerat, atque ſuos in vrbe occiſos eſſe cognouerit; infeſto exercitu op-
pida peruadit Thraciæ, omnia cæde atque incendio miſcens. Cum ad huiuſmodi auertendam po-
pulorum cladem legatum miſſum fuiſſe S. Ioannem Chryſoſtomum, Theodoretus affirmat, ac

b Theod libr. 5. c. 33.

narrat his verbis [b]: Id temporis, alijs omnibus velut metu perculſis relictis, itum eſt ad Ioannē
inuictiſſimum illum Chriſti bellatorem: ſuadetur ei, vt legatus ad Gainam proficiſcatur. Ille vero,
nulla habita ratione vel diſceptationis contra Gainam ante ſuſceptæ, vel ſimultatis inde ortæ, prō
pto animo in Thraciam contendit. Quare Gainas, cognito legati aduentu, & animi eius alacritate
pro pietatis defenſione conſiderata, longo interuallo ei lubēs procedit obuiam: atque prenſans il-
lius dexteram oculis ſuis appoſuit, liberoſq. ſacra eius genua complecti cogit. Sic quidem virtus
vel infeſtiſſimos afficere pudore & obſtupefacere ſolet.] hæc Theodoretus. Sed quid hac legatio-
ne actum fuerit, ſilentio prætermiſit: nec quemquam alium hæc attigiſſe ſcimus, niſi vnum Meta-
phraſtem; qui ex antiquioribus monumentis ait, tunc ſuaſione Chryſoſtomi, pacem Gainam cum
Arcadio contraxiſſe. Certe quidem ad liberandos oppreſſos & malis exagitatos eum profectum
eſſe, & inter alia, vt Aurelianum Conſulem & Saturninum exilio ſolueret, eiuſdem Chryſoſtomi D
homilia fidem facere videtur, cuius eſt huiuſmodi titulus: Beati Ioannis Chryſoſtomi homilia,
cum Saturninus & Aurelianus acti eſſent in exilium, & Gainas egreſſus eſſet a ciuitate.]

XLVII.
Ioannes Chryſoſtomus ex occaſione oblata concionatur.

Regreſſus nāque Conſtātinopolim ipſe Chryſoſtomus, negotio, cuius cauſa legatione functus
erat, bene confecto, eam ad populum habuit concionem; cuius hic exordium intexere, pro rerum
geſtarum aſſequenda veritate, dignum exiſtimamus: ſic enim ſe habet [c]: Multo tempore ſilui, &
poſt longum temporis ſpatium ad charitatem veſtram reuerſus ſum. Quamquam id non accidit
vlla vel animi ſoccordia, vel corporis deſidia. Sed abfui tumultus componens, fluctus ſedans, tem

c Chryſo. hom. eodem titul. & de Auaritia.

peſtatem corrigens; eoſq. qui iam demergi cœperant, ad portum, & in tranquillum, porrecta ma-
nu deducere ſtudens. Sum enim communis omnium pater: eoq. neceſſe eſt curam agere non tantū
eorum qui ſtant, ſed eorum quoque qui collapſi ſunt: non illorum modo qui ſecundis nauigant vē-
tis, ſed & illorum qui tempeſtate iactantur: non eorum modo qui in tuto ſunt, ſed illorum qui peri
clitantur. Harum ſane rerum gratia reliqui vos ad tēporis ſpatium, obambulans, exhortans, obte
ſtans, ſupplicans, vt a Domino ea calamitas diſſolueretur. Poſteaquam autem inamœnis his ac tri
ſtibus finis eſt impoſitus: denuo me ad vos recepi: ad vos qui in tuto eſtis, qui multa cum tranquil E
litate nauigatis. Ad illos profectus eram, vt tēpeſtatem ſedarem: ad vos reuerſus ſum, ne qua tēpe
ſtas exoriatur. Ad illos diſceſſeram, vt eos a moleſtijs liberarē: ad vos redij, ne in ſimiles moleſtias
incidatis &c.] Poſt hæc enim aduerſus incertum ſtatum diuitiarum (vt fecerat cum inuectus eſt
in Eutropium) vehementi diſſerit oratione: quod recēs exemplum opportunum argumentum ſup
peditaret; dūqui præcipuas in Republica dignitates fuerant conſecuti, ijdem in miſerrimum mox
ſtatum prolapſi fuiſſent, vt arbitrio furentis barbari eorum vita penderet.

XLVIII.
d Socr. lib. 6. c. 6.
Gainas ſuperatur & occiditur.

Sed quæ reliqua ſunt rerum geſtarum Gainæ, Socrates ita deſcripſit [d]: Cum Cherroneſum ad
tentaret, inde traijcere & Lampſacum proficiſci maturat, vt partes verſus Oriētem vſque ex eo lo
co ſuæ ditioni ſubijceret. Vbi vero Imperator copias per terram, perq. mare ante eius aduentum
illo miſerat, miraculum plane inſigne diuina prouidentia illic denuo editum fuit. Nam cum bar
bari nauigijs carerēt, rates fabricari, inq. illis tranſmittere cœperunt: Romanorum claſſis eodem
ferme momento adnauigare, Zephyrus grauiter ſpirare. & vt Romani nauibus facile traiecerunt

ſic bar-

A ſic barbarorum maxima pars pariter cum equis in ratibus tempeſtatis violentia huc illucq. agitata, ab ſe mutuo diſiecta fuit, mariſq. fluctibus obruta perijt: nonnulli autem a Romanis demerſi interierunt. Ad hunc modum itaque ingens barbarorũ multitudo illo tempore e medio ſublata eſt. Gainas vero inde digreſſus, & per Thracias fugam faciens, in alias Romanorum copias forte incidit, a quibus ipſe ſimul cum barbaris, qui cum eo erant, peremptus eſt. Atque iſta quidem obiter de Gaina ſint a nobis commemorata. Quod ſi cuiquam placet res in eo bello geſtas accurate cognoſcere, legat Gainam Euſebij Scholaſtici, qui eodem tempore Troili ſophiſtæ diſcipulus fuit. Iſte illius belli ſpectator factus, res in eo geſtas quatuor libris heroico carmine conſcriptis narrauit. Et quoniam recens erat rerum geſtarum memoria, ideo ob illud poema magno in honore habitus fuit. Nuper etiam Ammonius poeta idem argumentum carmine cõtexuit, & ad vndecimum Conſulatum Theodoſij Iunioris, quem cum Fauſto geſſit, coram illo ipſo Imperatore recitauit, indeq. ſummam laudem eſt conſecutus. Bellum hoc finem habuit Stilichone & Aureliano Conſulibus. Proximo anno Conſulatum geſſit Frauitus, Gothus quidẽ genere, ſed cũ populo Romano magna beneuolentia coniunctus; qui in hoc eodem bello adeo ſtrenue & fortiter dimicauerat, vt propterea Conſulatus dignitatem ſit aſſecutus.] hucuſque Socrates de rebus Gainæ. Scribit B his conſentientia Sozomenus [a]: qui & adſtipulatores habet, quos Socrates citauit, Euſebium & Ammonium. Ex his igitur redarguas quæ a Zoſimo eiuſdem haud congruentia narrantur; qui, vt pote Ethnicus, tanta a Deo præſtita beneficia, dijs Gentium, quos coluiſſe Frauitum dicit, tulit accepta. Scimus Marcellinum in ſequentem annum Gainæ necem referre, cum caput eius Conſtantinopolim miſſum eſt.

a Soz. lib. 7. c. 4.

XLIX. *Gẽtiles plures ad fidem conuerſi.*

At non prætermittimus dicere, hæc omnía adeo dira, quæ Conſtantinopoli hoc anno contigerunt, ad profectum Euangelij proueniſſe. Etenim viſo in aere tam ingenti atque prodigioſo comete, imminenteq. ſuper ceruicem ciuium barbarico gladio, confluebant ad baptiſmum Gentiles, & alij conuerſi ſunt, ſuæ ipſorum ſalutis hactenus obliti. Meminit quidem horum Ioannes Chryſoſtomus in homilia in Acta Apoſtolorum, quam ſequenti anno habuiſſe, ſuo loco dicturi ſumus: ait enim [b]: Nonne ſuperiori anno concuſſit Deus ciuitatem totam? Quid igitur? Nonne omnes ad illuminationem currebant? Nonne ſcortatores & molles & effeminati, dimiſſis poſſeſſionibus & locis, in quibus conuerſabantur, conuerſi ſunt & facti religioſi? & inferius: Quid oportet referre C vetera? Superiore anno (dixi vobis) quanta res accidit, & nullus attẽdit, ſed iterum paulatim defluxerunt, & collapſi ſunt? Aut ſemper celum clamans, quod Dominũ habeat, &c.] redarguit enim pluribus eos, qui poſt elapſum periculum ad eadem ſunt reuerſi peccata.

b Chryſo. hom. 41. in Act. Apoſt.

L. *Monachi Origeniſtæ perueniunt Conſtantinopolim.*

Contigit hoc ipſo quoque anno, monachos Origeniſtas pulſos a Theophilo ex Nitriæ monaſterijs, necnon de Palæſtina, quo abierant, eiectos, perueniſſe Conſtantinopolim, & apud S. Ioannẽ Chryſoſtomum exclamaſſe contra ipſum Theophilum Epiſcopum Alexandrinum, aduerſus eum omnia commouentes: quorum occaſione, magno turbine Oriẽtalis Eccleſia exagitata eſt. Qualisnam autem ea tempeſtas atque procella fuerit, breui compendio a S. Hieronymo paucis iſtis perſtringitur [c] poſt enarratas præclaras res geſtas in hac cauſa a S. Marcella, cuius opera factum fuit, vt Origeniſtæ Romæ detecti, ſententia ſedis Apoſtolicæ damnarentur: De Occidentis (inquit) partibus ad Orientem turbo trãſgreſſus minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc impletum eſt [d]: Putas veniens filius hominis fidem inueniet ſuper terram? Refrigerata charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem, noſtro lateri iungebantur, quorum publice petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur: ita vt Barnabas [e] quoque duceretur in illam ſimulationẽ, D immo apertum parricidium, quod non viribus, ſed voluntate commiſit.] hæc Hieronymus: quemnam autem per Barnabam intellexerit, ex his quæ dicuntur inferius poteris fortaſſe cõijcere. Hæc que ſumma rerum, ſed ſingula ordine temporum ſunt inferius diſponenda.

c Hieron. epi. 16.
d Luc. 18.
e Galat. 2.

LI. *Turpis contentio in Eccleſia.*

Magnam ſane ac luctuoſam narrationem agredimur, qua non Gentiliũ aduerſus Chriſtianos, vel hæreticorum aduerſus Catholicos, iniquorumve aduerſus probos ac iuſtos, ſed ſanctorum aduerſus ſanctos (quod pro monſtro habitum eſt atque portento) conflictatio & dira perſecutio deſcribatur. Ac primum quod ad exquiſitam temporis rationem ſpectat. Quos conſtat ex litteris ſuperius recitatis Theophili ad [f] Epiphanium, Ægypti monachos poſt Concilium Alexandrinum anno ſuperiori habitum, vulgatamq. ex eo Synodicam, ex Ægypto primo, & Palæſtina deinde fugatos, Conſtantinopolim nauigaſſe: illuc iam hoc anno perueniſſe, S. Hieronymus epiſtola ad Pãmachium & Marcellam data hoc itidem anno, cũ prima Theophili Paſchalis epiſtola ſcripta eſt, anno nimirum ſequenti a Synodica miſſa, aperte ſignificat; vbi hæc in ipſos [g]: Quid opus eſt obſidere Propontidem, mutare loca, diuerſas luſtrare regiones, & clariſſimum Pontificem Chriſti, eiuſq. diſcipulos rabido ore diſcerpere? Si vera loquimini, priſtinum erroris ardorem ardore fidei E commutate, &c.] hæc S. Hieronymus in eos qui accuſationum plauſtra in Theophilum Conſtantinopolim intulerunt, vt inferius dicemus. cum vero de prima Paſchali eiuſdem Theophili meminit hoc anno (vt demonſtratum eſt) data, de Synodica ante vulgata ita ait: Si quid autem hic minus aduerſus Origenem dictum eſt, in præteriti anni epiſtola continetur] plane ſignificans ex Synodo ſcriptam, de qua mentio facta eſt.

f Apud Hieron. epiſt. 67.
g Hiero. epi. 78.

LII. *Origeniſtæ quę in Theophilũ.*

Quinam autem hi fuerint, qui ex Ægypto primum, inde vero e Palæſtina fugati, Conſtantinopolim ſe contulerunt, Theophilus [h] ad S. Epiphanium ſcribens, anteſignanorum nomina referat, nempe Ammonium, Euſebium, & Euthymium: ſed & Dioſcorum addit Socrates [i]. Hi ergo in Theophilum exacerbati, accuſationibus nauem onuſtam Conſtantinopolim ad Imperatorem Arcadium intulerunt. Vt ex his intelligas mores hæreticorum, atque ſchiſmaticorum; nimirum cum damnati ſunt, iudicio Epiſcoporum non tantum non acquieſcere, vel prouocare ad ſublimius Catholicæ Eccleſiæ tribunal, ſed ad ſæculare mox iudicium, ad Imperatorum reſcripta, ſi quę poſſint quauis occaſione ſubripere fauore potentium, aduolare. Iſti igitur quod ſcirent Theophilum

h Apud Hiero. epiſt. 67.
i Socrat. libr. 6. cap. 7.

Digitized by Google

per ſe ſuoſq. familiares Epiſcopos, & inter alios Epiphanium,ad diuerſas prouincias miſiſſe le- A
gatos vna cum epiſtolis,quibus ipſorum damnatio iudicio Epiſcoporum ſignificabatur eſſe de-
creta,anteuertere conati eos, Conſtantinopolim ad Arcadium nauigarunt. Quænam autem fue-
rint quæ iſti in Theophilum obiectarunt, tum Socrates, tum etiam Sozomenus enarrant. Sed
quod ijdem auctores erga Origeniſtas in hoc procliuiores ſeſe eſſe declarent;equidem ab aliquo
Origeniſtarum,vel alio qui faueret cauſæ Chryſoſtomi aduerſus Theophilum,ab eis accepta eſ-
a Sozo.li.8.c.11. ſe,facile poſſumus intelligere. Sed mendacia ipſa aperti arguemus erroris. Sozomenus [a] igitur
rem geſtam ſic exorditur:

LIII. *Hæreſis Anthropomorphitarum ab Origeniſtis impingitur Catholicis.*

Interea temporis, haud multo antea, exorta quæſtio per Ægyptum mouebatur, oporteat ne
Deum ἀνθρωπόμορφον, hoc eſt,humana forma præditum,credere? Huius autem ſententiæ plurimi
erant ex monachis illic commorantibus, qui præ ſimplicitate ſine examine Scripturam ſacram
accipiebant, & in ea Dei oculos, & faciem, & manus,& quæcumque alia huiuſmodi audire con-
ſueuerant. Illi vero qui reconditum in verbis ſenſum conſiderabant,diuerſum ſentiebant; eoſq.
qui talia dicerent, aduerſus Deum ſimpliciter blaſphemos aſſerebant. Ac Theophilus etiam in
Eccleſia hanc ſententiam amplectendam eſſe docebat;& in epiſtola,quam ex conſuetudine de fe- B
ſto Paſchali ſcripſit,& incorporeum cogitari oportere Deum admonuit,& humanæ formæ expertem. Quod quidem vbi Aegyptiorum monachis innotuiſſet, Alexandriam ſeſe conferunt, & in
vnum congregati ſeditionem mouent, & Theophilum ceu impium de medio tollere cogitant:
Ceterum ille e veſtigio etiamnum tumultuantibus apparẽs: Perinde (inquit) vos aſpexi,ac faciem
Dei. Hoc dicto,homines abunde compeſcuit,adeo vt etiam iram ponerent. Itaque (inquiunt) ſi
ſic re vera ſentis,etiam libros Origenis damnato,cum illi ſuos lectores in iſtam ſententiam inducant. Atqui mihi (inquit ille) iampridem illa ſententia ſtetit,ac faciam, vt videtur vobis. Nam &
ipſe non minus quam vos illis ſuccenſeo,qui Origenis opinionem ſectantur. Atq. ille quidem fraterculos iſtos ita mitigatos dimiſit,ac ſeditionem ſoluit.] hæc ipſe.

LIIII. *De Anthropomorphitarum calumnia.*

Sed antequã vlterius ſcripta a Sozomeno proſequamur,hic ſiſtendum;vt aſſertum a Sozomeno atq. Socrate cõmmentum,& ab alijs eorum fidem ſecutis acceptum, manifeſti mendacij conuincamus. Sciro igitur,illud in primis peculiare fuiſſe omnibus Origeniſtis, impingere cunctis
Catholicis hæreſim Anthropomorphitarum. Id quidem ſatis intelliges, ſi in memoriam reuoces,
b Hiero.epi.61: quæ a S. Hieronymo aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum fauentẽ tunc Origeniſtis in epiſtola [b] C
ad Pammachium ſcripta ſunt,& quæ idem S. Hieronymus ad eumdem ſcribit aduerſus Origenis
errores: memineriſq. S. Epiphanium,quod Origeniſtas inſectaretur,a Ioanne Hieroſolymitano
eiuſdem Anthropomorphitarum hæreſis in crimen adductum, cum contra eum publice pro con-
c Hiero.epi.65. cione inuectus eſt, vt ipſe S. Hieronymus in eum ſcribens tradit his verbis [c]: Recordare,quæſo,illius diei,q̃ñ ad horam ſeptimã inuitatus populus,ſpe ſola quaſi poſtea auditurus Epiphaniũ eſſet,
detinebatur;quid tũ concionatus ſis,nempe contra Anthropomorphitas, qui ſimplicitate ruſtica
Deũ habere mẽbra,quæ in diuinis libris ſcripta ſunt,arbitrantur: furens & indignãs loquebaris,
oculos & manus & totius corporis truncũ in ſenẽ dirigebas,volens illũ ſuſpectũ facere ſtultiſſimæ
hæreſeos.] hæc ibi,ſuperius ſuo loco alia occaſione iam dicta,hic vero neceſſario repetita; vt intelligas quæ peculiaria erant Origeniſtarũ;atq. mirari deſinas,ſi Theophilũ illi eius hæreſis aſtruerent defenſorem, Aegypti vero monachos auctores; qui in tãtum virum,quem ẽt præ egregia ſanctitate,atq. doctrina (vt vidimus) venerarentur hæretici Ariani,tanta obijcere non ſunt veriti.

LV. d Ruffi. inuect. lib.1. tom.9. edit. Victor. *Calumnia Origeniſtarum in Orthodoxos.*

Sed quod Ioannes tunc in Epiphanium, Ruffinus nunc in Hieronymum obijciens,ait [d]: Cum
in quodam ſupradicti operis loco, quem interpretati ſumus,quæſtio haberetur aduerſum eos,qui D
Deum corporeum dicunt,& humanis eum membris habituq. deſcribunt; quod aſſerere præcipue
Valentinianorum & Anthropomorphitarum hæreſis ſolet,cui iſti accuſatores noſtri nimis (vt video) dextras dederunt,&c.] proculdubio S. Hieronymum, aduerſus quem ſcripſit, iſta dicens, eius
hæreſis infamauit: a qua blaſphemia quam procul abhorruerit, omnes ſciunt.

LVI. *Falſus prętextus Origeniſtarum.*

Sed vnde (inquis) hæc Origeniſtis, vt eiuſmodi notam hæreſis inurerent Catholicis omnibus
recte ſentientibus? Ex eo vtique, ꝙ cum ipſi Origenis ſectantes errores,eo demẽtiæ perueniſſent,
vt nec corporibus noſtris poſt reſurrectionem membra tribuerent, ſed transformanda illa in lucidos aereos globos,ex Platonis ſententia ab Origene accepta aſſererent:ſi noſtri diuinæ Scripturæ
auctoritate,inſtar Chriſti reſurgentis, in reſurrectione ſingulis corporibus mẽbra ſingula fore dicerent; illi mox aſtuta tergiuerſatione dicebant, eſſe ea intelligenda, ſicuti cetera eiuſdem diuinæ
Scripturæ loca,& quidem innumera,quibus Deo per alluſionem membra tribuuntur. Qui vero
diuerſa ſentirent,eoſdem craſſioris mineruæ homines ac rudes ridebant, ac dicterijs illis inſectabantur,cum eos (vt ſuo loco dictum eſt) Piloſiotas,a pilis,quaſi ipſi non membra tantum,ſed &
pilos tribuerent corporibus reſuſcitatis,appellabant. At hæc ipſe pluribus S. Hieronymus in epi- E
ſtolis ad Pammachium ſcriptis tum aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum, tum etiam aduerſus
e Hiero.epiſt.61. & 65. Origenis [e] errores confutat. Ceterum eiuſmodi hæreſim Anthropomorphitarum fuiſſe hoc tempore apud nonnullos Aegypti monachos, ſi credimus Caſſiano Origeniſtarum olim affini (nam
& Pelagianis fauit) ſatis apparet: inter alios enim Serapionem abbatem eius fuiſſe ſentẽtiæ,idem
f Caſſian.col.10. c.2.3.4. affirmat [f]: cum alioqui ipſum Theophilum epiſtolis ſuis inſectatum eſſe Anthropomorphitas
monachos,tradat,ſicut & Gennadius [g], & ipſe Pelagianorũ affinis. Ceterum in ipſis Theophili
g Gẽnad de vir. illuſtr.c.33. Paſchalibus,quæ extant,epiſtolis his temporibus datis,nulla mentio penitus habetur de Anthropomorphitis hæreticis,aduerſus quos longa diſputatione diſſeruiſſe,citati nuper auctores tradũt:
neq. S. Hieronymus,qui de eiſdem ſæpe meminit, quicquam aduerſus eos ipſum poſuiſſe in illis,
h Sozo.li.8.c.12. commemorat. Sed cœptam Sozomeni narrationem proſequamur, qui ait [h]:

LVII.

Fortaſſe tunc temporis ſublata omnino fuiſſet iſta quæſtio, niſi conſopitam iam ob inimicitiam priuatam ſuſcitaſſet ipſe Theophilus, inſidiatus Ammonio, & Dioſcoro, & Euſebio, & Euthymio,

A thymio,qui cognominabantur Longi:quos quidem,cum fratres eſſent,celebres euaſiſſe inter eos *Falſæ Origeniſtarum cauſationes.*
qui apud Scetin philoſophabantur,ex præcedentibus cognouimus. Atque hi quidem inter om-
nes Aegypti monachos illi cariſſimi erant,quos & congerrones plerumque ſibi & familiares ad-
iungebat,ac Dioſcorum etiam Hermopoleos Epiſcopum conſtituit. In odium autem horum ue-
nit ex inimicitia aduerſus Iſidorum ſuſcepta;quem,defuncto Nectario Epiſcopo Conſtantino-
polis,in Epiſcopatum ſufficere ſtuduerat. Sunt enim qui dicant mulierem quampiam ex Mani-
chæorum ſecta ad Eccleſiam Catholicam fuiſſe conuerſam:Theophilus autem, quaſi hanc incon
ſiderate myſteriis communicare paſſus eſſet,antequam priorem ſectam abnegaſſet,presbyterum
accuſabat. At Petrus(hoc illi nomen erat)& ex Eccleſię præſcripto, & ex mandato Theophili ſe
mulierculam in communionem admiſiſſe,aſſeuerabat;eiuſq. rei teſtem aiebat eſſe Iſidorum. At-
que is quidem vti tunc temporis Romam forte miſſus erat,ita demum reuerſus,Petrum vera di-
xiſſe teſtatus eſt. Theophilus igitur indignatus,quaſi calumnijs circumactus eſſet,utrumque Ec-
cleſia expulit. Atque hæc quidem nonnulli ſic referunt.

LVIII. *Aliæ cauſa diſſenſionem prætenſa.*

Ceterum ego ex uiro fide digno,qui cum hiſce monachis cõuerſatus fuerat,duplicem cogno
B ui cauſam extitiſſe Theophilo inimicitiæ aduerſus Iſidorum ſuſceptæ:alteram communem illi cũ
presbytero Petro,quod hi ipſum a ſorore ſua heredem fuiſſe ſcriptum,teſtari detrectaſſent;priua
tam alteram, quod Theophilo tamquam in eccleſiarum ſtructuram capere uolenti inſumendas
non conceſſiſſet pecunias eas,quæ ſibi,ut pauperum diſpenſatori,multę afferebantur: ſed præſta-
bilius eſſe diceret,ægrotorum corpora,quæ uerius templa Dei cogitare poſſumus,& ob quæ pecu
niæ ipſæ quærebantur,conuenienti cura reficiendo recreare,quam parietes ędificare.]Probe intel
ligis,puto,lector,ex Origeniſtarum officina eſſe depromptam hiſtoriam, qua cauſę huiuſcemodi
indignationis Theophili in dictos monachos obtexerentur:cum auctoritate S. Hieronymi & alio
rum liqueat,hos ſtudentes erroribus Origenis,iuſte pieq. indignationē Theophili meruiſſe. Quo-
modo autem Iſidorus iſte fuerit Origeniſtarum anteſignanus,quæ de eo ſuperius dicta ſunt,con
ſule. Sed ſubdit Sozomenus:

LIX. *Quid de Iſidoro & alijs cõmenti ſint Origeniſtæ.*

Verum ſiue ob hanc,ſiue ob aliam cauſam a Theophilo excommunicatus Iſidorus,Scetin ve
nit ad monachos ibi commorantes,uelut ad ſodales. Aſſumptis igitur quibuſdam ſecum, Ammo
nius ad Theophilum profectus,orabat vt Iſidorum in communionem reciperet. Atque ille tum
C quidem,ſe id facturum,prompte pollicitus eſſe dicitur . Sed elapſo aliquo tempore,cum nihilo
plus ipſis ſuccederet,ac manifeſtum iam eſſet quod Theophilus ipſos falleret; maiori quodam
cum apparatu reuerſi,poſtularunt ut promiſſa præſtaret. Ibi ille ex monachis unum publicę cuſto
diæ tradidit,ut reliquis metum incuteret. Sed ea ſpe fruſtratus eſt. Siquidem Ammonius,eiuſque
ſocij,quia Cuſtodiæ præfecto ad ſuppeditanda captiuis neceſſaria aduenire videbantur,facile in-
tromiſſi ſunt:ingreſſi autem rurſus exire noluerunt. Qua re intellecta,Theophilus indicat,ſe iſtos
homines ad ſe uocare. Verum illi primum,ut ipſe eos educturus veniret,poſtularunt: Neque.n.
æquum eſſe,eos,qui contumelia publice affecti eſſent,clanculum e cuſtodia emitti. Sed conceden
tes tandem ad illum uenerũt:quos ille tum deprecatos,quaſi non ulterius offenſurus, dimittebat;
ſecum interim frendens ac ſtomachans,rationem meditabatur,qua illos poſſet lędere. Cumq. ſo
licitus eſſet quidnam his facere poſſet mali,qui poſſeſſiones nullas haberent,qui omnia pręter ſa
pientiam contemnerent;decreuit eorum tranquillitatem perturbare.

LX. *Origeniſtæ transferunt ſe in Palæſtinā.*

Itaque cum ex iis quæ præſentes cum ipſo diſputarunt,eos his infenſos eſſe ſciret, qui Deum
humana forma præditum eſſe docent,quoniam Origenis erant ſectatores:ipſe quamquam aliter
D ſentiret,cum vulgo monachorum conſpirauit. Exhinc igitur mira quędam contentio inter mona
chos inualuit:neque enim diſputationibus ad formam compoſitis ſeſe in mutuam ſententiam in
ducere dignati ſunt:ſed ad conuicia ſeſemet conuerterunt:atque illi eos qui Deum incorporeum
eſſe ſtatuebant,Origeniſtas appellabant;hi vero Anthropomorphitas,eos qui contrarium ſentie
bant.]hæc ipſe. Sed uides quam futilis afferatur prętextus pro Origeniſtarum excuſatione, cum
mendaciter ea minus digna afferatur cauſa,quaſi Origeniſtę ſint nominati,cum alioqui ea in re
ijdem ſentirent eadem cum Eccleſia Catholica:cum tamen taceantur omnino multiplices Ori-
genis errores,ijdemq. turpiſſimi,quorum cauſa illi uere Origeniſtæ fuerint nuncupati. Vides,in-
quam,hiſtoriam ab ipſis Origeniſtis confictam,dum commenti ſunt remotiſſimas cauſas indi-
gnationis Theophili;a quo non uocatos illos Alexandriam ad pacem,ſed quęſitos in eremo fuga
tos ab eo fuiſſe,nec ab Aegypto tantum,ſed & e Palęſtina, epiſtolaris hiſtoria omnium fideliſſi-
ma ſuperius recitata declarat. Sed ſubdit idem auctor [a]:

a Sozom. lib. 8. cap. 13.

LXI.

Ammonius autem ac Dioſcorus,intellectis iuſidijs,Hieroſolymam ſeceſſerunt, & inde Scy-
thopolim uenerunt,quod eam habitationem ſibi accommodatam eſſe ducerent ob frequentiam
E palmarum,quarum folijs utebantur ad conſueta monachorum opera. Sectabãtur enim ipſos viri
plus minus octoginta. Interea temporis Theophilus quoſdam Conſtantinopolim emiſit, tum vt
iam antea in tempore calumnias quaſdam ſererent aduerſus illos,tum vt obſiſterent, ſiqua in re
illi Imperatoris opem implorarent. Ea re cognita,Ammonius Conſtantinopolim traiecit,& cum
eo Iſidorus,qui communi ſtudio id agebant,ut coram Imperatore iudice & Ioanne Epiſcopo de
tegerentur inſidiæ,quę ipſis erant intentatę. Arbitrabantur enim, illum legitimæ libertatis in lo-
quendo ſtudioſum,ſibi opem legitime poſſe ferre.]Hęc dicta a Sozomeno pluribus uides confer-
ta eſſe mendacijs:ante enim monachos hos expulſos a Palæſtina,Conſtantinopolim profectos eſ
ſe,ſed nec cum eis Iſidorum fuiſſe,litteræ [b] ipſius Theophili ad Epiphanium datę declarant:quib.
& ſignificatur,ab Epiphanio ipſo,non autem a Theophilo Conſtantinopolim tunc miſſum eſſe le
gatum,qui hos iam eſſe in Synodo condemnatos, Eccleſiam illam redderet certiorem . Ipſe au-
tem Theophilus in alias regiones miſit legatos ex monachis Nitriæ cum litteris,quibus alias Ec-
cleſias de iiſdem cauendis commonefaceret,ut ſuo loco ſuperius dictũ eſt. Sed a quo Sozomenus

Redarguitur falſitatis hiſtoria de Origeniſtis.

b Apud Hiero. epiſt. 67.

eiuſmodi eſt mutuatus hiſtoriam? Inuenies plane eadem ferme & alia a Palladio, & ipſo iamdu- A
dum Origeniſta, eſſe conſcripta: quantum autem ipſe eiuſdem ſectæ hominibus fauerit, conſule
Lauſiaca, ubi totus uerſatur in laude Iſidori ac conſodalium monachorum: ſed de ipſo reuoca in
memoriam dicta ſuperius tomo quarto. Vidiſti igitur ipſum obuoluere diuerſis prætextibus veri
tatem, aliaſq. adducere cauſas, cur hi a Theophilo ex Aegypto & Palæſtina expulſi traiecerint Cō
ſtantinopolim: cum tamen non recitatæ tantum ſuperius ea de re epiſtolæ ultro citroque datæ id
aſſeuerent; ſed & Poſthumiani teſtificatione, quem tunc contigit adeſſe Alexandriæ, atque cuncta
ſpectare oculis, nonniſi occaſione librorum Origenis hos omnes fugatos eſſe, certum appareat.

LXII. Quod igitur a ſuſpectis auctoribus tota hiſtoria de expulſis ab Aegypto monachis Origeni-
ſtis eſſe accepta noſcatur; quodq. inſuper ex utraque parte ſtare uideas ſanctiſſimos uiros: neceſſe
eſt ut magna cautela attendat oratio, ne priuato quodam affectu incedens, declinet in dexteram,
vel ſiniſtram: quod hactenus a nobis factum eſſe, puto, lector intelligis: ſed præſtandum id ipſum
maiori ſtudio in futurum, ſolicitiuſq. curandum, ne uel in minimo ueritas læſa iacturam ſentiat,
inſtituti ratio non ſuadet tantum, ſed imperat. Res quidem hactenus geſta eſt inter Catholicos &
Origeniſtas: nunc uero cum pro ipſis, licet non cum ipſis, ſtare uideas ſanctiſſimum atque doctiſ- B

Facta hominū qualiter metiēnda.

ſimum virum Ioannem Chryſoſtomum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, mutata iam rerum
facie, oratio ipſa in aliud argumentum ſe transferat, opus eſt. De quo quidem illud in primis ad-
monendum putamus eſſe lectorem; cum ſæpe contingat ſapiētiſſimos quoque falli, eoſdem tamē
a ſapientia & inſita probitate non excidere, cum nimirum ad ea, quæ agunt, recto ſinceroq. men-
tis feruntur intuitu. Quis enim adeo ingenio perſpicax, induſtria ſolers, atque rerum uſus experi
mento probatus, ut falſis ſubreptionibus, illorum maxime, qui omnem extrinſecus ſanctitatis ſpe
ciem præſeferunt, non decipi interdum contingat? cum & ipſos etiam Prophetas ad futura noſcē
da Spiritu Dei imbutos, quod nō ſemper eodem numine afflari detur, acciderit ſæpe aliqua igno
raſſe præſentia, eoſq. præteriiſſe ob oculos poſita. Quamobrem Euangelica illa norma ſunt actio-

a Luc. 11.

nes hominum metiendæ; Si [a] oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, & ſi-
cut lucerna fulgoris illuminabit te.] vt dum videris aliquem recta mente, puroq. animo aliqd ope
rari, etſi quid perperam inde oboriri contigerit, ad ſuum reuocans principium opus, inuenias un
de auctorem excuſes. Cum igitur de ſanctiſſimorum uirorum Epiphanij, Hieronymi (vt de Theo
philo dicere prætermittamus) atque Ioannis Chryſoſtomi optima mente dubitare, religio ſit; quæ C
cumque ab eis acta ſunt, in meliorem partem accipias neceſſe eſt. At iam de rebus Conſtantino-
poli geſtis narrationē inchoemus, & quæ a diuerſis eo argumēto ſunt ſcripta, in mediū adducam.

LXIII.

Hiſtoria de Origeniſtis ab Origeniſtis deſcripta.

b Ezech. 13.

Porro eiuſmodi hiſtoria ab Origeniſtis primum deſcripta, eorūdem ſtylo (vt vidimus) lanci-
nata potius quam exarata cognoſcitur: vt de illis illud Ezechielis [b] iure dici poſſit: Delinierunt
parietem abſque temperatura.] dum cauſam obortam occaſione Origenis errorum, in crimina-
tiones Theophili conuerterunt; cum nulla ferme apud eos ſit mentio de dānatis in Concilio Ale-
xandrino iiſdem hæreſibus Origenis, neque de iudicio Epiſcoporum in eamdem ſententiam con
ſpirantium, duce S. Epiphanio in Cypri inſula; aut (quod diſſimulandum non erat) de ſententia
Anaſtaſij Romani Pontificis, eiuſdemq. litteris datis ad diuerſarum prouinciarum Epiſcopos, vel
Synodis ea de cauſa diuerſis in locis in Occidente habitis, ut a Venerio Epiſcopo Mediolanenſi,
a Chromatio Epiſcopo Aquileienſi, & alijs. Sed rebus tantis ſilentio ſepultis, de obiectis ab excō-
municatis illis in Theophilum criminibus, hi quos diximus, hiſtoriam texuere, atque in primis

c Pallad. in dialog. de Vit. Chryſoſtomi.

Palladius, cum hæc ait [c]: Ingenti illi neceſſitate, loca in dies mutare compulſi, tandem regiam ad
vrbem peruenerunt, in qua erat diuina manu ad curam indigentiū Ioannes ordinatus Epiſcopus: D
procumbenteſq. ad eius genua, orabant ut opem ferret animabus calumniam paſſis, atque vaſta-
tis horum ſtudio, qui hoc potius quam benefacere conſueuiſſent.] hæc ipſe. adeo namque fuit ho
rum monachorum, ad commiſerationem inducendam, cum uerbis ipſe quoque corporis habitus
accommodatus, ut quantumlibet Ioannes ſciret hos ab Epiphanio Synodicis Theophili litteris
prædamnatos, audire tamen eos minime denegarit. Vnde idem ſubdit Palladius:

LXIV.

Monachi apud Ioannem agūt aduerſus Theophilum.

Stetit Ioannes, & vidit quinquaginta electorum hominum caniciem venerandam, ſacris ſudo
ribus infectam; compunctuſq. iuxta Ioſeph, pro fraternitatis ſtudio in lacrymas ſoluitur; percun-
ctatus ab eis, quiſnam aper de ſilua, aut ſingularis fera huic fœcundiſſimæ & lætiſſimæ uiti inui-
diſſet. Ad hæc illi: Sede (inquiunt) Pater, noſq. vtcumque uulneratos Theophili Papæ veſania, cu-
rare ſtude, ſi tamen uolueris noſtrorum tumoribus uulnerum obducere cicatrices. Nam ſi ipſe
quoque nos deſpicis, aut reuerentia, aut metu Theophili, iuxta Epiſcopos reliquos: nihil iam ſu-
pereſt nobis, niſi ut profecti ad Imperatorem, ipſius opera peſſima ad iniuriam Eccleſiæ publice-
mus. Itaque ſi opinionis Eccleſiaſticæ tibi cura eſt, perſuade illi, ut nobis permittat in Aegypto re
morari. Nihil enim peccauimus, neque in Dei leges, neque in illum ipſum.] Vides hæreticos E
non ſolum Catholicorum, ſed ſanctiſſimorum quoque virorum ad decipiendum compoſitam for
mam, mentita larua, ſibi ſuperinducere? At quid tunc Ioannes Chryſoſtomus ad hæc uerba?
ſubdit Palladius:

LXV.

Quomodo a Ioāne excepti Monachi.

His Ioannes auditis, ratus facile Theophili aduerſus illos iram in gratiam transferri poſſe, li-
benter hoc negotium ſumit: admonenſq. viros, ut aduentus ſui cauſam ſilentio tegerent, donec ip
ſe ad Theophilū ſcriberet: & manſiones illis in eccleſia, quæ Anaſtaſia dicitur, ad requiem tribuēs;
ipſe quidem neceſſaria victui non ſuppeditabat; ſed eis religioſæ mulieres miniſtrabant, ipſis quo
que ex opere manuum neceſſitates ſuas ex parte ſupplentib.] Hæc cū de pijs mulieribus dicat Pal

d Pallad. dialog.

ladius, inferius [d] eodē dialogo ipſe habet eoſdē monachos fuiſſe ſuſceptos ab Olympiade uidua,
olim Nebridij ſponſa, nunc vero diaconiſſa Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, de qua nos plura ſu-
perius: cuius rei cauſa tradit Theophilum eam maledictis inceſſiſſe. Sed quam frigide eamdem
ipſe excuſet, quam ea de cauſa reprehendēdam exiſtimauerit Theodorus; accipe quæ tum ab ipſo
Palladio

A Palladio per dialogiſmum in medium afferuntur. nam *PALLADIVS*: Conſtat (inquit) Theophilum iracundiæ nimis obſecutum, illos abieciſſe. Quicumq. illi fuerint, ſiue hæretici, ſiue Catholici, non tamen eos Olympias recipere debuit. *THEODORVS*. Bene illa, an male feciſſe videtur? *THEOD*. Male, vt dixi. *PALLAD*. Vmquam ne beneficentia culpatur? *THEOD*. Et ſæpe, cum ſcilicet in malos & non merentes emanarit. *PALLAD*. Quinam igitur erant illi quinq. millia, quos ex quinque ordeaceis panibus Saluator [a] pauit, boni, an mali? *THEOD*. Boni ſcilicet: quippe qui a Saluatore paſci meruerũt. *PALLAD*. Cur ergo ordeaceis paſti ſunt, ſi boni fuerint? *THEOD*. Forte quia triticei non aderant, fame dominante.] vides rem ineptam: ſed illud bene paulo poſt, cum Palladius ſubdit Olympiadem eos ſuſcepiſſe, exiſtimans bonos, vbi ait: Rite tu quidem ſentis. hoc itaque modo monachi etiam boni & mali erant: at fideliſſima mulier ſuſcepit eos vt bonos.] & inferius: Quid ergo mali fecit Olympias imitata Dominum ſuum, qui pluit ſuper bonos & malos, & ſuper iuſtos & iniuſtos Solem ſuum oriri facit?]

De Olympiade excipiente monachos.

a Ioan. 6.

O ſententia præpoſtera nimis, omnem prorſus Eccleſiaſticam diſſoluens œconomiam! Nam ſi excommunicati ab Eccleſia, a priuatis quibuſcumque, exemplo Domini, qui Solem ſuum oriri B facit ſuper bonos & malos, recipiuntur: iã reſoluitur omnis vigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ, omniſq. mox canonica cenſura langueſcens extinguitur. Quod ſi Olympias excuſanda ſuſcipitur: quanto æquius illud fuerat pro eius defenſione dicendum: domũ eius patuiſſe Conſtantinopoli omnibus monachis, clericis, & Epiſcopis: adeo vt etiam qui Ioanni ipſi infenſi erant Epiſcopi ab ea hoſpitio excepti fuerint, nempe (vt inferius Palladius docet) Seuerianus, Antiochus, & Acutius, qui præ ceteris operati ſunt vt Ioannes in exilium deportaretur. hos, inquam, Olympias excepit hoſpitio, Chriſti loco: vt appareat non humanæ gratiæ cauſa, ſed Chriſti tantum amore, ipſam eiuſmodi miniſterium opulentam feminam peregrinis omnibus exhibere ſolitam. Et quod ad iſtiuſmodi Aegypti monachos ſpectat: cur non ipſa ſuſciperet, quos ſciret ab eius ciuitatis Epiſcopo non eſſe reiectos? haud enim eius facultatis erat, ſcire an excommunicati a Theophilo iſti fuiſſent, & iuſtene, an iniuſte eſſent expulſi. Quos enim ſciret a tanto Epiſcopo, quantus Ioannes erat, peregrina communione ſuſceptos, cur non eos vt peregrinos excipere in domum debuit? LXVI.

Quomodo excuſanda Olympias.

Peregrina quidem tantum communione eos a Ioanne Chryſoſtomo dignatos eſſe, qua ſacrarum precum communicatio impartitur, non autem vſus ſacramentorum, Sozomenus [b] tradit his C verbis: Ille vero (*nempe Chryſoſtomus*) ipſos viros, poſtquam veniſſent, comiter excepit, & in honore habuit, & in eccleſia preces fundere non prohibuit: ad myſteriorum vero communionem admittendos non cenſuit; quod id ante cauſam cognitam fieri, non fas eſſet.] hæc ipſe. Vigebat namque illa vetus in Eccleſia cõſuetudo, de qua ſuperius actum eſt; vt peregrini aduenientes, ſeq. Chriſtianos eſſe profitentes, ad communes tantum Eccleſiæ preces admitterentur; tunc vero & ſacramenta illis impertirentur, cum ſe eſſe Catholicos, fide certa docuiſſent. Porro præſtitit his ipſis monachis Ioannes Chryſoſtomus, vt communicatione illa peregrina dignos efficeret, plena nequaquam; quòd Formatas litteras ab Epiſcopo, vnde diſceſſerant, minime attuliſſent. Ceterum nec peregrina quidem hi communione dignandi fuiſſent, ſi litteræ ſcriptæ in Concilio Alexandrino de eorumdem damnatione Conſtantinopolim perueniſſent: quas illuc perferendas & ad alias Orientis Eccleſias, ſolicite Theophilus per S. Epiphanium, datis ad eum litteris ſæpius ante citatis, curauerat. At quomodo perſuaſione miniſtrorum Theophili, Ioannes abſtinuit cum illis communicare, Palladius [c] narrat his verbis: LXVII.

b Sozo. li. 8. c. 13.

Monachi peregrini tantum accepti.

c Pallad. in dial. Vit. Chryſoſt.

Contigit etiam per idem tempus, *quo dicti monachi Conſtantinopolim ad Ioannem venere*, Theo- D phili clericos in ea vrbe eſſe; magiſtratuum, qui ad Ægypti prouinciam mittendi erant, beneuolentiam Theophilo comparantes, in eorum perniciem, qui illic verſati eſſent.] hæc cum dicat ipſe Palladius, vide quam calumnioſe id affirmet: nam miſſos a ſe Conſtantinopolim ſanctiſſimos ad hoc viros, qui Origeniſtarum monachorum conatum anteuerterent, ipſe Theophilus litteris ad Epiphanium ſcriptis declarat his verbis [d]: Et tu (inquit) vt celerius noſtra Conſtantinopolim ſcripta perueniant, mitte induſtrium virum & aliquem de clericis; ſicut & nos de ipſis Nitriæ monaſteriis patres monachorum cum alijs ſanctis & continentiſſimis viris miſimus, qui poſſint cunctos in præſenti docere quæ geſta ſunt.] hæc Theophilus. Sed pergit item calumnioſe Palladius: His itaq. Ioannes euocatis, interrogat, an præſentes monachos noſſent. Illi verum teſtimonium perhibuere viris, dicentes, ſe & viros noſſe, & magnam illos iniuriam perpeſſos eſſe. Si placet (inquiunt) domine, ſpiritualis communionis nondum illis conſortium trade, ne Papam (*Theophilum ſcilicet*) contriſtes: ceterum in alijs omnia in eos officia humanitatis exerce: id enim tibi Epiſcopo conuenit. Ita illos Ioannes ad communionem minime admiſit.] hæc Palladius: quæ ſi vera ſunt, dicendum erit legatos huiuſmodi a Theophilo ad hoc miſſos, vt excommunicati Origeniſtæ vndi- E que pellerentur, præuaricatores extitiſſe mandati. LXVIII.

Legati Theophili miſſi Conſtãtinopolim.

d Apud Hieron. epiſt. 67.

Quid vero poſt hæc egerit ipſe Chryſoſtomus, idem tradit ſic dicens: Scripſit autem Theophilo ſupplicans, & hanc ſibi vt filio ac fratri poſtulans gratiam, vt viros illos pacifice ad ſe reuocaret. Ad hæc Theophilus, gratiam quidem Ioanni denegauit, miſitq. quoſdam ad huiuſmodi certamina exercitatos, de quibus ſuperius diximus; libellos vt porrigerent, admonens, quos more ſolito ipſe dictauerat, aptum quidem & expreſſum mendacium continentes, varijs calumnijs opertum & obumbratum; & cum non poſſet illorum vitæ derogare, facit vt intra Palatium quaſi magi digito notarentur. Monachi vero vbi aduertunt ſe nihil profeciſſe, verum & in maioris iræ præcipitium illum declinaſſe: pleroſque in dignitatibus conſtitutos adducunt ſecum; omneſq. anathematizantes hæreſim, libellos Ioanni tradunt, in quibus viri iam tyrannidem notant; quibuſdam capitulis adiectis, quæ referre coram infirmioribus piget & pudet, ne ab ipſius fidei eos liminibus arceam. mihi certe ea recitanti perfectior quidem fides fortaſſis haberetur. LXIX.

Ioan. Chryſoſ. agit de pace apud Theophilum.

Rurſum & per ſe ipſum & per Epiſcopos alios Ioãnes hortatur viros, vt ab huiuſmodi accuſa- LXX.

Theophili epiſtola ad Ioānem.

tione deſiſterent, Theophilo iterum iſta ſcribens: In rantum mæroris impulſi ſunt viri iſti, vt te datis etiam libellis accuſent. Iam quid tibi videtur, reſcribe: non enim me audiunt, vt hac intentione diſcedant. Ad hæc Theophilus maiore inflammatus ira, monachorum fratrem Dioſcorum Epiſcopum, qui in Eccleſiaſticis rebus conſenuerat, ab ipſa Eccleſia prohibet.] hæc ipſe. ſed id quidem factum antequam diſcederent Alexandria, quæ dicta ſunt ſuperius docent. Quid autem ad hęc reſponderit Theophilus, idem Palladius recitans eius epiſtolam, palam facit. ipſa autem ita ſe habet: A

LXXI.

a Nicen. Conc. c. 6.

Arbitror te non ignorare, quid præcipiant Nicæni Concilij canones, ſancientes [a] Epiſcopum non iudicare cauſam extra terminos ſuos. Si autem ignoras, diſce, & libellos contra me ſuſcipere deſine. Nam & ſi iudicari me opus ſit ab Aegyptijs magis, quam abs te id fieri oportet, qui ſeptuagintaquinque dierũ itinere a nobis ſeparatus es.] hactenus Theophili ad Ioannē epiſtola. Quæ autem poſt hæc ſecuta ſunt, habita temporis ratione, in ſequentes reijcimus annos. Videas igitur ex his quæ hactenus geſta commemorauimus, iuſtam cauſam Theophilum fouiſſe, cui in expellendis Origeniſtis totus ferme Oriens & Occidens conſentiret.

Iuſta excuſatio de Ioanne Chryſoſt. agente de pace.

Ceterum quod negarent monachi illi ſe hæreticos eſſe, obiectarentque non fidei cauſa, ſed priuatæ inimicitiæ gratia Theophilum in ipſos eſſe commotum, S. Ioannes Chryſoſtomus ea ita ſe habere ratus, operęprețium facturum exiſtimauit, ſi inter eos ita diſſidentes ſequeſter accederet, ipſoſq; monachos redderet Theophilo obſequētes, eiuſq. gratiam adeo abalienatam eiſdem conciliaret: probe ſciens in totius Eccleſiæ vertere detrimentum, ſi qui magni nominis erant monachi, ab omnibus excluſi per Orbem vagarentur extorres: vnde & fieret, vt ſi ijdem re vera eſſent hæretici, grauiori fidei rectæ iactura, vndiq. ad ſectā mentita ſanctitate adſeiſcerent ſibi ſodales: Sin autem (quod profitebantur) pij eſſent atq. morib. integri, inde accideret, vt quæ ipſi in Theophilum crimina iactare ſolerent, magno Fidelium ſcandalo diffamarentur in omnes, eademq. aſpergerentur infamiæ labe vniuerſi Orientales & Occidētales Epiſcopi, qui Theophili aduerſus eos latam ſententiam confirmaſſent. Quiſnam igitur eiuſmodi adeo ſanctum inter diſſidentes conciliandæ pacis officium in Chryſoſtomo reprehendere valeat, cum teſtificatione diuini illud conſtet oraculi [b]: Quam ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem & annunciantium bona?] Sed plane præter intentionem accidit, iuxta vaticinium Iſaiæ [c]; Et angeli pacis amare flebunt] vt magnus iſte pacis conciliator Eccleſiaſticum bellum in ſe conuerterit. Quonam autem modo id acciderit, ſuo loco dicemus. B C

b Rom. 10.

c Iſai. 33.

LXXII.

Cauſa Aſianorum Epiſcoporum.

d Pallad. in dialog.

Pergamus autem reliqua recenſere, quæ hoc anno ab eodem Ioanne Chryſoſtomo geſta ſunt in cauſa Aſianorum Epiſcoporum. Atque primum quod ad tempus pertinet: hoc quidem anno ſex ab eo damnatos eſſe in Aſia Epiſcopos, ex his quæ de eis Palladius [d] narrat, intelligere poſſumus. Dum enim ait, depoſitos a Ioanne Aſiæ Epiſcopos, moxq. poſt ipſius Ioannis exilium in priſtinas eſſe reſtitutos Eccleſias, a quibus ante quadriennium ob ipſorum crimina eiecti erant: cumq. Ioannis exilium poſtremum, quando hi receperunt Eccleſias, contigiſſe conſtet (vt ſuo loco patebit) anno Domini quadringenteſimo quarto: depoſitionem eorũ in hunc ipſum annum quadringenteſimum conijcere cogimur. Sed & quod idem Palladius dicat, ad biennij temporis ſpatium eiuſmodi cauſam Aſianorum Epiſcoporum ventilatam eſſe; conſterq. adhuc ingruente Gainæ tyrannide cœptam fuiſſe: vtiq. ab anno ſuperiori deducendum eſt eius cauſæ principium, quo & decimatertia currit Indictio, ſub qua Palladius tradit veniſſe Conſtantinopolim Aſianos Epiſcopos ad Synodum conuocatos, præſenti autem anno eos eſſe damnatos. Nos vero deſcribemus hæc omnia ex ipſo Palladio, qui omnibus præſens fuit. Rogatus enim ſic a Theodoro [e]: Ipſe interfuiſti, an ab alijs ea didiciſti? Ad hæc Palladius: Atqui ne punctum quidem temporis in omni hac cauſæ proſecutione illum deſerui.] Ipſe igitur ſic rem exorditur [f]: D

e Pallad. ibid.

f Pallad. ibid.

LXXIII.

Synodus Conſtantinopolitana xxij. Epiſc.

Tertiadecima diſtributione (*hoc quoque nomine Indictio dicta reperitur*) venerunt Conſtantinopolim Aſiæ Epiſcopi neceſſitatum Eccleſiaſticarum gratia: nobiſcum remorati ſunt, præſentibus & alijs Epiſcopis, ex Scythia quidem Theotimo (*celebris eſt hic inter ſanctos*) ex Thracia vero Ammone Aegyptio, & ex Galatia Arabiano, Metropolitis omnibus ac ſenibus, qui vigintiduorum implebant numerum. Conuenientibus autem omnibus & cōmunicantibus: obſeruato Euſebius quidam Valentiniopolitanus Epiſcopus congregato Concilio, vna ſabbati aſtitit, libelloſque tradidit Synodo præpoſito (vt decuit) Ioannis nomine, contra Antonium Epiſcopum Epheſi ſeptem capitula continentes:

Accuſationũ capita.

Vnum quidem, quòd fuſis ſacris vaſis, argentum in nomine filij depoſuerat: Secundum, quòd ſumptum de ingreſſu Bapriſterij marmor in ſuo balneo poſuit: Deinde columnas eccleſiæ plures annos iacentes intra ſuum erexit triclinium: Quartum, quòd puer eius homicidiũ perpetrauit, quem habet in miniſterio irreprehenſum: Quintum, quòd prędia relicta Eccleſię a Baſiliſſa Imperatoris Iuliani matre vendidit, ſibique detinuit pretium. Sextum, quod cum vxori propriæ abrenunciaſſet, rurſus illi congreſſus eſt, filioſque ex ea procreauit.] Vides, lector, dari crimini Epiſcopo, qui vxore dimiſſa, eadem iterum aſſumpta ſuſcepiſſet ex ea filios: vt certior fias eorũ quæ ſuperius inculcata ſunt, etiam in Orientali Eccleſia coniugatos electos Epiſcopos, nonniſi vxore dimiſſa, ordinari ſolitos, nec amplius ea vti. Sed addit idem Palladius: Septimum vero accuſationis caput, quòd pro lege atque decreto habet, ordinationes Epiſcoporum vendere pro modo reddituum: adſuntque & qui dederunt & ordinati ſunt, & ipſe qui accepit. Eorumque omnium probationes ſe habere aſſerebat.] Quidnam ad hæc Ioannes Chryſoſtomus tunc præfectus Synodo dixerit, ita ſubdit: E

LXXIV.

Euſebius accuſator vrget Iudicium.

Ioannes interim zelo mitigato, dixit Euſebio: Frater Euſebi, quoniam ſæpe fit, vt accuſationes quæ fiunt perturbato animo, probationibus idoneis careant: deſine, quæſo, Antoninum fratrem accuſare. Nobis curæ erit, triſtitiæ cauſas amouere. Ad hæc ille exaſperatus, durioribus vtebatur verbis, aduerſus Antoninum totus efferuens, atque in accuſatione perſiſtens. Hortatur itaq. Ioannes Paulum Heracliæ Epiſcopum, qui Antonino ſtudere videbatur, vt eos in amicitiam copularet contenderet.

A contẽderet.Surgenſq.eccleſiam ingreſſus eſt vna cum Epiſcopis: erat enim ſacrificij tempus.Pacẽ
vero populo ex more imprecatus,ſedit cum Epiſcopis reliquis.Iam autem introgreſſus accuſa-
tor Euſebius coram populo omni & Epiſcopis libellum alium porrigit eadem continentem, adiu
rans Ioannem ſacramentis horrendis,quibus ſalutem quoque Principum addidit,tanto cum tu-
multu,vt putarent populi,eius impudentia territi,eum a Ioanne petere vt vitam ſibi a Rege impe
traret.Ioannes vbi viri aduertit inſtantiam,ne in populo perturbatio vlla oriretur,libellum ſum-
pſit:lectiſq.diuinis eloquijs,Panſophium orat Piſidiæ Epiſcopum,diuina offerret vt munera:ipſe
cum Epiſcopis reliquis exijt:cauebat enim,animo turbido,iuxta Euangelium [a], ſacrificia offer- a Matth. 5.
re:Si obtuleris(inquit)munus tuum ad altare.& reliqua.

Vbi vero dimiſſus eſt populus,ſedens in Baptiſterio cum Epiſcopis reliquis accuſatorem co- LXXV.
ram omnibus aduocat,dicens ei:Rurſus tibi eadem dico plurimi triſtitia vel ira compulſi, multa *Admonitio*
& dicunt & ſcribunt,quæ probare non poſſunt.Si igitur aperte noſti de quibus illum accuſare vis *ante cauſæ co-*
(neque enim valentem repellimus,neque trahimus nõ valentem)antequam legatur libellus,eli- *gnitionem.*
ge quod expedit tibi. Poſtquam enim fuerit lectus & in aures omniũ venerit,cõfectis cõmẽtarijs,
B non iã licebit tibi,cũ ſis Epiſcopus,abſolutionem flagitare.Ad hæc ille in propoſito durat. Iubent
itaque libellum recitari,lectaq.ſunt memorata capitula.Poſtea dicunt Ioanni ſeniores Epiſcopi :
Etſi vnumquodque capitulum per ſe impium eſt,& vndique ſacris legibus interdictum: ne tamen
videamur in his quæ ſuggeſta ſunt nobis omne ſtudium ponere;ab eo quod eſt horribilius,fiet in
quiſitionis initium.Si enim illud inuentum fuerit verum,nulla de capitulis reliquis erit cõtrouer
ſia:cum capitalis illius radix omnem præſeferat ſpeciem iniquitatis,iuxta illud [b]: Radix omniũ b 1.Tim.6.
malorum eſt cupiditas.Qui enim ſuper innocentem accipit munera,& ſancti Spiritus largitionẽ
pecunia ſe vendere putat:quo pacto iam parcet ornamentis,aut lapidibus aut fundis Eccleſiæ?

Tunc Ioannes examen incboans,Antonino ait:Quid ad hæc dicis,Antonine frater? Negauit LXXVI.
ille neceſſario:quando enim ab his ipſis initijs confuſionem confiteretur ſuam? Interrogati qui de *Agitur cauſa*
derant,negarunt & ipſi. Cum hoc examen ad horam vſque octauam diligentius agitur,ex argumẽ *Antonini Epi*
tis quibus iudicium formabatur. Poſtremo venitur ad teſtes, quibus aſtantibus & illi dederant , *ſcopi Epheſini.*
& iſte ſuſceperat. Non aderant teſtes,qui neceſſario citandi erant. Difficultatem rei intuẽs Ioan-
nes,pro Eccleſiæ purgatione,vt teſtes facilius adhiberentur,per ſe in Aſiam ire conſentit perficiẽ
C di examinis gratia. Antoninus vbi vidit Ioannem impigre exequi paratum quod inſtituerat,neq.
corrumpi poſſe iudicium;mali ſibi conſcius,adijt quemdam ex Principibus,cuius prædia,quæ ha
bebat in Aſia,ſibi curæ erant:orans vt Ioanni impedimento eſſet ne abiret in Aſiam, promittens
ſe adhibiturum teſtes. Protinus ex Palatio mandatur Ioanni in hæc uerba: Indignum eſt,te,cum
ſis Epiſcopus & noſtrarum animarum pater,in tanta tumultus expectatione,dimiſſa ciuitate, pe-
regrinationem in Aſiam ſubire velle,cum facile teſtes adhibere poſſint. Erat autem tumultus cau
ſa Gainas barbarus. Quid multis immorer? Manere illi perſuaſum eſt:ita tamen , ut iudicij non
committeret curam,teſteſq.mature adeſſe mandaret.

Oprata fuit accuſato ipſa dilatio uel modica teſtium,quos aut pecunia , aut potentia fugare LXXVII.
poſſe confideret. Præuidit iſta Ioannes,conſilioq.Synodi præſentis habito,quoſdam ex præſentib. *Mittuntur Epi*
Epiſcopis in Aſiam mittit ad teſtes interrogandos. Tres enim ex omnibus electi ſunt , Syncletius *ſcopi cauſæ co*
Metropolitanus,Heſychius Opariẽſis,& Palladius Helenopolitanus. His dederat Synodus in mã *gnitores.*
datis,ut qui intra duos menſes non occurriſſet Hypæpis Aſiæ ciuitati ad ſua tuenda iura, quod ui
cini eſſent & qui arguebantur,& Epiſcopi reliqui a Syncletio ſocijſq.iudicandi,excommunicatus
D eſſet. Deſcenderunt igitur Smyrnam prænominati Epiſcopi Syncletius & Palladius: Heſychius
enim,quod faueret Antonino,finxit ſe valetudinarium. Significaruntq.continuo per litteras utriſ
que partibus aduentum ſuum,ut concurrentes in memoratam ciuitatem,implerent quæ polliciti
fuerunt .

Illi ante Iudicum aduentum amicitias inierant, partim perſuaſi auro, partim iureiurando cõ- LXXVIII.
ſtricti. Congregati igitur in ipſa ciuitate,Iudices ludere ſe poſſe putabant dilatione teſtium, qua *Colluſio acto-*
ſi peregre profecti eſſent ob varias cauſas. Ad hæc Iudices accuſatorem rogant , intra quos dies *ris cum reo.*
adducturus eſſet teſtes;ſe expectaturos pollicentes. Ratus ille eos aeris inclementiam ferre graui
ter,ac per id uelle diſcedere(erat enim feruor æſtiui ſolis)intra quadraginta dies ꝑductnrũ ꝑmit
tit teſtes;alias pœnæ canonum ſua ſe ſponte ſubijcit. Expectauere Iudices quadraginta dies; cum
ille ad inquirendum dimiſſus teſtes,omiſit hoc interim,& Conſtantinopolim uenit, illicque deli-
tuit. Vbi uero nuſquam comparuit:ſcripſere Iudices omnibus Aſiæ Epiſcopis, denunciantes ex-
communicatum,ſiue vt deſertorem,ſiue ut detractorem. Poſt hæc alios quadraginta dies perſiſtẽ
tes,cum ille minime appareret,Conſtantinopolim rediere. Illic inuento Euſebio,ei,quæ geſſerat,
E exprobrant. Rurſus ille infirmitatem corporis allegans,pollicetur teſtes exhibiturum.

Per hanc temporis moram Antoninus moritur,cum quo erat Euſebio controuerſia. Continuo LXXIX.
ex Aſia partim a clero ciuitatis Epheſinæ,partim ab Epiſcopis decretum ad Ioannem uenit, om
nibus pauendo cum iuramento orantibus,ut periclitanti Eccleſiæ opem ferret. Erat autem hic
textus :

Quoniam priori tempore confuſe & contra iura & ſtatuta Patrum gubernati ſumus: oramus
uenerationem tuam,ut deſcendas,& formam aliquam Epheſinæ imponas Eccleſiæ diutiſſime af
flictatæ:hinc Arianis inſtantibus,inde noſtris cupiditati auaritiæque ſtudentibus. Permulti enim
inſidiantur ut lupi graues,ſacerdotalem ſedem rapere pecunijs feſtinantes.] hæc illi. ſed pergit
Palladius :

Itaque Ioannes,licet corporis mala valetudine teneretur,& inclementia obſtaret aeris , erat LXXX.
enim hiems;nihil huiuſcemodi incommodis territus,ut negotia Eccleſiæ Aſianæ componeret,re- *Ioãnes Chryſ.*
buſq.nutantibus uel abſentia vel imperitia paſtoris opem ferret;inſtituit pergere,ſpirituq. robo- *pergit in Aſiã.*
ratus

ratus ingreſſus nauim, vrbe deceſſit. Irruentibus autem ſæuis Aquilonibus, metuentes nautę ne in A
Proconeſſum eijcerentur, poſitis velis, Triconis montem prætereuehuntur, ibique iactis anchoris,
manſerunt, Auſtrum expectantes, vt Apameæ applicarent. Cum igitur biduum ieiuni in naui per-
ſtitiſſent, laceſſiti fluctibus, tertia demum die memoratæ vrbi appulerũt. Illic enim expectabant
aduentum eius Palladius, Cyrinus, & Paulus Epiſcopi Ioannis ſocij. Pedibus itaque iter agentes,
Epheſum veniunt.

LXXXI. Concilium Epheſinũ lxx. Epiſcoporum.

Congregatis Lydiæ & Aſiæ & Cariæ Epiſcopis, ad ſeptuaginta viros pertingentibus, ordina-
tionem faciunt. Complures ſua ſponte concurrerunt, maxime ex Phrygia, vt oris illius facundia
& ſapientiæ ſuauitate fruerentur.] & paulo poſt: Dum hæc aguntur, acceſſit ille, qui nobis prolixæ
huius narrationis auctor eſt Euſebius, ad omnes Epiſcopos, reliquorum ſex Epiſcoporum accuſa-
tor, *qui ſcilicet per pecuniam ab Antonino Epheſino Epiſcopo fuerãt ordinati*: orans vt ad communionẽ
admitteretur. Obſtant ex ipſis quidam: non oportere admitti; quippe calumniæ reum aſſerentes.
Adiecit ille preces, & ait: Quoniam cauſa biennium iam magna ex parte ventilata eſt, ſolaque di-
latio teſtium obſtitit: obſecro pietatem veſtram, vt teſtes (nam modo præſto ſunt) examinare di-
gnemini. Etſi enim Antoninus diem obijt, qui accepto auro ordinauit; viuunt tamen, qui dato pre B
tio ſunt ordinati. Placuit Synodo, rem diligentius diſcuti. Recitantur omnia quæ prius geſta fue-
rant, ex commentarijs.

LXXXII. Tractatur cauſa ſimoniacorum Epiſcoporum.

Ingreſſi ſunt teſtes: ingreſſi & qui dato auro fuerant ordinati. Negare primum. Perſiſtentibus
tamen teſtibus partim laicis, partim presbyteris, quibus antea confidere videbãtur, mulieribuſq;
quibuſdam, & munerum ſpecies & loca & tempora qualitatemque recenſentibus; cum eos con-
ſcientia quoque criminis vrgeret, ſua ſponte, nõ vſque adeo coacti confitentur. Dedimus (aiebãt)
hanc eſſe conſuetudinem exiſtimantes, vt videremur a curia liberari. At nunc, ſi quidem honeſtũ
eſt, oramus vt in miniſterio Eccleſiæ ſimus: ſin autem, vel aurum quod dedimus, recipiamus. Qui-
dam enim ex nobis vxorum noſtrarum aurum & variam ſupellectilem dedimus. Ad hæc Ioannes
Synodo pollicitus eſt. Ego, inquiens, inſtabo apud Regem, vt abſoluamini: vos autem mandate, il-
los ab Antonini heredibus recipere quod dederunt. Præcepit itaq; Synodus ab Antonini heredib-
eis aurum reſtitui, eos vero intra altare communicantes a ſacerdotibus fieri; ne ſi iſta paſſim per-
mitterentur, conſuetudo Iudaica vel Aegyptia fieret, vendendi ſacerdotiũ, & emendi.] & inferius:
In eorum autem locum ſubſtituti ſunt alij virtute clari, & vita ſimul & gratia diuini ſermonis ar- C
mati.] addit autem poſt hæc, hos ipſos, damnato iam S. Ioanne Cryſoſtomo in exilium, poſt qua-
driennium fuiſſe ab eius aduerſarijs eiectos, & depoſitos illos in priorem ſtatum reſtitutos. ſed de
his ſuo tempore inferius. In locum autem Antonini defuncti Epiſcopi, ex conſulta Synodo, commu-
ni conſenſu ſubrogatus fuit eiuſdem Epiſcopi diaconus Heraclides nomine: teſtantur id Socrates
[a] & Sozomenus [b].

a Socrat. libr. 6. c. 10.
b Sozom. lib. 8. c. 6.

LXXXIII. Epiſcopi depoſiti a Ioanne Chryſoſtomo.

Quod autem Palladius indigne fert ſcriptum poſtea a Theophilo in libro aduerſus Ioannem
conſcripto, ſexdecim Epiſcopos hoc tempore ab eo fuiſſe depoſitos, cum nonniſi ſex fuerint; tamẽ
Sozomenus tredecim numerat ab eodem tunc temporis exauctoratos. Sed & ipſum Ioannem in
ordinem redegiſſe Nicomedienſem Epiſcopum Gerontium nomine, idem affirmat; quem antea
clericum Mediolanenſis Eccleſiæ a S. Ambroſio magiæ conuictum, & eiectum, ſuo loco dictũ eſt.
Hoc igitur e gradu depoſito, in eius locum Chryſoſtomus Panſophium quemdam ſubrogauit Epi-
ſcopum, qui pædagogus fuerat Eudoxiæ Auguſtæ. Sed hunc a Nicomedienſibus indigno ſuſceptũ
fuiſſe animo, idem Sozomenus tradit, vbi ait: Hic quidem tametſi pius & moribus compoſitis ac
placidis eſſet, acceptus tamen Nicomedienſibus non fuit. Ac proinde mota ſæpenumero ſeditio- D
ne, non modo beneficia tum publice tum priuatim per Gerontium in ipſos collata, verum etiã ex
arte medica inexhauſtam vtilitatem, & erga omnes tam pauperes quam diuites ex æquo declara-
tam ſinceritatem ac ſedulitatem eius recenſebant: his & alias virtutes accumulabant, quas eos æ-
quum erat qui illum diligebant: & haud ſecus atq; terræmotũ, aut ſiccitatem, aut aliud aliquod di-
uinitus exhibitum oſtentum deprecaturi, per plateas tum patriæ ſuæ, tum vrbis Conſtantinopolita-
næ circumeũtes cantillabant, ac Deo ſupplicabant, vt illum retinerent Epiſcopum. Ad extremum
autem vi compulſi, illum dimiſerunt cum luctu ac lamentatione, & hunc cum metu & odio recepe-
runt. Exhinc ergo tum illi qui exauctorati erant, tum illorum amici Ioannem accuſabant, quod is
rerum nouandarum primus auctor extitiſſet in Eccleſijs, & ordinationum conſuetudinem præter
leges patrias inuertiſſet.] hæc Sozomenus de Gerontij depoſitione, recenſita ab eo poſt exauctora-
tionem Aſianorum Epiſcoporum.

LXXXIV.
c Sozom. lib. 8. c. 10.
Seuerianus qd moliretur Cõſtantinopoli.

Quid autem aduerſus Ioannem Chryſoſtomum hiſce negotijs Eccleſiaſticis detentum in A-
ſia proditorie moliti ſint qui eius ſtudioſiſſimi eſſe videbantur, Sozomenus [c] narrat his verbis: Su-
borta autem illi quędam odij cauſa fuit etiam apud coniugem Imperatoris ob Seuerianum Gaba- E
lorum Syrię Epiſcopum. Etenim & hic ipſe, & Antiochus Epiſcopus Ptolemaidis (ea ciuitas eſt
Phœniciæ) eadem memoria clari, & ad docendum Eccleſiam idonei extiterunt. Sed hic ex-
pedite & perquam clare dicebat, ſic vt a nonnullis Chryſoſtomus, hoc eſt, aurei oris homo,
nominaretur. Seuerianus vero tametſi ſententijs & Scripturarum teſtimonijs præſtantior habi-
tus, aſperitatem tamen Syrorum lingua repræſentabat. Antiochus igitur cum prior Conſtantino-
polim veniſſet, dicendo, laudem conſecutus eſt: ac pecunijs collectis, ad ciuitatem ſuam redijt. Ad
huius imitationem & Seuerianus poſtea veniens, & beneuolum forte Ioannem nactus, cum fre-
quenter in Eccleſia cõcionaretur, in admiratione & honore erat, & auctoritate pollebat, ipſiq; Im-
peratori atque Imperatrici innotuit. Itaque cum Ioannes in Aſiam proficiſceretur, Eccleſiam illi
commẽdauit: illum enim qui palpum ſibi obtruſiſſet, amicum ſincerum eſſe arbitrabatur. Ille igi-
tur impenſius auditoribus gratificari, & populũ verbis demulcere ſtudebat. Quo cognito, Ioãnes
ſuſpectũ habuit, Serapione (vt aiunt) eum huc inſtigante.] erat hic diaconus [d] Eccleſiæ Conſtan-
tinopolitanæ,

d Sozom. lib 6. cap 10.

A tinopolitanæ,qui Ioanni ſuggerebat,ſignificabatque Eccleſiã a Seueriano admodum perturbari.
Quo factum eſt,ut Ioannes hactenus detentus in Aſia tum ob Epiſcoporum depoſitionem, tum
ob Nouatianos & Quartadecimanos hȩreticos,quibus & multas ademit Eccleſias, Conſtantino
polim quantocyus reuerti curarit.

Ceterum ſiue quod diſſimulandum putarit,ſiue quod re uera qualem optaſſet ſui ſtudioſiſſi- *LXXXV. Reditus Ioannis Conſtantinopolim.*
mum populum nactus eſſet:ubi Conſtantinopolim redijt,homiliam habuit [a],qua populum ipſum
laudauit haud mutatum,ſed erga paſtorem ſuum propenſiorem inuentum:nam quibus ab eo ac
ceptus ſit fauſtis acclamationibus,eadem oratione uerbis illis ſignificauit: Quid(inquit)dicam
deſiderio ueſtro & fauori,quem heſterno oſtendiſtis die?quomodo uoces ueſtrȩ cum gaudio cȩ- a Chryſo. hom. de regreſſ. ſuo Conſtantinop.
lum penetrant?Ipſum ſanctificantes aerem,ciuitatem feciſtis eccleſiam:honorabar ego, & Deus
glorificabatur:hæretici confundebantur, Eccleſia uero coronabatur,&c.] Sequenti enim a reditu
die illam ad populum habuit orationem,laudans eos,quod ipſos inueniſſet,quales reliquerat,pie
tati deditos;indeq.argumenti ſumens exordium,eleganti de Hebrȩorum populo habita collatio
ne,qui abſente Moyſe diebus tantum quadraginta,grauiter deliquiſſet:cum contra ipſe ſuos poſt
B diuturniorem paſtoris ſui moram in fide perſtantes reperiſſet. ubi inter alia hæc de ſuȩ abſentiæ
tempore:Ego autem(inquit)non quadraginta dies tantum,ſed & quinquaginta & cẽtum & am
plius,abſens fui,& inueni uos lȩtantes,& philoſophantes,& in Dei timore perſeuerantes,&c.]Cõ
egiſſe autem eius ex Aſia reditum poſt Paſcha,idem ea oratione ſignificat:qua & ex eo etiam po
pulum laudat,quod aduerſus hȩreticos ſtrenue decertaſſet;ubi ait: Veni ad gaudia virtutum ve-
ſtrarum:audiui quia cum hæreticis colluctati eſtis,& quia inique egerunt in baptiſmo,redargui
ſtis. Numquid incaſſum dicebam,quoniam caſta uxor abſente uiro repellit adulteros], abſente
paſtore exagitat lupos;ſine gubernatore nautæ ſaluauerunt nauem,ſine duce milites uictoriam re
portarunt,&c.]

Cum enim referta admodum eſſet hæreticis atque potiſſimũ Arianis ciuitas illa, iugis viguit *LXXXVI. Ariani noua moliuntur.*
aduerſus eos contentio,cum procaces illi nihil prętermitterẽt negotij faceſſendi Fidelibus: quod
enim conuentus in urbe cogere ſuiſſent Imperatorum legibus interdicti;ira æſtuantes in Ortho
doxos,etſi non alias(quod cohiberentur potentia Principis)a uerbis tamen minime abſtinebãt,
ſed audentius illud,quod a Socrate ita deſcribitur [b]: Ariani extra urbem(uti diximus) conuen- b Socrat.lib. 6. cap.8.
C tus fecerunt.Itaque cum feſta cuiuſque ſeptimanæ occurrebant, uidelicet ſabbatum & dies Do-
minicus,in quibus conuentus in eccleſijs fieri ſolent;illi intra portas ciuitatis circiter porticus
in unum congregati,cantus apte ad opinionem Arianam reſpondentes,quos ipſi compoſuerant,
alternatim canunt,hocq.per maiorem noctis partem faciunt. Primo diluculo, tales cantilenas al
ternis per mediam urbem recitantes,e portis egrediuntur;& ad loca,ubi agunt conuentus, con-
tendunt. Verum quia aduerſus fidei Conſubſtantialis fautores uerba contumelioſa , quibus eorũ
animos irritarent,dicere non deſinebant,(nam ſæpe hanc quaſi cantilenam in eos cecinere: Vbi
ſunt hi,qui tria unam dicant eſſe potentiam?)Ioannes ueritus ne aliquis ex ſimplicioribus eiuſmo
di cantibus ab Eccleſia abduceretur,quoſdam ex ſuo populo illis contra comparauit, qui noctur
nis hymnis decantandis ſimiliter operam darent,Arianorumq.in ea re ſtudiũ eo pacto reprime-
rent,denique ſuos in ipſorum fide admodum confirmarent.

Atquamuis hoc Ioannis inſtitutum valde commodum uideretur: tamen illius euentus tu- *LXXXVII. Ariani adoriũtur Catholicos.*
multu atque etiam periculo non caruit. Nã vbi hymni in Conſubſtantialis laudem decantati pro
pter concentum illum nocturnum multo plus dignitatis ſunt conſecuti(erant enim Cruces argen
D teæ excogitatȩ,quibus lucernȩ cereȩ imponebantur,ſumptu Eudoxiȩ Imperatricis ſuppeditatæ)
turba Arianorum coacta,& æmulationis ardore ſuccenſa,ſe vlciſci,& cum aduerſarijs confligere
inſtituit. Etenim principatu illo,quem pridem obtinuerant,elati,erant ad pugnam multo arden-
tiores,defenſoreſq.fidei Conſubſtantialis prorſus contemnebant. Quare,nulla interpoſita mora,
nocte quadam tumultum faciunt. Briſo Imperatoris eunuchus,qui partes cantantium hymnos,
ad commendationem fidei Conſubſtantialis tuebatur,lapide in fronte percutitur. Interierunt ét
vtriuſque partis nonnulli de populo. Quibus rebus Imperator admodum commotus, Arianis in
terdixit,ne hymnos in publico canerent. Atque hæc quidem hoc modo geſta ſunt.]Addit ad hȩc
Sozomenus [c], perſeueraſſe in poſterum eiuſmodi hymnorum cantionem tũc a S. Chryſoſtomo c Sozom.lib.8. cap.8.
inſtitutam in Eccleſia Conſtantinopolitana feliciter.

Quod vero ad legem,quam ab Arcadio aduerſus Arianos tunc ſancitam Socrates tradit: qđ *LXXXVIII.*
ipſa data reperiatur [d] ſub Conſulatu tertio eiuſdem Arcadij & Honorij.anno uidelicet Domini d De hære.l.30. C.Theod.
trecenteſimo nonageſimoſexto,biennio ante quam eius Eccleſiæ ipſe Ioannes eligeretur Epiſco *De lege Arcadij contra Arianos.*
pus:reuocatur in dubium,num ſub Nectario potius eius prædeceſſore ea acciderint , uel ſub ipſo
E Ioanne:nam hæc in ea leguntur in fine: Ad hoc interdicatur his omnibus ad Litaniam faciendã
intra ciuitatem noctu vel interdiu profanis coire conuentibus: ſtatuta uidelicet condemnatione
centum librarum auri contra officium ſublimitatis tuȩ,ſi quid huiuſmodi fieri uel in publico,uel
in priuatis ȩdibus concedatur.]hæc ibi. Ceterum quod ſȩpe ijdem,licet repreſſi legibus,iterũ (ut
ſuperius uidimus)eadem impie actitarent,ut crebro neceſſe fuerit iterum ſancitis edictis repri-
mere:nihil prohibet,quo minus dicatur,eoſdem ante ſub Nectario dicta ſanctione cohibitos , &
ſub Chryſoſtomo ipſos inuidia percitos acriori,rurſum illa tentaſſe.

Porro haud potuit quieuiſſe Chryſoſtomus,quoadusque ijdem hȩretici Imperatoris mãda *LXXXIX. Ariani pelluntur Conſtantinop.*
to ab urbe penitus pellerentur. Quod hac ratione conſecutus eſt [e]. Opportunum enim ipſe tem
pus nactus,quando Imperator uenit ad ſacrum,feſto eum ad id vocante,(erat enim dies Epipha
niorum)cum ſic ipſum compellauit his uerbis: Dic mihi,o Imperator,ſi quis huic pulchræ & pre
tioſȩ(oſtendens coronam quam habebat in capite) quoſdam abiectos & obſcuros lapides inſe- e Metaphraſ.in Vit. Chryſoſto. tom.1.
ruiſſet:videretur hoc tibi eſſe tolerandũ;& non tamquam uniuerſa per illos afficeretur contume-
lia,ægre

Digitized by Google

lia,ęgre tuliſſes? Cum is antem ueritatis ſermoni annuiſſet: Quid uero (inquit) non exiſtimas vniuerſorum Regem iraſci, ſi in pia ciuitate quæ omnino recte ſe habet, pars quæ male ſentit, ſinatur habitare: cum oporteat uel ab illis exigere vt conuertantur, uel ſi perſeuerant, protinus expellere? Hæc cum audiſſet Imperator, non diſtulit, nec eſt cunctatus: ſed primos eorum ſtatim accerſijt & ex eis ſcire uoluit, num in animum inducerent a ſugienda deſiſtere opinione; minatus exilium: & bonorum ſuorum priuationem ijs qui non parerent. Cum autem vidiſſet eos eſſe immedicabiles, minas deduxit ad effectum, & iuſſit eos expelli a ciuitate. Hoc effecit, vt nonnulli errorem dediſcentes, ſe rectæ adiungerent opinioni.] hæc ita ſe habuerunt; licet ante rixas obortas perperam (mea ſententia) collocet Metaphraſtes. Addit autem ad hæc Marcus diaconus [a], Arcadium Imperatorem, cum intellexiſſet complures ſuorum vel in aula militantium, uel magiſtratibus fungentium eſſe hæreticos, ſed extrinſecus ſpeciem præſetuliſſe Catholicorum, eoſdem e magiſtratibus pulſos, pecuniaq. mulctatos penitus reieciſſe. A

a Marc. diaco. in Act. S Porphyrij Epiſc. Gazen.

XC.

Cum aũt baud abſque piaculo ſupplicioq. quiſpiam non Catholicus Conſtantinopoli morari poſſet: accidit ut nonnulli inter Otthodoxos ſe miſcuerint, & ut Fideles, cuncta agerent, quę a Catholicis eſſent ſolita factirari. At quodnam prodigium tunc acciderit, Sozomenus [b] enarrat his verbis: Vir quidā ſectator hęreſis Macedonianæ eiuſdē ſectæ vxorē habebat.] Hic cum Ioannē de ſincera Dei religione diſſerentē forte audiſſet, doctrinam amplexus, & uxorem quoq. vt ſibi conſentiret, hortatus eſt. At quoniam illa notarum mulierū ſolita conſuetudine captiua teneretur, vt maritus quāuis admonuiſſet ſępe, nihil tamen proficeret: Niſi (inquit ille) in religione mihi conſors fueris, nec in uitę quidem cōione poſthac eris. Ibi mulier, data fide ſe id facturam, cum ancilla quadā, quam fidam arbitrabatur, de hac re communicat: eamq. ſibi ad fraudem faciendā marito ſociā adiungit. Itaque tpe communicationis (intelligunt autem qui Chriſto ſunt initiati, quid dicam) illa quod acceperat, continens, uelut oratura procubuit. Famula aũt interim aſtans furtim porrigit id quod manibus aduenieus ferebat: quod quidem ſimulatq. dentib. admotum fuit, in lapidem induruit. Tum mulier timore conſternata, ne quid ſibi grauius eueniret ob tantū miraculū in ſe diuinitus editū, cū feſtinatione ad Epiſcopū accurrit, ſe ipſam indicat, ac lapidē oſtendit, qui manifeſta ueſtigia morſus, ſed materiam ignotam & inuſitatū quemdā colorem referebat. Cumq. profuſis lacrymis veniam impetraſſet, cum marito deinceps concors vixit. Si cui aũt hæc veriſimilia eſſe non uidentur; teſtis eſt ipſe lapis, qui etiam nunc hodie inter Conſtantinopolitanę urbis Cimelia conſeruatur.] hæc Sozomenus, & alij poſt eum id ipſum affirmant. B C

b Sozom. libr. 8. cap. 5.

Miraculum de Euchariſtia.

XCI.

Quod aũt in caſtris inter alios Scythę militarent, ijdemq. labe Arianę hęreſis inquinati: ut hos ad meliorem frugem Ioannes Chryſoſtomus reſtitueret, quid operatus ſit, Theodoretus [c] docet his uerbis: Cum uideret præterea gentē Scythicā doctrinæ Arianæ laqueis irretitam teneri: molitus eſt ſedulo inde eam eripere. Ad quā prędā capiendam, hanc viam excogitauit. Complures qui eadem lingua loquebantur, presbyteros, diaconos, & lectores ordinauit, illiſq. vnam tribuit eccleſiam: quorū opera multos errore lapſos Eccleſię reconciliauit. Nam ille ipſe plerumque ad eam eccleſiam profectus, cum illis locutus eſt, interprete vtriuſque linguæ perito vſus; alioſque dicēdi facultate inſtructos ad idem ipſum faciendum induxit. Iſta quidem in illa vrbe pręſtitit; compluresq. errore imbutos, veritate doctrinæ Apoſtolicę explanata, reduxit.

Chryſ. Arianos Scythas ad fidem Catholicam reſtituit.

c Theod. lib cap. 30.

XCII.

Itemq. cum accepiſſet Scythas, qui Nomadę vocantur, quiq. propter Iſtrum incolebant, ſitienter quidem ſalutem appetere, ſed habere neminem, qui ſitim ſuam ſalutaris doctrinę fluentis reſtingueret: viros laborum Apoſtolicorum imitatores conquiſiuit, eoſq. illis erudiendis præfecit. Litteras antem eius ad Leontium Ancyræ Epiſcopum perſcriptas, quibus cum Scythas ad fidem conuerſos eſſe ſignificabat, tum orabat vt viros idoneos ad rectam ſalutis viam illis monſtrandā mitteret, ipſe quidem legi. Porro autem ubi intellexit peſtiferam Marcionis hæreſim nonnullos in noſtra regione pagos occupaſſe, ſcripſit ad eum qui id temporis Epiſcopus illius Eccleſiæ fuit, hortatus ut hęreſim illam inde expelleret; atque quo ipſe in eo negotio exequendo adiumento eſſet, edicta Imperatoris ad illum mittenda curauit.] hactenus Theodoretus. Reliquos autem pro fide Catholica labores ab eo ſuſceptos inferius ſuo loco dicturi ſumus. Iam uero ad res geſtas anni ſequentis tranſeamus. D

Nomades ad rectam fidem conuerſi.

IESV CHRISTI ANNVS	ANASTASII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
401.	4.	7.

I.

QVadringenteſimus primus Domini annus, Vincentio atque Frauitta [*] Conſulibus, deſcribitur Faſtis: quo Anaſtaſius Papa, qui anno ſuperiori Origenis hęreſes condemnarat, audiens grauiter ſcriptis ſuis aduerſus S. Hieronymum ea ex cauſa obſtrepere Ruffinum, eumdē ſcriptis publicis litteris Romam vocat. Cum ille diſſimulans, prætexenſq. quaſi non Anaſtaſij eſſent litteræ, ſed ab alio aliquo nomine eius confictę, venire neglexit: excuſans ſe tamen, ad ipſum Anaſtaſium ſcripſit Apologiam. At ipſe Romanus Pontifex in abſentem, ſæpe uocatum, atque adeſſe contemnentem, damnationis ſententiam iure tulit. Hæc autem ſummatim complexa, quō ſe habuerint, diligentiori ſunt tractatione, fideliq. teſtificatione narranda. Atque primum quod ad rationem temporis ſpectat: hoc quidem anno uocatum eſſe litteris Anaſtaſij Papę Ruffinum, ex S. Hieronymi Apologia aduerſus eum conſcripta deducitur. Cum enim ea ſcriptione (quam conſectam eſſe ſequenti anno, ſuo loco aperiemus) dum meminit Anaſtaſij litterarum, anno ſuperiori daras dicat; ad præſentem utique annum eas referre neceſſe eſt. Sunt enim hæc eius verba, dū redarguit ipſum, quod Anaſtaſij Papę iudicium ſubterfugerit [d]: E

* Frauito Flabito

Agitur Romæ cauſa Ruffini ab Anaſtaſio Papa.

d Hier. Apolog. in Ruffin.

Digitized by Google

A Siricij iã in Domino dormientis profers epiſtolam,& viuentis Anaſtaſij dicta contẽnis? Quid II.
enim tibi(vt ais)officere põt,quod te ignorante aut ſcripſit,aut forte non ſcripſit? Et ſi ſcripſit,ſuffi *Cõpellat Ruffinum S. Hieronymus.*
cit tibi totius Orbis teſtimoniũ: Quod nulli verũ videtur,vt tãtæ Vrbis ſacerdos vel innocẽti iniu-
riam facere potuerit,vel abſenti.Innocentem te vocas,ad cuius interpretationem Roma contre-
muit? Abſentem qui accuſatus reſpondere non audes;& tantum Romanæ Vrbis iudiciũ fugis,vt
magis obſidionem barbaticam,quam pacatæ Vrbis velis ſententiam ſuſtinere? Eſto præteriti an-
ni ego epiſtolam finxerim *nempe Anaſtaſii Papæ*:recentia ad Orientes ſcripta quis miſit? in qui-
bus Anaſtaſius tantis te ornat floribus,&c.]intelligit enim de eiuſdem Pontificis epiſtola ſcripta
de Ruffino ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum anno ſequenti. Quam igitur anno præte
rito datam dicit ab eodem Pontifice epiſtolam ad Ruffinum,qua ipſum Romam vocauit,ad hũc
ipſum annum eam referre neceſſe eſt. hæc de tempore.

Cum autem dictas Anaſtaſij Papæ litteras,quibus accerſebatur in Vrbem,cauſam dicturus, III.
Ruffinus accepiſſet: propriæ conſcientiæ perculſus examine,ſciens ſe ibi fore damnandum, tergi- *Ruffinus ſubterfugis iudicium.*
uerſatus venire deſtitit,in dubium(vt dictum eſt)reuocans,num ab ipſo Romano Pontifice eædẽ
B litteræ ſcriptæ fuiſſent necne;neceſſitatem quoque obtendens Aquileiæ commorandi, parentum
vel affinium gratia,a quibus triginta annorum ſpatio abfuiſſet. Vt tamen pro ſe ipſe Anaſtaſio ſa
tisfaceret, ad eumdem ſcripſit Apologiam, cui fidei ſuæ Catholicæ profeſſionem adiunxit, quo
ſe Catholicum eſſe monſtraret. Extat ipſa,cuius eſt exordium [a]: Audiui quoſdam,&c.]de qua S. a Extat apud S. Hieron. tom. 9.
Hieronymus,ferro iam vlcus aperiens: In epiſtola(inquit) ſancti Papæ Anaſtaſij lubricus extitiſti
& turbatus; in quo figas gradum,non reperis. Modo enim dicis a me eſſe compoſitam: nunc ab eo
ad te debuiſſe tranſmitti,cui miſſa eſt. Rurſus iniuſtitiam ſcribentis arguis etiam ſi ſcripta ſit ab il
lo,ſiue non ſcripta,ad te nil pertinere teſtaris qui prædeceſſoris eius habeas teſtimonium,& rogã
tem Romam,vt illam illuſtrares præſentia tua,oppiduli tui amore cõtempſeris. Si a me fictam epi
ſtolam ſuſpicaris, cur eam in Romanæ Eccleſiæ Chartario non requiris? vt cum deprehenderis ab
Epiſcopo non datam,manifeſtiſſime criminis reum teneas,& nequaquam aranearum mihi oppo
nas caſſiculas,ſed fortiſſimo me & ſolidiſſimo cõſtringas rete. Si autem Romani Epiſcopi eſt; ſtulte
facis ab eo exemplar epiſtolæ petere,cui miſſa non eſt;& non ab illo qui miſerit,de Oriente expe
ctare teſtimonium,cuius auctorem & teſtem habeas in vicino. Vade potius Romam, & præſens
C apud eum expoſtula,cur tibi & abſenti & innocenti fecerit contumeliam: primum vt non recipe-
ret expoſitionem fidei tuæ quam omnis(vt ſcribis) Italia comprobauit,& baculo tuarum vti nolue
rit litterarum contra canes tuos: deinde vt epiſtolas contra te ad Orientem mitteret,&c.]ſed id an-
no ſequenti,quo ad Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum ſcripſit epiſtolam.

Ex his probe intelligis,lector,Apologiam Ruffini cum profeſſione fidei ab Anaſtaſio Papa mi IV.
nime fuiſſe receptam: vtpote quod in ea nulla mentio fieret de Origenis hæreſibus, quarũ vehemẽ *Ruffinus ab Anaſtaſio Papa damnatus.*
ter accuſabatur,prout S. Hieronymus [b] docet. Habito igitur hoc anno de Ruffino Romæ iudicio,
quod venire vocatus neglexerit,quodq. de obiectis criminibus minime ſatisfecerit,iure meritoq.
ſententiam damnationis accepit,prout iam dictæ datæ ab eodem Pontifice anno ſequenti litteræ b Hieron Apol. lib. 2. in princip.
ad Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum docent. Quæ autem aduerſus inuectiuas eius in S. Hie
ronymum ipſe reſcripſerit,anno ſequenti,ſuo loco pluribus dicturi ſumus. Scripta quoque eſt hoc
anno a Theophilo Epiſcopo Alexãdrino ſecunda Paſchalis epiſtola(vt ſuperius exacte vidimus)
qua idem Antiſtes Origenis errores cum eorum auctore maiori exagitauit efficacia, dicendiq. po
tentia; quam poſtea S. Hieronymus Latine redditam miſit in Occidentem.

D Quod rurſum ad res Occidentalis Eccleſiæ pertinet: hoc anno menſe Iunij habita eſt Syno-
dus prouincialis Carthagine,qua decretum eſt de legatione mittẽda Romam ad Anaſtaſium Ro V.
manum Pontificem,atque Mediolanum ad Venerium eius ſedis Epiſcopum,vt Africanæ Eccleſię *Cõcilium Carthaginẽſe Prouinciale.*
ſacris miniſtris maxime indigenti conſulerent. Quod enim ad temporis rationem pertinet: cũ hæc
Synodus(vt eius Acta ſignificant) celebrata dicatur poſt Conſulatum Flauij Stiliconis, vtique ad
præſentem annum referenda eſt, qui primus ſequitur poſt eiuſdem Stiliconis Conſulatum prio-
rem: nec eſt quod ad poſteriorem eius Conſulatum referri poſſit,qui poſt annos ſex contigit,quan
do iam Anaſtaſius Papa,cuius eſt in Synodo mentio,ex hac vita migrarat. Quanta autem Africana
Eccleſia laboraret penuria clericorum, ex verbis Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis accipe, quibus c Extat. tom. 1. Conc.
ſic allocutus eſt Patres [c]:

Eccleſiarum Dei per Africam conſtitutarum neceſſitates meeum optime nouit charitas ve- VI.
ſtra,ſanctiſſimi fratres. Et quoniam præſtitit Dominus, vt ex aliqua parte ſancti cœtus veſtri eſſet *Legatio ab Eccleſia Africana ad Anaſtaſium & Venerium.*
congregata præſentia: videtur mihi,vt has eaſdem neceſſitates,quas pro ſolicitudine noſtra inda-
gare potuimus,in medium proferamus. Quas cum approbauerit veſtra ſinceritas; ſit conſequens,
E eligendum eſſe vnum ex noſtro numero conſacerdotẽ,qui,auxiliante Domino & orationibus ve-
ſtris,& has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit,& gnaniter peragẽdas implere perrecturus ad tranſ-
marinas Italiæ partes,vt tam ſanctis fratribus & conſacerdotibus noſtris venerabili ſancto fratri
Anaſtaſio ſedis Apoſtolicæ Epiſcopo,quam etiam ſancto fratri Venerio ſacerdoti Mediolanenſis
Eccleſiæ neceſſitatem ipſam atque dolorem atque inopiam noſtram valeat intimare. Ex his enim
ſedibus hoc fuerat prohibitum; quo nouerint communi periculo prouidendum; maxime quia tan
ta indigentia eſt clericorũ, multæq. eccleſiæ ita deſertæ ſunt,vt ne vnum quidem diaconum vel illi-
teratum* habere reperiantur. Nam de ceteris ſuperioribus gradibus & officijs tacendum arbitror: * lectorem
quia(vt dixi) ſi miniſterium diaconi facile non inuenitur,multo magis ſuperiorum honorum inue
niri non poſſe,certiſſimum eſt. Et quotidianos planctus diuerſarum pene emortuarum plebium
iam nõ ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquando ſubuentum,grauis nobis & inexcuſabilis innume
rabilium animarum pereuntium cauſa apud Dominum manſura eſt.]hactenus Aurelius.

Cui autem Epiſcoporum eiuſmodi fuerit decreta legatio,haud exploratum ſatis haberi po- VII.
teſt.

Digitized by Google

Anaſt. laborat pro reſtituẽda Eccleſia Africana.

teſt. Annuiſſe Synodi petitioni Anaſtaſium Papam, miniſtros eccleſiæ in Africa mittendo, argumẽ A
to eſt, quod & his maiora curauit. Scribens enim ad Africanos Epiſcopos, de reducendis in Eccle-
ſiam Donatiſtis, prouinciam perdifficilem aggrediendam, admonuit; quod opus ſolicitius imple-
ri mandauit: dicemus de hac re, cum paulo poſt ſermo erit de vniuerſali Synodo Carthagineſi hoc
eodem anno eadem ex cauſa menſe Septembris magna celeritate atq. celebritate congregata, iuſ-
ſu (vt ex ea colligitur) eiuſdem Pontificis Anaſtaſij. Sed & Veneriũ Mediolanenſem Epiſcopum fa-
uiſſe votis Africanorum Epiſcoporum, ex eo exiſtimamus, quod peculiaris ille auctor Vitæ S. Am
broſij Paulinus, eiuſdem Eccleſiæ quondam lector, in Africam amandatus apparet; conſediſſeque
Carthagine apud Fortunatum diaconum, ipſe teſtatur; & quidem S. Auguſtini petitione ſe ſcripſiſ-
ſe eiuſdem S. Ambroſij res geſtas, in eadem ipſe ſcriptione confirmat. Quem quidem & eumdẽ il-
lum putamus eſſe Paulinum, qui in eadem Eccleſia Africana aduerſus hæreſim Pelagianã primus
omnium ſtrenue Cæleſtium exagitans decertauit, de quo ſuo loco pluribus agendum erit.

VIII. In hac ipſa igitur priori Synodo Carthagineſi trigintaduo canones editi leguntur ex recitato
Breuiario canonum Hipponenſis Concilij, de quo ſuperius mentio facta eſt; inter quos & canon
ille reperitur inſertus, quo in eccleſia etiam paſſiones martyrum in eorum anniuerſaria die legi cõ- B
ceduntur [a]. Porro Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis ſolicitus fuit, vt hoc eodem anno ex om-
nibus Africanæ Eccleſiæ prouincijs ad Synodum colligerentur Epiſcopi; indixitq. Synodum ge-
neralem ad menſem Septembris, vt omnium ſententia ſummi ponderis res tractaretur, nimirum
pax vniuerſalis cum omnibus Donatiſtis: ſciens in hanc rem ineundam ſua admonitione incum-
bere Romanum Pontificem, & vota ſimul concurrere Imperatorum.

a Concil. Carth. c. 13.

IX. *Concilium generale Carthaginenſe.*

Quod igitur hoc anno Anaſtaſius Papa de Eccleſia vniuerſali curam gerens, ſciens ipſam Ec-
cleſiã Africanam ex Donatiſtarum ſchiſmate magnopere laceratam, de vnitate ardentiori ſtudio
procuranda litteras dediſſet ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem alioſq. aliarum in Africa
prouinciarum Epiſcopos: iidem plurimi facientes admonitionem Romani Pontificis, indixerunt
generale Concilium Carthagine; quo ex omnibus prouincijs Africanis hoc anno ad Idus Septem
bris de his acturi conuenerunt Epiſcopi. Hæc quidem omnia ex ijs quæ idem Aurelius Carthagi-
nenſis Epiſcopus in eadem Synodo præfatus eſt, ſatis explorata redduntur. Primum vero eiuſmo-
di Concilio præficiuntur iſte titulus & præfatio [b]: Vincentio & Flabito viris clariſſimis Conſu-
libus, Idib. Septembris, Carthagine in Secretario baſilicæ Reſtitutæ, cum in Concilio cõgregati in C
Eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Africanis omnibus prouincijs Epiſcopi, id eſt Aurelius
eiuſdem ſedis Epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat: ait idem Aurelius
Epiſcopus: Recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſij Eccleſiæ Roma
næ Epiſcopi, quibus nos paternæ & fraternæ charitatis ſolicitudine ac ſinceritate adhortatus eſt,
vt de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidijs & improbitatibus, quibus Africanã
Catholicam Eccleſiam grauiter vexant, nullo modo diſſimulemus. Gratias agimus Domino no-
ſtro, quod illi optimo & ſancto Antiſtiti ſuo tam piam curam pro membris Chriſti, quamuis in di
uerſitate terrarum, ſed in vna compage corporis conſtitutis, inſpirare dignatus eſt.] iſta ipſe corã
Patribus Aurelius prælocutus eſt: quibus intelligas Romani Pontificis vniuerſale in Eccleſiæ regi
men: ſciaſque pariter, ſic Aurelium appellare Anaſtaſium collegam, fratrem, & conſacerdotem, vt
tamen eumdem recognoſcat & patrem, cum commendat eius paternam & fraternam erga omnes
charitatis ſolicitudinem.

b Extat inſertũ Concil. African. c. 33. to. 1. Conc.

X. *De perquirendis actis Donatiſtarum.*

Quod autem ſpectaret ad conciliandos Eccleſiæ Catholicæ Donatiſtas; in negotio plane diffi
cillimo, ac ſæpe fruſtra tentato, viſum omnibus lenitate potius, quam ſeueritate agendum fore. Sed D
& quod turpe cenſeretur Orthodoxæ fidei profeſſoribus, aliter quam ratione aduerſarios ſupera-
re; illud in primis Patres excogitarunt, vt in vniuerſas Africanas prouincias, ad ipſarũ Præfectos
ac Iudices, penes quos Acta publica ſeruarentur, litteras darent; quibus ſignificarent, vt ab ijſdem
curarentur exquiri omnibus in locis, in quibus Maximianiſtæ a prioribus Donatiſtis auulſi, ha
berent eccleſias, res geſtæ in publica monumenta relatæ. hæc idcirco, vt ex actis ipſis Donatiſtarũ
cum Maximianiſtis, manifeſti ijdem (vt dictum eſt ſuperius) conuinci poſſent erroris: fruſtraq. ip
ſos obijcere in Catholicos, quæ ipſi ſæpius perpetraſſent contra Maximianiſtas: vt S. Auguſtinus
frequenter inculcans exprobrat, ſuiſmet ipſorum factis illos omnino conuincens.

XI. *Quid ab Anaſtaſio Papa petendum.*

Sed & illud decretum, quod ad pacem & vnitatem ineundam conducere viſum eſt, vt ad ipſum
in primis Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem Anaſtaſium alioſque tranſmarinos Epiſcopos ſcriberetur,
vt Donatiſtis redire volentibus ad Eccleſiam Catholicam indulgeretur, in ijſdem ordinibus apud
ſuos ante ſuſceptis (ſi hoc recipiens Epiſcopus conducere exiſtimaret) poſſe perſeuerare: quod qui
dem olim Melchiadis Papæ tempore in Romano Concilio cum eiſdem Donatiſtis fuiſſe tranſa-
ctum, diximus: licet poſtea in tranſmarina Synodo illud de Donatiſtis ſancitum fuerit, ne redeun- E
tes ad Eccleſiam cum honoribus ante obtentis reciperentur. Sed in præſens Africani Epiſcopi id il
lis concedi poſtulant, vt eo modo recipere ipſos poſſent, quod vniuerſali paci Eccleſiæ id maxime
profuturum intelligerent.

XII. Quid vero acturi eſſent poſt accepta a prouinciarum Iudicibus Acta publica Donatiſtarũ cũ
Maximianiſtis, poſtque indultam ab Anaſtaſio Papa facultatem recipiendi eos ad Catholicã Ec-
cleſiam redeuntes, ſi expediret, etiam cum honoribus: Patres ita in eadem ſeſſione decernunt [c]: De
inde placuit, vt his peractis, legati etiam prædicandæ pacis & vnitatis gratia, ſine qua ſalus Chri-
ſtiana non poteſt obtineri, e numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarum, ſiue quos habent Epiſco-
pos, ſiue ad plebes mittantur: per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant, quod
aduerſus Eccleſiam Catholicam iuſte poſſint dicere. maxime vt manifeſtum fiat omnibus per Ge
ſta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmati
cis ſuis egerint: vbi eis diuinitus demonſtratur, ſi attendere velint, tam inique tunc illos ab Eccle-

c Concil. Afric. c. 36.

De mittendis legatis ad Donatiſtas.

ſiæ vnitate

Digitized by Google

A ſtæ vnitate præciſos,quam inique nunc clamant a ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe:ex quorum ta
men numero,quos iam plenarij Concilij ſui auctoritate damnauerant,in ſuis honoribus denuo re
ceperunt;& baptiſmum,quem damnati & excluſi dederant,acceptauerunt. Vt videant quam ſtul
to corde reſiſtant paci Eccleſiæ toto Orbe diffuſæ,cum iſta faciant pro parte Donati;neque ſe iſto
rum,quos ita receperunt,communione propter intuitum pacis contaminari dicant:& nos condē
nent,id eſt,Eccleſiam Catholicam etiam in extremis terrarum partibus conſtitutam, per eorum
communionem inquinatam,quos tunc accuſantes conuincere nequiuerunt.]hæc ſumma fuit le-
gationis pro conciliatione Donatiſtarum mittendæ,& quidem(vt arbitror)ſancti Auguſtini ſug
geſtione;qui agens cōtra Petilianum, Creſconium,atque alios Donatiſtarum Epiſcopos,eo irre-
fragabili ad conuincendos ipſos vtitur argumento;nimirum nihil eſſe,quod eos retardare poſſet
ab ineunda cum Catholicis concordia,etiam ſi lapſorum cōmunicatione olim inquinati fuiſſent:
nec reſpuendum ab eis horum baptiſma. Nam ſi ob bonum pacis illi id præſtare Maximianis de-
creto vniuerſalis Concilij decreuiſſent: quomodo non magis ob totius Chriſtiani Orbis cum eis
coniunctionem & pacem id ipſum præſtare ſolicitius debuiſſent?

B His in Concilio,Patribus conſultis,firmiter ſtabilitis,quatuordecim reperiuntur ſtatuti cano XIII.
nes ad diſciplinam Eccleſiaſticam recte inſtituendam,reſtituendamq.ex antiquioribus regulis,vt
de cælibatu diaconorum,presbyterorum,& Epiſcoporum,deq.non transferendis Epiſcopis de ſe
de in ſedem,de baptizandis infantibus,& alijs,quorū nonnulla in alijs Concilijs ante habitis repe
riuntur fuiſſe decreta,quę relinquimus diſquirenda lectori. Ad poſtremum vero illud additum
eſt decretum,vt litteræ legatorum,qui mittēdi eſſent ad Donatiſtas,ſcriberētur omnium nomine
ab Epiſcopo Carthaginenſi;quod & poſtea factum eſt,cum eædem legationes mittendæ fuerunt.

Decreta in Synodo Carthaginenſi.

Quid autem poſt actum ſit,accurate perueſtigemus. Miſſis a Concilio litteris ad Anaſtaſium XIV.
Romanum Pontificem & alios Italiæ Epiſcopos pro indulgentia redeuntium Donatiſtarum ad
Eccleſiam,nimirum vt ſi Epiſcopo eos recipienti expediens viſum ſit,ijdem cum honoribus ordi
nibuſq.reciperentur:indulſiſſe id ipſum Anaſtaſium Papam,& qui cum eo congregati erant Epi-
ſcopi,certum illud eſt argumentum:quod conſtet Africanos Epiſcopos ea vſos eſſe conceſſa aucto
ritate. Nam S.Auguſtinus hæc aduerſus Creſconium [a] habet: De Epiſcopis quidem vel clericis
recipiendis alia quęſtio eſt.Quamuis enim eum apud vos ordinantur,non ſuper eos inuocetur no
C men Donati,ſed Dei:tamen ita ſuſcipiuntur,vt videtur paci & vtilitati Eccleſiæ conuenire.]& pau
lo inferius:Proinde veſtri Epiſcopi,ſeu quilibet clerici quantum ad illa Eccleſiaſtica officia perti
net,ſic in Catholicam ſuſcepti ſunt vnitatem,quemadmodum expedire videbatur ijs,quorum ſa
luti per eorum conſulebatur officium,vel exercendum,vel omittendum,&c.]hæc ex decreto Ana
ſtaſij Romani Pontificis & eorum qui cum eo conuenerunt Epiſcoporum:deſiderantur tamen epi
ſtolæ,quas Pontifex de his reddidit ad Epiſcopos Africanos.Quomodo autem,cum hæc omnia
Africani Epiſcopi ab Anaſtaſio Romano Pontifice accepiſſent,iterum Carthagine conuocato Cō
cilio,de his omnibus per legatos Roma redeuntes redditi certiores, de conueniendis Donatiſtis
edidere decretum,ſuo loco dicemus.Iam vero quæ Africanæ Eccleſiæ reliqua ſunt anni huius, or-
dine proſequamur.

Anaſtaſius Papa cōceſſit quę petierunt Epiſc. Africani.

a Auguſt.contr. Creſcon.lib.2.c. 11.12.

Hoc item anno Honorius Imperator pro clericis iſta reſcripſit ad Pompeianum Proconſulem
Africæ [b]:

b l.36.de Epiſc. & cleric. Cod. Theod.

Quicumque Catholicæ religionis clerici intra eum modum,vnde victus emendi, vendendiq. XV.
vſum lege præfinitum exercent:ab auraria penſione habeantur immunes. Ab his quoque, quos a
D publici laboris actu & gradus clericatus,&(quod non minus eſt)ſanctior vita defendit, præcipi-
mus temperari. Nec enim vllum eorum,qui excepti legibus probabuntur,ſubiacere patimur inin
riæ,&c. Dat.prid.Id.Iul.Mediol.poſt Cōſulatum Stiliconis & Aureliani VV. CC.] hæc reſcribēs
pro Catholicis tantum Africanæ Eccleſiæ Imperator,tacite admonitos voluit,Donatiſtas,vt alie-
nos ab Eccleſia,ab Imperatore reiectitios haberi;vt ita ea vexatione tributorum ad mentem inte
gram redire deberent.Quod vero ijſdem,quibus clericos,priuilegijs frui voluit eos,quos,inquit,
ſanctior vita defendit:per hos eſſe monachos intelligendos,omnes puto conſentient.

Honorius immunitatem cōcedit Catholicis clericis & monachis.

His autem de rebus hoc anno geſtis in Occidente narratis,iam in Orientem,in ipſam regiam XVI.
ciuitatem Conſtantinopolim commigret oratio, ibi diutius rerum geſtarum copia detinenda.
Hoc igitur anno,quinto Idus Aprilis(vt auctores ſunt Socrates [c], Sozomenus [d], Marcellinus [e],
& alij)Arcadius Imperator auctus eſt filio,quem patris nomine Theodoſium nominauit. At quæ
præceſſerunt natale ipſius,quæve mox fuerint ſubſecuta,nempe baptiſmus & alia, ex fideliſſimo
auctore,qui interfuit,nempe Marco Gazenſi diacono,verbis ipſius hic deſcribamus.Ad hæc enim
ipſe narranda incidit,cum profectionem Ioannis Cæſareæ Palæſtinæ atque S.Porphyrij Gazenſis
E Epiſcoporum Conſtantinopolim ob rem grauiſſimam,nempe ob demolitionem famoſiſſimi Mar
næ idoli templi,ad Imperatorem Arcadium,pluribus narrat. Quam quidem hiſtoriam,vt rem di-
gniſſimam ad inſtitutumq.ſpectantem,reddemus. Sed antequam eam aggrediamur;debet lector
meminiſſe,quæ ante bienium recitata ſunt ex eodem auctore de ſua ipſius eadē ex cauſa ſuſcepta
legatione ad eumdē Imperatorē,quam miniſtri illius,cui negotium mandatum fuit,auaritia, irri
tam prorſus redditam eſſe diximus. Cum vero Eccleſia ibi poſita grauioribus in dies a Gentilibus
illic agētibus vexationibus agitaretur;ipſe eius Eccleſiæ ſanctiſſimus Præſul profectionem ad Im
peratorem inſtituit.Sed quomodo hæc ſingula ſe habuerint, auctorem ipſum Marcum diaconum
audiamus:multa enim ſcitu digna,omnib.fide teſtata poſteris commendauit;licet rudiori ſtylo &
verſione ſcrupuloſa ad verbum reddita, appareant minus compta:Sed ad ornatum ſatis ipſa ſibi
veritas eſt, cuius fulgore obſcuta quæque niteſcunt. Sic igitur rem auctor aggreditur:

c Socrat. libr.6. cap.6.
d Sozom.lib.8. c.4.
e Marcellinus in Chronico.

Theodoſius iunior naſcitur.

Quo magis autem videbant Idololatræ Gazenſes multiplicari Chriſtianos,eo magis efferebā XVII.
tur,& non ſinebant eos obire officia ciuilia,ſed eis vtebantur tamquam malis famulis. Videns

Porphyrij Epiſcopi Gazæ profectio ad Imp. Arcadium.

autem rurſus beatus Porphyrius magnam iniuriam, quæ fiebat Chriſtianis, & non ferens; aſpiciens vero probris & contumelijs appetitos, proficiſcitur Cæſaream ad beatum Ioannem Archiepiſcopum; & rogat eum cum lacrymis, vt præbeat ei quietem. Dicebat enim ſe non poſſe pati amplius grauia & abſurda, quæ fiebant a Gazæis. Beatus autem Ioannes cum audiuiſſet, rogabat eum vt æquo & forti animo pateretur, & retineret Epiſcopatum. Reſpondens vero ſanctiſſimus Porphyrius, dixit ei: Te atteſtor coram Deo, qui non eſt viſibilis, & ſpem noſtram Ieſum Chriſtũ Dominum omnis creaturæ, & adorandum & viuificum ſanctum Spiritum, ne deſpicias petitionẽ meam, ne requiratur a nobis interitus animarum innumerabilium. Sed rogo te Pater, vt mecum nauiges ad vrbem regiam, vt rogemus Imperatores, Rege cæleſti annuente, vt euertant templa idolorum. Reſpondens autem beatus Ioannes, dixit ei: Fili, iuſta quidem eſt petitio, ſed non eſt aptum tempus: iam enim imminet conuerſio hiemalis. Reſpondit beatus Porphyrius: Si vult nos Deus eſſe, & Gazæ populum conuertere, poteſt etiam ſeruare in hieme. Tu vero Pater, eius fidens clementiæ & miſericordiæ, id velis, & iter nobis ſuccedet feliciter. Dicit ei beatus Ioannes: Fiat voluntas Chriſti. A

XVIII.

Proficiſcũtur Ioãnes et Porphyrius Conſtantinop.

* *Februarij*

De Procopio ſanctiſſimo monacho.

Poſtquam autem beatus Ioannes eſt ei pollicitus, ſcribit ad me, vt quamprimum venirem Cæſaream, & afferrem mecum tres libros, & quadragintatres nummos, qui ei reſtabant ex reddituſanctę Eccleſiæ. Ego vero acceptis litteris, cum ſumpſiſſem libros & nummos, protinus ſum egreſſus: & cum veniſſem Cęſaream, inueni ſanctiſſimos Epiſcopos paratos ad nauigandum. Et cũ poſt duos dies ſoluiſſemus, nauigauimus vigeſimotertio menſis.* Et cum Dei benignitate fuiſſet nobis ſecunda nauigatio, ſpatio decem dierum appulimus ad Rhodum inſulam. Erat autẽ tunc in inſula in aduerſa eius parte quidam monachus nomine Procopius, qui nunc eſt relatus in numerum angelorum: dormiuit enim quinq. abhinc annis, cum vixiſſet vitam nulli culpæ affinem, in ieiunijs & vigilijs & ſumma paupertate. Habebat vero donum quoq. prophetiæ, & virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem (vt dictum eſt) Rhodum appuliſſemus, & audiuiſſemus de vita ſancti viri, neceſſarium duximus eum non præterire, ſed eius angelica frui conſuetudine. Et cum rogauiſſemus vbinam haberet monaſterium, ad eum profecti ſumus nauigantes in cymba. Et cum perueniſſemus, pulſauimus oſtium: ſtatim autem egreſſus, per ſe aperuit nobis, etiam ſi haberet apud ſe alium diſcipulum. Cum autem aſpexiſſet ſanctiſſimos Epiſcopos, procidens in terram eos adorauit. Deinde ſurgens, me quoq. eſt deoſculatus, & pium Euſebium diaconum, quem ſecum ducebat S. Ioannes Archiepiſcopus.] Vidiſti, lector, quali honore a ſanctis monachis accipi ſolerent Epiſcopi? Sed pergit ipſe; B C

• XIX.

Cum nos introduxiſſet in oratorium, retroceſſit, dans priorem locum beatiſſimis Epiſcopis, dicens: Decet vos ſacerdotes habere priorem locum; me autem humilem & abiectum, & qui ordinationem non ſum aſſecutus, poſteriorem. Tunc cognouimus ſanctiſſimum Procopium eſſe perſpiciendi occulta præditum poteſtate. Cum enim nos numquam aſpexiſſet, neq. de nobis audiuiſſet, cognouit per ſpiritum eos eſſe Epiſcopos, beatiſſimos inquam Ioannem & Porphyrium; & ideo eos honore affecit dicendi preces priori loco. Et inde poſt preces ſedimus: & cũ eſſet nobis locutus multa animæ vtilia, rogauit cauſam ſuſcepti itineris moleſtiæ. Beatus vero Porphyrius omnia ei narrauit de Gazæis, quantus ſit eorũ furor in colendis ſimulacris, & quam multa mala ab eis paterentur Chriſtiani; & quod ea de cauſa aſcendunt, vt rogent Imperatores vt euertantur templa idolorũ. Cum aũt audiſſet S. Procopius anachoreta, dixit: Domine Ieſu Chriſte cõuerte famulos tuos a fraude diabolica, ad fidem illumina. Deinde dicit ſanctiſſimis Epiſcopis: Ne ſitis animo anxij, o Patres: Deus enim, qui nouit zelum veſtræ fidei, iter vobis diriget, & dabit omnia quę ſunt vobis cordi. Agite ergo, ea vobis dabo monita, quæ Deus reuelauit humilitati meæ. Primum enim conuenite ſanctiſſimum Epiſcopum Ioannem, & cum eo preces ad Deum fundite, & ei rem exponite. Et ipſe eſt vobis conſulturus ea, quæ ipſi reuelauit Dominus. Non enim poteſt loqui in Palatio, quoniam iraſcitur ei Imperatrix Eudoxia. Ipſe vero vos commẽdabit Amantio cubiculario Dominæ, viro pio, qui & habet in honore ſacerdotes. Ipſe vos introducet ad Imperatricem: & quando ad eam ingreſſi fueritis, vos eſt benigne exceptura: exponite ergo ei rem vniuerſam, & iubete eam valere, & exite. In ſecundo aũt ad eam ingreſſu, poſtquam vos eam huius rei admonueritis, dicite ei: Speramus in Chriſtum Filium Dei, quod ſi rei præſenti ſtudueris, eſt tibi daturus filium maſculum. Cum hoc autem audierit, eſt lætatura: eſt enim prægnans, & hic eſt menſis nonus ex quo concepit. & eſt factura omnia, vt rem vobis reddat effectam, Deo annuente. D

Procopius de rebus agendis Epiſcopos inſtruit.

XX.

Epiſcopi perueniunt Cõſtãtinopolim.

Nos autem cum audijſſemus quæ dixerat vir ſanctus, & credidiſſemus ei quæ fuerat locutus, & ipſe nos Deo commendaſſet; egreſſi ſumus, & ſoluentes illo die nauigauimus, & poſt alios decem dies peruenimus Byzantium: & accepto hoſpitio, ſequenti die iuimus ad ſanctiſſimum Archiepiſcopum Ioannem. Cum vero cognouiſſet quinam eſſemus, nos accepit magno honore & obſeruantia. Nos autem rogauit, quanam de cauſa hunc viæ laborem ſuſtinuimus: & ei narrauimus. Et cum cognouiſſet, recordatus eſt nos longo ante tempore hoc rogaſſe litteris: & cum me agnouiſſet, benigne eſt complexus. Rogat vero nos, ne angamur animo, ſed ſpem habeamus in Dei miſericordia. Dixit autem nobis: Ego quidem non poſſum loqui cum Imperatore; eum enim in me irritauit Imperatrix, quoniam eam reprehendi propter poſſeſſionem, quam cum concupiſſet, eripuit. Et mihi quidem non eſt hoc curæ, quod iraſcantur: ſe ipſos enim læſerunt, non me: nam etſi lædant meum corpus, animæ multo magis proderunt. hoc tamen relinquamus Dei miſericordiæ. De noſtro autem edicto, ſi videatur Domino, cras acceſſam eunuchum Amantium, qui eſt eunuchus Imperatricis, & multum poteſt apud eam, & eſt vere Dei ſeruus: eiq. rem exponam; & magnum adhibiturus eſt, Deo annuẽte, ſtudium. Nos vero, cum ſic ille nobis promiſiſſet, & nos Deo commendaſſet, iuimus in noſtrum hoſpitium. E

XXI.

Die autem ſequenti iuimus ad ſanctum, & inuenimus apud eum cubicularium Amãtium: rei enim

A enim noſtræ curam geſſerat,& eo acceſſito,de re noſtra eum docuerat. Poſtquam autem ingreſſi ſumus,& cognouit Amantius nos eſſe eos,de quibus cū ipſo fuerat locutus;ſurgens adorauit ſanctiſſimos Epiſcopos,facie inclinata in terram. Illi vero cum cognouiſſent quiſnam eſſet,eum ſunt amplexi & oſculati. Porro autem eis quoq. iuſſit ſanctiſſimus Epiſcopus Ioannes ore proprio cubiculariũ edocere de re ſua. Sanctiſſimus autem Porphyrius ei omnia narrauit de Idololatris,quē admodum libere & confidenter faciunt res nefarias,& quemadmodum affligunt & vexant Chriſtianos. Ille vero audiens,fleuit,& impletur zelo diuino,atq. dicit eis: Ne ſitis anxij, Patres: Dominus enim Chriſtus defenſurus eſt ſuam religionem. orate ergo vos,& ego loquar cum Auguſta:& ſpero in Deum vniuerſorum,fore vt conſuetā ſuam faciat miſericordiam. Die autem craſtino vos ad eam introducam;& ipſa ore veſtro a vobis docebitur quæ vultis:inuenietis vero eā a me prius inſtructam. Cum hæc autem dixiſſet,nobis valere iuſſis receſſit. Nos quoq. cum multa ſpiritalia locuti eſſemus cum ſanctiſſimo Archiepiſcopo Ioanne,ipſeq. nos Deo commendaſſet, receſſimus. *Amantius cubicularius curat negotium Epiſcoporum.*

Die vero ſequenti nos acceſſit cubicularius Amantius per duos Decanos, vt iremus in Palatium. Et ſurgentes propere iuimus:inuenimus autem ipſum nos expectantem. Qui accepit duos B Epiſcopos,& eos introduxit ad Auguſtam Eudoxiam. Poſtquam vero eos aſpexit, prior eos ſalutauit,dicēs:Benedicite Patres. Illi autem eam venerati ſunt. Sedebat autem ſuper aureum lectum, & dicit eis: Ignoſcite mihi,ſacerdotes Chriſti:propter ventris,quæ me premit,neceſſitatem,nō occurri:debebam enim in veſtibulo occurrere veſtræ ſanctitati. Sed propter Dominum orate ꝓ me, vt quod eſt in vtero,in lucem edam cum Dei benignitate. Sanctiſſimi autem Epiſcopi admirati tã tam eius demiſſionem,dixerunt:Qui benedixit vterum Saræ, Rebeccæ, & Elizabeth,benedicat & viuificet id quod eſt in tuo ventre. Poſtquam vero locuti ſunt alia quoque verba ſpiritalia, dicit: Scio cur hunc viæ laborem ſuſceperitis: me enim prius docuit Amantius eunuchus. Quod ſi vos quoque me vultis docere, iubete Patres. Iuſſi autem docuerunt omnia quæ pertinebant ad Idololatras,quemadmodum ſecure agerent tes impias,& ſua potentia opprimebant Chriſtianos, non ſinentes eos obire vllum officium publicum,neque ſua prædia colere,ex quibus vectigalia publica pendunt Imperatoriæ potentiæ. Cum hæc audiſſet Imperatrix,dixit: Ne ſitis anxij, Patres:ſpero enim in Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei,fore vt perſuadeam Imperatori ea facere quę decent veſtram ſanctam fidem,& vos hinc dimittat compotes deſiderij. Abite ergo, & vos reficite:eſtis enim defatigati.& orate vt Deus opem ferat meæ petitioni. Hæc cum dixiſſet, iuſſit afferri C pecunias:& cum accepiſſet circa tres pugillos,dedit ſanctiſſimis Epiſcopis,dicens: Hæc interim accipite ad expenſas. Epiſcopi vero his acceptis,cum multum ei benedixiſſent,exierunt. Euntes autem magnæ pecuniæ partem diſtribuerunt Decanis, qui præerant portis; adeo vt paucæ apud eos remanerent. XXII. *Epiſcopi cum Eudoxia Auguſta agunt.*

Imperatrix vero,cum Imperator eſſet ad eam ingreſſus,docuit eum negotium Epiſcoporum. Petijt autem vt euerterentur templa Gazæ. Imperator autem cum audiſſet,ægre tulit,dicens:Scio illam ciuitatem eſſe deditam cultui ſimulacrorum,ſed eſt erga nos grato animo in penſitandis vectigalibus publicis , quæ quidem confert plurima . Si ergo eorum templa repente diruamus, metu ſe in fugam conijcient,& perdemus tantum canonem. Sed ſi videtur,eos paulatim affligamus,Idololatris adimentes dignitates,& alia ciuilia officia;& iubeamus templa eorum claudi, & non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint,ad omnes redacti anguſtias, agnoſcent veritatē. Nam quod exuperat,ſi id fit repentinum,graue eſt ijs qui ſunt ſubiecti. Imperatrix autem cum id audiſſet,fuit magno dolore affecta;erat enim acris & feruens in fide. Imperatori vero hoc ſolum D reſpondit: Dominus eſt opem laturus ſeruis ſuis Chriſtianis,ſiue nos velimus,ſiue nolimus. Hæc nobis narrauit pius Amantius cubicularius. XXIII. *Eudoxia agit cum Imperatore.*

Die autem ſequenti acceſſit nos Auguſta: & cum de more prior ſalutaſſet ſanctos Epiſcopos, iuſſit eos ſedere. Poſtquam vero locuti eſſent multa verba ſpiritalia,dicit eis: Locuta ſum cum Imperatore,& aliquantum ægre tulit. Sed ne animo angamini. Deo enim volente, nō ſum ceſſatura, donec vobis ſatisfaciat,& egrediamini aſſecuti veſtrum,qui eſt ex Deo,ſcopum. Epiſcopi aūt his auditis,adorauerunt. Stimulatus vero ſanctus noſter Porphyrius, recordatus eius quod dixerat beatiſſimus Procopius anachoreta,dixit Imperatrici:Labora propter Chriſtum:& ipſe pro tuo labore eſt tibi daturus filium,qui viuet,& imperabit,te vidente, & cum eo fruente multos annos. Cum hoc audiſſet Imperatrix,repleta eſt lætitia,& ruber eius factus eſt vultus, & ei accedit maior ea quam habebat pulchritudo:ea enim quæ apparent,oſtendunt ea quæ latent. Dicit iraque ſanctiſſimis Epiſcopis:Orate Patres,vt quomodo dixiſtis, Deo volente,pariamus maſculum:& ſi hoc factum fuerit,polliceor vobis me facturam omnia quæ petitis. Quinetiam aliud quoque quod non petijſtis,ſum factura,Chriſto annuente. Sanctam enim eccleſiam ædificabo Gazæ in medio ciuiE tatis. Abite ergo in pace,& quieſcite,aſſidue pro me rogantes,vt cum Dei benignitate pariam; & paulo poſt id impleuo. Cum autem valedixiſſent Epiſcopi,& eam Deo cōmendaſſent,egreſſi ſunt ex Palatio. Precabamur autem vt pareret maſculū:credebamus enim ei quod dixerat ſanctus Procopius anachoreta.& ibamus quotidie ad ſanctiſſimum Ioannem Archiepiſcopum,& fruebamur ſanctiſſimis eius alloquijs dulcioribus ſuper mel & fauum. Veniebat vero ad nos Amantius cubicularius,aliquando quidem ferens reſponſa Imperatricis,aliquando etiam vt nos conueniret. XXIV. *Epiſcopi vocati ab Eudoxia de puero pariē do pnunciant.*

Paucis autem poſt diebus parit Imperatrix maſculum,& imponunt ei nomen Theodoſiū,qđ erat nomen eius aui Theodoſij Hiſpani,qui imperauit ſimul cum Gratiano. Natus vero Iunior Theodoſius,fuit in lucem editus in purpura. Vnde etiam cum primum fuiſſet natus,fuit renunciatus Imperator. Ita quidem acclamatus tunc & purpura tectus:ceterū ſolemnis inſtitutio,qua collatum ei nomen Imperatoris,facta habetur anno ſequenti,ita Marcellino & alijs teſtãtib. Sed pergit reliqua narrare Marcus: Facta eſt(inquit)magna lætitia in ciuitate, & fuerunt quidā miſſi per ciuitates qui hæc renunciarent,donaq. & munera erogarent. Domina aūt cum primū peperiſſet, XXV. *Naſcit Theodoſius minor.*

& ſurrexiſſet è ſella pnerperij, miſit ad nos Amantium, dicens nobis per ipſum: Ago Chriſto gra- A
tias, quod per veſtras ſanctas preces Deus donauit mihi filium. Precemini ergo, Patres, illi vitam,
& mihi bumili & abiectæ, vt impleam ea quæ vobis ſum pollicita rurſum, ipſo volente Chriſto, per
ſanctas preces veſtras. Cum autem impleti eſſent ſeptem dies a puerperio, nos accerſit, & nobis
occurrit in porta cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinauit vero caput, dicens: Benedicite
Patres mihi, & filio quem donauit Dominus per ſanctas veſtras preces. Infantem quoque tradi-
dit, vt ipſum ſignarent. Sancti autem Epiſcopi & ipſam & infantem ſignarunt ſigno Crucis: & cum
precati eſſent, ſederunt.

XXVI. *Viſio oſtenſa Porphyrio Epiſcopo.*

Poſtquam autem ipſi locuti eſſent multa verba plena compunctione, dicit eis Domina: Scitis,
Patres, quid de re veſtra ſtatui facere? Dominus vero meus Porphyrius reſpondens, dixit: Quæcū-
que ſtatuiſti, ex Deo ſtatuiſti. Etenim in bac nocte reuelatum fuit meæ humilitati per viſionem,
me eſſe Gazæ, & ſtare in delubro quod illic vocatur Marnium, & tuam pietatem mihi tradere E-
uangelium, & dicere: Accipe, lege. Ego autem eum aperuiſſem, inueni locum illum, in quo dicit
Dominus Chriſtus Petro [a]: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; &
portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Tu vero Domina reſpondens dixiſti: Pax tibi: eſto B
fortis & ſtrenuus. Poſt hæc autem ſum excitatus. Et ex hoc perſuaſum babeo, fore vt Dei Filius tui
animi inſtituto opem ferat. Dic vero nobis, Domina, quid ſtatueris.

a Math. 16.

XXVII. *Eudoxia docet quid agere debeant.*

Imperatrix reſpondens, dixit: Si Chriſto placuerit, paucis poſt diebus, dignabitur infans ſan-
cto baptiſmate. Ite ergo, facite ſupplicationem, & petite in ea quæcumque volueritis: & quando
egreſſus fuerit infans ex venerando baptiſmate, tradite ſupplicationē ei qui ipſum portabit. Ego
autem docebo eum, quid facere oporteat: & ſpero in Dei Filium, eum rem totam eſſe diſpenſatu-
rum e voluntate ſuæ clemētiæ. Nos autem bis promiſſis ab ea acceptis, cum ei & infanti multum
benedixiſſemus, egreſſi ſumus; & euntes fecimus ſupplicationem, in charta multa ponentes, non
ſolum euerſionem templorum ſimulacrorum, ſed etiam priuilegia dari ſanctæ Eccleſiæ & Chri-
ſtianis, & præberi redditum: erat enim pauper ſancta Eccleſia.

XXVIII. *Solemnis pompa in baptiſmo Theodoſij.*

Cum autem dies præterijſſent, venit dies in quo erat illuminandus nouus Imperator Theodo
ſius. Erat vero coronata & ornata vniuerſa ciuitas oloſerico & auro & omni alio ornamento: adeo
vt non poſſet quiſpiam explicare ornatum ciuitatis: quinetiam inundantem habitatorum multitu
dinem licebat intueri variatam multiplici & diuerſo genere veſtium. Non eſt aūt mearum virium C
dicere ſplendorem illius ornatus, ſed illorum qui ſunt in dicendo exercitati. Ego autē tranſibo ad
præſentem veram conſcriptionem. Baptizato Iuniori Theodoſio, & ab eccleſia egreſſo in Palatiū,
licebat rurſus intueri decorem eorum qui præerant multitudini, & veſtē eorum refulgētem: erant
enim omnes candidati, vt exiſtimaretur multitudo eſſe niue repleta. Præcedebāt autem Patricij,
Illuſtres, & omnis dignitas cū ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, vt putarentur aſtra
cerni in terra. Erat vero prope infantem, qui portabatur, ipſe quoq. Imperator Arcadius, vultum
habens hilarem & nitidum magis, quam ea quam geſtabat, purpura. Vnus aūt ex proceribus por
tabat puerum in ſplendida veſte. Nos vero admirati ſumus, videntes tantam gloriam. Dicit autē
nobis S. Porphyrius: Si ea quæ paulo poſt euaneſcunt, tantam habent gloriam: quanto magis cæle
ſtia, quæ ſunt parata ſanctis, quæ nec [b] oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcen-
derunt? Stetimus autem nos in veſtibulo ſanctæ eccleſiæ, habentes etiam chartam ſupplicationis.

b Iſai. 64.

XXIX. *Epiſcopi offerunt libellum ſupplicē Theodoſio infanti.*

Poſtquam vero fuit egreſſus e baptiſmate, exclamauimus, dicētes: Rogamus tuam pietatem,
chartam quoq. porrigentes. Cum aūt aſpexiſſet is qui portabat puerum, & cognoſcebat rem no-
ſtram (eam enim prius didicerat a Domina) iuſſit chartam ei dari: & cum accepiſſet, conſtitit. Iuſ- D
ſit autem fieri ſilentium: & cum ſoluiſſet, legit partem: & cum inuoluiſſet, ſubiecit manum capiti
infantis; & cum illud inclinaſſet, clamauit coram omnibus: Iuſſit eius potentia ea fieri quæ ſunt in
libello ſupplici. Omnes autem cum aſpexiſſent, ſunt admirati; & adorabant Imperatorem, eum
beatum pronunciantes, quod dignus eſſet habitus, qui videret in vita filium imperantem. Exulta-
bat autem ipſe audiens. Imperatrici quoq. Eudoxiæ fuit annunciatū quod factum fuerat propter
ſuum filium: læta ta eſt autem, & genibus flexis, Deo egit gratias. Ingreſſo vero infante in Palatiū,
ei occurrit Domina, & eum accepit & oſculata eſt. Et eum portans, ipſum quoq. ſalutauit Impera
torem, dicens: Beatus es, Domine, propter ea quæ viderunt oculi tui in vita tua. Et Imperator læ-
tabatur audiens. Cum autem Imperatrix eum vidiſſet hilarem, dixit: Si videtur, ſciamus quidnam
continet ſupplicatio, vt omnino fiant quæ in ea continentur. Imperator vero iuſſit legi chartam: &
poſtquam lecta fuit, dixit: Grauis quidem eſt petitio, ſed grauior eſt recuſatio; quoniam bæc eſt
prima iuſſio filij noſtri. Dicit autem ei Domina: Non ſolum prima iuſſio, ſed etiam in hoc ſancto
habitu & pietatis gratia ſupplicatio, & petita a viris ſanctis. Vix tandem annuit Imperator, cum
Domina valde ei inſtaret. Hæc autem omnia renunciauit pius Amantius. E

XXX. *Epiſcopi obtinent quæ petierant.*

Die autem ſequenti nos accerſit Imperatrix: & cum de more prior ſalutaſſet ſanctos Epiſco-
pos, iuſſit ſedere, & dixit eis: Veſtris precibus conceſſit mibi Deus rem veſtram: idq. factum fuit
eius auxilio. Vidiſtis autem quanam via & ratione ſum vſa. Sed, ſi videtur, craſtina die accerſam
Quæſtorem, & coram vobis iubebo, vt conuenienter ei quod continet ſupplicatio, fiat reſcriptum
diuinum ex nomine duorum Imperatorum; & vt ſemel dicam, faciat omnia quæ conſequuntur.
Epiſcopi autem, his auditis, ei multum benedixerunt & eius filio & Imperatori. Cumq. multa alia
diſſeruiſſent animæ vtilia, poſtquam valedixiſſent, exierunt. Die vero ſequēti accerſit Quæſtorem
& nos: dicit autem ei: Accipe hanc chartam, & conuenienter ei quod in ea continetur, diuinum re-
ſcriptum manda litteris. Quæſtor aūt, accepta charta, diuinū reſcriptū dictauit celeriter, nobis pre
ſentibus. Ei aūt ſuggeſſimus, vt Duces & Conſulares & res eorū deputaret ad ferendā nobis opē.
Poſtquam vero perfectū fuit diuinū reſcriptum, & ſubſcriptum; rogauimus Dominam, vt hoc ne-
gotium mandaretur alicui viro illuſtri. Iuſſit autem Amantio quærere virum bono zelo præditum

Chriſtianum,

Digitized by Google

A Chriſtiannm,cui hoc negotium deberet committi. Multi enim ex ijs qui tunc erant in dignitati-
bus,ſimulate habebant fidem:de quibus ſumpſit pœnas diuina iuſtitia. Cum enim reſciuiſſent Im
peratores eos non recte ſe habere circa fidem intemeratam,priuarunt ſuis dignitatibus,eoſque in
corpore punierunt,& mulctarunt pecunijs:hæc autem facta fuerunt antea. Quocirca iuſſit Augu-
ſta negotium noſtrum committi viro Orthodoxo.

XXXI. Cynegi⁹ V.C. curat mandatum Imperatoris.

Commiſſum vero fuit negotium cuidam nomine Cynegio ex conſiſtorio, qui fuit vir admi-
rabilis & fide feruens. Eo autem accerſito,iuſſit Auguſta,vt omnia idola vſque ad ſolum euerteret
& igni traderet. Porro ei quoque manu ſua dedit pecunias,dicens: Accipe ad ſumptus,& nihil ca-
pias a ſanctiſſimis Epiſcopis. Cum talia autem mandata accepiſſet a Domina, egreſſus eſt prom-
ptior & alacrior.] Erat plane Cynegius vir clariſſimus,ad quem poſtea creatum Præfectum Præ-
torio extant data reſcripta [a]. Subdit porro Marcus: Cum vero tranſegiſſemus reliquum hiemis,
& feciſſemus ſanctos feſtos Paſchales & diem Reſurrectionis , parabamus nos ad nauigandum.
Rogauimus autem admirabilem Amantium,vt id ſignificaret Dominæ,vt eam iuberemus vale-
re. Ille autem cum hoc audiſſet,fuit magno dolore affectus,quod eſſemus nauigaturi. Nos enim
B tantum dilexit, vt ipſe rogarit Dominam, vt eum dimitteret ad orandum ad ſancta & veneranda
loca,*nempe Hieroſolymam.* Timebat autem Domina eũ dimittere,ne,ſi illuc iret,fieret monachus,
& ibi maneret. Sciebat enim viri vitam. Erat autẽ re vera nulli culpæ affinis,multas præbens elee-
moſynas,& perpetuo ieiunans,& multos hoſpitio accipiens,& concurrens ad pios vſus. Hactenus
quidem de pio Amantio.

a L. de vſuris. C.Theo. & alijs ...

XXXII. Donati recedunt Epiſcopi ab Imperatrice ...

Dominæ vero de nobis ſignificauit, & ingreſſi ſumus ad eam : & dicit ſanctiſſimis Epiſcopis :
Quando Deo volente nauigabitis? Illi autem dixerunt : Propterea ſumus ingreſſi,vt iuberemus
tuam valere potẽtiam. Illa autem dixit: Recordamini ſemper mei,& mei filij. Iuſſit vero protinus
afferri pecunias. Quæ cum fuiſſent allatæ,dixit domino meo Epiſcopo Porphyrio : Accipe Pater
hæc ducenta * . . . & ædifica quam ſum pollicitus eccleſiam in medio Gazæ: & ſignifica mihi, ſi
opus habueris pluribus pecunijs,& eas ſtatim mittam. Conſtrue etiam xenodochium,vt excipias
fratres qui veniunt in tuam ciuitatem,& tribus diebus eis ſumptum præbeas. Dedit autem ſan-
ctiſſimo quoque Ioanni aureos mille,& vaſa pretioſa vtriſque. Ad ſumptus vero dedit vtrique ad
centum aureos. Obtinuit autem prædictus ſanctiſſimus Ioannes Epiſcopus Cæſareæ quæcumque
C voluit priuilegia ratione ſuæ Eccleſiæ. Cumq. precati fuiſſent,& multum benedixiſſent Dominæ
& eius filio & Imperatori,exierunt. Rogauerunt etiam,vt ingrederentur ad Imperatorem. Impe-
rator autem eos interrogauit,an eſſent omnino expediti,& an Auguſta eis aliqua donaſſet. Ipſi ve
ro dixerunt: Sumus omnino expediti a ſoſpite veſtra pietate,& pia veſtra coniuge,& a filio veſtro,
quem Deus cuſtodiat:fueruntq. nobis multa & magna donata. Statim autem iuſſit etiam Impe-
rator Præfectis,eis dari ex publicis vectigalibus Palæſtinæ circa viginti libras auri. Dedit autem
ipſe quoque pro ſumptibus circiter vnum pugillum, qui inuentus eſt continere circiter nummos
aureos quinquaginta. Cum vero ei quoq. multa benedixiſſent,ſunt egreſſi.

* auri librarum pondera

XXXIII. Epiſcopi recedunt Conſtantinopoli.

Egimus autem in ciuitate alios tres dies,donec accepimus legationem quadraginta librarũ :
& poſt dies tres nauem aſcendentes,nauigauimus Gazam verſus, vigeſimotertio Xantici, qui eſt
apud Romanos octauusdecimus * Aprilis dies. Præclariſſimus vero poſt nos egreſſus eſt Cyne-
gius,vſus publico nauigio. Peruenimus autem Rhodum ſpatio quinq. dierum. Valde uero ſtude-
bamus ire ad S. Procopium anachoretam. Cumq. nos ualde rogaſſemus nauclerum,ut nobis con
cederet tres horas;non conceſſit,dicens: Non poſſum uentum inuenire tam ſecundum. Nos aũt ei
D dicebamus: Poſſunt preces ſancti uiri nos ſeruare,& dare nobis uentum ſecundum. Nauclerus au
tem indignatus,nõ admiſit noſtram petitionem:ſed cum aquati fuiſſemus, ſoluimus. Valde uero
cruciabamur,quod non licuiſſet nobis eũ cõuenire. Precibus ergo ab eo petimus,ut nobis ignoſce
ret,& pro nobis oraret,ut ſalui eſſemus,& abſolutũ redderemus opus quod fuerat nobis cõmiſſũ.

* XXIII.

XXXIV. Tẽpeſtas grauis ob nauclerum Arianũ.

Cum ergo Rhodo nauigaſſemus,& duos dies in maris tranquillitate & ſerenitate felix fuiſſet
nobis nauigatio : repente oritur tempeſtas,uentiq. & fulgura & tonitrua ; & in altum tollebantur
fluctus,inſtar montium;& attollebatur nauis, ut nos exiſtimaremus eam nubes tangere . Erant
autem clamores,& lacrymæ,& oratio ad Deum:implorabamus quoq. preces ſancti Procopij ana
choretæ . Cumq. fuiſſet ueſpera, & tempeſtas non ceſſaret,permanſimus uigilantes totam illam
noctem. Circa matutinum autem,ex multa afflictione, parum dormitarunt ſanctiſſimi Epiſcopi :
& uidet in ſomnis dominus meus Porphyrius S. Procopium anachoretam,dicentem eis: Naucle-
rum catechiſmo inſtituite,& obſignate(eſt enim ex Arij hæretici execrãda ſecta)& efficite ut ipſe
anathemate notet Arium & malam eius fidem,& ſtatim ceſſabit tanta tempeſtas:propterea enim
quòd ſit ipſe ex dicta hæreſi,non conceſſit uobis ut ad me ueniretis. eum tamen catecheſi inſtitui-
E te: eſt enim rectam doctrinam a uobis accepturus . Hæc cum audiſſet ſanctus noſter Porphyrius,
fuit excitatus:& nobis accerſitis,narrauit quæ uiderat in ſomnis.

XXXV. Nauclero abiurãte hęreſim tranquillitas redditur.

Statim uero,uocato nauclero,ei diximus : Vis nauem tuam eſſe ſaluam,& nos omnes, & ante
omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non eſt hoc rogandum. Ei uero dixerunt Epiſcopi: Abne-
ga malam tuam fidem,& crede in rectam fidem,& ſaluus eris & tu,& nauis,& nos omnes . Dicit
ei Nauclerus. Quoniam uideo uos habere præſcientiam(comprehendiſtis enim quæ erant in cor-
de meo,cũ nemo id uobis nunciauerit) Ecce dico uobis: Credo,ut creditis: Abnego hæreſim Arij.
Rogo autem uos,ut per otium me ex ſanctis Scripturis illuminetis in recta fide . Sancti uero Epi-
ſcopi eum acceperunt,& obſignarunt,ſuper eum fuſis precibus,& eum quoque impertierunt di-
uinis ſacramentis] nempe Euchariſtia : etenim nauigantes Fideles ſecum ferre ſolitos ipſam ſa-
cratiſſimam Euchariſtiam, ex his quæ habet S. Ambroſius in oratione in funere Satyri fratris, &
S. Gregorius,cum de Maximiano agit,atque alij,abſque aliqua dubitatione docemur. Sed ſubdit
Marcus: Interim autem ceſſarunt fluctus,& veſpere mutatus fuit ventus,& feliciter nauigauimus:

&cum fuiſſemus in pelago alios qnatuor dies, qninto mane adnauigauimus in maritimam par- A
tem Gazæorum, quam vocant Maiumam.

XXXVI. *Proceſſio ſolẽnis in occurſũ Epiſcoporum.*

Poſtquam autem deſcendimus, nos cognoſcentes qui illic erant Chriſtiani, exceperunt cum
pſalmodia. Similiter vero ex ciuitate quoq. cum audiuiſſent, occurrerunt nobis habentes ſignum
venerandæ Crucis, & ipſi pſallentes. Commixti ſunt autem qui erant ex duobus locis, & facti ſunt
non paruus populus: erant enim plures, qui erant ex maritima, propterea quod haberent multos
Aegyptios vini mercatores. Idolorum vero cultores videntes ea quæ fiebant, diſſecabantur; ſed
nihil andebant facere, quoniam andierãt quanto honore fuiſſent habiti ſanctiſſimi Epiſcopi apud
Imperatores, & quod eſſent euertenda ſimulacra; & magna angebantur cura & animi ęgritudine.
Poſtquam autem fuimus ingreſſi ciuitatem, in loco qui vocatur Tetramphodos, ideſt quadriuiũ,
ſtabat ſtatua marmorea, & dicebant eam eſſe Veneris, erat autẽ ſupra aram marmoream: ſtatuæ

Idolum Veneris.

vero effigies erat nudæ mulieris, quæ habebat aperta tota ſua pudenda: ſtatuam autem in honore
habebant omnes ciues, maxime vero mulieres, lucernas accẽdentes, & thure ſuffientes. Dicebant
enim eam in ſomnis reſpondere ijs quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autẽ ſe inuicem
mentientes. Sæpe vero iuſſi a dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit vt id recte eis pro B
cederet, vt inter eos fierent diuortia, aut male cohabitarent. Hæc cognouimus ab his qui fuerant
auerſi ab errore, & veritatem agnouerant. Quinetiam nonnulli Idololatræ, non ferentes calamita-
tes grauium coniugiorum quæ iuſſi fuerant contrahere a dæmone Venere, ſuccenſentes, confeſſi
ſunt deceptionem. Tales enim ſunt dæmones, vt qui decipiant, & nihil vnquam veri dicant: neq.
enim poſſunt aliquid certo præſcire, ſed ex veriſimilibus præſeferunt ſe præſcire apud eos qui eis
ſeruiunt. Quomodo enim poſſunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? Quod ſi in aliquibus
contingit eos diuinare, hoc fit ex eo quod euenit: quomodo ẽt accidit in hominibus, vt ſæpe quædã
prædicant futura de re quæ eſt euentura. Ea ergo quæ ex ijs quæ accidunt ſucceſſerunt (quod qui-
dem raro fit) admiramur: quæ autem coniectura non aſſequimur (quod quidem fit aſſidue) ſile-
mus. At de dæmonibus & de eorum deceptione hactenus.

XXXVII. *Crucis virtute corruit ſimulacrum.*

Cum nos ergo (vt dictum eſt) nauigaſſemus in ciuitatem, & veniſſemus ad locum, in quo erat
ſimulacrum Veneris; portarent autem Chriſtiani venerandum lignum Chriſti, hoc eſt figuram
Crucis: videns dæmon qui habitabat in ſtatua, nec videre ſuſtinens ſignum quod ferebatur; tur-
piter egreſſus ex marmore, deiecit ipſam ſtatuam, & confregit eam in multa fragmenta. Accidit C
vero, vt duo Idololatræ ſtarent prope aram, in qua ſtabat ſtatua; & corruens, vnius quidem caput
fregit in duas partes, alterius autem humerum & brachiale: ſtabãt enim ambo ſanctum populum
ſubſannantes. Multi autem ex Gentilibus, cum vidiſſent ſignum quod factum fuerat, crediderunt:
& commixti cum laicis, vna cum eis ſunt ingreſſi in ſanctam eccleſiam nomine Irenem. Fuit autẽ
illo die magnum gaudium inter Chriſtianos tribus de cauſis: primum quidem, quod ſacrum rece
piſſent ſacerdotem. quodq. ea feciſſet quæ deſiderabant; ſecundo, quod contriti eſſent dij Gen-
tium, & facti eſſent tamquam puluis, qui diſpergitur ab aura æſtiua: quinetiam ſimiliter atq. ipſi,
confracti ſunt qui confidebant in eis. Tertio autem & maxime, quod conſeruatæ ſunt animæ quæ
errabant, & acceſſerunt gregi Chriſti. Cum eos vero obſignaſſet Epiſcopus, dimiſit in pace, iubẽs
vt vacarent ſanctis Scripturis. Erant vero viri trigintaduo, & ſeptem mulieres. Cum duos autem
alios dies fuiſſet Gazæ Ioannes Archiepiſcopus, profectus eſt Cæſaream: quem Chriſtiani omnes
& ſanctus Epiſcopus deduxerunt vſq. ad duo milliaria.

XXXVIII. *Cynegij aduentus Gazam.*

Poſt decimum autem diem venit admirandus Cynegius, habens ſecum Conſularem, & Ducẽ,
& magnam manum militarem & ciuilem. Præſciuerunt vero multi ex Idololatris, & exierunt e D
ciuitate, alij quidem in vicos, alij autem in alias ciuitates: erant vero hi complures ex diuitibus
ciuitatis. Eorum autem ædes qui fugerant, annotauit, quem diximus, Cynegius. Die autem ſe-
quenti, accerſitis ciuibus, præſentibus Duce & Conſulari, aperuit eis litteras Imperatoris, quę iu-
bebant vt euerterentur ſimulacra & delubra, & igni traderentur. Cum primum vero id audiuiſ-
ſent Idololatræ, eiularunt magna voce: adeo vt id ægre tulerint magiſtratus: & in eos cum minis
emiſerunt milites, qui eos virgis & clauis verberabant. Chriſtiani autem cum magno gaudio lau-
dibus Imperatores & magiſtratus proſequebantur.

XXXIX. *Templa deorũ Gazæ.*

Statim vero ijdem cum magiſtratibus & cohortibus militaribus impetum fecerunt, & euerte
runt delubra. Erant autem in ciuitate ſimulacrorum publica templa octo, nempe Solis, & Vene-
ris, & Apollinis, & Proſerpinæ, & Hecates, & quod dicebatur Hierion, ſeu Sacerdotum, & Fortunę
ciuitatis, quod vocabant Tycheon, & Marnion, quod dicebant Critæ generis Iouis, quod exiſtima
bant eſſe glorioſius omnibus templis quæ ſunt vbique. Erant autem alia quoq. plurima ſimulacra
in ædibus & pagis, quæ nemo poſſet numero ſubijcere. Dæmones enim cum Gazæorum animum
vt ductilem apprehendiſſent, errore impleuerunt vniuerſam ciuitatẽ, & quæ circum circa ſita erat E
regionem: hoc autem eis accidit ex nimia ſimplicitate. quamobrem traducti ad ſanctam fidem,
fiunt magno zelo incitati Chriſtiani. Hactenus quidem de Gazæis.

XL. *Diruta minora templa idolorum.*

Iuſſi ergo milites cum Chriſtianis ciuitatis & maritima eius parte impetum fecerunt in ſimu
lacra. Et primum cũ voluiſſent euertere ſimulacra & Marnium, repulſi ſunt. Illis enim idoli ſacer-
dotes, cum prius de eo audiuiſſent, portas interioris templi intrinſecus magnis lapidibus obſtru-
xerunt: & cum eportaſſent in ea quæ dicuntur adyta, quæcumque erant vaſa in templo pretioſa,
quinetiam ipſa deorum ipſorum animalia illic occultauerunt, & per ipſa adyta fugerunt per alias
vias: dicebãtur enim ipſa adyta multas habere vias in diuerſa loca. Repulſi ergo (ſicut prius dixi)
conuerſi ſunt ad alia ſimulacra; & alia quidem euerterunt, alia vero igni tradiderunt. Cum ergo
rapuiſſent omnia quæ in eis erãt vaſa pretioſa; ſanctus vero Porphyrius anathemati ſubieciſſet in
eccleſia quemlibet ciuẽ Chriſtianũ, qui ex delubris aliquid accepit in propriũ lucrũ. nullus ex Fi-
delibus ciuibus aliquid accepit, niſi milites, & qui illic inuenti ſunt aduenæ.] His quidem ſimilia
ex ſancto

Digitized by Google

A ex ſancto Auguſtino ſuperius diximus, eamdem prohibitionem factam in Africa, cum reſcripto Honorij Imperatoris illic etiam ſimulacra demolirentur: idque ea de cauſa ab Epiſcopis decretũ, ne ſcilicet ardore auaritiæ potius quam zelo pietatis viderentur Chriſtiani in idola inſurgere. Sed pergit Marcus: Abibant ergo cum laicis & clero viri pij, & ipſe S. Porphyrius Epiſcopus, reprimẽtes, eos, ne aliquid acciperent. Fuerunt autem decem dies euertentes templa ſimulacrorum.

XLI. *De Marnio ruendo capitur cõſilium.*

Poſt dictos autem dies conſilium ceperunt, quonam modo vterentur Marnio, & quid ei facerent. Alij enim dicebant, id debere effodi, alij autem comburi, alij locum purificari, & ſanctificari ad Dei eccleſiam. et erat de ea re magna deliberatio. Tandem ſanctus Epiſcopus edicit populo ieiunium & orationem, vt eis reuelaret Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die ieiunaſſent, & Deum de hac re precati eſſent, veſpere pergunt ad ſanctam Synaxim. Cum pergeretur autem, puer circiter ſeptem annos natus, ſtans cum matre propria, repente exclamauit dicens:

De puero diuinus afflato.

Comburite intus templum vſque ad ſolum: facta ſunt enim in eo multa grauia ſcelera, & maxime hominum ſacrificia. Id vero hoc modo comburite: Afferte picem humidam, ſulphur, & ſeuum porcinum, & hæc tria commiſcete, & vngite portas æneas, & ignem in eas inijcite, & ſic totum templũ B comburetur: nõ poteſt enim aliter fieri. Id autem quod eſt exterius, ſinite cum ambitu: & poſtquã fuerit combuſtum, purgantes locum, ædificate illic ſanctam eccleſiam. Dicebat autem hoc quoq. Teſtificor vobis coram Deo, ne fiat aliter: neque enim ego ſum qui loquor, ſed Chriſtus, qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca. Poſtquam vero audierunt, omnes admirabantur, & Deum glorificabant.]

XLII.

Vide quomodo ex ſententia Hieremiæ, noua bella elegit Dominus. Templum illud, cui peperciſſent tot qui præceſſerunt Chriſtiani Imperatores, & non auſi attingere tot prouinciarum Præſides & magiſtratus, vixque aliquando (vt dictum eſt) clauſum: aduerſus quod tot ſanctiſſimi Epiſcopi atque martyres, & vſque adeo ipſe S. Hilarion apud Gazam agens præualere minime valuiſſent: ecce ad maiorem Chriſti gloriam, infanti annuẽti, atque demum puerulo edocenti, de ſuperbo dæmone reſeruata eſt victoria atque triumphus. Etenim infantulo Theodoſio, antequam ſciret vocare patrem, datum eſt annuere de templorum & idolorum demolitione oblato ſibi libello ſupplici; puerulus vero ſeptennis de conflagratione Marnij diuino afflatus Spiritu ſententiam ꝓfert: vt plane acciderit impleri diuinum illud oraculum [a]: Ex ore infantium & lactentium Deus C perfeciſti laudem tuam.] Sed poſt hæc Marcus:

Per pueros Deus maxima operatus.

a Pſal. 8.

XLIII.

Venit autem hoc miraculum etiam ad aures ſancti Epiſcopi: & cum manus ſuas ad cælum extendiſſet, Deum glorificauit, & dixit: Gloria tibi Pater ſancte, quoniam [b] abſcondiſti hæc a doctis & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. Iuſſit autem puer ſuam quoque matrem, poſtquam dimiſſa eſſet Eccleſia, inueniri in Epiſcopi ædibus. Separato itaque puero, dixit Epiſcopus mulieri: Adiuro te per Filium Dei viui, vt dicas, an ſuggeſtione tua, aut alicuius alterius, te ſciente, filius tuus illa eſt locutus, quæ dixit de Marnio. Mulier autem cum hæc audiuiſſet, dixit: Trado me ipſam terribili & tremendo Chriſti tribunali, ſi vnquam præſciui aliquid ex his quæ filius meus hodie eſt locutus. Sed ſi videtur tibi: ecce, accipe puerum, & cum minis de eo habe quæſtionem. Quod ſi dixit alicuius ſuggeſtione, metu confitebitur. Sin vero nihil aliud dicet; eſt euidens, quod a Spiritu ſancto fuit inſpiratus. Cum hoc audiſſet Epiſcopus, quod dixerat mulier, & laudauiſſet; iuſſit eã paululum ſecedere, & introduci puerum. Cumque adductus eſſet puer, dixit ei: Quis tibi ſuggeſſit, vt loquereris in eccleſia illa, quæ es locutus de Marnio? Puer autem tacebat. Iuſſit vero ſanctiſſimus Epiſcopus afferri flagellum, & extendi puerum ad hoc, vt ab eo terreretur. Ille autem tenens flagel D lum, alta voce clamabat, dicens: Quis tibi dixit vt loquereris? dic, ne flagello cædaris. Puer autem ſtabat mutus, nihil loquens. Tunc nos, qui eramus circa ipſum, hæc ei cum minis diximus. ille autem erat immobilis.

b Matth. 11.]

Habetur quæſtio de puero fatidico.

XLIV. *Puer maiori miraculo Græce loquitur.*

Tandem poſtquam omnes ceſſaſſent; os ſuum aperiens, dixit puer lingua Græca: Vrite templum, quod eſt intus, vſque ad ſolum: multa enim grauia in eo facta ſunt, & maxime hominum ſacrificia. Hoc autem modo id adurite: Afferte picem humidam, & ſulphur, & ſeuum ſuillum, & miſcete hæc tria, & vngite portas æneas, & ignem eis immittite, & ſic templum cõburetur: alias enim non poteſt fieri. Quod eſt exterius autem, ſinite cum ambitu: & poſtquam fuerit combuſtum, expurgato loco, ſtatuite illic ſanctam eccleſiam. Teſtificor enim vobis coram Deo, non poſſe aliter fieri. Non enim ſum ego qui loquor, ſed qui eſt in me Chriſtus. Admiratus eſt autem ſanctiſſimus Epiſcopus Porphyrius, & omnes qui cum eo erant, audito puero libera loquentem fiducia, & qđ partite & diſtincte eſſet locutus. Accerſita vero matre, eam interrogauit, an ipſa, aut filius eius ſciret Græcam linguam. Illa autem iureiurando affirmabat, neque ſe, neque filium eius ſcire Græce. Cum hoc rurſus audiſſet ſanctiſſimus Epiſcopus, rurſus laudauit Dominum: & afferens tria numiſ E mata, ea dedit mulieri. Puer autem cum vidiſſet numiſmata in manu matris ſuæ, exclamauit dicens lingua Syriaca: Ne accipias mater, ne tu quoque auro vendas donum Chriſti. Rurſus autẽ cũ id audiuiſſemus, ſumme mirati ſumus. Mulier autem reddidit tria numiſmata, dicens Epiſcopo: Ora pro me & filio, & commenda nos Deo. Sanctus vero Epiſcopus eos dimiſit in pace.

XLV. *Comburitur Marnium.*

Mane vero congregatis religioſis clericis, & Chriſti amante populo, & præterea admirabili quoque Cynegio, & magiſtratibus, dixit eis, quomodo locutus eſt puer de Marnio. Cum autẽ audiuiſſent, mirati ſunt, & communi conſenſu dixerunt, vt ſicut dixerat puer, ſic combureretur. Allata ergo pice humida, & ſulphure, & ſeuo ſuillo, & his tribus mixtis, vnxerunt portas interiores, & fuſis precibus ignem admouerunt, & ſtatim vniuerſum templum illud arripuit, & fuit exuſtum. Quotquot autem milites & hoſpites poterant, rapiebant ex igne quæ inueniebant, ſeu aurum, ſeu argentum, aut ferrum, aut plumbum. Erat vero illic quidam ex Præfectis militaribus, quos vocãt Tribunos, qui aderant combuſtioni templi: erat autem, vt foris apparebat, Chriſtianus, in occulto vero erat Idololatra. Hic ergo cum intereſſet, & videret conflagrationem & direptionem, quæ fie-

bat a

Quid paſſus tribunus Idololatra.

a Pſal. 51.

bat a militibus,diſſecabatur:& ſub prætextu quod curaret vt ſeruarent ordines, flagellis crudeli- A
ter cædebat quem inueniebat ferentem aliquod ſpolium. Cum hæc fierent,& ab igne corrupti eſ-
ſent,parietes, repente lignum ardens cecidit io Tribuoom,& ei duplicem affert mortem:perfracto
enim capite eius,vſſit reliquum corpus.& ſtatim Fideles milites,& Chriſtiaous populus, ſcientes
eum eſſe propenſum ad ſimulacra,Deum glorificarunt,& dixerunt illum pſalmum, qui incipit [a]:
Quid gloriaris in malitia potens ioiquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: tamquam
nouacula acuta feciſti dolum.& quæ deinceps ſequuntur in pſalmo.Dies vero plurimos perpetuo
arſit templum.

Gentiles plures cōuerſi ad fidem.

b Matth. 7.

c Philip. 1.

XLVI. Poſtea autem facta eſt domorum perſecutio:erant enim multa ſimulacra io plurimis atrijs:&
quæ inueniebantur,partim quidem igni tradebantur,partim autem in cœnum iaciebantur. Inue-
niebaotur quoque libri pleni præſtigijs & incantationibus,quos quidem dicebant ſacros,ex qui
bus ſua faciebant myſteria & alia nefaria Idololatræ. Ipſi quoque eadem paſſi ſunt,quæ dij ſui.Ac
entrebant autem multi ad ſanctam fidem,alij quidem metu, alij vero condemnantes priorem ſuâ
viuendi rationem.Omnibus vero portas aperiebat ſancta Eccleſia:meminerat enim ſacræ Scriptu
ræ,quæ dicit [b]: Pulſanti aperietur;& qui quærit,inuenit.& rurſum [c]: Siue prætextu, ſiue veri- B
tate Chriſtus annuncietur. Dicebant autem quidam ex Fidelibus ſancto Epiſcopo: Non oportere
eos accipere,qui accedunt propter metum;ſed eos,qui bono propoſito.Sanctus vero Epiſcopus di
cebat eis qui hæc dicebant:Suot etiam virtutes,quæ caſu & calamitate accidunt hominibus, &c.]
docuit enim pluribus,accidere ſæpe vt homines ex inflictis a Deo flagellis reſipiſcant.At poſt hæc
Marcus:Acceſſerunt ergo illo anoo gregi Chriſti circiter treceota nomina,& ab illo tempore aug-
mentum accipiebant ſingulis annis res Chriſtianorum.

De Eccleſia cōdenda conſulitur.

XLVII. Marnio autem omnino exuſto,& ordinata ciuitate,ſtatuit beatus Epiſcopus cum religioſo cle
ro & Chriſti amante populo ſanctam eccleſiam condere in loco exuſto,quomodo ei reuelatū fue-
rat,quando erat Conſtantinopoli;propter quod etiam acceperat pecunias a religioſiſſima Impera
trice Eudoxia. Dimiſſis ergo magiſtratibus & Chriſti amante populo,retiouit partem auxilij, ne
fieret aliqua nouitas poſt eorum exitum:non propter hoc autem ſolum,ſed etiam vt opem ferrent
ad congregandam materiam ædificij dictæ ſanctæ eccleſiæ.

Marnion quale.

XLVIII. Quidam autem conſulebant,vt ædificaretur,ſicut poſitum fuerat idoli templum. Erat enim
formæ rotundæ,circumdatum duabus porticibus ſe inuicem interius ſubeuntibus; eius vero me- C
dium erat ad emittendos vapores conſtitutum,Septemtrioualeque & extenſum in altum.habebat
autem quædam etiam alia,quæ decebant ſimulacra apta ad execranda illa & nefaria, quæ fiebant
ab Idololatris.In hac ergo forma & poſitura dicebant quidam ædificandam eſſe ſanctam eccleſiã:
alij vero contradicebant,dicentes ipſam quoq. poſituræ memoriam eſſe delendam. Qui autē hoc
dicebant,perſuadebant omnibus,vt qui recte dixiſſent.Dixit vero ſanctiſſimus Epiſcopus: Hoc
quoque relinquemus conſilio.

Forma Eccleſiæ conſtruenda.

d Prouer. 21.

XLIX. Iuterim autem dū purgaretur locus,venit Magiſtrianus epiſtolas afferens Imperatorias ſem-
per memoraodæ Eudoxiæ.Continebant vero litteræ ſalutationem,& precum petitionem pro ſuo
marito & filio.Erat autem in alia charta intra litteras deſcripta forma ſanctæ eccleſiæ in figuram
Crucis,quomodo nunc quoque,Deo volente,ceroitur:& continebant litteræ,vt conuenienter di-
ctæ figuræ ſancta conderetur eccleſia.Lætatus eſt autem ſanctus Porphyrius,cum legiſſet & vidiſ
ſet formam deſcriptam.ſciebat enim hoc quoque factum fuiſſe ex diuina reuelatione, & meminit
Scripturæ quæ dicit [d]: Cor Regis in manu Dei.Contioebaot autem litteræ,pretioſas quoque co
lumnas eſſe mittendas,& marmora.Eiecto autem cioere,& ablatis omoibus abominationibus,re
licta rudera marmorum Marnij,quæ dicebant eſſe ſacra,& in loco inacceſſo maxime mulieribus, D
ea cenſuit ſanctus Epiſcopus incruſtari io platea ante templum,vt conculcarentur non ſolum a vi
ris,ſed etiam a feminis,canibus,& porcis,& beſtijs.Hoc vero Idololatris fuit magis moleſtū, quā
templi conflagratio.Quamobrem quampluresex ijs,maxime autem mulieres,vſque ad hodiernū
diem marmora non aſcendunt.

Solemnis apparatus ad Eccleſiā cōſtruēdam.

Proceſſionis Ordo.

e Pſal. 94.

L. Breui autem poſt tempore,indicit ieiunium vno die:& cum dimiſſæ fuiſſent preces matutinæ,
iuſſit prius Epiſcopus quemlibet virum Chriſti amantem afferre ligones & raſtra & alia huiuſmo
di inſtrumenta.Hoc vero veſpere prius edixerat,vt omnes mane inuenirentur parati:quod etiam
factum eſt.Congregato autem populo cum dictis inſtrumentis in ſancta eccleſia, quæ appellaba-
tur Irene,iuſſit omnes pſallentes ſimol proficiſci in Marnium,quod olim fuerat.Ipſe vero ſequeba
tur portans ſanctum Euangelium,& circa ſe habens pium clerum,re vera imitans Chriſtum cum
diſcipulis.Præcedebat autem populum ſemper memorandus Barochas,venerandæ Crucis por-
tans effigiem:ab vtriſq. vero partibus populi erant milites,qui relicti fuerant ad continendam in
officio ciuitatem.Euntes aūt pſallebant,& in verſiculorum pſalmi interciſiooe dicebant,Alleluia. E
Erat autem pſalmus,quē dicebant [e]: Venite exultemus Domino,iubilemus Deo ſalutari noſtro,
&c.vſq.ad finem.Dicebant alios quoq.pſalmos,donec ingreſſi ſuot in Marnium.Hortatus eſt au-
tem ſanctus Porphyrius Epiſcopus Ruffioum quemdam architectum Antiocheoum,virum fidelē
& ſcientem,per quem etiam fuit perfectum totum ædificium.Is accepto gypſo deſignauit poſitu-
ram ſanctæ eccleſiæ conuenientē formæ quæ miſſa fuerat in primis a pia Auguſta Eudoxia.Cumq.
precatus eſſet ſanctiſſimus Epiſcopus,& genua flexiſſet,iuſſit populū fodere. Statim autē omnes
vno animo & eadem alacritate fodiebant,clamantes:CHRISTVS VICIT.Non licebat vero vide
re differentiā inter virū & mulierem,aut ſenē aut puerū:ſed promptus & alacer animus vires præ
bebat omnibus.Et alij quidem fodiebant,alij autem terram exportabant; adeo vt paucis diebus
fuerint & omnia loca effoſſa,& terra egeſta.Prius itaque præparata materia,& ingentibus lapidi-
bus ex tumulo,qui dicitur Aldioma,a parte Orientali ciuitatis,& alia materia:

LI. Sanctus rurſus congregato Chriſti amante populo,multiſq. precibus & pſalmodijs dictis in
loco

A loco,ipſe primus ſe ſuccingens,cœpit portare lapides,& iacere fundamenta:deinde pij quinque cle- *Ritus conſtruẽdæ Eccleſiæ.*
rici,& omnes laici lætantes,& magna voce pſallentes,adeo vt audirentur a tribus milliarijs a ciui
tate. Factũ eſt aũt illo die magnũ miraculũ]nẽpe de tribus pueris in puteum delapſis,ſed Dei ope
ſeruatis,ſignoq. Crucis diuinitus impreſſis.Subdit vero hæc auctor de Eudoxia:Anno aũt ſequenti
mittit Eudoxia Imperatrix columnas,quas erat pollicita,quæ quidẽ erant magnæ & admirabiles,
numero triginta.Duæ vero vocabantur Caroſtiæ:quæ quidem ſunt in ſancta eccleſia lucentes tam
quam ſmaragdi,&c.]ſubdit de ædificatione ipſius eccleſiæ ad quinquennium propagata. Reliqua
vero quæ contigerunt anno ſequenti,ſuo loco redditurí ſumus,obſeruatione quidem digniſſima.

LII.

Ecce tandem confractus eſt [a] Bel,contritus eſt Nabo:confractum,inquam,eſt idolũ Marna,
Marniumq.proſtratum;quod fieri per Hilarionẽ optauit clariſſima illa Ariſteneta Helpidii Præ- *De ſtratu Marnæ victoria.*
fecti Prætorio vxor,cum eum ſic inuocabat,dicens [b]: Ingrediatur ſeruus Dei Gazam,& Marnas
corruat.]Qui ergo quondam(vt ſanctus Hieronymus [c] ait)ſub Theodoſio lugebat incluſus,euer
ſionem templi iugiter pertimeſcens,iam extinctus penitus iacet:immo ob Chriſti Domini maio
rem gloriam factum eſt,quod idem ſanctus Hieronymus ait in commentarijs in Iſaiam [d]: Hoc
B noſtris temporibus videmus eſſe completum:Serapium Alexandriæ,& Marnæ templum Gazæ in
eccleſias Domini ſurrexerunt.]hæc ipſe.

b Iſai.46. b Hiero.in Vit. S.Hilarionis. c Hieron.epi. 7. d Hieron in Iſa. lib.7.

LIII.

Qui fuit horum omnium fidelis coadiutor ſanctus Ioannes Chryſoſtomus,idem ſedulo cura
nit apud Imperatorem,vt quæ in Phœnicia eſſent reſidua idolorum culturæ,penitus tollerentur.
Teſtatur id quidem Theodoretus his verbis [e]: Porro cum certior factus Ioannes eſſet,Phœniciã
etiamnum ad nefaria dæmonum myſteria celebranda cæco furore ferri:monachos diuino pieta-
tis ſtudio inflammatos in vnum cogit,eoſque cum edictis Imperatoris ad ſimulacrorum fana de
molienda mittit.Opificibus autem eorum miniſtris,qui iſta deturbarent,mercedem non ex Impe
ratoris deprompſit ærario;ſed feminas tum diuitijs circumfluentes,tum fide præclare inſtructas
induxit,vti ſumptus in eam rem(docuit namque quanta laus ex tali largitione colligi ſoleat) affa
tim & liberaliter ſuppeditarent.Itaque reliqua dæmonum delubra hoc pacto ſolo æquanda cura
uit.]hactenus Theodoretus.Verum ipſe,quæ poſtea ſecuta ſunt,reticuit,aut fortaſſe ignorauit,nẽ
pe Gentiles Phœnices morum ſuorum tenaciſſimos cultores (quippe qui ipſorum cultum in di-
uerſas Orbis prouincias propagaſſe gloriarentur) moleſtiſſime ferentes templorum ſuorum ſe
C paſſos eſſe iacturam,in ipſos monachos impetum feciſſe:quod quidem teſtificatione eiuſdẽ S.Ioan
nis Chryſoſtomi liquet:qui & ait,ex eis quamplures occiſos eſſe,alios verro nõnullos vulneribus
confectos. Acciderunt autem hæc poſt biennium,cum ipſe Ioãnes Chryſoſtomus in Armenia exu
laret,vnde ſcribens ad Ruffinum presbyterum in primis hæc habet [f]:

e Theodor.li 5 cap.29. *Templa Idolorum in Phœnicia deſtruũtur.* f Chryſoſt. epi. 126.

LIV.

Phœniciæ mala rurſum exarſiſſe,ac Gentilium furorem auctum eſſe,accepi:compluresq. mo-
nachos partim vulneribus affectos eſſe,partim etiam mortem obijſſe. Ac propterea maiorem in *Monachi a Gẽtilibus male habiti.*
modum te vrgeo,vt quamcelerrime te ad iter accingas,atque in acie ſtes.Certum enim habeo,fo-
re,vt ſi preces,lenitatem,& manſuetudinem,& tolerantiam,& patientiam,eamq.quam ſoles ani-
mi fortitudinem adhibueris,vel aſpectu ſolo aduerſarios in fugam conijcias,ipſorumq.furorẽ ex-
tinguas;atque eorum qui noſtras partes tuentur,animos recrees,ac denique multa bona efficias,
&c.]pluribus enim ad id eũ hortatur:polliceturq.ad finem epiſtolæ,ſe ad ipſum miſſurũ reliquias
martyrum,vbi ait:Quin de reliquijs ſanctorum ſine cura eſto.Confeſtim enim ad religioſiſſimum
meum presbyterum Terentium,itemq.ad dominum meum religionis laude præſtantem Treium
Arabiſſi Epiſcopum ſcripſi.Nam ipſe & multas & minime dubias habet, quas paucis diebus in
D Phœniciam ad te mittemus.Quare da operam,ne officio tuo vlla ex parte deſis: nam quæ noſtri
muneris ſunt,quanta cũ promptitudine animi præſtemus,vides.]hæc ipſe.At non deerant in Phœ *Ioannis Chryſo.zelus in idola.*
nicia martyres:ſed dictum eſt ſuperius,Gentiles tempore Iuliani, omnia quæ in Phœnicia erant
Chriſtianæ religionis monumenta, demolitos eſſe. Magnam in reliquijs Sanctorum martyrum
Ruffinus iſte fiduciam collocauit:etenim illos in ſuis, reliquijs quaſi rediuiuos Chriſtianæ mili-
tiæ duces ſibi adſciuit ad deſtruenda quæ reliqua erant in Phœnicia idololatriæ veſtigia. Quod
& aſſecutum eſſe vna cum alijs,qui ſuperfuerunt a cæde,monachis,certum illud eſt argumentum,
quod de Phœnicum idololatria nulla penitus poſthac mentio reliqua habeatur. Extat eiuſdem S.
Ioannis Chryſoſtomi ad ipſos monachos antea ab eo miſſos,ſed ita poſtea perſecutione exagita
tos,inſignis epiſtola [g], quam breuitatis cauſa prætermittimus recenſere:miſit & ad eos roborã *g Chryſoſt.epi. 123.*
dos,non ſolum quem diximus,Ruffinum presbyterum ſed ex Armenia,vbi agebat,Ioannem item
presbyterum.Quam autem ſolicite,quantoq. zelo pietatis iſtud ipſum negotium ipſe Chryſoſto
mus curarit,dictæ ab ipſo ad eos tunc ſcriptæ epiſtolæ declarant.

LV.

Equidem quod ſemel ipſe,de quo egimus,S. Porphyrius Gazenſis Epiſcopus viam aperuiſ-
E ſet ad egregia idolorum delubra ſternenda;pari æmulatione incitatos fuiſſe Phœniciæ Epiſcopos *Tẽpla in Phœnicia diruta qua.*
vt id ipſum ab Arcadio poſtularint,obtinuerintq.eodem patrocinante Chryſoſtomo par eſt cre-
dere.Sane quidem etſi conſtat a Conſtantino Imp. demolitum fuiſſe quod erat ibi delubrum in
monte Libano ſitum,promptuarium turpitudinum;cetera tamen integra remanſerunt. At quænã
hæc & qualia? Erat apud Sidonios in Phœnicia magnum templum Aſtartæ;aliud inſuper ingẽs tẽ-
plum,quod Ægyptium nominat Lucianus:ſed & illud inſuper auguſtum Bybli dicatum Veneri.
Extabant hæc omnia in Phœnicia temporibus Luciani [h] magna frequentia celebrata:quod au *h Lucia.de Dea Syria.*
tem antehac fuerint diruta,nemo,quod viderim,prodidit.Sed ad Eudoxiam exædificantem Gazę
nobilem eccleſiam redeamus.

LVI.

Felix plane,quaterq.felix ipſa,niſi ædificans manu altera,altera deſtrueret. Iam memoria re-
petere,quæ ex Marco diacono nuper ſunt enarrata; nimirum abalienatam ipſam fuiſſe ab amicitia *Eudoxia aufert agrum viduæ.*
S.Ioannis Chryſoſtomi,quod eam arguiſſet ob agrum viduæ ademptum. Quonam autem modo
res hæc ſe habuerit,iam enarremus:atque in primis ex Marco diacono erroris arguamus eos,qui

rem

A rem geſtam ad tempus illud referunt, cum aduerſus eumdem Chryſoſtomum Synodus Conſtantinopoli cogeretur: longe enim ante ea contigiſſe, dicta ſuperius ex eodem auctore declarant. Qui vero res Ioannis Chryſoſtomi oratione proſecutus eſt Leo Auguſtus [a], eiuſmodi narrationem aggreditur: Theognoſtus pius ille & fidelis, erat quoque ipſe vnus ex ijs qui erant familiares Imperatori Arcadio. Inuidia autem diaboli, & Gaij, qui morbo laborabat Arij, apud Imperatorem accuſatur Theognoſtus, & iniuſta bonorum publicatione cum relegatione damnatur, ſimul cum vxore & liberis: & vt paucis abſoluā, priuſquam perueniſſet ad locum, in quem erat relegatus in itinere via vitæ peracta migrauit ad Deum. Huius vxor reuerſa accedit ad diuinum virum, & de ſe omnia docuit. Hic autem miſericors, & Chriſti imitator, corde dolorem cōcipit ob ea quæ acciderāt, & ob feminæ viduitatem: & pulchre quidem cōſolatur; & quæ par erat, ei ſuadet. Rurſum vero cōſiderat, quemadmodum viduæ ſua reſtituantur.

a Leo Auguſt. ora de Vita Ioā. Chryſoſt.

LVII. *Eudoxia Theognoſti relictæ vineam abſtulit.*

Cum is autem de eo eſſet ſolicitus, aliud malum excitauit malignus aduerſus mulierem viduā. Erat enim tempus vindemiæ, propter quā Imperatrix egreſſa erat ex vrbe: neſcio quomodo prius ingreſſa fuit in vineam viduæ, & ſua manu exactum botrum comedit. Deinde docetur, vineam eſſe alterius. Inducunt legis quod eſt in rebus huiuſmodi auxilium, quæ vineam Imperatrici adiudicat, ſi quid tale contigerit, & domino aliquod pretium vel aliquid aliud iubet reddi: & iuſſu Imperatricis refertur vinea in numerum ſuburbanorum ſuorum. Hoc autem non temere & ſimpliciter iubebat: ſed duo hæc meditata: vnum quidem, propterea quod ita ſceretur viduæ, vt eam magis affligeret: alterum vero, & cuius maiori ſtudio mouebatur, vt acciperet occaſionem vexandi Pontificis, cogitante illa, fore, vt reſiſteret, & in legem incideret, & offenderet Imperium. Sed illa quidē ita ſe habebat. Pontifex autem quomodo? ſuadebat, ſupplicabat, vt decebat eius philoſophiam. Quid illa contra? ea dabat reſponſa, quæ erant plena impudentia, Romanæ legis auxilium, & quæuis alia, quæ ex aduerſo obijciebat vana phantaſia ſuæ arrogantiæ. B

LVIII. *Chryſoſtomus agit in Eudoxiā pro vinea viduæ.*

Rurſus ergo temperat medicus medicamenta ſalutis; quod enim laborabat, curari non poterat. Alia eſt præterea ſpecies curationis, ſoluens cās, per quas videbatur id quod male erat affectū, laborare grauius; ſoluens iniuſtos prætextus, nempe quod hæc lex quidē lata eſſet ab Imperatoribus, ſed qui forte erant a fide alieni: Tu antē es (aiebat) lex & tibi obtigit vt imperes, & tibi eſt cōſcientia quæ cogit, & quæ rem optime nouit & intelligit. Ne permittas vt multi coacti te nouam vocent Iezabel, & quæ de Nabuthe ſcripta ſunt in veteri Teſtamento. Hæc ſapientis medici, quæ perpetuo adhibebat, medicamenta, male affectam feminam magis inflammabant; adeo vt nec medicum quidem admitteret, immo vero repelleret, & quam nefarie conceptam celabat bilem, aperte in lucem proderet. Sic quidem repellitur medicus. Quid vero quæ deinceps ſequuntur? Aderat dies feſtus & celebris Crucis in altum elationis, & iuſſerat Pontifex vt portæ eccleſiæ clauderentur ſoli Imperatrici. Ecce ergo primus Imperator ingreditur, & fideliſſimi populi vniuerſa multitudo cum eo circa ipſum. Cum autem cœpiſſet ſanctus de more concionari, vis ſanctiſſimi quæ eſt illuminaret Spiritus reddidit elegantiorem verborum pulchritudinem, cum eoq. loquebatur. Et quid opus eſt dicere, ad quantam admirationem veniens multitudo applauſit exultationibus ſacræ dilectionis? C

LIX. *Eudoxia prohibetur ab ingreſſu Eccleſia.*

Cum hæc autem fierent intra templum: ecce etiam Imperatrix cum reliquo, qui eam ſtipabat comitatu. Et alijs quidem omnibus ingreſſum ſeruabant oſtiarij liberum: ipſam vero prohibebāt. Ira adhuc inconſideratam poſſidebat Imperatricem. Mitto dicere, quantum in diuinum Pontificem (idem autem eſt dicere in Deum) contumelijs inuecta eſt & infremuit. Deinde cogitabat quidam ex ijs qui cum ipſa erāt, & tentat portam gladio percutere: eius autem manus ſtatim areſcit. Timer ergo Imperatrix, & ſtatim reuertitur. Ille autem, cuius manus exaruerat, accedit ad ſanctum, pœnitentia ductus, & ſupplicans ſtatim curatur, & Deus per ſeruum ſuum magnificatur & glorificatur.] hæc de his Leo Imperator, ipſiq. tradunt conſentientia ceteri: quæ quidem ante aduentum Palæſtinorum Epiſcoporum Ioannis atque Porphyrij accidiſſe monſtrauimus. Verum antehac quid huic ſimile præceſſerit, idem auctor docet his verbis [b]: D

b Leo Augu. in Vita Chryſoſt.

LX. *Ioānes Chryſoſtomus cauſam agit viduæ Alexandrinæ.*

Deinde Paulacij in Ægypto Præſidis ſequitur a quadam vidua apud Imperatorem accuſatio. Largiamur vero nonnihil narrationi. Cōtinebat autem accuſatio, quod debitor eſſet circiter quingentorum aureorum. Eum cogit Imperatrix, nec prius eum remiſit quam ab eo exegiſſet quantitatem centum librarum auri: reddidit autem accuſatrici ſolum trigintaſex aureos nummos. Quid ergo facit, quæ accuſabat mulier? Confugit ad communem defenſorem. Ille vero producendum curauit eum qui accuſabatur, & ab eo exigebat id quod reliquum erat debiti. Hoc quoque reſciuit imperatrix: quæ ſignificauit Pontifici, vt eum dimitteret, cum ipſa ab illo exegiſſet pecuniam. De hac re inter vtrumque vehemens exoritur contentio; & poſtremo res eo deducitur, vt per impudentiam procedatur aduerſus ſanctum. Mittit enim duos Centuriones cum ſuis cohortibus, vt eum qui accuſabatur, a ſancti manibus abſtraherent. Hæc auara mens Imperatricis.] Hic velim, lector, conſideres Epiſcopum omnium miſerabilium perſonarum eſſe iudicem competentem, ſuique iuris eſſe male ab alio iudicata reſcindere, etiam ſi Princeps eſſet, qui iniuſtam ſententiā protuliſſet. Vides inſuper Epiſcopos carcerē penes ſe habere, in quā detrudāt, qui iniuſte miſerabiliū bona detinent. Vides (inq̄) Ioannem iure agere aduerſus viduæ debitorem, eumdemq. carceri mācipare, nec velle dimittere. Sed licet adhibita vi turpiter per Centuriones abſtractū, vindex Deus haud ſiuit inultum, neque paſſus eſt in hoc conflictu Epiſcopum poſteriores referre. Nam quid poſt hæc accidit? Audi rem quidem admirandam, tum ab eodem auctore, tum ab alijs enarratam, cunctiſq. certa fide patentem. Accidiſſe nimirum, vt Centuriones, qui conati erant vi abſtrahere creditorem, abſterriti fuerint horribilis aſpectu Angeli, romphæa dire minantis. Sicq. perterrefactos, rediſſe ad Imperatricem: illam vero reliquum perſoluiſſe pecuniæ. Addunt [c] alij, viduam hanc Alexandrinam fuiſſe, nominatam Callitropen: Paolacium vero Ducem fuiſſe Auguſtalem in E

c Apud Metap. in Vita Chryſoſt.

Ægypto

A Ægypto, quem vidua, iam abſoluta illius magiſtratus functione, Conſtantinopoli apud Præfectũ Prætorio ennuenerat: ſed illo contemnente ius dicere, Eudoxiam, penes quam vidua quæſita fuerat, eam ratione pœnæ mulctam irrogaſſe librarum centum; viduam vero, datis illi tantum triginta ſex nummis, abire iuſſiſſe. Addit auctor, excuſaſſe ſe Chryſoſtomum eum Frumẽtio ab Eudoxia ad eum tunc miſſo; ſe id minime agere, vt Imperatricis maieſtatem contemneret, ſed tum vt viduę omni deſtitutæ præſidio, ex diuinarum legum præſcripto præſto eſſet, tum etiam vt animæ ipſius Auguſtæ bene conſuleret; quod præcipuum eſſet Epiſcopalis dignitatis officium curæ proſpicere animarum. Certe quidem non noſtri dumtaxat, ſed & externi Eudoxiam auaritiæ infamant: Zoſimus enim hæc de ipſa ait [a]: Coniux Arcadij Eudoxia ſuper ſexum arrogans, & inſatiabili auaritiæ tum eunuchorum, tum familiarium ſibi mulierculárum, quæ maxime huic imperabant, vndique addicta, vitam omnibus acerbam reddebat; adeo quidem, vt modeſtis hominibus morte nihil eſſet optabilius.] hæc ipſe. Cuius quidem rei eum recenſiti ſuperius caſus fidem faciant: demõſtrant id ipſum expreſſius, quæ modo dicturi ſumus.

a Zoſim. lib. 5.

LXI.

Theodoricus * ille (inquit Leo [b] Auguſtus) qui tunc erat Patricins, cum eſſet ditiſſimus, B ab Imperatrice appetitur inſidijs. Quid ergo facit vir ille? Confugit ad communem portum, & ſeruatur quidem ab ijs quæ ei parabantur, inſidijs: ſeruatur autem meliori quoque, & permanente ſalute, modo alio: Diſperſit, dedit omnia pauperibus. Quomodo? Magiſtri nempe Ioannis conſilijs & ſuaſionibus. Qua re quid lucratur? Theſaurum cæleſtem; cum eſſet ei perſuaſum, Cornelij [c] eleemoſynæ, eius quoque eſſe exæquandam eleemoſynam. Hæc cum reſciuiſſet Imperatrix, non potuit amplius contineri. Impudẽtiam autem illam & temeritatem ſuam abſque vllo rubore ſancto indicat: cum namque bona Patricij lucratum eſſe, nugabatur & obijciebat: eius enim, qui erat mũdus, propter benignitatem admonitio, erat Eudoxiæ inquinatæ ſordida exiſtimatio.] hæc ipſe; ſed alij eadem [d] pluribus. ex his quoque additamentum haud exiguum ad odium ante conceptum Eudoxiæ acceſſiſſe aduerſus Ioannem, omnes affirmant.

* Theodoritus
b Leo. Imp. de Vita Chryſoſto.
Theodoricus Patricius illudit auaritię Eudoxiæ.
c Act. 10.
d Metaph. in Vita Chryſoſt.

LXII.

Quæ autem ſubſecuta eſt diſſenſio Ioannis Chryſoſtomi cum Seueriano Gabalenſi in Syria Epiſcopo concitata per Serapionem diaconum, hoc anno poſt natum Theodoſium, Eudoxiæ animum haud mediocriter exacerbauit. Hæc autem quomodo ſe habuerint, licet Socrates [e] narret, haud tamen ipſa in omnibus inuenta ſunt conſentientia veritati. ait igitur ipſe: Cum inſolens Se- C rapionis faſtidium & arrogantiam nemo ferre poſſet (*erat hic diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*) Ioannis namque Epiſcopi fretus gratia, adeo magnos animos ſumpſit, vt extra modum omnes contumelioſe inſectaretur: ob eam cauſam odium contra Epiſcopum inflammatum magis magisque exarſit. Quinetiam cum Seuerianus quodam tempore ad locum, vbi Serapion erat, accederet: Serapion honorem Epiſcopo debitum illi non tribuit, neque ei aſſurrexit: vnde Seueriani præſentiam ſe parui facere declarauit. Hunc Serapionis contemptum Seuerianus non tulit: immo vero etiam in eum vehementer vociferatus eſt, his ferme verbis. Si Serapiõ moriatur Chriſtianus, Chriſtus certe numquam homo factus eſt. Serapion hac arrepta occaſione, Seuerianum Ioanni aperte fecit inimicum, dum prius ſententiæ membrum ſupprimeret, nimirũ, Si Serapiõ moriatur Chriſtianus: poſterius, nempe, Chriſtus certe numquam homo factus eſt, Seuerianum dixiſſe affirmaret. Itaque ſui loci atque ordinis homines teſtes adducit, illud a Seueriano dictũ eſſe. Quapropter Ioannes, abiecta omni cunctatione, Seuerianum a ciuitate exigit. De quibus rebus Eudoxia Auguſta certior facta, & Ioannem incuſat, & Seuerianum Chalcedone Bithyniæ propere accerſendum curat.

Diſſidia inter Seuerianũ & Ioannem oborta.
e Socr. lib. 6. c. 10.

LXIII.

D Ille quamprimum redit; Ioannes ſe ab eius amicitia remouet; nec cuiquam illum, vt cum Seueriano rediret in gratiam, cohortanti, morem gerere voluit. Tandem vbi Imperatrix Eudoxia in eccleſia, quæ Apoſtolorum nomine nuncupata eſt, filium ſuum Theodoſium iam tum Imperij ſtatum, quamquam admodum adoleſcens erat, proſpere & feliciter gubernantem, ad genua Ioannis abiecit, & ſancte illum obteſtata eſt: vix adduci poterat, vt Seueriani amicitiã amplexaretur.] Iſta quidem ſic Socrates: niſi male ita ea vertit interpres. Nicephorus [f] vero ex emendatiori fortaſſe codice felicius veritatem aſſecutus, ita habet: Eudoxia Theodoſium infantem, quem Ioannes per baptiſmum ſibi filium arrogauerat, ad genua eius admouens, multumq; deprecans & adiurans, vix tandem perſuaſit, &c.] Subdit his vero Socrates: Verumtamen etſi hoc pacto amicitia inter eos ſpecie quadam externa videbatur reconciliata: nihilominus tamen animum alter aduerſus alterũ exulceratum retinuerunt. Cauſa vera itaque cur Ioannes Seueriano ſuccenſeret, eius generis fuit.] hucuſque Socrates: eadem quoque Sozomenus [g] atque alij.

Concordia inita inter Ioannem & Seuerianum.
f Niceph. lib. 13. c. 9.
g Soz. li. 8. c. 10.

LXIV.

Sed vnde Socrati, vt Ioannis animum numquam prorſus erga Seuerianum reconciliatum affirmet; cum ex homilijs ob concordiam inter vtrumque initam tunc publice in eccleſia dictis, con- E ſtet inter eos pacem firmiter cõſolidatam? Extant enim duæ eius argumenti orationes apud ipſũ Ioannem Chryſoſtomum: prior, qua Ioannes ſtuduit in Eccleſiam ipſum recipere Seuerianum, idemq. pace firma coniũgi: tantum enim aberat vt ipſe in eum indigno animo eſſet, vt populum nonnihil in ipſum infenſum, emoliendo, delinire, glutinoq. pacis vnire, omni adhibito ſtudio laborarit: in qua hæc poſt alia plura inculcata de pace [h]: Multa (inquit) dudũ triſtia geſta ſunt in Eccleſia. Deum confiteor, ſed non laudo perturbationes, ſeditiones nõ amplector. Sed omittamus hæc. Definite, cõquieſcite, cohibete animos, refrenate iracũdiã. Sufficit iã qđ laborauit Eccleſia, finis ſit, deſinat turbatio: hoc enim & Deo placitũ, & pijſſimo Principi acceptũ eſt. Oportet enim & Regibus obedire, maxime cum & ipſi obtemperent Eccleſiaſticis legib. Dicit Apoſtolus [i]: Principibus & poteſtatibus ſubditi eſtote: Quanto magis Principi religioſo, & pro Eccleſia laboranti? Si ergo præparaui animos veſtros ad ſuſcipiendam legationem meam, recipite fratrem noſtrũ Seuerianum Epiſcopum.] hæc ipſe, quib. videas populum potius quam Ioannem ipſum aduerſus Seuerianum cõmotum fuiſſe; quem ſequeſter pacis accedens placare ſtuduit. Adeo enim populus ille paſto-

Populus concitatus in Seuerianum.
h Chryſoſt. ho. de recip. Seuer.
i Tit. 3.

ſe paſtoris ſui tenebatur vinculis amoris aſtrictus, vt vel leuiter tangi, haud æquo animo pati poſ- A
ſet, ſed quã maxime commoueretur, & implacabilis omnino pſiſteret, niſi ab eo, vt parceret, ad-
moneretur. Porro ita ſuadente Chryſoſtomo, populum perſuaſum, acclamaſſe tunc pacifica atque
fauſta, quibus ſe aſſenſum præbere ſignificaret, quæ mox Chryſoſtomus ſubdit, oſtendunt: Habeo
(inquit) gratiam, quòd ſermonem meum laudibus proſecuti eſtis: dediſtis mihi fructus obedien-
tiæ: nunc me ſemen bonum gratulor ſeminaſſe: ecce enim ſtatim frumenti manipulos colligam. Re-
tribuat vobis Dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc enim veram ho-
ſtiam pacis obtuliſtis Deo: quia nemo turbatus eſt, audito hoc nomine, ſed cum charitate ſuſcepi-
ſtis; ſimul vt ſermone locuti ſumus, omnem ex animo fugaſtis iracundiam, &c.]

LXV. *Seuerianus cõcionem habet ad populum.* a Apud Ioann. Chryſoſt. tom. 5.

Sic igitur conciliato populo cum Seueriano, die ſequenti ipſe Seuerianus ad eumdem populũ
de bono pacis pariter habuit eadem occaſione concionem, vbi inter alia illud præclare cum laude
Ioannis eiuſdem pacis auctore [a]: Sicut frequenter fieri vidimus, vbi Regum vel fratrum tabulæ
pinguntur, vt in vtriſque vnanimitatis declarentur inſignia, artifex picto femineo habitu poſt ter-
gum vtriuſque Concordiam ſtatuit brachiis ſuis vtrumque complectentem, indicans quod bi qui
videntur corporibus ſeparati, ſententijs & voluntate conueniant: ita nunc pax Domini media aſſi-
ſtens, & vtrumque noſtrum gremio palpante connectens, diſcreta corpora in vnum conuenire ani- B
mum, vlnis iungentibus docet: in qua ſine dubio completur ſermo propheticus, qui ait: Et erit cõ-
ſilium pacificum inter vtroſq. Et heſterno quidem die Pater noſter Euangelico pacem ſermone
præfatus eſt: hodie vero nos pacis verba exponamus. Ipſe nos heſterno die reſupinis manibus in
verbo pacis excepit; & nos hodie dilatato pectore, vlniſq. patentibus, ad Dominum pacis cum mu-
neribus occurramus, &c.] Quod autem Socrates dicat, etiam reconciliata inter eos amicitia, rubi-
ginem tamen odij minime fuiſſe prorſus exterſam; id quidem ex parte tantum Seueriani contigiſ-
ſe liquet: nam in his quæ poſt hæc aduerſus Ioannem concitatæ ſunt turbæ, & conuocatæ ſunt Sy-
nodi, eum aduerſus Ioannem ſtetiſſe, Palladius tradit [b].

b Pallad. in Dialog. apud Chryſoſt. tom. 1.

LXVI. *Studium Chryſoſtomi erga ſuos.*

Equidem magna admiratione capior, dum conſidero ipſum Ioannem Chryſoſtomum nonni-
ſi triennium in ſede agentem (hoc enim anno eius Epiſcopatus expleto triennio, quartus inchoa-
tur) adeo breui temporis ſpatio, tot tantiſq. vallatum ærumnis, atque moleſtijs circumſeptum, cui
aduerſus hæreticos, aduerſuſq. Catholicos Epiſcopos, tyrannos, barbaros, ipſamq. demum Impe-
ratricem Eudoxiam fuerint adeo crebra atq. aſpera ineunda certamina: cum tamen interea totus
in officio functionis Epiſcopalis eſſet, atque perinde ac ſi ſummo otio pacem coleret, creberrime C
conciones haberet ad populum, quem quotidie ferme doceret. Teſtatur quidem hæc ipſe, cũ hoc
eodem anno Actus Apoſtolorum in eccleſia explicaret; vbi inter alia [c]: Ecce enim (*inquit*) per
gratiam Dei, & nos triennium iam habemus, nocteſq. & dies. Nonne per tres dies, ſæpe etiam per
ſeptem exhortamur? Quid amplius aſſequimur, quam quod reprehendimus, increpamus, lacry-
mas fundimus, dolemus, etſi nõ foris, ſed in corde?] et paulo poſt: Niſi quis iudicaret me ſupra mo-
dum honoris cupidum, vidiſſetis quotidie me fontes lacrymarum emittere, quarum conſciæ ſunt
domicilium & ſolitudo. Credite enim mihi: de ſalute quidem mea deſperaui, hoc eſt, curam præ-
termiſi, & res veſtras deploraui. Non vacat mea mala deplorare, adeo totus deditus ſum vobis. Et
ſi ſentio vos obtemperantes, præ gaudio non ſentio mala mea. Et ſi video vos minus obtemperã-
tes, præ dolore iterum intermitto mea.] hæc & alia plura id genus Chryſoſtomus hoc ipſo (vt vi-
dimus) anno, reddens in omnibus veri patris ac paſtoris imaginem.

c Chryſoſtom. in Act. Apoſtol. hom. 44.

IESV CHRISTI ANNVS	ANASTASII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
402.	5.	8.

D

I. *Conflictus Origeniſtarũ Conſtantinopoli.*

EVoluto iam anno, nouus aperitur nouis Conſulibus, ambobus Auguſtis, Arcadio & Honorio
quintum, inhoante pariter Domini anno quadringenteſimo ſecundo, quo recrudeſcunt odia
Conſtantinopoli Origeniſtarum cauſa ſuſcepta. Meminiſſe debes, lector, ante annũ aduerſus mo-
nachos Origeniſtas, qui confugerant Conſtantinopolim, miſſos fuiſſe a Theophilo Epiſcopo Ale-
xandrino & S. Epiphanio Epiſcopo Conſtantiæ in Cypro legatos ad eos exturbandos: S. vero Ioan-
nem Chryſoſtomum medium interceſſiſſe ſequeſtrem, vt eos in concordiam reuocaret; eaque de
cauſa litteris vltro citroque datis, vnius ferme anni ſpatio in his pertractandis inſumpto, cum
fruſtra omnia tentata fuiſſent; qui hactenus ab eodem Chryſoſtomo cohibiti erant monachi of-
ferre aduerſus Theophilum libellum Imperatori, deſperata concordia, id vehementiori ſtudio
aggreſſi ſunt.

II. *Libellus ab Origeniſtis offertur Imp. contra Theophilũ.*

Libellum igitur monachi illi aduerſus Theophilum dederunt Arcadio Imperatori, & quidẽ E
grauibus refertum criminibus, adeo vt Theophili caput in diſcrimen videretur adduci. Creditum
quidẽ fuit eos iſta haud abſque ſententia Ioãnis tentaſſe. quãobrẽ, ea diſſipata longe lateq. fama,
tacito proprio ob tanti viri reuerentiam Ioannis nomine, Hieronymus ſub Barnabæ voce, ex Pau-
li [d] ſententia, ipſum ſugillauit in epiſtola [e] ad Principiam illis verbis ſuperius redditis, hic ve-
ro neceſſario repetendis: De Occidentis partibus ad Orientem turbo tranſgreſſus, minitabatur
plurimis magna naufragia. Tunc impletum eſt [f]: Putas, veniens Filius hominis fidem inueniet
ſuper terram? Refrigerata charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem, noſtro lateri
iungebantur, quorum publice petebatur caput, *accuſationibus ſcilicet Origeniſtarum*. contra quos
opes omnes parabantur: ita vt Barnabas [g] quoque duceretur in illam ſimulationem, immo a-
pertum parricidiũ, quod non viribus, ſed voluntate commiſit.] hæc ipſe; nimirum quod (vt dictum
eſt) fama vulgatum eſſet, licet magna calumnia, libellum accuſationum aduerſus Theophilum ca-
pitalibus

d Galat. 2.
e Hier. epiſt. 16.
f Luc. 18.
g Galat. 2.

A pitalibus criminibus plenum,oblatum Arcadio fuiſſe,impellente Chryſoſtomo.ſed cũ longe ali-
rer res ſe haberet;quod tamen illis patrocinatus Chryſoſtomus viſus eſſet,hæc ſuſpicandi anſam
captantibus præbuere. Ad hæc plane ſpectat,quod idem S. Hieronymus in epiſtola ad Pamma-
chium & Marcellam ait [a]:Quid neceſſe eſt obſidere Propontidem,mutare loca,& diuerſas luſtra — a Hier.epiſt.78.
re regiones,& clariſſimum Pontificem Chriſti eiuſq.diſcipulos rabido ore diſcerpere? Si vera loq
mini,priſtiuum erroris ardorem ardore fidei commutate. Quid maledictorum pannos hinc inde
cõſuitis, & eorum carpitis vitam,quorum fidei reſiſtere non valetis? Num idcirco non eſtis vos hę
retici,ſi nos quidam aſſertione veſtra crediderint peccatores? &c.]

Inter hæc autem & monachos olim legatos a Theophilo miſſos dediſſe aduerſus illos mona- — III.
chos Origeniſtas Imperatori libellos ipſorum criminibus plenos,auctor eſt Palladius,qui fauens
(vt dictum eſt)Origeniſtis,eos calumniarum refertos fuiſſe tradit:de ambarum enim partium li
bellis hæc habet [b]: Profecti dehinc monachi partis violatæ,libellos multorum veſuum ſcribũt, — b Pallad. in Dialog.
monachos quidem accuſantes calumniæ,Theophilo vero impingentes,ne aliter dicam,quæ Theo
phili erant,talia & tanta,qualia & quanta quiſq.nouit. Auguſtumq.primum congreſſi, Reginam
B deinde adeunt in eccleſia S.Ioannis,orantes vt aduerſantium monachorum libelli contra ſe apud
Præfectos vrbis examinarentur;tum vt Theophilus vel inuitus adductus,Ioannis iudicio ſubijce
retur;tum demum vt Theophili monachi aut probarent crimina,quæ ſanctis ſeniorib.obiecerãt, — *Legati Theophili detruſi in carcerẽ male periere.*
aut pœnæ talionis ſubderentur. Sic itaq. Alaphius,qui modo eſt,a Principibus Alexandriam mitti
tur,vt Theophilum ducat. Sententiam reliquam Præfecti exequuntur. Cum vero ventilaretur cau
ſa,reis deprehenſis inſtabant leges,gladium ad vindictam exerentes. Infelices autem illi metuen
tes,omnia in Theophilum referunt,qui illos ſubornaſſet,libelloſq.calumniæ dictaſſet. Ita rationis
ordo illos carceri mancipat vſq.ad Theophili aduentum reſeruandos. Ex his alij moriuntur in cu
ſtodia,diutius remorante Theophilo:alij poſt ipſius aduentum(pecunijs enim Iudicum ſeuerita-
tem emollierat.)Proconeſſum ire in exilium iuſſi.]hactenus Palladius,qui ſubdit de aduẽtu Theo
phili Conſtantinopolim,de quo nos anno ſequenti.

Hoc inſuper anno concertationes haud leues inter S.Ioannem Chryſoſtomum,atq.S.Epipha — IV.
nium Epiſcopum Conſtantiæ Cypri,Conſtantinopoli interceſſerunt. Qui enim (vt ſuo loco ſupe- — *Diſſidia inter Chryſſtomũ & Epiphaniũ.*
rius dictum eſt)mittendo Synodale decretum Concilij Alexandrini de anathemate Origenis &
C eius hæreſum,ſimulq.ſectatorum eorum Origeniſtarum, in Synodo habita in Cypro firmatum:
vbi ſe nihil profeciſſe,ſed eos Conſtantinopoli foueri cognouit;ipſe Epiphanius, qui primus om-
nium aduerſus Origeniſtas vexillum Catholicæ pietatis erexerat,conſcenſo nauigio Conſtantino
polim ſe contulit,afferens ſimul ſecum & decretũ Concilij,quod collegerat in inſula Cypri. Hęc
enim tum ex ſuperius recitata Theophili ad eum ſcripta epiſtola,tum ex Soxomeno [c] colligũtur. — c Sozom. lib. 8. cap.14.
Ceterum quod inter Syrtes oratio nauigare cogatur,cum paſſim vera falſis admixta inueniantur
(nam alij vel fauentes Chryſoſtomo,vel ſtudentes Origeniſtis,vt dictum eſt, in odium Theophi-
li,complura in Epiphanium falſa coaceruaront)ne in has impingat oratio, magna adhibenda eſt
diligentia. Nos igitur quæ ſcripta ſunt a Sozomeno recenſentes,in quibus veritas periclitetur, cõ
monfaciemus lectorem. Ipſe enim rem ſic aggreditur enarrare:

Conſiderans Theophilus plurimum ſibi profuturum,ſi ſtudij ſui ſocium nactus eſſet Epipha- — V.
nium Salaminæ in Cypro Epiſcopum,virum ea ætate ob integritatem vitæ clariſſimum: ipſum ſi- — *Multa in Sozomeno corrigenda.*
bi amicum reddidit. Hunc enim cum antea reprehendiſſet, quod Deum humana forma præditũ
cenſeret:iam velut ex pœnitentia rectam ſententiam doctus,ſe eum illo conſentire ſcripſit, & ad-
D uerſus libros Origenis,qui huiuſmodi dogmatum auctor extitiſſet,calumniam inſtituit.]hæc cum
audis,lector,prouoco te ad ea quæ ſuperius dicta ſunt de calumnia,qua Ioannes Hieroſolymita-
nus Epiſcopus & alij Origeniſtæ exagitarunt veteratorie nimis tum Epiphanium, tum Theophi-
lum,& alios omnes qui Origenis impugnarent errores. Ceterum & illud etiam in Sozomeno cor
rigendum,quod ait,per Theophilum excitatum eſſe aduerſus Origenem Epiphanium. Contrariũ
plane accidit:nam primo(quod dictum eſt)ipſe S. Epiphanius atq. S.Hieronymus aduerſus Ori-
geniſtas concertare cœperunt,vltimo vero loco Theophilus. eſt enim de his querela Hieronymi
[d],quod vix tandẽ ipſe Theophilus aduerſus eoſdem hæreticos fuerit excitatus. Sed verũ illud eſt, — d Hiero epi. 70.
Theophilum tandem aduerſus eos commotum,litteris ſolicitaſſe tum Epiphanium,tum Hierony — e Apud Hieron. epi.67.69.72.
mum; quod eiuſdem ad eos datæ litteræ [e] produnt.

His igitur emendatis in Sozomeno, iam reliqua ab eo ſcripta audiamus:Epiphanius(inquit) — VI.
iam olim auerſatus Origenis ſcripta,libenter aſſentitur epiſtolæ Theophili:& conuocato Epiſco- — *Theophilus qd eum Epiphanio.*
porum Cypriorum Cõcilio,lectionem librorum Origenis damnat: & perſcripto eorum ipſorum
decreto,tum alijs,tum Conſtantinopolitano Epiſcopo ſuadet, vt Synodum conuocent, & eadẽ de
E cernant.]Quod vero poſt hæc ſubdit Sozomenus,a Theophilo coactum ea de cauſa Conciliũ Ale
xandriæ:id antea factum eſſe litteræ [f] eiuſdem Theophili ad Epiphanium ſcriptæ declarant; ſed — f Apud Hieron. epiſt.67.
poſthac laboraſſe pro cogenda Synodo Conſtãtinopoli,cuius cauſa ſcripſerit Epiphanio, reliquiſ
que per Orientem Epiſcopis:Cum primus omnium non multo poſt(inquit Sozomenus)Epipha
nius ex Cypro traijciens,in locum Conſtantinopoli vicinum appulit,quem Hebdomon appellãt:
& precibus in eccleſia ibi fuſis,poſtea in ciuitatem venit.]

Addunt alij,illic ab Epiphanio ordinatum fuiſſe quemdam diaconũ;quod nõ licebat in diœ — VII.
ceſi non ſua facere. At cum de re tanta ne verbum quidẽ Sozomenus habeat,id commẽtum fuiſſe — *Epiphanius falſo arguitur ordinaſſe Diaconum.*
non dubites:ſed vnde error acceptus,audi. Loco Ioannis Epiſcopi Hieroſolymorum, ſcias acce-
ptum Ioannẽ Conſtantinopolitanũ Antiſtitem;ab illo enim, non ab iſto de ordinatione diaconi
controuerſia mota eſt. Etenim ab ipſo Epiphanio,neſciente Ioãne Epiſcopo Hieroſolymitano,in
ſuo monaſterio Eleutheropoli in Palæſtina ſub eiuſdẽ Ioãnis diœceſi diaconus ordinatus eſt;cu-
ius rei cã idẽ Ioãnes haud leue ei negotiũ faceſſiuit,cũ idẽ Epiphanius S.Hieronymũ(vt ſuo loco

dictum eſt quarto Annalium tomo)habnit defenſorem.Quod ergo ſub diœceſi Ioannis illius factum fuit,id rerum ignari ſub Ioannis Chryſoſtomi diœceſi accidiſſe ſcripſere. Sed minime vir A
ſanctiſſimus bis in id ipſum; nec quidem veriſimilis vlla accedit cauſa, vt qui ouper e Cypro ſoluerat,neceſſitas impulerit in ſuburbio Conſtantinopolis ordinare diaconum. Faceſſat igitur de ordioato in Hebdomo diacono inanis aſſertio,quã Sozomenus Socrate longe accuratior (vt Photius multis oſtendit) nonagnouit; licet ipſe,vt ille & alij, fauerit Origeoiſtis, & ſugillauerit cum alijs Epiphanium,vt cum mox iſta ſubdit:

VIII. Ioannes ingredientem Epiphaninm totius cleri proceſſione veneratus eſt: ceterum Epiphanius manifeſte præſetulit,quòd calumnijs aduerſus illum ſtructis conſenſiſſet. Nam inuitatus, vt in domibus Eccleſiaſticis diuerſaretur, non acquieuit.] bæc ipſe. Ceterum vitandi communionem Chryſoſtomi cauſa illa interceſſerat, quod ante litteris (vt dictum eſt) monitus de damnando Origene atque Origeniſtis Ioannes ab Epiphanio, minime ex cauſis ſuperius dictis acquieuiſſet; oimirum quod Origeniſtæ illi ſe paſſos eſſe calumniam conclamaſſent; & de damnatione operum Origenis, quæ Patres ſanctiſſimi hactenus luſcepiſſent, conſultius agendum eſſet.

Epiphanius uitat communicationẽ Chryſoſtomi.

a Sozom. lib. 8. c. 14.

Quæ autem ab Epiphanio Conſtantinopoli geſta fuerint,Sozomenus [a] ita ſubdit: Et quia conſortium habere cum Ioanne Epiphanius fugeret,conuocatis priuatis Epiſcopis ijs qui Conſtan- B
tinopoli morabantur,oſtendebat ea quæ aduerſus libros Origenis decreta erant:ac noonullos induxit,vt cum his ipſis ſuum ſuffragium quoque adijcerent: quod tauen plurimi facere detrectabant.Quin Theotimus Scythiæ Epiſcopus Epiphanium in os perſtrinxit. Aiebat enim, nequaquam eſſe fas,eum qui iampridem eſſet mortuus,afficere contumelia: neque extra blaſphemiam eſſe,maiorum cenſuram calumoiari,& quæ ab illis decreta ſunt,reprobare. Hæc vbi dixiſſet,librũ quemdam Origenis in medium profert ac recitat: & recitata Eccleſijs vtilia eſſe demonſtrans: Ineptum quiddam (inquit) his accedit,qui iſta vituperant: periculum enim eſt, oe ea ipſa damnent,de quibus hi libri conſcripti ſunt.

Diſceptatio Theotimi cũ Epiphanio.

IX. Porro Ioannes etiamnum venerabatur Epiphanium;eumq. rogabat,vt & vna eccleſia, & vna domo ſecum vteretur. Sed ille neque eadem domo vſurum eſſe,neque vna precaturum cum illo, renuociabat,niſi damnaret libros Origenis,& Dioſcorum vna cum ſocijs expelleret. Verum cum ille id ante cauſam in iudicio cogoitam facere,iuſtum non eſſe diceret,ac proinde differret: Quoniam io templo Apoſtolorum communio celebranda inſtabat,Epiphanium ſuboroant inimici Io- C
annis,vt is prodiret,ac publice coram populo libros Origenis damnaret, & vna Dioſcorum eiuſq. ſocios,vt qui eamdem cum Origene opinionem fouerent; & interim Epiſcopum quoque ciurarıs taxaret,qui hiſce faueret. Atque hi quidem id ſtudebant; putabant enim,ſe eum hac ratione in odium populi coniecturos. Itaque poſtridie in hoc egreſſus Epiphanius, iam prope ad eccleſiam peruenerat: cum obuiam illi veniens Serapioo diaconus ab Ioanne miſſus (perceperat enim ea quæ pridie fuerant conſtitura) proteſtabatur eum oeque æquum facere,neque quod ipſi expediret; cum quidem & ipſe in periculum venturus ſit,ſi forte tumultus aliquis in populo aut ſeditio mooeatur,cuius auctor ipſe extiterit. Atq. ea quidẽ oratione ille ab impetu iſto auerſus fuit.] hucuſque Sozomenus.

X. Sed antequam vlterius progrediatur oratio, qualis, quantusve fuerit Theotimus iſte, de quo mentio facta eſt,fauiſſe Chryſoſtomo,ex eodem auctore Sozomeno [b] accipe: Eadem (inquit) memoria Tomienſium & reliquæ Scythiæ Eccleſiam gubernabat Theotimus Scytha, vir in philoſophia enutritus; quem ob virtutem admirati Hunni,Iſtri accolæ barbari, Deum Romanorum appellabant:nam ſane diuinas in eo virtutes experti fuerant. Fertur enim,quod aliquando iter per hanc barbarorum terram facienti, eadem via obuij facti ſunt, qui ad deprædationem adequitabant. Lamentantibus igitur eius ſocijs, perinde ac iam iam eſſent perituri: ille deſcendens ab D
equo,orabat.Quo facto,barbari neque eo,neque comitibus eius,neque equis quibus inſidebant, conſpectis,prætericrunt.

b Sozom. libr. 7. c. 27.

Theotimus sãctitate celebris.

XI. Cum autem crebris incurſionibus Scythas infeſtareot Hunni, quamuis natura eſſent feri, tamen ad manſuetudinem conuertit,tum conuiuijs,tum muneribus eos libenter excipieos. Qua quidem ex re vir quidam barbarus ſuſpicatus eum eſſe opulentum,dolo capere ſtatuerat. Parato igitur ad hoc laqueo ad ſcutum alligato, ſicut in hoſtes conſueuerat, illi dum colloquitur, ſublata dextera,funem immiſſurus erat,tamquam eum ad ſe & ad contribules attracturus. At vero manus in ipſo conatu eleuata,In aere remanſit:nec antea barbarus ex inuiſibilibus iſtis vinculis liberatus eſt, quam, alijs pro ipſo intercedentibus,Theotimus Deum exoraſſet. Aiunt porro quod hic in coma outrienda (*philoſophico nempe habitu*) & philoſophiæ ſtudium, vti cœperat, proſecutus, ac tenui victu vſus ſit, ſumendique nutrimenti non ſemper idem, ſed in fame atque ſiti tempus determinauerit. Philoſophi enim erat, opinor, his quoque pro neceſſitate, & non E
pro otio locum dare.] hæc ipſe. Putamus equidem eodem ſanctiſſimo viro auctore factum, vt Hunni illi, quos Sanctus Hieronymus Chriſto iam credidiſſe tradit, ad fidem conuerſi fuerint: etenim vt eos lucraretur Theotimus, omni officiorum genere eos demereri curaſſe,ex Sozomeno vidimus. Porro eius memoriam ex tabulis Eccleſiaſticis XII. Kal. Maij anniuerſaria die Catholica Eccleſia celebrat. Hæc ingerimus,vt cum tantum virum pro Ioanne Chryſoſtomo ſtetiſſe audis; intelligas,etſi non iuſtam cauſam,iuſtos ſaltem cauſæ prætextus fouiſſe Chryſoſtomum.

Theotim' plures Hunnos cõuertit.

XII. Ceterum ab eius defenſoribus falſa complura aduerſus eius aduerſarios afferri,tum quæ ſuperius adducta ſunt manifeſte declarant,tum etiam quæ proxime dicturi ſumus. Prædicant enim defenſores S. Ioannis Chryſoſtomi,& qui cauſam pro Origeniſtis agunt, vno ferme ore,contendiſſe Epiphanium,vt damnarentur libri Origenis: id namque ipſum conatum eſſe in Synodo Cypria, idq. litteris olim Ioanni ſignificaſſe, atq. etiam Conſtantinopoli elaboraſſe tradunt: quod quidẽ quam procul a veritate abhorreat,oſtendemus ex eiuſdem Epiphanij aſſertione, ex litteris inquã

ipſius

A ipſius a S.Hieronymo recitatis. Siquidem haud aliud contendiſſe ſanctiſſimum ſenem conſtat, q̃
vt Origenis damnarentur errores; quos curioſi nouatores complures (vt vidimus) in Palæſtina diſ
ſeminare cœperunt; adeo vt & Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum in eaſdem hæreſes pelle
xiſſent: quem vt curaret, atq. ad ſaniorem mentem reſtitueret, ipſe Epiphanius ad eum epiſtolam
ſcripſit, quam magna ex parte S.Hieronymus [a] in epiſtola ad Pammachiū aduerſus errores eiuſ
dem Ioannis Hieroſolymitani cõtexuit; vbi declarat, magno ſtudio S.Epiphanium curaſſe, vt Ioā
nem ipſum auocaret ab erroribus Origenis, non autem a lectione librorum eiuſdem. Quin & hære
ſes ſingulas Origenis octo diſtinctas capitib. ab Epiphanio in Ioannem obiectas, idem Hierony-
mus in dicta recenſet epiſtola: neq. præterea quicq̃ vltra ab eo expetiſſe, niſi vt illos damnaret erro
res: vt cum ita eum ſua epiſtola cõpellauit [b]: Præſta mihi & tibi, vt ſalueris (ſicut ſcriptum eſt [c])
a generatione peruerſa: & recede ab hæreſi Origenis, & a cunctis hæreſibus, dilectiſſime, &c.]

Epiphanius errores tātum Origenis explodendos dicebat.
a Hier.epiſ. 61.
b Apud Hiero. dict.epiſt.61.
c Act.2.

XIII.

Sed & Hieroſolymis cum in eccleſia poſt Ioannem idem Epiphanius loqueretur; hoc ipſum cõ
tendiſſe, idem tradit S.Hieronymus, nimirū vt Origenis peruerſa dogmata dānarentur, cuius hęc
recitat verba: Aequum eſt, vt q̃uo hanc hæreſim condemnamus, etiā Origenis peruerſa dogmata
B condemnemus.] Sed & in epiſtolis vltro citroq. datis inter ipſum atq. Theophilum ſimulq. Hiero-
nymū, nihil præterea actum, niſi vt Origenis hæreſes dānarentur, ac ſimul cum eis, qui eiuſdē Ori
genis eoſdem conſectarentur errores. Nec aliud quidem accepit a Theophilo Epiphanius, niſi vt
errores Origenis cū auctore ac ſectatorib. condemnaret: de libris aūt ne verbum quidem. Nā ad
ipſum [d] ſcribens de celebrando in Cypro Concilio, & litteris Conſtantinopolim mittendis, vt
hoc agat, admonet, nimirum vt conſenſu omnium ipſe Origenes nominatim atque hæreſes ipſius
pariter damnarentur: nec quicquam præterea in ſuis Paſchalib. Theophilus profeſſus eſt, qui non
octo tantum, ſed multo plures Origenis collegit errores: nam de eo hæc Caſſiodorus habet [e]: Theo
philus Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex trigintaquinque ſenſus Origenis hæretica prauitate diſtor
tos Catholica veritate conuicit.] hæc ipſe. Sed nec etiam S. Hieronymus, de iiſdem frequentius a-
gens, de damnatione librorum omnium Origenis ſermonem aliquando miſcuit: immo ad Tran-
quillum ſcribens, eos abſque crimine legi poſſe, his verbis ſignificat [f]:

d Apud Hieron. epiſt.67.
e Caſſiod. de Diuin.lect.c.1.
f Hier. epiſt.76.

XIIII.

Quod dicis Origenis multos errore deceptos, & ſanctum filium meum Oceanum illorum inſa
niæ repugnare: & doleo ſimul, & gaudeo, dum aut ſupplantati ſunt ſimplices, aut ab erudito viro er
C rantib. ſubuenitur. Et quia meæ paruitatis quæris ſententiam, vtrum ſecundum fratrem Fauſtinū
penitus reſpuendus ſit, an ſecundum quoſdam legendus ex parte: Ego Origenem ꝑp eruditionem
ſic interdum legendum arbitror, q̃uo Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Apollinarium, & non-
nullos Eccleſiaſticos ſcriptores Græcos pariter & Latinos, vt bona eorum diligamus, vitemuſq. cõ
traria, iuxta Apoſtolum dicentem [g]: Omnia probate, quod bonum eſt, tenete. Ceterum qui vel
in amorem eius nimium, vel odium ſtomachi ſui prauitate ducuntur, videtur mihi illi maledicto
prophetico ſubiacere [h]: Væ his qui dicunt bonum malum, & malum bonum: qui faciunt amarū
dulce & dulce amarum. Nec enim propter doctrinā eius praua ſuſcipienda ſunt dogmata, nec ꝑp
dogmatum prauitatem, ſi quos commentarios in Scripturas ſanctas vtiles edidit, penitus reſpuen
di ſunt.] Hæc eſt igitur Hieronymi ſententia, qui & ſubdit iſta ad finem: Quod ſi contentioſum in
ter ſe amatores eius & obtrectatores funem duxerint, vt nihil medium appetant, nec ſeruent mo-
dum, ſed totum aut probent, aut improbent: libentius piam ruſticitatem, quàm doctam blaſphe-
miam eligam.] idq. iure; ne probantes in omnib. Origenem, eius quiſq. ſimplex neſciens, dum cibū
ſe putat ſumere, venena deglutiat. Ceterum vt quis libros Origenis omnino damnandos eſſe ſen-
D ſerit, neminem præter Fauſtinum inuenimus, cuius ipſe Hieronymus meminit. Verum non hære-
ſes tantum Origenis, ſed ipſarum auctorem Origenem habendum hæreticū, & ab Eccleſia explo-
dendum, S.Hieronymus abſq. vlla dubitatione conſentit; nam in Ruffinum poſt alia multa hęc ha
bet [i] ex ſententia Epiphanij; Si enim propter vnum verbum aut duo, quæ cõtraria fidei ſunt, mul
tæ hæreſes abiectæ ſunt ab Eccleſia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruer
ſitates & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, & Dei Eccleſiæ hoſtis extitit?] Sed Anaſtaſiū
Romanum Pontificem alioſque Epiſcopos Occidentis damnaſſe hæreſes Origenis cum ſectato-
ribus eius, S. Hieronymus haud obſcure ſignificat [k].

S. Hieronymi regula de Origenis libris legendis.
g 1.Theſſ.5.
h Iſai.5.
i Hieron.aduer. Ruffin. Apol.2.
k Hier.epiſt. 78.

XV.

Iam intelligis, puto, lector, quam calumnioſe hiſtorici illi Origeniſtarum fautores, vel Ioānis
cauſæ acerrimi defenſores, ad inuidiam commouendam in eorumdem aduerſarios Epiphanium
Theophilum, atq. alios dixerint ab his libros Origenis eſſe damnatos; introducuntq. veteratorie
pro libris Origenis legendis ſanctiſſimum Epiſcopum Theotimum diſputantem, & Epiphanium
redarguentem: nam nulla inter eos ea de cauſa contentio interceſſit: cum S.Epiphanius (vt dictū
eſt) in errores Origenis, eorumque auctorem & ſectatores, non autem in omnia eius ſcripta quam
E æquiſſime conclamaret; neque tunc primum, ſed plurimos ante annos ea de cauſa aduerſus eā im
pietatem anteſignanus in Palæſtina conflixerit. Ex his pariter errore lapſum videas Seuerum, vbi
in dialogo ait [l] (quæ ſuperius recenſuimus) in Synodo Alexandrina vetitum, ne quis legeret Ori
genis libros, vel eos penes ſe haberet.

Quid captioſe Origeniſtæ de libris Origenis.
l Seuer. dialog. lib.1.

XVI.

Quod vero apud Anaſtaſij Papæ epiſtolam ad Ioannem Hieroſolymitanum habeatur, damna
tam Imperatorum reſcripto Origenis lectionem: ea vtiq. intelligenda eſt libri Periarchon, de quo
totus eſt ille ſermo Anaſtaſij cum Ioanne; cuius operis editionem Latine redditam a Ruffino, Ro-
mæ vulgatam magno Fidelium detrimento, Anaſtaſius ipſe quoq. proſcripſit vna cum eius aucto-
re Ruffino. De eodem quoq. Origenis Periarchon, errorum fonte, puto intelligendum, quod repe
ritur in reb. geſtis S. Pachomij; ipſum execratum eſſe monachos legentes libros Origenis: Circum
ferebātur enim libri illi Periarchō per Aegypti monaſteria, q auctoritate Didymi eos narationib.
illuſtrantis apud nonnullos magno erāt in pretio. Vnde & factū eſt, vt idē Pachomius ex hac vita
miſtraturus, quaſi teſtamento Origenis errores damnatos reliquerit. His vero conſentiens

Periarchon tātum lectio vetita.

a Gelaſ. in Rom. Concil. cap. 1. de lib. apocr. tom. 1. Concil.

ad poſtremum acceſſit de ſcriptis Origenis Gelaſij [a] Papæ cenſura, quæ ita ſe habet: Origenis nō A
nulla opuſcula, quę vir beatiſſimus Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus; reliqua autem
omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe rennenda.]

XVII.
Quid Gręci antiqui patres de Origenis lectione.
b Socr. li. 6. c. 12.

His quoq. conſentaneam fuiſſe Græcorum Patrum ſentētiam, eorum inquam qui Origenem
impugnarunt, vt præter errores cetera eiuſdem auctoris ſcripta retinerentur, teſtatur Socrates [b],
cum agit de reprehenſoribus Origenis Methodio, Euſtathio, Apollinari, atq. Theophilo, quorum
alij alia de re Origeni crimen intenderent: Vnde (inquit) ſinguli ſeparatim omnibus perſpicue de-
clararunt, ſe illa omnia omnino in eo approbare, quæ ipſi non nominatim coarguiſſent. Nam quo
niam alius aliud dogma ſigillatim reprehendebat: perſpicuū eſt, ſingulos illud tacitos ſecum om-
nino habuiſſe pro vero, quod minime inſectati ſunt; & id ipſum re ipſa approbaſſe, quod non ver-
bis exagitaſſent.] hæc ipſe. Sed illud perperam, dum ſugillat ſanctiſſimos viros Methodium & Eu
ſtathium (vt prætereamus modo Apollinarem atq. Theophilum) quaſi ambitioſe captare conatos
laudem ex Origenis vituperatione. Verum & illud omnino falſum, quod de Methodio his verbis
ſubdit: Methodius etſi ſæpe multumq. initio in Origenem inuectus erat: poſtea tamen quaſi ad pa
linodiam ſe reuocans, illum in dialogo, quem Zenonem inſcripſit, ſummis laudibus extulit.] hæc B
Socrates: quæ quidem confictí mendacij facile arguuntur ex his quæ de Methodio apud S. Hiero-
nymum ex Euſebio leguntur; quibus plane conuincitur, cōtrarium penitus accidiſſe, nempe quod
Methodius ante bene exploratum Origenē, ipſum laudarit, poſtea vero diuturniori vſu probe co-
gnitum criminis hæreſeos incuſarit. idq. probatur (quod fortius eſt) ex Euſebij defenſoris Orige-

c Hiero. Apolog. 1. lib. 1. in Ruff.

nis teſtificatione, dum ait [c]: Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, cuius ſupra memini, in ſexto libro
τῆς ἀπολογίας Origenis, hoc idem obijcit Methodio Epiſcopo & martyri, quod tu in meis lau-
dibus criminaris, & dicit: Quomodo auſus eſt Methodius contra Origenem ſcribere, qui
hæc & hæc de Origenis locutus eſt dogmatibus?] quaſi ille turpiter poſtea accuſarit, quem an-
te laudaſſet.

XVIII.
Socrates Origeniſta & impoſtor.
d Hier. de Script. Eccl. in Method.
e Epiph. hær. 64.

Ex his videas, quam patentis mendacij Socrates conuincatur, dum ait Methodium ante vitu
peraſſe Origenem, poſtea vero commentario edito prædicaſſe: cum, auctore Euſebio eiuſdem O-
rigenis patrono, contrarium prorſus acciderit, nempe, vt cum eum ante laudaſſet, poſtea contra
ipſum librum elaborarit; cuius lucubrationis Methodij S. Hieronymus [d] meminit, dum ab eo
edita recenſet ſcripta: ex quo libro quamplurima citat S. Epiphanius [e], dum errores confutat C
Origenis: ſed id quidem facere erubuiſſet, ſi ſciſſet ab eodem auctore aduerſarium illis ſcriptum
fuiſſe poſtea commentarium. Et vnde Socrati nouum hoc & inauditum, recantaſſe palinodiam
Methodium, atque eam in dialogo Zenone dicto pœnitentem exaraſſe; quam omnes Origenis de
fenſores, Euſebius, Ruffinus, & alij penitus ignorarunt? quod ſi nouiſſent, certe quidem exſcrip-
ſiſſent aureis litteris, & citaſſent, ſi vel nomine tenus inſcriptum Methodij eo argumento com-
mentarium, quamuis commentitium, inuenire potuiſſent hi, qui & falſam Apologiam Pamphili
martyris nomine ediderunt. Ex his plane intelligis, lector, Socratem Nouatianum æque fuiſſe ēt
Origeniſtam, & haudquidem remiſſum, vel ſegnem, ſed audaciſſimum, vtpote nouæ inuentorem
Apologiæ Methodij nomine exornatæ. Hæc ingerimus, quod plurimi intereſt in veritate hiſtori-
ca diſquirenda, affectus auctoris expendere. His igitur elucidatis, & Sancto Epiphanio a calum-
nia vindicato, atque ab ea inuidia liberato, iam quæ ſunt reliqua rerum geſtarum eius Conſtan-
tinopoli proſequamur.

XIX.
f Sozo. li. 8. c. 15.
Inter Eudoxiam & Epiphanium conflictus.

Interceſſiſſe quoq. inter Epiphanium & Eudoxiam Auguſtam altercationem quādam, Sozo-
menus tradit, qui eam ita deſcribit [f]: Interea temporis accidit, vt morbo corriperetur filiolus D
Imperatoris. Mater ergo ſolicita ne quid illi grauius accideret, miſſo nuncio, Epiphaniū rogabat,
vt pro eo oraret. Ille pollicetur, ægrotum eſſe victurū, ſiquidem illa Dioſcorum, eiuſq. ſocios hæ-
reticos *(fugatos ante Alexandria monachos Origeniſtas)* auerſaretū. Imperatrix vero: Atqui (inquit)
meum filium, ſi Deo repetere placuerit, ita fiat. Dominus idem eſt, qui dedit, rurſum auferet. Tu
vero ſi mortuos excitare poſſes, mortuus vtiq. non eſſet archidiaconus tuus. Erat enim non multo
antea mortuus Criſpion, quem fratrem exiſtentem Phiſconis & Salamini monachorū, quorū ſub
Valente mentionem fecimus, cum familiarem haberet, archidiaconū conſtituerat. Iam vero Am-
monius eiuſq. ſocij ad Epiphanium veniunt: ita ipſi Imperatrici viſum fuit. Et ſciſcitanti ei, qui-
nam eſſent: reſpondens Ammonius: Longi (inquit) ſumus, o Pater: *(ita enim cognomento dicti erant
Origeniſtæ illi)* Ac num quando vel in diſcipulos, vel in libros noſtros incideris, libēs equidem co-
gnoſcerem. Illo negante, iterum rogauit: Vnde ergo eos hæreticos eſſe cenſuiſti, qui illorū ſcientiæ
probationem nullam habes? Et cum ſe id ex auditu habere, ille reſpondiſſet: Atqui nos (inquit)
plane diuerſum fecimus. Nā & in diſcipulos tuos frequenter incidimus, & in libros, ex quibus ille
eſt, qui ex anchora titulum præfert: & cum multi te conuicijs proſcindere, atque velut hæreticum E
calumniari vellent; nos, vt patrem æquum erat, defendimus, & reſponſo tutati ſumus. Quocirca
nec tu, indicta cauſa, ex ſolo auditu damnare debebas, quæ certo ipſe non cognoueras; neq. eiuſ-
modi vicem rependere illi, qui de te loquitur bene. Epiphanius itaq. deinceps moderatius locu-
tus, viros iſtos a ſe dimiſit. Ac non multo poſt abnauigauit in Cyprum; ſiue quod eum Conſtanti-
nopolitanæ profectionis pœnitentia cœpiſſet; ſiue quod eum oraculo admonuiſſet Deus, ac mor-
tem ipſi (vt conſentaneum eſt) prænunciaſſet. ſiquidem inter nauigandum, priuſquam in Cyprum
perueniſſet, eſt mortuus.] hucuſq. Sozomenus.

XX.
De Epiphanio et Eudoxia diuerſa narratio.

Iam inter legendum, puto te, lector, ex plurimis, quæ ſuperius dicta ſunt, abſque aliqua recen-
ti admonitione ſenſiſſe ab Origeniſtarum fautore eam eſſe ad eorum defenſionem inſtitutam nar
rationem, qua illi innocentiſſimi demonſtrentur, & S. Epiphanius leuiſſimus ſugilletur, qui vano
auditu percitus, tantum in eius proſecutione cauſæ laborem inſumpſiſſet. Sed quam hæc captioſa
ſint atque penitus falſa, veritatis expenſa lance, citius apparebit. Ac primum illud quam procul

aberrat

A aberrat a vero, vt Eudoxia perinfenſa Chryſoſtomo, fauerit monachis illis Origeniſtis, & Epipha
nium fuerit auerſata? Quam autem ab his diuerſa ſit, quæ ab alijs de rebus geſtis Epiphanij cum
Eudoxia narratur hiſtoria, ex Leone Auguſto accipe: Ipſa autem (inquit [a]) Eudoxia Epiphaniũ a Leo Imper. in orat. de zo. ns Chryſoſt.
celerrime trahit ad ſuas partes, ea docens & ſuggerens, quæ eius iniquam explebant libidinem, &
quæ ſanctum deponebant, adijciens etiam arcanum (o hominum audaciam! o diuinam lenitatẽ!)
hæreticum eſſe Dei ſeruum & famulũ. Quid autem contra ſapiens dixerit Epiphanius, audiamus.
Si eſt tibi quidem (inquit) ratio, o Imperatrix, cur hæreſim ei impingas: adſit & cauſam ſuam agat
Ioannes in pœnitentia. Sin autem hæc verba profers cauſa contumeliæ: tibi minime aſſentitur Epi
phanius. Tunc commota illa hoſtis, erupit in hanc execrandam vocem: Si, o Epiphani, ſis impedi-
mento quominus Ioannes mittatur in exilium: ecce aperiam templa idolorum, & contendam vt
ea adorentur. Non amplius ergo ferens Epiphanius aures ſuas pollui cœno inimicæ feminæ, totus
perfuſus fuit lacrymis; & ſe eorum innocentem eſſe pronuncians, fugã omnino arripuit.] iſta Leo,
quæ & fuſius apud Metaphraſtem narrata habentur: quibus videas, quam diſparia hæc ſint ab hi-
ſtoria nuper ex Sozomeno recitata.

B Sed quid ad illud, quod Ammonium Origeniſtam idem Sozomenus ponit coram Epiphanio XXI.
expoſtulantem, quod leui tantum auditu aduerſus ipſum ac ſocios monachos certamen inijſſet? *Iuſte defenditur Epiphani' a calumnia Sozomeni.*
Leue ne argumentum exiſtimandum erat, quod Theophilus non priuatis tantum litteris, ſed Sy-
nodalibus ex Concilio Alexandrino ſcriptis, hos hæreſis conuictos atq. damnatos eſſe conſcripſe-
rat? Et cuinam rei maior in Eccleſia fides adhiberi ſolet, quam Synodalibus ſanctionibus, quæ præ
ſertim diuulgatæ ſcirentur in Orbem, atque receptæ ab Anaſtaſio Romano Pontifice, quibus tum
Origenis & errorum eius, necnon ipſorum Origeniſtarum nominatim damnatio contineretur?
Vides ergo, quam procul abhorret, vt iſta in Epiphanium Ammonius iactare potuerit, & his con-
uictum Epiphanium pœnituerit ſuſceptæ prouinciæ, & ſic diſceſſerit Conſtantinopoli. Sed & quæ
ad poſtremum de exitu Epiphanij idem Sozomenus habeat, hic reddamus, vt vna cum alijs aper
tis mendacijs fortius confutemus.

Cum autem (inquit [b]) nauim iam conſcenſurus Epiphanius eſſet, Epiſcopis illum ad mare co- XXII.
mitantibus, dixiſſe fertur: Ego vobis relinquo vrbem & Palatium & actionem: ipſe autem decedo: b Sozom. lib. 8. c. 15. 16.
feſtino enim, & quidem admodum feſtino.] hæc tunc ipſe; moxq. iſta ſubdit Sozomenus: Atque
C equidem ex multis cognoui, adhuc durare rumorem, quod Ioannes Epiphanio mortem in mari *Ioãnis & Epiphanij prophetica prædictiones.*
futuram prædixerit, & ille viciſſim huic Epiſcopatus amiſſionem. Nam quo tempore inter ſe liti-
garent; ille Ioanni proteſtatus eſt: Spero te non moriturum Epiſcopũ. Et Ioannes illi viciſſim pro-
teſtatus eſt: Et ego ſpero nec te quidem ingreſſurum eſſe ciuitatem tuam.] hactenus Sozomenus.
Sed & hæc exacta veritatis ſunt examinanda cenſura. Scimus eadem a Socrate [c] narrari, incerto c Socr. li. 6. c. 13.
tñ auctore. Iactata aũt hæc externorum ſermonibus, Leo [d] Aug. tradit. Apud Metaphraſtem ve- d Leo Aug. orat. de Io. Chryſoſt.
ro hæc de diſceſſione Epiphanij habentur [e] poſt conflictum ipſius cum Eudoxia vrgente Chryſo e Metaph. in Vita Chryſoſt.
ſtomi damnationem: Diuinus autem Epiphanius percuſſus abſurditate eorum quæ dicebãtur ab
ea, cum dixiſſet: Ego iudicij, quod ſic habet, ſum inſons: protinus eſt egreſſus. Quędam autem falſa
fama, quæ ex hoc ad omnium aures peruaſit, quod ipſe quoq. Epiphanius huic depoſitioni Patriar
chæ ſit aſſenſus, ad magnum vſq. Ioannem peruadit. Ille vero aut veritatẽ ignorauit, fortaſſe quod
Deus eum celaſſet diuina quadam prouidentia, vt aliquo modo efficeret ambos, quæ vtriſq. euene
runt, prædicere: aut ſciuit Ioannes quidem non eſſe verum quod fama ferebatur: Iubens autem
aſſenſus eſt multorum exiſtimationi, vt ſic Epiphanio futurum prædiceret. Fertur ergo Patriar-
D cha ſic poſt hæc ſcripſiſſe ad Epiphanium (ſcripſit autem ſimpliciter & familiariter) Frater Epi-
phani, audiui te conſenſiſſe meæ relegationi: Scias autem nec te ipſum tuam ſedem viſurum am-
plius. Ad hæc ſacroſanctus Epiphanius ſimplicibus rurſus verbis reſcripſit, quibus quoque ipſe
vtar: Athleta Ioannes, feri, & vince: ſed nec ipſe peruenies ad videndum locum exilij. Vera autem
fuerunt quæ dicta ſunt ab vtriſque. Nam & Epiphanius cum ſtatuiſſet nauigare in Cyprum, dece-
dit in nauigatione: & admirabilis Ioannes priuſquam perueniret ad locum exilij, migrauit ad Do
minum.] hactenus ipſe.

Sed vnde hæc querela Chryſoſtomo, vt vel opinione ſaltem concipere potuerit & exiſtimare XXIII.
Epiphanium ſuæ relegationi conſenſiſſe? cum nullum penitus fuerit in cauſa ipſius Ioannis agita *Refellitur cõmentũ de prophetijs.*
tum iudicium, niſi poſtquam iam Epiphanius receſſiſſet, quando contigit (vt dicturi ſumus anno
ſequenti) aduentaſſe Theophilum Conſtantinopolim. Cum igitur nulla præceſſerit eiuſmodi de
Ioannis exilio lata ſententia, cui Epiphanius aſſenſum præbuerit, quod nondum cauſa agi cœpta
fuerit: iure ea de prophetijs inuicem pronunciatis, commentum eſſe putamus. Rurſum vero quo-
modo dici poteſt Epiphanius hoc anno nauigans in Cyprum inſulam eſſe defunctus, qui adhuc an
E no ſequenti probatur vixiſſe? Etenim S. Hieronymus in poſteriori Apologia, quam aduerſus Ruf-
finum ſequenti anno ſcripſiſſe perſpicue demonſtrabitur, de Epiphanio cum meminit, ita ait: Pa-
pa Epiphanius πεντάγλωττος, quia quinq. linguis contra te & amaſium tuum (*nempe Origenem*) lo
quitur.] ita ipſe. quod ſi paulo ante (vt volunt iſti) Epiphanium defunctum eſſe contigiſſet, alio at-
que plane diuerſo titulo nominaſſet, vt alias in commentarijs in Iſaiam poſt annos quatuor ſcri-
ptis, vbi ita de ipſo [f]: Virum ſanctæ & venerabilis memoriæ Epiſcopum Epiphanium, qui inſigne f Hieron. in Iſa lib. 15. c. 54.
nobilis ingenij & eruditionis ſuæ reliquit opus, &c.] meminit de libro ab ipſo de Lapidibus ſcrip-
to, quem præſens (vt ait) eidẽ Hieronymo tradidit. Quo pariter titulo nominatus ab eo proculdu-
bio fuiſſet in nuper citata Apologia, cum eiuſdẽ meminit, ſi proxime defunctus iam eſſet: vel cũ in
ſuperiori Apologia anno itẽ ſequenti ſcripta in eodẽ argumento verſatus, cũ tamen aduerſus obla
trantem Ruffinũ defendit, poſt alia plura iſta habet [g]: Criminiei dandum eſt, quare Græcam, g Hiero. Apolog 1. lib. 2.
Syram, & Hebræam, & Ægyptiacam linguam, ex parte & Latinam nouerit? Ergo & Apoſtolus &
Apoſtolici viri, qui linguis loquebantur, in crimine ſunt, & me trilinguem bilinguis ipſe ridebis?]

XXIIII. Cur autem ante aduentum Theophili Epiphanius receſſerit Conſtantinopoli, illam quidem A
exiſtimo cauſam, quod quæſtio illa de Origene & Origenis erroribus iam tranſlata videbatur in
mutuas criminum accuſationes, quorum cauſa Theophilus ab Imperatore iuſſus eſſet Conſtanti-
nopolim ſe cōferre; cuius agitando iudicio minime intereſſe voluerit. Vel potius dixerimus, quod
ſciret ex aduerſo Theophilum ad deponendum e ſede Chryſoſtomum iam parare iudicium; ne
De tēpore obitus Epiphanij. & ipſe in eum cogeretur calculum ferre, antea mature diſceſſiſſe. Quoto autem Domini anno ob-
ierit, equidem ignoratur: quadriennium vero eum non exceſſiſſe conſtat. Ceterum iam decrepi-
a Hier. de Script. Eccl. in Epiphan. tum ætate ipſum obijſſe, certum eſt: nam ante ferme decennium de eo Hieronymus [a]: In extre-
b Pallad. dialog. ma (inquit) ſenectute, varia cudit opera.] Eum autem Palladius tradit [b] ſediſſe Epiſcopum annos
trigintaſex, ſub Damaſo atque Siricio: qua ratione ſi etiam numeres primum annum ſedis eius ab
ipſo Damaſi ſedis exordio, nempe ab anno Domini trecenteſimo ſexageſimoſeptimo, vtique ex
ſententia eiuſdem Palladij affirmare neceſſe eſſet, perueniſſe ſaltem ad annum Domini quadrin-
genteſimumtertium. quibus videas totum illud commentum euaneſcere de reciprocis illis iacta-
tis in ſe inuicem prophetijs. Prudentior quidem ceteris in hoc ipſo viſus eſt eſſe Palladius, qui li-
cet fauerit (vt dictum eſt) Origeniſtis, ipſe tamen ſciens volenſq. res geſtas Epiphanij Conſtanti- B
nopoli prætermiſit: qui & licet non ignoraret aduerſatum fuiſſe Ioanni Epiphanium, ipſum tamē
ob excellentiam meritorum non potuit non laudaſſe, cum alioqui in reliquos omnes eidem Ioan-
ni aduerſantes ſtylum maledicentiæ exacuerit.

XXV. At qui celebris in Eccleſia vixit virtutibus clarus, atq. ſpectatus vbiq. ſciētia, zeloq. potiſſimū
Epiphanius sāctitate celebris. fidei Catholicæ commendatus, poſt obitum quoq. clariſſimum Epiphanij nomen extitit, relatum
illud tum a Græcis tum ēt a Latinis inter ſanctos, anniuerſaria memoria celebrandum. Eius vultus
imago a Cyprijs ſuis expreſſa cum alijs ſacris imaginibus in eccleſia in eius perpetuū honoris mo
numentum erecta, cuſtodita, & veneratione digna habita fuit. Eſt de his egregia teſtificatio recen
c Conci. Nicæn. 2. act. 6. tom. 2. Concil. tioris Epiphanii in poſteriori Nicæno Concilio his verbis [c]: Illius diſcipuli templum in Cypro,
quod eiuſdem Patris nomine appellarunt, ædificarunt, & cū multis alijs picturis illius quoq. ima-
ginem collocarunt.] hæc ipſe. Ad poſtremum vero, quod ex inſtituto ſuſceperimus, dum veritatem
excolimus, cunctas pro viribus verrere quiſquilias, admonendum putamus lectorem, Vitam illam
Epiphanij, quam recitat Metaphraſtes, ſcatere erroribus: inter quos ille, qui ad hæc tempora ſpe-
ctat, adnumerandus, cū dicitur Epiphanius accerſitus Romam ab Arcadio & Honorio Impp. vt ſo C
rori ægrotanti ſuppetias ferret, atq. eam curaſſe, filiumq. ipſius extinctum ad vitā reuocaſſe. Ete-
nim nec Arcadius Imp. Romæ cum Honorio vmquā degit, neq. quis probare poterit Epiphaniū
vmquam Romam veniſſe, niſi ipſo Theodoſij Senioris Imp. exordio, vt quarto tomo ſuperius di-
ctum eſt. Sunt & alia ibi plane delira, quæ prudens lector verſatus in his quæ de eo ſuperius ſunt e-
narrata, facile dignoſcere poterit. Quod vero ad eius ſcripta pertinet; præter Panarium & eiuſdem
Epitomen, & Anchoratum, & de Gemmis libros, & Res geſtas S. Hilarionis, quorū eſt certa men-
tio apud S. Hieronymum & alios, eiuſdem quoq. nomine ac titulo notantur libri de Menſuris atq.
d Caſſiod. de diuin. lect. c. 5. ponderibus, necnon de Vita & obitu ſanctorum Prophetarum. Meminit Caſſiodorus [d] editum
a S. Epiphanio commentarium in Cantica cāticorum. Scimus eiuſdem nominis clariſſimos viros
alijs diuerſis temporibus claruiſſe in Oriente & Occidente, de quibus agetur inferius pro ratio-
ne temporis opportunius. At de rebus inter ambas partes Theophili atq. Ioannis hoc anno tran
ſactis hic finis eſto. Præceſſerunt hæc omnia Synodum ſequenti anno ad Quercum collectam, in
qua idem S. Ioannes a ſede, factioſorum odijs, adnitente Eudoxia Auguſta, depoſitus eſt.

XXVI. Hoc eodem anno Anaſtaſius Papa interpellatus, litteris Ioannis Hieroſolymorum Epiſcopi D
e Extat tom. 1. epiſt. Rom. Pōt. & apud Hieron. tom 9. de cauſa Ruffini Aquileienſis presbyteri ita reſcripſit [e]:
Epiſt. Anaſtaſij Papæ ad Ioannem Hieroſolymit. Epiſc. Probatæ quidem affectionis eſt hoc, vt laudabiliter de ſacerdote ſacerdos loquaris. Pro tanto
igitur præconio, quod in merita mea effuſiſſime contuliſti, vt amori tuo gratias ago, ita ſplēdorem
tuæ ſanctitatis, & eas quas in Domino habes virtutes, ſubinde quodammodo paruitatis noſtræ fa
norabilis ſermo proſequitur: tam eminenter, vir omnium præſtantiſſime, laudū tuarum fulges ni-
tore conſpicuus, vt par eſſe meritis ſermo non poſſit. Porro aūt tanto titulorum tuorū rapior inci-
tamento, vt ēt quod impetrare nequeo, audere nō deſinam. Iam hoc de laudibus eſt tuis, quod me
tantum de cœleſtis animi iſtius ſerenitate laudaſti. Tui enim Epiſcopatus ordo perſpicuus, per di
uerſum Orbem velut radians, ēt ad nos ſplendoris ſui detulit claritatem. In me quippe totum ami
citiæ tribuis, examini nihil relinquis. Aut ſi iure me laudas: tu quoq. ſimiliter relaudādus non es?
Obſecro igitur ob vtrūq. vt memetipſum laudare iam deſinas. Duplex enim cauſa me hoc poſcere
cōſtringit, ne conſacerdotis tui ſenſibus aut dolorē falſa laus ingerat, aut pudorē vera ſuccendat.]
Iſta quidē præfatus eſt Anaſtaſius: quæ haud otioſe putes nos referre voluiſſe; ſed vt declaretur ex
his etiam, ſicut ex alijs ſuperius enarratis, Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum abeuntem poſt E
Origenis errores, iam meliori frugi redditum, fide vbiq. Catholica his temporibus ſaltem exte-
rius nituiſſe. At proſequamur reliqua eius epiſtolæ, quæ ſpectant ad Ruffini cauſam. Subdit enim
ipſe mox iſta:

XXVII. Sed ad cauſam reuertor. Ruffinus, de quo me conſulere dignatus es, conſcientiæ ſuæ habet ar-
De cauſa Ruffini quid Anaſtaſius Papa. bitrum diuinam maieſtatem: apud quā ſe integro deuotionis officio ipſe viderit qualiter debeat
approbare. Origenes autem, cuius in noſtram linguam compoſita deriuauit, ante quis fuerit, in
quæ proceſſerit verba, noſtrum propoſitum neſciuit. Quod vero ſit animi mei ſtudium, cum tua
pauliſper hoc conferam ſanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod qui Vrbis noſtræ populis de
tranſlata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus velut nebulam excitās iniectam,
fidem Apoſtolorum maiorum traditione firmatā velut deuijs anfractibus illū voluiſſe diſſoluere.
Diſcere hoc loco libet quid agat in Romanam linguā iſta tranſlatio. Approbo, ſi accuſat auctorē,
& execrandum factum populis prodit: vt iuſtis tandem odijs teneatur, quē iamdudum fama con-
ſtrinxerat.

Digitized by Google

A ſtrinxerat. Si vero interpres tantorum malorum erroribus conſenſum præſtat, & legẽda impia dogmata prodit in populos: nihil aliud ſui opera laboris extruxit, niſi vt propriæ veluti mentis arbitrio, hanc quæ ſola, & quæ prima apud Catholicos Chriſtianos vera fides iam ab Apoſtolis exinde vſque ad tempus præſens tenetur, inopinatæ titulo aſſertionis euerteret.

XXVIII. *Errores Origenis Romæ diſſeminati reiecti.*

Abſit hæc ab Eccleſia Romana nequaquam Catholica diſciplina. Numquã profecto eueniet, vt aliqua hoc admittamus ratione, quod iure meritoq. damnamus. Quapropter in toto Orbe Chriſti Dei noſtri diffuſa prouidentia probare dignabitur, accipere nos omnino non poſſe, quæ Eccleſiam maculent, probatos mores euertãt, aures circumſtantiũ vulnerent, iurgia, iras, diſſenſioneſq. diſponant. Quare noſce qualẽ epiſtolam ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Venetium diligentioti cura perſcriptam paruitas noſtra tranſmiſerit: ſibiq. hanc conſcientiam fecerim, quod non ſuperflua laborum formidine, neque vano timore ſoliciter. Mihi certe cura non deerit Euangelij fidem circa meos cuſtodire populos; parteſq. populi mei per quæque ſpatia diuerſa terrarum diffuſas, quantum poſſim, litteris conuenire: ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ deuotas mentes immiſſa ſui caligine labefactare conetur.

XXXI. *Ruffini communicatio reiecta ab Anaſtaſio.*

B Illud quoq, quod eueniſſe gaudeo, tacere non potui, beatiſſimorum Principum manaſſe reſpõſa, quibus vnuſquiſq. Deo ſeruiens ab Origenis lectione reuocetur; damnandumq. ſententia Principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus ſententiæ meæ forma proceſſerit. Quod te vero vulgi de Ruffino querela ſolicitat, vt quoſdam malis ſuſpicionibus perſequaris: hanc etiam opinionem conſtringam diuinæ lectionis exemplo, ſicut ſcriptum eſt [a]: Non ſicut videt homo, ita & Deus. Nam Deus videt in corde, homo autem in facie. Itaq. frater cariſſime, omni ſuſpicione ſepoſita, Ruffinum ſcito, quod propria mente Origenis dicta in Latinum tranſtulit ac probauit: nec diſſimilis ab eo eſt, qui alienis vitijs præſtat aſſenſum. Illud tamen ſcire cupio, ita haberi a noſtris partibus alienum, vt quid agat, vbi ſit, neſcire cupiamus. Ipſe denique viderit vbi poſſit abſolui.] hactenus epiſtola Anaſtaſij Papæ ad Ioannem hoc anno (vt diximus) data; quod & teſtificatione S. Hieronymi exploratum reddemus.

a 1. Reg. 16.

XXX.

Meminit enim frequenter huius Anaſtaſij epiſtolæ idem. S. Hieronymus in Apologia in Ruffinum ſcripta, cui eamdem ipſam epiſtolam adſuit, vt ipſe teſtatur, cum Ruffinum ipſum ita redarguit [b]: Cur tranſlaturus hæretica, in defenſionem eorum præmittis quaſi martyris librum, & id
C Romanis auribus ingetis, quod tranſlatum totus Orbis expauit? Aut certe ſi ideo interpretaris, vt eum hæreticum arguas: nihil de Græco mutes, & hoc ipſum præfatione teſtare: quod prudentiſſime Papa Anaſtaſius in epiſtola, quam contra te ſcribit ad Epiſcopum Ioannem, ſuo ſermone complexus eſt, me liberans, qui id feci, & te arguens, qui facere noluiſti. Ac ne forſitan hoc quoque neges, ſubieci exemplum eius; vt ſi non vis audire fratrem monentem, audias Epiſcopum condemnantem.] hæc ibi. ac rurſum in poſteriori Apologia, cuius eſt exordium: Lectis litteris prudentiæ tuæ, &c.] hæc habet [c]: Vade potius Romam, & præſens apud eum expoſtula, cur tibi & abſenti & innocenti fecerit contumeliam: primum vt non reciperet expoſitionem fidei tuæ, quã omnis (vt ſcribis) Italia comprobauit, & baculo tuarum vti noluerit litterarum contra canes tuos: deinde vt epiſtolas contra te ad Orientem mitteret, & cauterium tibi hæreſeos, dum neſcis, inureret, &c.] paulo vero poſt: Eſto (inquit) præteriti anni ego epiſtolam finxerim: recentia ad Orientem ſcripta quis miſit? in quibus Papa Anaſtaſius tantis te ornat floribus, vt cum ea legeris, magis te velle defendere incipias, quam nos accuſare.] ita ipſe, quibus & inſinuat, hoc anno eam ab Anaſtaſio Papa epiſtolam eſſe datam, nempe ſequenti anno ab eo quo idem Ruffinus ſb Anaſtaſio Romam vocatus
D eſt ad iudicium. Sed & inferius, eodem anno, quo ipſe eam ſcribebat Apologiam, datã eſſe ab Anaſtaſio in Ruffinum epiſtolam, declarat his verbis [d]: Vt noſtram epiſtolam non probes, Papę quoque Anaſtaſij ſimili dicis fraude ſubnixam, de qua tibi ante reſpondi: quam ſi ſuſpicaris ipſius nõ eſſe, habes vbi apud eum nos arguas falſitatis. Sin autem eius eſt, vt huius quoque anni contra te epiſtolæ probant; fruſtra & falſo falſam arguere niteris, cum ex illius vera epiſtola noſtram veram eſſe doceamus.]

b Hieron. Apolog. 1. lib. 2.
De tẽpore ſcriptæ epiſtolæ ad Ioannem Epiſc. ab Anaſtaſ.
c Hieron. Apolog. 2.
d Hieron. Apolog. 2.

XXXI. *Quo anno Hieronymus Apologias ſcripſit.*

Cum igitur S. Hieronymus, quo anno ſcribebat Apologiam illam poſteriorem, ab Anaſtaſio ſcriptam epiſtolam in Ruffinum affirmet: conſtetq. ſimul eamdem Apologiam ab eodem hoc anno elaboratam: exploratum quoque redditur (quod dictum eſt) datam eſſe hoc eodem anno ab Anaſtaſio Papa eamdem in Ruffinum epiſtolam. Quod vero hoc ipſo anno ea Apologia a S. Hieronymo ſcripta ſit, præter alias adductas ſuperius rationes, inde quoque certum licet ſumere argumentum; dum ſcilicet triennium ibidem numerat ab eo tempore, quo ipſe ad Ruffinum epiſtolam dederat. Sed & poſteriori libro prioris Apologiæ [e], dum numerat annos (vt ait) ferme decem, ex quo ad Dexterum Præfectum Prætorio librum ſcripſerat de Scriptoribus Eccleſiaſticis (quod
E accidit, vt vidimus teſtificatione ipſius, anno decimoquarto Theodoſij Imperatoris, anno autem Domini trecenteſimo nonageſimoſecundo) plane declarat hoc eodem quoque anno priorem etiã in Ruffinum eam ſcriptam eſſe Apologiam, in qua (vt vidimus) eiuſdem meminit epiſtolæ Anaſtaſij Papæ in Ruffinum ad Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum datæ. Cum igitur ſatis ſit demonſtratum, hoc ipſo anno quo Anaſtaſius ad Ioannem, eodem quoque Hieronymum tum priorem tum poſteriorem Apologiam aduerſus Ruffinum elucubraſſe; age iam modo de ambabus hoc itidem agamus anno.

e Hieron. Apolog. 1. lib. 2.

XXXII. *Scripta Ruffini in S. Hieronymum.*

Meminiſſe interea debes, lector, dictum eſſe ſuperius, Ruffinum ante bienniũ, nempe anno Domini quadringenteſimo, tres libros aduerſus S. Hieronymum conſcripſiſſe, quos Apologiæ titulo honeſtauit, cum tamen acerrimæ fuerint inuectiuæ: quos haud omnibus voluit eſſe vulgatos, ſed ſic editos vbique locorum, vt ipſos tantum ſuis cariſſimis crederet, magna cautela agens, ne in manus S. Hieronymi deferrentur; probe ſciens, omnes illas in eum iactatas accuſationes atque calumnias, in ſe ipſum grauiori impetu ab illo repulſas, fore validius conuertendas: quod plane accidit.

Etenim

Digitized by Google

Etenim etſi numquam, quamuis diligenter perueſtigatos, in ſe a Ruffino conſcriptos libros Hieronymo videre licuit: tamen ex ijs quæ a Ruffini familiaribus, quibus libri crediti erant, in odium S. Hieronymi & inuidiam in eum concitandam paſſim iactabantur, frater eius Paulinianus (quẽ ad diſtrahendum patrimonium miſerat, vt vidimus, in Occidentem) capita quædam Ruffini accuſationum in ipſum ſanctum Hieronymum collegit, rediensq. Hieroſolymam (vt dictum eſt) eidem patefecit. ſed & alij eiuſdem Hieronymi familiares, præcipue vero Pammachius & Marcellinus ex eis nonnulla ſuis litteris ſignificarunt. Quibus ipſe acceptis, duas ſcripſit Apologias, quarum prior duobus eſt partita libris, eſtque prioris eorum exordium: Et veſtris & multorum litteris didici, &c.] poſterior vero Apologia ita incipit: Lectis litteris prudẽtiæ tuæ, &c.] quibus omnibus oĩa in ſe iacula iactata retorquet in aduerſarium. Teſtatur id quidem in poſteriori quam ſcripſit Apologia, vbi ait [a]: Poſtquam repuli crimina, id eſt laudes tuas, & abſque inuidia tui nominis reſpondi criminibus, non criminatori; atq. vt me Catholicum a te infamatus probarem, inuectus ſum in hæreticos: iraſceris, furis, & luculentiſſimos libros contra me cudis, quos cum legendos & cantandos omnibus tradidiſſes, certatim ad me de Italia & vrbe Roma atq. Dalmatia ſcripta venerunt, quibus me laudator priſtinus ornaſſes præconijs. Fateor, illico ad obiecta reſpondi, &c.] A

a Hieron. Apolog. 2.

B

XXXIII. *Ruffini tres libri inuectiuarum.*

Sed vt hæc exploratiora reddantur, in primis de Ruffini inuectiuis in ſanctum Hieronymum ſcriptis agendum, atque in memoriam reuocandum, ipſum acceptis ab Aproniano litteris S. Hieronymi ad Pammachium datis (eſt enim epiſtola ſexageſimaquinta) duos [b] illos, qui habentur p̃ manibus, aduerſus Hieronymum inuectiuarum libros Ruffinum conſcripſiſſe; quorum priori, ea quæ ab eodem S. Hieronymo dicta epiſtola ad Pammachium ſcripta erant, refellere conatus eſt; poſteriore vero, tamquam ſcopa, verrens cuncta, quæ in omnibus ipſius Hieronymi ſcriptis corrigenda putauit, leuiſſima licet, ſpectanda & exprobranda cunctis adduxit in medium. Sed & adiecit his Ruffinus tertium librum eodem argumento conſcriptum, qui penitus excidiſſe videtur: tres namque ſimul a Ruffino tunc in S. Hieronymum libros elaboratos fuiſſe, ipſe S. Hieronymus auctor eſt, vbi in ſua defenſione hæc ait [c]: Nunc quoque quia renui laudatorem, & verſo ſtylo docui me non eſſe quod meus neceſſarius prædicauit; dicitur furere, & tres contra me libros venuſtate Attica texuiſſe, eadem accuſans quæ ante laudauerat, &c.] Porro hos tres commentarios Ruffinus non Inuectiuas (ſicuti diximus) vt modo præſefert eorum inſcriptio, ſed honeſtiori titulo Apologiam nominauit. vnde in eum S. Hieronymus [d]: Non te pudet accuſationem tuam Apologiam tuam vocare?] C

b Extant apud S. Hier. tom. 9.

c Hier. Apol. 1. lib. 1.

d Hier. Apol. 2.

XXXIV.

Verum cum non integros ipſos libros, ſed auditu tantum percepta Paulinianus ad Hieronymum agentem Bethlehem detuliſſet; eadem ipſe, Apologia ſcripta duobus partita libris, acerrime confutauit, potiora pollicitus ac vberiora, cum in manus ſuas tres illi a Ruffino conſcripti inuectiuarum libri integri redderentur: nam in fine poſterioris libri hæc habet [e]: Exceſſi epiſtolæ modũ (*ad Pammachium enim & Marcellinum, velut epiſtola vna, ijdem inſcripti libri habentur*) & qui contra nefariam hæreſim iam ſtylum fixeram, pro me reſpondere cõpulſus ſum, expectans tria amici volumina, & ad congeriem criminum eius tota mente ſuſpenſus: niſi quod leuius eſt, profeſſum inimicum cauere, quam hoſtem latentem ſub amici nomine ſuſtinere.] hæc ibi, ſed & ſuperius [f]: Sed aduerſus illos libros, qui per angulos garriunt, & furtiua accuſatione me mordent, cum editi fuerint, & de tenebris ad lucem proceſſerint, atque ad nos vel ſtudio fratrum, vel temeritate æmulorum potuerint peruenire, reſpondere conabor: neque enim magnopere formidandi ſunt, quos metuit auctor ſuus prodere, & tantum confœderatis legendos eſſe decreuit.] hæc ipſe: vt non mireris, lector, ſi complura legis in Ruffini inuectiuis, quæ haud inuenis in aduerſarijs Hieronymi reſponſionibus confutata. D

e Hieron Apol. 1. lib. 2.

f Idem Apolog. 1. lib. 1.

XXXV. *Catholicus quo certo ſigno dignoſci poſſit.*

Sed & illud diligẽter attende, quomodo vno ictu potens ac ſolers veritatis propugnator S. Hieronymus aduerſarium folia ſibi ficus pro armatura conſuentem proſternat, dum oſtendit fruſtra blandiri ſibi de fide Catholica, ſi vel in minimo a Romana Eccleſia diſcrepet. ait enim in eum [g]: Fidem ſuam quam vocat? Eam ne, qua Romana pollet Eccleſia? an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam reſponderit: ergo Catholici ſumus.] Vides maiorum omnium ore verſatum illud firmiſſimum axioma, & neceſſarium enthymema, nempe, dicere tantum, aliquem ſequi Romanam fidem, mox ex neceſſitate deduci eſſe Catholicum. Ob idque nullum in eum ſanctus Hieronymus validius telum intorquet, cum prouocat ipſum ad ſententiam de eo ab Anaſtaſio Romano Pontifice latam, plane ſignificans a nullo quemquam aliquo modo probari poſſe Catholicum, quem Romanus Pontifex hæreſeos condemnarit. In his enim multus eſt idem S. Hieronymus, cum poſteriori libro ſuæ prioris Apologiæ in eo verſatur, vt ſcriptam antea ab eo ad Anaſtaſium Romanum Pontificem Apologiam validiſſime confutet: cui & intexuit (vt nuper dictum eſt) eiuſdem Pontificis epiſtolam de reprobatione & damnatione ipſius Ruffini ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum datam, tamquam fortiſſimum arietem, quo omnes erectæ ab aduerſario defenſionum turres ſolo tenus ſternerentur. Scriptos igitur a ſe Hieronymus duos hos prioris Apologiæ libros, ad eos miſit, ad quos ſciebat inuectiuas ſuas dediſſe Ruffinum. Teſtatur id ipſe in poſteriori Apologia, vbi ait [h]: Miſi hos ipſos Apologiæ meæ libros ad eos quos tu vulneraueras, vt venena tua, noſtra ſequeretur antidotus.] hæc ipſe. Quã aũt inuitus ad hæc Hieronymus traheretur, iam ſuperius, eiuſmodi ferme exordio controuerſiæ, ipſius teſtificatione optime teſtatum redditum eſt. Sed quæ poſt hæc his audaciora Ruffinus ſtylo armatus aggreſſus ſit, audi. E

g Hier. Apolog. 1. lib. 1.

h Hier. Apolog. 2.

XXXVI.

Cum accepiſſet in ſe editos duos a ſancto Hieronymo Apologiæ libros, immenſo furore percitus, tunc ad eum ſcriptos a ſe libros miſit, & epiſtolam acerbiſſimam addidit, qua eo vſque inſaniæ prolapſus eſt, vt eadem ipſi Hieronymo, niſi taceret, mortem fuerit comminatus, ſimulque tribunal ſæcularium Iudicum, acturus ſaltem in eum actione iniuriarum. Teſtatur hæc quidem ipſe S. Hieronymus in poſteriori Apologia, vbi ait [i]: Ob hanc culpam mittis mihi & prio

i Hier Apolo. 2.

res libros

A res libros &recentem epiſtolam plenam iniuriarum & criminũ. Quid me vis facere, bone amice?
Taceam? videbor crimẽ agnoſcere? Loquar? terres me gladijs tuis, & accuſationem nõ iam Eccle
ſiaſticam, ſed tribunalium cõminaris.] hæc ibi. Quod enim Ruffinus male ſibi conſcius ſciret gra-
uiſſime a ſe Hieronymum exagitatum, noſceretq. ipſum in redarguendo valẽtiſſimum eſſe: ad im
minentem tantam grandinem auertendam, obſtruere Hieronymi os ſublime tonans, minis illatis
exiſtimauit. Scribens igitur ad Hieronymum ipſum epiſtolam (vt dictum eſt) cõminatus eſt mor-
tem ſi quid vltra in ſe aſperum durumve proferret. Tradit id quidem iterum ipſe Hieronymus in
eadem quam in ipſius epiſtolam edidit Apologiam, vbi ait [a]: Quid enim neceſſe fuit, accuſatio- a Hier. Apolo. 2.
nis volumina mittere, & maledicta proferre in medium, ſi tu in vltima parte epiſtolæ denunciata
morte, me deterres, ne audeam reſpondere criminibus, imo laudibus tuis?] & inferius: Mortem mi
naris, quam & ſerpentes inferre poſſunt. Mors omnium eſt: homicidium peſſimorum. Quid enim,
niſi tu me occideris, ego immortalis ero? Quin potius ago gratias, quod facis de neceſſitate virtu-
tem.] & ad poſtremum hæc eadem refricans, ait [b]: Talibus inſtitutus es diſciplinis, vt cui reſpon b Hier. Apolo. 2.
dere non potueris, caput auferas; & linguam quæ tacere non poteſt, feces? Nec magnopere glorie-
B ris, ſi facias quod ſcorpiones poſſunt facere & cantharides. Fecerunt hoc & Fuluia in Ciceronem,
& Herodias [c] in Ioannem: quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam diſcrimi c Luc. 3.
nali acu confoderunt, &c.]

At tantum abfuit vt minis Ruffini S. Hieronymus coercitus fuerit, ne criminationibus reſpon XXXVII.
deret, vt qui ante monitus a Chromatio Aquileiæ Epiſcopo (puto eiuſdem Ruffini opera) iam ta- *Hieronymus*
cere penitus decreuiſſet, ea Ruffini epiſtola expergefactus, in eum iterum clamare compulſus fue *Ruffini excita*
rit. affirmat id quidem ipſe ſuæ ipſius Apologiæ exordio, vbi ait [d]: Teſtem inuoco Ieſum conſciẽ *tur minis.*
tiæ meæ, qui & has litteras & tuam epiſtolam iudicaturus eſt, me ad commonitionem ſancti Pa- d Hier. Apolo. 2.
pæ Chromatij voluiſſe reticere, & finem facere ſimultatum, & vincere in bono malum. Sed quia mi
naris interitum, niſi tacuero: reſpondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoſcere, & lenita
tem meam malæ conſcientiæ ſignum interpreteris. Hoc eſt verum dilemma tuum, non ex dialecti
ca arte, quam neſcis, ſed ex carnificum officina & meditatione prolatũ: Si tacuero, criminoſus ero:
Si reſpondero, maledicus. Tu ergo me cohibes, & cogis ad reſpondendum, &c.]

Quantum enim ſancti Hieronymi ex ipſius ſcriptis tamquam ex facie animum intueri datur; XXXVIII.
C ſic plane comparatum nouimus ſanctiſſimum virum, vt cum aduerſus hæreticos agendum eſſet, *Qualis Hiero-*
magnis ſemper atque vehementibus ſpiritibus inſurrexerit. Ad hoc namque ſpectat, quod ad finẽ *nymus aduerſ.*
eiuſmodi poſterioris Apologiæ habet verbis iſtis: Canes latrant pro dominis ſuis: tu non vis me la *hæreticos.*
trare pro Chriſto?] Ad hoc inſuper illud pertinet, quod in priori Apologia ſic de ſe ait [e]: Hoc vnũ e Hier. Apolo. 1. lib. 1.
denuncio, & repetens iterum iterumq. monebo. Cornutam beſtiam petis. & niſi cauerẽ illud Apo- f 1. Cor. 6.
ſtoli [f]: Maledici regnum Dei non poſſidebunt; &, Mordentes [g] inuicem, conſumpti eſtis ab in g Galat. 5.
uicem, iam nunc ſentires de paruula ſubdolaq. concordia magnam tibi in mũdo ortam eſſe diſcor
diam.] ſed & eum diſſerit aduerſus Iouinianum, eiuſq. garrulum defenſorem, hæc item [h]: De no h Hie. epiſt. 52.
bis quoque dici poteſt, Fœnum habet in in cornu, longe fuge. Sed magis volumus eſſe diſcipuli i Iſai. 50.
eius, qui ait [i]: Dorſum meum poſui ad flagella, &c.] ſic quidem compoſitus ille fuit aduerſus
hæreticos, vel cum calumnioſe hæreſis inſimularetur: vnde ad eumdem Ruffinum [k]: In vno tibi k Hier. Apolog. 2.
conſentire non potero, vt parcam hæreticis, vel vt me Catholicum non probem. Si iſta eſt cauſa di-
ſcordiæ, mori poſſum, tacere non poſſum.] atque ad poſtremum hæc vltima ab eo apponitur conte-
ſtatio: Sit inter nos vna fides, & illico pax ſequetur.

D Hæc autem ex ſcriptis ipſius deprompſimus, ne quis miretur, ſi eum ita erecta ac plane infle- XXXIX.
xibili vides ſtare ceruice, cum diſſerit aduerſus Ruffinum, cum eum ſumma eloquentiæ vi exagi-
tat, deprimit, deridet interdũ, ſubſannat, ſcõmatibus vrget, dicterijs deludit, accõmodatiſq. ad mo
res hominib. nominibus appellat, nominans eũ ſæpe Grunnium, alludens nimirum [l] ad illum Grũ l Hier. proœm. lib. 11. in Iſai.
nium Caracottam, cuius teſtamentum Porcelli ſolerent cachinantes pueri in ſcholis ludibrio riſu
que proſequi: idcirco id ipſe, quod Ruffinus ſcriberet res nullius pretij. ſicut & cum Alecto [m] no m Hier. in Age. c. 3.
minat ob furorem, Luciumq. Laninium aliquando, & Aſinium Pollionem, ob æmulationem, quod n Hieron. apolo. 1. & 2.
alter ipſorum Terentium, Ciceronem alter fuerit æmulatus: itidemq. cum aliquando [n] Calphur
nium lanarium ob dolos & fraudes. Sed cur hæc? cur inquam Ruffinum ipſum [o] interdum, taci- o Hier. epiſt. 51.
to proprio, alienis nominibus nuncupauit? idem ipſe S. Hieronymus propoſiti ſui eiuſmodi ratio-
nem affert, cum de Pelagianis agit erroribus, ex Origeniſtarum palmitibus propagatis, deq. eodẽ
Ruffino Grunnij nomine nuncupato: Cui (inquit [p]) reſpondere diu tacens, & dolorem ſilentio p Hiero. præf. in Hierem. lib. 4.
deuorans, crebra fratrum expoſtulatione compulſus ſum: nec tamen hucuſque prorupi vt auctorũ
nomina ponerem, malens eos corrigi, quam infamari: nec enim hominum, ſed errorum inimicus
E ſum, &c.] Sic vides animi eius conſilium fuiſſe, non detegendi, ſed potius contegendi cauſa eius cri
mina, alieno nomine ſæpe ſiue Ruffinum, ſiue alios nominaſſe.

Ceterum etſi in hunc modum S. Hieronymus ſæpe videatur celſo animo erectus aduerſus hæ XL.
reticos: tamen quantum præ ceteris virtutibus præditus fuerit animi demiſſione, quam vſitatiori *Hieronymi hu*
vocabulo dicimus humilitatem, tum res ab eo geſtæ, tum etiam ſcripta manifeſte declarant. Acci- *militas.*
pe in primis quæ ipſe ſcribat in epiſtola [q] ad Abigaum: Quamuis (inquit) mihi multorum ſim q Hier. epiſt. 32.
conſcius peccatorum, & quotidie in oratione flexis genibus loquar [r]: Delicta iuuentutis meæ & r Pſal. 24.
ignorantias meas ne memineris; tamen ſciens ſcriptum eſſe ab Apoſtolo [s]: Ne inflatus ſuperbia s 1. Tim. 3.
incidat in iudicium diaboli. & in alio loco ſcriptum [t] Superbis Deus reſiſtit, humilibus autẽ dat t 1. Petr. 5.
gratiam. nihil ita a pueritia conatus ſum vitare, quam tumentem animum, & ceruicem erectam,
Dei contra ſe odium prouocantem. Noui enim magiſtrum & Dominum & Deum meũ in carnis
humilitate dixiſſe [u]: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde &c.] Habes eius animi inſti- u Math. 11.
tutum, & quidem haud inanibus verbis iactanter proditum, ſed opere peregregie impletum. Ete-
nim,

nim cum magnos quoque viros ſoleat inflare ſcientia;indeq.mentis tumor obortus ceteros ſper- A
nere, ſe ſolum vero aſpicere docet,perq.aliena gradiri veſtigia dedignari faciat,& nouitates exco
gitare ſuadeat:quantũ ab his ipſe ſanctus Hieronymus abhorruerit,[vel vna illa ſententia accipe,
qua animum ſuum teſtatum ita reliqnit [a]: Fateor enim(inquit)mi Domnion & Rogatiane ca-
a Hier.epi.108. riſſimi,numquam me in diuinis voluminibus proprijs viribus credidiſſe,nec habuiſſe opinionem
meam,ſed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar,interrogare me ſolitum;quãto magis de ipſis
in quibus anceps eram?&c.]Videntur ne hæc tibi, lector, celſæ mentis elatique animi vel erectæ
ceruicis indicia,& non potius veri Eccleſiæ doctoris ſummam animi ſummiſſionem præſeferen-
tis?quem vtinam imitati eſſent,qui ipſum faſtus atque ſuperbiæ, inflato animo, ſumma arrogan-
tia,atque incomparabili temeritate redarguunt.

XLI. Quod vero ad Ruffinum pertinet:tantum abfuit vt parato a S.Hieronymo antidoto curare-
tur,quin potius poſt Origenis errores,quos fouit,Pelagianæ hæreſis aſpides ex eis obortos,perca
ram ſibi ſobolem enutriuerit:quod proprium eſt hæreticorum,ſemper in deterius ferri,quouſque
Ruffinus in deteriora lapſus vbique damnatus. in imum impietatis prolabantur,iuſto Dei iudicio condemnati, vt ipſi ſibi malum inferant,quod
nec ab hoſtibus paſſuri eſſent.Quomodo autem hæc acciderint,ſuo loco patebit. Stabilis igitur B
de Ruffini damnatione ſententia Anaſtaſij Papæ permanſit,quã nemo ſucceſſorũ Romanorũ Põ-
tificũ aboleuit: cuius quoque ſcripta iure quidem cenſuræ S. Hieronymi Gelaſius Papa ſubiecit:
appoſiteq.diuino arbitrio factum,vt qui viuens canino dente eiuſdem S.Hieronymi ſcripta corro
ſit,eumdem poſt obitum quoque mereretur experiri cenſorem.Iſta enim in Romano Concilio de
Ruffini commentarijs ipſe Gelaſius definita reliquit: Ruffinus vir religioſus plurimos Eccleſia-
ſtici operis edidit libros;nonnullas etiã Scripturas interpretatus eſt,ſed quoniã beatus Hierony
mus eum in aliquibus de arbitrij libertate notauit:illa ſentimus,quæ prædictum beatum Hiero-
nymum ſentire cognouimus:& non ſolum de Ruffino,ſed etiam de diuerſis,quos vir ſæpius me-
moratus zelo Dei & fidei religione reprehendit.]hæc Gelaſius;cuius ne mouearis nomenclatura,
dum Ruffinum ipſum iudicio Eccleſiaſtico prædamnatum,virum religioſum appellat:eo enim ti
tulo ipſum monachum voluit demonſtraſſe.Quomodo autẽ poſt hæc factum ſit, ut reciſa vlcera
Origenis errorum,eadem recrudeſcẽtia,[in grauiora apoſtemata Pelagianæ hæreſis intumuerint,
dicturi ſumus inferius.

XLII. Hoc anno Anaſtaſius Romanus Põtifex ex hac vita migrauit,vt & Marcellinus Comes in Chro C
Anaſtaſii Papæ obitus & acta. nico docet,dum ſub huius anni Conſulibus Innocentium eidem ſuffectum ponit. Sed & Proſper
cum ſub eodem Conſulatu Arcadij & Honorij quinto ingreſſum Innocentij referat, eadem quæ
ex Marcellino ſunt dicta,confirmat.Quæ etiam nuper ex S.Hieronymo de Anaſtaſio Papa ſunt re
citata,ad hunc ſaltem ipſum vixiſſe annum,perſpicue demonſtrant,necnon Concilium Carthagi
nenſe anno ſuperiori Idibus Septembris celebratum,vbi de viuente adhuc Anaſtaſio mentio habe
tur,a quo litteras acceperunt.Et cum omnium ſententia conſtet,defunctum ipſum eſſe in fine mẽ
ſis Aprilis,certe quidem non ante præſentem annum eius obitus referri poteſt. Ex quibus arguẽ
di erroris ſunt,qui anno ſuperiori Anaſtaſium deceſſiſſe tradunt,quive eum annos tantum tres ſe
diſſe dicunt.Habita enim ratione temporis quo ſedere cœpit,nimirum anno Domini trecenteſi-
mo nonageſimooctauo,pridie Idus Martij;& obitus eius,quem hoc anno contigiſſe ponimus V.
Kal. Maij;dicendum eſt eum ſediſſe annos quatuor,menſem vnum,& dies tredecim.

XLIII. De eodem Anaſtaſio hæc in libro de Romanis Pontificibus ſcripta leguntur [b]: Hic conſti-
b Tom.1.Conc. tuit,vt quotieſcumque ſancta Euangelica recitarentur,ſacerdotes non ſederent,ſed curui ſtarent.
Res ab Anaſtaſio Papa geſtæ. Hic fecit conſtitutum de Eccleſia.Hic fecit baſilicam,quæ dicitur Creſcentiana in regione ſecun D
da via Marmurtina in vrbe Roma(*fortaſſe via Mamurrina,ſic dicta ab ædibus Mamurri in ſecunda re
gione locatis* [c].)Et hoc conſtituit, nulla ratione tranſmarinum hominem in clericatus honorẽ
c Panui in Vrb. Rom.region.2. ſuſcipi,niſi quinque Epiſcoporum deſignaret chirographum:quia & eodem tẽpore Manichæi in
uenti ſunt in vrbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per menſem Decembrẽ, or
dinauit presbyteros octo,diaconos quinque,Epiſcopos per diuerſa loca decem. Qui ſepultus eſt
in cœmeterio ſuo ad Vrſum Pileatum,quinto Kalendas Maij.]hæc ibi. Deceſſit plane titulo ſan-
ctitatis inſignis,relatuſq.in ſanctorum catalogũ,anniuerſaria memoria celebrandus,quem huiuſ
d Hieron.epi.16. modi elogio commendat ſanctus Hieronymus [d]: Non poſt multum tempus in medio, ſuccedit
in Põtificatum vir inſignis Anaſtaſius,quẽ diu Roma habere non meruit,ne Orbis caput ſub tali
Epiſcopo truncaretur:immo idcirco raptus atque tranſlatus eſt, ne ſemel latam ſententiam preci
e Hierem.14. bus ſuis flectere conaretur, dicente Domino ad Hieremiam [e]: Ne oraueris pro populo iſto,ne
que depreceris in bonum:quia ſi ieiunauerint,nõ exaudiã preces eorum:& ſi holocauſta & victi-
mas obtulerint,non ſuſcipiam eas.in gladio enim & fame & peſtilentia conſumam eos.] Sed hæc
de Vrbis excidio poſt annos octo contigerunt. E

XLIV. Quod autem dicitur,ab Anaſtaſio ſtatutum fuiſſe,vt dum per diaconũ,cuius id muneris eſt,
Diaconorum ac Presbyterorum diſſidia. Euangelium in Eccleſia caneretur,ſacerdotes non ſederent,ſed ſtarent curui:vnde eiuſmodi ſan-
ciendi decreti occaſio fluxerit,hiſtoriam pertexendam eſſe putamus.Grauis Romæ his tempori
bus inter presbyteros & diaconos eſt oborta contentio:hi enim adminiſtrantes res Eccleſiæ, ſu-
percilio elati ſpernebant presbyteros;presbyteri autem in eoſdem inſurrexere, atque ex conſue
tudinis Romanæ Eccleſiæ præſcripto,ipſis ſedentibus,eos ſtare debere,contendebant. Sed eo vſ-
que contentio pertinax progreſſa eſt,vt etiam cum ſtantes diaconi coram populo legerent Euan-
gelium,presbyteri tamen minime a ſeſſione conſurgerent;quod vt enorme factum Anaſtaſius Pa
pa emendandum ſancito eiuſmodi decreto putauit.Quiſnam autem huius contentionis primus
f Apud Auguſt. Quæſt. ex vtroque mixt q.101. auctor extiterit,proditur ex veteri quæſtionis tractatione apud S.Auguſtinũ poſita hiſce verbis [f]:
Quomodo contra Leuitas Romanos diſceptandum ſit,qui contendunt Leuitas ſacerdotibus, &
diaconos presbyteris coæquare.]hic eſt titulus quæſtionis.ac paulo poſt:Quidam igitur qui no-

men

A men habet Falcidij, dulce ſtultitia, & ciuitatis Romanæ iactantia, Leuitas ſacerdotibus, & diaconos presbyteris æquare contendit; non dicam præferre, quia ſtultius eſt, & forte incredibile videtur, & nos non emendatores, ſed calumniatores habeamur.] hæc auctor. Sed & S. Hieronymus [a] de eodem in epiſtola ad Euagrium ita habet ipſo eius exordio: Legimus (inquit) in Iſaia [b]: Fatuus fatua loquetur. Audio quemdam in tantam erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, id eſt, Epiſcopis anteferret.] docet maiorum ſententia presbyteros Epiſcopos nominatos eſſe. Quantum autem præter omne ius faſq. hæc de diaconis dicerentur, ambo auctores pluribus diſſerunt. & de Romanæ Eccleſiæ diaconis apud Auguſtinum hæc leguntur: Quamquã Romanæ Eccleſiæ diacoui modice inuerecundiores videantur, ſedendi tamen dignitatem in eccleſia non præſumunt.] Quid inſuper ſibi indebite diacoui vſurpauerint, idem auctor ita poſt multa: Nunc enim videmus diaconos temere, quod ſacerdotum eſt, agere per conuiuia; & in oratione id vele, quod reſpondeatur illis, cum iſtud ſolis liceat ſacerdotibus.] S. Hieronymus eadem de his in hunc modum: Ceterum etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi: licet paulatim increbreſcentibus vitijs, inter presbyteros, abſente Epiſcopo, ſedere diaconum viderim, & in domeſticis conuiuijs

a Hier epiſt. 85. b Iſai. 32.

B benedictioues presbyteris date. Diſcant qui hoc faciunt, non ſe recte facere, &c.] hæc ipſe.

XLV.

Vnde autem acciderit, vt diaconi Romanæ Eccleſiæ maiori faſto tumeſcerent; eam in primis idem qui ſupra auctor [c] affert cauſam, cum ait: Vt autem non omnia miniſteria obſequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam vtique & altare portarent & vaſa eius, & aquã vtique in manus infunderẽt ſacerdoti, ſicut videmus per omnes Eccleſias.] & paulo poſt, ob Romanæ Eccleſiæ excellentiam inflatos eſſe Romæ diacouos, idem ita demonſtrat: Sed quia Romanæ Eccleſiæ miniſtri ſunt, idcirco honorabiliores putantur, quam apud ceteras Eccleſias, propter magnificentiam vrbis Romanæ, quæ caput eſſe videtur omnium ciuitatum. Si itaque ſic eſt, hoc debẽt & ſacerdotibus ſuis vindicare: quia ſi ij qui inferiores ſunt, creſcunt propter magnificentiam ciuitatis; quanto magis qui potiores, ſublimandi ſunt?] At nequaquam pro ciuitatum amplitudine creſcere Eccleſiaſticorum ordinum dignitatem, vt ob id diaconus diacono, presbyter presbytero, & Epiſcopus Epiſcopo dignior habendus ſit, licet iuriſdictionis poteſtate illo minor, iſte maior appareat, S. Hieronymus de his ipſis eadem epiſtola diſſerens, probe confirmat, cum in exemplum iſta ita deducit: Nec altera (inquit) Romanæ vrbis Eccleſia, altera totius Orbis exiſtimanda eſt. Et

c Apud Auguſt. Quæſt. ex vtroque mix. q. 101.

Cur Romanæ Eccleſiæ Diaconi ſuperbirent

C Galliæ, & Britaniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſeruãt regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, Orbis maior eſt Vrbe. Vbicumque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis eiuſdẽ meriti, eiuſdẽ eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas vel ſublimiorem vel inferiorem Epiſcopum non facit: ceterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.] hæc S. Hieronymus. Sed vides vnde deducta ſit ea ſententia; neminem ſacrorum Antiſtitum alterum præſtare alteri, nempe quo ad ſacros ordines. Sic igitur erubeſcant impij inſcitiæ ſuę, qui cuiuſmodi verba S. Hieronymi diſtorquent, dum ad omnem auctoritatem atque iuriſdictionẽ tollendam improbe referunt. Scopus namque propoſitæ quæſtionis ipſius in primis attendendus erat, vt germanum ſenſum eius verborum aſſequerentur. Sed de his ſuperius tomo primo Annalium pluribus actum eſt.

Ordo ſacer idẽ communis omnibus.

XLVI.

Cur inſuper Romanę Eccleſię diaconi ſuper alios ceterarum Eccleſiarum diaconos & presbyteros eleuarentur, idem S. Hieronymus eadem ad Euagrium epiſtola ita ſubdit: Sed dicis; quomodo Romæ ad teſtimonium diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers vnius Vrbis conſuetu-

D dinem? Quid paucitatem, de qua ortum eſt ſupercilium in leges Eccleſiæ, vindicas? Omne quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit.] Sed & id alia ratione idem qui ſupra apud Auguſtinum auctor refellit, dum oſtendit, haud hac ex parte præferendos vel æquandos presbyteris eſſe diaconos, quod illi horum teſtimonio ordinentur, cum ipſi diaconi plebis teſtimonio cõſueuerint promoueri: quod factum primo a Petro [d] probat in ordinatione ſeptem diaconorum. Sed inſuper & alias idem auctor cauſas inculcat, cur tanti eſſent pretij Romæ diaconi, cum ait [e]: Diaconi ergo ordo eſt, accipere a ſacerdote, & ſic dare plebi. Vides quid pariat vana præſumptio? Immemores enim, elatione mentis, eo quod videant Romanæ Eccleſiæ eſſe miniſtros, non conſiderant quid illis a Deo decretum ſit, & quid debeant cuſtodire. Sed tollunt hæc de memoria aſſiduæ ſtationes domeſticæ, & officialitas, quæ per ſuggeſtiones malas, ſeu bonas, nũc plurimum poteſt: Aut timetur enim ne male ſuggerant, aut emuntur, vt præſtent. Hi ſunt qui faciunt eos ordinis ſui nõ conſiderare rationem: dum enim per adulationem obſequũtur illis illicite, præcipites illos faciũt, vt plus ſibi putent licere. Quippe cum videant non ſic deferri ſacerdotibus, ac per hoc anteferri ſe

Officia Diaconorum vrbis.

d Act. 6.

e Apud S. Aug. Quæſt. ex vtroque mix. q. 101.

E putant.] hæc ipſe: quibus ſane ſignificatur, Romanæ Eccleſiæ diacouorum illud etiam fuiſſe muneris, referre diuerſorũ cauſas ad Summũ Pontificẽ, & ab ipſo accepta reſpouſa petentibus reddere.

XLVII.

Hæc quidem priuatim inhærebant Eccleſiæ Romanæ diaconis: ceterum illud in omnibus Eccleſijs commune omnibus erat, vt bona Eccleſiæ adminiſtrarent: cuius rei cauſa pariter cõtingebat, vt non Romæ tantum, ſed vbique diaconi a populo maiori frequentarentur quam ſacerdotes obſequio. Hinc obortas videas querelas illas Honorati archidiaconi Salonitani apud S. Gregorium [f] Romanum Pontificem, cum queſtus eſt degradari ſe potius quam prouehi, cum ab eo in presbyterum ordinari tentaretur. Harum igitur cauſa non Romæ dumtaxat, ſed & in alijs quoq. Eccleſijs contingebat, diaconum aduerſus presbyteros erigere ſæpe ceruicem. Quamobrem ad huiuſmodi procaciam retundendam Magnum Nicænum Concilium diaconos, ne quid præter ius faſq. præſumerent, edito canone vetuit, vbi inter alia [g]: In ſua diaconi menſura permaneant, ſciẽtes quod Epiſcoporum quidẽ miniſtri ſint, inferiores autem presbyteris habeãtur. per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut Epiſcopo aut presbytero porri-

Ex bonorũ adminiſtratione creuit Diaconorum ſuperbia.

f Gregor. lib. 2. epiſt. 14. 15. 16.

g Conci. Nicæn. c. 18.

gente

gente. Sed nec ſedere in medio presbyterorum diaconis liceat, &c.] Sed & cum in Africanam Ec- A
cleſiam eiuſmodi diaconorum arrogans inſolentia irrepſiſſet, eumdem canonem Epiſcopi Africa-
ni inſeruerunt ſexto Concilio Carthaginenſi [a]. Inſuper quod & Galliarum Eccleſias idem mor-
bus inuaſiſſet, in Concilijs Arelatenſibus [d] primum eorumdem diaconorum faſtus depreſſus eſt:
& in Concilio Andegauenſi hoc ſæculo celebrato, Conſule Opilione, quod manuſcriptum accepi-
mus a pio diſertoq. viro Frontone Ducæo Societatis IESV digno presbytero, canone tertio id
cautum habetur: Vt diaconi presbyteris omni humilitate nouerint deferendum eſſe.] Sed exciſis
ramis, malo ſæpe repullulante, ſæpius opus fuit Eccleſiaſticæ cenſuræ illud ſecuri ſuccidi, vt inter
alios Romæ in Concilio a Gelaſio Papa factum apparet [c]. At de his modo ſatis: in hæc enim oc-
caſione Anaſtaſij Papæ decreti progreſſi ſumus.

a Concil. Carth. 6. c. 18.
b Concil. Arelat. 1. c. 18. Concil. Arelat. 2. c. 15.
c Conc. Rom. ſub Gelaſio c. 9. 10.

XLVIII.
Anaſtaſii Papæ ſcripta.

Quod autem ad eiuſdem Pontificis ſcripta pertinet: duæ eius nomine habentur ſcriptæ epiſto-
læ decretales; ſed quarum prior cum data reperiatur Conſulibus Arcadio atque Bautone, ante an-
nos ab eiuſdem Anaſtaſij ingreſſu quatuordecim: plane apparet (ſi legitimam, & non ſuppoſitã
eam eſſe velimus) alijs Pontificibus quam Anaſtaſio adſcribenda. Illud etiam non ignoramus, ma-
ximam partem eiuſdem prioris epiſtolæ, vbi agitur de Manichæis, reperiri apud S. Leonẽ Magnũ B
Romanum Pontificem in epiſtola ſecunda data ad vniuerſos Italiæ Epiſcopos; quod quidem de
impoſtura ſuſpicionem auget. Scimus tamen Anaſtaſium complures epiſtolas conſcripſiſſe, in cau-
ſa præſertim Origeniſtarum, & in cauſa Donatiſtarum ad Africanos, & inter alias ad Vrſinum de
incarnatione Filij Dei, cuius tria habes fragmenta recitata in appendice ad Breuiarium Liberati
diaconi. At de ſcriptis Anaſtaſij hactenus. Poſt cuius obitum, cum vacaſſet ſedes dies viginti & v-
num, decimoquinto Kal. Iunij, Innocentius Albanus Innocentij filius creatus eſt Romanus Pon-
tifex: cuius res geſtas, ordine ſeruato temporum, recenſebimus, atque in fine annos ipſius ſedis ex-
acte dinumerabimus.

Innocentius Papa creatur.

XLIX.
S. Martini obitus.

Sed de funere tranſeamus ad funus, nimirum ab obitu S. Anaſtaſij Papæ ad migrationem S.
Martini Turonenſis Epiſcopi; quem hoc anno diem extremum clauſiſſe, ex teſtificatione Seueri
alijſq. certis notis, tum etiam quarto, immo & hoc quinto Annalium tomo pluribus demonſtraui-
mus. Qui enim, ex Seueri ſententia, ſub Conſulatu Euodij S. Martinus ſeptuagenarius erat, anno
nimirum Domini trecenteſimo octogeſimoſexto, idemq. eiuſdem aſſertione ſuperuixiſſe ponitur
annos ſexdecim, neceſſe eſt affirmare hoc anno vita perfunctum, agentem ætatis annos octoginta C
ſex, cum ſediſſet annos triginta & vnum: tot enim numerandi ſunt anni Epiſcopatus S. Marti-
ni, ſi Gregorij ſententiæ conſenſerimus, dicentis [d] creatum fuiſſe Epiſcopum anno octauo Va-
lentiniani & Valentis Imperatorum. Eius autem feliciſſimus exitus eodem die quo contigit, in ta-
bulis notatus Eccleſiaſticis, anniuerſaria commemoratione ſolemni celebritate recurrit. Ex qui-
bus omnibus erroris arguuntur, qui Cæſario & Attico Conſulibus, ſuæ ætatis anno octogeſimopri-
mo S. Martinum mortuum eſſe tradunt.

d Gregor. Turo. hiſt. lib. 10. c. 31.

L.
Tempus obitus S. Martini & ætas.

Præter illa autem quæ ſuperius in medium allata ſunt de propagata S. Martini vita vſque in
præſentem annum; Franci veteres ſcriptores qui numerare conſueuerunt annos ab obitu S. Marti-
ni, huius ſententiæ adſtipulatores eſſe conuincuntur, dum ab hoc anno quadringenteſimo ſecun-
do annorum numerum deduxiſſe noſcuntur: atque (vt prætermittamus alios) Gregorius Turonẽ-
ſis Epiſcopus, licet ſub Conſulatu Cæſarij & Attici Martini obitũ referat, tamẽ dũ Clodonæi Frã-
corũ Regis mortẽ cõtigiſſe dicit ab obitu S. Martini anno centeſimo duodecimo plane ab hoc tẽpore
numeri exordiũ ducit; cũ conſtet ipſum Clodouæũ perueniſſe ad Pontificatũ Hormiſdæ Papæ, ad
quẽ ipſe coronã dono miſit: nã & ipſe quoque Hormiſdas Papa in litteris ad Remigiũ Rhemẽſem D
Epiſcopum de Clodouæo adhuc ſuperſtite mentionem habet. Putatur quidem irrepſiſſe mendũ
apud ipſum Gregorium Turonenſem, dum perperam apud eum legitur [e] deceſſiſſe S. Martinus
anno quadringenteſimo duodecimo a paſſione Domini, cum numerandi fuiſſent (vt dictum eſt)
a natali Domini anni quatuorcentum & duo. Rurſum vero hoc Domini anno quadringenteſimo
ſecundo contigiſſe S. Martini ad Deum tranſitum, ex S. Proſpero etiam ſibi vendicat Sigebertus
in Chronico: verum errore labitur, dum pro quinto Arcadij Conſulatu, quo obijt, quintum eiuſdẽ
Imperatoris ponit Imperij annum; ſicut & cum ætatis Martini numerat annos octoginta & vnũ,
ſedis vero vigintiſex. Sed & cum ante obitum S. Ambroſij deceſſiſſe refert S. Martinum, prorſus
hallucinatus conuincitur; cum luce clarius ſuperius ſit demonſtratum, ante annos quinque, Cæſa-
rio & Attico Coſſ. Domini anno trecenteſimo nonageſimoſeptimo S. Ambroſium ex humanis de-
ceſſiſſe. Ex quibus omnibus, quæ ipſe Gregorius tradidit, interfuiſſe per viſum S. Ambroſium S. Mar-
tini funeri, euaneſcere prorſus intelligis. Sed de his in Notis pluribus actum eſt.

e Gregor. hiſto. lib. 1. c. 45.

LI.
Seuerus ſcriptor rerum ſancti Martini.

Sulpitius Seuerus, qui S. Martini viuentis res geſtas conſcripſit, de eius ad cælũ conſcenſu per
viſum certior redditus, ad Aurelium diaconum epiſtolam ſcripſit: itidemq. de obitu atque funere E
extant ipſius ad Baſſulam ſocrum litteræ. Porro haud pridem ante Martini obitum, Clarum eius
diſcipulum præceſſiſſe, ſanctitate clariſſimum, idem Seuerus in dicta epiſtola ad Aurelium tradit;
de quo ipſo Seuero expoſcente, S. Paulinus [f] Nolanus Epiſcopus duo epitaphia verſibus ſcripſit.
Edidit poſtea idem Seuerus de rebus geſtis S. Martini ſimulq. de Ægypti monachis nõnullis tres
dialogorum libros; ſed haud eo accepti ſunt plauſu, quo Vita ipſius ab eo ſcripta: plura enim ha-
bent emendatione digna. A S. Hieronymo idem Seuerus in eodem commentario arguitur erro-
ris Millenariorum, eum in Ezechielem [g] poſt enumeratos eius erroris ſectatores, addit: Et nuper
Seuerus noſter in dialogo, cui Gallo nomẽ impoſuit, &c.] Quoto inſuper Domini anno Seuerus
dialogum illum ſcripſerit, ex his pariter intelligi poteſt. Nam cum idem dicat S. Hieronymus eos
nuper a Seuero ſcriptos; conſtetq. commentarios in Ezechielem, vbi de his agit anno quo a Go-
this capta eſt Vrbs, eſſe conſcriptos (vt ex eius in libris illis affixis præfationibus apparet) nempe
poſt octo ab hoc tempore annos: vtique fatendum eſt, longe poſt obitum S. Martini eam a Seuero

f Pauli. epiſt. 12.
g Hier. in Ezec. c. 36. lib. 11.

ſcriptionem

A ſcriptionem elucubratam eſſe;licet profectio illa Poſthumiani in Orientem,a qua ſumit dialogorum exordium, contigerit viuente S.Martino, anno videlicet quo ob Origeniſtas (vt dictum eſt) contigit Alexandrinam Eccleſiam turbis exagitari. Porro Gelaſius [a] eoſdem Seueri dialogos ſub nomine Poſthumiani & Galli recenſuit ob errores in eis inuentos inter apocrypha.

a Gelaſ.Concil. Rom.can.de lib. auth.& apocr.

Quod inſuper pertinet ad lucubrationes ab alijs editas de vita S. Martini: teſtatur quidem Gregorius [b] Turonenſis, res ab eo geſtas ſcriptas eſſe verſibus a S.Paulino Nolano Epiſcopo quinq. partitas libris;adieciſſeq. eumdem ait ſextum librum de miraculis ab eo poſt obitum editis.Id ſane ab eodem Paulino viſus eſt expetijſſe Seuerus,his verbis ad calcem dialogorum appoſitis de Paulino poſt alia [c]: Ille (inquit) Martini non inuidus gloriarum,ſanctarumq. in Chriſto virtutum pijſſimus æſtimator,non abnuet Præſulem noſtrum cum ſuo Felice cõponere.] hæc ipſe. Sed & Venantius Fortunatus de Paulino id ipſum affirmaſſe videtur illis verſibus [d]: LII.

Scriptores alij rerum S.Martini.

b Greg. Turon. de mirac.S Martini c.2.
c Seuer. dialog. lib.3.in fin.
d Venant.in Vit. S Martini lib. 1.
e Idem li.1.prope finem.

Stemma e,corde, fide, pollens Paulinus, & arte
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri.] & inferius [e]:
Cuius proſaicus cecinit prius acta Seuerus,
B *Verſibus intonuit Paulinus deinde beatus.*] hæc ipſe, intelligens de S.Paulino Nolano Epiſcopo:ſed plane decipitur,vt paulo inferius apparebit. Ipſe vero Venantius quatuor libris heroico carmine Acta eiuſdem S.Martini cecinit: deuinctus plane miraculo,cum eius beneficio extinctum pene lumen oculorum recepit, vngens eos oleo, quod in lychno ad imaginem eius ardebat;quod ipſe haud ingratus ad finem operis verſibus profitetur.

Si verum eſt quod ait Gregorius [f], Paulinum mutuatum eſſe a Perpetuo Turonenſi Epiſcopo,quæ libro ſexto de miraculis S.Martini conſcripſit;plane aſſerendum erit,alium iſtum eſſe Paulinum ab illo Nolano Epiſcopo:nam ab obitu S.Martini vſq. ad ſedem Perpetui anni numerantur ſexagintaquatuor,nimirum ex ſententia eiuſdem Gregorij quadragintaſepté ſedis Bricij ſucceſſoris S.Martini,& decem & ſeptem illius qui poſt ſedit Euſtochij: ad quod tempus minime perueniſſe Paulinum conſtat, quem anno Domini quadringenteſimo trigeſimoprimo ſub Conſulatu Baſſi & Antiochi obijſſe liquet,teſtificatione Vranij,qui interfuit. Sed & Paulini ipſius auctoris euidenti aſſertione ſatis ſuperq. exploratum habetur,ipſum,etſi idem ſit nomine,alium tamen diuerſumq. eſſe a S.Paulino illo mirifico Nolano Epiſcopo; dum his verſibus libro II.ſcriptæ Vitæ LIII.

f Greg. Turon. de mirac.S.Martini c.3.

C S.Martini, ſe etiam exemplo illius maioris Paulini curatum a S.Martino lumine oculorũ, tradit:
Quin & Paulino ſimilis medicina ſalutem
Reddidit,inſignis fidei quem gloria late
Extulit,&c.] Subdit præterea:
Atque vtinam noſtri tenebras contingere cordis
Tali luce velit ſancti medicina patroni,
Reddat vt antiqui rurſum myſteria facti:
Nomen idem,medicus idem, par cauſa medendi.]

De ſeniori enim Paulino Nolano Epiſcopo a S. Martino oculo infirmo curato teſtatur Seuerus paucis his: Paulinus vero, vir magni poſtmodum futurus exempli, cum oculum grauiter dolere cœpiſſet,& iam pupillam eius craſſior nubes ſuperinducta texiſſet,oculum eius Martinus penicuLIIII.
lo contigit, priſtinamque ſanitatem ſublato omni dolore reſtituit.] hæc Seuerus, ad quæ minor Paulinus alluſit. Sed & ſicut Paulinus iſte iunior,inſtar illius ſenioris,æger oculis curatus miraculo S.Martini,pro gratiarum actione rependit de eius Vita & miraculis carmen heroicum ſex li-
D bris diſtinctum,ita & Venãtius Fortunatus pariter ſanatus oculis iam caligine penitus obductis, ſcribendi itidem S.Martini Vitam quatuor libris carminum conſilium inijt:de accepto enim virtute S.Martini munere hæc habet ad finem operis [g]:

g Fortunat. lib. 4. Vit.S.Mar. tini in fine.

Hic paries retinet ſancti ſub imagine formam,
Amplectenda ipſo dulci pictura colore:
Sub pedibus iuſti paries habet arcte feneſtram;
Lychnus adeſt, cuius vitrea natat ignis in vrna.
Huc ego dum propero,valido torquente dolore,
Diffugiente gemens oculorum luce feneſtris:
Quo procul vt tetigi benedicto lumen oliuo,
Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit, &c.] Vides morem priſtinum, ſanctorum nimirum imagines pingi in eccleſijs,inſuper & eaſdem ſolitas coli incenſarum lampadum lumine: quod pium Fidelium obſequium eſſe Deo gratiſſimum, ipſa miracula edi ſolita vnctione olei dictarum lampadum, pluſquam millies perſpicue demonſtrarunt. Sed quod de his fuſius actum
E eſt primo Annalium tomo, modo ſatis.

Quod rurſum ad res pertinet Occidentales,hoc eodem anno,6.Kal.Septemb.Mileui in Numidia celebratum eſt ab Epiſcopis totius Africę generale Concilium Mileuitanum dictum:quod Mileuitanum primum dicendum eſt,cũ aliud inueniatur celebratum poſt annos xiij.vt ex litteris Innocentij Papæ ad eamdem Synodum miſſis intelligi poteſt in notatis ibi Conſulibus.Sciendum tamen hoc cum illo librariorũ vitio eſſe confuſum:quod enim vnum idemq. putarunt Mileuitanũ Concilium,factum eſt vt quod alterius eſſet,alteri adſcribendo coniungerent.Sed hæc omnia diſcriminando,ſingula ſingulis reddere curabimus;laborabimuſq. ſimul,vt Acta nobiliſſimæ Synodi hinc inde ex diuerſis S.Auguſtini ſcriptis multo ſudore collecta,magna ex parte reddamus. LV.

Concilium Mileuitanum primum.

Verum ante hæc,quæ inter ſe communia ambæ hæ Synodi habeant,ex quibus vna eademque credita fuerit,dicenda ſunt. Ex communi nomine in primis,a loco vbi celebrata comparato,factum eſt vt vtrumq. vnũ Mileuitanũ Concilium diceretur. Rurſum id ipſum ex eo,quod vtrumq. generale Concilium fuerit,quibus & vnus idemque Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus præfuit:

Confuſæ ſimul duę Synodi Mileuitanæ.

Digitized by Google

tertio vero loco,quod ſub vno eodemque Romano Pontifice Innocentio ambæ Synodi noſcantur A eſſe collectæ. Quæ autem has adeo ſimiles inter ſe diſcriminant,multa ſunt. In primis tempus: hanc enim ſub quinto Arcadij & Honorij Conſulatu hoc anno habitam eſſe conſtat, illam vero Theodoſio ſeptimum Conſule cum Palladio. Rurſum etiam hæc ſub Xantipo Numidiæ Primate, illa vero ſub Siluano celebrata cognoſcitur. Inſuper quod alia in ea, alia vero in iſta tractata eſſe reperiantur, ob id iure ab inuicem diſtinguendæ videntur. Sed & quod illa habita intelligitur poſt damnatam in Synodo Carthaginenſi Pelagianam hæreſim, cum hoc tempore nondum ea hæreſis cognita eſſet; plane nulla remanet dubitatio, duo eſſe Mileuitana Concilia inter ſe diuerſa: oborta tamen eſt inter ſe vtriuſque confuſio ex eo nimirum,quod præfatio prioris Synodi Mileuitanæ [a] præfixa inuenitur in poſteriori Mileuitano Concilio [b]. Sed reddamus hic ipſam, vt ratio temporis manifeſtior habeatur. Iſta enim præfixa habentur priori Mileuitano Concilio,cuius & propria ſunt:

a Tom.2.Conc. & in Concil. Africæ c.51.
b Conc.Mileuit. præf.

LVI. Glorioſiſſimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Auguſtis quinto Conſulibus,ſexto Kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in Secretario baſilicæ, cum Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis in Concilio vniuerſali conſediſſet, aſtantibus diaconibus, Aurelius Epiſcopus dixit: B Quoniam Eccleſiæ ſanctæ vnum eſt corpus, omniumque membrorum caput eſt vnum: factum eſt, volente Deo, & noſtram infirmitatem iuuante, vt ad hanc Eccleſiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæſo charitatem veſtram, quia ita credendum eſt, quia noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus nec inſuauis eſt cunctis, &c.] quæ ipſa inueni deſcripta eſſe etiam in poſteriori Mileuitano Concilio,in ordine Conciliorum primo loco poſito; cuius rei cauſa confuſio vtriuſque Synodi facta eſt. mentio habetur ibi de alia Synodo Mileuitana,quæ primo fuerat congregata, vbi idem Aurelius ait: Quæſo charitatem veſtram, quia ita credendum eſt, quod noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus nec inſuauis eſt cunctis,vt conſenſus omnium veſtrum manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ iamdudum vel in Hipponenſi Synodo firmata ſunt,vel poſtmodum meliore Concilio apud Carthaginem definita; nunc quoque a nobis ex ordine recitentur.]

LVII. Admonendum tamen hic putamus eſſe lectorem, apud Concilium Africanum ſic haberi intexta Acta quædam huius Mileuitani Concilij,vt tamen cum amborum [c] Imperatorum ponitur Conſulatus,quotus ille fuerit minime exprimatur,ſed ſic tantum poſiti legantur: Glorioſiſſimis C Imperatoribus Arcadio & Honorio Auguſtis viris clariſſimis Conſulibus.] ſed ſcito factũ errore imperitorum librariorum,vt loco V.C.numeri notæ,qua exprimitur quintus eorumdem Conſulatus,reddiderint illi, Viris clariſſimis. Ceterum abhorret eiuſmodi nomenclatura ab Imperatoribus,ſolita tantum poni,vbi alij ſub Imperatoribus conſtituti nobiliſſimi viri eadem Conſulatus dignitate donantur.Sed & in dicto Concilio Africano,ex ordine poſito exploratiſſime demonſtratur,quintum eorundem Auguſtorum illum debere eſſe Conſulatum.nam cum,quod ipſum præcedit ſuperius Concilium, habitum reperiatur ſub Conſulibus anni ſuperioris Vincentio & Flauito;& quod poſt Concilium Mileuitanum,de quo eſt ſermo, ponatur Carthaginenſe Concilium ſub anni ſequentis Conſulibus habitum; plane perſpicue ſignificatur,quod medium eſt Cõcilium, hoc anno ſub quinto ipſorum Conſulatu celebratum eſſe. Sed quod ſuperius id conſtet plana expreſſione quinti ipſorum Conſulatus,non eſt in his amplius immorandum.

c Concil. Afric. c.52.
De appoſitis Conſulibus tẽporis ratio.

LVIII. Quod autem ad eiuſdem Synodi Acta pertinet: poſt confirmata Synodalia decreta,diuerſorũ Epiſcoporum cauſæ in medium ſunt allatæ,vt Creſconij Epiſcopi Villaregienſis; cuius cauſa delata ad Concilium Carthaginenſe anno ſuperiori celebratum,ad huius anni generale Concilium D coram ſuo Primate Xantippo tractanda fuerat reſeruata. Quęnam autem hęc cauſa fuerit,quidve decretum,nihil apparet. Tractata poſt hæc fuit cauſa Quoduultdei Epiſcopi Centurienſis: de qua illud a Patribus definitum, quod canon editus, & ſub titulo de iudicijs in Decretalium libro ſecundo deſcriptus habet his verbis: De Quoduultdeo Centurienſi Epiſcopo,quem cum aduerſarius ipſius compuliſſet ad Concilium introduci: interrogatus, an cum eo vellet experiri: primo id promiſerat,& altera die reſpondit hoc ſibi non placere,atq. diſceſſit: placuit vt nullus eidem communicet,donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolutus. Nam adimi ſibi Epiſcopatum ante cauſæ eius exitum,nulli Chriſtiano videri iure potuiſſet.] hæc de eo. Poſt hæc autem libellus lectus eſt Maximiani Vagienſis Epiſcopi,quo ſe ſuæ renunciare ſedi ſignificabat,vt paci Eccleſiaſticæ bene conſultum eſſet, alium ſubrogari in locum ſuum petens. Cauſa igitur diligenter a Patribus examinata,eidem annuere viſum eſt;deq. ea re eiuſmodi edidere decretum:

Acta Concilij Mileuitani.

LIX. De Maximiano autem Vaginenſi *, & ad eum,& ipſam plebem placuit de Concilio litteras dari,vt & ipſe ab Epiſcopatu diſcedat,& illi ſibi alium requirant.] hæc Synodus. Porro ſciendum, hanc depoſitionem Maximiani honorificam fuiſſe,non autem probroſam. Etenim ob pacem Eccleſiæ ipſe loco cedendum exiſtimauit,deque ea re litteras ad Synodum miſerat: quibus S.Synodus voluit aonuiſſe. E Hic enim,qui ex Donatiſtarum ſchiſmate ad Eccleſiam Catholicam conuerſus,haud pacifice reciperetur a populo; bono pacis conſulens,ſedi renunciauit. Sed quid per S.Synodum actum ſit,diſces ex S.Auguſtini litteris: nimirum ita Patres ſpontaneam admiſiſſe illius abdicationem, vt tamen in eius locum ab eis fuerit ſubrogatus Caſtorius frater ipſius, ad quem hoc eodem anno extant datæ litteræ S.Auguſtini atq. Alypij; quæ quod nonnihil ad Acta Synodi ſpectare noſcantur,& laudes contineant abdicantis ſe Maximiani,eas hic deſcribendas eſſe putamus.Sic enim ſe habent [d]:

* Bagaienſi Vagienſi
De Maximiano abdicate ſe ab Epiſcopatu.

d Aug epi.238.

LX. Molitus eſt quidem aduerſarius Chriſtianorum per cariſſimum atque dulciſſimum filium noſtrum,fratrẽ tuum, Catholicæ matri,quæ vos in hereditatem Chriſti ab exheredata præciſione fugientes pio ſinu ſuſcepit,periculoſiſſimum ſcandalum commouere: cupiens videlicet ſerenitatem gaudij noſtri,quæ nobis de bono veſtræ conuerſationis oborta eſt,fœda innubilare triſtitia.]

De Maximiano qui ſponte ſedi ceſſit,epiſtola Auguſt.

oſtenditur

A oſtenditur his germanos hos ex Donatiſtarum ſchiſmate tranſiſſe ad Catholicam Eccleſiam. Subdit vero: Sed Dominus Deus noſter miſericors & miſerator, conſolans afflictos, nutriens paruulos, curans infirmos, ad hoc eum aliquid poſſe peruiſit, vt rem correctam multo amplius lætaremur, quam dolebamus afflictam. Longe eſt quippe glorioſius, Epiſcopatus ſarcinam propter Eccleſiæ vitanda pericula depoſuiſſe, quam propter regenda gubernacula ſuſcepiſſe. Ille quippe ſe honorem, ſi pacis ratio pateretur, digne accipere potuiſſe demonſtrat, qui acceptum non defendit indigne. Voluit ergo Deus etiam per fratrem tuum filium noſtrum Maximianum oſtendere inimicis Eccleſiæ, eſſe in viſceribus Chriſti eius, qui non ſua [a] quærant, ſed quæ Ieſu Chriſti. Neque enim illud miniſterium diſpenſationis myſteriorum Dei victus aliqua ſæculari cupiditate deſeruit, ſed pacifica permotus pietate depoſuit, ne propter eius honorem fœda & periculoſa, aut fortaſſe etiam pernicioſa in membris Chriſti diſſenſio naſceretur. Quid enim eſſet cæcius & omni excæcatione dignius, quam propter Eccleſiæ Catholicæ pacem ſchiſma deſerere, & ipſam pacem Catholicam honoris ſui quæſtione turbare? Quid enim laudabilius, & Chriſtianæ charitati commodatius, quam de relicta Donatiſtarum veſana ſuperbia ita hereditati Chriſti cohærere, vt teB ſtimonium vnitatis amore probaretur? Itaque quantum ad ipſam attinet, ſicut eum gaudemus talem inuentum, vt quod in eius corde diuinus ſermo ædificauit, nequaquam tempeſtas huius tentationis euerteret; ſic optamus & deprecamur a Domino, vt conſequenti vita & moribus ſuis magis magiſq. declaret quam bene geſturus fuiſſet, quod profecto gereret, ſi hoc oportuiſſet. Retribuatur ei pax æterna, quæ promiſſa eſt Eccleſiæ, qui intellexit ſibi non expedire, quod paci non expediat Eccleſiæ.

a Philip. 2.

Tu vero, fili cariſſime, non mediocre gaudium noſtrum, qui nulla tali neceſſitate a ſuſcipiẽdo Epiſcopatu impediris: decet indolem tuam in Chriſto, in te dicare quod dedit. Ingenium quippe tuum, prudentia, eloquentia, grauitas, ſobrietas, & cetera, quibus ornantur mores tui, dona ſunt Dei. Cui melius ſeruiunt, quam ei a quo tributa ſunt, vt & cuſtodiantur, & augeantur, & perficiantur, & remunerentur? Non ſeruiant huic ſæculo, ne vaneſcant cum illo atq. diſpereant. Nam diu tecum in hoc agendum nouimus, quanta facilitate conſideres ſpes inanium hominũ, & inhabiles cupiditates, & incertam vitam. Abijce igitur ex animo, quicquid terrenæ & falſæ felicitatis expectatione conceperas. Operare in agro Dei, vbi certus eſt fructus, vbi tã multa tanto ante completa C ſunt promiſſa, vt ea quæ reſtant, inaniſſime deſperentur. Obſecramus te per Chriſti diuinitatem & humanitatem, per pacem cæleſtis illius ciuitatis, vnde peregrinantes labore temporali æternam requiem comparamus, vt in Epiſcopatu Vaginenſis [*] Eccleſiæ fratri tuo non ignominioſe cadenti vel glorioſe cedenti ſuccedas. Plebs illa, cui per tuam mentem & linguam donis Dei fœcundatã & ornatam vberrima incrementa ſperamus, in te intelligat fratrem tuum non pro ſua deſidia, ſed pro eius pace feciſſe quod fecit. Hæc epiſtola mandauimus vt tibi non legeretur, niſi cum te iam tenerent, quibus es neceſſarius: nos enim te ſpiritualis amoris vinculo tenemus; quia & noſtro collegio multum es neceſſarius. Cur autem etiam corporalem præſentiam non exhibuerimus, poſtea ſcies.] hactenus Auguſtinus atq. Alypius ad Caſtorium.

LXI. *Laudes Caſtorij Epiſcopi ſubrogati.*

[*] Vagienſis Bagaienſis

Similitudine nominum decepti aliquando, putauimus Maximianum Bagaienſem Epiſcopũ, eumdem eſſe cum hoc de quo agitur, qui in Synodi canone Bagaienſis itidem nominatur, ſed Vagienſis dicendus potius ex epiſtolis Auguſtini. Nam de Maximiano Bagaienſi Epiſcopo diuerſa ratio eſt. Ille enim diu Eccleſiæ illi præfuit, nec ſe abdicaſſe dicitur ab Auguſtino, qui de eodem ſæpe agit: hic autem poſt electionem ſedi nuncium remiſiſſe, ex eiuſdem litteris Auguſtini probe D intelligi poteſt: licet Bagaienſis Maximiani non eadem ſit apud Sanctum Auguſtinum lectio: nam in epiſtola ad Bonifacium [b] Vagienſis Eccleſiæ Antiſtes nominatur, apud Creſconium vero Epiſcopus Bagaienſis [c].

LXII. *Maximiani duo.*

b Aug. epiſt. 50. *c Aug. cont. Creſcon. lib. 3. c. 43.*

Quod rurſum ad Synodum Mileuitanam pertinet; meminiſſe eius viſus eſt Auguſtinus [d] in epiſtola ad Euſebiũ, dum negat ſui muneris eſſe, afferre ad Synodũ res geſtas in aliena diœceſi, quæ ob imminens periculum detuliſſet ad magiſtratus: habet enim hæc verba: Nam illud quod rurſus eum dixiſſe nonnulli ad me pertulerunt, cur non ierim Conſtantinam, quando ibi plures ipſi erãt: vel me debere ire Mileuim, quod illic (ſicut perhibent) Concilium proxime habituri ſunt. Ridiculum eſt dicere, quaſi ad me pertineat cura propria, niſi Hipponenſis Eccleſiæ.] hæc ipſe contra Proculianum apud Euſebium, quẽ interpellat. Sed qua de re: expedit vt totum id prodatur in mediũ; quo innoteſcat exemplo, quales eſſe ſoleant homines, qui deficiunt a Catholica vnitate. Deſcribit enim rem geſtam idẽ Auguſtinus his verbis: Corripitur ab Epiſcopo ſuo iuuenis, crebris cædibus matris inſanus, & impias manus nec illis diebus, cum ẽt ſeueritas legum ſceleratiſſimis parcet, a viſceribus vnde natus eſt, reuocans. Minatur eidem matri, ſe in partem Donati tranſiturum, & eã, E quam incredibili furore ſolet cædere, perempturum. Minatur ei: tranſit ad partem Donati, rebaptizatur furens, & in maternũ ſanguinem fremens albis veſtibus candidatur. Conſtituitur intra cancellos eminens atq. conſpicuus, & omnium gementium oculis matricidij meditator, tamquã renouatus opponitur. Hæccine tandem tibi placent, vir grauiſſime? Nequaquam hoc de te crediderim.] & paulo poſt: Quid aliud expectamus, vir honorabilis Euſebi, niſi vt in miſeram mulierem ſenectute decrepitam, viduitate deſtitutã, a cuius cædibus in Catholica prohibebatur, iam Donatiſta ſecurus armetur? &c.] Voluit aũt iſtæc apud publica Acta deferri Auguſtinus, vt a magiſtratu imminẽti obuiaretur malo: quæ ad Synodũ Epiſcoporũ a ſe minime deferenda fuiſſe ait, quod in alterius hæc acta eſſent Eccleſia. Vides, lector, quales eſſe ſoleant caſtrorũ Eccleſiæ Catholicæ deſertores. O ſi liceret omniũ apoſtatarũ noſtri ſæculi ſcelera in vnũ cogere, qui ab Eccleſia Catholica ad hæreticos defecerũt: eis profecto replendæ latrinæ decies centies ſuperarent Augiæ ſtabulĩ ſordes: vt plane nec vnus ſit reperiri, qui antequã ab Eccleſia Catholica migret, nõ ea ſæpius perpetrarit, quæ ſi ad Eccleſiaſtica tribunalia perlata fuiſsẽt, recta ſentẽtia ab Eccleſia eijciẽdi fuiſſent.

LXIII. *d Aug. epiſ. 168.*

Immane ſcelus iuuenis ad Donatiſtas tranſeuntis.

LXIIII. *Delati ad Xantippum clerici crimina.*

a Aug.epiſ.236.

Ad hanc quoq. Synodum Mileuitanam ſub Xantippo Primate Numidiæ celebratam ſpectare videtur, quod cum priuatus officio quidam presbyter delinquens ab Auguſtino appellaſſet Synodum, ab ea ſex Epiſcopi iudices dati fuerunt. At quænam eſſet presbyteri huius cauſa, ipſe S. Auguſtinus ad Xantippum ipſum ſcribens ita narrat [a]: Primo comperi eum pecuniam cuiuſdã ruſticani diuino apud ſe commendato interuertiſſe, ita vt nullam inde poſſet probabilem reddere rationem. Deinde conuictus atq. confeſſus eſt, die ieiunij Natalis Domini, quo etiam Gippitana Eccleſia, ſicut ceteræ, ieiunabat, cum tamquam perrecturus ad eccleſiam ſuam, valefeciſſet collegæ ſuo presbytero Gippitano, hora ferme quinta, & cum ſecum nullum clericum haberet, in eodẽ fundo reſtitiſſe, & apud quamdam malæ famæ mulierem & prandiſſe, & cœnaſſe, & in vna domo manſiſſe.] ſubdit de confeſſione ipſius, & quomodo eum remouerit ab officio presbyteratus, atq. demum hæc ad eumdem Xantippum de Concilij decretis: Hæc autẽ præcipue prudentiæ tuæ intimare oportebat, ne aliqua tibi fallacia ſubreperet: audiui enim cauſam eius, cum cẽtum dies eſſent ante Dominicum Paſchæ, qui futurus eſt 8. Id. Aprilis. Hoc propter Concilium inſinuare curaui venerabilitati tuæ: quod etiam ipſi non celaui, ſed ei fideliter quid inſtitutum eſſet, aperui.] & in fine: Ego certe presbyterum, & qui die ieiunij, quo eiuſdem loci etiam Eccleſia ieiunabat, valefaciens collegæ ſuo eiuſdem loci presbytero, apud famoſam mulierem nullum ſecum clericum habens, remanere & prandere & cœnare auſus eſt, & in vna domo dormire, remouendum ab officio presbyterij arbitratus ſum, timens ei deinceps Eccleſiam Dei committere. Quod ſi forte Iudicibus Eccleſiaſticis aliud videtur, quia ſex Epiſcopis cauſam presbyteri terminare, a Concilio ſtatutum eſt: committat illi qui vult Eccleſiam ſuæ curæ commiſſam: ego talibus, fateor, quamlibet plebem committere timeo, præſertim quos nulla bona fama defendit, vt hoc eis poſſit ignoſci: ne, ſi quid pernicioſius eruperit, languens imputem mihi.] hæc S. Auguſtinus de his quæ ad Synodum Mileuitanam ſub Xantippo ſpectare viſa ſunt: quæ hic voluimus inſeruiſſe, tum vt, deperditis Synodi Actis, reſarciam, reſtituamq. ea, quantum fas eſt, priſtinæ antiquitati; tum etiam ad inſinuandam cenſuram ſanctorum Patrum adhibitam in conſeruanda ſarta tecta Eccleſiaſtica diſciplina; intelligaſq. ieiunia non fuiſſe apud maiores in Eccleſia eius æſtimationis, vt pro arbitrio quis ea ſeruanda duceret; ſed vt quæ ex præcepto indicta, vel ex conſuetudine introducta eſſent, viſa fuiſſe legitima, vt eorum tranſgreſſores, rei maximi criminis haberentur. Sed quæ reliqua ſunt huius Synodi abſoluamus: ibi enim eiuſmodi decretum ſancitum fuit [b]:

b Apud Concil. Afric.c.53.

LXV. *Cõſtantina prima ſedes Numidiæ decreta.*

c Conci.Carth. 6.in præf.

Deinde placuit omnibus Epiſcopis, qui in hoc Concilio ſubſcripſerunt, vt Matricula & Archiuus Numidiæ & apud primam ſedem ſit, & in metropoli, id eſt Conſtantina.] hac quidem conſtitutione Patres definiſſe voluerunt altercationem duarum ſedium in Numidia poſitarum, quænam potior habenda eſſet. In duas prouincias diuidebatur Numidia, eædemq. duæ dictæ Numidiæ, vt Acta [c] ſextæ Synodi Carthaginenſis demonſtrant: ob idq. altercatio oborta inter Xantippum Epiſcopum Cõſtantinę Numidiæq. Primatem, & Victorinum Epiſcopum alterius ciuitatis, primatum eiuſdem vniuerſæ prouinciæ ſibi vendicantem. De eiuſmodi altercatione mentio habetur in epiſtola ad eumdem Victorinum a S. Auguſtino ſcripta, cum ab ipſo ad Synodum per tractorias vocaretur. Erant tractoriæ (vt ſuo loco diximus) litteræ ab Epiſcopo priuatim ſcriptæ ad inſtar litterarum Imperatorum, quibus imperabatur commeatus in quibuſcumq. locis a Fidelibus in itinere præſtandus: in quarum ſimilitudinem, cum Primates ſibi ſubiectos Epiſcopos vocarent ad Synodum, tractorias dare ſolebant, quibus in ſingulis Eccleſijs iuberentur excipi, & Chriſtiana charitate foueri. Sed reddamus hic perbreuem Auguſtini epiſtolam, ex qua antiqui moris Eccleſiaſtici monumenta referantur: ſic enim ad Victorinum agentem Numidiæ Primatem ſcripſit [d]:

d Aug.epiſ.217.

LXVI. *Auguſtini epiſtola ad Victorium.*

Tractoria ad me quinto Idus Nouembris venit, iam finito die, & me valde indiſpoſitum inuenit, vt occurrere omnino non poſſem. Verumtamen ſiue imperitiam meam mouerit, ſiue iuſte motus ſim, tuæ ſanctitatis & grauitatis eſt arbitrari. Legi in eadem tractoria etiam ad Mauritanias eſſe ſcriptum, quas prouincias ſcimus ſuos habere Primates. Quod ſi & ex eis ad Numidiam conuocandum eſſet Concilium, oportuit vtique, vt aliquorum Maurorum Epiſcoporum, qui illic priores ſunt, nomina in tractoria ponerentur. Quod in iſta tractoria non reperiens, multum miratus ſum. Deinde ad ipſos Numidas ita perturbato & neglecto ordine ſcriptum, vt nomen meum tertio loco inuenerim, qui noui quam poſt multos Epiſcopos factus ſim. Quæ res & alijs iniurioſa eſt ſatis, & mihi inuidioſa. Præterea venerabilis frater & collega noſter Xantippus Tagaſtenſis * dicit, quod eum primatus ipſe contingat, & erga plurimos ſic habetur, & tales miſit epiſtolas. Qui etiam error ſi facile inter veſtram ſanctitatem cognoſci & corrigi poteſt; non debuit tamen in tractoria, quam miſit venerabilitas tua, nomen eius prætermitti. Quod ſi in medijs locis conſcriberetur, & non in primo poneretur, multum mirarer: quanto magis mirandum eſt, quod nulla tibi eius admemoratio facta eſt, qui maxime ad Concilium venire debuit, vt de ipſo primatus ordine cauſa omnium Numidarum Epiſcopis Eccleſiarum primitus ageretur?

*Conſtantinēſis *De Primatu Numidiæ controuerſia.*

LXVII. His de cauſis etiam venire dubitarem, ne forte falſa eſſet tractoria, qua tanta peruerſitas appareret: quamquam & anguſtia temporis, & aliæ graues neceſſitates me multipliciter impedirent. Vnde peto beatitudinem tuam, vt mihi ignoſcas, & primo inſtare digneris, vt inter tuam ſanctimoniam & ſenem Xantippum concorditer conſtet, quis veſtrum debeat conuocare Concilium: aut certe (quod ſalubrius arbitror) ſine cuiuſquam præiudicio ambo conuocare collegas veſtros, eos maxime qui vobis Epiſcopatus ætate vicini ſunt, qui facile quis veſtrum verum dicat agnoſcant: vt inter vos paucos eadem præ ceteris quæſtio dirimatur; & errore ſublato, minores a ceteris conuocentur, qui nec poſſunt nec debent niſi vobis in hac re tamquam prioribus credere; & nunc ignorant, cui veſtrum potiſſimũ credant. Hanc epiſtolam ſignatam miſi annulo, qui exprimit faciẽ hominis attendentis in latus.] hactenus epiſtola Auguſt. Porro hanc controuerſiã de prima-

tu Nu-

A tu Numidiæ in hoc Concilio Mileuitano adiudicatam Xantippo,ſediq. Cōſtātiuæ,quæ dicta ſunt,
aperte declarant. Nouit & Iuſtinianus Imperator [a], primam ſedem Numidiæ eſſe Conſtanti-
nam ciuitatem,in prouincia vero Mauritaniæ Cæſaream,in Bizacena Capſam,in Tripolitana Le
ptim. At de Mileuitana Synodo hoc anno habita hæc ſatis ſunto.

a l.1.Cod.de off. Præf.præt. Afri.

IESV CHRISTI ANNVS	INNOCENTII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
403.	2.	9.

I.
Theophili Alex. ſtudia in Ioannē Chryſoſtomum.

CHriſti annus quadringenteſimus tertius nouis Conſulibus Theodoſio Auguſto atque Rumo
rodio Faſtis adſcribitur:quo funeſtum illud accidit, vt a Conciliabulo Ioannes Chryſoſto-
mus deponeretur. Ante autem quā hæc aggrediamur,meminiſſe lector debes,res S. Ioannis Chry
ſoſtomi,anno ſuperiori eo nos ſtatu reliquiſſe, vt qui ipſi fauerent Aegyptij monachi, aduerſus
B Theophilum accuſationes propoſuerint; quarum cauſa Theophilus Alexandria iuſſus eſſet Con-
ſtantinopolim proficiſci:cum interea S. Epiphanius Conſtantinopolim ſpōte veniens pugnaturus
aduerſus Origeniſtas,cum alias innumeras turbas inter Epiſcopos cōcitatas reperiſſet,re infecta,
ad ſuam eſt reuerſus Eccleſiam. His vero in memoriam reuocatis,iam reliquum eſt,vt quæ hæc ſe-
cuta ſunt,ordine rerum geſtarum pro temporis ratione narremus. Ac primum de aduētu agamus
Theophili Conſtantinopolim,vbi diutius immoratus eſt;qui in itinere poſitus cōplures collegit E
piſcopos,ſecumque duxit Conſtantinopolim;habēs in animo,quod poſtea expleuit,aduerſus Ioā-
nem apud Conſtantinopolim Synodum celebrare. Erat inter alios Epiſcopos Theophilo fauētes,
qui tamen ante Theophilum Conſtantinopolim venerat,Acacius Berœenſis fama notiſſimus tum
ob monaſticam ante actam vitam in Syriæ ſolitudine,tum etiam ſacrarum peritia litterarum; de
quo iſta Palladius [b] in dialogo:

b Pallad.dialog. rerum geſt.Ioā. Chryſoſt.

II.
Acacius cum Seueriano & Antiocho conſpirat.

Per idem tempus contigit,vt Acacius Epiſcopus Berœæ adueniens,honeſto(vt dicebat)care-
ret diuerſorio. Qua ex re indignatus ira excandeſcebat,quaſi fuiſſet a Ioanne contemptus. Victus
autem cogitationibus improbis,ex abundantia cordis verbum plenum ſtultitiæ protulit,dignū ip-
C ſius animo,præſentibus quibuſdam Ioannis clericis dicens: Ego ipſi ollam condio. Et ex eo Seue-
riano coniunctus Epiſcopo Gabalenſi,& Antiocho Epiſcopo Ptolemaidis*(erant hi æmuli in dicen-
do Ioannis Chryſoſtomi eloquentia)*& Iſaac Syrulo circumforaneo falſorum monachorum duci,qui
omne tempus contriuerat in maledictis,linguam ſemper aduerſus Epiſcopos inſtruens,quo pacto
aduerſus Ioannem,immo aduerſus Saluatorem armare ſe queant. Mittunt primum Antiochiam,
adoleſcentiæ illius*(nempe Ioannis)*crimina ſtudioſe inquirentes. Vbi autem defecerunt ſcrutantes
ſcrutationes,nihilque inuenirent,quo illius fucarēt gloriam,Alexandriam ad Theophilū mittunt,
cuius nouerant verſatile ingenium ad huiuſmodi ſapienter viciſſim machinanda. Ille poſtquā lit-
teras iuxta cor ſuum legit,oblatam ſibi malignandi materiam amplexus perlibenter, horrido ſi-
lentio ſcrutabatur inquirens occaſionem aliquam non leuem contra Ioannem.]hæc Palladius.

III.

Sed inter hæc oborta eſt occaſio,vt Eudoxia Auguſta in Ioannem alioqui ante perinfenſa, in
ipſum acerbius excandeſceret:quamobrem Theophili accelerauit aduentum,quo eo ad deponē-
dum ipſum Ioannem artifice vteretur. Quidnam id fuerit,explicabimus paucis. Accidit vt Ioan-
nes pro concione,opportuna data occaſione,ab illo Regum [c] exordium ſumeret: Congregate ad
D me ſacerdotes decoris,qui comedunt menſam Iezabel,vt dicam eis:ſicut dixit Elias: Quouſq;
claudicatis vtriſque poplitibus? Si Baal eſt Deus, ambulate poſt ipſum. Si autem Iezabel quo-
que menſa ipſa eſt Deus,comedentes euomite.]Iſtæc autem ipſa,vt dicta aduerſus Eudoxiam Au
guſtam interpretati aduerſarij,eadem ipſi retulerunt. quibus illa acceptis,in Ioannem acrius com
mota eſt,& de eius depoſitione per Theophilum machinanda indefeſſo conſilio animo vertere ſe
dulo,& opere implere non deſtitit. Etenim quæ Ioannes dixerat de ſacerdotibus comedentibus
de menſa Iezabel,ad Seuerianum, Antiochum,& Acacium æmuli referebant,quod hi ab ipſa An-
guſta Conſtantinopoli alerentur,aptantes ob id Iezabel nomen Eudoxiæ. Hæc quidem Socrates
[d] atq. Sozomenus [e] ante Theophili aduentū acta volunt;ceterū Leo [f] & Metaphraſtes poſt aduē-
tū Theophili iſta referunt:quod ſi verū eſt,certe quidē inter ſacerdotes Iezabel Theophilū adnu-
meratū oportuit. Sed & accidebat,vt quoties inuectiua aliqua Ioānes malas feminas inſectaretur,
ea mox delatores in Eudoxiam eſſe dicta referrent. Sed iam de ipſo Theophili aduentu agamus.

c 3.Reg.18.
d Socrat.lib.6. c.14.
e Sozom. lib.8. c.16.
f Leo Imp. in Encom & Met. in Vita Chryſ.

IV.
Qui Theophilo aduerſus Ioannem fauerint.

Viſum eſt quaſi plane prodigium,vt Theophilus ad dicendam cauſam vocatus reus & iudicā-
dus,idem quaſi triumphum agens aduenerit Conſtantinopolim,plures habens ſe comitantes Epi
E ſcopos;& ingreſſus vrbem quodam miraculo ex reo conuerſus ſit in actorem, aduerſus Ioannem
Chryſoſtomum iudicium parans. Sed vnde id portentum acciderit,in mediū afferamus. Iā enim
audiſti eloquentiſſimos illius temporis Epiſcoporum Seuerianum,Antiochum, & Acacium Ioan
nis aduerſarios Conſtantinopoli diutius commoratos,ac dicendi facundia haud paucos in ipſum
concitaſſe,& in partes Theophili perduxiſſe. His acceſſit,quod maioris efficaciæ videri poterat,Eu
doxiæ(vt vidimus)in Ioannem animus concitatus. Porro quantarum virium ſit femina iracunda,
cui ſit coniuncta potentia,puto neminem ignorare:rurſus vero quam pronum ſit genus mulierum
ſectari ſtudia,& in quam partem ſemel inhæſerint obſtinato animo immobile inhæreſcere, æque
exploratum omnibus eſſe. Quam ob cauſam accidit,vt Eudoxia Auguſta, & aliæ clariſſimæ femi
næ in Ioannem Chryſoſtomum furore ſuccenſæ,partes Theophili tuendas ardentiſſimo animo
ſuſceperint: quænam autem iſtæ fuerint, Palladius [g] recenſet his verbis: Mulieres præterea
quæ celebres ſunt, tres viduæ quidem,ſed opulentæ,in perniciem ſalutis ſuæ pecuniam ex rapina
poſſidentes,quæ virorum quoq. conſtantiam perturbare poſſint atque concutere,Marſa [*] Promoti

g Pallad.Dialog. de reb.geſt. Ioa. Chryſoſt.
* Martia.

vxor, Caſtritia Saturnini, & Eugraphia quædam uimia inſauia feruens: cetera eloqui vereomdia prohibet. Iſtæ, atq. iſti (*nempe tres Duces manu militari parati ſubſidium ferre Theophilo, necnon tres recenſiti Epiſcopi pro eodem ſtantes*) cum haud iufideli corde ſint ſegnes, velut phalanx furore ebria in vnam ſententiam odioſam concurrentes, aduerſus Eccleſiaſticam pacem torrentem proditionis per ſummam inſaniam concitaruut.] hæc Palladius. Adiunge his Epiſcopos naufragos, quos a Ioanne depoſitos ſuperius diximus, qui in eum uihil prætermiſerunt conſilio opeq. moliri. Adde inſuper clericos Conſtantinopolitanos maiori ex parte ob duras reprehenſiones in ſuum ipſorum Antiſtitem concitatos. Appone ad hos etiam ſtudia Epiſcoporum Orientalium & Occidentalium, ob ſuſceptos Couſtantinopoli Origeniſtas, a Ioanne ipſo nonnihil auerſa, erga vero Theophilum propenſiora. His, inquam, omnibus ſimul iu vnum concurrentibus, Theophiloq. fauentibus, factum eſt, vt reus veuiens, cauſam dicturus, mox in actorem conuerſus fuerit, immo & in iudicem transformatus. A

Quinā ſtarent contra Chryſoſtomum.

V.

Aduētus Theophili Conſtantinopolim.

a Pallad. ibid. — b Philip. 3. — c Pſal. 83. — d Sozo. li. 8. c. 17.

Sed quid de Theophili aduentu Conſtautinopolim idem Palladius [a] ſcribit, hic reddamus; quem hoc anno contigiſſe, quæ ſuperiori anno & præſeuti haud pridem ſuut dicta ſignificant: Appulit vel ſecundo Theopbilus (*primo enim illuc aduenerat quo tempore Ioannes eſt creatus Epiſcopus*) adſtans veluti Thebanus fimo oneratus, eis quos ex Ægypto & India ipſa conduxerat, & pro fœtida inuidia flagrantiam ſpirans, Cōſtantinopolim ingreditur ſexta hora, quinta ſabbati, a nautico comitatus agmiue, turpem referens gloriam, de qua dicit Apoſtolus [b]: Quorum gloria in confuſione eorum, ſubinferens, qui terrena ſapiunt. Hoſpitaturq. nou in tabernaculis iuſtorum, eccleſiæ manſionē fugitans, oblituſq. Dauidici illius [c]: Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Sed profecto arcebat hunc ab eccleſia conſciētia crudelis.] B in Palatio enim apud Imperatorem paratum fuiſſe Theophilo diuerſorium, tradit Sozomenus [d]. Ceterum ipſe S. Ioannes Chryſoſtomus in epiſtola ad Innocentinm Papam, in ſubuibio Theophilum manſiſſe tradit, nec ciuitatē ingredi voluiſſe. Subdit vero Palladius: Remoratus illic tres hebdomadas dierum, neq. cum Epiſcopo Ioanne congreſſus eſt (vt ſolent Epiſcopi) neq. omnino propinquauit eccleſiæ: ſed perſtitit certans nocte ac die, nouumq. odium veteri copulans, vt Epiſcopū Ioannem omnimodo pelleret, ſed vita quoq. ipſa priuaret, partim profuſione auri contra veritatē ſuperſtitionem potentiū redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos quoſq. ſub iugum mittens, partim aſſentatione & ſpe maioris dignitatis fallaces ex clericis quoslibet inducens. Hos igitur omnes abſq. funiculo voluptatibus vinciens, veluti blandus quiſpiam dæmon, animarum excantato iudicio, ad ſcenæ miniſterium perſonam dæmouiacam inquirebat, quam etiam eſt aſſecutus. C

VI.

Conatus Theophili aduerſus Ioan. Chryſoſ.

Pulſi a Ioanne fuerant duo, & pro ſceleribus ſuis ſeparati ab Eccleſia: horum ille abuſus leuitate, hortatur vt aduerſus Ioannem libellos darēt, pollicitus eos reſtituere in miniſterij ſui locum (erant autem hæc illorum ſcelera, alterius quidem homicidium, alterius vero adulterium) quod & fecit: eos enim poſt Ioānis exilium locis reſtituit ſuis, datis ſcilicet libellis, quos ipſe ille dictauerat, nihil veri contiuentes, præter id ſolum, quod monere ille conſueuerat, vt poſt communionē, aut aquam, aut paſtillum deguſtarent, ne contra volūtatem vna cum ſaliua ſine pituita quicquam ſacramenti excrearent, ipſe prius id faciens, religionemq. pie ſentientibus augens.] hæc ipſe. certe quidem in Occidentali Eccleſia antiquo vſu in more receptum eſt, vt poſt ſumptam ſacram Eucharistiam ea de cauſa vinum aqua mixtum Fideles accipiant, vel aquam puram arbitratu cuiuſque; vt ex hoc minime reprehendendus Ioannes eſſet. Ceterum haud vnam hanc rem tantū oblati continebant libelli, ſed plane vigintinouem formata ſunt aduerſus eum accuſationum capita, quæ ſingula Photius in Bibliotheca ſua recenſet, noſq. de his inferius ſuo loco. D

VII.

Theophil⁹ mutatus in deterius.

Quod ad hanc cauſam ſpectat; accidit plane Theophilo, vt bene currenti pedibus in via lapſo, cum in decliuum præceps adactus ruina alterius, caſu grauiore corruerit. Etenim laudandus eius impetus ille fuit, quo aduerſus Origeniſtas commotus eſt; commendanduſq. zelus eius in eorundem propulſionem latebras captantium vbiq. ſerpentium: id quidem pleno ore S. Hieronymus, S. Epiphanius, ſanctus itidem Anaſtaſius Papa, ac denique Occidentales omnes ſummis laudibus prædicarunt. Verum cum in Ioannem Chryſoſtomum, cauſa publica prætermiſſa, inimicitias priuatas exercuit: aperuit calumniantibus iannas obtrectandi, & optimos quoſq. animo a ſe abalienauit, vnde & perpetuam ſuo nomini ignominiā irrogauit, redditus poſteris eo nomine odioſus; cum tantum virum, Ioannem dico, quem innocens imbuta litteris adoleſcentia illuſtrarat, monaſticiſq. inſtitutis exculta iuuentus nobilitarat, necnon diſciplina atq. exercitatio clericalis Antiochiæ mirifice ſublimarat, ac denique ipſa pontificalis functio, nullo præpedita terrenarum rerum affectu, Deo, Angelis, & hominibus commendarat: talem (inquam) tantumq. virum, columnam Eccleſiæ conatus ſit Theophilus comparatis vndique machinis deorſum in terram proſternere, penituſq. conterere. Sed longe aliter ac concepit animo, accidit, ac plane contrarius eſt conſecutus euentus: ſiquidem ille perſecutione clarior, calumnijs illuſtrior, ac denique morte toto Orbi radijs immortalitatis effulſit.

VIII.

e Pallad. dialog. de rebus geſtis Chryſoſt.

Quid in viduas laſciuientes Chryſoſtomus.

Sed proſequamur res tuuc geſtas a Palladio [e] Epiſcopo, qui interfuit, ita deſcriptas: Cum vero (inquit) Theophilus libellos ſuſcepiſſet, conuerſatur apud Eugraphiam, vna cum Seueriano, & Antiocho, & Acacio, ac reliquis Ioanni propter eius caſtiſſima monita infenſis. Mos enim erat illi, iuxta Paulum, publice & per domos honeſtatem edocere, & eas huiuſmodi maxime verborum caſtigatione compeſcere, quæ cum iam anus per ætatem eſſent, iuuenes tameu apparere velent: Quid, inquiens, cogitis corpus rurſum iuueneſcere, cincinnos in fronte ferentes inſtar meretricum, ad deceptionem intuentium, & congredientiū vobis, idq. cum ſitis viduæ?] extant quidem eiuſmodi obiurgationes ſæpius repetitæ in eiuſdē Ioannis Chryſoſtomi homilijs. Sed pergit Palladius;

Cougregati

IX. *Ioannes quadraginta collegit Epiſcopos.*

a 2.Tim.4.

A Congregati autem requlrebant quo pacto iudicium inchoarent. Vnus vero ex aſſiſtentibus monuit, porrectis vt libellis Imperatori, ipſum etiam inuitum ad Concilium trahetent. Factum eſt igitur hoc, ſicuti ſub Iudæis quondam, auro illis per omnia ſuffragante. Eramus cum Ioanne quadraginta Epiſcopi tunc in Epiſcopatus triclinio ſedentes, admirante ſque quomodo qui ſolus venire iuſſus erat, ac pro nefarijs reſpondere criminib. tot ſociatus Epiſcopis veneiat: quo item modo ſententias Principum immutarat, & complures de clero peruerterat. Sic autem ſermocinantibus nobis, afflatus Spititu ſancto Ioannes repente omnibus ait: Orate fratres: ac ſi quidem diligitis Chriſtum, mei gratia ſuam nullus Eccleſiam deſerat. Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, iuxta ſententiam Pauli [a]. Multas (vt video) preſſuras ptimum patiar, atque ita demum excedam e vita. Scio enim vetſutiam ſatanæ, quod non ferat ſe meis quotidie ſermonibus laceſſiri. Atque ita demum mihi præſtate miſetationis affectum, vt in orationibus veſtris memineritis mei.

X. *Luctus Epiſcoporum qui cũ Ioanne erant.*

b Philip.1.

Mærore igitur ineffabili detenti, alij qnidem effundebamus maximam vim lacrymarum: alii vero e Concilio egrediebantut, oculos eius ſacrumque caput, vna & os illud pretioſum & beatiſſimum B exoſculantes, neque ſe a fletu & ſingultibus continere valentes. Hortatus redire ad conſeſſum hue atque illuc in motem apum circum alueare crebro murmure perſtrepentium: Sedete (inquit) fratres, & flere deſinite; ne me amplius affligatis: mihi enim [b] viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum (Iam enim fama vulgauerat, ob fiduciæ illius magnitudinem capite truncandum eſſe) Et ſi tenetis (ait) memoria, reminiſcimini quomodo ſemper dixerim vobis: Via eſt vita præſens, cuius & triſtia & læta pertranſeunt. Nundinæ ſunt, quæ cernimus omnia; vendimus, emimus, modo diuertimus. Num Patriarchis meliores ſumus, Prophetiſq. & Apoſtolis antecellimus, vt immortalis hic nobis permaneat vita? Ad hæc ingemiſcens quidam ex præſentibus, dixit: At vices lugemus noſtras, noſtramque deſolationem, qui pupilli relinquimur, Eccleſiæ viduitatem, confuſionem legũ, ambitionem non timentium Dominum, & gubernaculis Eccleſiæ ſeſe importune ingerentium, deſtitutos pauperes, deſertamque doctrinam. His ille auditis, indice dexteræ manus læuæ nodum ſę pius pulſans (conſueuerat enim vir Dei inter animi curas atque æſtus hoc facere) ita ſe alloquenti ait: Sufficit, frater, noli plura proſequi. Verum (vt dixi) veſtras Ecelesias non dimittatis. Neq. enim a me doctrina Chriſti cœpit initium, neque item in me deſitura eſt. Nonne Moſes mortuus C eſt? numquid Ieſus inuentus poſt illum non eſt? Nonne Samuel obijt? nonne Dauid vnctus eſt? Exceſſit vita Hieremias: nonne reliquit Baruch? Aſſumptus eſt Elias: nonne prophetauit Eliſæus? Capite cæſus eſt Paulus: nõne poſt ſe reliquit Timotheum, Titum, Apollo, & innumeros alios? His dictis, Eulifius Apameæ Bithyniæ Epiſcopus ait: Neceſſario, ſi Eccleſias tenuerimus, communicare cogemur atque ſubſcribere. Ad hæc ſanctus Ioannes: Communicate quidem, ait, ne ſcindatis Eccleſiam: verum nolite ſubſcribete: nihil enim mihi conſcius ſum, propter quod deponi aut deiici merear.

XI. *Synodus a Theophilo cõgregatur, ad quam citatur Ioannes.*

Cum inter eos iſta referuntur, nunciati ſunt aſtare pro foribus hi, quos Theophilus miſerat. Iubet eos protinus ingredi. Ingreſſos, cuiuſnam eſſent gradus, interrogat. Epiſcopos eſſe vbi didicit, orat, vt ſedentes, quam ob cauſam aduenerint, dicant. Illi autem, Breue tantum habemus, inquiunt. Iubete illud legi. Quod ille vbi annuit; mandant Theophili puero, vt legeret. legit. Erat autem hic textus: Sancta Synodus ad Quercum cõgregata (erat autem locus trans mare ſic vocatus, Ruffini ſuburbium, in quo illi conuenerant) Ioanni, neque addentes id quod profecto erat, Epiſcopo (ſolet enim ferme obcæcatus animus non rite aſpicere, ſed ea voluere & conſpicari, quæ paſſio D dictat) Libellos contra te accepimus, mala continentes innumera. Occurre igitur, Serapionem & Tigrim presbyteros aſſumens tecum: eſt enim illis opus.] hactenus Breue miſſum. Erant vero qui miſſi ſunt, Dioſcorus & Paulus & Libya iuuenes admodum.

XII. *c* Soz.li.8.c.19.

Synodus quæ nunciãda Theophilo mãdet.

Quod autem ad locum Synodi, ad Quercum dictum: Fuit (inquit Sozomenus [c]) id ſuburbiũ Chalcedonis, quod a Ruffino Conſulari iam cognomen habet, in quo & regia eſt & ampla eccleſia, quam ipſe Ruffinus in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli extruxit, & Apoſtolæum ex his appellauit, monachos etiam in vicino collocauit, qui clerum eccleſiæ ſupplerent.] hæc Sozomenus. Poſt hæc Palladius addit: Poſtquam lecta eſt pagina, contradicunt hi qui cum Ioanne erant Epiſcopi: & Theophilo per Epiſcopos tres, Lupicinum, Demetrium, & Euliſium, & presbyteros duos Germanum & Seuerum hæc reſcribentes: Noli Eccleſiæ negotia ſoluere: noli confundere ordinẽ, & ne ſcindas Eccleſiam, propter quam Chriſtus deſcendit ad terras. Quod ſi impatiens ſoluis Nicæni Concilij canones, cauſaſque citra terminos tuos cognoſcere vis; ipſe ad nos tranſi in bene inſtitutam ciuitatem: neque inſtar Caim Abel in campum prouoces: vt nos te primum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum ſeptuaginta, apertas & neſarias actiones continentes. E Pluresque per Dei gratiam ſumus, quam Synodus tua, cõgregati non ad euerſionem Eccleſiæ, ſed pacem. Nam tua quidem Synodus triginta & ſex habet Epiſcopos ex vna prouincia: nos autem quadraginta ſumus ex prouincijs varijs, in quibus & ſeptem ſunt Metropolitæ: & neceſſario conuenit paucintes a pluribus ac præſtantioribus ſecundum canones iudicati. Habemus enim & epiſtolam tuam, per quam admones Coepiſcopum noſtrum Ioannem, non oportere citta terminos ſuos Epiſcopos iudicare. Quocirca Eccleſiaſticis obtemperans legibus, accuſatores tuos ora, vt a tua accuſatione deſiſtant. Ad hæc motus Ioannes, Epiſcopis ſuis ait: Vos quidem, quod vobis videtur, ſcribite: me autem conuenit, ad ea quæ mihi ſunt ſcripta, reſcribere.

XIII. *Quæ Theophilo renunciãda eſſent.*

Sic itaque Theophilo mandauit, dicens: Ego, an aliquis dicere contra me quippiam poſſit, hactenus neſcio. Porro ſi quis propoſuit contra me, vultiſque veniam; manifeſtos inimicos meos, quos mihi negligentia ſua facit infeſtos, conuentu veſtro primum abiicite: neq. iam de loco cõtendam, vbi me oporteat iudicari, etſi id maxime in ciuitate fieri oportuit. Sunt autem, quos vt ſuſpectos renuo, Theophilus, quem in Alexandria & Lycia dixiſſe certum eſt: in Comitatum proficiſcor;

ciſeor, vt Ioannē deponam. Id ex eo verum probatur, quod adueniens neque congreſſus eſt mihi, A neque communicauit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus eſt, quid poſt in iudicio facturus putatur? Acacium itidem abijci poſtulo, qui dixit: Ego ipſi ollam condio. Quid autem de Seueriano & Antiochodicam, quorum facinora ſæculi quoque theatra canunt? Itaque ſi me re vera venire vultis: hos quatuor, ſi quidem iudices ſunt, Concilio pellite: ſin autem accuſatores, eos ad iudicium ſiſtite, vt ſciam quo mihi ordine certandum ſit, vtrum quaſi contra aduerſarios, an aduerſus iudices ſtandum, omninoq. non ſolum ad charitatem veſtram, verum & ad omnem quoque vniuerſalem Synodum venire paratus ſum. Scitote igitur, quod ſi millies miſeritis ad me, nullum aliud reſponſum a me reportabitis.

XIV.
Imperatorio edicto non paret Ioannes.

Illis exeuntibus, Notarius edictum habens regium, per quod iuxta illorum poſtulata inuito traheretur ad iudicium, eueſtigio ingreſſus vrgebat. Vbi Notario reſponſum fuerat, nunciantur duo Ioannis presbyteri, Eugenius quidam, qui factionis contra Epiſcopum Ioannem mercedem accepit Heracleæ Epiſcoparū, & Iſaac monachus (ne aliter dicam) ita nunciantes: Mandat tibi Synodus, vt tranſeas ad nos, reſponſurus ad crimina. Contra vero Ioannes per Epiſcopos alios ita reſpondit: Quanam, oro, conſequētia, quo ordine iudicatis, qui neque inimicos meos vultis abijcere, & me per clericos meos acceſſitis?] iſta Palladius. Socrates[a] vero atque Sozomenus[b] addunt, iam B quarto a Synodo Quercus ad iudicium Epiſcoporum vocatum ipſum fuiſſe Ioannem Chryſoſtomum, eumdemq. demum poſt alia prouocaſſe ad Synodum œcumenicam. Clerum quoque Conſtantinopolitanum ad eamdem Synodum eſſe vocatum comminatione depoſitionis, ſi venire detrectaret, idem Sozomenus tradit.

a Socrat. lib. 6. c. 14.
b Sozom. lib. 8. c. 17.

XV.
Aſcititius Canon arguitur.

Cum autem tum ab Epiſcopis qui cum Ioanne erant, tum ab ipſo Ioāne plures cauſæ fuerint allatæ, cur minime teneretur ſe Synodali illi ſiſtere iudicio; certe quidem minime prætermiſſum fuiſſet, cum & tempus peropportunum & vrgens neceſſitas imperaſſet, Conſtantinopolitanæ œcumenicæ Synodi illum citare canonem (ſi re vera id ibi decretum fuiſſet, & non per impoſturam annexum) quo decernebatur, ſedem Conſtantinopolitanam primum poſt Romanam tenere debere locum; ac proinde nihil iuris ſibi Theophilum vendicare potuiſſe, vt in Ioannem ipſum Synodum cōgregaret, ſi inferior Theophilus Ioanne fuiſſet. Sed quod alia iura noua deficerent, ipſe Ioannes ad antiquum canonem Nicæni Concilij prouocat, quo limites Eccleſiarum fuerant definiti: vt plane intelligas, nullam penitus penes Ioannem Chryſoſtomum fuiſſe canonis illius cognitionem, ſed per impoſturam additum. C

XVI.

Antequam autem reliquas in ea Synodo res geſtas in medium adducamus, dicendum cur locum illum tranſpontum ad Synodum celebrandam delegerint Epiſcopi aduerſarij. In promptu quidem ratio illa eſt, ob euitandas ſcilicet Conſtātinopolitani populi turbas. Probe enim ſciebāt, illum ſuo Epiſcopo addictiſſimum, nec vllo pacto laturum Ioannem e ſede deponi: qui nec tamdiu tardaret tumultuari, niſi ab exercitu Imperatoris in officio contineretur. Sed haud his valuit omnino cohiberi, cum quæ in Ioannem in Synodo decreta eſſent, certo poſtea nuncio accepiſſent. At de his ſuo loco dicendum. Dum autem Synodus in Quercu ab Epiſcopis ageretur, populus pro ſuo Epiſcopo die noctuq. vigilans ſolicite agit excubias: plures enim illud inſumpſit dies iudicium Synodale: Cum inter hæc ipſe S. Ioānes Chyſoſtomus[c] ex more haud deſiſteret ad populum concionari, quem cernebat frequentiſſimum confluxiſſe. Tunc enim egregiam illā habuit orationem, qua ſummā in rebus aduerſis conſtantiā præſeferens, ita eſt exorditus: Multi quidē fluctus, & vndæ immanes: ſed ſubmergi non vereor; quia ſuper petram ſto. Inſaniat licet mare, petram non poteſt cōmouere: inſurgant quantumlibet fluctus, nauis Ieſu obrui non poteſt, &c.] par eſſet illā integrā hic deſcribere, ac ne apicem quidem vnum prætermittere, immo & eamdē ſæpius lectitare, at D que memoriæ commendare; vtpote quæ non ſolum inuicti roboris animi, infractiq. ſacerdotalis vigoris conſtantiam repræſentet, ſed quæ omnibus perſecutionem patientibus habeat paratum antidotum; vt nemo ſit inueniri adeo oppreſſus animo ac mærore penitus cōſternatus, quin vna eius inſpectione non erigatur. ſed quòd præ manibus inter alia eius ſcripta habeatur nimiæ prolixitatis cauſa vitandæ deſiſtimus. Reddemus hic tantum quæ de populi totius erga eum affectione & ſtudijs ad finem ſic habet: Ecce quot dies ſunt, quod vigilatis, & nullum veſtrum ſomnus inclinauit, nec temporis ſpatium frangit: nullum timor, nullum minæ deterrent; ſed terror eorum fortiores vos reddit. Viden enim vos, quod ſemper optaui: ideo quòd contempſiſtis mundi negotia, renunciaſtis omnibus: nihil iam de terra, neque de terrenis actionibus cogitatis. Ad cæleſtia vos tranſiſſe iam cerno: abſoluti eſtis vinculis corporis, ad beatam illam & cæleſtem contenditis philoſophiam. Hoc mihi ſufficit vidiſſe de vobis; hæc mea conſolatio; iſta me in agonibus meis velut vnguenta quædam corroborant, & fortiorem me agonibus reddūt.] hæc ipſe Chryſoſtomus, quod videret populū paſtori ſuo poſthabere bona omnia, relinquere opifices officinas, ruſticos deſerere agros, nauigia nautas, luctum exiſtimantes temporalium rerum iacturam, & mori viuere, ſi E daretur, pro ſacro Antiſtite caroq. parente vitam quoque profundere.

Ioannes concionatur ad populum in Eccleſia.

c Chryſoſtom. de expulſione ſui ipſius. tom. 5.

XVII.
Acta Synodi ad Quercum habita.

Sed iam Acta Synodi, quę licuit reperire, reddamus: ac primum calumniarum in Ioannē Chryſoſtomum congeſtarum aceruum hic reuoluamus, quas eius aduerſarij mentitis coloribus veriſimiles reddiderunt. Extant apud Photium in Bibliotheca, a meo autē Federico Metio intimo amico tranſlata: a quo integrum ipſum Photium Latinitati iam redditum, magno deſiderio expectamus edendum. ſunt autem hæc verba Photij: Legimus Conciliabulum, in quo aduerſus ſanctum Ioannem Chryſoſtomum conuenerūt Theophilus Alexandrinus, Acacius Berœenſis, Antiochus Ptolemaidis, Seuerianus Gabalorum, Cyrinus Chalcedonenſis Epiſcopi, & alij. In quo accuſatores ijdem teſtes & iudices erant. Hæc autem commentarijs tredecim geſta ſunt, duodecim aduerſus S. Ioannem, tertiusdecimus vero eſt Contra Heraclidem ab ipſo in Epheſiorum Epiſcopum ordinatum, cuius condemnationem & priuationem neque perficere potuerunt: nam alij quidam obſtiterunt.

A obſtiterunt. Accuſator quidem Heraclidis fuit Macarius Epiſcopus Magneſiorum: Ioannis vero Chryſoſtomi fuit apertus inimicus & primus eius accuſator Ioãnes eius diaconus. Accuſabat autem primo Chryſoſtomum, quod ipſum iniuria affecit, eum excommunicando, quia filium ſuum Eulalium verberauit. *Accuſationes xxix. contra Ioannem Chryſoſt.*

Secundo quod Ioannes quidam monachus mandato Chryſoſtomi fuit verberatus, & protractus, & inſtar obſeſſi a dæmone, ferrea catena vinctus.

Tertio, quod margaritas multas vendidit.

Quarto, quod marmora S. Anaſtaſiæ, quæ Nectarius ad exornandam eccleſiam reliquerat, ipſe vendiderat.

Quinto, quod clericos dicebat nullo honore dignos, corruptos, inutiles, vel qui abuſibus delectabantur, & alijs præterea contumelijs afficiebat.

Sexto, quod ſanctum Epiphanium nugacem & dæmoniacum dictitabat.

Septimo, quod aduerſus Seuerianum commenta & inſidias ſtruxit, irritans aduerſus eum Decanos.

B Octauo, quod aduerſus clerum ſycophantijs & calumnijs plenum librum condidit.

Nono, quod congregaſſet Concilium totius cleri, tres diaconos ſiſtit, Acacium, Edaphium, Ioannem, accuſans eos, quod ſuum pallium furati eſſent, dicẽs: Quis nouit an ad alium vſum aliquo pacto illud acceperint?

Decimo, quod Antonium, qui conuictus eſſet ſepulchrorum effoſor, Epiſcopum ordinauerat. XVIII.

Vndecimo, quod Ioannem Comitem in ſeditione militum ipſe denunciauit.

Duodecimo, quod neque procedens in eccleſiam, neque exiens orabat.

Decimotertio, quod non in eccleſia, vt par eſt, ordinauit diaconos & presbyteros.

Decimoquarto, quod in vna ordinatione quatuor Epiſcopos ordinauit.

Decimoquinto, quod recepit mulieres ſolus cum ſolis agendo, omnes alios reijciendo foras.

Decimoſexto, quod hereditatem a Thecla relictam emit per Theodolum.

Decimoſeptimo, quod de redditibus Eccleſiæ quid agatur, ſciat nemo.

Decimooctauo, quod Serapionem accuſatum, presbyterum ordinauit.

Decimonono, quod communionem amantes totius vniuerſi, vt illi lubet clauſos, & in carcere C mortuos neglexit, & neque deducere, & proſequi eos ad eorum tentoria & tabernacula dignatus eſt.

Vigeſimo quod ſanctiſſimum Acacium iniuria affecit, neque illum loqui ſiuit, vel reddere rationem. XIX.

Vigeſimoprimo, quod Venerium presbyterum tractauit cum multa contumelia.

Vigeſimoſecundo, quod Porphyrium presbyterum tradit Eutropio, vt eijceretur in exilium.

Vigeſimotertio, quod illi ſoli præſto eſſet balneum; & poſtquam lotus fuerit, Serapion prohiberet introitum, vt nullus alius lauaretur.

Vigeſimoquarto, quod multos abſque teſtibus ordinauit.

Vigeſimoquinto, quod ſolus comedit, agens vitam Cyclopis turpiter & voluptuoſe.

Vigeſimoſexto quod ipſe accuſat, ipſeq. teſtimoniũ perhibet, & ipſe iudicat: idq. patere dicſit ex ijs quæ aduerſus Martyrium protodiaconum & Proereſium Lyciæ Epiſcopum patrauit.

Vigeſimoſeptimo, quod pugno percuſſit Memnonem in eccleſia Apoſtolorum; & profluente ſanguine ex ore eius, nihilominus obtulit ſacra myſteria & Euchariſtiam.

D Vigeſimooctauo, quod in throno exuitur & induitur, & paſtillum comedit.

Vigeſimonono, quod pecuniam etiã largitur Epiſcopis ab ipſo ordinatis, vt clero ſuppeditet. Capita quidem hæc ſunt. Ipſe vero quatuor vicibus vocatus non acceſſit, reſpondens illis qui conuocabant: Si apertos hoſtes ab ordine iudicum ſegregetis, præſto ſum accedere, & cauſam tueri meam: ſin minus id vultis facere, quoties mittetis nihil minus fiet.

Examinarunt & perpenderunt primũ & ſecundum caput iſtorum. Deinde cœperunt de Heraclide & Palladio Helenopolis Epiſcopis agere. Et iterũ dedit libellum Ioannes monachus, cuius diaconus Ioannes in accuſationibus aduerſus Chryſoſtomum mentionem facit, accuſans Heraclidem, quod ſit Origeniſta, & quod fur ſit deprehenſus in Cæſarea Palæſtinæ, veſtes diaconi Aquilini furatus; & quod quamuis talem, Ioannes tamen Epiſcopum in Epiſcopatu Epheſi ordinauit. Accuſabat etiam Chryſoſtomum, quod multa mala paſſus a Serapione propter Origeniſtas, illum nihilominus lubenti animo dimiſit. XX.

Deinde his examinatis, nonum caput fuit perpenſum & diſcuſſum accuſationum vigintinouem. Deinde iterum accuſauit Acacius Epiſcopum Heraclidem, vt Origeniſtam, & qui abſtinuit E a ſanctiſſimo Epiphanio Epiſcopo, neque in oratione communicauit illi, neque in conuictu. Dedit etiam idem Acacius libellum aduerſus Chryſoſtomum talia continentem: XXI. *De accuſationibus Acacij aduerſus Ioannem.*

Primo de ſæpe dicto Ioanne monacho, quod vapulauit propter Origeniſtas, & quod ferreis catenis fuit obſtrictus.

Secundo, quod B. Epiphanius propter Origeniſtas Ammonium, Eutychium, Euſebium, & Heraclidem, & Palladium, noluit cum Chryſoſtomo communicare.

Tertio, quod hoſpitalitatem deſeruit, ſolus ſtudens comedere.

Quarto, quod aduerſus Eccleſiam loquitur, illius altare furiarum plenum appellans.

Quinto quod gloriatur aduerſus Eccleſiam, dicens: Amore pereo, & inſanio. Et quod debet declarare, quænam ſint furiæ, & quid ſignificet, Amore pereo, & inſanio. Eccleſia enim haud nouit talia.

Sexto, quod aditum aperit peccatoribus, dicens: Si iterum pecces, iterum pœnitentiam facito & quoties peccaueris, accede ad me, & ego te curabo.

Septimo,

Septimo,quod blaſphemias conuerſus ad Eccleſiam profert, dicens quod Chriſtus orans non fuit exauditus,quod non bene orauit. A

Octauo,quod populum ſeducit,vt ſeditio fiat aduerſus Synodum.

Nono,quod Ethnicos,qui Chriſtianos male tractauerint,ſuſcipit,& habet in eccleſia, & illis præeſt.

XXII. Decimo,quod inuadit alienas parochias,& Epiſcopos ordinat.

Vndecimo,quod clericos inauditos iniurijs affecit & contumelijs.

Duodecimo,quod depoſitum alienum vi ſapuit.

Decimotertio,quod abſque conſeſſu & Synodo,& inconſulto clero,præter mentem cleri ordinationem facit.

Decimoquarto,quod Origeniſtas ſuſcipit:& eos qui cum Eccleſia communicant, & venerunt cum litteris commendatitijs,in carcerem detruſos non curauit,ſed in ipſo mortuos,neque omnino reſpexit.

Decimoquinto,quod alienos ſeruos nondũ libertate donatos,ſed de lictis obnoxios & accuſatos ,Epiſcopos ordinauit. B

Decimoſexto,quod Iſacium contigit multa mala pati ab huiuſmodi facinoroſis hominibus.

XXIII. Arſacius archipresbyter,qui ipſi ſucceſſit,& Atticus presbyter teſtimonium dixerunt contra Chryſoſtomum.Sentẽtiam primo dixit Gymnaſius Epiſcopus,poſtremo Theophilus Alexandrinus,omnes numero quadragintaquinque.Scriptæ ſunt Synodicæ ad clerum Conſtantinopolitanũ de facta depoſitione Chryſoſtomi.Miſſa quoque eſt relatio ad Reges. Traditi illis etiam libelli tres a Gerontio,Faustino,& Eunomio,quibus querebantur, ſe iniuſte a Ioanne depoſitos. Facta etiam fuit reſponſio Imperatoris ad Synodum. Sunt ibidem actiones de Heraclide Epiſcopo.]huc uſque Photius de Synodo habita apud Quercum.

XXIV. *Suſpicio de impoſtura.* Sed ſubijt interdum animũ meũ haud leuis ſuſpicio de Actis iſtis,quod ſpuria ſint,& ab aduerſarijs S. Ioannis Chryſoſtomi poſt eius obitum conficta.Quandoquidem in eis deſiderari videntur(licet tam multa habeant)quæ in ſe ab illis obiecta fuiſſe,ipſemet Chryſoſtomus tradit. Nã ad Cyriacum Epiſcopum ſcribens,cum a ſede deiectus eſt,hæc habet:Multa quidem aduerſus me confinxerunt,& dixerunt quod ad communionem non ieiunos receperim. Et ſi quidem hoc feci, expungatur nomen meum ex albo Epiſcoporum,& non ſcribatur in libro Orthodoxæ fidei:Quoniam ecce ſi tale quid admiſi,abijciat me etiam Chriſtus a regno ſuo. Sin autem pergunt hoc mihi obijcere & contendere;deponant & Paulum,qui poſtquam cœnauit, totam domum baptizauit.deponant & Chriſtum ipſum,qui poſtquam cœnatum eſt, Apoſtolis communionem dedit. Dicunt,quod cum muliere dormierim. Exuite me,& inuenietis membrorum meorum mortificationem. Sed hæc omnia per inuidiam excogitarunt.]hactenus de his Chryſoſtomus. Quod igitur quæ hic recenſet,maxima omnium eſſe videbantur accuſationum capita. cũ inter quadraginta illa ſex enumerata minime reperiantur;vt de fide Actorum illorum dubitem,iuſta ratio perſuadet; cũ & ab alijs alia eiuſdem Synodi Actorum addantur capita,quæ in eiſdem Photij Actis minime ſit reperire. C

XXV. Sed quænam hæc ſint,adijciamus. Ait enim Sozomenus [a]. Hoc loco Theophilus vna cum ceteris Epiſcopis conueniens,de libris Origenis nullam quidem mentionem fecit: ſed Scetẽſes iſtos monachos ad pœnitentiam inuitauit,pollicitus ſe neque iniuriæ acceptæ fore memorem,neq. mali quicquam eſſe facturum. Cum igitur ſuis clamoribus illos vrgerent fautores Theophili, vt veniam peterent,& interim ſimularent Synodum pro ipſis ſupplicare:monachi perturbati,atq. hoc plane fieri oportere rati,multis Epiſcopis præſidẽtibus,illud ſcilicet quod illis dicere ſolemne eſt: Etiam ſi iniuriam fecerimus,ignoſce,inquiunt. Theophilo igitur illos prompte in gratiam ſimul & in communionem recipiente,ſoluta eſt cognitio, quæ aduerſus Scetenſes iſtos inſtituta fuerat. Quod opinor non ita ſucceſſiſſet,ſi vna cũ reliquis monachis Dioſcorus & Ammonius affuiſſent. Nam Dioſcorus iam ante mortuus,in templo Mocij martyris eſt ſepultus: Ammonius autem modo,cum Synodus conuocaretur,corpore languere cœpit;& poſtquam ad Quercum traieciſſet,morbo grauius correptus fuit,& non multo poſt finiuit vitam,& apud vicinos monachos, vbi etiam iacet,ſplendidam ſepulturam ſortitus fuit.]hæc Sozomenus. D

[a] Sozom. lib. 8. c. 18.

Monachi Origeniſtæ pœnitentes ſecepti.

XXVI. *Palladius plus ſatis ſuis fauit.* At cum de his agit Palladius tantũ tribuit ſuis Origeniſtis, vt ſanctitatis culmen eos attigiſſe, atq. ẽt miracula edidiſſe,falſo teſtetur: Teſtis domeſticus,ſatis eſt. Sed pergit Sozomenus: Theophilus tãdẽ,vbi id intellexiſſet,illacrymaſſe fertur,ac dixiſſe,quod inter vniuerſos monachos ſuos talis non eſſet,qualis fuiſſet Ammonius, etiam ſi ipſe turbatũ extitiſſet auctor. Proceſſerat interim illi & hoc ex ſententia.]hactenus ipſe. Sed in his nihil prorſus apud Acta a Photio ſummatim collecta,quorum tamen primo loco fuerat mentio habenda:nulla præterea memoria de his quæ ſunt ab eadem Synodo acta aduerſus Epiſcopos a Ioanne miſſos ſuæ defenſionis cauſa , de quibus iſta Palladius [b]: Ad hæc illis Epiſcopis captis,alium ceciderunt,alium conſciderunt,alij ferrum collo impoſuerunt,quod ſancto viro præparauerant;vt ita iniectus in nauim,in loca mitteretur ignota;dæmone illos,leonum inſtar,in ferociam excitante.]hæc de his quæ ſpectant ad Synodum. E

[b] Pallad. dialog.

XXVII. *Sententia fertur contra Ioãnem Chryſoſtomum.* Subdit vero Palladius: Comperta illorum immani impudentia,ſanctus ſe ipſum cohibuit. Fortiſſimi autem illi viri,contextis commentariolis, quæ aranearum telis infirmiora ad probationẽ erant,contra ſanctum ſententiam proferunt,cuius neque faciem viderant neq. audierant vocẽ,die vna conficientes nequitiã,quam longe ante texuerant. Neq. enim cohiberi poteſt diabolicus impetus,conſilij ſemper & morarum impatiens. Miſſaq. relatio eſt ad Imperatorem ita exordiens:

XXVIII. Quoniam accuſatus Ioannes quorundam criminum, conſciuſq. ad ea diluenda occurrere noluit:huiuſmodi vero deponunt leges;id quod & paſſus eſt. Continent autem libelli & læſæ maieſtatis crimen. Iubeat hunc pietas veſtra expelli,vel inuitũ daturũ tanti criminis pœnas:nobis enim

iſta

A iſta non licet inquirere.]hactenus relatio.ſed exclamat Palladius: O infeliciſſimi, quæ ſentitis & facitis, ea erubeſcitis facere: non Deum plane, ſed homines reuere mini, ſiue metuitis. Erat autē id crimen male ſictum in Reginam, quam (vt illi detulerunt) Iezabel appellauerat. At boni viri illi, ferro cædi ſanctum videre cupientes, ita detulere. Deus autem & eorum penitus inſitam nequitiā patefecit, & Principum corda molliuit, ſicut Danieli ª dudum in Babylone contigerat. Illic enim leones in manſuetudinem conuerſi, homines vero efferati ſunt, non parentes Prophetæ; corripuit que Deus eos qui præter naturam efferati erant, his contra naturam in manſuetudinem verſis. Io hunc modum Ioannes Eccleſia pellitur, miſſo ad id Comite cum auxilio militum, non ſecus quam ad barbaricum prælium. Pulſus autem, agellos ad Bithyniç Præteum occupat.]iſta de Ioannis expulſione Palladius.

Relatio ad Arcadium de damnato Ioanne Chryſoſtomo
a Dan 6.

XXIX.
Ioannes Chryſoſtomus pellitur in exiliū.

Porro exturbationem Ioannis Chryſoſtomi profundo iam veſpere factam, per militeſq. perductum ad nauim, ſecutumq. immenſum totius populi lamentum, idem ipſe Ioannes docet epiſtola, quam ſequenti anno ad Innocentium Papam ſcripſit; eam ſuo loco reddemus. Arguendus ex his, qui id meridie eſſe factum, Socrates ᵇ narrat, dum ait: Ioannes triduo poſt eius abdicationem,
B circiter meridiem, aduerſariorū manibus clam multitudine ſe ipſum vltro obrulit: cauebat enim ne propter ipſum tumultus concitaretur. Sic igitur abducitur. In populo autem immenſa ſeditionis flamma incenditur: atque vt in huiuſmodi tumultibus vſu euenire ſolet, complures qui erga illum ante infenſo & inimico animo fuerant, tum quaſi mutata ſententia, eum commiſerari cœperunt: & qui paulo ante eum abdicatum videre cupiebant, eum falſis criminibus circumuētum prędicarunt. Itaque complures tum contra Imperatorem, tum contra Concilium Epiſcoporum vociferati ſunt, contraq. Theophilum potiſſimum, quem criminationis in Ioannem confictę auctorem exiſtimarunt: nam inſidias, quas Ioanni parauerat, amplius in obſcuro latere non poterant. Et quamquam multis alijs argumentis perſpicue deprehendebantur, tamen vel maxime ex eo, qđ cum Dioſcoro & eius fratribus, qui Longi dicebantur, ſtatim poſt Ioannis abdicationem cōmunicauit.]Sed id antea factum diximus ex Sozomeno. Subdit vero Socrates quæ ſequuntur:

b Socrat lib. 6. c. 14.

XXX.
Quid Seuerianus in Ioannē Chryſoſt.

Tum Seuerianus in eccleſia docens, tēpus ſibi oblatum putauit, quo in Ioannem opportune inueheretur; & ob eam cauſam palam dixit, illum, licet nullius alterius criminis eſſet conuictus, iure tamen propter inſolentes & ſuperbos mores abdicatum eſſe: Omnia enim peccata hominibus
C condonari, ſed Deum (vt ſacræ Scripturæ docent) ſuperbis reſiſtere. Quæ cum dixiſſet, multitudo fuit ad grauiorem ſeditionem concitata. Qua de cauſa ſine mora Imperator Ioannē Chryſoſtomū reuocādum curauit. Ideirco Briſo Imperatricis eunuchus, eam ob cauſam miſſus, in Præteno (eſt hoc quidem emporium e regione Nicomediæ ſitum) eum offendit, reduxitq. Conſtātinopolim.] hæc Socrates. Porro quod ipſe ait, commotione illa populi adductum eſſe Imperatorem, vt eum Conſtantinopolim poſtliminio reuocarit; terræmotum quoque factum eſſe, quo cubilis Imperatoris pars collapſa eſt, Leo Imperator in encomio de Chryſoſtomo aſſeuerat. Sed de eo hæc tantum Palladius ᶜ: Media vero tranſierat dies, cum motum quemdam fieri in ſuburbio contigit. Perterriti ex hoc, Ioannem, miſſo Notario, reuocant: vt plane acciderit propter iuſtum ſuum ᵈ Dominū commouiſſe terram.]At Theodoretus ᵉ eius veritatis firmior atque certior adſtipulator hæc ait: Cū vero noctu terræmotus factus eſſet, & terror inde Imperatrici incuſſus, Conſtantinopoli vrbi Mariæ (*ſic dicta, quod dicata illi fuiſſet*) præmittuntur prima luce legati ad Ioannem exulem, oratū, vt quamprimum ad vrbem redeat, periculumq. ei impendens depellat. Poſt quos alij mittuntur legati: poſt illos etiam alij: adeo vt Boſphorus refertus eſſet legatorū turba. Vbi vero fideliſſimus
D populus illud intellexit, oſtium Propontidis nauigijs operuere: omnes namque cum cereis accenſis ei obuiam fiunt. Atque pro eo quidem tempore hoſtium illius coniurata manus diſſipata eſt.] hactenus de his Theodoretus. Addit autem hæc Socrates ᶠ:

Terræmotu agitatur ciuitas poſt diſceſſum Ioannis.
c Pallad. in dialog.
d Agg. 2.
e Theod. lib. 5. c. 33.

f Socrat. lib. 6. c. 14.

XXXI.
Io. Chryſoſtomus introducitur in ciuitatē.

Verum quamuis hoc modo eſſet reuocatus; non tamen prius in vrbem ingredi, quam coram maioribus iudicibus innocens probatus eſſet; ſed in ſuburbio, quod Marianæ dicitur, ad tempus permanere conſtituit. Cum autem moram faceret, nec ad ciuitatem vellet redire: multitudo indigne & grauiter ferens, protinus eos, penes quos imperium erat, maledictis vexauit. Quapropter neceſſitate adductus, ad vrbem reuertitur. Multitudo prodit illi obuiam, eumq. ſumma reuerentia ad eccleſiam recta deducit; orat vt ſedem Epiſcopalem capeſſat, moreq. conſueto populo pacem precetur. Cum ille recuſaſſet, diceretq. hoc nō ante faciendū eſſe, quam tum cauſa eius eſſet iudicio diſceptata; tum hi qui ipſum condemnarant, mutata ſententia, abſoluerent: magis incendi cœpit: tanta enim cupiditas eum cum in ſede collocatum videndi, tum de integro concionantem audiendi illam inceſſerat. Itaque populi impulſu tes ſic confecta eſt. Cum Ioannes eſſet in ſede Epiſcopali locatus, & de more pacem populo precatus fuiſſet, coactus etiam neceſſitate concionatus
E eſt. Quæ res aduerſarijs alterius criminationis materiam ſuppeditauit; verum ad tempus illam conſopitam iacere paſſi ſunt.]hactenus Socrates. ſed adiungit iſta Sozomenus ᵍ: Coactus itaq. extemporalem quamdam orationem habuit; & ex venuſtiſſima ſimilitudine argumento ſumpto ſubindicauit, Theophilum occepiſſe contumeliam facere Eccleſiæ ſibi commiſſæ, vt & Regem Ægyptium vxori Abrahami ʰ Patriarchæ, quemadmodum referunt libri Hebræorum. Cumq. populum (vti par erat) ob propenſum animum, Imperatores ob beneuolentiam erga ſe collaudaſſet: in multas applauſus ac benedictiones Imperatoris eiuſq. coniugis vulgus excitauit, adeo vt ſemiplenam orationem abrumpere cogeretur.]hucuſque Sozomenus.

g Soz lib. 8. c. 18
h Geneſ. 12.

XXXII.
Quanta lætitia exceptus Ioannes a populo.

At ea extemporalis quidem oratio, neglecta fortaſſe, quod imperfecta relicta fuerit; vel perijt vna cum alijs multis. Sed adhuc alia reliqua eſt, habitā eodem quoque tempore, cum ab hoc primi exilio reuerſus eſt; cuius eſt exordium ⁱ: Quid dicam? quid loquar? Benedictus Deus. Hunc egrediens dixi ſermonē: hunc iterum reuertens: & illic conſtitutus hunc in ore voluebam, &c.]Sed & de frequentia populi eiuſq. incomparabili lætitia hæc poſt multa ſubiecit: Ante hoc quidem ec-

i Extat tom. 5.

cleſia replebatur:ſed & nunc in plateis Eccleſiæ factæ ſunt. Et vnanimes & coniuncti pſallẽtes Dei A
in vos prouocatis aſpectum: voces veſtræ cæli ſecreta penetrarunt, vt omnis ætas veſtras pſalmo-
dias miraretur attenta. Curſus equorum hodie, & pauci illuc, immo cũcti in eccleſia, quaſi torrẽs
quidam ac fluuius veſtra facta eſt multitudo. Voces veſtræ eleuantur ad cælum, amorem qui ad
patrem eſt, oſtendentes: orationes veſtræ meum coronauerunt caput, &c.] Deinde vero de immen
ſo, quo erga paſtorem ſuum flagrabant ſtudio, iſta ſubdit. O rem inauditam! Paſtor quieſcit, &
oues luporum rabiem abegerunt, inſidias vulpium oppreſſerunt. O ouium ſapientia! o filiorum af
fectus! o diſcipulorum charitas! o pulchritudo ſponſæ! abſente viro abegit adulteros; oſtẽſæ ſunt
eius diuitiæ, apparuit pulchritudo: latrones confuſi abierunt, & aufugerunt. Dicite mihi, quomo-
do perſecuti eſtis lupos? quomodo pepuliſtis latrones? Frequenti (inquit) oratione ad Deum. Quo
modo deſpexiſtis adulteros? Continuis (inquit) lacrymis, & deſiderio viri. Non accepi arma, non
ſumpſi lanceas, non arripui ſcutum: ſolummodo oſtendi eis pulchritudinem meam; qua perſpe-
cta, vulnerati fugerunt. Vbi nunc illi? proculdubio in confuſione. Vbi nos? in lætitia. Vbi
nunc illi? conſcientiæ ſuæ malo tabeſcunt. Vbi vero nos? in magna exultatione glorificamus
Deum, &c.] hæc & alia plura Chryſoſtomus in commendationem populi erga ſuum Epiſcopum B
charitatis.

XXXIII. *Clerici & Epiſcopi reſtituti.*

Reſtituto in Epiſcopatum ſuũ Ioãne Chryſoſtomo, Imperator, qui ab aduerſarijs in Eccleſijs
fuerant ſubrogati, clericos abire iuſſit, & priſtinos ante pulſos ſua loca recipere voluit, idemq. fe-
cit de Epiſcopis, qui eiuſdem Ioannis cauſa a perſequentibus facti erãt extorres, quos ad proprias
ſedes voluit remeaſſe. Ipſe vero Ioannes adiẽs Imperatorem, petijt ab eo ſuam cauſam tractari in
legitima Synodo; cuius rei agendæ cauſa ab ipſo implorauit auxiliũ.] hæc omnia habet ipſe Chry
ſoſtomus in epiſtola ad Innocentium Romanum Pontificem ſuo loco reddẽda. Ad hæc autem So

a Soz. lib. 8. c. 19.

zomenus [a] iſta ait: Porro Ioannes Conſtantinopolim reuerſus, magis etiamnum gratus populo
apparuit. Et cum eo tempore conueniſſent Conſtantinopolim circiter ſexaginta Epiſcopi, decre-
tum per eos eſt, vt & irrita haberentur ea quæ ad Quercum acta fuerant, & vt Ioannes Epiſcopatũ
retineret.] iſta ipſe. At vero hæc ex his quæ Palladius ſcribit, improbantur, dum ait, Theophilum
canone Antiochenæ Synodi egiſſe aduerſus Ioannem, quo iubebatur, vt a Synodo depoſitus Epi-
ſcopus non alio modo niſi ab alia Synodo maiori Epiſcoporum numero poſſet reſtitui. Quod ſi ve-
rum eſſet, reſtitutum fuiſſe Ioannem a Synodo ſexaginta Epiſcoporum; nullus poterat eſſe locus C
obiectioni a Theophilo factæ. Ceterum ipſe Ioannes in dicta epiſtola ad Innocẽtium, de his agẽs,
tradit expetitam a ſe Synodum, quæſitamq. magno ſtudio ab Imperatore: quam futuram timens
Theophilus, fugam cum ſuis arripuit, rediens Alexandriam: qui licet vocatus litteris Imperatoris
venire contempſit, plebis furorem, quam timeret, prætexens excuſationis loco. Et quamuis ipſe
Ioannes laborauerit de parando legitimo Synodali iudicio; numquam tamen voti compos effici
valuit, vt ipſe teſtatur ijſdem ad Innocentium litteris; quibus pariter declaratur, ipſum reſtitutum

Tẽpus Synodi ad quercũ habitæ.

in Eccleſiam ſediſſe vſque ad anni ſequentis magnum ſabbatum, qua die iterum expelli contigit:
quanam vero occaſione, ſuo loco dicendum.] hæc quidem geſta ſunt hoc anno; ipſam autem Sy-

b Pallad. in dialog.

nodum ad Quercum habitam circa menſem Iulij, Palladij [b] teſtificatione, qui tunc cum Ioanne
aderat Conſtantinopolim, affirmari poſſe videtur. Etenim cum dicat, nouem vel decem menſium
ſpatium interfluxiſſe a dicta Synodo celebrata hoc anno ad Quercum, vſque ad ſequẽtis anni Qua
drageſimæ tempus, in cuius fine tunc (vt idem etiam tradit Ioannes) ipſo magno ſabbato iterum
expelli contigit: plane opus eſt dicere, hoc anno circa Iulij menſem Synodum illam a Theophilo eſ
ſe habitam Ioannemq. a ſede expulſum. D

XXXIV.

c Socrat. libr. 6. c. 15.

Theophilus in quo commendandus.

d Eccl. 12.

Ad poſtremum vero ad res hoc anno per Theophilum Conſtantinopoli geſtas Socrates [c] eiuſ
modi addidit appendicem: His (inquit) rebus geſtis, Theophilus in omnem offenſionem incurrit.
Odium contra illum inde etiam creuit, quod libros Origenis ſtudioſe legere non vereretur. Roga
tus igitur a quodam, cur libros quos condemnauerat, de integro amplexaretur? reſpondit, libros
Origenis ſimiles eſſe prato omnibus florum generibus referto: Idcirco (inquit) ſi quid reperio in
illis boni, illud decerpo: ſin ſpinoſi quicquã, hoc vtpote aculeis pũgens, miſſum facio. Huc reſpon
dit Theophilus, non complexus animo illud Salomonis [d]; quod verba ſapientum ſint tamquam
ſtimuli; & qui præceptis in illis comprehenſis punguntur, non debent ex aduerſo calcitrare.] hæc
Socrates, ſed qui plane haud aſſecutus ſit ſenſa verborum Theophili; vel quod qui ſemel in eum dã
cere cœperat, omnia ab ipſo dicta vel facta æque redarguere proſecutus eſt.

XXXV.

Ceterum Theophili dicto nihil ſapientius, vtpote qui oſtenderit errores tantum Origenis ſibi
diſplicuiſſe, atque damnaſſe, nec reieciſſe ob aliquot in eis aſperſas hæreſes omnia eius ſcripta, quę
legere conſueuit, atque laudare. Id quidem Theophilus plane ex totius Eccleſiæ Catholicæ ſenten
tia, quæ (vt pluribus dictum eſt) ita legit Origenis commentarios, vt ab eius erroribus eſſe cauen E
dum admoneat: eamdemq. fuiſſe S. Hieronymi quoque ſententiam, demonſtrauimus ſuperius ex
eius epiſtola ad Tranquillum. Porro & diffamata ea tunc fuit calumnia in Theophilũ, quod Ori-
genis quos damnaſſet antea libros, recepiſſet; quodq. cum iam damnatos a ſe antea monachos in
amicitiam reuocaſſet, quaſi ipſe Origenis ſectator effectus eſſet. Ceterum & hos recepit pœniten
tes (vt vidimus) & libros ſic legendos accepit Origenis, vt tamen abſtinendum diceret ab aſperſis
in eis hæreſibus. Quod autem eodem quo a principio fuit animo, in damnandis Origenis errori-
bus ipſe Theophilus perſeuerarit, duæ reliquæ Paſchales epiſtolæ, quarum alteram hoc anno, alte
ram vero ſequenti datam diximus, apertiſſimam fidem faciunt. Felix ipſe (iterum dicam) Theo-
philus, ſi in proſequendo cauſam aduerſus Origeniſtas, dignum plane opus tanto Epiſcopo, non
admiſcuiſſet illis priuatas affectiones, in Ioãnem Chryſoſtomum ab exordio eius ſedis iam male
conceptas.

XXXVI.

e Soz. lib. 8. c. 19.

Quid autem acciderit eidem Theophilo hoc anno Alexandriam redeunti, Sozomenus [e] ita
narrat

A narrat: Theophilus etiam ſtatim nihil cunctatus (quamquam iam hiems ingrueret) fugiens vna
cum Iſacio monacho, Alexandriam abnauigauit. Sed cum tempeſtas maris vrgeret, appulit Ge-
ras, quæ eſt ciuitas puſilla, plus minus quinquaginta ſtadijs a Peluſio diſtans. Huius vrbis Epiſco-
po tum vita defuncto, ciues (vt accepi) elegerunt Eccleſiæ ſuæ Antiſtitem Nilammonem, virũ bo-
num, & qui ad monaſticæ vitæ faſtigium conſcendiſſet. Is habitabat ante ciuitatem in domuncu-
la, in quam ſe ipſe concluſerat, ianua lapidibus obturata, eo propoſito, vt ſacerdotium auerſaretur.
Theophilus itaque veniens, hortabatur, vt ordinationem a ſe oblatam acciperet. Apud quem ille
quamuis frequenter ſe excuſans, nihil obtinuit. Tandem inſtanti: Cras (inquit) ita facias, ſi placet,
ô Pater, vt ego hodie res meas ante diſponam. At cum Theophilus poſtridie ex condicto veniſſet,
atq. eum fores aperire iuſſiſſet: Age vero (inquit Nilammon) oremus primũ. Quo laudato, Theo-
philus quidem orauit, ſed Nilammon inter orandum hanc vitam reliquit. Hoc autem & Theophi
lo primum, & ijs etiam qui cum illo foris ſtabant, ignotum erat. Verum cum paulatim tereretur
dies, quia ſæpenumero intentius euocantes non audiret, deiectis qui ad ianuam erant, lapidib. re-
pererunt hominem mortuum. Inuolutum igitur quibus oportebat, publica ſepultura dignati ſunt;
B ac templum etiam ſupra illius ſepulchrum indigenæ conſtruxerunt, & ſumma cũ ſolemnitate ad-
huc diem mortis eius celebrant. At Nilammon quidem ad hunc modum mortuus eſt: ſi tamen
mortem dicere oportet, quam ille ſubire maluit, quam Epiſcopatum ſuſcipere, quo ſe indignum
eſſe ob ingenij modeſtiam cenſuit.] hucuſq. Sozomenus. Porro non apud Geras tantum, ſed in vni
uerſa Catholica Eccleſia natalis Nilammonis publicis conſignatus monumentis viridi memoriã
perſeuerat. Voluit Deus eiuſmodi exemplo tum omnibus ſignificare, quam periculoſa eſſet Epi-
ſcopalis præfectura, vt præſtet interdum mori, quam in maximum diſcrimen adduci: tum etiam
Theophilum magis ſobrium reddi; vt animo volueret quod viderat; conſideraretque ſi paruæ ciui
tatulæ præficiendus Epiſcopus, a Deo expetierit ante mori, quam munus ſuſcipere; quanti eſſet pe-
riculi, præeſſe Alexandrinæ Eccleſiæ Orientalium omnium maximæ, omnibuſque ſimul Aegypti
prouincijs, atq. alijs adiacentibus regionibus. Sed nihil penitus eo exemplo profeciſſe ipſum qui-
dem, quæ anno ſequenti de ipſo dicenda erunt, oſtendent.

Nilammon potius delegit mori quam fieri Epiſcopus.

Eccleſia erecta Nilammoni & dies feſtus ſtatutus.

Hoc eodem tempore (poſt annum videlicet a demolitione famoſiſſimi templi Gazenſis, in cu
ius locum eccleſiam Eudoxia Auguſta ædificandam curauit) contigit Gazæ publica diſputatio in
C ter S. Porphyrium Gazenſis ciuitatis Epiſcopum, & Iuliam Antiochenam clariſſimam feminam,
quæ illuc aduenerat, vt Gentiles, quos audierat ad Chriſti fidem conuerſos, ad ſectam Manichæo-
rum pelliceret. Atquoniam in ea prodigium memoria dignum accidit, dignum putamus, vt rei
geſtæ narratio a Marco Gazenſi diacono litteris quam fideliſſime commendata hic deſcribatur.
Sic enim ſe habet [a]: Illo autem tempore (nempe anno ſequenti a ruina Marnei templi) venit in
ciuitatem mulier quædam Antiochena, quæ vocabatur Iulia: erat vero ex execranda hæreſi eorũ
qui dicuntur Manichæi. Cumq. cognouiſſet aliquos eſſe recens illuminatos, & in ſancta fide non-
dum ſtabilitos, in eorum irrumpens animos, eos corrumpebat per doctrinam ſuam, oculos pſtrin
gentem & incantantem, ſed multo magis per pecuniæ erogationem.] & poſt nõnulla de impijs Ma
nichæorum erroribus, rurſum inchoatam proſequitur orationem: Cum (inquit) illic verſaretur pe-
ſtifera mulier quidam fallaci illius doctrina ſunt ſeducti. Poſt aliquot vero dies cum id cognouiſ
ſet a quibuſdam Fidelibus S. Porphyrius Gazenſis Epiſcopus, eam accerſitam interrogauit, quæ-
nam & vnde eſſet, & quamnam haberet opinionem. Illa autem & patriam, & ſe Manichæam eſſe,
confeſſa eſt. Ijs autem qui erant apud ipſum, ira motis (erant enim quidã pij) eos rogabat beatus,
D ne iraſcerentur, ſed patienter eam admoneant & ſemel & bis, ſeruans id quod dictum eſt a S. Apo
ſtolo [b]. Deinde dicit mulieri: Abſtine, o ſoror, ab hac mala opinione: eſt enim ſatanica. Illa autẽ
reſpondit: Dic, & audi: & aut perſuadebis, aut perſuadeberis. Sanctus vero dixit: Para te in craſti-
num diem, & veni huc. Illa autem eum valere cum iuſſiſſet, eſt egreſſa.

XXXVII. Iulia Manichea ſeducit Gazenſes.

a Apud Metaphraſt. die 26. Febr. recitat Lipo. & Sur. ea die.

b Tit. 3.

Beatus vero cũ ieiunaſſet, & Chriſtum multum rogaſſet vt diabolum pudore afficeret, paratus
fuit in diẽ ſequentem. Aduocauit aũt quoſdã ex pijs clericis & laicis ad diſputationem ſuã & mu-
lieris. Die aũt ſequenti accedit mulier, habens ſecũ duos viros, & totidem mulieres, q̃ erant iunio
res & formoſæ, omnes vero pallidæ: Iulia aũt erat prouecta ætate. Ducebatur aũt tota eorum diſpu
tatio a ſcriptis & orationib. mũdanæ diſciplinæ, multo vero magis Iuliæ. Erat autem humilis eorũ
habitus, & modeſti mores, & (quod dicitur [c]) extrinſecus oues, intrinſecus vero lupi rapaces, &
venenata animalia: omnia enim dicũt, & faciunt cum ſimulatione. Deinde iuſſi ſedere, diſputabãt,
& inquirebant. Sanctus aũt Porphyrius ferens ſancta Euangelia, cum feciſſet ſignũ Crucis in ore
ſuo, cœpit eã rogare, vt diceret ſuã opinionem. Illa vero cœpit. Frater autem Cornelius diaconus,
qui fuit paulo ante nominatus, ſciens notis ſcribere, quib. vtũtur in iure, iuſſus a beatiſſimo Epiſco
E po, notabat omnia quę dicebantur & opponebantur, me & fratre Barocha admonentib. Diſputa-
tionem autem non ſcripſi in hoc libro, propterea quod ſit magna, vt qui velim compendio hoc ſcri
ptum mandare litteris: eã vero in alio libro expoſui ijs qui volunt ſcire ſapientiã a Deo datã ſan-
ctiſſimo Porphyrio, & aniles fabulas quas effutijt prodigioſa loquens & venefica Iulia. Quam q-
dem cito eſt perſecuta diuina iuſtitia. Poſtq̃ enim multa plurib. horis eſſet fabulata, & conſuetas
dixiſſet blaſphemias in Dominũ & Deũ vniuerſorũ: motus diuino zelo ſanctus Porphyrius, vidẽs
eum qui oẽs fines cõtinet, tã qui cadunt ſub aſpectum, q̃ qui nõ cadunt, blaſphemijs & maledictis
inceſſi a muliere, in qua operabatur diabolus, & q̃ ſe ſubmittebat illius voluntati; in eã tulit ſentẽ-
tiam, dicens: Deus qui fecit omnia, qui eſt ſolus æternus, nec habens principium neque finem, qui
glorificatur in Trinitate, tuam percutiat linguam, & obſtruat os tuum, ne loquatur blaſphema.
Sententiæ autem prolationem conſecutũ ſtatim fuit ſupplicium. Cœpit enim tremere Iulia, & mu
tari vultu, & manens in extaſi longum tempus non loquebatur, ſed erat muta & immobilis, habẽs
apertos oculos, & intuentes ſanctiſſimum Epiſcopum. Qui vero cum ea erant, cum aſpexiſſent

XXXVIII Diſputatio Porphyrij cũ Iulia Manichæa.

c Math. 7.

Iulia Manichæa diuinit. percuſſa obijt.

A ea quæ ſuſtinebat, magno timore affecti ſunt. Eam autem conſolabantur, & carmina cantabant ad eius aures; ſed non erat vox, neq. auditus. Cum longo autem tempore manſiſſet muta, emiſit animam, profecta ad tenebras, quas in honore habuerat (*ſecundum Manichæorum diſciplinam*) eam lucem eſſe arbitrans, conuenienter Scripturæ, quæ dicit [a]: Væ ijs qui faciunt id quod eſt dulce amarum, & quod amarum dulce, & ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras. Iuſſit autem ſanctus cõponi eius corpus, & tradi ſepulturæ, miſertus humanæ naturæ; erat enim ſumme clemens & miſericors. Quicumque vero audierunt id quod factum fuerat, valde ſunt admirari, non ſolum qui erãt noſtræ fidei, ſed etiam alienigenæ. Qui autem cum ea erant duo viri ac mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt ad pedes beatiſſimi Epiſcopi, dicentes: Errauimus. & petebant pœnitẽtiam. Beatus vero fecit omnes anathematizare Manetem auctorem eorum hæreſis, ex quo etiam appellati ſunt Manichæi: & cum plurimos dies eos inſtituiſſet catecheſi, adduxit ad ſanctam Catholicam Eccleſiam. Occaſione autem illorum, & alij quoque ex alijs gentibus pœnitentia ducti, fuerunt illuminati.] hactenus de his Marcus diaconus. At iam res Occidentales inuiſamus.

a Iſai. 5.

XXXIX. *Concilium generale Carthaginenſe.*

B Hoc eodem anno, ijſdemque Conſulibus, octauo Kalendas Septembris, celebratum eſt in Africa Concilium Carthaginenſe, Generale dictum, quod ex omnibus Africæ prouincijs legationes in eo affuerint, nimirum ex prouincia Bizacena, Mauritania Sitifenſi, & Mauritania Cæſarienſi: ex Numidia vero legati mitti minime potuerunt ob tumultuantes tyrones, vt excuſauit Alypius Epiſcopus Tagaſtenſis, qui interfuit cum Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo, atque Poſſidio Calamenſi. ſed ex prouincia Tripolitana miſſa eſt legatio, prout eiuſdem Concilij quæ extant Acta [b] declarant.

b Tom. 1 Conc. & in Concil. Afric. c. 17. 58.

XL. *De Tyronib. tumultuantib.*

Quid eſt autem quod Alypius ſic excuſat, legationem ex Numidia ob tyrones mitti minime potuiſſe? ait enim [c]: Nos quidem de Numidia venimus, ego & ſancti fratres Auguſtinus & Poſſidius; ſed de Numidia legati mitti non potuerunt, quod adhuc tumultu tyronum Epiſcopi proprijs neceſſitatibus in ciuitatibus ſuis aut impediti, aut occupati ſunt, &c.] & rurſum inferius iterum de impedimento tyronum meminit. Quantum enim ex quatuor reſcriptis datis hoc anno ſub ijſdem Conſulibus Theodoſio & Rumorodio colligi poſſe videtur: tyrones in Africa deſertores militiæ facti, longe lateque per prouincias graſſati ſunt more prædonum: quos Imperator, quatuor illis hoc anno datis reſcriptis ad Hadrianum Præfectum Prætorio, compeſcendos curauit. C nam ſexto Nonas Octobris hæc poſt alia antea edita ita ſtatuit [d]: Opprimendorum deſertorum facultatem prouincialibus iure permittimus: qui ſi reſiſtere auſi fuerint, velox vbicumq. iubemus eſſe ſupplicium. Cuncti etenim aduerſus latrones publicos deſertoreſque militiæ ius ſibi ſciant pro quiete communi exercendæ publicæ vltionis indultum. Hac tamen conditione ſeruata, vt ab his iunioribus, qui proxima indictione præſenti tempore conferuntur, ſupplicio temperetur, quo per prouinciales intra præſcriptum legibus tempus ad ea ſigna, quibus deſtinati fuerant, redhibendi ſunt, ne poſſeſſores redhibitionis damna percellant, propter eos qui necdum pene auſpicati militiam fugerunt. Sed vt in his patientiam tenemus, ita omnes qui vltra memoratam indictionem & noſtra beneficia ſanctionis caſtra & militiam deſeruere, condemnationibus obnoxios eſſe præcipimus, &c.] plane hos ſolicita cura compreſſos fuiſſe, quod de his nulla amplius mentio habeatur, poſſumus exiſtimare. Sed ad res Concilij reuertamur.

c Auguſ. contra Creſcon. lib. 3. c. 46.

d l. 11. 12. 13. 14. de deſertoribus Cod. Theod.

XLI.

Huius autem totius Africæ Generalis celebrandi couentus digna illa cauſa interceſſit, vt in eo ageretur de inuitando ad vnitatem Catholicæ Eccleſiæ Donatiſtas in Africa conſiſtentes. Meminiſſe debemus, iam elapſo anno, cum Anaſtaſius Romanus Pontifex Romanæ Eccleſiæ præeſſet, D hæc actitari cœpta, dum idem Pontifex (vt ſuo loco dictum eſt ſuperius) ad hoc ſuis litteris excitauit Epiſcopos Africanos: quibus (vt vidimus) in vnum coeuntibus, quid facto opus eſſet, vt quem optarent omnes, res conſecutura eſſet effectum; decreta inter alia in eo Concilio fuit legatio ad ipſum Romanum Pontificem pro indulgenia aſſequenda, qua liceret Donatiſtis ad Catholicam Eccleſiam reuertentibus, eamdem quam apud ſuos accepiſſent, dignitatem retinere.

XLII.

Conceſſit hoc ipſe Romanus Pontifex: ſed paulo poſt ex hac vita ſublato, & nouo ſubrogato Epiſcopo Innocentio, in præſentem annum dilatum eſt ipſum hac de re congregandum Carthagine Generale Concilium, in quo legati Roma reuerſi, quæ ab ipſo Romano Pontifice obtinuiſſent, coram omnibus ſignificarunt: id enim ex verbis Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi ſatis accipi poteſt, vbi inter alia quæ in Synodo præfatus eſt, hæc habet [e]: Iamdudum enim (ſicut veſtra ſanctitas recordatur) habito Concilio, deſtinauimus fratres noſtros ad tranſmarina legatos, quos oportuit in cœtu ſanctitatis veſtræ perfunctæ legationis curſum narrare.] ita ipſe.

e Concil. Cart. ſub Innoc. præfat. & Concil. Afric. 57.

XLIII. *De vnitate procuranda cum Donatiſtis.*

Pro vnitate vero Eccleſiæ componenda, Donatiſtiſque pacis fœdere conciliandis, quid in hoc ipſo Concilio decretum fuerit, idem Aurelius docet his verbis [f]: Profeſſio veſtrum omnium hoc E deprompſit, debere vnumquemque noſtrum in ciuitate ſua per ſe conuenire Donatiſtarum Præpoſitos, aut adiungere ſibi vicinum vnum collegam; vt pariter eos in ſingulis quibuſq. ciuitatibus vel locis per magiſtratus vel ſeniores locorum conueniant.] decretum poſt hæc, vt de his ex Synodo ad Iudices litteræ ſcriberentur: necnon tunc exarata eſt forma conuentionis, qua ijdem Donatiſtæ cum Catholicis conuenirent, ab omnibus ſeruanda, ibi in Synodo recitanda. Quod & factum eſt, lectis in primis litteris miſſis ab ampliſſima (vt ibi dicitur) ſede, nempe Apoſtolica vrbis Romæ, quibus quæ ab ea fuerant impetrata, nota fierent. Recitata pariter & iuſſione, qua quid ſinguli acturi eſſent innoteſceret, ipſa demum conuentionis forma præſcripta ibidem publicata eſt, qua ipſi conuenire deberent Donatiſtas: quæ in hunc modum ſe habet [g]:

f Apud Concil. Afric. c. 58.

g Ibidem. c. 59.
h Matth. 5.
i Iſai. 66. ſecundum lxx.

XLIV. *Forma conueniendi Donatiſtis.*

Conuenimus vos ex Concilij noſtri Catholica auctoritate miſſi, de veſtra correctione gaudere cupientes, conſiderantes Domini charitatem, qui dixit [h]: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. & admonuit per Prophetam [i] etiam; his qui dicunt ſe fratres noſtros non eſſe; dicere

nos

A nos debere, Fratres noſtri eſtis. Hanc ergo pacificam ex charitate venientem communionem noſtram contemnere non debetis; vt ſi quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis aſſerere: Ideſt, vt congregato veſtro Concilio, deligatis ex vobis quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis, vt nos poſſimus hoc facere; vt etiam de noſtro Concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, conſtituto loco & tempore, quicquid quæſtionis eſt, quod veſtram a nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant: vt tandem aliquando, adiuuante Deo noſtro, finem veternoſus error accipiat: ne propter animoſitatem hominum infirmi noſtri & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluceſcet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facile innoteſcet.] hactenus forma, quam dicunt, conuentionis.

XLV. Huius plane Concilij, & decreti in eo de conuentione ſtatuti, viſus eſt meminiſſe S. Auguſtinus qui interfuit, vbi agens contra Creſconium hæc ait [a]: Et quia multi erroris eorum laqueis implicati, cum quibus, vt inde liberarentur, agebamus, reſpondebant nobis, hoc nos cum Epiſcopis ſuis agere debere, collationemq. noſtram ſe vehementer optare, vbi poſſent videre, quibus aſſerentibus ſuperaret veritas falſitatem: in Carthaginenſi totius Africæ Concilio nobis placuit, vt B adhibita etiam publicorum teſtificatione Geſtorum, quo poſſemus eis qui hoc flagitabant, probare deſiderio eorum nos minime defuiſſe; veſtri pacifice conuenirentur Epiſcopi, quiſquis ab eo noſtrum, qui eodem loco, in quo ille, conſiſteret: vt per collationem noſtram errore ſublato, Chriſtiana & fraterna ſocietate, vnitate, charitate, pace frueremur: id intuentes, quia ſi hoc fieri vellent, adiuuante miſericordia Dei, facillime poterat, quicquid in cauſa noſtra eſſet, agnoſci: ſi autē recuſarent, ſaltem diffidentia eorum, non fruſtra illis qui hoc a nobis popoſcerant, appareret.] hæc ipſe. Sed quæ conſecuta hæc fuerint, mox ſubdit his verbis:

Ratio conueniendi Donatiſtas.

a Auguſt. contra Creſcon. lib. 3. c. 45.

XLVI. Factum eſt; conuenti ſunt; recuſarunt: quibus verbis, quo dolo, maledictione, amaritudine plenis, nunc longum eſt demonſtrare.] Verum quid acciderit Poſſidio conuenienti Criſpinum eiuſdem ciuitatis, cuius ipſe erat, partis tamē Donatiſtarum Epiſcopum, ex quo pariter quid reliquis Catholicis reſponſum a Donatiſtis Epiſcopis fuerit poſſumus intelligere, a S. Auguſtino accipe. Ait igitur [b]: Interea Criſpinus Calamenſis veſter Epiſcopus a Poſſidio collega meo in eadem ciuitate apud Acta conuentus, ad Concilium veſtrum primo diſtulerat, pollicens cum collegis ſuis ibi ſe viſurum, quid reſpondere deberet. Deinde poſt non paruum tempus, repetita conuentione, C rurſum apud Acta reſpondit, *iſta ſcilicet*: Verba viri [c] peccatoris ne timueris. Et iterum: In anres imprudentis caue ne quicquam dixeris: ne, cum audierit, irrideat ſenſatos ſermones tuos. Poſtremo hanc reſponſionem meam Patriarchali ſermone definio [d]: Recedant a me impij: vias eorum noſſe nolo.] hactenus recitata ab Auguſtino verba Criſpini, apud Acta Proconſularia ſcripta; quā vero turgida, & quam inflato corde, animoq. tumenti prolata? Vnde idem S. Auguſtinus: Hanc (inquit) eius reſponſionem cum docti indoctiq. riderent, quippe hominis dicentis verba viri peccatoris ſe non timere, cui reſpondere minime auderet, &c.] expendit eius reſponſionis ſententias ſingulas, quas in omnibus oſtendit prorſus fatuo eſſe homine dignas.

Conuentus a Poſſidio Criſpinus quid dixerit.

b Auguſt. contra Creſcon. lib. 3. c. 46.

c Matth. 2.

d Prouerb. 13.

XLVII. Sed qui verbis cauſam agere diffideret Criſpinus Epiſcopus Donatiſta, armis eam proſequi ſatius iudicauit. Sed quonam modo per alios id perfecerit, ita ſubdit Auguſtinus [e]: Cum ergo iſta reſponſio a multis intelligeretur, multis etiam demonſtraretur quātum inanis eſſet, quantum attinebat ad cauſam; quam vero amara & maledica, quod non pertinebat ad cauſam: atq. ita eius, ſicut apud vos habetur, doctiſſima annoſitas, heſterno contra ſtante tyrone, nihil aduerſum veritatem poſſe videretur: ſubito poſt paucos dies iter agenti Poſſidio, alius Criſpinus eius presbyter, & D (vt perhibetur) propinquus, tetendit inſidias armatorū: in quos pene iam noſter inciderat, niſi eis proſpectis atq. nunciatis, ad quemdam fundum fugiens, diuertiſſet; vbi ille nihil auderet, vel non præualeret; vel ſi quid etiam feciſſet, negare non poſſet. Quo comperto, continuo conſecutus eſt tanta cæcus inſania, vt iam latere, turpe arbitraretur. Tunc domum, in qua cum ſuis ſe Poſſidius incluſerat, ſepire armatis, lapidibus circumtundere, ambire flammis, aditū ex omni parte moliri. Quæ vero aderat incolentium multitudo, memor periculi ſui, ſi in eo loco aggreſſum tantum facinus impleretur: partim illum deprecabatur, vt parceret, quem reſiſtendo non audebat offendere; partim vero ignes ſuppoſitos extinguebat: cum ille nihilo ſegnius cœptis feruidus atq. inexoratus inſtaret. Ceſſit aliquando ictibus ianua: ingreſſi ſunt, ſauciatiſq. cæde iumentis quæ in inferiore domus parte compererant, de ſuperioribus Epiſcopum depoſuerunt, afficientes plagis & cōtumelijs. Vbi ne grauius ſæuirent, interceſſit ipſe Criſpinus, velut alijs rogantibus flexus, quorum non tam videbatur in ira ſua curare deprecationem, quam in facinore teſtimonium formidare.

e Auguſt. contra Creſcon. lib. 3. c. 46.

Quid Poſſidius a Criſpino paſſus.

XLVIII. Hæc poſtquā nota facta ſunt in oppido Calamenſi, expectabatur Criſpinus Epiſcopus veſter, quemadmodum in ſuum presbyterum vindicaret. Acceſſit etiam proteſtatio municipalibus Ge- E ſtis expreſſa, cuius vel timore vel pudore cogeretur exercere Eccleſiaſticam vindictam. Quod cū omnino contemneret, tantuſq. fieret veſtrorum tumultus, vt quia veritati prædicandæ reſpondere non poterant, itinera clauſuri putarentur, immo vero etiam cernerentur: leges, quæ non deerant, ſed quaſi deeſſent, in noſtris manibus quieſcebant, aduerſus Criſpinum Epiſcopum veſtrum commotæ ſunt, magis vt noſtra manſuetudo demonſtraretur, quam vt illorum puniretur audacia. Neque enim aliter innoteſceret, quid adiutorio Chriſti Eccleſia in ſuos inimicos poſſet, & nollet; non ſecundum hæreticam præſumptionem priuato fauore Circumcellionibus ſæuientibus, ſed ſecundum propheticam veritatem iugo Domini Dei ſubditis Regibus. Exhibitus igitur Criſpinus, & quod ſe eſſe Proconſuli quærenti negauerat, facillime conuictus hæreticus, decem tamen libras auri, quam mulctam in omnes hæreticos Imp. Maior Theodoſius conſtituerat, intercedente Poſſidio, non eſt compulſus exoluere. Qua mitiſſima ſententia non contentus, neſcio quo conſilio, quod diſplicuiſſe veſtris omnibus dicebatur, ad eiuſdem Theodoſij filios prouocandum putauit. Acceptatum eſt: Reſcriptum eſt: quid aliud, niſi quod pars Donati iam ſciret ſe ad illam pœnam

Damnatus Criſpinus appellat Impp.

auariam cum ceteris hæreticis pertinere?cum quibus propter communionem talis perſecutionis A
aut communem ſe deputet habere iuſtitiam;aut ſi nō deputat,non ſe ideo iactet iuſtam,quæ ea pœ-
na coercetur,qua coerceri & eas hæreſes videt,quas concedit iniuſtas.] hæc Auguſtinus,qui ſub-
dit de aliis Imperatoribus datis in eoſdem legibus,de quibus ſuo loco agemus.

XLIX. Vides ex his omnibus,quam præter expectationem acciderit,vt Donatiſtæ,qui publicis Actis
ad ineundam pacem atque concordiam per Catholicos Epiſcopos vocarentur, non tantum non
conſenſerint,ſed acerbius exaſperati longius reſilierint. Verum neque propterea pro ipſorum ſa-
lute agere prætermiſere Catholici:ſed ad mutuam collationem legibus Imperatoris compelli eos,
apud eoſdem Principes procurarunt,impetraruntque,quando autem id factum ſit, ſuo tempore
a Aug.epiſt.172. cap.12. dicturi ſumus. Agit de iiſdem iuſſionibus S.Auguſtinus [a] in epiſtola ad eundem Criſpinum da-
ta,cum ille iactaret,ſe velle de ſumma quæſtionis cum ipſo Auguſtino diſſerere:idemque hæc ea-
b Aug. epiſt.68. & 160. dem de Poſſidio recenſet [b] in epiſtola ad Donatiſtas. Narrat eadem & ipſe Poſſidius [c] in Vita
c Poſſid.in Vita Auguſt.c.12. S.Auguſtini,vbi & ſubdit de habita cum Criſpino publica diſputatione ad conuincendum eum eſ-
ſe hæreticum.ait enim:

L. *Diſputatio Poſſidij cum Criſpino.* Memorabili Auguſtino Antiſtite omnimodis inſtante,ad controuerſiam ambo ipſi Calamen B
ſes Epiſcopi venerunt,& de ipſa diuerſa communione tertio conflictu ſecum egerunt magna po-
pulorum Chriſtianorum multitudine cauſæ exitum apud Carthaginem & per totam Africam ex-
pectante. Atque ille Criſpinus Proconſulari & libellari ſententia eſt pronunciatus hæreticus. Pro-
que illo apud Cognitorem Catholicus Epiſcopus interceſſit ne auraria mulcta exigeretur: ei eſt
beneficium impetratum. Vnde cum ingratus ad piiſſimum Principem prouocaſſet:ab Imperato-
re relationi debitum eſt reſponſum ſolutum,& conſecutum præceptum,nullo prorſus loco Dona-
tiſtas hæreticos eſſe debere,& eos ad iura legum omnium contra hæreticos latarum vbique tene-
ri debere. Ex quo & Iudex propter Officium,& idem Criſpinus,quod minime fuerat exactus,præ-
cepti ſunt denas auri libras Fiſci iuribus inferre. Sed protinus opera data eſt per Catholicos Epi-
Poſſidij modeſtia. ſcopos,præcipue per ſanctæ memoriæ Auguſtinum,vt illa omnium condemnatio,Principis dimit-
teretur indulgentia:& Domino adiuuante,perfectum eſt.qua diligentia & ſancto ſtudio multum
creuit ſancta Eccleſia.]hucuſque Poſſidius: in quibus quidem enarrandis,ſummæ animi modera-
tionis & Chriſtianæ modeſtiæ ſpecimen edidit;tum quidem primo cum de molitionibus Donati-
ſtarum in Auguſtinum,deque ipſo Criſpino Calamenſi Epiſcopo ſermonem texens; de his quæ ip- C
ſe ab eo paſſus ſit,cum rem geſtam recenſeat,nomen tamen ſuū ſilentio penitus (ne ſua facta prę-
dicare videretur)obuolutum reliquit,tum etiā quod agens de publica diſputatione triduana, qua
Criſpinus eſt conuictus hæreticus,nomen ſuum pariter prorſus reticet;adeo quod niſi S.Auguſti-
nus ſuis ſcriptis aperuiſſet,id præſtitum a Poſſidio,penitus remanſiſſet obſcurum.

LI. De Criſpino rurſum illa eſt Auguſtini [d] querela,quod in fundo ad Imperatores pertinente
d Aug.contra lit. Petil.lib.2.c. rebaptizaſſet inuitas octoginta ad fundum ipſum ſpectantes perſonas Catholicæ communionis.
82. & epiſt.173. Porro cauſam iſtam Criſpini ad annum poſt ſequentē perductam eſſe,certo argumento eſt reſcri-
e l.39.de hæret. ptum aduerſus ipſum Criſpinum & alios Donatiſtas vt hæreticos auraria mulcta obſtrictos:quod
Cod.Theod. datum habetur ſub Conſulatu ſecundo Stilichonis cum Anthemio,ſicque ſe habet [e]:

LII. *Epiſcopi Catholici intercedunt pro Donatiſtis.* Donatiſtæ ſuperſtitionis hæreticos quocumque loci vel fatentes vel conuictos, legis tenore
ſeruato,pœnam debitam abſque dilatione perſoluere decernimus. Dat. VI. Idus Decembris, Ra-
uen. Stilich. II. & Anthemio Coſſ.]Quid præterea humanitatis a Catholicis Epiſcopis per publi-
cam legationem tunc declaratum fuerit,S.Auguſtinus in epiſtola ad Ianuarium poſt recenſita hęc
de Criſpino & mulctam in Donatiſtas tamquam hæreticos ab Imperatore decretam,ad poſtremū D
f Aug.epiſt.68. addit [f]: Ex Concilio autem noſtri Epiſcopi legatos ad Comitatum miſerunt,qui impetrarent,
vt non omnes Epiſcopi & clerici partis veſtræ ad eamdem condemnationem decem librarum au-
ri,quæ in omnes hæreticos conſtituta eſt,tenerentur; ſed hi ſoli,in quorum locis aliquas a veſtris
violentias Eccleſia Catholica pateretur. Sed cum legati Romam venerunt,iam cicatrices Epiſco-
* Bagitani pi Catholici Vagitani * horrendæ & recentiſſimæ Imperatorem commouerant,vt leges tales mit-
terentur,quales miſerunt,&c.]Sed quoniam poſt ſequentem annum hæc contigiſſe probātur;quo
modo ſe habuerint,ſuo loco dicturi ſumus;hæc modo ſatis de his quæ ſpectāt ad Criſpini cauſam,
qui a Poſſidio huius auctoritate Concilij conuentus eſt.

LIII. Sed & tunc qui Hippone regio erat Proculianus Donatiſtarum Epiſcopus, eadem item ex cā
De Proculiano conuento ab Auguſtino. a S.Auguſtino conuentus eſt,vt ipſe teſtatur epiſtola clericorum Hipponenſium ad Ianuarium, cū
de eodem hoc ipſo Concilio his verbis [g] agit:Nec tamen de his iniurijs & perſecutionib. quas
Eccleſia Catholica in regione noſtra tunc pertulit(*quas ſuperius recenſuimus*) Imperatoribus con-
g Aug.epiſt. 68. queſtus eſt Epiſcopus noſter. Sed facto Concilio,placuit vt pacifice cōueniremini ;quo,ſi fieri poſ-
ſet,haberetis inter nos collationem,& errore ſublato,fraterna charitas pacis in vinculo lętaretur. E
Et in ipſa conuentione quid Proculianus primo reſponderit,quod Concilium facturi eſſetis, & a-
lias,& illic viſuri quid reſpondere deberetis:deinde quid poſtea, cum propter ſuam promiſſionē
denuo conuentus eſſet,Actis expreſſerit,refutans pacificam collationem,ipſa Geſta inſtruant gra-
h Aug.epiſt.147. uitatem tuam.] hæc clerici Hipponenſes. Extat epiſtola [h] ipſius Auguſtini ad eumdem Procula-
num ad eamdem pacificam collationem pluribus inuitantis:quam vero blandis ad duriſſimum
quoque cor emolliendum compoſitis verbis vſus fuerit,ipſa epiſtola indicat,cui huiuſmodi titulū
affixit: Domino honorabili & dilectiſſimo Proculiano.]

LIV. *Conuenti alij Donatiſtæ reſilierunt.* At quid de ceteris? Sane quidem ſicut Criſpinus Poſſidium,& Auguſtinū Proculianus,ita reli-
qui Donatiſtarum Epiſcopi innitantes ad mutuam collationem pacificamq. conuentionē Catho-
licos Epiſcopos contempſerunt. Nam ad eos ſcribens ipſe, hæc in eoſdem exprobrat [i]: Veſtri
i Aug.epiſt.166. Epiſcopi conuenti a nobis,numquam nobiſcum pacifice conferre voluerunt,quaſi fugientes cum
peccatoribus loqui. Quis ferat iſtam ſuperbiam? quaſi Paulus Apoſtolus non contulerit cum pecca-
toribus

Digitized by Google

A toribus & cũ valde ſacrilegis.]ſed & eoſdem addidiſſe minas,idem ibi ſuperius tradit,vbi ait:Mãdauerunt nobis quidam presbyteri partis veſtræ,dicentes:Recedite a plebibus noſtris,ſi non vultis vt interficiamus vos.]cauebant enim ne Catholici Epiſcopi miſcerent cum plebe ſermones,q̃ ſciebant eiuſmodi collationem vehementer exoptare. De his enim illa ſunt eiuſdem Auguſtini verba:Quam multi veſtrum,& forte omnes,aut pene omnes dicere ſoletis:O ſi in vnum locum cõuenirent,vt illis diſputationibus veritas appareret,&c.]Sed quod ad eos conuertendos ad Eccleſiæ veritatem via hæc intercluſa eſſet,litteris tum priuatis tum publicis ad eos alliciẽdos Auguſtinus egit,quæ hactenus extant [a]. At de his modo ſatis.

Iam poſtremum ad res Romanas oculos conuertamus. Hoc ipſo anno, qui præceſſit ſextum Honorij Conſulatum,Alaricus Rex Gothorum magno comparato exercitu deſcendens in Italiã, apud Pollentiam vincitur a Stilichone: id quidem hoc anno accidiſſe colligitur ex Claudiano & alijs vt inferius patebit. Ex quibus corrigendum ſit Caſſiodori Chronicon,vbi anno ſuperiori ponitur,& inuerſa ſentẽtia,Stilicho habetur a Gothis fuiſſe ſuperatus. Aeſtuabat Alaricus deſiderio potiundæ Vrbis,ſemper id animo & ore verſans. Quamobrem iuſto timore perculſi Honorius & B qui in Vrbe erant Senatores,ad auertendam imminentem cladem,nouis mœnijs Romam circumdant:de quibus Claudianus his verſibus [b]:

a Auguſt. epiſt. 166.& 171.
LV.
Bellum aduerſus Alaricum.

——Addebant pulchrum noua mœnia vultum
Audito perfecta recens rumore Getarum.
Perfecitq.opifex decori timor;& vire mira
Quam pax intulerat,bello diſcuſſa ſenectus.
Erexit ſubitas turres, einctoſq. coegit
Septem continuo montes iuueneſcere muro.]

b Clau.de ſexto Honor. Conſul.
Muri vrbis inſtaurantur.

Extat de eiuſmodi erectione murorum vetus inſcriptio ſuper Portuenſem portam Transtiberim, quæ ſic ſe habet [c]:

LVI.
c Apud Smet. pag.8.nu 5.

S. P. Q. R.
IMPP. CAESS. DD. NN. INVICTISSIMIS. PRINCIPIBVS. ARCADIO. ET.
HONORIO. VICTORIBVS. ET. TRIVMPHATORIBVS. SEMPER. AVGG.
C OB. INSTAVRATOS. VRBI. AETERNAE. MVROS. PORTAS. AC. TVRRES. EGESTIS. IMMENSIS. RVDERIBVS. EX. SVGGESTIONE. V. C. ET. INLVSTRIS
MILITIS. ET. MAGISTRI. VTRIVSQ. MILITIAE. STILICHONIS. AD. PERPETVITATEM. NOMINIS. EORVM. SIMVLACRA. CONSTITVIT
CVRANTE. FL. MACROBIO. LONGINIANO. V. C. PRAEF. VRBIS
D. N. M. Q. EORVM

Nomina vero Stilichonis & Fl.Macrobij abraſa extant,ita tamen vt legi poſſint;cur autem id acciderit,dicemus ſuo loco.

Ad huiuſmodi quidem murorum Vrbis conſtructionem alluſiſſe videtur S. Paulinus Nolanus in Natali octauo S.Felicis,quod hoc anno ex more cecinit:vbi imminẽs vniuerſæ Italiæ ex barbaris periculum inuocatione eiuſdem ſancti anteuertere conatus,ita de muris:

LVII.
Ad nouos vrbis muros Paulini alluſio.

————Fidant legionibus illi,
D *Perfugioq.parent reparatis mœnia muris,*
Nulla ſalutiferi quibus eſt fiducia Chriſti.
Nos Crucis inuictæ ſignum & confeſſio munit.] & paulo poſt:
Nunc opus adiutore Deo;ſoluſq.timendus,
Quo ſine arma cadunt,per quem firmantur & arma.
Ipſe intra muros turris tibi, qui ſine muris
Murus erit,&c.] ſubditq. exemplũ de Hierico ciuitate, quæ licet fortiſſimis vndique cincta muris eſſet,ſonitu tantum tubarum abſque alijs armis ipſi ſolo tenus proſtrati ſunt. Quod igitur reliquæ ciuitates Italiæ,ac potiſſimum quæ vicinæ Vrbi eſſent in Campania, & inter alias Nola,viderent ipſam Vrbem timore concuſſam,cum noua mœnia fabricaret,vehementiori formidine tenebantur. Quamobrem idem S. Paulinus illud occinens in Natali S.Felicis carmen, in Deo habendam eſſe fiduciam(ſic erigens ciuium animos)hortatus eſt,dum illi mæſto vultu feſtũ agerent diem:cum alioqui doceat,nec quidem ſi captiui a barbaris tenerentur,ceſſandum eſſe a ſanctorum martyrum celebratione feſtorum.nam ait:

E *Hunc ego, ſi Geticis agerem male ſubditus armis.*
Inter & immites celebrarem lætus Alanos.
Et ſi multiugæ premerent mea colla catenæ.
Captiuis animum membris non iungeret hoſtis.] paulo vero poſt:
Nunc igitur quamuis varias vaga fama per oras
Terrificis pauidas feriat rumoribus aures:
Nos tamen in Domino ſtabilis fiducia Chriſto
Roboret,& recto fixis pede mentibus armet:
Nec pauor ater in hanc obducat nubila lucem,
Quam Deus ætherio Felicis honore ſerenat,

ſed hæc ipſe pluribus:tu eũ conſule,vt diſcas quanta ſancti eſſent alacritate ad celebrandos feſtos dies ſanctorum martyrum ex antiquo Catholicæ Eccleſiæ inſtituto,quamq.ijdem fiduciã in imminẽtibus periculis concipere ſolerẽt de ſanctorum auxilio. Sed iã cœptã proſequamur hiſtoriã.

LVIII. Qui autem tanti huius belli hiſtoriam fuerit proſecutus, præter Claudianum, inuenimus ne minem: ipſe enim quarto libro de Bello Getico victoriam Stilichonis contra Alaricum hoc anno partam egregie proſecutus eſt. Obtinuit eam Stilicho in agro Pollentino, cum ille formidoloſo exercitu aggreſſurus Vrbem, ſe immitteret in Italiam. Iam trigeſimus agebatur annus, ex quo idem Alaricus cum Gothis ſuis tranſierat Iſtrum, ac poſt diuerſarum prouinciarum clades inua ſerat Græcias, & ad Illyricum vſque deſcenderat: ſed audens maiora, inhiabat in Vrbem ipſam. De tempore idem Claudianus ex ipſius verbis his verſibus [a]: A

Tempus belli Pollentini.

[a] Claud. de bello Getic. lib. 4.

Si numero non fallor, ait, trigeſima currit
Bruma fere, rapidum poſtquam tranſnauimus Iſtrum,
Romanamq. manum tantis eludimus annis.]

Sane quidem ſub Conſulatu Valentiniani & Valentis quarto, qui præceſſit Conſulatum Gratiani & Equitij, Gothos tranſmiſſo Iſtro inuaſiſſe Thracias*, auctor eſt Ammianus [b]. Cum igitur eorumdem Auguſtorum quartus Conſulatus inciderit in annum Domini trecenteſimum ſeptuage ſimumtertium: ſi triginta addas, quibus Gothi dicuntur vſque ad bellum Pollentinum cum Romanis certaſſe; plenum hunc ipſum annorum numerum inuenies a Claudiano ſignatum. B

*Græcias

[b] Ammian. lib. 39.

LIX. At quod ad Alaricum ſpectat, diu multumq. barbarus Romam inuadere conceperat animo: nam & apud eumdem idem Alaricus [c]:

[c] Claud. de bello Getic. lib. 4.

Alaricus inhiabat Vrbi.

Quid mihi neſcio quam proprio cum Tibride Romam.
Semper in ore geris?] & inferius idem:
Rumpe omnes, Alarice, moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Vrbem.]

Occurrente autem illi cum Romano exercitu Stilichone, certatum apud Pollentiam in Liguria ciuitatem, ubi Gothorum exercitus a Romanis victus eſt, fuga lapſo cum ſuis Comitibus Alarico: de qua victoria idem Claudianus his verſibus:

Victoria apud Pollentiam.

——— *vnoq. die Romana rependit,*
Quicquid ter denis acies amiſimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia ſæclis:
O meritum nomen felicibus apta triumphis.]

Ceterum præuijs Crucum ſignis tantam partam fuiſſe Chriſti ope victoriam, Prudentius aduerſus Symmachum agens, ita cecinit [d]: C

[d] Pruden. lib. 2. aduer. Symmac.

——— *Dux agminis, Imperijq.*
Chriſti potens nobis iuuenis fuit, & Comes eius
Atque parens Stilicho: Deus vnus Chriſtus vtrique.
Huius adoratis altaribus, & Cruce fronti
Inſcripta, cecinere tubæ: prima haſta draconis
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ſublimior effert *.
Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem delata rependit *.
Corpora famoſis olim ditata rapinis
In cumulos congeſta iacent. mirabere feris
Poſteritas ſæclis inhumata cadauera late,
Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros.] hæc Prudentius, quem poſt hæc libros illos ad uerſus Symmachum elaboraſſe, exploratum omnino redditur. D

* ſublimiter offert

* pependit

LX. Sed plane iuſta poſt detectos dolos & inſidias Stilichonis fuit omnium illius tẽporis ſcriptorum querela; nimirum proditione ipſius, Alaricum Romano uallatum exercitu, permiſſum tunc abire liberum, reſumere uires, & iterum aduerſus Romanos pugnare, & vincere. At qui Chriſti nomine inuictus erat exercitus, præpoſito poſtea illi Duce Ethnico, turpiter eſt paulo poſt ſuperat*, vt Oroſius his verbis inſinuauit [e]: Taceo (inquit) de Alarico Rege cum Gothis ſuis ſæpe victo, ſæpeq. concluſo, ſemperq. dimiſſo: taceo de infelicibus illis apud Pollentiam geſtis. Cum barbaro & Pagano duci, hoc eſt, Sauli ſumma belli commiſſa eſt, cuius improbitate reuerendiſſimi dies & ſanctum Paſcha violatum eſt; cedentiq. hoſti propter religionem, vt pugnaret extortum eſt. Cum quidem oſtendente in breui iudicio Dei, & quid fauor eius poſſet, & quid vltio exigeret, pugnantes vicimus, uictores victi ſumus.] & inferius [f] de Stilichone proditore iterum: Alaricum, cunctãque Gothorum gentem pro pace optima & quibuſcumque ſedibus ſuppliciter & ſimpliciter oran tem, occulto fœdere fouens, publice autem & belli & pacis copia negata, ad terendam terrendãq. Rempublicam reſeruauit.] hæc Oroſius. Sed iam ſequentis anni res geſtas proſequamur.

Ingens proditio Stilichonis

[e] Oroſ. libr. 7. cap. 37.

[f] Idem Oroſ. li. 7. cap. 38.

E

IESV CHRISTI ANNVS	INNOCENTII PAP. ANNVS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS
404.	3.	10.

I. Quadringenteſimus quartus ſequitur Chriſti annus, titulo Conſulatus ſexti Honorij Imperatoris & Ariſteneti publicis Faſtis adſcriptus: quo pariter Sæculares ludi a ſuperſtitione introducti Gentilium, Conſtantini uero religione neglecti atque penitus prætermiſſi, nõ ſine dedecore Chriſtiani nominis editi ſunt: de quibus Claudianus in carmine de eodem ſexto Honorij Conſulatu hos habet verſus [g]:

Ludi Sæculares reſtituti.

[g] Clau. de ſext. Conſul. Honor.

——— *Iam flaueſcentia centum*
Meſibus æſtiua detondent Gargara falces,

A

Spectatoſque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenos ſæcula Conſul, &c.]

Male perſuaſus Honorius, quòd hos fatales eſſe perpetuitatis Vrbis, & felicis eius ſtatus conciliatores Gentiles dicerent, eorumdem conſilio & ſuaſione inductus & ſeductus eſt, vt quos deſpexerat Conſtantinus ille Magnus, ipſe imprudens reſtitueret. Accidiſſe enim videtur, vt recentis aduerſus Alaricum apud Pollentiam obtentæ victoriç, & decreti ſibi a Senatu triũphi elatus gloria, quid peteretur, quidve conceſſerit, minime cogitarit. Gentiles itaq. quod in his putarent Vrbis æternitatem fauſtis auſpicijs conſecrari; qui nuper timore deſcendentis in Italiã Alarici perterreſacti, nouis cinxerant Vrbem mœnijs, eam patria quoq. putarunt religione fore muniendam: cum perinde ac Zoſimus [a], licẽtius effutirẽt, ob neglectos ſuperioris ſæculi ludos in hæc mala incidiſſe, vt a barbaris deuaſtaretur Romanum Imperium, & ipſa Roma in diſcrimine poſita eſſet. quibus inductus Honorius, eiſdem ſumma Imperij iactura aſſenſum præbuit: nam eo ſcelere ad excidium Vrbis Deum ſolicitauit. Cum alioqui ſatis experimento eſſe debuiſſet, omnia hæc inaniter fieri: quod ſub Conſtantino, qui eos prætermiſit ludos, Romanum Imperium, extinctis tyrannis, & de-

a Zoſim. lib. 2.

B bellatis barbaris, omni ex parte florentiſſimũ viſum eſt. Sed damno ſuo atq. iactura ipſius Vrbis, cuius æternitati male ſuperſtitione conſulebatur, expertus eſt, quantum ex perperam facto iuſtã Dei vindictam commouerit; qui paucos poſt annos, eam quam præuio Chriſti nomine liberauerat, eiſdem Gothis, eodem Alarico duce, dederit capiendam atque prædandam.

Graui iactura Deus facinus vindicauit.

II. Scimus Honorium excuſari, quod etſi Romanis Gentilibus conceſſit Sæculares celebrari ludos, voluiſſe tamen haud ritibus illis Gentilicijs ipſos agi: ſed indulſiſſe tantum, vt Thetrales atq. Circẽſes ludi exhiberentur. At quæ ſine ſuperſtitione ſpectacula? aut quis putat occini prætermiſſos a pueris & puellis Sibyllina illa carmina in his edendis ludis ſolemnia? Certe quidem reuocata tot Chriſtianorum Imperatorum legibus vetita gladiatorum munera his temporibus ſub Honorio rurſum exhibita, locuples teſtis eſt Prudentius [a], qui poſt decantatam Pollentinam victoriam haud pridem Chriſti virtute partam, ad finem hæc habet, cum hortatur vt gladiatorios ludos penitus vetet:

b Prudent. aduerſ. Symmach. lib. 2.

Arripe dilatam tua Dux in tempora famam:
Quodque patris ſupereſt, ſucceſſor laudis habeto.
C *Ille Vrbem vetuit taurorum ſangu ne tingi:*
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari:
Nullus in Vrbe cadat, cuius ſit pœna voluptas, &c.]

Grãde ſane piaculum, vt quæ tot legibus Chriſtianorum Principũ prohibita erant cruenta gladiatorum ſpectacula, & quæ (vt vidimus) ne fierent, redempta fuerant ſanguine martyris, eſſent iterum reſtituta ab ipſis Gentilibus, & quidem ſolemni ritu, ad quæ ſpectanda prodirent (vt Prudentius ait) cum pompa virgines Veſtales. Quæ facinora, digna Dei vindicta, Romano ſanguine per Gothorum gladium Deus voluit expiari: ſed de his ſuo loco. Iam vero Eccleſiam Orientis perturbatam inuiſamus.

Ludus gladiatorius reſtitutus.

III. Hoc eodem anno, ijſdem Conſulibus Honorio ſextum & Ariſteneto, S. Ioãnes Chryſoſtomus factione ſeditioſorum Epiſcoporum, vrgente Eudoxia Auguſta, a ſede pellitur, atq. exul relegatur in Cucuſum. Quænam autem cauſæ turbarum præceſſerint: vt qui iubente Arcadio Imperatore, annuentibus quoq. Epiſcopis, tanta gloria fuerat reſtitutus, fugamq. arripientib. aduerſariis, ſumma tranquillitate ſederit, tandem poſt ſpatium decem ferme menſium iterum in eum Principum

D animi adeo commoti fuerint, vt a quibus deponendus eſſet, magna celeritate Epiſcopos Conſtantinopolim accerſiuerint, dicendum per ſingula quam exactiſſime. Accidit namque (vt auctor eſt Marcellinus [c]) vt his Conſulibus Eudoxiæ Auguſtæ ſtatua argentea erigeretur ſuper columnam porphyreticam apud eccleſiam; de qua Socrates [d]: Hæc in edita baſi, neq. valde prope eccleſiam, quæ Sapientia dicitur, neq. longe admodum collocata: ſed inter eccleſiam & ſtatuam platea ſolum media interiecta fuit. Ibi ludi populares (vt moris eſt) celebrari cœpti ſunt.] de quibus Sozomenus [e]; Applauſus ob id ac publica ſaltatorum & hiſtrionum ſpectacula ibi edebantur, ſicut moris fuit in regiarum imaginum dedicatione.] hæc ipſe.

Dedicatio argenteæ ſtatuæ Eudoxiæ.

c Marcellin. in Chron. hoc ann.
d Socrat. libr. 6. c. 16.
e Soz. li. 8. c. 20.

IIII. At qui legitimus eſſet cultus adhibendus in Imperatorum ſimulacrorum erectione, Theodoſius Imperator eiuſmodi edita ſanctione antea definierat, ad Aetium Præfectum Prætorio ita reſcribens [f]:

Ioannes declamat in profanos ritus.

Si quando noſtræ ſtatuæ vel imagines eriguntur, ſeu diebus (vt aſſolet) feſtis, ſiue communib. adſit Iudex ſine adorationis ambitioſo faſtigio: vt ornamentum diei, vel loco, & noſtrę recordationi ſui probet acceſſiſſe præſentiam. Ludis quoque ſimulacra propoſita, tantum in animis concur-

f L. 1. de imag. Imperial. Cod. Theod.

E rentum, mentiſque ſecretis noſtrum nomen & laudes vigere demonſtrent. Excedens cultura hominum dignitatem ſuperno numini reſeruetur. Dat. &c.] hæc Theodoſius. Cum vero S. Ioannes Chryſoſtomus dicatur factam dedicationem ſtatuæ Eudoxiæ, habita ad populum concione, reprehendiſſe (tradunt enim id Socrates [g], Sozomenus [h], & alij) aliquid in ea admiſſum putatur, quod & modeſtę pij Principis legi & religioni Chriſtianę aduerſaretur: perfacile enim eſt in huiuſmodi rebus in idololatriæ ſcelus incurrere, cum effrenis populi adulatio neſciat æqui limitib. coerceri; cuius cauſa opus fuerit pietatis acerrimo vindici populum declamare. Siue quod prætexunt alij, quod ludi præ eccleſiæ foribus agerẽtur non ſine magna eccleſiæ contumelia, quæ clamoribus theatricis confuſa reſonans, haud concinnum pſallentium cantum, vocemq. concionantis Epiſcopi facile admittebat: iuſte commotus S. Ioannes, vehementi inuectiua iure eiuſmodi fuit ſpectacula inſectatus, cum alioqui ſciamus ipſum, abſque alia recens accedente occaſione, aduerſus ſpectacula ac ſpectatores acerrime inuehi ac vehementer declamare conſueuiſſe. Sed illa verior atq. iuſtior cauſa interceſſit, vt Ioannes Chryſoſtomus in Eudoxiam cõmoueretur, qua etiam ſcimus

g Socrat. libr. 6. c. 16.
h Sozom. lib. 8. c. 20.

per-

perturbatum nonnihil fuiſſe Honotium Imp. cum audiuit: quo nomine etiam reprehendit fratrē A
Arcadium, qui adeo nefanda æquo animo pertuliſſet, dum ſcilicet non modo Conſtantinopoli venerationi ſimulacrum Eudoxiæ expoſitum eſſet, ſed idem per prouincias quoque deferretur, non ſecus ac olim Cybeles circumferre ſolerent Ethnici ſimulacrum, vt apparet ex Luciano, Apuleio, & alijs. At litteras de his Honorij expoſtulantis ſecundo datas ſuo loco inferius recitabimus. Quā iuſtiſſima igitur impulit cauſa Chryſoſtomum aduerſus huiuſmodi impium idololatriæ ſcelus vehementius declamandi.

V. *Eudoxia furit in Ioannem.*

Hæc autem in deteriorem partem accepta ab ijs qui ſagaci ſtudio quamlibet venabantur occaſionem, qua ſancto iterum negotium faceſſerent, & in crimen adducerent, deferunt Eudoxiæ, eā nimirum verborum iaculis a Ioanne iterum acrius appeti, atq. pro concione proſcindi. Cum illa, quæ priſtinum in eum conflatum odium perterreſacta vi numinis remiſiſſet potius quam dimiſiſſet omnino; veluti œſtro percita, atq. furijs agitata, minatur non depoſitionem tantum, ſed necem, appetens caput viri, cuius lingua grauius quam lancea feriretur. At nec iſta quidem verbis tantū more debacchantium feminarum iactabat inani ſtudio, ſed opere vt implerentur, totis contendit neruis, litteras ad Epiſcopos ſcribens per veredarios, vt quam citiſſime perferrentur; ſolicite curans, vt quamprimum omnes Conſtantinopolim veniant, ante omnes autem Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, quem experta erat in huiuſmodi rebus curandis ſolertiſſimum. B

VI. *Ioānes quid in Eudoxiā concionatus.*

Cum autem hæc haud ſecretis nuncijs agerentur, ſed horum cauſa ſusdeq. omnia miſcerentur, iactarenturq. ore multorum diſſipata ſemel in vulgus; S. Ioannes eadem qua ſemper in aduerſis infracta conſtantia intrepidus ſteterat, populo ex more in eccleſiam conuocato, grauiſſimam illam orationem habuit, qua ita exorſus eſt: Rurſum Herodias furit, rurſum turbatur, rurſum ab Herode caput Ioannis iniuria petit abſcindi, rurſum Iexabel Nabuthe vineam eripere pertentat, ac ſanctum Eliam ad montes perſequendo compellere, &c.] extat ipſa quidem integra oratio, quā ex vetuſtiſſimo codice erutam noſtrum Antonium Agellium clericū regularem, his diebus digne creatum Epiſcopum Acernenſem, vna cum alijs pluribus eiuſdem ſanctiſſimi Patris ex ſcrinijs Vaticanis depromptis, atq. Latinitati a ſe redditis, quamprimum editurum ſperamus. Porro eadem ipſa eſt ex illis, quæ ex varijs Matthæi locis eiuſdem Chryſoſtomi editæ ſunt, excuſæ Pariſijs, homilia decimaquinta: quæ tamen (neſcimus quomodo) veluti capite detruncata, eiuſmodi dicto caret exordio, cuius loco illa habentur præpoſita verba: Heu me, quid agam? vnde ſermonis exordium faciam? quid dicam? & quid taceam?] reliqua vero eadem prorſus, niſi quod illa C
translata ab Agellio ad finem amplius habet viginti circiter verſus in commendationem ſanctarum feminarum noui Teſtamenti.

VII. *Summa celeritas in colligendo Concilio in Ioannem.*

His autem, veluti flagranti igneis globis incendio vehementiori addito vento, Eudoxiæ magis magiſq. animus concitatur: adeo vt de conuocandis aduerſus Ioannem Epiſcopis quælibet ſolicita feſtinatio, & omni arte procurata celeritas, longiores illi viſæ ſint moræ, atq. ſera cunctatio. Pertraxit illa ad ſua vota Imp. Arcadium, quem reddidit ſuis votis in omnibus annuentem: qui magna cautela primum omnium cauendum duxit, ne cum populo Ioanni ſtudente magiſtratus iungerentur vna cum his qui ipſis magiſtratibus apparebant; ne viribus populus pollens, Epiſcoporum diſſenſiones in bellum ciuile conuerteret. quamobtem Arcadius anni huius exordio, nempe menſe Ianuarij, ad Anthemium Magiſtrum Officiorum iſta reſcripſit [a]:

a l.4. de his qui pro religione cōtendunt.

VIII.

Cuncta Officia moneantur a tumultuoſis ſe conuenticulis abſtinere; & qui ſacrilego animo auctoritatem noſtri numinis auſi fuerint expugnare, priuati cingulo, bonorum proſcriptione mulctentur. Dat. 4. Kal. Febr. Conſtantinop. Honorio IIII. & Ariſteneto Conſſ.] Quæ autem mox fuerint conſecuta antequam dicamus, de tempore rerum geſtarum ratio ineunda eſt. Veritati quidē D
eſt conſonum, quod Metaphraſtes ait [b], integrum fluxiſſe annum ab expulſione Ioannis vſq. ad poſteriorem ipſius condemnationem: nec aliter videtur ſenſiſſe Palladius, dum nouem vel decē menſes interlapſos eſſe teſtatur a priori reſtitutione vſq. ad Quadrageſimæ tempus, vt ſic annus ferme integer conficiatur vſque ad Paſcha, quo tempore ſecundo ipſum expelli contigit: eum tamen totius huius temporis duos tantum menſes Ioannem pacifice egiſſe tradat, qui rem geſtam, cui præſens fuit, ita deſcribit [c]: Poſt duos iterum a plaga inflicta modice reſpirantes, ſecundo aduerſus Ioannem fremunt: initiumque probabile minime inuenientes, Alexandriam ad huiuſmodi rerum peritiſſimum ſophiſtam mittunt, ita ſuggerentes, *Theophilo ſcilicet*: Aut iterum veni dux noſter aduerſus Ioannem futurus; aut ſi hoc populi cauſa vereris, modum aliquem ſuggere, ex quo ſumamus initium.

b Metaphraſt. in Vit. S. Io. Chryſ.

c Pallad. in dialog.

IX. *Theophilus quid moliatur cōtra Ioannē.*

Acceptis Theophilus litteris, ipſe quidem venire noluit, ſciens quo pacto effugiſſet. Miſit autem tres illos Epiſcopos Paulum, & Pemenem, & alium nuper ordinatum; mittens vna & canones quoſdam ab Arianis contra beatiſſimum Athanaſium factos, quibus vtentes Ioanni calumniam E
ſtruerent: quod ſcilicet poſt depoſitionem ſuam ſine Epiſcopali decreto redire auſus eſſet.] actum eſt ſuperius de eiuſmodi canone re vera ab Arianis in Concilio Antiocheno in Encænijs celebrato. Subdit vero Palladius: Faciunt illi quod admoniti fuerant, illius conſuetudinem non ignorantes. accerſitiſq. ex Syria, & Cappadocia, & Ponto, & Phrygia Metropolitis & Epiſcopis omnibus, Conſtantinopolim conuenere: aduenientes autem, iuxta canonis ſeriem Ioanni communicarunt, ne eadem quæ prius incurrerent.] ad hoc ſcilicet, quod ea ex cauſa ipſe Ioannes excuſarat, nolle adeſſe iudicio, in quo præſideret Theophilus inimicus ex eo declaratus, quod veniens Conſtantinopolim, ſecum noluerat communicare. Sed pergit Palladius: Ea re vero comperta, Principes ægre tulerunt: & Theodorus quidem Tyanæus vir ſummæ grauitatis, vbi ex his quæ venerant ad aures eius, quid ageretur, aduertit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, relictis omnibus, ad ſuā remeauit Eccleſiam, valefaciens Comitatui, ſuamque prouinciam vallans pietatis muro, & ad finem vſq. in communione perſiſtens fidelium Romanorum, de quibus Paulus [d] teſtatur & dicit:

Studia diuerſa Epiſcoporum.

d Rom. 1.

Fides

A Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Faretrius vero Cæſareæ,quæ Argeo adiacet, Præſul,
nimium formidans, non ſecus atque infantes laruas, neqne vrbe egreſſus ſua, per litteras conſen-
ſit aduerſarijs, & quidem uon vocatus in medium, imperite omnino, quippe qui eſſet omnino ru-
ſticus ac ſtultus.]

Addit bis Socrates [a]: Panlo poſt Epiſcopi aduentarunt, Leontius * Epiſcopus Ancyræ,quæ X.
eſt in Parua Galatia,Ammonius Laodiceæ,quæ eſt in Piſidia,Briſo Philipporum, quæ ciuitas eſt a Socr.li.6.c.16.
in Thracia,& Acacius Berœæ,quæ eſt in Syria,& alij nonnulli. Coram iſtis accuſatores,qui dudũ * Leontinus
Ioannem in iudicium vocauerant,de integro producuntur. Ioannes iſtorum Epiſcoporum æqui-
tate fretus,poſtulat vt de criminibus quæratur.Cum iam Natalis dies Saluatoris celebraretur, Im *Ioannes ſe pur*
perator (vt aſſolet) ad eccleſiam non acceſſit; ſed Ioanni ſignificauit, ſe non prius cum eo commu *gare iubetur.*
nicaturum,quam crimina ei illata dilniſſet. Cumq. accuſatores propter Ioannis auimi confiden-
tiam animis cadere viderentur: Epiſcopi qui aderant,non de alio crimine quæri,ſed hoc ſolum in
iudicium adduci oportere,dixerunt, nimirum quòd poſt abdicationem, abſq. Concilij ſententia,
ſe ipſe in ſede Epiſcopali collocauerat. Vbi Ioannes reſpondit, quinquaginta * Epiſcopos qui * quadraginta
B cum ipſo communicauerant,ei in ea re ſuffragatos fuiſſe. Leontius contra: At plures (inquit) tibi
in Concilio refragati ſunt.] ſed mendaciter id quidem, cum narrent in Synodo ad Quercum ha-
bita S. Ioannem non amplius quam a triginta ſex condemnatum, quod habet Theodorus in Actis
Innocentij Papæ, vt inferius dicemus. Porro Leontium ac collegas,de quibus ante aliquid boni ob
initam communicationem ſperare poſſe videbatur, & ipſos quoque promiſſionibus aduerſario-
rum in tranſuerſum actos teſtatur Palladius,qui aliorum Epiſcoporum naufragia recenſens,hos
illis adnumerans ſubdit: Leontius autem Ancyræ Galatiæ, Ammonio Laodiceæ Aduſtæ adiun-
ctus,aduſtam fecerunt Eccleſiam,non modo victi Principum minis, ſed contra ſpe munerum ſe-
ducti regalium, in ſancta Synodo ſententiam nequiſſimam vna cum Acacio & Antiocho ferunt,
obtinere ſancientes Theophili indiſcretum iudicium, vt locus purgandi ſe Ioanni nullus omnino
daretur, vigore ſcilicet canonum eorum, quos Theophilus miſerat a quadraginta complicibus
Arij editos,atque iſta continentes:

Si quis Epiſcopus,aut presbyter, iniuſte ſiue iuſte depoſitus,ex ſe ipſo abſque Synodo in Ec- XI.
cleſiam redierit:hic iam excuſationis non habeat locum,ſed omnino expellatur.] eſt hæc quidem
C ſententia canonis Antiocheni [b] Concilij, quem ab Arianis in Athanaſij odium ſancitum eſſe, ſuo b Concil. Antioch. c.12.
loco diximus. Et iſta quidem regula (ſubdit Palladius) vt nequam & a nequiſſimis edita, in Sar-
dicenſe Concilio a Romanis & Italis, Illyrijſque & Macedonibus & Græcis (vt ipſe melius noſti,
optime Theodore) eliminata eſt, quando Liberius aut Iulius ſub Conſtantis Imperio Athanaſiũ
& Marcellum Galatam admiſit ad communionem, quorum cauſa canon ille fuerat editus.] hæc
ipſe. At quomodo a Synodo Sardicenſi derogatum eſt canoni illi? cum videlicet in ea decretum [c] c Concil. Sardic. c.3.
fuit, vt ſi damnatus appellauerit ad Romanum Pontificem, id obſeruandum eſſet, quod ipſi libuiſ-
ſet. Pergit vero Palladius:

Duo illi quidem Ammonius & Leontius coniuncti Acacio & Antiocho & Cyrino Chalcedo- XII.
nenſi ac Seueriano, ingreſſi ad Regem, dicebant, decem Epiſcopos ex parte Ioannis euocandos *Quæſtio de ca-*
(erant enim plures quadraginta) pro canonum auctoritate ſtatuenda; alijs aſſerentibus eos a Ca- *none Concilij*
tholicis editos, alijs contradicentibus ab Arianis fuiſſe compoſitos. Ingreſſus autẽ Elpidius Lao- *Antiocheni.*
diceæ Syriæ Epiſcopus, vir vitæ merito & canicie ipſa venerandus, vna cum Tranquillo ſuadebant
Regi, non oportere Ioannem irrationabiliter eijci: neque enim prius depoſitus, ſed pulſus a Comi-
D te fuerat; neque a ſe ipſo remearat, ſed ex præcepto pietatis ſuæ, Notario ad hoc miſſo. Præterea
quos proferrent canones, hæreticorum eſſe; qnod apertis indicijs oſtendi poſſet. Cum vero perſi-
ſterent Ioannis aduerſarij indiſciplinate contendere, & alij quidem clamoſa voce perſtreperent,
alij vero improbis geſtibus, præſente Imperatore, tumido pectore & ſpiritu turgido inſanire vide-
rentur: Elpidius canonnm ſcientiſſimus, modeſte modico impetrato ſilentio, ſic Regem alloqui-
tur: Non diutius manſuetudinem tuam vexemus, Imperator: ſed iſtud fiat: Subſcribant fratres
noſtri Acacius & Antiochus & ceteri, ſe illorum eſſe fidei, qui illos expoſuerunt canones, quos ipſi
obtendunt; & ſoluta controuerſia eſt.

Imperator vbi ſimplicitatem propoſitionis aduertit, ſubridens dixit Antiocho: Nihil afferri XIII.
vtilius poteſt. Erat autem in omnibus quæ fiebant, Imperator innocens, alijs quæ bene fuerant in- *Epiſcopi dile-*
ſtituta mutantibus. Anxij igitur atque ancipites Seuerianus & ſocij, & in ſe ipſos inſtar aquæ in- *mate arctati.*
conſtantes, remeantes ad id quod fuerat prudenter obiectum, & ad Regis indicium nihil reſpon-
dere poterant, facie tota in liuorem tranſeunte; loci tamen anguſtiis deprehenſi, inuiti licet, ſe ſub-
ſcribere pollicentur. Ita egreſſi, promiſſionem quidem vtpote inconſulte factam implere detre-
E ctant, conuinci metuentes. Conſultabant autem, qnomodo Ioannes expelleretur. Dum hæc agun-
tur, & alij ſic & alii aliter ſentiunt, nouem aut decem fluxere menſes, cum Epiſcopus Ioannes ad-
iunctis ſibi quadragintaduobus Epiſcopis ageret in dies quæ Dei ſunt, & populi magna cum iu-
cunditate ipſius doctrina fruerentur. Solet enim animus a vanitate gloriæ remotus, inter caſus va-
rios gratius atq. potentius Dei verba profundere.

Interea aduenit Quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis inſtar Veris effloret. Ingreſſi XIIII.
rurſus Antiochus & ſocii ſeorſum ad Regem, perſuadebant, vt Ioannem quaſi conuictum, immi- *Arcadius agit*
nente Paſcha, iuberet expelli. Imperator eorum improbitate ſatigatus, veluti Epiſcopis credidit: *vt expellatur*
qui enim veraciter aut presbyter aut Epiſcopus eſt, mendacinm neſcit: hæc quippe nomina de ſu- *Chryſoſt.*
pernis deriuantur.] ſed iſta quidem ad excuſationem Imperatoris Palladius modeſte affert, qui &
ſubdit: Mandat itaq. Ioanui, vt Eccleſia exeat. Et Ioannes ita reſpondit: Ego a Deo Saluatore no-
ſtro hanc ſuſcepi Eccleſiam, vt ſalutem populi curẽ diligenter: neq. illam deſerere poſſum. Quod ſi
fieri id omnino vis, quia ciuitas diſſentit a me: vi mecum age, vt excuſationẽ habeam, quod aucto-
ritate

auctoritate tua pulſus reliquerim ordinem meũ. Ita cũ quadã verecũdia mittentes ex Palatio de A
pulerunt illũ, mandantes, vt interim in Epatus habitatione moraretur; expectãtes ſimul aliquod
diuinæ indignationis iudiciũ; vt ſi quid illius aduerſarijs, aut ſibi; triſte contingeret: maturaro illũ
in Eccleſiã reducẽtes, Deum reconciliarẽt ſibi, alioqui illi rurſum inſidiarentur vt Pharao Moyſi.

XV. *Aduerſarij Ioannis incitant Arcadiũ.*

Inter hæc aduenir magni ſabbati dies, in qua crucifixus Saluatot ſpoliauit infernum. Rurſus
illi mandant, vt Eccleſia exeat. Quibus ille iuſta reſpondit. Veritus itaque Rex diei ſanctitatem &
commotionem ciuitatis, accitos Acacium & Antiochum alloquitur, dicẽs: Quid facimus? Videte
ne forte non recte conſulueritis. Tunc fortiſſimi illi & nimium magnanimi dixerunt Regi: Super
caput noſtrum ſit, Imperator, Ioannis depoſitio. Quod reliquum erat auxilij, hi qui cum Ioanne
aderant Epiſcopi, ſacri ieiunij numero æquales (*nempe quadraginta*) Regem & Reginam adeunt
in Martyrijs, orantes cum lacrymis, vt Chriſti Eccleſiæ parcerent, maxime propter imminens Pa-
ſca, & eos qui regenerandi erant iam pleno eruditos, eiq. redderent ſacerdotem. Sed auditi illi nõ
ſunt; ita vt S. Paulus Epiſcopus imperterritus, plenoq. fiducia Eudoxiæ diceret: Deum time, filijsq.
tuis miſerere, neque ſanguinis effuſione ſanctam Chriſti violes ſolemnitatem.

XVI. *Aduerſarij Ioannis curãt exturbari fideles per milites.*

Reuerſi autem Epiſcopi, vigilias intra ſua diuerſoria celebrarunt, alij fundentes perpetuas la- B
crymas, alij dolore detenti, atque alij mente ferme in ſtuporem verſi, prout ſingulis paſſio dicta-
bat. Ioannis autem presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico Baptiſterio, quod Conſtanti-
nianũ appellatur, coactis populis, vigilias inchoarunt, partim diuina eloquia legẽtes, partim eos,
qui inſtructi erant in fide, baptizantes, vt eſt moris in Paſcha. Hæc ipſa Antiochus, Seuerianus, &
Acacius perditæ mẽtis hoĩes, & antiqui ſeductores ſuis præceptoribus referunt, orantes vt populi
impedirẽtur, nec in eo loco fierẽt Collectæ. Repulit eos qui tunc erat Magiſter militũ, & ait. Nox
eſt, & turbæ multæ cõuenerunt: ne quid impedimenti oriatur, caute prouidendum eſt. Illi ad hæc
reſpondent. Nemo in eccleſijs remanſit, veremurq. ne ingreſſus eccleſiã Imperator, & neminem
inueniens conſideret populi erga Ioannem beneuolentiã, noſq. iã inuidiæ denotet, & fraudis accu
ſet; maxime cum illi diximus, neminem omnino ſupereſſe, qui illum diligat, vtpote ſeductorem.

XVII. *Graſſatio militum in collectos ad vigilias fideles.*

Ita Magiſter militum conteſtatus eis quæ ventura erant, tradit illis Lucium quemdam Tribu
num militum Gentilem (vt dicebant) mandans, vt honeſte pergẽs, populum in eccleſiã reuocaret.
Profectus ille, cum minime auditus eſſet, ad Acacium redit, vires ac frequentiam populi nũcians.
Poſt hæc illum ſuppliciter orant, aureis verbis deprecantes, & ſpe ac promiſſione maioris gradus C
prouocantes, vt impediret Domini gloriam; mandantes ei, vt vel oratione perſuaſos abduceret in
eccleſiam populos, aut ira & vi militum perturbaret, & Collectæ tãtæ celebritatis imponeret finẽ.
Qui e veſtigio ſumptis ſecum partis Acacij clericis, ſecunda vigilia noctis pergit exequi quod ei
fuerat iniunctum (excubat enim populus in partibus noſtris ad primum vſque galli cantum) ſecũ
habẽs nuper ad militiam electos diſtrictis gladijs Thraces, inſtar Eſau, quadringẽtos omnino im
pudentes. Inſilitq. noctu, ſubitoq. vna cum Acacij clericis, & militibus in Dominicum gregẽ, ve-
lut lupus, fulgente ferro ſibi iter faciens, ac populos dirimens. Conceſſit autem intra beatas aquas
(*nempe baptiſmales*) vt eos qui initiabantur, prohiberet: ac diacono quidem procaciter imminens,
veneranda myſteria, quæ ille tenebat, manibus fudit: presbyteros vero iã & ætate & ordine, æqua
leſq. ſuos fuſtibus in capite feriens, lauacrum cruore perfudit.

XVIII. *Sacrilegia ſceleratorum.*

Videre erat tunc illam angelicam noctem, in qua etiam dæmones corruerunt ſupplices, in la-
byrinthum fuiſſe conuerſam, *nempe Maximam confuſionem*. Nudæ enim mulieres vna cum viris fu
gæ ſeſe committebant, metu cædis, aut inhoneſtæ fœditatis, fœdum hunc curſum captantes. Alius
manu vulneratus abibat plorans, alius virginem conſciſſam vulneribus trahebat. Omnes ad præ D
dandum conuerſi, ornamenta & recondita omnia ſibi applicabant. Ita presbyteri quidam ac dia
coni, qui fuiſſent comprehenſi, in carcerem conijciebantur: qui autem ex populo alicuius erant
dignitatis, vrbe pellebantur. Edicta repetitis vicibus per loca ponebantur varias minas continen
tia, niſi quis Ioannis communionem abnegaſſet. Cum tamen iſta fierent, & plura etiam hi qui di-
cebantur Epiſcopi molirẽtur, Collecta tamen doctrinæ cęleſtis immo diuinæ gratiæ ſtudioſis non
euacuabatur: ſed iuxta illud Exodi [a]: Quanto illos occidebant, tanto plures fiebant.

a Exod. 1.

XIX. *Milites irruũt in Neophytos.*

In craſtinum autem ingreſſus Imperator in adiacentem campum, exercitij gratia, videt humũ
non ſatam ad quintum ferme lapidem candore veſtitam (*illorum nempe hominum repletam, qui ea
nocte baptizati candida acceperant indumenta*) Stupefactus ad ſpeciem & gratiam floris nuperrime
baptizatorum (erant enim ad tria millia) ſatellites interrogat, quænam eſſet acies illuc concurren
tium. Illi gratis mentiti, vt furorem Regis excitarent, dicunt eſſe alterius ſectæ homines. Ea re co
gnita auctores negotij & inuidiæ præceptores, atrociores quoſque ex ſequentibus mittunt, vt au-
ditores diſſiparent, doctores comprehenderent. Profecti illi, paucos ex clericis, plures ex laicis te
nent.] & paulo poſt ſubdit: Cum his igitur clericis, & laicis qui detenti fuere, comprehenſæ ſunt & E
virorum nobilium coniuges. Quibuſdã ex his maphoria (*eſt genus veli*) quoque abſtulerunt, alijs
inaures cum aurium extremitate detraxere. Ea re conſpecta Eleutheri cuiuſdam vxor opulentiſ
ſima, pallio relicto, ancillæq. habitu aſſumpto, curſu ciuitatem ingreſſa eſt, vt pudorẽ ſeruare inuio
latum poſſet: erat enim in flore ætatis formoſa nimium, & incredibili decore veſtita. Hunc igitur
in modum impleti magiſtratuum ferme omnium carceres, in eccleſiæ faciem trãſiere, & hymni
quidem & oblationes myſteriorum in cuſtodijs agebantur; flagra vero & tormenta & iuramenta
terribilia in eccleſijs reſonabant, cum ad execrationem Ioannis ſinguli impellerentur, qui vſque
ad mortem nequitiæ diaboli aduerſatus obſtiterat.] hæc Palladius.

XX. *Appellat Ioãnes Innocẽtiũ Papam.*

Cum autem hæc accepiſſet S. Ioannes Chryſoſtomus, nullamq. ſpem reliquam eſſe cognoſce
ret, vt meliori ſtatu res collocarẽtur, ſed certo iam intelligeret omnia in deterius prolapſura: haud
diutius diſſimulandum ratus, ad vnicum ſibi relictum confugium conuolat, nimirum ad Roma-
nam Eccleſiam, Apoſtolicam ſedẽ, quam ſciret omnibus eſſe prælatam, & perperam facta Ponti-

ficum

A ſicum poſſe corrigere. Sic igitur datis ad eius Epiſcopum Innocentium litteris, ipſum aduerſus tot nefaria Orientalium & Aegyptiorum Epiſcoporum appellat. Id quidem hoc ipſo anno, immo & ſtatim poſt Paſcha factum eſſe, Ioannis ipſius ad eumdem Innocentium datæ litteræ, perſpicuæ indices ſunt. Dum enim cunctas res geſtas ordine temporis diſpoſitas narrat, orationemq. ad ea quæ in magno ſabbato acta ſunt perducit; ſed de alijs quæ poſtea grauiſſima contigerũt, nequaquam ſcribat; plane declarat, eo tempore illam ſe dediſſe epiſtolam, quo contigerunt ea quæ nouiſſime in ipſa litteris commendauit.

XXI. Veritus autem Theophilus, ne in caput ſuum contra Ioannem talia tantaq. præſumpſiſſet; ad idem ſupremum Eccleſiæ Catholicæ tribunal, ipſam Apoſtolicam ſedem, Romanam Eccleſiam, legationem mittit, ſcribens litteras ad eumdem Innocentium Romanum Pontificem, de his quæ a Synodo in Ioannem facta eſſent. Sed & ipſe Ioannes tanta calumnioſe iniuſteq. paſſus, ad eumdem Romanum Pontificem legatos miſit, ipſum (vt dictum eſt) appellans aduerſus iudiciũ Theophili & aliorum Epiſcoporum contra ſe latum. Haud hæc quidem abſque Dei prouidentia geſta ſunt. Siuit enim Deus hæc inter tantos Epiſcopos agitari, vt certo exploratoq. indicio ſignificaretur, **B** reddereturq. exploratum poſteris, quinam in Eccleſia Catholica principem locum teneat, quẽque tam Iudices iudicantes, quam rei damnati pariter inſpicere debeant; illi quod ſcirent maius & eminentius ſupra ſe ſtare tribunal, quod omnia prædicata iterum iudicaret: iſti magno ſolatio intelligerent, aliquod reliquum eſſe confugium, quod iniquam ſententiam paſſi ſecuri peterent, nempe iudicium quærere & implorare auctoritatem Romani Pontificis. De huiuſmodi autem legationibus tum a Theophilo, tum a S. Ioanne Chryſoſtomo Romam ad Innocentium miſſis, locuples teſtis eſt Theodorus tunc temporis Romanæ Eccleſiæ diaconus, qui eadem præſens cũcta cognouit, atque plus ſatis perſpecta habuit; cuius hæc ſunt verba [a]:

Theophilus auerterit legationem Chryſ.

[a] Apud Pallad. dialog.

XXII. Primus omnium (inquit) profectus eſt ad nos Alexandrinæ Eccleſiæ lector cum Papæ Theophili litteris, quibus indicabat; Ioannem a ſe fuiſſe depoſitum. Eas litteras cum legiſſet beatiſſimus Innocentius Romanæ ſedis Antiſtes, inhorruit temeritatem faſtũq. Theophili ægre ferẽs, & quod ſolus ſcripſerat, & quod rei totius ſeriem referre omiſerat; cuius ſcilicet rei gratia, quibusve adiunctis ſibi ſocijs, illum deponere auſus fuiſſet. Inter hæc manſit admirans, nihilq. reſcribere voluit, rei indignitate commotus. Dum Euſebius quidam diaconus Conſtantinopolitanæ Eccle**C**ſiæ, qui tunc Romæ erat Eccleſiaſticæ vtilitatis gratia, Innocentiũ adijt, libelliſq. traditis adiurauit, ſuſtineret vt modicum temporis: fore enim breui, vt ſibi totius ſcenæ facies pateſceret. Poſt triduum aduenerunt Epiſcopi quatuor a Ioanne miſſi reuerendiſſimi profecto viri, Panſophius Piſidiæ, Papus Syriæ, Demetrius Galatiæ Secũdæ, Eugenius Phrygiæ, tres epiſtolas Innocentio deferentes, vnam quidem Ioannis Epiſcopi, ſecundam vero Epiſcoporum quadraginta de communione Ioannis, reliquam ſcripſerat Ioannis clerus, omnes indiſciplinatum tumultum & ſeditionem pariter ſignificantes. Erat autem epiſtolæ Ioannis huiuſmodi ſeries:

Legati Theophili & Chryſoſt. Romã veniunt.

XXIII. Domino venerabili ac beatiſſimo Epiſcopo Innocentio Ioannes in Domino ſalutem.] Vides ipſius Chryſoſtomi verecundiam, animiq. demiſſionem laude dignam, cum etſi ſciret ſe iniuſte depoſitum, tamẽ abſtinet a titulo ſedis ſuæ, quouſque cauſa legitime cognita, ſedem cum titulo reciperet ſuam. ſed quæ ſequitur epiſtola, ſic ſe habet, vt cunctarum rerum geſtarũ, quæ ſuperius ſunt enarratæ, breue compendium reddat his verbis:

XXIV. Et ante litteras noſtras ad aures pietatis veſtræ perueniſſe putamus præſumptum hic facinus. Quippe magnitudo ſceleris fecit, vt nulla Orbis pars reliqua ſit, quam non huius horrendæ cla**D**dis rumor impleuerit [*]: immo ad ipſa quoque extrema terræ geſtorum fama pertingens, ingentem vbique gemitũ luctumq. excitauit. Verum quia iſta non modo lugere & planctibus proſeq, ſed emendare pro viribus conuenit, & caute proſpicere quomodo hæc ſæuiſſima Eccleſiæ procella ſopiatur: neceſſarium exiſtimauimus, dominos meos honoratiſſimos ac reuerendiſſimos Præſules, Demetrium, Panſophium. Pappum, & Eugenium hortari, dimiſſis vt Eccleſijs ſuis, ſeſe pelago traderent, & emenſa peregrinatione longinqua, ad veſtram currerent charitatem; omnibuſque lucide expoſitis, mature tantæ cladi remedium dari ſalubre poſtularent. Quibus etiam cariſſimos diaconos Paulum & Cyriacum itineris comites dedimus, qui & ipſi vice epiſtolæ charitatem veſtram, quæ hic geſta fuere, docebunt.

[*] impulerit

Epiſtola Ioannis Chryſoſtomi ad Innocentium.

XXV. Theophilus enim Alexandrinæ Eccleſiæ Præſul, cum a quibuſdam apud pijſſimum Imperatorem inſimularetur, ſolus ad crimina diluenda venire iuſſus, magna Aegyptiorum multitudine ſociatus aduenit, id ferme initio docere volens, ad bellum ſe ac prœlium inſtructum adueniſſe. Inde regiam ingreſſus vrbem, non ad eccleſiam ex more & antiqua conſuetudine venit, non congreſſus eſt nobis, non verbum nobiſcum fecit, non ſimul orauit, non communicauit: ſed vbi naui **E** deſcenderat, valuis eccleſiæ prætermiſſis, extra vrbem morabatur: & cum multis precibus ageremus vt apud nos tam ipſe, quam hi qui cum eo aduenerant, hoſpitarentur (omnia enim præparata erant & diuerſoria, & quæcumque neceſſaria) neque ipſe, neque illi acquieuerunt. Nos vbi iſta comperimus, magna admiratione tenebamur, nullam huiuſce ſimultatis cauſam probabilem inuenientes. Noſtrarum tamen partium munus implere curabamus, id facere inſtituentes, quod eſſet conueniens nobis; ipſumq. iugiter orantes, vt nobiſcum colloqui vellet; & cuius rei cauſa ab ipſis exordijs tam apertas inimicitias præferret, tantamq. vrbem ſcandalizaret, exponere.

XXVI. Cum vero ne ſic quidem cauſam eloqui vellet, accuſatoreſq. illius vehementer inſtarent; accerſitis nobis pijſſimus Imperator iuſſit, vbi ille morabatur, ire, atque illic quæ contra illum dicerentur, audire: nam & ſeditiones & cædes & alia illi obijciebantur innumera. Verum nos & Patrum decreta veriti, & virum honorare cupientes, cũ ipſius quoque litteras teneremus, quibus cauetur non oportere iudicia extra terminos fieri, ſed in ſuis quæque prouincijs iudicari; nequaquam acquieuimus, ſed vehementer obſtitimus. At vero ille, quaſi aliqua priora noſtra crimina

præceſſiſſent,

præceſſiſſent, aduocato archidiacono meo, nimia cum auctoritate, veluti iam profecto Eccleſia vi- A
dua eſſet, neq. haberet Epiſcopum, per illum ad ſe omnem clerum tranſtulit. Deſertæ in dies fie-
bant eccleſiæ, dum vniuſcuiuſq. clerici abducerentur, & libellos aduerſus nos date, & in accuſatio
nem noſtri nominis conſpirare inducerentur.

XXVII. His itaq. geſtis, mittit, & nos ad iudicium aduocat, qui necdũ propoſita contra ſe crimina diluiſſet: quod contra canones & præter omnes leges fieri, nullus ignorat. Enimuero nos rebus cer-
tis admoniti quòd non ad Iudicem euocaremur (alioquin millies iuiſſemus) ſed ad inimicum at-
que hoſtem, ſicut priora & poſteriora teſtantur: miſimus ad illum Demetrium Piſinuntis, Eleuſiũ
Apameæ, Lupicianum Apiariæ Epiſcopos, presbyteros vero Germanum & Seuerum; reſpondi-
muſq. modeſte ex noſtro inſtituto, dicentes, nos non declinare iudicium, ſed apertum hoſtem &
inimicum manifeſtum. Qui enim libellis nondum ſuſceptis initio ſtatim talia geſſiſſet, & ſe ipſum
ab Eccleſia & communione ſegregaſſet, accuſatores parans, & clerum ad ſe transferens, eccleſiaſ-
que deſertas conſtituens, hic qua ratione Iudicis ſedem nihil ad ſe pertinentem aſcendere dignus
cenſeatur? Neque enim conſentaneum rationi eſſe, vt Ægypto præfectus Thraciæ cauſas cogno-
ſceret, ipſe criminibus obnoxius, & inimicus & hoſtis. His ille nihil mitior factus, nihilq. veritus, B
& quod inſtituerat perficere cupiens; nobis aſſerentibus, paratos eſſe præſentibus & centũ & mil-
le Epiſcopis crimina obiecta refellere, munditiamq. noſtram aſſerere, ſicuti ſumus profecto mun-
di; paſſus non eſt. Sed abſentibus nobis, & Synodum conuocare volentibus, iudiciumq. flagi-
tantibus, neque cognitionem cauſæ fugientibus, ſed inimicitias manifeſtas; accuſatores tamen
admittebat; & quos ipſe ligauerat, ſoluebat; quique crimina ſibi obiecta necdum diluiſſet, eo-
rum libellos accipiens, commentaria ſcribebat. Quæ præter ius faſque omne in iniuriam ſancto-
rum canonum fiebant.

XXVIII. Et quid me multis immorari neceſſe eſt? Non deſtitit omnia & facere & moliri, quoad nos
per ſummam vim, nimia auctoritate, & vrbe & Eccleſia deturbauit. Et profundo iam veſpere, cũ
plebs omnis nos lamentatione miſerabili proſequeretur; tractus in medio ciuitatis, & violenter
abductos, iniectuſq. in nauim, noctu nauigabam, quia Synodum ad iſtud iudicium vocare volue-
ram. Quis iſta ſine lacrymis audire poſſit, quantumlibet ſit lapidei cordis? Sed enim quia (vt dixi
mus) iſta non modò deflere, verum & corrigere oportet: charitatem veſtram precor, vt excitetur,
atq. condoleat, & omnia faciat, vt huiuſmodi calamitatibus tandem ſit finis. Non hactenus perit C
iniquitas, ſed prioribus quoq. noua ſuccedunt. Nam vbi piiſſimus Imperator iniuſte & impru-
denter ingreſſos eccleſia expulit; plurimiq. Epiſcoporum iniquitate illorum cognita, ad Eccleſias
ſuas redierunt, furorem illorum atq. impetum veluti flammam cuncta vaſtantem fugientes: nos
in vrbem rurſus euocati ſumus, Eccleſiæq. reſtituti, de qua iniuſte fueramus eiecti. Cum vero tri-
ginta nos Epiſcopi, & clementiſſimi Imperatoris Notarius ad hoc miſſus reduxiſſent: ingreſſi ad
Regem, orauimus, vt ad vlciſcenda facinora Synodum cogeret. Quod ille (*nempe Theophilus*) vbi
comperit, fugæ præſidium ſumpſit: veritusq. iudicium, cum iam regiæ litteræ vbiq. diſſeminatæ,
omnes omnibus ex partibus euocarent, noctis medio fragili ſe cymbæ commiſit; atq. ita fugiens,
ſuos omnes ſecum duxit.

XXIX. Nos conſcientiæ noſtræ fiducia nihilo ſegnius inſtitimus apud piiſſimum Imperatorem, vt
Concilium congregaret. Qui ſuæ pietati conſona faciens, rurſum ad illum miſit, mandans vti ad ſe
tam ipſe, quam omnes qui cum illo fuerant, ex Aegypto aſcendere maturarent, rationem facti
ſui redditurí: neque arbitrarentur, quæ adeo nequiter ex vna tantum parte & abſentibus nobis p̃
ter Patrum canones geſta fuiſſent, ſibi ad excuſationem quicquam ſuffragari poſſe. At vero ille D
ſic quoque regijs conuentus litteris, obtemperare non auſus, ſe continuit domi, ſeditionem ple-
bis allegans. Agebat id de quorumdam ſibi fauentium conſilio, & certe eum hic ipſe populus ante
has Imperatoris litteras innumeris eũ maledictis aſpergeret. Sed non iſta modo diſcutimus. Hæc
tantum idcirco diximus, vt oſtendamus quæ eſſet viri modeſtia.

XXX. Verum nos ne poſtea quidem quieuimus, ſed inſtabamus iugiter orantes iudicium fieri, in
quo audiri iudicariq. poſſemus. Parati enim eramus nos ipſos docere inſontes, illos e contra no-
centiſſimos, & magni in nos ſceleris reos. Erant autem & ex Syria quidam, qui illi tunc ſemper
aſtiterant, & cum illo communiter omnia geſſerant. Aduerſus iſtos quoq. parati eramus ſubire iu
dicium: ſæpiuſq. importune rogauimus, aut commentaria, aut accuſatorum libellos nobis tradi,
aut criminum naturas aperiri nobis, aut certe accuſatores ipſos in conſpectu dari. Nihilq. ex his
conſequi meruimus, ſed rurſum pulſi Eccleſia ſumus.

XXXI. *De graſſatione militum in Eccleſia.* Quomodo iam quæ ſequuntur exponam omnem excedentia tragœdiam? quis ſermo ad ea ex
plicanda ſufficiet? quænam auris abſq. horrore percipiet? Nobis enim hæc ipſa, quæ antea dixi,
prætendentibus, repente multitudo militum ipſo magno ſabbato, cum iam in veſperam vergeret E
dies, eccleſias ingreſſi, clerum omnem qui nobiſcum erat per vim eiecerunt, armiſq. veneranda
obſidebantur altaria. Mulieres, quæ intra eccleſiam, vt baptizarentur, ſeſe veſte nudauerant, per
id temporis nudæ fugiebant, metu huius acerbiſſimæ commotionis impulſæ, neq. ſexus verecun-
diæ, neq. honeſtati permittebantur præ pauore conſulere: plurimæ tunc acceptis vulneribus eie-
ctæ. Ita cruore Baptiſterium replebatur, atq. ex huiuſmodi vulneribus ſacri latices colore immu-
tato in ruborem tranſibant. Neq. hactenus ſtetere clades: ſed vbi ſancta condita ſeruabantur, in-
greſſi milites, ex quibus (vt poſtea didicimus) quidam necdum initiati erant, omnia ſpectabant
intus recondita; ſanctiſſimuſq. Christi ſanguis in tanto tumultu in militum veſtimenta fuſus eſt;

XXXII. omniaq. non ſecus quam in captiuitate, barbarica facinora paſſim admiſſa.]

Euchariſtia ſub vtraq. ſpecie olim aſſeruari ſolita. Sed hic, lector, conſidera, quàm procul abhorreant a Patrum traditione, vſuq. Catholicæ Ec-
cleſiæ, qui noſtro tempore hæretici negant aſſeruandam eſſe ſacratiſſimam Euchariſtiam, quam
videmus non ſub ſpecie panis tantũ, ſed etiam ſub ſpecie vini olim conſueuiſſe recondi. Habes id

quoque

A quoq. probatum auctoritate S. Gregorij Romani Pontificis, dum ait [a] in naui portaſſe nauigan-
tes Chriſti corpus & ſanguinem. Ceterum eadem ratione qua Eccleſia Catholica laicis vſum ade-
mit calicis, eadem quoq. ex cauſa Euchariſtiam nonniſi ſub vna tantum ſpecie, nempe panis, aſſer-
uare conſueuit. Sed quæ reliqua ſunt epiſtolæ Chryſoſtomi, recitemus: Populus in ſolitudinem mi
grare, plebſq. omnis extra vrbem excubare cogebatur: vacuæ Fidelibus eccleſiæ in tanta ſolemni-
tate relictæ: plures quam quadraginta Epiſcopi communionis noſtræ cum populo fruſtra & ſine
cauſa pulſi. Vlulatus & gemitus, eiulatus item & laměta & lacrymarũ fontes plateas & domos &
deſerta ipſa compleuerant, & planctu cuncta reſonabant; nullaque vrbis pars huiuſce calamitatis
vacua relinquebatur.

a Greg. Dialog. lib. 3. c. 36.

Fecerat enim calamitatis magnitudo, vt non modo qui patiebantur, verum ipſi quoq. qui ni- XXXIII.
hil huiuſmodi perpeſſi erant, vna nobiſcum lamentarentur, neq. Catholici modo, ſed ipſi quoq. hæ
retici & Iudæi ac Gentiles vices dolerent noſtras. Et vti ciuitas per vim in deditionem hoſtium ve
niſſet, ita tumultuoſae perturbatione & eiulatu plena erant omnia. Porro iſta, ignorãte pijſſimo Im-
peratore, noctis initio, Epiſcoporum factione gerebantur: qui exercitus duces, diaconorum vice, ſe
B eum habere præuios non erubeſcebant. Vbi vero illuxerat, dies, ciuitas omnis extra vrbis mœnia
migrarat, ſub arboribus & frondibus, veluti diſperſæ oues, feſtiuitatem (*nempe Paſchatis*) celebrã-
tes. Hinc iam poteſtis cetera æſtimare. Neq. enim fas eſt omnia proſequi (vt ante iam dixi) neq. p
ſingula contingere. Nempe id acerbiſſimum eſt, quod tanta incommoda, tot clades finem necdũ
acceperunt, nullaq. ſpes quietis ſupereſt. Verũ in dies augetur peſtis; factiq. ſumus in deriſum mul
tis: immo ridet quidem nullus, quantumlibet perditus ſit moribus, ſed ploratu proſequuntur (vt
dixi) malorum omnium culmen, nouam hanc iniquitatem & facinus execrandum.

Quis vero reliquarum Eccleſiarum perturbationes ac preſſuras eloqui poſſit? Neq. enim hic XXXIV.
modo inualuit lues, verum ad Orientalem quoq. peruenit Eccleſiam. Quemadmodum enim a ca-
pite dum noxius humor effunditur, reliqua membra læduntur: ita nunc quoq. poſtquam ex hac vr
be magnifica, velut ex fonte quodam, incommoda fluxere, cœperunt turbæ, ac tumultus occupant
omnia, & vbiq. dominantur, omnibuſq. ferme in locis clerici contra Epiſcopos inſurgunt; populi
paſſim abſciſſi ſunt ab Eccleſiæ corpore, partim præcidendi expectantur. Vbique peſtis hæc pullu
lat, & Orbis vniuerſus euertitur. Hæc igitur omnia cogitantes, domini beatiſſimi ac reuerendiſſi
C mi, dignũ veſtræ conſtantiæ & congruum robur ac ſtudium ſumite; & hanc perniciem, quæ inua
ſit Eccleſias, oramus, auertite. Nam ſi hæc inualuerit conſuetudo, & licitum fuerit cuiq. ex adeo re
motis partibus alienas prouincias, prout voluerit, ingredi, & eijcere quoſcumque libuerit, & pro
voluntate omnia gerere: non ignoratis mature cuncta peritura, bellumq. ſæuiſſimum occupatu-
rum Orbem vniuerſum, omnibus laceſſentibus inuicem.

Ne igitur immanis iſta confuſio cuncta percurrat, & vbiq. dominetur: ſcribite, precor, & aucto XXXV.
ritate veſtra decernite huiuſmodi iniqua geſta, nobis abſentibus & iudicium non declinantib. nul
lius eſſe roboris, ſicut per ſuam naturam ſunt profecto & irrita & nulla. Porro qui talia geſſere, eos
Eccleſiæ cenſuræ ſubijcite: nos autem inſontes, neq. conuictos, neque deprehenſos, neque vllius cri
minis reos comprobatos, Eccleſijs noſtris iubete reſtitui, vt charitate frui & pace cum fratribus
noſtris conſueta poſſimus. Quod ſi modo quoque voluerint auctores ſceleris aperire crimina, quo
rum gratia nos iniuſte eiecerunt: dentur nobis commentaria, libelli proferantur in medium, ve-
niant accuſatores mei, ſedeat incorruptum intemeratumque iudicium: non recuſo, non renuo, im
mo & conſtanter hoc expeto. Iudicemur: crimina profecto diluemus, noſque oſtendemus innocen
D tes, neque criminibus vllis obiectis obnoxios. Nã quę ab eis modo geſta ſunt, omni prorſus rõne
carent, extra omnem ordinem, omnemque legem & regulam Eccleſiaſticam ſunt: numquam id fa
cinus, ne extremis quidem iudicijs, immo neq. apud barbaros ipſos admiſſum eſt. Non Scythæ,
non Sarmatæ vmquam vna ex parte iudicarunt, abſente reo, neq. iudicium, ſed odium & apertam
ſimultatem declinante, ac mille appellante iudices, & ſe ipſum innocentem aſſeuerante, & paratũ,
præſente Orbe vniuerſo, quæq. obiecta diluere, ac ſe omnibus inſontem declarare. Hæc ergo cun-
cta cogitantes, & a dominis meis reuerendis Epiſcopis manifeſtius planiuſq. cuncta diſcentes: qđ
eſt partium veſtrarum munus, ſtudium veſtrum & operam & diligentiam, quæſo, inſerre dignemi
ni. Ita enim non nobis tantum, ſed Eccleſijs quoq. vniuerſis gratificabimini, & a Deo mercedem ac
cipietis, qui ob Eccleſiarum pacem ſemper omnia facit. Scripſimus iſta & ad Venerium Mediola
nẽſem, & ad Chromatium Aquileienſem Epiſcopum. Vale in Domino.] hactenus Chryſoſtomi ad
Innocentium Papam litteræ.

Subdit autem his hæc Theodorus Romanus diaconus [b]: Ad hæc reſcripſit beatus Innocen-
tius Papa; communioque vtriuſq. partis admiſſa, Theophili iudicium caſſum atq. irritum eſſe de- XXXVI.
E creuit, dicens oportere conflari aliam irreprehenſibilem Synodum Occidentalium & Oriẽtalium
ſacerdotum, cedentib. Concilio amicis primum, deinde inimicis: neutrarum quippe partiũ vt plu
rimum rectum eſſe iudicium. Paucis poſt diebus aduenit Petrus quidam Theophili presbyter vna
cum Martyrio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ diacono, ipſius epiſtolas deferens, & quædam ſimul
commentariola, in quibus apparebat Ioannem a trigintaſex damnatum Epiſcopis, ex quib. vigin-
tinouem Aegyptij, ſeptem reliqui ex alijs regionibus erant. Ea commentaria cum legiſſet Papa In
nocentius, comperiſſetq. neq. culpas eſſe graues, neq. præſentem Ioannem fuiſſe, neq. in faciem re-
prehenſum; inſaniam Theophili magis ac magis exhorruit, quod contra abſentem adeo ſæuã im-
mitemq. ſententiam euomuiſſet. His igitur a ſe dimiſſis cum litteris grauibus temeritatem illius
laceſſentibus, ſeſe ad orationis ſtudium contulit; indictoq. Eccleſiæ ieiunio, cum lacrymis diuinã
precabatur clementiam, vt huiuſmodi ſeditiones & ſcandala ſciſſuræq. tollerentur, & pacis ac fra-
ternitatis amor integra membrorum compage redderetur. Fuit autem epiſtolæ iſta ſententia:

b Apud Pallad. in dialog.

Innocẽtius Papa quid in cauſa Ioannis.

Frater Theophile, nos & te fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decreuimus, XXXVII.

Quid Innocēt. Papa ad Theophilum.

ſicuti & in prioribus litteris aperte ſatis expreſſimus:& nunc in noſtra ſententia & voluntate per- A
durantes,rurſum eadem ſcribimus. Et quotieſcumq. ſcripſeris, niſi debitum ſequatut conue-
nienſq. judicium,proptet ea quæ magno cum dedecore ſunt geſta,poſſibile non eſt nos a Ioannis
communione diſcedere.Itaq. ſi conſcientiæ confidis, tu quoq. judicio accutre ad Synodum pro-
xime in Chriſto celebrandam, & illic iuxta Nicæni Concilij canones & decreta contende: alios
(*ab his ſcilicet diuerſos*)Romana non admittit Eccleſia.Quod ſi obtinueris,euidens & irrefragabi-
lis erit ratio tua.] hucuſq. ad Theophilum Innocentius: quas autem ad Ioannem Chryſoſtomum
dedit litteras,non extant. Ipſe quidem affirmat Palladius [a], Demetrium Epiſcopum,vnum ex
legatis a Chryſoſtomo miſſis,litteras ab Innocentio ſcriptas vulgaſſe magno præconio per Orien
tales Eccleſias.ſunt hæc verba Palladij, cum agit de eiuſdem Demetrij ſecundo aduentu Romā:
Poſt iſtos venit ſecundo Demetrius Epiſcopus Piſinuntis, qui peragrato Oriente prædicauerat
communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij litteris,&c.]
Vides quanti momenti habita fuerit communicatio cum Romana Eccleſia,& quantæ auctorita-
tis litteræ eſſent ipſius Romani Pontificis:adeo vt plane ſignificaretur omnibus,illis eſſe commu
nicandum,quibus cum Romana communicaret Eccleſia,ac proinde Ioanni Chryſoſtomo inhæ- B
rendum:id iure quidem;ſed vis tyrannica in omne ius faſq. inſurrexit armata.

a Pallad.in dialog.

XXXVIII.
Sicarij in S. Ioannem Chryſ. immittuntur.
b Sozo.li.8.c.21.

Quid vero interea acciderit ipſi Ioanni Chryſoſtomo Conſtantinopoli commoranti,in dieſq.
ad expulſionem ſuam ſatellites expectanti, iam videamus. Qui canones hæreticorum in ipſum
primum omnium adduxere,quiq. Imperatorem in eumdem concitauere,impulerunt Auguſtam,
atq. milites immiſerunt; nefas aggrediuntut horrendum,dum & in necem ipſius ſanctiſſimi viri
Ioannis ſicarios mercede conducunt.Quomodo autem id factum ſit,Sozomenus ita deſcribit [b]:
Eadem tēpeſtate,vir quidam dæmonijs agitatus,ſeu agitari creditus, gladiolum habens, & velut
ad cædem Ioannis inſtructus,ſed facinus nondum aggreſſus,deprehenditur;& a multitudine,tā-
quam pretio ad faciendas inſidias conductus eſſet,captus ad Hyparchum adducitur: quem tamē
Ioannes,miſſis aliquot Epiſcopis ſecum verſantibus,liberauit,antequam ſupplicio afficeretur.

XXXIX.
De Sicario Elpidij famulo.

Poſtea vero & Elpidij presbyteri (qui quidem diaconi manifeſtus hoſtis erat) ſeruus in Epi-
ſcopales ædes effuſo curſu irrupit. Eum agnitum quidam ex ijs qui forte aderant,e curſu remora-
tus eſt,& cauſam curſus inquiſiuit. Ille vero nihil reſpōdens,confeſtim cultello hominem pungit,
& poſt eum etiam alterum,qui ad huius cædem exclamauerat;quinetiam prætet hos tertium vul C
nerat.Tumultuantibus igitur cum clamore his qui aderant,conuerſus aufugit.& eum hi qui eum
perſequebantur, eos qui procul erant, adhortarentur vt fugientem comprehenderent: ex balneo
quidam accurrens,ex quo recens lotus progrediebatur,illum apprehendit, ac letaliter ab illo per
cuſſus mortuus extenditur. Tandem vero cum a multitudine vndiq. cinctus,ac vix demum com-
prehenſus eſſet,adducunt eum ad Palatium;& ibi tum hoſtium Ioannis inſidias,tum hunc ipſum
homicidam,tum & huius facinoris inſtinctores conteſtati,ſupplicio afficiendos eſſe,vociferātur.
Itaq. Hyparchus,vt iram populi mitigaret,illum tantum ſupplicio affecturus accepit.] ceterum
ab aduerſarijs Ioannis fuiſſe liberatum, teſtatur Palladius, dum ita ait [c]: Elpidij presbyteri fa-
mulus,quinquaginta(vt aiunt)numiſmatibus,vt Ioannem dolo interficeret,mercede conductus,
deprehenſuſq. qui tres haberet gladios, eos qui ſe deprehenderent, ſeptem ſingulatim percuſſit:
ex his quatuor continuo ſepulti ſunt; tres diutiſſime curati, ſanati ſunt, homicida illo abſoluto.]
hæc Palladius. ſubdit vero Sozomenus [d]: Ex eo tempore Ioannem cuſtodierunt qui in populo
feruentiores erant,noctu iuxta & interdiu viciſſim domū Epiſcopalem circumſidentes.] hæc ipſe.
Atque iſta paulo poſt ſecuta ſint,Palladius ita narrat [e]: D

c Pallad.in dialog.
d Sozo.li.8.c.21
e Pallad.in dialog.

XL.
Ioannes iubetur recedere.

Completa vero Quinquageſima, poſt diuinum diem ingreſſi Acacius & Seuerianus Antio-
chuſq. atq. Cyrinus ad Imperatorem Arcadium,dicunt ei: Rex tu a Deo nobis datus es, nemini
ſubditus,omnibus dominans:licet tibi,quodcumq. vis,facere. Noli eſſe presbyteris mitior,& E-
piſcopis ſanctior. Diximus tibi,præſentibus omnibus:Super caput noſtrum ſit Ioannis depoſitio:
Noli igitur vni hominum parcere in perniciem omnium noſtrum. Iudaicis ſane & uerbis & re-
bus perſuadentes Regi.Miſſo itaq. Rex Patricio Notario ſuo,iſta Ioanni mandat:Acacius & An-
tiochus & Seuerianus atq. Cyrinus damnationem tuam ſuper caput ſuum poſuetunt. Te ipſum
ergo commendans Deo,eccleſia egredere. Ita Epiſcopus Ioannes poſt apertam nihilq. obumbra
tam iuſſionem Epiſcopio diſcedens vna cum Epiſcopis,dixit omnibus: Venite oremus, & in angu
lo eccleſiæ congrediamur.lætus quidem de ſe,ſed de populi mærore & afflictione ſubtriſtis. Pro-
tinus quidam ex primarijs ciuitatis vir fidelis Ioanni ſignificat: Quoniam Lucius vir audax,& fa-
cie impudens, paratus eſt in lauacro publico cum militibus ſuis, ſi forte contradicas aut differas,
etiam inuitum trahere & expellere. Fit autem magna in plebe commotio: Feſtina clam egredi,ne
in tuum auxilium confluens populus bellum cum militibus conferat. E

XLI.
Salutat ſuos Ioannes diſceſſurus.

Tum vero Ioannes oſculatus cum lacrymis ex Epiſcopis quoſdam (ceteros enim oſculari
non ſinebat ingens miſerationis affectus) orauit: reliquis qui erant intus in Sacrario,dicens: Ma-
nete hic interim, vt profectus modicum requieſcam. Ingreſſus autem Baptiſterium, Olympia-
dem vocat, quæ ab eccleſia non diſcedebat, vna cum Pentadia & Procula diaconiſſis, Saluinam
quoque beati Nebridij coniugem, quæ viduitatem ſuam præcipua virtute & honeſtate decora-
bat (*clariſſimæ erant hæ feminæ nobilitate & virtute præſtantiſſimæ, de quibus ſuperius pluribus di-
ctum eſt*) dixitque eis: Venite huc filiæ, audite me. Quæ de me ſunt (vt video) finem habent:
curſum meum conſummaui, neque vltra forte videbitis faciem meam. hoc vnum rogo, hoc de-
precor, ne qua ex vobis ſolitam beneuolentiam deſerat: & quicumque non ſponte fuerit ordi-
natus, neque id vllo quæſierit ambitu,de conſenſu omnium,ei caput veſtrum inclinate,vt Ioanni,
per omnia: non enim eſſe Eccleſia ſine Epiſcopo poteſt. Atque ita miſeremini mei,& in oratio-
nibus veſtris ſemper memineritis mei. Ad hæc illæ profuſæ cum gemitu & ciulatu ante ſacra eius
veſtigia

A veſtigia uolutabantur. Tunc ille cuidam ex honeſtioribus presbyteris annuens: Tollite(inquit)eas
hinc,ne multitudinem perturbent. Sic ergo impeditæ modicum,locum illi dedere abeundi.
Ita demum egreſſus eſt ad Orientalem partem(nihil enim apud illum occidentale erat) iumē- XLII.
tum,cui ſedere conſueuerat,ſtare ante Occidentalem portam iubens,vbi atrium erat; vt ita ab ſe *Ioan. Chryſo-*
amoueret populos,ea ex parte eum profecturum præſtolantes. Egreſſus eſt cum illo Angelus quo- *ſtomus recedit*
que eccleſiæ, ipſius ſolitudinē non ferens,quam principatus mali atque poteſtates effecerant,thea- *ab Eccleſia.*
tri facie profecto rebus impoſita. Erat enim theatri in morem clamor & impiorum laſciuientium
ſibilus,dum eos culparent omnes,& Iudæi ipſi atque Gentiles exhorreſcerent. Nam velut in car-
cere,plagæ illic ac viſcerum cruciatus a militibus inferebantur,deficientibus omnibus animæ vi-
ribus,tum ob magiſtri amiſſionem,tum ob blaſphemiam in Deum. Vbi enim peccatorum ſolet
eſſe remiſſio,ibi ſanguinis erat effuſio.] Quam autem celſo animo fuerit iſta perferens Ioannes,
teſtis quidem eſt epiſtola ab ipſo paulo poſt ad Cyriacum [a] data,qua etiam quæ hoc tempore ſuæ a Chriſoſt. epiſt.
fuerint cogitationes,his verbis ſignificat: Etenim ego cum e ciuitate fugarer, nihil horum curabā, 3.ad Cyriac. to.
ſed dicebam intra me metipſum: Si quidem vult me Regina exulem;agat in exilium: Domini eſt 5.
B terra,& plenitudo eius. Et ſi vult ſecare;ſecet:idem paſſus eſt Iſaias,ſubſcribat illi. Si uult in pela-
gus mittere;Ionæ recordabor. Si vult in caminum inijcere;idem paſſi ſunt tres illi pueri. Si me fe-
ris vult obijcere;obijciat: Danielis in lacum leonibus obiecti recordabor. Si me lapidare vult;lapi- *Ioannis intre-*
det me: Stephanum habeo primum martyrem ſocium. Si & caput tollere vult;tollat:habeo ſocium *pidus animus.*
Ioannem Baptiſtam. Et ſi ſubſtantiam auferre;auferat: Nudus [b] exiui de vtero matris meæ,& nu- b Iob 1.
dus reuertar illuc,&c.] ita plane contigit ei iuxta illud diuinum oraculum [c]: Iuſtus confidit vt c Prouer. 28.
leo.] Quid autem poſt Ioannis egreſſum acciderit Conſtantinopoli de baſilicæ incendio,Palla-
dius ita ſubdit:
Poſt ineffabiles illas tenebras,immenſamq. caliginem,flamma de medio throno,in quo Ioan- XLIII.
nes ſedere conſueuerat,& uelut medio in corpore poſitum cor, eloquium Domini ceteris mēbris *Conflagratio*
exponere,repente proſiliens verbi Dei doctorem requirebat;quem vbi non inuenit, ſedem totam *Eccleſiæ.*
depaſcebatur,ac ſpeciem arboris præferens,& per catenas in ſublime ſe porrigens,ad tectum vſ-
que ſerpebat,atque uiperæ in morem,ventre exeſo,in dorſa tectorum eccleſiæ ferebatur, Deo mer-
cedem iniuſtitiæ iam hinc veluti deſtinatam huius auctoribus ſceleris pœnam reddente;ad eorum
C correptionem eſſe emendationem, qui ex huiuſmodi prodigiorum facie corripi neſciunt: neque
ob id ſolum,verum vt eſſet feralis illius Synodi perpetuum monumētum. Nec mirum de eccleſia,
cum Senatus quoque ipſius ſedem e regione licet eccleſiæ ſitam,multis tamen diſiunctam paſſib.
die media,ignis ille interiectam populi multitudinem,pontis inſtar, per medium innoxie tranſi-
liens,attigerit,atque violauerit,non prius partem eccleſiæ propinquam,ne huiuſmodi caſum pro-
pinquitati adſcribamus,ſed partem aulæ regiæ proximam,vt miraculum diuinitus illatum per id
ambigeret nemo. Vidiſſes inter duos ignium montes vulgus innocuum ad ſua miniſteria pertran-
ſire. In hunc modum ignis ille circumuolans,& tamquam mare inundans Auſtrinis flatibus con-
citatum, veluti condicto quodam pergebat,adiacentia tecta demolitus;ſoliq. pepercit ædiculæ,in
qua ſacrorum vaſorum multitudo fuerat condita,non auri & argenti materiam reueritus, ſed ne
obtrectantibus præberet mendacij locum,ut ſanctum inſimulare virum poſſent, quod pretioſæ
ſupellectilis aliquid aſportaſſet. Ita ignis impetu in anteriora cohibito,retro redire incepit;eorum
ferme inuidiam inquirens,qui id ſcelus admiſerant,ad inſaniam Theophili perpetuo dedecore no-
tandam,qui illum,ob aſportata pretioſa quæque,eccleſia eiectum autumat. Nulla ignis illo impe-
D tu animæ amiſſio contigit,non hominum,non brutorum:ceterum ſordes illic ſcelerate conuerſan-
tium uis illa incendij diluebat;ab hora ſexta vſque ad nonam igne dominante,ita tribus horis tan-
ti operis moles abſumpta eſt.] hactenus de incendio ex Palladio, cunctarum rerum præſente in-
ſpectore.
Contigit autem huiuſmodi incendium eodem plane tempore,quo egreſſus eſt Ioannes ab ec- XLIV.
cleſia in exilium deportandus:prodigioſum quidem fuiſſe & haud humana opera excitatum,poſt d Leo in enco-
Palladium Marcellinus & complures [d] alij affirmarunt. Porro ea de re conflictatum eſt inter vtrā- mio de reb. Ioā.
que partem, altera alteri illud contentioſe impingente. De quibus controuerſijs ita Sozome- Chryſoſt.
nus [e]: Huius(inquit)rei cauſam ſibi viciſſim ac mutuo impingebant. Atque hoſtes quidem Ioan- Metaphr. in Vit.
nis,eius fautores inſimulabant,ideo hoc feciſſe,quod ob Synodi ſuffragium indignarentur. Hi Ioan.& alij.
vero,ſe calumnijs illorum circumueniri,aiebant,& ab illis ipſorum facta ſibi imputari, qui ſe una e Sozom. lib. 8.
cum eccleſia ipſa exurere voluerint.] quippe quod(vt idem ait)qui intus erant,clauſis ianuis,diu cap. 22.
obnixi fuerant,ne aduerſarij ingrederentur. Tribuit id ipſum Socrates [f] Ioannis fautoribus:cre- *De cauſa incē-*
didit hoc itidem Zoſimus publica quadam fama ſparſum ex habitis de Ioannis ſectatoribus pu- *dij diuerſorum*
E blicis quæſtionibus,cum de incendiarijs exactiſſima quæſtio haberetur. Sed quod nemo inuentus *ſententiæ.*
ſit,qui de perpetrato ſcelere vel leuiſſimam ſuſpicionem fecerit:plane ad alios prorſus, ſi non ad f Socrat. lib. 6.
miraculum ob numen offenſum,pertinere perpetratum facinus docuere. At cum in eodem incen- cap. 16.
dio plura ſit conſiderare miracula;de primo dubitandum non eſſe videtur. Quomodo enim incen-
dium in thronum in medio eccleſiæ ſitum,vbi concionari Ioannes ſolebat,vbi frequentiſſimus po-
pulus aderat,ſecreto abſque multis arbitris immitti potuit? Vel quonam pacto, vno deorſum in
terra ſito ambone,in quo Ioannes concionari conſueuerat, conflagrante, tam cito in ſublime,
vt nemo prohibere valuerit, elati ſunt flammarum globi, vt altiſſimæ baſilicæ tectum peruaſe-
rint? Vel rurſus(quod omnes admirati ſunt)quænam tanta potentia,vt interſtitio plateæ ſepoſi-
tas Senatus ædes,idem pertingendi & abſumendi habuerit incendium facultatem? Hæc quidem
quiſque conſiderans priuatis affectibus liber,non puto hominis ſtudio,ſed diuino illud adſcriptu-
rum eſſe prodigio. At Zoſimus [g] Ethnicus ſicut deplorat tunc in Senatoria domo incenſa ſimulacra g Zoſim. lib. 5.
Muſarū,quæ Helicone illuc tranſlata ſub Conſtantino fuerant;ita mirifice exultauit de ſimulacris

Google

Iouis atque Mineruæ pro foribus poſitis abſque læſione repertis, multa delirans. De quæſtionibus autem a Præfectis eiuſdem incendij cauſa dire habitis, paulo inferius dicturi ſumus.

XLV.

a Marc. 14. b Sozom. lib. 8. cap. 21. c Pallad. dialog. Ioannis Chryſoſtomi deportatio.

Sic igitur abducto S. Ioanne, plane illud accidit, quod Dominus dixerat [a]: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues.] ad mare alijs (vt ait Sozomenus [b]) properantibus, proſecuturis Ioannis veſtigia, tamquam eum intercepturis; alijs fugam ex timore ingruentis militiæ arripientibus. De Epiſcopis vero eidem Ioanni fauentibus iſta Palladius [c]: Epiſcopi partim quidem incluſi tenebantur, partim trahebantur ad cuſtodias, partim etiam deliteſcebant. Ioannes autem vna cum Cyriaco & Euliſio a Præfecto militibus vincti in Bithyniam ducebantur, non ſine comminatione ſupplicij, quod eccleſia fuiſſet incenſa. Poſtea vero Cyriacus & Euliſius cũ reliquis clericis vincti adducti, atq. innocentes comprobari dimiſſi ſunt. Ioannes vero beatiſſimus ad reliquam fiduciam poſtremum hoc addidit conſtantiæ documentum, ſcribens illis in hunc modum: Etſi in alijs locus reſpondendi mihi datus non eſt: vel ſaltem in facto eccleſiæ audiam, ſi quid (vt dicitis) auctor incendij fui. Ne in hoc quidem auditus, a militibus in Armeniæ oppidum remotiſſimum ducitur, vt ab Iſauris, qui noctu & interdiu illud obſidebant, necaretur: Cucuſus id appellatur.] ſed de migratione Cucuſum poſtea.

XLVI.

d Socrat. libr. 6. c. 16. De tẽpore poſterioris exilij Ioannis Chryſoſt. e l. 16. de his q pro relig. cont. Cod. Theod. f Pallad. dialog.

Hæc quidem geſta eſſe hoc anno ſub Conſulatu ſexto Honorij Auguſti & Ariſteneti, Socrates [d] B auctor eſt. Sed quoniam hæc omnia a Marcellino ſub anni ſuperioris Conſulibus referri videntur: ad omnem tollendam de hoc dubitationem, ex eo etiam id exploratiſſimum redditur, quod de Arſacio Ioannis ſucceſſore iam creato habetur mentio in reſcripto Imperatoris Arcadij dato [e] hoc anno ſub huius anni Conſulibus, decimoquarto Kal. Decembris; adeo ut non potuerit ſubrogatus eſſe anno ſuperiori: nam cum Palladius [f] eum ſediſſe dicat annum vnum & menſes tantum duos, ad dictum tempus anni huius minime potuit perueniſſe, vnde & dicimus, affirmare neceſſe eſſe, hoc anno depoſitum S. Ioannem Chryſoſtomum, in locumq. eius ſubrogatum eſſe Arſacium. Magno quidem & occulto Dei iudicio & incomprehenſibili plane accidit, vt in locum eloquentiſſimi viri ſuccederet homo penitus infantiſſimus, decrepitus ſenex, & ſpiritualis exercitationis ignarus: talem plane fuiſſe ferunt Arſacium. Accidit nunc idem, quod ante ſub Theodoſio Maiore inde Conſtantinopoli eueniſſe vidimus, nempe in ſedem Magni Gregorij cognomento Theologi ſuffectum fuiſſe hominem catechumenum, ſacrorum dogmatum penitus imperitum, eumdemq. eiuſdem Arſacij germanum. Sicq. duos ampliſſimos viros, quorum numquam pares viſa eſt Catholica Eccleſia habuiſſe, tales poſt ſe & ab ſe longe diſſimiles conſecutos eſſe Epiſcopos ſucceſſores. C

XLVII.

*Arſacius creatur Epiſcopus Conſtantinop. g Pallad. in dialog. * actu*

At quod ad Arſacij electionem pertinet; mature quidem Ioannis aduerſarij eam perficere conati ſunt, quo omnem ſpem auferrent eidem Ioanni, atq. eius ſectatoribus, denuo fore amplius in ſedem reſtituendum, longeq. aliter euenturum ſciret atq. antea contigiſſet. Sicq. cum de ſubſtituẽdo aliquem in locum eius ab aduerſarijs ſolerti ſtudio agitur; itur in eam ſententiam, vt Arſacius eius Eccleſiæ presbyter eligeretur Conſtantinopolitanæ ſedis Antiſtes: de quo iſta Palladius [g]: Arſacius autem beati Nectarij frater, Ioãnis viri per omnia probati diſertiq. ſubſtituitur loco: homo, quem piſces facundia, & cantu * ranæ ſuperarent (interdum enim & actio loquitur, maxime cum bona & honeſta fuerit) qui eum anno vno & duobus menſibus vixiſſet, mortuus eſt: ipſa Dei Euãgelia in fine vitæ conteſtatus, ſe fratri Nectario ſub iureiurando ſuiſſe pollicitum, numquam ordinationem Epiſcopatus admiſſurũ, cum illi exprobraret quod noluiſſet Tarſenſi Eccleſiæ præfici. Fuit illi periurij cauſa primum quidem vanitas ſua, per quam deſpondebat ſibi, vt ſic dicam, vxorẽ fratris ſui: deinde confuſio quoq. cum frater ſuus hac de re quodammodo prophetice illum arguiſſet.] hæc de Arſacio Palladius.

XLVIII.

Mæror piorũ ob Arſacium ſubſtitutum. h Chryſ. epiſ. 1. i Matth. 27. k Chryſ. epiſ. 2.

Vix credi poteſt, quanto mærore affecti ſint pij omnes veritatis amantes, Ioannis Chryſoſto- D mi ſtudioſi, cum viderent adeo diſparem in ſede eius ſedere Antiſtitem: quod quidem intolerabile plane viſum eſt cum ceteris omnib. tum magnæ illi Olympiadi; cuius conſolandi cauſa binas illas prolixiores Ioannes ad eam epiſtolas dedit, in quarum priori inter alia (quod ad hæc ſpectat) ſic ait [h]: Quid autem eo nomine perturbatione afficeris, animumq. deijcis, quod ille eiectus ſit, ille contra introductus? Chriſtus in Cruce agebatur [i], ac Barrabas latro poſcebatur; atq. corruptũ vulgus ſicarium potius, q̃ ſalutis vindicem, ac tot beneficiorũ auctorem, conſeruandum eſſe clamabat, &c.] agit de his quidem plurib. & poſteriori epiſtola [k] eadem refricans, addit: Cum ad te (inquit) allatum fuerit, Eccleſiarum aliã peſſumijſſe, aliam tempeſtate iactari, aliam ſæuis fluctib. obrui, alias etiam grauiſſimis cladib. affici, quippe quæ vel partim lupum pro paſtore, vel prædonem pro gubernatore, vel carnificem pro medico acceperint; doleas quidem licet (neque enim hæc ſine doloris ſenſu ferre oportet) verum ita doleas, vt dolori modum imponas.] hæc ipſe.

XLIX.

Luctuſcivium Conſtantinopolitanorum. l Thren. 5.

Porro ordinato Arſacio, videre erat paſtorem, ſeu dicã mercenarium, immo æquius furẽ aſcẽdentem aliunde in ouile ouium, ab omnib. deſeri, agere ſolitarium, ac ſine populo non audiente vocem alienorum. Et licet interdum Auguſti & Auguſtæ ſatellites, alijque pauci ex clero vel populo E Ioannis aduerſarij in eccleſia cum illo coirent; ſcenæ potius ac fictæ fabulæ reddebat ea res ſpeciẽ, quam Fidelium cœtus diuino afflante Spiritu congregati. Quod ſi interdum magno faſtu, cum ſæculari apparitura anteambulonib. præeuntib. Arſacius per vrbis vias perambularet: auerſo vultu alij eum inſpicere, terga vertere alij, ne conſpicerẽt, voce vero omnes eum execrari, atq. penitus abominari, Ioannis vero nomen commemorare, gemitibuſq. inuocare non ceſſabãt. Ioannes vnus in ore, in votis & expectatione cunctis erat: hunc ſuſpirijs ac fletib. compellabant. Iugis & dulcis memoria eius charitatis, qua oues ſibi creditas diuino iugiter paſcebat eloquio. Et qui peritiores & diuinarum Scripturarum ſcientia aliqua imbuti eſſent, ex Hieremiæ Threnis opportune aliquid lugubre occinere non deſinebant, atq. illud frequentius ingeminare gementes [l]: Cecidit corona capitis noſtri: propterea mæſtum factum eſt cor noſtrum: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.]

L.

Sed hæc haud diu permiſſa ſunt publice ferri, & ore libero iactitari. Fecit enim ſæuitia magiſtratuum

giſtratuum

A giſtratuum, vt graſſantibus per vrbem vbique militibus, hos cædentibus, illos in carcerem trahentibus, omnibus vero minas acerbiſſimas inferentibus; iam vel nomine tenus recoluiſſe Ioannem, loco magni criminis eſſet. Videre erat miſerabile vbique ſpectaculum, duci ad tribunal Epiſcopos atque clericos, trahi perinde ac ab hoſtibus captas clariſſimas feminas, opificeſque quos ſciebant Ioannis eſſe ſtudioſos, & communionem Arſacij execrari: facies vrbis mærens, omnique ex parte lugubris, non ſecus ac ſi dedita eſſet in manus hoſtium. Nam cum non communicantes cum Arſacio, perduelles haberent Imperij: hi omnes veluti maieſtatis criminis rei deferebantur. Haud enim exatiari potuit Eudoxiæ animus Ioannis expulſione & exilio: æſtuabat furore, fremebat ſpiritu: cum quem Cucuſum relegari mandarat, audiret in animis ciuium iugiter viuere, ac maiori gloria ferri per vrbem ceu coronatum athletam ac iam martyrij candidatum, qui poſt ſe triumphantem exercitum duceret, illorum nimirum qui gloriarentur ob iuſtitiam perſecutionem pati, ſponteque ac magna alacritate ad carceres pergerent, trahentes a quibus vincti perducebantur, ſummam in his ſingulis præferentes animi conſtantiam; rediiſſe dicentes, magna inuidia perſecutorum, fertile tempus captandi martyrium, comparandi coronas, ad quas lucrandas tam opportuna bene vtendum eſſe dicebant occaſione, quam maiores magno pretio redemiſſent. Quidnã faceret **B** debilis, languens, & eneruata malitia, iam non habet: arctatur atque comprimitur inter anguſtias. Si feriat, perpetua feritur infamia, indelebiliq. macula perſecutionis aſpergitur: quod ſæuire in Chriſtianos, idem ſit atq. Neronem repræſentare. Si parcat, victam ſe ab aduerſarijs erubeſcat, quos iam viciſſe putabat. Sed quod animus, quem ſemel praua infecit affectio, in id quod deterius eſt, propenſior eſſe ſoleat: ſolutis omnibus immo ruptis rationis habenis, furore percitus fertur in præceps: nihil non agit, nec quicquam prætermittit intactum, quo oẽs ad cõicandum Arſacio vi metuque perducat, abſtrahatque omnes a cõicatione Ioãnis, quos opprobrij cauſa, non Chriſtianos, ſed Ioãnitas nuncupat; quos veluti ſacrilegos, notatos infamia, perinde ac monſtrum exhorreſcit.

Ioannis nomẽ ab omnibus pijs inuita Eudoxia prædicatur.

LI. *Quid paſſi externi Epiſcopi in ſuis Eccleſiis.*

At nequaquam anguſtæ vnius vrbis, licet ampliſſimæ, finibus tanta crudelitas arctabatur, ſed longe lateque per totum Orientem furentius graſſabatur. Quidnam autem inhumanitatis in alios abſentes Epiſcopos Ioanni communicãtes, qui erant ex Theophilo, exercuerint, Palladius ſubdit his verbis [a]: In tantam vero acerbitatis inſaniam Epiſcopi omnes de communione Theophili per totum Orientem (ſicut monachus rediens retulit) deuenerunt, vt ex his plerique non modo debitam humanitatem non exhiberent; verum milites, datis muneribus, inducerent, vt eos ocyus **C** ciuitatibus pellerent. Sunt autem qui iſta geſſere, Tarſenſis, & Antiochenus, & Cæſarienſis, & ante omnes Ancyranus, & Peluſienſis Epiſcopi, partim donis, partim etiam minis militum animos cõtra eos ita efferantes, vt ne laicos quidem eos hoſpitio excipere cupientes permitterent, ſicut in epiſtolis canonicis Caio contra Epiſcopum quemdam ſcribit beatus Ioannes.] & poſt hæc: Laudabat autem atque mirabatur Secundæ Cappadociæ Epiſcopos, vt qui actis in exilium Epiſcopis magnum oſtendiſſent miſerationis affectum; & in primis Theodorum Tyanæum mitiſſimum virum, Boſphoriumque Coloniæ, qui quadrageſimum in Epiſcopatu agebat annũ (*ad quem extant epiſtolæ Gregorij Nazianzeni officij plena*) & Serapionẽ Oſtracinæ quadrageſimum & quintum annum in paſtorali officio prætergreſſum.] Sic vides, paucis exceptis, a reliquis improbum eſſe conflatum ſchiſma, vt ne ad laicam quidem communionem acciperent eos, quos ſcirent Ioannis Chryſoſtomi, tanti Patris ſtudioſos: hos enim quaſi a Catholica Eccleſia alienos, Ioannitas improperij cauſa dictos, execrabantur; vt per eos non ſteterit, quo minus vniuerſa toto Orbe diffuſa Eccleſia fuerit nefario ſchiſmate vbique conſciſſa.

a Pallad. dialog.

LII. *Diræ quæſtiones ob incẽdiũ habitæ.*

At parum fuit ipſos horum exhorruiſſe conſortium; quinetiam ad mortem vſque, cum licuit, **D** ijdem eos fuerunt inſecuti: declararunt id quidem Conſtantinopoli, vbi pro arbitrio magiſtratuũ Officijs, annuente Principe & vxore eius Eudoxia, vterentur. Quænam autem aduerſus eos qui Ioannis partis dicerentur, exhibitæ fuerint prætextu incendij quæſtiones, iam dicere aggrediamur. Miraberis plane, lector, ſub Chriſtiano, eodemque Catholico Imperatore, priſtina aduerſus pios eſſe reuocata martyria. Præterijſſe hæc ſilentio Socrates [b] voluit, vbi poſt incendium recenſitum, hæc addit: Quibus autem incommodis Optatus vrbis Conſtantinopolis Præfectus, religionis profeſſione Gentilis, & propterea Chriſtianis infeſtus, Ioannis amicos affecerit, & quam grauia ſupplicia quampluribus illorum irrogarit, ſilentio prætereundum cenſeo.] exhorruit plane homo quantumlibet Nouatianæ ſectæ errore a nobis diuiſus, adeo crudelia in Catholicos per magiſtratus exhibita cruciamenta recenſere. Sozomenus vero vnius Eutropij tantum meminit, atque paucis quidem his verbis [c]:

b Socrat. lib. 6. c. 16.

c Sozom. lib. 8. c. 24.

LIII. *Eutropij martyrium.*

Eodem tempore & Eutropius quidam lector productus, vt eos indicaret, qui templo ignem iniecissent: quamuis illi & loris & fuſtibus & vngulis latera genæque diſcerperentur, quamuis inſuper faces ardentes corpore ſuſtineret, & quidem iuuenis & tenellæ cutis exiſtens: nihil **E** tamen ſe ſcire confeſſus eſt. Qui quidem poſt ea tormenta includitur in carcerem, in quo non multo poſt moritur.] hæc ipſe, multa de eo præteriens, quæ ex Palladio [d] reddenda putamus. ait enim: Eutropius beatiſſimus, virgo purus, cantor, cæſus, & latera & frontem vſque adeo ſectus, vt ſupercilia quoque vellerentur; lapidibus poſtremo ad latera, oſſibus iam nudatis, vtrinque admotis, in ligno moritur. Media quoque nocte, clam ab his qui hoc egerant, ſacerdotalis ordinis viris ſepelitur, Deo illius morti dignum teſtimonium perhibente, quod paſſionem Redemptoris eſſet imitatus: audita enim pſallentium cælitum vox Angelicas patefecit excubias.] hæc Palladius. Huius dies natalis, reddita Eccleſiæ pace, non Conſtantinopolitanæ tantum Eccleſiæ, ſed toto Chriſtiano Orbi anniuerſaria memoria celebrandus, publicis Eccleſiæ adnotatus eſt tabulis [e], vna cum Tigrio presbytero eodem tempore martyrio coronato: de quo iſta [f] Sozomenus: Eadem occaſione etiam Tigrius presbyter veſtibus exutus flagris in tergum cæſus, manibus ac pedibus vinctus, & extenſus, membris diſſolutus fuit. Erat hic

d Pallad. in dialog.

e Martyr. Rom. 12. Ianuar.

f Soz. lib. 8. c. 24.

Digitized by Google

Tigrij Preſbyteri martyriũ.

natione barbarus & eunuchus,ſed non a natiuitate.]Ceterum adeo vehemens iſta fuit de incen- A diarijs inquiſitio,vt etiam clariſſimæ fœminæ ea de cauſa adductæ fuerint in quæſtionem,vt inter alias nobiliſſimæ Olympias & Pentadia diaconiſſæ,de quibus paulo poſt dicturi ſumus.

LIV. *Inquiſitio incẽdiariorum cohibita.*

Ne autem quæſtiones ob incendium vlterius graſſarentur,Studius Præfectus Prætorio interceſſiſſe videtur apud Imperatorem,vt ab ipſo datum ad eum reſcriptum ſignificare videtur,quod ſic ſe habet [a]:

a l.37.de Epiſc. & cler.C.Theo. *Epiſcopi & Clerici peregrini expulſi.* * obſerandos

Quoniam perſonæ ad inquiſitionem perpetrati incendij(vt tui culminis ſuggeſtio patefecit) nequeunt inueniri:clericos cuſtodia relaxamus;ita vt nauibus impoſiti,ad lares proprios reuertãtur. Nec proſcriptionis periculo domus careant,quas Epiſcopos vel clericos peregrinos poſt publicationem edictorum & noſtræ ſerenitatis affatus probabitur ſuſcepiſſe. Pari forma ſeruanda,ſi quæ domus ciues clericos noua & tumultuoſa conuenticula extra eccleſiam celebrantes ſuſceperint. Ad obſeruandos * ſiquidem ſeditionis aditus,id noſtro ſedit arbitrio,vt omnes Epiſcopi & clerici peregrini ab hac ſacratiſſima vrbe pellantur. Dat.quarto Kalend.Septembris, Conſtantinopoli,Honorio ſextum & Ariſteneto Conſulibus.]Paulo poſt autem,nempe ſequenti menſe, idẽ Imperator ad eumdem Præfectum Prætorio pro ſtabiliẽda quoque pace(vt ſibi videbatur)de cohibendis ſeruis conuenticulis iſta reſcripſit [b]. B

b l.5.de his qui pro relig.cõtend. Cod.Theod.

LV.

Si quis ſeruos in hac ſacratiſſima vrbe poſſideat,eos a tumultuoſis conuenticulis faciat temperare:ſciens ſe pro ſingulis ſeruis qui intereſſe conuentibus interdictis fuerint comprehenſi, triũ librarum auri diſpendio feriendum,ſeruis videlicet puniendis.]ſubdit & de collegijs opificum, quæ corpora nominabant,eadem probibitio his verbis:Quam formam in nummularijs,ceteriſq. huius almæ vrbis Corporibus volumus ſub pœna grauiore ſeruari:vt vnũquodque Corpus pro his qui de ſuo numero cõuẽtus celebrare illicitos detegerẽtur, ad quinquaginta põdo auri ſolutionẽ mulctæ nomine adſtringatur. Dat.tertio Idus Septembris,Conſtãtinopoli,Honorio A.ſextum & Ariſteneto Conſſ.]Sed menſe Nouembris huius quoque anni idem Arcadius ad Eutychianum reſcripſit [c] de his quæ foris agenda eſſent. Quod enim qui prohibiti erant ſeorſum conuenire Cõſtantinopoli,ijdem extra vrbem in prouincijs,eos qui Theophili communicationis erant & Arſacij auerſantes,in vnum conuenire cœperunt,vitantes omnes Ioannis Chryſoſtomi aduerſarios:aduerſus eos hæc idem Arcadius Imperator reſcripſit:

Aduerſus & collegia ſancita pœna.

c l.6.de his qui pro relig.cõtend. C.Theod.

LVI. *Quorum communio comprobetur.*

Rectores prouinciarum moneantur,vt conuentus eorum arceantur illiciti, qui Orthodoxorũ C religione ſuffulti,ſpretis ſacroſanctis eccleſijs,alio conuenire conantur:His qui ab Arſacij, Theophili,Porphyrij reuerendiſſimorum ſacræ legis Antiſtitum communione diſſentiunt,ab Eccleſia proculdubio repellendis. Dat.XIIII.Kal.Decembris,Conſtãtinopoli,Honorio A.VI.& Ariſteneto Conſſ.]

LVII.

Quiſnam autem fuerit Porphyrius iſte,cuius communicatio commendatur, iam dicendum eſt. Fuit iſte Antiochenus Epiſcopus hoc anno,quo Ioannes Chryſoſtomus in Armeniam deportatur,in locum Flauiani ſubrogatus. Hoc nempe anno defunctum eſſe Flauianum, cum ſediſſet annos vigintitres, auctor eſt Palladius [d], dum agit de ſubrogatione Porphyrij. At qualis hic fuerit,ſuis idem auctor pingit coloribus,cum hæc ait: Porphyrius iſte in Eccleſia diutius verſatus, & diaconi & ſacerdotis perfunctus officio eſt: ſed plane nihil habuit in moribus grauitatis,& in nullo vmquam Eccleſiæ ſpiritualiter contulit. Ceterum vicinis & religioſis Epiſcopis infeſtus iugiter quod ex maxima eſſet ciuitate, & amicos haberet Principes, iudicia intrabat. honeſtiſque ordinationibus inſidias tendens,morum aſtu, verſutiaque tempeſtiue Epiſcopis ſubrepebat, inuitos quoque (vt ita dixerim) ad leues ordinationes ac nouas trahens.]& paulo poſt: Caſtimoniæ itaque & aduerſus carnis voluptates continentiæ inimicus eſt, non ſecus ac vultur vnguenti;adeo vt etiam Sodomitico crimini obnoxium fama vulgauerit.] & inferius:Magorum & aurigarum,& eorum qui veteres fabulas inhoneſto motu & obuerſo cruore præferrent,principem ac ſocium eſſe.Magis namque opem ferre,atque amice congredi,vſque ad eo non declinauit,vt etiam in commentarijs variorum magiſtratuum hoc illi crimini datum ſit.] ac deinde:Aiunt illum præter cetera ſcelera,ſacra quoque vaſa poſt ordinationem ſuam conflaſſe,Principibuſq.largitum aurum:vt plane perſpicuum ſit,eum non ratione,ſed tyrãnide obtinuiſſe eos,qui infelici ſorte ſibi ſunt ſubditi. D

d Pallad.in dial.

Porphyrij preſbyteri Antiochem probroſa vita.

LVIII. *Conſtantij Diaconi Antiocheni vita laudata.*

Nam quo tempore Ioannes in Armeniam extorris actus,Flauianus quoque Antiochenus Epiſcopus migrauit ad Chriſtum:animaduertit Porphyrius populum omnem in Conſtantium diaconum conieciſſe oculos,viroſq.& mulieres ex eo pẽdere, qui a teneris(vt aiũt)vnguiculis ſeruierat Eccleſiæ,vir (iuxta hiſtoriam Iudicum)ambi dexter;quippe quæ putabatur illius læua,dexteram aliorum facile ſuperabat. Fuerat enim is primum ab epiſtolis:quo munere perfunctus abſq. turpis lucri ſuſpicione vlla,lector deinde,ac poſtmodum diaconus eſt ordinatus.]ac rurſum inferius:Eſt quippe Conſtantius ipſe ſupra ceteros mitis actu,ac contemplatione ſingularis,celeriter conſpicatur omnia,magna cum grauitate exercet,ſapiens,ſtrenuus, miſericors, cupiditatis inimicus,in iudicio iuſtus,ad iniurias patiens,in perſuadẽdo potẽs:qui vt afflictos liberet,ieiunijs ſæpius ad veſperam vſque perſiſtit,honeſtatem ipſa facie præſeferẽs,ſeuerus aſpectu,maturus inceſſu,virgo puriſſimus,& qui florem & gratiam vultus in ipſis quoque infirmitatibus ſeruet. Hunc igitur tanti meriti virum pecunijs hoc modo fugandum curat. E

LIX. * Caſſium *Porphyrius inuadit ſedẽ Antiochenam.*

Scripſit ad Principes:eumq.vt nouarum rerum & ſeditionis auctorem,obtinuit in Caſum * exilio relegari. Hoc ille vbi didicit,amicorum auxilio Cyprum contendit,ibiq.ſeruatus eſt. Ipſe vero Porphyrius Cyriacum & Diophantum presbyteros & clericos ceteros vexans, obſeruabat tempus,in quo ciuitas omnis ad ſuburbana procederet.(erant ſecum Acacius,Seuerianus,& Antiochus,& eorum complices,in abdito tamen)Agebatur tunc celebritas Gentilium,inſignis certaminibus Herculis,quæ Olympia appellant,in qua mulieres quoque cum turbis populorum Da-

phnem

A phnem ad certamina ſpectanda properabant. In hac ſolitudine ciuitatis eccleſiam Porphyrius vna cum memoratis Epiſcopis & clericis paucis irrumpens, ordinatur clam, ianuis clauſis, adeo raptim, vt metu ne deprehenderentur, nec orationem quidem perficere quiuerint. Huiuſmodi quippe adulterij natura gignit & facit. Porro Seuerianus & ſocij, accepto pretio, per montes & inuia fugere, humanum quidem effugientes metum, ſed diuinam plane indignationē diuini timoris ignari incurrentes.

Vbi vero ſoluto ſpectaculo, populiſq. in vrbem regreſſis, quid factum fuiſſet, anoũciatum eſt: ſummo dolore concitati, die illa (quòd iam in veſperam declinaſſet) quieuerunt. In craſtinum vero, accepta tam immani clade, confluxere ſimul omnes, ignem ac ſtipulam ferentes, vt Porphyriũ vna cum domo eius incenderent. At vero Porphyrius non ignorans quam eſſet exoſus omnibus, relicto Deo, ſeſe ad ducem exercitus contulit: impleſq. illi manus, contra Saluatoris diſcipulos in aciem ducit auerſum ab Iſauricis bellis. Atque Iſauri quidem ferociſſimi Rœſſum Seleuciamque vaſtabant: Porphyrius vero & Valentinianus Comes cum exercitu Eccleſiam Catholicam prædabantur, Crucis ſignum venerabile, quod illi ferentes in humeris, Litanias in campo agebāt, LX. Porphyri⁹ armis defendit arreptā ſedē.

B pedibus ſuis conculcantes. Modicum fluxerat tempus, cum ille ad exercitum ſolicite mittit, agitq. apud ducem, vt ſuos quidem ſenex atrox peruerſiſq. moribos nocturnos præficeretur excubijs, vt licentius bonos quoſque ac fideles vexans caperet ciuitatem, alius profecto Nero, cuius & mores imitari ſtudebat. Non enim nouit ille perſuadere dictione, ſed ſumma vi & iniquitate vexare: q Deo minime placere intendens, non errantes ad illum animas reuocare, ſed ſerpentis implere ventrem ſupra pectus gradientis curat. Pergunt igitur vel inuiti populi, metuq. verberum vidētur ad eccleſiam, re autem vera vitam ſuam execrantes, a Deo patientiæ ſuæ præmia ſe percepturos ſperant.] & inferius: Clerus itaque Antiochenæ Eccleſiæ inſignior occulte conueniens, ne ipſis quidē eccleſiæ parietibus propinquat: vna & illuſtrium matronarum multitudo clam conueoit, &c.] Porro huic adulterino nec legitime electo Epiſcopo Innocentium Romanum Pontificem numquam communicare voluiſſe, Theodorus diaconus apud eumdem Palladium fidem facit.

Sed (proh pudor!) ſic a prauis hominibus & dierum malorum inueteratis Epiſcopis ſeducitur Arcadius Imperator, vt cui nec ſanior pars cleri Antiocheni, nec nobiliores matronæ communicarent, quem nec Romanus Pontifex recepiſſet, adeo fœdatum moribus, corruptum turpitudi- LXI.

C nibus, omniq. ex parte inquinatum ſenem, hunc ipſum, tamquam Orientalis columnam Eccleſiæ publica edita ſanctione, quam nuper retulimus, celebrarit. Sed & aliam ſuperaddidit legem, quā Theodorus Romanæ Eccleſiæ diaconus apud Palladium recitat, quæ ſic ſe habet [a]: a Pallad. dialog. & l. 6. de his qui pro relig. cõtẽd. Cod. Theod.

Si quis non communicat Theophilo, Arſacio, & Porphyrio: hic Epiſcopatu quidem arceatur: amittat vero, ſi quam videtur habere ſubſtantiam pecuniarum, ſiue prædiorum.] ita edictum, cuius exemplar Romam allatum eſt a Cyriaco Epiſcopo, vt paulo poſt dicturi ſumus. Quarum vigore legum in Orientali Eccleſia vbique gentium Epiſcoporum proſcriptio facta eſt. Teſtatur & idem Theodorus, edictum inſuper promulgatum fuiſſe aduerſus eos qui clericum vel Epiſcopũ occultaſſent; quod ſuo loco deſcripſimus. LXII. Porphyrij cõmunio Imp. edicto commendata.

Quot autem quantaq. harum vigore legum fuerint immania ſcelera perpetrata, quis digne oratione aſſequi ſe poſſe confidat? Præter illa enim quæ ſuperius enarrata ſunt, quænam paſſi ſint Conſtantinopoli, qui cum Arſacio communicare renuerunt, Sozomenus ita docet [b]: Etenim cum vel cum illo, vel eum familiaribus illius communicare ac precari, tutum non eſſe arbitrarentur; ob id quod his intermixti ſemper eſſent Ioannis hoſtes, ac proinde (vti dictum eſt) ſeorſum in ex- LXIII. Graſſatio facta a militib. in Ioannis ſtudioſos.

D tremis vrbis receſſibus congregarētur: ad Imperatorem rei cognitio refertur. Iuſſus igitur cohortium dux vna cum militibus in congregatos impetum facere, multitudinem ipſam fuſtibus ac ſaxis feriens, in fugam vertit, at eos qui manifeſtius ac propenſius Ioannis partes agebant, in vincula conijcit. Hic autem (vt fieri conſueuit, vbi militibus ferocire permittitur) mulierculas ornatu ſuo per vim ſpoliant: & alij monilia, zonas aureas, collaria ac fibulas deprædātur: alij cum ipſis auriculis inaures detrahunt.] contigerunt hæc poſt creationem Arſacij, haud plane diſſimilia illis, quæ, ſedente adhuc Ioanne, iidem milites perpetrarunt aduerſus neophytos in albis adhuc agentes. Sed ſubdit Sozomenus. b Sozom. lib. 8. c. 23.

Et quamquam tumultus ac luctus maximos per vrbem accidiſſet: tamen ne ſic quidem de amore erga Ioannem concepto remiſerunt. Itaque ad eccleſiam publicam non amplius conueniebant; ac multi ne in forum quidem, neque in balnea ventitabant. Immo quibuſdam ne domi quidem manere, tutum fuit: quare & exilio ſibi ipſis iniuncto, ciuitate exceſſerunt, cum alii multi viri honeſti ac mulieres probæ, tum etiam Nicerate [*] Bithyna apud Nicomedienſes inter nobiles genere illuſtris, ac perenni virginitate præſtantiaque vitæ celebris. Modeſtiſſimam inter laudatas LXIV. * Nicarete

E feminas, quas nos meminimus, hanc cognoui, cum & moribus & verbis & vitæ genere concinna fuerit, ac res diuinas vſque ad mortē humanis præpoſuerit, ac tū fortitudine, tū prudētia aduerſus impēdētes aduerſarũ rerũ caſus ſuſtinendos ſe ſe corroborarit: adeo vt neque ampliſſimis bonis iniuſte ſpoliata ſtomacharetur: & ex paucis quæ reliqua erant, prudentiſſima diſpenſationis rõne, & quidem ad ſeniũ prouecta, tū ipſa cum familiaribus ea quæ neceſſaria erant haberet, tum aliis largiter ſuppeditaret. Quin & pro humanitatis alacritate rerum honeſtarum ſtudioſa exiſtens, omnis generis remedia præparabat in pauperum ægrotantium vſum, quibus ex amicis ſuis ſane multis frequenter opem tulit, nihil adiuuantibus eos medicis conſuetis: nam diuino quodā nutu, quicquid inceperat, ad felicem exitum perducebat. Atque vt ſummatim dicam, inter noſtræ memoriæ feminas laude dignas aliam nullam cognoui, quæ ad tantam probitatem ac grauitatem & reliquā virtutem conſcenderit. Sed hæc quidem tametſi talis eſſet, vulgus tamen latuit: ſiquidem ob modeſtiam ingenij ac ſapientiæ ſtudium perpetuo latere voluit: ita vt neque ipſa ſtuderet ad miniſtræ dignitatem aſcendere; neque Ioanne ſæpius exhortante, vmquam virginum Eccleſiaſticarum prima- Nicerate virgo Sanctiſſima quæ paſſa ob Ioannis communionem.

tum

tum ſuſceperit.]hactenus Sozomenus. Meminiſſe eiuſdem Nicerates ipſe Ioannes Chryſoſtomus A [a] viſus eſt in epiſtola ad Olympiadē ſcripta ex Arabiſſo poſterioris exilij loco, cum ait, ſe miſſo ab ea pharmaco a morbo ſtomachi liberatum, his verbis: Paucis ante diebus cū ob aeris ſtatū procliuis nobis ad vomitus ſtomachus eſſet, atque & alijs curationis generibus, & pharmaco eo, qđ a domina mea lectiſſima & ornatiſſima Senatrice miſſum eſt, vſi eſſemus, vt nec vltra tres dies illud adhibere nobis neceſſe fuiſſet, ipſius imbecillitatē correximus. Itaque te quoque hortor atq. oro vt his vtaris, deſqueoperā, vt huiuſmodi medicamentū ad nos rurſum mittatur.]hæc Chryſoſtomus, plane conſentientia ijs quæ ex Sozomeno recitauimus. Porro ob egregium ſpecimen ſanctitatis, quod viuēs edidiſſet, factum eſt, vt poſt mortem inter ſanctas virgines relata habeatur, cuius diei natalis celebritas VI. Kal. Ianuarij annis ſingulis repetitur [b].

a Ioan. Chryſoſ. epiſt. 4.

b Rom Martyr. die 17. Decemb.

LXV.
Olympiadis Diaconiſſæ præclarum certamen.

c Soz. lib. 8. c. 14.

Sed proſequamur poſt Niceraten, quæ aliæ clariſſimæ feminæ & pietate præſtantiſſimæ, hoc eodem tempore, cauſa Ioannis Chryſoſtomi, cui addictiſſimæ erant, paſſæ ſint, incipientes ab illa magna Olympiade, de qua ſæpe ſuperius honeſtiſſima mentio facta eſt. Qualis nāque quantaq. illa fuerit, ex epiſtolis eiuſdem Chryſoſtomi ad eam ſcriptis penſare licet: ſed quibus ab hoc turbine fuerit exagitata procelis, Sozomenus ita narrat [c]: Iam & Olympias illa eccleſiæ diaconiſſa B harum calamitatum perferendarum fortitudine ſeſe conſpicuam reddidit. Nam cum ob eamdem hanc cauſam ad tribunal eſſet pertracta: quærenti Præfecto, Vt quid eccleſiam ſuccendiſſet? illa reſpondit: Non hoc eſt inſtitutum vitæ meæ: Quin ego facultates meas, quæ amplæ fuerunt, in reparationem Dei templorum expendi. Illo tum ſe vitam eius exploratam habere dicente, ſubiecit: Itaque tu in accuſatorum locum tranſito, & alius de nobis iudicet. Et cum accuſatio teſtibus careret: Præfectus nihil habens quod iure culparet, paulo moderatius ad aliud crimen ſeſe conuertit, ac veluti conſulendo, tum huic ipſi, tum ceteris mulieribus ſtultitiam exprobrat, quod Epiſcopi communionem (*nempe Arſacij*) auerſarētur, cum reſipiſcere atque illis moleſtijs extricari poſſēt. Ac ceteræ quidem Præfecto hæc præcipienti propter metum cedunt. Olympias vero: Nō eſt æquū (inquit) me, quæ in multitudine per calumniam capta ſum, & in foro nullius obiecti criminis conuicta ſum, ad defenſionem trahi expoſtulationum eiuſmodi, quæ in iudicium non veniunt. Concede igitur mihi, vt ad priorem actionem defenſores adhibeam. Quamuis enim præter leges illi cōmunicare cogar, cui nō oportet: non faciam tamē id quod pijs facere nefas eſt. Ille itaque cum nō poſſet illam inducere vt Arſacio communicaret, in præſenti dimittit, quaſi aduocatos inſtructurā. C Altero vero die rurſus adductam magna vi auri mulctauit: putabat enim ſe illam ea ratione a ſententia ſua deducturum. Sed illa pecuniam negligens, nihil ceſſit: ac relicta Conſtantinopoli, Cyzici (*in Helleſponto ciuitate*) habitauit.] hactenus de Olympiade Sozomenus.

LXVI.

d Chryſo. epiſt. 5.

Chryſoſtomus hortatur Olympiadem.

Porro cum S. Ioannes Chryſoſtomus ipſam iſtæc magna gloria paſſam accepiſſet, ſcripta ad eam epiſtola, conſolatus eſt, atque inter alia multa hæc habuit [d]: At minime propterea commoueri ac perturbari debetis, verum hoc ipſo potiſſimum nomine lætari & exultare, coroniſq. caput redimere, ac choros agitare. Nam niſi mortiferas prius diabolo plagas intuliſſetis, nō vſque adeo fureret hæc bellua, vt vltra progredi auderet. Quāobrem tum veſtræ fortitudinis & victoriæ, tum ingentis illius cladis hoc eſt argumentum, quod ille acrius nunc in vos impetum facit atque inſultat, maioriſq. impudentiæ documentum edit, ac profuſius venenum effundit.] & poſt multa: Tum tibi ipſi, tum ijs quæ tecum hoc præclarum certamen obeunt, occinens, da operam, vt omnium animos erigas, tuamq. aciem inſtruas, quo tibi duplex & triplex & multo etiam copioſior virtutis corona comparetur, tam per ea quæ ipſa perpeteris, quam quia alios ad eadem ſubeunda impellis, eoſq. adducis vt leniter ac placide omnia ferant, vmbras contemnant, atque in ſomniorum impoſturam aſpernentur, ac lutum proculcent, nullamq. fumi rationem habeant, nec aranearum D telas moleſtię quicquam nobis afferre exiſtiment, fenumq. putredini obnoxium prætereant.] hæc & alia Chryſoſtomus ad Olympiadem.

LXVII.
Olympias exilium conſtanter paſſa.

e Chryſo. epi. 7.

Præſtitit ipſa quidem quæ præſtari ab ea Chryſoſtomus litteris admonuerat; dum ad tribunal rurſus adducta, egregio ſummæ conſtantiæ ſpecimine edito, exilio damnata eſt: cum tanta hæc paſſa, nihilominus ſe nullius frugi eſſe, ad eum ſcribens ſignificaſſet. ad quam ipſam idem Ioānes eam dedit epiſtolam, cuius tantum hic intexemus exordium [e]: Quid ais? Trophæum non erexiſti, nec præclaram victoriam obtinuiſti, nec perpetuo virentem coronam adepta es? An non hoc vniuerſus Orbis affirmat, qui vbique terrarum tua recte facta decantat? Quamquam enim & paleſtræ & certamina in vno loco ſita ſunt, & curſuum tuorum ſpatia, & concertationis tuæ ſudoris loco ſanguine refertæ illic extiterunt: at earum tamen rerum gloria & commēdatio extremos terræ fines occupauit. Tu vero ea auctiora reddere ac palmas amplificare ſtudens, eas quoque, quas animi ſubmiſſio parit, coronas ipſis adiunxiſti, dum te tantū ab hiſce trophæis abeſſe aſſeris, quantum mortui a viuis remoti ſunt. Nam quod hæc verba ab animi ſubmiſſione profecta ſint, ex ijs E ipſis potius quæ contigerunt, planum facere conabor. Patria pulſa es, domo, amicis, cognatis: in exilium miſſa es: quouis die mori non deſijſti, &c.] totus deinde in eo eſt, vt doceat, eos lugendos potius eſſe qui perſecutionem inferunt, lætandum vero de his qui illatam celſo animo perferūt.

LXVIII.
Pentadiæ Diaconiſſæ certamen & victoria.

f Chryſoſt. epiſt. 94.

Sed de pugna Olympiadis trāſeamus ad certamē Pentadiæ æque diaconiſſæ, æque nobilis, vtpote quæ Timaſi Conſulis vxor fuit, & vidua relicta, ſeſe Eccleſiæ miniſterio mancipauit; de qua & ſuperius dictum eſt. Quæ autem iſta paſſa fuerit, & quanta animi conſtantia aduerſus improbos Iudices ſteterit, cum eiuſdem incendij cauſa in quæſtionem eſſet adducta, etſi ab huius temporis ſcriptoribus nequicquam memoriæ commendatum accipere liceat; ex litteris tamen ipſius Ioannis Chryſoſtomi ad eam ſcriptis, titulos ſaltem glorioſæ ipſius confeſſionis licet inſpicere. In priori enim ad eam data epiſtola hæc leguntur [f]: Gaudeo & exulto, maximamq. etiam in tam deſerto loco degens conſolationem mihi poſitam eſſe duco in ea, quam in omnibus rebus adhibes, fortitudine, conſtanti ſententia, ingenti prudentia, linguæ libertate ac ſublimi fiducia, per quam

& aduerſa-

A & aduerſarios ignominia perfudiſti,& mortiferam diabolo plagam inflixiſti;& eos qui pro Verita
te decertanant,tamquam vnguento delibutos,paratiores ad dimicandum reddidiſti; ac fortiſſi-
mi militis inſtar,præclarum in bello trophæum erexiſti,luculentamq.victoriam adepta es: meq.
etiam tanta volnptate compleuiſti,vt ne in aliena quidem & petegrina regione, nec in ſolitudine,
verum iſtic vobiſcum me eſſe exiſtimem,ſummamq.ex animi tui virtute voluptatem capiā: Quā
obrem gaude & lætare, quod huiuſmodi victoriam aſſecuta ſis,atque huiuſmodi belluarum ora fa
cili negotio compreſſeris,impudenteſq.eorum linguas,& rabida ora obſtruxeris. Veritas enim,
cum qua pugnaſti,& pro qua iugulata es,hanc vim habet,vt paucis ſæpe verbis de ſycophātis triū
phet:quemadmodum contra,mēdacium etiam ſi infinitis ſermonum artificijs obuoluatur, facile
tamen diffluit & collabitur,araneæq.telam imbecillitate ſuperat.Gaude igitur & lætare(neque
enim hæc verba ſubinde repetere deſinam)viriliter age & confortate,omneſq.ab ipſis tibi com-
paratas inſidias irride.]at quænam iſtæ?oſtendit his verbis inferius:

Et quodnam(inquit)inſidiarum genus prætermiſerunt?& quod machinarum genus non mo LXIX. *Quæ paſſa Pentadia.*
uerunt,dum ſolidæ tuæ ac Deo fideli generoſæq.ac fortiſſimæ animæ inſidias ſtruere conantur?In
B foꝛum te,quæ præter eccleſiam & cubiculum nihil noras,pertraxerunt,a foro ad tribunalia,a tri-
bunalibus ad carcerem.Falſorum teſtium linguas acuerunt,calumnias concinnarunt,cædes per-
petrarunt,cruoris torrentes profuderunt,igni ac ferro iuuenum corpora conſumpſerunt, multis
ac præclaris viris innumeras plagas & cruciatus intulerunt;nullum denique lapidem non moue-
runt,quo te metu perterritam huc adigerent,vt ijs quæ videras,contraria diceres.At tu inſtar aqui
læ ſublime volātis,eorum retibus fractis, ad libertatis faſtigium virtuti tuæ conſentaneum aſcen
diſti,ſic videlicet te cōparans,vt ab ipſis minime circumſcribereris:immo etiam quantum ad hu-
ius incendij crimen attinebat,cuius nomine miſeri atque infelices homines præſertim gloriari vi
debantur,eos calumniæ conuinceres,&c.]

Rurſum vero ipſam cogitantem recedere Conſtantinopoli,ne id faceret,idem Chryſoſtomus LXX.
datis ad eā litteris anteuertit,quibus plane qualis quantaq.hæc eſſet femina declaratur.Eſt enim
eius epiſtolæ eiuſmodi exordium [a]: a Chryſoſt.epiſ. 104.
[a] Coronarum nomine,quas tibi conciliaſti beatam te duco.]& paulo poſt:Quoniam autem in- *Qualis Pentadia.*
tellexi te de diſceſſu cogitare,atque iſtinc migrare velle accepi:peto abs te ne quicquam huiuſmo
C di cogites,atque ob animum proponas.Primum ob hoc ipſum,quod ciuibus tuis ſubſidiū es, am
pliſſimuſq.portus,& adminiculum ac tutus murus ijs,qui laboribus & ærumnis conficiuntur.
Quare noli committere,vt tantum quæſtum de manibus eijcias:noli inquam committere, vt tan
tum lucrum abijcias:cum tantos quotidie theſauros ex tua præſentia colligas:nam qui tua præ-
clara facinora cernunt,vel auditione accipiunt,non parum hinc lucri conſequuntur,&c.]Porro tū
Pentadiæ, tum etiam Olympiadis & aliarum clariſſimarum feminarum coram Præfecto(erat is
Optatus Gentilis homo)cauſæ proſecutio relata in Acta publica fuit;quibus declaratur, non ob
incendij cauſam tantum,ſed etiam quod Arſacio cōmunicare nollent,tam grauia paſſas eſſe.Me-
minit eorumdem Actorum Theodorus Romanus diaconus, dum Romani Pontificis ſtudium ad b Apud Pallad. dialog.
hos omnes liberandos recenſet, vbi ait [b]:

Poſt hos omnes venit Romam ad Innocentium Papam Domitianus ſacerdos,Conſtantinopo LXXI.
litanæ Diſpenſator Eccleſiæ, & Vallagas quidam Niſibius * presbyter,exponens monaſterio- * Niſibenus
rum Meſopotamiæ gemitum & eiulatum.Simul & commentaria Optati cuiuſdam Præfecti red-
diderunt:vbi honeſtæ mulieres ex genere Conſulari publice ad eum adductæ memorantur,Con-
D ſtantinopolitanæ Eccleſiæ diaconiſſæ;ita vt cogerentur aut Arſacio communicare,aut Fiſco ducē
tas auri libras applicare.] hæc ipſe. O ſi ſemel illata huiuſmodi publica commentaria in archi-
ua Romanæ Eccleſiæ,hactenus aſſeruata fuiſſent:quàm in his verſans delicijs ſtylus noſter afflue-
ret! non quidem nobis opus fuiſſet in ſumma paupertate hinc inde mendicare fragmenta.

Subdit ex eorum teſtificatione idem Theodorus:Quid autem de monachis & virginibus dice LXXII.
re oportet?oſtendebat ſecta in ligno latera,terga cæde conſciſſa,&c.] Teſtatur quidem Zoſimus
[c], ingentem monachorum numerum & alios id genus homines captos,& dira eamdem ob cau c Zoſim.lib.5.
ſam paſſos eſſe.Quomodo autem his omnibus acceptis Romæ Innocentius Papa, quamprimum
valuit,his occurrere conatus eſt,idem Theodorus enarrat,qui etiā ſingulas legationes tum ab ip
ſo Ioanne, tum a clero Conſtantinopolitano & alijs ad ipſum Romani hoc anno poſt expulſum
Ioannem miſſas recenſet,noſq.eodem quoque ordine referemus. Poſt primam illam legationem *Secunda legatio Conſtantinopoli ad Innocentium.*
ab ipſo Chryſoſtomo miſſam hoc anno poſt Paſcha,cum adhuc ipſe in ſede ageret;poſtq.epiſto-
lam ipſam ad eumdem Innocentium Papam datam , quam ſuo loco ſuperius recitauimus :
poſt ipſum exturbatum ; qui ex quadraginta illis Epiſcopis circiter vigintiquinque tantum ſu
E pererant, conuenientes in vnum, decernunt legationem ad Innocentium Romanum Pontificē,
quam & aliæ poſtea ſecutæ fuerunt:de quibus omnibus ita Theodorus diaconus apud Palladiū[d]: d Apud Pallad. dialog.

Modicum temporis fluxerat,cum Theotecnus Conſtantinopolitanus presbyter Romam ve- LXXIII.
nit,litteras Concilij Ioannis vigintiquinque Epiſcoporum aut paulo plurium ferens:quibus dice
bant, Ioannem militum vi vrbe expulſum,& Cucuſum in exilium miſſum,eccleſiamq. incenſam
fuiſſe. Cui & ipſi communionis litteras & ad Epiſcopum Ioannem & ad omnes communicantes
ſibi Epiſcopos tradens,orabat cum lacrymis vt patienter tolerarent,cum opem ipſe ferre nō poſ
ſet,eo quod nonnulli obſiſterent potentes aduerſarij Eccleſiaſticæ pacis inimici.

Poſt paululum rurſus applicuit homūculus aſpectu fœdus,animo perditus, Paternus nomine, LXXIV. *Legatio ab aduerſarijs Ioannis.*
Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe presbyterum dicens: qui & ipſe totus elatus,& faſtu turgidus,
& ipſo geſtu inimicitias præferens,plurima contra Ioannem Epiſcopum maledicta vomebat.Hic
litteras paucorum Epiſcoporum,Acacij,Pauli,Antiochi,Cyrini,Seueriani, & aliorum quorumdā
Innocentio reddidit: quibus Ioannem calumniabantur , quaſi incendiſſet eccleſiam . Menda-
cium

cium aperte deprehenſum eſt;cum eius rei,quippe quæ non fuiſſet obiecta,mentionem in Syno- A
do nullam feciſſet Ioannes.Eum Innocentius cum indignatione abijciens,nec reſcribere quidem
voluit.]

LXXV. *Rom.Pont.au ctoritas in Eccleſia.*

Quidnam eſt,rogo, quod Ioannis aduerſarij poſt ipſum damnatum legationem mittunt ad
Romanum Pontificem:niſi ut ab eis in ipſum lata ſententia,rata ab Eccleſiæ Romanæ Præſule ha
beatur,cuius eſſe arbitrij optime ſcirent,eamdem irritam caſſamq.reddere? Et quid contraria le
gatione a parte Ioannis miſſa actitatum eſt;niſi vt ſententia inique lata, ab eodem Apoſtolicæ ſe-
dis Antiſtite reuocaretur?Sed ſecundæ addidere Ioannis amici tertiam legationem, de qua mox
idem Theodorus dicturus hæc præmittit de Cyriaco Epiſcopo fuga lapſo Romam adueniente:

LXXVI. *Tertia legatio a parte Ioannis.*

Paucis poſt diebus aduenit Epiſcopus Cyriacus,nullas quidem habens litteras; ſed is plane,
cui fides merito habenda videbatur;eadem proſequens quæ ab Epiſcopis de Synodo Ioannis fue
rant ſcripta. Aiebat enim ſe fugiſſe propter comminationem regalis edicti *(quod haud pridem a no-
bis eſt recitatum)* Cauebatur enim eo,vt Epiſcopus non communicans cum Arſacio,ab Epiſcopa-
tu arceretur.Poſt Cyriacum venit Euliſius Apameæ Bithyniæ Epiſcopus,afferens litteras a quin
decim Epiſcopis de Ioannis Concilio,& a præclaro ſene Anyſio Theſſalonicenſi Epiſcopo: in qui B
bus illi quidem & præcedentem,& quæ tum erat,Conſtantinopoleos totius deprædationem vaſti
tatemq.ſignabant:Anyſius vero ſe Romanæ Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur. Porro Euliſius
ipſe conſona Cyriaco per omnia dixit.

LXXVII. *Palladius Epiſcopus fuga lapſus ſe Romã confert.*

Vix menſis effluxerat,cum Palladius quoque Epiſcopus Helenopoleos abſque litteris venit,
qui & ipſe dicebat ſe fugiſſe veſaniam Principum,expreſſius autem ac ſignantius enarrauit om-
nia,ipſumq.edictum protulit in hanc ſentẽtiam:Quicumque occultaſſet Epiſcopum ac clericum,
ſiue in ſua domo ſuſciperet,qui Ioãni communicaret;eius domum publicandam.] At quid,rogo,
extorres Epiſcopi & fuga lapſi non ad aliam ſe conferunt Eccleſiam,quam ad Romanam ſedem?
vtique(ſi verum fateri libeat)tãquam ad matrem omnium Eccleſiam, maiorum exemplis admo-
niti,cum regnante perſecutore Conſtantio(vt antiquiora tẽpora prætermittamus)Catholici Epi-
ſcopi ab Oriente fugati,omnes ad Iulium Romanum Pontificem(vt vidimus late ſuperius)ſe cõ
tulerunt. Veniens Romam Palladius vna cum pluribus aliis,ſuſceptum ſe fuiſſe hoſpitio a Pinia
no marito ſanctæ Melaniæ Iunioris,genero autem Melaniæ Senioris,teſtatur ipſe ſcribens ad Lau
ſum de ijſdem his verbis:Nec nobis quidem,& certe cum plurimi eſſemus, qui Romam propter C
beatum Epiſcopum Ioannem perrexeramus,exigua præſtiterunt;ſed cum in illis partibus dege-
remus,officioſiſſimo nos ſuſceperunt hoſpitio;largiſſimiſq.ſumptibus, cum exinde proficiſcere-
mur,honorauerunt.]hæc ipſe Palladius.Sed quæ poſt hæc ſecuta eſt alia publica legatio, Theodo-
rus narrat his verbis;

LXXVIII. *Quarta legatio Conſtantinopoli miſſa.*

Poſt Palladium Germanus præsbyter, Caſſianuſq.diaconus Ioannis,viri magnæ religionis,
litteras ab omni clero Ioannis attulerunt,continẽtes Eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam fuiſ
ſe,Epiſropo per vim militum eiecto,& in exilium miſſo,agentibus id Acacio Berœenſi,Antiorho
Ptolemaidis,Seueriano Gabalenſi,Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & Breuiculum memo-
rati uiri,ubi ornamenta ſub Iudicibus & teſtibus tradunt,ſubſcriptum manu Studij Præfecti Vr
bis,Eurychiani Prætoris,Ioannis Comitis Theſaurorum,& Euſtachij Quæſtoris ac Tabularij in

De Caſſiano legato.

auro & argento & vaſis,vt Ioannis Epiſcopi calumniam diluerent.]Sed antequam ad ſequentem
legationem enarrandam progrediamur,vt de legatorum altero,Caſſiano diacono nuncupato,a-
gamus,argumentum expoſcit.Eſt mentio de eodem Caſſiano in litteris Innocentij Papæ ad cleri

a Apud Sozom. lib.8.c.26.

cos Conſtantinopolitanos [a]:quem quidem Caſſianum illum putamus,cuius ſunt Collationes Pa D
trum:nam & Gennadius hunc eumdem a Ioãne Chryſoſtomo diaconum ordinatum tradit: adeo
vt qui negare velit hunc Caſſianum diuerſum ab illo eſſe, duos neceſſe habeat vt affirmet Ioan-
nis Chryſoſtomi eiuſdem nominis & muneris fuiſſe diſcipulos,nomine Caſſianos,eoſdemq.dia-
conos.porro hic,de quo agitur, vſitatius cognomine quam nomine a maioribus vocitari ſolitus

b Gennad. de Vir.illuſt.c.61. c Caſſiod.de Iuſti diuin. lect. d Proſ.in Chronico. e Trithem.in Catalog.vir. illuſtr. & alij poſt eum.

fuit;nam idem Gennadius [b], necnon Caſſiodorus [c] nonniſi Caſſianum eum nominant.cum ta
men,auctore Proſpero [d], ſciamus appellatum eſſe Ioannem,cognomẽto vero Caſſianum.Sed hic
aduerte,errore quidem,mea ſententia,lapſos,qui tradunt [d], hunc ipſum a Ioanne Chryſoſtomo
diaconum ordinatum,atque poſt aliquot annos ab eodem expulſum, Maſſiliam profectum, illic
ordinatum eſſe presbyterum.Sed dicant,velim,quando hũc expelli ab eo contigit,qui etiam poſt
eius exilium in ipſius Ioannis obſequio perſeueraſſe cognoſcitur,& pro eo functus legatione ad In
nocentium?Sed puto occaſionem errandi inde manaſſe,vt qui pro Ioanne Chryſoſtomo,ſicut alij
eius Eccleſiæ clerici,eſſe reperitur expulſus, eumdem per Ioannem ipſum eiectum exiſtimarint:
nam non ab ipſo,ſed eius cauſa tunc contigit cum reliquis extorrem fieri.[Ceterum antiquorũ nul

Ioannes Caſſianus ſemper addictus Chryſoſtomo.

lus huiuſmodi notam Caſſiano inuſſiſſe legitur. Verum ipſe Caſſianus in libris quos de Chriſti In E
carnatione conſcripſit,erga memoriam eiuſdem Ioannis Chryſoſtomi ſatis videtur eſſe propen-
ſus & gratus,vtpote qui ſępe eum laudibus haud vulgaribus celebret: & quod maius videri debet,
quicquid ipſe ſciret,liberaliter eidem acceptum refert.nam inter alia [f]:Ille(inquit)denique ipſe

f Caſſian.de Incarnatione aduerſus Neſtorium. lib.7.in fin.

vobis etiam hæc quæ a me ſcripea ſunt commendet:quia hæc quæ ego ſcripſi,ille me docuit;ac per
hoc non tam meum hoc quam illius eſſe credite:quia riuus ex fonte conſtat;& quicquid putatur
eſſe diſcipuli,totum ad honorem referri conuenit magiſtri.] hæc & alia ad Conſtantinopolitanos
de Ioanne ſumma cum laude Caſſianus;ſicq.compellans eos,ſpecimen in omnibus edidit aman-
tiſſimi Ioannis diſcipuli,de quo & poſt exilium,immo & poſt mortem adeo benemereri ſtudue-
rit,vt nec vel tenuis nęuus in ipſo penitus dignoſci poſſit alicuius ſimultatis aſſertæ.Ceterum poſt
hæc Caſſianus profectus in Aegyptum,ibi monaſticam vitam excolere cœpit,indeq.ſcribẽdi Col-

g Sozom.lib. 8. cap.16.

lationes Patrum hauſit argumentum.Extat Iſidori Peluſiotæ [g] ad Caſſianum epiſtola,cum ag-
greſſus eſſet vitam monaſticam profiteri,qua eum in primis ſibi coercendam eſſe linguam admo-
nuit.Sed

A nnit. Sed iam ad nuncios Romam ad Innocentium Papam miſſos, vel ſponte ſe illuc conferentes, redeamus.

LXXIX. *Demetrij ſecūdus Romā aduentus.*

Poſt legationem Germani & Caſſiani, de aduentu Demetrij Epiſcopi Romam Theodorus hæc ſubdit: Poſt illos venit ſecundo Demetrius Epiſcopus Piſinuntis; qui peragrato Oriente, prædicauerat communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij litteris; afferens epiſtolas ab Epiſcopis Cariæ, in quibus Ioannis amplectuntur communionem: ab Antiochenæ itidem Eccleſiæ presbyteris, vbi Romanorum ſequuntur diſciplinam, laudantes integritatem iudicij, & ordinationem apud ſe factam de Porphyrio vt illicitam ac nefariam execrantes.]hæc Theodorus. Conſtat quidem, his acceptis legationibus, Innocentium Romanum Pontificem ſtatuiſſe vna cum Epiſcopis Italiæ, communicandum cum Ioanne Chryſoſtomo, non autem cum Arſacio & Porphyrio intruſis; donec ea de cauſa, congregatis vtriuſque partis Epiſcopis, Synodus haberetur, in qua quæ eſſent alterutrius potiora iura, iudicium agitaretur; Interea autem iure cum Ioanne communicandum, quòd violenter eſſet eiectus. Hęc quidem omnia ex epiſtola Honorij Imperatoris ad Arcadium ſatis explorata redduntur, qua omnia quæ hactenus impie geſta
B eſſent, exprobrans, commemorat. eſt autem huiuſmodi eius inſcriptio:

LXXX. *a Ex cod Vatic. epiſ. Rom Pōtif. extat cuſa to. 1. epiſ. Rom. Pōtif.* *Epiſtola Honorij Imp. ad Arcadium.*

Exemplum * Sacræ Honorij Aug. miſſæ ad Principem Orientis Arcadium.

Quamuis ſuper imagine muliebri, nouo exemplo per prouincias circumlata, & diffuſa per vniuerſum mundum obtrectantium fama litteris alijs commonuerim; vt talis facti pœnitentia & intermiſſione propoſiti rumor æmulus conſeneſcat; & quod in moribus temporum carpat, publica lingua non habeat. Quamuis etiam ſuper excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodidetimus affectu, eſſe nobis dolori, cur iſta vos detrimenta Reipublicæ nolueritis agnoſcere, & alijs potius indicibus quam pietatis veſtræ litteris fuerint nunciata: Tamen ne illud quidem apud ſerenitatem veſtram diſſimulare nos fas eſt, quod in rebus diuinis non ſine publici diſcriminis metu nuperrime contigiſſe, cita ſemperq. malorum annunciatrix fama non tacuit: & vt natura fert hominum, quæ ad obtrectandum nouis ſemper caſibus excitatur, oblata occaſione carpendi, malitiam ſuam in tempora ſtudio ſæuæ * loquacitatis exercet.

* ſœua

LXXXI. *Scelera patrata Conſtantinopol.*

Eſt enim nuper proditum, apud Conſtantinopolim, ſacratiſſimo Paſchæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum vrbium populos religio caſtigatiore ſub præſentia
C Principum ritu celebranda collegerat, clauſas ſubito Catholicas eccleſias, truſos in cuſtodiam ſacerdotes: ſcilicet, vt eo potiſſimum tempore, quo, indulgentia Principali, triſtia noxiorum clauſtra reſerantur, piæ legis & pacis miniſtros ſæuus carcer includeret: omniaq. bellicum in modum turbata myſteria, nonnullos in ipſis eccleſiæ ſacrarijs interemptos, tantamq. circa altaria vim ſæuiſſe, vt & venerabiles Epiſcopi in exilium truderentur, & ſanguis humanus (quod dictu nefas eſt) cęleſtia ſacramenta perfunderet.

LXXXII. *Iuſtę Honorij querela in Arcadium.*

His repente compertis, turbatos eſſe nos fateor. Quis enim in facinore tam cruento Dei omnipotentis non timeret offenſam? aut quo pacto extra ſummum Romani orbis omniumq. mortalium putaret eſſe diſcrimen? cum ipſe auctor noſtri Imperij, & Reipublicæ, quam nobis credidit, gubernator omnipotens Deus funeſtis admodum execrabilibuſq. commiſſis crederetur iraſci, domini ſancti, frater, nepoſq. Auguſti venerabiles: cum & ſi quid de cauſa religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportuerit eſſe iudicium: ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis ſpectat obſequiū. Sed eſto ſibi de myſticis & Catholicis quæſtionibus aliquid Principalis cura præſumpſerit: ita ne vſque ad exilia ſacerdotum, vſque ad hominum cædes debuit in-
D dignatio concitata procedere, vt vbi caſtæ preces, vbi vota ſincera, vbi ſacrificia illibata ſoluūtur, illic ſe gladius haud facile etiam in iugulum noxiorum diſtringendus exereret? Rebus denique ipſis docetur, quid ſuper his ſenſerit diuina maieſtas. Primum quidem hoc præſentis commotionis iudicium * fuit, atque vtinam ſolum. Facit enim humana trepidatio tanti ſibi conſcia perpetrati, vt grauius aliquid (quod auertat omnipotens Deus) poſt terribilis vltionis experimenta metuamus.

* indicium

LXXXIII. *De incēdio baſilicæ.*

Audio eccleſiam ſacroſanctam tot Imperatorum opibus expoſitam, pretioſis cultibus nobilē, tanta ſupplicantium Principum oratione auguſtiſſimam fragraſſe, & illud Conſtantinopolitanæ vrbis Eccleſiæ vnicum lumen in fauillas dilapſum, Deo non vetante, fumaſſe (execrari enim videtur inquinata myſteria, & auertiſſe oculos ab eo loco, quem iam ſanguis infecerat, ne obſecrare quis pietatem cæleſtem ſub cruentis poſſet altaribus) ædificia quoque diuina non minore ſplēdore nobilia ex concitatione ſæuientis incendij, flamma ſe latius effundente, conſumpta; & quæ publicam faciem elaborata a maioribus noſtris ornamenta decorabant, velut quodam vrbis funere concremata. Hæc ergo quamuis crebrius iniurijs laceſſitus tacere debuerim, nec coniunctiſſi-
E mum fratrem, regniq. conſortem tam fideliter admonere; tamen neceſſitudinem ſanguinis ſtimulo taciti doloris anteferens, hortor atque ſuadeo, vt hæc (ſi fieri poteſt) emendatis in poſterū moribus corrigantur; ac diuina iracundia, quantum re proditur, excitata, votorum ſedulitate placetur.

LXXXIV. *Pia admonitio Honorij Imp.*

Accipite a me ſummum ſimplicitatis indicium. Idcirco hoc clementiæ veſtræ inſinuādum putaui, ne me velut gratulatione occulta faceret apud quemque taciturnitas ipſa ſuſpectū: neve quis crederet, me talibus factis præbere conſenſum; & qui ſæpe ne acciderent, cōmonuerim; poſteaquā commiſſa ſunt, non dolerem. Nam quis poſſet expers doloris, qui ſe meminit Chriſtianum, tantā ſubito perturbationem religionis inductam, vt omnem Catholicæ fidei ſtatum neceſſe ſit fluctuare? Erat inter Epiſcopos cauſa, quæ collato contractoq. Concilio, deberet abſolui: miſſis ad ſacerdotes vrbis æternæ atque Italiæ vtraque ex parte legatis, expectebatur ex omnium auctoritate ſententia, informatura regulam diſciplinæ; integrum nempe eſſe debuerat, neque quicquam nouari, dum definitio deliberata procederet: cum interea mirum quoddam præcipitium feſtinationis ex

arſit:

arſit: vt non expectatis litteris ſacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione conſulti, non A examinatis rebus, in exilium truderentur Antiſtites, animaduerſioni prius addicti, quam ſententiam iudicij Epiſcopalis experti. Denique quã immatura illa damnatio fuerit, res probauit. Nam quæ ij quorum expectabatur auctoritas, pacifica Ioanni Epiſcopo communione præmiſſa, ſanciendam concordiam cenſuerunt, nec quemquam putarunt ante iudicium conſortio repellendum.

LXXXV. *Digna correctio Honorij Imp.*

Quid nunc aliud ſupereſt, quam vt Catholicam fidem ſchiſmata in diuerſum diſſociata dilacerent? quam vt hæreſes communioni ſemper inimicæ ex tanta geſtarum rerum varietate naſcantur? vt iam populo non debeat imputari, ſi forte in diſſonas partes ſectatum diuerſitate diſcedat: cum ex auctoritate publica diſcordiarum materies ſit præmiſſa, & fomes quidam nutriendæ ſeditionis animatus. Quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudeſcat, vota faciẽda ſunt, vt ad humanas prolapſiones patiens Deus rem male geſtam proſperet ac ſecundet. Nam quantum in nobis eſt, poſſumus timere quod geſtum eſt: quantum ad pietatem ſemper placabilis Dei, non erit meriti impunitas indulta, ſed veniæ.] hactenus Honorij epiſtola ad Arcadium ex bibliotheca Vaticana deſcripta, atq. vna cum Romanorum Pontificum litteris iam excuſa. quo autẽ animo hæc Arcadius Imperator acceperit, licet nemo prodat; tamen ex his quæ poſtea ſubſecuta B ſunt, infenſum plane hæc legiſſe, ſatis intelligi poteſt. Nam tantum abeſt vt male facta correxerit, vt etiam his deteriora (ſi peiora excogitari poſſunt) addiderit.

LXXXVI. At quænam ipſe Innocentius Papa tum ad clerum Conſtantinopolitanum partis Ioannis, tũ ad ipſum Ioannem hoc tempore ſcripſerit, videamus: in his enim percẽſendis epiſtolis animus plurimum voluptatis capere poteſt, tum ex hiſtoriæ epiſtolaris ſincera veritate teſtata, tum etiam quò ex eiſdem animi quoque affectus intrinſecus contemplari poſſe conceditur. Prior igitur ad clerũ data epiſtola ſic ſe habet [a]:

a Epiſt. Roma. Pont. Innocent. 15.

LXXXVII. Innocentius Epiſcopus presbyteris ac diaconis, vniuerſoque clero ac populo Eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ, qui ſubditi ſunt Epiſcopo Ioanni, dilectis fratribus ſalutem.

Innocentij Papæ epiſtola ad clerum Conſtã tinop.

Et litteris charitatis veſtræ, quas per Germanum presbyterum & Caſſianum diaconum miſiſtis, tragœdiam malorum, quam ob oculos poſuiſtis, anxia ſolicitudine cognoui; quantiſq. miſeriis ac difficultatibus iſtic laboret fides, lectione ſæpius repetita, perſpexi: quam quidem rem vnica patientiæ conſolatio ſanat. Dabit enim breui Deus noſter tantis tribulationibus finem, & hæc olim meminiſſe iuuabit. At vero vos quidem vti neceſſariam conſolationem iſtam, quam in exordio e- C piſtolæ veſtræ proponitis, approbamus; ita & intelligentiam charitatis veſtræ agnouimus, q̃ multa patientiæ teſtimonia complectitur. Etenim noſtram conſolationem, quam litteris afferre vobis debebamus, ſcriptis veſtris vos ipſi præueniſtis. Hanc autem tolerantiam Dominus noſter laborantibus præſtare ſolet, vt etiam in ipſis tribulationibus conſtituti ſerui Chriſti ſe ipſos conſolentur, reputantes ſecum, & antea ſanctis accidiſſe eadem, quę nunc patiuntur ipſi.

LXXXVIII. Itaque nos iam vel ex litteris veſtris depromere conſolationem poſſumus: neque enim tam alieni ſumus a vobis, vt non condoleamus, cum & nos in vobis cruciemur. Etenim quis ferre poterit eorum delicta, quos vel præcipuos eſſe fautores tranquillitatis ac pacis & concordiæ decebat? Atqui nunc præpoſtero modo de primatu Eccleſiarum ſuarum deturbantur ſacerdotes inſontes: quo quidem primus, frater noſter, & in Eccleſiaſtico munere ſocius, Ioannes Epiſcopus veſter iniuſte oppreſſus eſt; cui ne id quidem contigit, vt ſe defenſurus audiretur: nullum crimen obijcitur, nullum auditur. Quod igitur hoc commentum eſt vel deploratum, vt ne vel ſuppetat, vel quæratur occaſio iudicij, in locum ſacerdotum viuentium alij ſubſtituantur? quaſi illi qui per huiuſmodi peruerſitatem irrepunt, vel habere ipſi, vel gerere quicquam recti, a quoquam iudicari poſſint. Neq. D enim vmquam a patribus noſtris talia fuiſſe patrata cognouimus; ſed interdictum potius fuiſſe decreto, quo cauebatur, ne cui fieret copia, quo in viuentis locum inauctoraretur. Nec enim reproba ordinatio ſacerdotis dignitatem auferre poteſt: quando nec Epiſcopus quidem poteſt eſſe ille, qui iniuſte ſubrogatur. Nos enim, quantum ad canonum obſeruantiam attinet, illis obſequendũ eſſe ſcribimus, qui Nicææ determinati ſunt; quibus ſolis obtemperare, & ſuum ſuffragium addere Eccleſia Catholica debet.

LXXXIX. Si qui vero & alii quibuſdam proferuntur, qui a canonibus Nicænis diſcrepant, & ab hæreticis compoſiti deprehenduntur; hi vero ab Epiſcopis Catholicis reſcinduntur: hæreticorum enim cõmenta Catholicis canonibus aſſuere nõ licet: ſemper enim vel per contraria, vel per illicita labefactare voluntatem ſtudent Concilij Nicæni. Non ſolum igitur his non obtemperandum eſſe dicimus, ſed ipſa potius vna cum hæreticis & ſchiſmaticis dogmatibus eſſe condemnanda: quomodo & antea in Sardicenſi Synodo ab Epiſcopis prædeceſſoribus noſtris factum eſt. Nam ſane longe præſtiterit, vel ea condemnari (fratres cariſſimi) quæ recte facta ſunt, quam ea robur vllum ſortiri, quæ aduerſus ipſos canones acta ſunt. Sed quodnam remedium hiſce rebus in præſenti afferemus? Neceſſaria erit Synodalis cognitio, quam etiam multo iam antea congregandam diximus: E ea quippe ſola eſt, quæ huiuſmodi procellarum impetus retundere poteſt. Quam quidem donec conſequamur, expedit medelam calamitatis huius cõmittere voluntati magni Dei & Chriſti eius Domini noſtri. Illa vniuerſis, quæ nunc per inuidiam diaboli ad examẽ Fidelium perturbata ſunt, tranquillitatẽ dabit. Nihil aũt deſperare debemus, freti noſtra in Deum fide. Ac nos quidem multum deliberamus, quonam modo Synodus œcumenica congregari poſſit, per quam diuina voluntate turbulenti iſti motus conſopiri poſſint. Expectemus itaque tantiſper, ac vallo patientiæ communiti, ſperemus auxilio Dei cuncta nobis eſſe reſtituenda. Vniuerſa vero quæ eos ibi ſufferre dixiſtis, iam antea a Coepiſcopis veſtris, qui Romam, licet diuerſis temporibus, conuenerunt, Demetrio videlicet, Cyriaco, Euliſio, & Palladio, qui nobiſcum ſunt, diligenti inquiſitione habita, cognouimus.] hactenus epiſtola Innocentij Papæ ad clerum Conſtantinopolitanum. Qui autem poſt Demetrium Conſtantinopoli Romam venerunt (vt reddamus temporibus tempora) dicemus anno ſequenti:

Digitized by Google

A no ſequenti:cum alioqui & Demetrij aduentum ſequenti potius anno accidiſſe,dicendum ſit:quippe qui poſt Paſchale tempus,hoc anno,primo cum collegis legatis Epiſcopis Romam aduenerit, & inde rediens cum litteris Innocentij communicatorijs ad Ioannem,per Orientis Eccleſias prædicauerit Romanũ Pontificem Ioannis communionem amplecti,& poſt hæc rurſus Romam ſeſe contulerit:adeo vt cum ad talia tantaque perficienda vnius anni terminus videretur anguſtus, in annum ſequentem poſterior ſit reijciendus aduentus.

Quæ autem poſt primam illam legationem Orientalium Innocẽtius ad Ioannem Chryſoſtomum ſcripſerit,incertum eſt,quod litteræ ipſæ non extent:ſed eodem argumento, quo ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ clericos ſcripſit,ad Ioannem itidem dediſſe litteras,par eſt exiſtimare,nempe de futura indicenda ob eam cauſam Synodo œcumenica. Extat autem perbreuis tantum eiuſdem Innocentij epiſtola ad Chryſoſtomum,quam recitat Sozomenus,datamq.refert poſt alias litteras Cyriaco diacono ad eumdem in Orientem miſſas.ea vero ſic ſe habet [a]: XC.

a Apud Sozom. lib.8.c.26.

Epiſtola Innocẽtij ad Ioãnem Chryſoſtomum.

Quamquam inſontem omnia expectare bona,& a Deo miſericordiam petere conueniat: ſunt tamen & a nobis,qui patientiam ſuademus, competentes litteræ per Cyriacum diaconum miſ-
B ſæ,vt contumelia plus poſſe non debeat in bona conſcientia protetenda,quam ſpes in eadem erigenda. Neque enim tu docendus es,tot populorum doctor & paſtor,optimos quoſque ſemper & continue probari,velint ne in vigore tolerantiæ perſiſtere,ac nullę afflictionis moleſtiæ ſuccumbere. Etenim conſcientia bona firmum re vera munimentum eſt aduerſus omnes caſus immeritos: quos quidem qui tolerantia non ſuperat,is vere ſiniſtræ ſuſpicionis argumentum de ſe ipſe præbet. Omnia enim ſufferre debet,quiſquis primum Deo,deinde conſcientia ſua nititur. Siquidẽ ad patientiam exerceri poteſt,vt quam maxime vir bonus & honeſtus:vinci tamen non poteſt:quandoquidem conſeruant eius animum Scripturæ diuinæ,& exemplis eumdem communiunt lectiones ſacræ,quas populo proponimus,quæ quidem vniuerſos pene ſanctos varijs modis & continẽter exercitatos,ac velut in examine quodam exploratos fuiſſe, atque ita ad patientiæ coronam peruenisse docent. Hæc igitur ipſa conſcientia charitatem tuam conſoletur, honorandiſſime frater:quo pacto in tribulationibus ex virtute conſolationem habebis. Inſpectante enim Domino noſtro Ieſu Chriſto,in tranquillitatis portum conſcientia mundata ſiſtetur.]hactenus ad Ioannẽ Innocentij epiſtola.

C Porro ipſe hoc anno laboraſſe videtur pro Synodo vniuerſali cogenda;quod grauiſſima cauſa eſſet,timendumq.admodum,ne,ſi abſq.omnium conſenſu Epiſcoporum reſcinderetur Theophili & collegarum Orientalium Epiſcoporum in Ioannem prolata ſententia,ſchiſma conflaretur; quod perfacile accidere potuiſſet,cum & aduerſarijs Chryſoſtomi fauerent Arcadius Imperator vna cũ omnibus magiſtratibus,ac maior pars Orientalium Epiſcoporum. Quæ autem hæc ſecuta ſunt,dicemus anno ſequenti. Conſentiunt his quæ narrat Theodorus apud Palladium , dum ait (vt ſuperius diximus) quod cum ad Innocentium Papam veniſſet Romam Domitianus Oeconomus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vna cum Vallago presbytero Niſibeno,ſecumq.tuliſſet Acta publica redempta magna vi auri, quibus carnificinæ exhibitæ ſuperius recenſitæ aduerſus Ioannis cõmunicatores continebantur:his acceptis Innocentius Papa,indignatione (inquit) ſumma permotus , ſcripſit ad Honorium Imperatorem:cum motus ille litteris Innocentij,præcepit,Synodum Occidentalium Epiſcoporum cogi.]hæc quidem Theodorus. porro de Synodo agendum ſuo loco. Inter hæc autem ipſe Honorius ad Arcadium fratrem pro Ioanne dedit litteras,aliaſq.poſtea adiunxit:tertias vero (vt dicemus) adiecit anno ſequenti. XCI.

Agitur ab Innocentio Papa & Honorio Imp. de cogenda oecumenica Synodo.

D Sed iam ad ipſum S. Ioannem Chryſoſtomum teneamur , quem reliquimus a militibus ab eccleſia diuulſum in exilium deportandum. Aſſectemur igitur eius iter , & quæ in eo diriſſima a militibus paſſus ſit,recenſeamus,ſocijq.nos compaſſione ſaltem exulanti ipſi iungamur. Sunt quidem hæc eius generis,quæ vix ſiccis oculis commemorari vel audiri queant . Cucuſum namq. oppidum in Armenia fuiſſe ab Eudoxia præſcriptum illi locum exilij,ipſe teſtatur. erat plane omniũ aſperrimus,nobilitatus tamen ante exilio ſanctiſſimi viri Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani & martyris ſub Conſtantio. Ceterum quod omnes ferme in Armenia locum illum cõſtituant; Chryſoſtomus tamen ipſe in epiſtola ad Cyriacum [b] in Cilicia ſitum ponit,vbi ait:Atq.hæc tibi e Cucuſo,quod Ciliciæ oppidum eſt,ſcripſi:quo videlicet Imperatrix ablegari me iuſſit. Multæ porro mihi in via calamitates contigerunt:verum nihil huiuſmodi mihi curæ fuit. Qui vero eum ducendi Cucuſum ſuſcepit prouinciam,Theodorus fuit Præfectus militum,vt ipſe Ioannes teſtatur [c]:a quo quidem benigne habitum & humaniter ſe pertractatum,fatetur in epiſtola ad Olympiadem; quæ etiam,quo menſe & die Nicæa Bithyniæ receſſerit,docet,dum de his ita ſcribit [d]: Ij,a quib. in exilium auehimur,curam omnem,& ſtudium etiam ſupra quam volumus,adhibent, vt nos re-
E creent & reficiant,pene vt nihil aliud operæ habere videantur. Cum autem Nicæa diſceſſurus eſſem,hanc epiſtolam ad te dedi,tertia die Iulij.]hæc ad Olympiadem. XCII.

Cucuſum oppidum locus exilij Ioannis Chryſoſt.

b Chryſoſt.epiſt. 3.vet.edit.& ep. 125.nou.edit.Niuel.

c Chryſ. epiſt. 115.

d Chryſ. epiſt. 10.

Proficiſcenti igitur Ioanni in exilium,ex diuerſis prouincijs agmina piorum virorum eidẽ in occurſum properant,lacrymarum imbres præ dolore fundentes. de quibus idem his verbis ad eãdem Olympiadem [e]: Scilicet hoc fato eram,vt ne tum quidem cum ab vrbe receſſiſſem, ijs qui animum noſtrum frangunt ac debilitant,liberarer. Nam qui mihi in via obuiam fiunt, partim ab Oriente,partim ab Armenia,partim ex alia quadam Orbis parte,lacrymarum fontes profundũt, cum nos intuentur, & gemitus edunt , ac toto itinere lamentis nos proſequuntur . Hæc autẽ a me idcirco cõmemorata ſunt,vt intelligatis nos multos habere,qui in eodem quo vos dolore verſentur. Hoc enim ad leniendum dolorem non parum momenti affert.]& alia rurſus ad eamdem epiſtola [f]:Cum viros ac fœminas magno agmine per vias,per vicos,per vrbes ſeſe effundentes,atque ad noſtri aſpectum collacrymantes intueor,quo in ſtatu ipſi ſitis,animaduerto. Nam cum ij q̃ primam nos vident,mœrore ita franguntur ac debilitentur,vt ne emergere quidem facile poſſint; XCIII.

e Chryſ.epiſt.8.

Populi occurrunt Chryſoſtomo lacrymantes.

f Chryſ. epiſt. 9.

verum cũ eos rogamus & obſecramus & admonemus,calentiores lacrymarum fontes profundãt: A
dubium profecto non eſt,quin apud vos grauior tempeſtas graſſetur.]adde his itidem quæ in epi-
ſtola ad Cyriacum his verbis explicatius habet [a]: Vt autem in Cappadociam,atq.etiam in Tau
a Chryſ. epiſt. 125. rociliciam venimus,magno agmine ſancti Patres & monachi & virgines obuiam nobis prodibãt,
infinitam lacrymarum vim profundentes. Cumque nos in exilium abeuntes cernerent, in fletus
prorumpebant,hiſque inter ſe verbis vtebantur.Satius fuiſſet Solem radios ſuos ſubtrahere,quam
Ioannis os conticere.Hæc me perturbabant ac premebant;quoniã oẽs mea cauſa plorantes intue-
bar.Nã cetera omnia quę mihi oborta fuerunt,nulla me cura affecerunt.]at quænã iſtęc? dicemus.

XCIV. *Chryſoſtomus grauib. in via laborat morbis.* Cum enim in exilium a militibus deportaretur Ioannes,ægra valetudine toto itinere labora-
uit,cõtinuis febribus,& ſtomachi ſolutione.teſtatur id ipſe in primis ad Theodorum ſcribens, vbi
ait [b]: Confecti atq.conſumpti ſumus,ſexcenta mortis genera oppetimus.Idq. accuratius ac cer
tius narrare poterunt,qui has litteras tibi reddent,quãuis alioqui perexiguo temporis puncto me
cum fuerint:quibuſcum etiam ne tantillum quidem colloqui potui, continuis nimirum febribus
b Chryſ. epiſt. 120. deiectus & conſternatus:quibus cum tenerer,dies noctesq.iter facere cogebar:ſic videlicet,vt & æ
ſtu opprimerer,& vigilijs conficerer,& rerum neceſſariarum penuria,eorumq.qui mei curam age B
re poſſent,inopia perdite conflictarer.Siquidem ijs qui ad metalla damnati ſunt,& in vinculis te-
nentur,grauiora atrocioraq.pertulimus,atq.etiamnum perferimus.Tandem autem aliquando &
ægre Cæſaream perueni,perinde atq.a tempeſtate ad littus appulſus.]& ad ipſam Olympiadem
c Chryſ.epi.14. [c]: Triginta enim propemodum dies,aut etiam amplius,cum acerbiſſimis febribus colluctari nõ
deſtiti,atq.ita longum ac moleſtum iter agebam, alijſq. etiam ſtomachi grauiſſimis morbis ob-
ſeſſus.Iam quæ ſequuntur,conſidera,nempe cum nec medici præſto eſſent,nec balnea, nec res ne-
ceſſariæ,nec aliæ animi leuationes;atq.præterea metus Iſaurorum nos vndiq.premeret,aliaq.ma-
la quæ ex itinerum difficultate naſci conſueuerunt,&c.]Poſt tot tantaſq.afflictiones cum Cæſareã
peruenit,recreari aliquantulum viſus eſt. nam in eadem epiſtola ad Theodorũ ſic habet: Cæſareã
ingreſſus,animum aliquantulum reſumpſi:quoniam puram aquam bibi,panemq.minime fœtidũ
ac prædurum comedi:quoniam in doliorum fragmentis minime corpus laui,verum balneum qua
lecumque tandem nactus ſum:quoniam denique poteſtas mihi lecto inhærendi facta eſt.]hæc ibi.
Ceterum maiores poſtea moleſtiæ ſucceſſerunt.

XCV. *Chryſoſt. Cæſaream peruenit.* At quænam hæc fuerint,quæ Ioanni Chryſoſtomo Cæſareæ contigerunt,idem ipſe plurib. ad C
Olympiadem epiſtola ita narrat [d]: Poſtquam autẽ tandem aliquando Cæſaream ingreſſus ſum,
labore ac macie confectus,in ipſo febris ardore poſitus languens, atque extremos dolores perpe-
tiens,hoſpitium in vltimo vrbis receſſu ſitum nactus ſum.Dabamque operam,vt medicos conue-
d Chryſ.epi 14. nirem,ac fornacem illam extinguerem:eram enim in ipſa febris tertianæ flamma:quo etiam acce
debat itineris ærumna & fatigatio,corporis contritio,eorum a quibus curarer inopia, rerum ne-
ceſſariarum penuria ; illudque item, quod nullum medicum præſto haberem, quodque & la-
bore & laſſitudine & caloris æſtu & vigilijs diu vexarer, ac denique pene exanimis in vrbem in-
greſſus eſſem.Tum vero mihi clerici omnes,monachi,monachæ,medici affuerunt, a quibus perq̃
officioſe atq.humaniter acceptus ſum,omnibus omnia mihi ſubminiſtrantibus.Nihilominus ta-
men ingenti flammæ ardore deflagrans,in extremo periculo verſabar.Ad extremum autem paula
tim remittere ac ſedari morbus cœpit.At interim nuſquam Pharetrius Epiſcopus illius ciuitatis:
verum diſceſſum noſtrum expectabat:quod quamobrem ipſi ita viſum fuerit,haud ſcio.]hic nam-
que ille Pharetrius Cæſareæ Epiſcopus,de quo ex Palladio ſuperius dictum eſt;qui timore aduer- D
ſariorum ignauus homo perculſus,aduerſus Ioannem ſcriptis calculũ dedit.Fefellit plane opinio-
nem populi Cæſarienſis & finitimorum hominum eius illiberalitas;cum omnes animo concepiſ-
ſent,diffamaſſentq.fore vt Pharetrius ipſe ſucceſſor Baſilij indigniſſimus obuiam prodíturus eſ-
ſet Ioanni.ſed ſe continuit,ac ne verbo quidem voluit communicare cum eo,cum ex ea cauſa cleri
ci Chryſoſtomo communicantes,ab aduerſariorum communione diſceſſerunt; quod idem ſan-
e Idem ead.ep. 14. ctus Ioannes eadem ad eamdem [e] epiſtola atteſtatur,cũ iſta ait:Significauit mihi dominus meus
Pæanius,ipſius quoq.Pharetrij presbyteros illic adeſſe,qui affirmarint ſe nobiſcum communica-
re,nec cum aduerſarijs commune quicquam habere,nec cum illis verſari,nec commercium vllum
inijſſe. Ne igitur eos conturbemus,caue ne quiſquam hæc ſciat.]hæc ipſe.

XCVI. Sed pergit ſuum iter relegere idem Chryſoſtomus [f]: Cum igitur morbum ſenſim remiſſum
f Chryſ.epiſ.14. & ſedatum eſſe vidiſſem, iam de diſceſſu mecum ipſe agitabam, vt Cucuſum peruenirem, at-
que ab itineris calamitatibus nonnihil conquieſcerem. Cum hoc ſtatu res noſtræ eſſent; ſubito
ad nos affertur, Iſauros cum infinita hominum manu Cæſarienſem regionem populari, ac in-
gens quoddam oppidum incendiſſe, atque omni belli clade peruaſtaſſe. Qua re audita, Tribu- E
nus acceptis his militibus, quos habebat, ex vrbe exceſſit. Timebant enim ne vrbem quoque
adorirentur: atque omnes in metu & trepidatione erant, de ipſo quoque patrio ſolo periclitan-
res, adeo vt ſenes etiam ipſi murorum cuſtodiam ſuſciperent. Cum res eo loco eſſent; repen-
Monachi ſceleſtiſſimi pellũt Chryſoſtomũ a ciuitate. te ſub aurora monachorum torrens (liceat enim mihi ad eorum furorem exprimendum hoc vo-
cabulo vti) ad hanc domum, in qua eramus, acceſſerunt; eam incenſuros, nobiſque extre-
ma quæque mala illaturos minitantes, niſi abſcederemus. At nec Iſaurorum metus, nec mor-
bus tam vehementer nos premens, nec aliud quicquam humaniores eos ac moderatiores effe-
cit. Verum inſtabant, atque vrgebant, tantum furorem ſpirantes, vt etiam ipſi Prætores
metu afficerentur:nam ipſi plagas denunciabant,eoque nomine gloriabantur,quod multos Præto
res fœde verberaſſent.His verbis auditis,Prætores ad nos confugerunt,meque rogarunt,atque ob
ſecrarunt, vt etiam ſi in Iſaurorum manus nobis veniendum eſſet, tamen eos his belluis libera-
rem.Quod cum ad vrbis Præfectum allatum eſſet; ipſe quoque domum,vt nobis opitularetur,ac
currit.Verum ne ipſius quidem precibus monachi permoti ſunt: verum ipſe quoque elanguit.

Cum

XCVII. *Pharetrius Architectus malorum omnium.*

A Cum igitur nullum rei exitum perſpiceret, nec nobis ad perſpicuam cædem exeundi auctor eſſet; nec rurſus ob tantum illorum furorē, intra vrbē vt maneremus, ſuadere auderet: ad Pharetriū eius ciuitatis Epiſcopum miſit, precibus an eo contendens, vt tum ob morbum quo conflictabar, tum ob impendens periculum paucos aliquot dies nobis concederet. Nec tamen hinc quicquam profectum eſt: immo acriori etiam poſtea impetu affuerunt, nec presbyterorum vllus opem nobis atque auxilium ferre audebat; verum rubore ſuffuſi ac pudore affecti (nā hæc de Pharetrij voluntate ac ſententia fieri dicebant) ſeſe abdebant & occultabant; nec, cum a nobis accerſerētur, obtemperabant. Quid longa oratione opus eſt? Quamuis tot terrores imminerent, morſq. pene certa & ante oculos poſita eſſet, febriſq. me conficeret (necdum enim his malis liberatus ſum) hora ipſa meridiana in lecticam me conijciens, illinc exceſſi, vniuerſa plebe lamentante, eiulante, harum rerum auctorem execrante, ac diris deuouente, omnibuſq. plorantibus ac lugentibus.

XCVIII. *Ioannes Chryſoſtomus recedens Cæſarea in quæ mala incidit.*

Poſteaquam autem ex vrbe exceſſi, quidam etiam clerici venientes, lento gradu, ac mæſto & lugenti animo nos proſequebantur. Cumq. nonnulli dicerent: Quonam eum ad perſpicuam mortem abducitis? alter ex ijs qui nos plurimum amabant, ad me dicebat: Abi, obſecro: in Iſauros etiā B incide; modo nobis defungaris. Non quocumque incideris, tuto incides; dūmodo manus noſtras effugias. Hæc audiens ac perſpiciens egregia matrona Seleucia, domini mei Ruffini vxor (nam ea perquam ſtudioſe atque officioſe nos coluit) precibus mecum egit, vt in ipſius villam, quæ quinque paſſuū millibus ab vrbe diſtabat, hoſpitij cauſa me conferrem: certoſq. homines nobiſcū miſit, cum quibus illuc profecti ſumus. At ne illic quidem hæ aduerſum nos comparatæ inſidiæ finem habituræ erant. Vbi enim Pharetrius hæc reſciuit, multas ipſi (vt dicebat) minas intentauit. Cum autem me in uillam ſuam excepiſſet, nihil quidem ipſe harum rerum ſciebam: nam ipſa ad nos egreſſa, de his nos celauit: procuratori autē ſuo, qui illic erat, ea expoſuit, ipſiq. mandauit, vt nobis omne officij genus impertiret; ac ſi qui monachi venirent vt nos cōtumelijs inceſſerent, aut vulneribus afficerent, ex alijs villis ſuis agricolas cogeret, atque ita cum monachis manum conſereret. Quin me quoque rogabat, vt in domum ſuam, quæ arcem habebat, nec vllis viribus expugnari poterat, confugerem, vt ex Epiſcopi & monachorum manibus elaberer. At vt id facerem, adduci nō potui: uerum in uilla eram, horum omnium ignarus, quæ poſtea in me comparabantur.

Ioannes Chryſoſtomus in villam Ruffinæ diuertens fugere cogitur.

Ne hoc quidem ipſis ad comprimēdum ſuum aduerſum nos furorem ſatis fuit. Poſtea enim media nocte, C me nihil horum ſciēte (acriter enim inſtabat Pharetrius, graues in eam, vt ait, minas iactans, eamque cogens atque impellens, vt me etiam e villa eijceret) hominis importunitatem non ferēs mulier; inſciente me, barbaros adeſſe ſignificauit; quod ſcilicet uim eam, quam pateretur, dicere præ pudore minime ſuſtineret. Atque intempeſta nocte ingreſſus Euethius presbyter, meq. ſomno excitans; magno cum clamore hæc dicebat: Surge, obſecro: aduentant barbari, nec longe abſunt. Hic tecum reputes velim, quonam animo eram, cum hæc audirem. Cum autem ex ipſo, quidnam facto opus eſſet, quæſiuiſſem, neque enim nos in vrbem confugere poſſe, ne grauiora illic perpeteremur, quam quæ nobis Iſauri illaturi eſſent; exire nos coegit. Nox illunis erat, nox media, caliginoſa, terra: id quod etiam nos in ſummam conſilij inopiam conijciebat. Nec quiſquam nobis præſto erat qui opem ferret: omnes enim nos reliquerant. Metu tamen compulſus, ac iam iam mortē expectans, ærumnis confectus ſurrexi, ac lucernas accendi iuſſi. Verum has quoque presbyter extingui iuſſit, hac videlicet de cauſa (vt ipſe inquiebat) ne barbari lucis ſplendore exciti, in nos impetum facerent.

XCIX. *Miſerandus caſus Ioannis.*

Extinctis itaque lucernis, equus qui lecticam noſtram geſtabat (aſpera enim admodum & ardua ac petroſa via erat) in genu lapſus, me, qui lectica incluſus eram, humi proſtrauit, parumq. abD fuit quin interirem. Deinde exurgēs, tractim ambulabam, Euethio presbytero, qui etiam ipſe ex equo deſilierat, manibus me tenente: atque ita manu ductus, vel (vt rectius loquar) pertractus, repebam: neque enim in tanta loci difficultate, periculoſiſq. montibus, media nocte, incedere poteram. Cogita, quæſo, quid hic mihi animi eſſet, cum tantis malis conſtrictus tenerer, ac febris vrgeret; nec eorum, quæ in me ſtructa fuerant, quicquam noſſem; verum barbaros timerem ac perhorreſcerem, nihilq. aliud expectarem, quam vt in eorum manus inciderem. An nō exiſtimas, vel has ſolas calamitates, etſi nihil aliud accidiſſet, multa nobis peccata obliterare, atque ingentem mihi gloriæ materiam ſuppeditare poſſe?

C. *Inuidiam paſſus Ioannes Cæſareæ Cappadociæ.*

Harum autem calamitatum (ni me opinio fallit) hæc cauſa extitit. Cum primum Cæſaream ingreſſus ſum, omnes qui magiſtratu fungebantur, Legati, Præfecti, ſophiſtæ, philoſophi, plebei oēs, ſingulis diebus me viſebant, colebant, in oculis ferebant. Hæc, credo, Pharetrum pupugerunt: nec inuidia ea, quæ nos Conſtantinopoli pepulit, hic quoque a nobis abſceſſit, vt quidem opinione aſſequor: neque enim affirmo & aſſeuero, ſed conijcio.] hæc ibi. Sed & alia epiſtola ad eandem ſcriE bens, quanta ei præſtiterint uiri quique præclariſſimi, oſtendit his verbis [a]: Ex ipſa Cæſarea hæc ad te ſcripſi, in qua multis mihi adhibitis remedijs, melius habui, celeberrimos præſtantiſſimoſq. medicos nactus, a quibus non tam artis ſubſidijs, quam commiſeratione ac beneuoletia curabar; quorum etiam vnus nobiſcum vna ſimul ſe profecturum ſpopōdit, atque etiam alii complures ex ijs qui dignitatibus præditi ſunt.] hæc plane fuere, quæ aduerſariorum animos exulcerarunt, ut non potuerint pati eum diutius cōmorari Cæſareæ. Sed rurſus ipſe in ſuperiori epiſtola ad Olympiadem cetera ita proſequitur:

a Epiſt. 12.

CI.

Et quis tandem alia, quæ nobis in vita perferenda fuerunt, oratione complecti queat? mortes, pericula? Quæ quidem ipſe quoque recordans, animoque circumferens, præ lætitia volito & exulto, velut ingentem theſaurum reconditum habens. Nam hoc animo atque hoc affectu præditus ſum; ob idq. te obſecro, vt hoc nomine læteris, gaudeas, exultes, Deumque cuius beneficio hoc conſecutus ſum, vt tanta perpeteremur, laudes ac celebres. Atque apud te velim hæc contineas, nec cuiquam enuncies: etiam ſi alioqui Prætores potiſſimum harum rerum fama vniuerſam vrbē

Magna Ioannis animi demiſſio in gloria contemnenda.

implere poſſunt, vt qui etiam ipſi in ſummum vitæ periculum venerint. Ceterum ex te nemo id A reſciſcat: immo etiam eos qui id narrabunt, comprime, &c.] hæc ipſe: ex quibus magnam intueris eius animi celſitudinem tum in difficillima quæq. alacriter patiendo, tum etiam in contemnendo illam, quam ex rebus pręclare geſtis ſolent homines captare gloriolam. Facta ſunt hæc iſto anno, menſe Auguſti, vt ex eius ſcriptis datur colligere: qui enim tertia Iulij Nicæa receſſit, & triginta diebus in itinere poſitus febre laborans, Cæſaream peruenit, ibiq. morbi curandi cauſa aliquantiſper ſubſtitit, vtiq. dicto menſe hæc a Pharetrio eſſe paſſum oportuit.

CII. Accidit autem, vt cum etiam adhuc Cæſareæ Chryſoſtomus moraretur, a Dioſcoro quodam Cucuſi agente viro præclaro, & ab alijs legationes acceperit, quibus ipſum quiſq. rogabat, vt Cucuſum cum perueniſſet, non apud alium quam apud ſe, commorari dignaretur. Quænam autem quantaq. ipſe, cum perueniſſet Cucuſum, piorum parata officia nactus fuerit, alia epiſtola ad Olympiadem tunc ſcripta declarat his verbis [a]:

a Chryſ. epi. 13.

Quanta Cucuſi exhibita Ioanni officia.

Tandem aliquando reſpirauimus, cum Cucuſum venimus, vnde etiam has litteras ſcribimus. Tandem aliquando a fumo, & varijs malorum eorum, quæ nos in via inuaſerunt, nebulis, lucem conſpeximus. Nunc enim, poſteaquam ea quæ dolorem nobis afferebant, effluxerunt, iam tibi ea B exponimus.] & paulo poſt: Vt enim Cucuſum venimus, tum morbum vna cum reliquijs abiecimus, integerrimaque valetudine fruimur: tum Iſaurorum metu defuncti ſumus; quippe cum multi hic milites ſint, & quidem paratiſſimo animo vt cum ipſis confligant. Quin rerum quoque neceſſariarum copia nobis vndique affluit, omnibus nimirum ſumma cum beneuolentia nos excipientibus: etiam ſi alioqui deſertiſſimus omnino hic locus ſit. At caſu quodam dominus meus Dioſcorus hic erat, qui etiam famulum dedita opera Cæſaream miſit, rogatum atq. obſecratum, ne domui ſuæ alteram anteferrem, alijq. etiam plures idem fecerunt. Verum hanc alijs præferendam neceſſario mihi exiſtimaui. Itaque apud eum diuertimus, atque ipſe nobis quiduis eſt: ita vt ob ingentem ipſius liberalitatem & largitatem, qua erga nos vti cupit, perpetuo cum eo expoſtulemus. Quippe noſtra cauſa etiam ex ædibus ſuis alio migrauit, vt nos omni officij genere compleretur. Atque inſuper domum nobis ad tolerandam hiemem idoneam extruit, pro eaq. re nihil non agit ac molitur. Denique nullum omnino officij erga nos genus ab eo prætermiſſum eſt.] hæc quidem de Dioſcoro. De Epiſcopo vero loci illius hæc idem ad Cyriacum Epiſcopum ſcribit ad finem epiſtolæ ad eum ſcriptæ [b]: C

b Chryſ. epi. 15.

CIII. Epiſcopus autem loci huiuſce me quam humaniter excepit, multamq. in nos declarauit charitatem; atque adeo, ſi licuiſſet, ſede ſua nobis ceſſiſſet, ni nos a Patribus præſcriptam legem obſeruaſſemus.] hæc ad Cyriacum. Sed & ad Olympiadem eadem qua ſupra epiſtola de ambobus hæc ait [c]: Quamquam enim nec forum nec venale quicquam hæc vrbs habeat: nihil tamen iſtud mea intereſt. mihi quippe omnia tamquam e fonte affluunt: ſiquidem & dominum meum huius loci Epiſcopum, & dominum meum Dioſcorum habeo, qui nihil aliud muneris & operæ videntur habere, quam vt me recreent atque reficiant.] Ex his habes quod corrigas in his qui ſcripſere Vitam S. Ioannis Chryſoſtomi, dum tradunt, ipſum Cucuſi manſiſſe apud Epiſcopum loci illius, nomine Adelphium, ſeu Philadelphium: cum ſe apud Dioſcorum manſiſſe iugiter, ipſe teſtetur. Rurſum vero idem Ioannes, item ad Olympiadem ſcribens, ſuperiori [d] epiſtola de aliorum erga ſe exhibitis officijs iſta habet:

c Chryſ. epi. 14.

d Chryſ. epi. 13.

CIIII. Ad hæc plerique alii procuratores, & rerum adminiſtratores, dominis id ipſum illis per litteras imperantibus, ſubinde huc accedunt, parati quauis ratione nos reficere & recreare. Hæc autem omnia idcirco commemoraui, atque alia quidem (hoc eſt priora) defleui, alia autem (hoc eſt D læta & iucunda) tibi expoſui, vt ne quis temere nos hinc amoueat. Nam ſi ii, qui nos beneficio afficere cupiunt, arbitrii hoc noſtri faciant, vt quo loco velimus, nobis eſſe liceat, nec rurſum nobis alterum locum arbitratu libituq. ſuo aſſignaturi ſint; hoc beneficium accipe; ſin autem non hinc amotos in alterum locum ablegaturi ſunt, nobiſque iterum iter ſubire ac peregrinari neceſſe eſt; mihi ſane longe hoc grauius acerbiuſque fuerit. Primum enim illud metuendum eſt, ne nos in longinquiorem, aut in aſperiorem locum ducant. Deinde itineris moleſtiam ſexcentis exiliis grauiorem eſſe duco. Siquidem peregrinationis huiuſce difficultas ad ipſas portas mortis nos detulit: nuncque Cucuſi degentes, perpetua ſeſſione ac quiete noſmet recreamus, atque cohortæ nobis in tam diuturno tempore ærumnæ, confractiſque noſtris oſſibus & fatigatæ carni quietis ope ac ſubſidio medemur.] hæc idcirco de Cucuſi commoratione adeo Ioannes inculcat, quod Olympias plurimum laborauerat apud Imperatorem, vt exilium Cucuſi in aliam manſionem transferretur, ut eius epiſtolæ exordio ipſe teſtatur. At quid poſt hæc de clariſſima femina Sabiniana his addat, accipe:

Ioannes ne Cucuſo remoueatur rogat.

CV. Affuit etiam domina mea Sabiniana diaconiſſa eodem ipſo die quo venimus, fracta quidem E ipſa & abiecta, ærumniſque affecta, vtpote ea iam ætate in qua moueri quoque difficile eſt; ceterum iuuenili animi promptitudine atque alacritate prædita, nihilque aduerſarum rerum perſentiens. Paratam enim ſe eſſe dixit, etiam in Scythiam proficiſci: quandoquidem conſtans hic rumor erat, fore vt illuc deportarer. Certum eſt autem ei (vt ait) non iam ad ſuos reuerti; verum illic, vbi fuerimus, commorari. Atque hanc etiam perquam humane ac ſtudioſe magnaque cum beneuolentia Eccleſiæ alumni exceperunt.] mirus plane in femina animi vigor, vt exilium ſpontaneum, ſanctum Ioannem exulem ſequendo, elegerit, cum iam effœtæ etiam ſenectutis eſſet; vnde & ipſi aucta eſt confidentia, quod eius ætatis eſſet, cuius cauſa nec aduerſariis aliqua vel leuis de ea potuiſſet oboriri ſuſpicio.

Sabiniana Diaconiſſa aſſectatur Ioan. Chryſoſtomi veſtigia.

CVI. Cum igitur iam de loco certo, ſedeq. firma exilii Ioannis innotuiſſet: confluere ad eum cœperunt, quibus hoc conceſſum erat, amici: abſentes vero eumdē legationibus ac litteris frequentare; ſed hos omnes præuenerat, immo ipſum Ioannis aduentum anteuerterat Conſtantinus presbyter, de

A ter, de quo eadem epiſtola hæc ipſe Ioannes: Quin dominus quoque meus Conſtantius religioſiſſimus presbyter iampridem hic erat. Nã & mecum per litteras egerat, vt ipſi huc veniendi poteſtatem facerem: neq. enim ſe citra voluntatem meam atq. ſententiam id facere audere, quamuis alioqui magna huius rei cupiditate flagrantem. Addebat etiam, ſe nec illic quidem manere poſſe: tantis enim malis premi atq. vrgeri, vt latebras quærere ac ſe occultare cogatur.] hæc de Conſtantio, cui & coniunctus eſt alius presbyter nomine Euethius, vt in epiſtola ad Elpidium [a] docet. Sed & Seleucum quoq. Epiſcopum itidem Cucuſum profectum eſſe vt inuiſeret ipſum S. Ioannẽ Chryſoſtomum, idem ipſe ita teſtatur in epiſtola [b] ad Tranquillinum [*]: Seleucum, vt relicta domo huc ſe conferret, noſtri deſiderium ad nos excitauit.] Domnum vero Epiſcopum miſiſſe ad eũ inuiſendum ſuum presbyterum, idem affirmat in epiſtola ad ipſum Domnum conſcripta. Acceſſerunt illuc & alij, alij vero ſuos ad eum legatos miſerunt, de quibus dicemus anno ſequẽti. Anno eum commoratum eſſe Cucuſi, Palladius tradit.

Cõſtantius preuenit aduentũ Ioannis Cucuſum.

a Epiſt. 14.

b Epiſt. 37.

* Trancylinum

CVII. Quod autem ad Iſaurorum incurſiones ſpectat, eorumq. graſſationes in Pamphiliam atq. Ciliciam, Zoſimus [c] meminit ac Marcellinus [d]. At quamuis duces cum exercitu ad eos conficiendos miſſi fuerint; quoniam ijdem receſſus habebant in locis ferme penitus inacceſſis, annis plurib. B eadem dira clades in perniciem adiacentium prouinciarum perdurauit: cuius quidẽ rei index eſt reſcriptum Theodoſij Iunioris ad Anthemium datum poſt annos quatuor, vbi iſta leguntur [e]:

c Zoſim. libr. 5.

d Marcellin. in Chron.

Iſaurorum incurſio formidoloſa.

e l. vult. de quæſtio. Cod. Theod

Prouinciarum Iudices moneantur, vt in Iſaurorum latronum quæſtionib. nullum Quadrageſimæ vel venerabilem Paſcharum diem exiſtiment excipiendum; ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda eſt. Cum facillime in hoc ſummi numinis ſperatur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur. Datum quinto Kal. Maij, Conſtantinopoli, Baſſo & Philippo Conſulib.] eſt is annus Domini quadringenteſimus octauus. de eadem quoq. graſſatione mentio eſt apud Theodoretum [f], vbi agit de ſancto Iacobo anachoreta, cum Iſaurorum mentita ſpecie dæmones illum perterreſacere conati ſunt: rem enim geſtã ſic narrat;

f Theodor. libr. ſanct. Patrum c. 21.

CVIII. Dicebat autem, ſe etiam tempore pernicioſorum illorum latronum, quando ex Iſauria profecti, maximam partem Orientis vrentes, prædas egerunt, valde extimuiſſe, non ne occideretur (neque enim tenebatur tanto amore corporis) ſed ne raperetur in ſeruitutem, & captiuus fieret, impietatiſq. & iniquitatis videret ſpectaculum. Hũc metum cum ſenſiſſet diabolus (ſæpe enim audierat, cum noc noctis ſuis aperiret) imitatur noctu vlulatum mulierum; C Ego autem (inquit) videbar audire quod venirent hoſtes, quodq. vicis ignem inijcerent. Statim ergo cum capillos in duas partes diſcriminaſſem, & partim quidem a dextris, partim a ſiniſtris ad pectus tranſtuliſſem, parabã collum, vt id enſis amputaret facilius, & breui plaga accepta, ab illo abominando liberarer ſpectaculo. Cum ſic totã illam noctem tranſegiſſem, & aſſidue incurſionem illorum expectarem: cũ fuiſſet dies, & quidam veniſſent, rogaui quidnam audiſſent de Iſauris. Illi autem dixerunt, ſe nihil noſſe illis dieb. Et ſic agnoui (inquit) diabolicam illã fuiſſe viſionem.] hæc de illo Theodoretus: vt non mireris, ſi hos ingruentes latrones pertimuerit etiam ipſe Ioannes Chryſoſtomus. Atq. ſatis ad inſinuandum quam formidoloſa eſſet ſanctis quoq. viris, magnoq. animo prædi..., horum incurſio. Equidem Cucuſus, vbi Ioannes agebat, ſi qui locus alius, eiuſmodi Iſaurorum periculo ſubiacebat: nam ad Diogenem ipſe ſcribens, ita ait [g]: Deſertus quidẽ locus eſt Cucuſus, atq. etiam alioq. ad habitandum periculoſus, vt qui perpetuo latronum metu infeſtus ſit.] Sed vnde ipſi modo ſecuritas? audi quid ſcribat ad Olympiadem [h]: De Iſauris omni metu te libero. Etenim receſſerunt, ortaque hieme, domi ſe incluſerunt, neſcio an poſt Pentecoſten egreſſuri.] hæc ipſe.

Sub ſpecie Iſaurorum dæmones perterrent S. Iacobum.

g Chryſoſt. epiſ. 144.

h Chryſoſt. epiſ 14.

D CIX. Porro ab eo tempore quo abductus a ſua Eccleſia Ioannes in exilium ducebatur, ſemper cum facultas daretur, ad ſuos ſcribere conſueuit epiſtolas; ſuos inquam, qui eius cauſa plurima paſſi eſſent. Et vt quam breuiter agamus de ſingulis datis ab eo litteris; in primis illæ tres primæ ſcriptæ videntur epiſtolæ ad Olympiadẽ clariſſimam feminam, de qua ſuperius; quæ nimio quodam ob expulſionem Chryſoſtomi abſorta mærore erat: quibus ipſe eam mirifice conſolatus eſt. In quo genere verſatus, cum nihil intactum reliquerit, vnde argumentum deduceret eius animi erigendi, illud non prætermiſit ex ſpe concepta: fore namq. vt prebreui ipſa eum redeuntem viſura eſſet; quod his verbis inculcat [i]: Quod ſi doctrinam noſtram viua voce etiam audire cupis: fortaſſe hoc quoque continget: ac nos rurſus, permittente Deo, viſura es: immo vero non fortaſſe, ſed certo: caue ne dubites.] hæc quidem ipſe, quod ita ſperaret: nec vero leuitatis ob id arguendus, ſi minime euenerit quod prædixerat: excuſanduſq. ſicut & ſe Paulus excuſat, cum ſuum Corinthijs ſpopõdiſſet aduentum, quem non præſtitit; vbi ait [k]: Cum hoc voluiſſem, numquid leuitate vſus ſum? aut q̃ cogito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me, eſt, & non?] quibus ſane & legitime Chryſoſtomus ſit excuſandus. E Adiecit idem quintam ad eam eodem argumento conſcriptam, cum eadem ex cauſa ipſam ægrotaſſe percepiſſet: addidit vero ſeptimam, cum eam exilio pulſam audiſſet. Nicæa autem prope diſceſſurus, decimam ordine collocatam ad eamdem dedit epiſtolam; atq. in itinere, antequam Cæſaream perueniret, octauam & nonam, præpoſtero ordine poſitas: magna ſane opus eſt diligentia, vt quæque ſuo reddantur, quo ſcriptæ ſunt, tempori.

Quas Ioannes epiſtolas hoc anno exul conſcripſit.

i Chryſo. epi.

k 2. Cor. 1.

CX. Cum vero Cæſaream perueniſſet, ad eamdem Olympiadem vndecimam dedit, ac duodecimam: ad Theodorum vero aliam [l]. Rurſum idem Chryſoſtomus, Cucuſum cum perueniſſet, ad eamdem Olympiadem duas [m] dediſſe reperitur epiſtolas ante hiemem: quæ quam ſint efficaciſſimæ, ipſæ declarant litteræ, vere Chryſoſtomo dignæ. habent autem eam energiam, vt quiſque p legens, non tantum ingentem vim illam dicendi admiretur, ſed obſtupeſcat ad eius celſitudinem animi; dum, innumeris licet atq. adeo immenſis vallaretur, immo obrueretur anguſtijs, ipſe tamẽ omnib. ſuperior, tantum abfuit vt aliena indigeret conſolatione, vt potius omnes diuerſis attritos moleſtijs, & iã pene merſos perſecutionis vndis, eleuet in ſublime, & in portu conſolationis collocet

l Chryſo. epiſt. 120.

m Epiſt. 13. 14.

Chryſoſtomi celſus animus in aduerſis.

cet;cum hos mœrore depreſſos,illos proſcriptos,exulantes alios & extorres,ita cōſoletur, vt maio A
ra ſubeundi tormēta immenſum inijceret deſideriū.eiuſdē plane generis illa , cuius eſt inſcriptio
ad Cyriacum Epiſcopum exulem;ſed rectius ipſius exulis ad Cyriacum:nam nihil de Cyriaci exi
lio in ea epiſtola,ſed tantum de ſuo Ioannes meminit:Cyriaci vero exilium longe poſt contigit ,
vt ſuo loco dicemus.Sed agedum,vnam ſaltem ex his,illam videlicet quam ad Epiſcopos & preſ-
byteros detentos in carcere dedit,hic reddamus; vnde intelligatur qua fuerint & ipſi animi præ-
a Chryſo. epiſt. 4. ex ſeptem. ſtantia præditi in patiendo , & aduerſariorum in perſequendo crudelitas innoteſcat. Eſt vero hu
iuſmodi [a]:

CXI. *Epiſtola S. Io. Chryſ. ad Epiſcopos detentos in carcere.*

Beati vos ob carcerem,ob catenas,ob iniecta vincula:beati inquam,& ter beati,immo ſæpius.
Totum Orbem vobis conciliaſtis: etiam longe abſentes,amicos vobis feciſtis : vbique terrarum
& marium canuntur veſtra præclara facinora,fortitudo,conſtans ſententia,animuſq. minime ſer-
uilis. Nihil quod alijs videtur graue,vos deſeruit;non tribunal,non carnifex, non tormentorum
coaceruationes;non minæ,quæ innumeras mortes nūciabant;non Iudex, qui ignem ab ore flabat;
non aduerſarij,qui frendebant dentibus,& innumeris alijs inſultandi modis geſtiebant;non tantæ
calumniæ,non impudentiſſimæ accuſationes,non mors ante oculos quotidie propoſita : ſed hæc B
omnia vobis vberem potius ac ſufficientem conſolationis materiam præſtitere. Et idcirco clari
quidem vos;& celebrant & prædicant vos omnes,non amici ſolum,ſed & inimici ipſi,qui hæc effe-
cerunt . Eorum ſi quis introſpiciat conſcientiam,licet non manifeſte fateantur, inueniet etiam
apud ipſos veſtrum miraculum magnificari. Tanta res eſt virtus,vt etiam illam impugnantes ad-
mirentur. Tanta res eſt malitia,vt etiam ij qui eam operantur,condemnent . Et ita in hac vita res
veſtræ ſe habent.Quæ autem in cælis ſunt,quis ſermo digne explicabit ? Inſcripta ſunt nomina
veſtra in libro vitæ;cum ſanctis martyribus connumerati eſtis.Scio hæc ego certo ; non quod in
cælum tranſcenderim; ſed e diuinis oraculis didici.

CXII. Nam ſi Ioannes ille infœcundæ fructus,& eremi ciuis,nuptijs,in quas peccabatur, patrocina
tus eſt;& cum præuaricationem corrigere non poſſet,arguit tamen;& propterea in carcerem con
iectus & decollatus,martyr,& martyrum primus eſt:Vos,qui legibus & conſtitutionibus Patrū,
quas tranſgrediuntur aliqui;& ſacerdotio,quod inuadunt & contaminant,patrocinamini, & pro
pter veritatem hæc patimini,vt ceſſent impudentes calumniæ:cogitate qualem accepturi ſitis mer
cedem. Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui:dixit fortis & ſublimis ille,ſatiſq. ei fuit C
ad recentem arguendi libertatem. Locuti eſtis & vos:expoſita ſunt etiam corpora veſtra pœnis,
& ſupplicijs,tormentis:nondum decapitati eſtis,ſed longe acerbiora tuliſtis. Non enim idem eſt
breui temporis momento caput amittere,& tanto tempore cum talibus luctuari doloribus,terro
ribus,minis,vinculis,abductionibus ad tribunal,carnificum manibus,ſycophantarum impuden-
b Hebr. 10. tiſſimis linguis,conuicijs,ſalibus & dicacitatibus. Nam & hoc maximum certaminis genus,poni
turq. a beato Paulo in magnorum certaminum ordine,cum ſic ait [b]: Recordamini dies priſti-
nos,in quibus illuminati,magnum certamen afflictionum,ſuſtinuiſtis. Deinde certamen narrans,
ipſum ponit,ſic dicendo : Partim opprobrijs & afflictionibus ſpectaculo eſtis,partim communicā
tes hi qui ſic affliguntur. Si ergo qui communicant,certant:multo magis qui ſuſtinent.

CXIII. Non enim vnam,aut duas,aut tres,ſed longe plures ſuſtinuiſtis mortes;& ſi non experientia,
certum tamen quod animo. Gaudete igitur & plaudite. Dominus cælorum iuſſit non ſolum nō do
lere,vel frangi animo,vel decidere,ſed gaudere & exultare,quando nomen veſtrum tamquā ma-
lum eijcient. Quod ſi in ſycophantijs gaudēdum : quando his accedunt calumniæ,verbera,tormē
ta,gladij acuti,vincula,catenæ, abductiones, traductiones, inimicorum atroces cateruæ, cogita- D
te qualis merces,quam coaceruatæ erunt retributiones. Gaudete igitur & exultate, viriles eſtote,
corroboramini:cogitate quot veſtro exemplo ad certamina armatis,quantos fluctuabundos con
firmatis,quantos ſpiritus reſuſcitatis. Nam afflictionibus veſtris multum profuturi eſtis non ſo-
lum præſentibus,& abſentibus,nec his ſolum qui vident,ſed & his qui audiunt. Continue verſe-
c Rom. 8. tur in ore veſtro illud Apoſtolicum dictū [c]: Non ſunt condignæ paſſiones huius tpis ad futuram
gloriam,quæ reuelabitur in nobis. Expectate:breui tentationum finis erit,liberatioq. perfecta. Et
orate etiam iugiter pro nobis. Nam etſi viarum prolixitate longe diuerſis locis habitamus,multo
que tempore a vobis ſegregati ſumus:attamen vos vt præſentes & conuiuentes nobis amamus, ve
ſtrum amicum caput exoſculamur,coronatos vos expanſis manibus excipimus. Expectate etiam
vos ex mutua erga nos charitate lucrum veſtrum maximum. Nam ſi magnam mercedem expecta
re licet his qui vos amant:cogitate,quales vos,qui tantis claretis virtutibus,maneant retributio-
nes.] hæc Ioannes,& alia plura id genus ad illos:perinde ac ſi certantibus athletis,in theatri ipſe ſe
dilibus ſecutus ſpectans,acclamationibus fauerer,atque in bello pugnantes alios tubæ ſonitu ſeor
ſum poſitus vehementius excitaret:cum alioqui ipſe ceteris laborioſius dimicaret. Sunt & aliæ plu E
res ad diuerſos datæ eodem argumento litteræ,quas ſingulas perlegendo,magnam lector capiet
cum lucro animi voluptatem.

CXIV. Scripſit & tunc temporis ad diuerſos Epiſcopos,commendans Dei Eccleſiam aduerſariorum
d Chryſo. epiſt. 118. factione conſciſſam,& inter alios (vt vidimus) ad Romanum Pontificem Innocentium,necnon ad
[d] Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum,& ad alios plurimos , qui adhuc ſuis liberi agerent in
e Idem ibidem. Eccleſijs:Cum interea & ad Epiſcopos illos,quibus,quod manifeſte auerſarentur Arſacij cōmu
Ioannes Chryſoſt. conſolatur Epiſcopos in carcere poſitos. nionem , & Chryſoſtomo firmiter inhæreſcerent , carcer æſtuabat, ſcripſit etiam illa Chry-
ſoſtomus [e] : Carcerem incolitis , & catena vincti eſtis, & cum ſquallidis & ſordidis incluſi.
Ecquid tandem hoc nomine beatius uobis fingi queat ? Quid enim tale habet aurea corona
caput cingens , quale catena manum propter Deum circumdans ? Quid tale ingentes
& ſplendidę domus,quale carcer caliginis ac ſordium atque ingentis fœtoris & calamitatis ple-
nus Dei cauſa? Quæ cum ita ſint,gaudete & exultate,coronis caput cingite,tripudiate,quod mo
leſtiæ,in

Digitized by Google

A leſtiæ, in quas incidiſtis, magnam, vobis commodorum materiam comparent. Hoc nimirum ſemen eſt, meſſem omni ſermone ſublimiorem prænuncians: hoc luctę, uictoriam & palmas afferens: hoc nauigatio, amplum & vberem queſtum concilians. Hęc igitur omnia eum animis ueſtris repetentes, preſtantiſsimi ac religioſiſſimi domini mei, gaudete & lætamini, nec tempus vllum intermittite, quin Deum in omnibus rebus collaudetis, ac mortiferas diabolo plagas inſetatis, ingentemq. uobis ipſis in cælis mercedem recondatis. Non enim ſunt condignæ paſſiones huius tēporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Ad nos autem quam ſæpiſſime ſcribite. A vobis enim, qui Dei cauſa vincti eſtis, litteras, quæ afflictiones ueſtras exponant, magnopere accipere cupimus; hincq. ingentem, etiam in extrema terra degentes, conſolationem capiemus.] hæc ad Epiſcopos & presbyteros in vincula agentes Chryſoſtomus, aliaque plura ipſo digna, quę breuitatis cauſa pretermittimus.

CXV.

At reſpexit tandem Dominus ſuper caſtra Philiſtinorum, & intonuit fragore magno ſuper eos, cum Ioannis aduerſarios, calumniatum miniſtros, ſchiſmatiſq. architectos diuerſis eiſdemq. prodigioſis exagitauit ęrumnis: vt palam omnibus fieret, vindicta diuina eos eſſe percuſſos, qui tot

B innoxios perſeculi Iudices adeo afflixiſſent; intelligerentq. omnes iram Dei, præiudicium futurorum malorum, in vltionem ſceleratorum haud ſero exoltatam fuiſſe. At quinam iſti fuerint, quęve perpeſsi, Palladius hiſce verbis enarrat [a]: Hinc enim quorumdam corpora Epiſcoporum & laicorum morbus aſſumens, varijs cruciatibus agitat, lenta febre inteſtina depaſcens, prurituſque intolerabilis totam ſuperficiem vnguibus lanians, longi quoque inteſtini perpetui dolores, & colica paſſio. Cuiuſdam pedes, intercutanei morbi inſtar, nimia inflatione turgeſcunt. Alteri nimia humoris redundantia ad manus vſque deriuans, eos qui male ſubſcripſere, digitos mixto frigori incendio cruciat. Alium aqualiculi tumor & putredo ex ſecretiore parte corporis in longum ſe extendens, & vermes gignens, acriter vexat. Ad hoc reſpirandi difficultas, omnium intentio mēbrorum, imagineſq. nocturnæ in canes rabioſos, & diſtrictis gladijs barbaros, & vocem horrendam tranſeuntes, inſomnem ſomnum pleriſque faciunt. Alius equo lapſus, dextero fracto crure, continuo moritur. Alius amiſſa voce, octo menſibus iam marceſcit in lecto, qui nec manus ad os apponere poteſt. Alius uluens crura ſenſim vſque ad genua per triennium uritur, chryſipeli moleſta fatigatus. Alius inflata (vt aiunt) lingua cum febre uehementi, nec ualens eam intra præſtitutum a

a Pallad. dialog.
Perſecutores Ioannis Chryſoſto. male pereunt.

C natura locum continere, in pugillari ſcribens, confitebatur ſcelus ſuum. Erat itaque uidere diuinitus illatam iram uarijs in auctores mali ſeuire modis. Qui enim animarum medicum irritauerāt, eiuſq. diſcipulum de ſalutis officina proiecerant, corporum medicis ad incendendum ac cædem tradebantur: qui dolorem quidem ſolemnibus medicamentis acuebant, ſalutem vero nullam penitus preſtare poterant. Et merito ſanè. Quis enim eum ſanabit, qui a Deo cruciatur? ſicut Propheta ait [b]: Numquid medici reſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? In hunc modum omnes Eccleſiaſticę pacis aduerſarij peribant.] hucuſque de his Palladius, a quo & caſus Cyrini Epiſcopi Chalcedonenſis, inter anteſignanos aduerſariorum Ioannis adnumerandi, prætermiſſus videtur: de quo iſta Socrates [c]:

b Pſal. 87.
c Socrat. lib. 6. cap. 14.

CXVI.

Maruthas Epiſcopus Meſopotamiæ, inuito ſane animo, pedem Cyrini, preſſo forte veſtigio, oblæſit. Vnde Cyrinus acerbe excruciatus, cum ceteris Epiſcopis Conſtantinopolim proficiſci non potuit, ſed manſit Chalcedoni.] & poſt multa [d]: Adeo eo infortunio male affectus afflictuſque fuit, ut pes eius putreſceret, & propterea neceſſitate adductus, eum a corpore abſcinderet: neque ſectionem ſemel paſſus eſt, ſed ſæpius: nam mali contagio per uniuerſum corpus ſerpſit: adeo

D vt alter pes ea infectus ſimiliter amputaretur. Huius rei propterea feci mentionem, quòd erat multis in ore, Cyrinum iſta perpeſſum, quòd Ioannem conuitijs exagitauerat, atque eum contumacem (vt a me dictum eſt ante) ſæpius vocauerat.] hęc Socrates, eadem quoque Sozomenus [e].

Cyrinus Epiſcopus diuinā irā expertus.
d Socrat. lib. 6. cap. 17.
e Sozom. lib. 8. cap. 16.

CXVII.

Sed maiora his accipe prodigia de cælo ſurſum, & offenſi numinis ſigna in terra deorſum. At quęnam iſta? Audi Socratem [f] res ingentes paucis tamen complectentem: Porro cum grando magnitudine inuſitata in ſuburbijs Conſtantinopoli forte decideret, (accidit hoc quidem pridie Kalendas Octobris, eiſdem Conſulibus paulo ante citatis, (*nempe Honorio & Ariſteneto*) percrebuit ſermo, iſtud, Deo irato, propter Ioannem in dicta cauſa abdicatum contigiſſe. Hunc ſermonē Imperatricis mors, quę illico inſecuta eſt, uehementer auxit: nam quatriduo poſt delapſam grandinē e uita deceſſit.] hæc Socrates, cui ęque aſſentitur S. Proſper [g], dum affirmat, hoc eodem anno, ſub dictis nimirum Conſulibus, Eudoxiam Auguſtam extremum clauſiſſe diem, quod tradit etiam Marcellinus [h]. Cedrenus [i] autem genus mortis eius ita deſcribit: Cum (inquit) vterum ferret, iamq. partui eſſet uicina, fœtus in utero extinctus eſt: ac cum eum vellet eniti, id fruſtra fuit: totoſque dies quattuor mortuus fœtus in utero retentus cōputruit, atque uteri quoq. abſceſſum effe-

E cit. Cumq. neque exiret fœtus, & dolorum finis non eſſet: quidam ei litteras magicas ſuperpoſuit: quare & ſtatim eiecit mortuum fœtum, & ſimul animam miſerrime efflauit.] hæc Cedrenus, qui & enumerat editos ante filios, Pulcheriam, Placillam *, Arcadiam, Marinam, ac Theodoſium vltimo loco natum: cæterum Marcellinus nouiſſime editam tradit Marinam. De Eudoxię uero ſepulchro hæc Nicephorus [k]:

f Socrat. lib. 6. cap. 17.
Grando diuinitus immiſſa ob ſcelus patratum.
g Proſp. in Chro.
h Marcellin. in Chron. Zonar. Annal. 3. parte.
i Cedrenus in Compend.
Eudoxiæ infelix exitus.
* Flacillam
k Niceph. li. 13. cap. 36.

CXVIII.

Vrnam, cui impoſita eſt, moueri cernere erat, Deo uidelicet eum, qui per illam concitatus fuerat, in Eccleſia motum, oſtendente.] Porro nec Arcadius, quamuis iunioris eſſet ætatis, diu ſuperſtes fuit, uixq. ad quadriennium uitam propagauit: ut plane ulciſcente numine, palam factum ſit, quanto periculo Principes eos inſequantur, de quibus illata terribilis pręceſſit comminatio Chriſti [l]: Qui tangit uos, tangit pupillam oculi mei.] &: Qui ſcādalizauerit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Hęc autem omnia diuinitus immiſſa in Eudoxiam ob patratorum in S. Ioannem Chryſoſtomum ſcelerum ultionem, nemo eſt qui iure dubitare poſſit.

De ſepulchro Eudoxiæ.
l Matth. 18. Marc. 9. & Luc. 17.

Quod

CXIX. *De tempore obitus Eudoxiæ*

Quod autem in controuerſiam adduci poteſt, illud eſt, num re uera hoc anno (ut citati auctores teſtantur) contigerit Eudoxiæ obitus: ſiquidem ſuperuixiſſe etiam poſt biennium, a Græcis omnibus qui Vitam conſcripſere S. Ioannis Chryſoſtomi, ac pariter recentioribus item Græcis hiſtoricis affirmatur: ita quidem Leo Auguſtus, Metaphraſtes, Nicephorus, Cedrenus, Zonaras, Glicas, & alij abſque dubitatione teſtantur. et quod maius omnibus his teſtimonium, immo teſtimonia videri debent; cũ Innocentij Papæ litteræ ad Arcadiũ Imp. poſt obitũ Ioãnis Chryſoſtomi datæ, tum Arcadij ad eum redditæ, ad huc eo tempore Eudoxiam ſuperſtitem fuiſſe, ſignificant, quam idem qui ſupra auctores, vt Zonaras, & alij eum ſecuti, tres menſes ab obitu Ioannis ſuperuixiſſe tradũt. His adde: Si verum eſt, eam hoc adeo prodigioſo interitu extremum clauſiſſe diem; quomodo Palladius, vnus ex Ioannis fautoribus, cum recenſet ſeriatim omnes qui ob perſecutionem illatam Chryſoſtomo a Deo male mulctati ſunt, de malis illatis Eudoxiæ ne verbum quidẽ, quæ ante omnia fuerant recenſenda? plane ſignificans ea nondum hoc tempore facta eſſe. ſed de his modo hactenus. Quæ autem poſt hæc acciderunt, ſequenti anno dicturi ſumus. A

CXX. *Cõcilium Carthaginenſe.* *a Apud Concil. Afric c. 60.* *Legatio ex Cõcilio Carthag. ad Honorium Imperatorem.*

At res Occidentales iam ad ſe euocant orationem. Hoc enim anno, iiſdẽ Conſulibus Honorio ſextum & Ariſteneto, VI. Kalendas Iulias, habita eſt Carthagini Synodus, ex qua [a] decreta eſt legatio ad Honorium Imperatorem contra Donatiſtas, vt Imperatoria cogerentur auctoritate pacifice agere, qui fraterna conuentione, qua ad pacem & concordiam fuerant inuitati, contempta, in eos conuenientes Epiſcopos armata manu (vt pluribus diximus) graſſati eſſent. Porro eiuſmodi ab Imperatore exigendæ petitionis quæ cauſa præceſſerit, diximus anno ſuperiori. Sic itaque delecti ſunt, ad hæc peragenda duo legati Epiſcopi Theaſius & Euodius; quibus, quid agendum eſſet, ſcriptis data eſt admonitio, in hæc verba: B

CXXI.

Commonitorium fratribus Theaſio & Euodio legatis ex Carthaginenſi Concilio ad glorioſiſſimos religioſiſſimoſq. Principes miſſis.

Cum Domini auxilio piiſſimos Imperatores adierint; eis inſinuent, quemadmodum plena fiducia, ſecundum ſuperioris anni Cõcilium, Donatiſtarum præpoſiti Actis municipalibus ſunt cõuenti; vt ſi confiderent de aſſertionibus ſuis, electis ex ſuo numero aliquibus idoneis, nobiſcum pacifice conferrent, & manſuetudine Chriſtiana, ſi quid veritatis tenerent, non ambigerent demonſtrare; quo ita ſinceritas Catholica, quæ iampridem ſuperioribus temporibus claruit, nunc quoq. per imperitiam, vel pertinaciam reſiſtentibus innoteſceret. Sed quia diffidentia premebantur, nihil pene auſi ſunt reſpondere. Vnde quia impletum eſt erga eos Epiſcopale ac pacificum officiũ; C

Quæ ab Imperat. Honorio petituri eſſent Legati Epiſcopi.

& illi qui veritati reſpondere nequiuerunt, ad immanes violentias ſunt conuerſi, ita vt multos Epiſcopos, multoſq. clericos (vt de laicis taceamus) inſidijs oppreſſerint, eccleſias etiam aliquas inuaſerint, aliquas inuadere pertẽtarint: ipſorum iam clemẽtiæ eſt cõſulere, vt Eccleſia Catholica, quę eos religioſo vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam proſpectione muniatur: ne temerarij homines religioſis temporibus, infirmos populos terrendo, præualeant; quoniam ſecundum leges deprauare non poſſunt. Nota eſt enim, & ſæpe legibus conclamata Circumcellionum, qua furiunt, deteſtabilis manus: quæ etiam ipſorum religioſiſſimorum ſupra Principum ſequẽtibus ſanctionibus condemnata eſt: aduerſus quorum furorem poſſemus non inſolita, nec a Scripturis ſanctis aliena impetrare ſubſidia; quando Apoſtolus Paulus (ſicut in Apoſtolorum Actibus fidelibus notum eſt) factioſorum cõſpirationem militari etiã ſubmouit auxilio. Sed nos illud poſcimus vt Catholicis Eccleſijs ordinem per ciuitates ſingulas, & vicinorum quorumque poſſeſſorum, per diuerſa loca ſine vlla diſſimulatione tuitio præbeatur.

CXXII. *Lex de auraria mulcta reſtituenda.*

Simul etiam petendum, vt illam legem, quæ a religioſa memoria, eorum patre Theodoſio, de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, ſeu etiam in poſſeſſores (vbi eorum congregatio deprehenditur) promulgata eſt: ita deinceps confirmari præcipiãt, vt in eos valeat, cõtra quos pp eorũ inſidias Catholici prouocati cõteſtationẽ diſpoſuerũt; vt hoc ſaltẽ tenore a ſchiſmatica vel hæretica prauitate deſiſtãt, q cõſideratione æterni ſupplicij emẽdari corrigiq. diſſimulãt. D

Petendum etiam, vt lex, quæ hereticis vel ex donationibus vel ex teſtamentis aliquid capiendi vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, vt eis relinquendi vel ſumendi ius adimant, qui pertinacię furore cæcati in Donatiſtarum errore perſeuerare voluerint: ceterum illis, qui conſideratione vnitatis & pacis ſe corrigere voluerint, abſque interdicto huius legis capiendæ hereditatis aditus pateat, ſi adhuc in errore hæretico conſtituris aliquid ante donationis vel hereditatis obuenit: his ſane exceptis, qui lite pulſati, putauerint ad Catholicam tranſeundum: quia de talibus credibile eſt, non metu cæleſtis iudicij potius, quam terreni cõmodi auiditate, vnitatem Catholicam præoptaſſe.

Ad hæc autem officia præſidio opus eſt poteſtatum ſuarum quarumcumque prouinciarum. Sane pro vtilitatibus Eccleſiæ quicquid intellexerint prodeſſe, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem.] hæc ſunt quæ per legatos decreuit S. Synodus ab Honorio petenda eſſe. E

CXXIII. *b Aug. epiſt. 50.*

Interea vero, vt, dum iidem redirent legati, conſultum eſſet Catholicorum ſecuritati ex eadẽ Synodo litteræ datæ ſunt ad Iudices, vt patrocinium ſuſciperent Catholicorum: additæq. legatis litteræ commendatitiæ ad Romanum Pontificem, vel alios Epiſcopos in locis illis, vbi Imperatorem morari cõtigiſſet. Annuit his omnibus Imperator Honorius, vt ex eius reſcriptis anno ſequẽti datis intelligi poteſt: ad illud enim uſque tempus eiuſmodi negotium perductum eſt. Meminit huius ex Concilio decretæ legationis S. Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium [b], & alijs in locis anno ſuperiori recenſitis, vbi occaſione Generalis Concilij huiuſcemodi hiſtoriæ tractationem fuſius proſecuti ſumus: reliquã vero anno ſequenti.

CXXIV. *Diſputatio Felicis Manichæi cum S. Aug.*

Quod rurſum ad Africanæ Eccleſiæ res geſtas pertinet: hoc ipſo anno, ſub iiſdem Conſulibus (vt Acta publica a Notarijs excepta docent) S. Auguſtinus Hippone regio in eccleſia coram populo cum Felice Manichæo, qui ad hoc ipſum (vt idem Auguſtinus teſtatur) illuc venerat, vt erra-

res

A res Manichæorum diſſeminaret, biduo diſputauit: cuius quidem diſceptationis Poſſidius [a] meminit. Feliciſſimum ſane eiuſdem Felicis conuerſione ad Catholicam veritatẽ nacta eſt hæc diſputatio finem; cum alioqui hic verſutior Fortunato fuiſſet hæreticus, & plane audaciſſimus auſus ſit in eccleſia ſua ſanctum Auguſtinum agentem appetere. Sed reddamus hic ad finem diei ſecundæ diſputationis poſitam, a Notarijs exceptam, ipſius Felicis damnationem hæreſis, ac veræ fidei confeſſionem. ſic enim ſe habet: Cum eamdem chartam Auguſtinus Felici dediſſet etiã illa manu ſua hæc verba ſcripſit [b]: Ego Felix, qui Manichæo credideram, nunc anathematizo eum, & doctrinam ipſius, & ſpiritum ſeductorem, qui in illo fuit: qui dixit, Deum partem ſuam genti tenebrarũ miſcuiſſe, & eam tam turpiter liberare, vt virtutes ſuas transfiguraret in feminas contra maſculina, & ipſas iterum in maſculos contra feminina dæmonia, ita vt poſtea reliquias ipſius ſuæ partis configat in æternum globo tenebrarum. Has omnes & ceteras blaſphemias Manichæi anathematizo.]& ad poſtremum appoſita eſt ijſdem Actis vtriuſque ſuſcriptio in hæc verba:

Auguſtinus Epiſcopus his in Eccleſia coram populo geſtis ſubſcripſi.

Felix his geſtis ſubſcripſi]

a Poſſid. in Vita Aug. c. 16.

b Auguſ. contra Felicem Manic. lib. 2. in fine.

Felix Manichæus a S. Auguſtino conuerſus ad fidẽ Catholicam.

B Felice igitur ad Catholicam fidem conuerſo, iam hæreſis ipſa Manichæorum, etſi non prorſus extincta, ſane quidem eneruata atque debilitata penitus fuit; vt nullus poſthac inuentus ſit, qui publice eius patrocinium ſuſcipere auſus fuerit, iam ante Fauſto inde ſubmoto. Nam cum Imperatorum legibus Manichæi in Africa exagitati fuerint; ipſe erroris cõuictus in iudicio, a Præſide fuerat in inſulã relegatus, vt idẽ ſanctus Auguſtinus [c] teſtatur, qui aduerſus eum commentarios elaborauit, vbi ait: Fauſtus autem conuictus, vel confeſſus quod Manichæus eſſet, cum alijs nonnullis ſecum ad iudicium Proconſulare perductis, eis ipſis Chriſtianis, à quibus perducti ſunt, intercedẽtibus, leuiſſima pœna (ſi tamen pœna dicenda eſt) in inſulam relegatus eſt: quod ſua ſponte quotidie ſerui Dei faciunt, ſe a turbulento ſtrepitu populorum remouere cupientes, & vnde publica terrenorum Principum vota per indulgentiam ſolent relaxare damnatos. Deniq. non multo poſt inde omnes eadem ſolemni ſorte dimiſſi ſunt.] hæc Auguſtinus de Fauſto Manichæorum Epiſcopo, cõmendans in his manſuetudinem Catholicorum. Porro aduerſus eius ſcripta idem Auguſtinus triginta libris quam fortiſſime diſputauit.

CXXV.

c Auguſt. contra Fauſt. libr. 5. c. 8.

Fauſtus Manichæus damnatus & reſtitutus.

Hoc item anno, ijſdem Conſulibus, Innocentius Papa decretalem epiſtolam dedit ad S. Victricium Rothomagenſem Epiſcopum, quam ipſe expetijſſet, vt in his quæ ſpectant ad Eccleſiaſticã C diſciplinam, normam ab ipſa Apoſtolica ſede acciperet. Hic namq. ille magnus Victricius ætate longæuus, iam olim Iuliani Apoſtatæ temporibus miles, Chriſti confeſſor, miraculis egregie nobilitatus; cuius præclarum certamen ex S. Paulino Nolano Epiſcopo, ſuo loco, quarto tomo a nobis recitatum eſt. Vides pios & doctrina ſpectatos ſanctiſſimos Epiſcopos, quantumlibet ſatis ipſi ſibi ad informandam plebem fidelem Eccleſiaſticis inſtitutis eſſe videri poſſent, ex fonte tamen ſolitos originario haurire aquas; quod nimirum maioris ſcirent roboris eſſe, & maiori ſuſcipi reuerentia, quod ab Apoſtolica ſede conſtaret eſſe petitum. Porro quod hoc anno Victricius egit, id ipſum præſtitit ſequenti anno S. Exuperius Epiſcopus Toloſanus, & alij alijs temporibus ſemper: vt appareat, ſanctos quoſq. Dei amicitia coniunctos, gratiaq. miraculorum pollentes, ad ſedis Apoſtolicæ doctrinam, tamquam ad diuinum ſemper in Petro loquens oraculum, conuenire ſolitos; illud firmum ſolidumque exiſtimantes, quod tantæ ſedis auctoritate intelligerent comprobatum. Vt plane perſpicias, quales habendi ſint, qui eius refugiant diſciplinam, ac poteſtatem diuinitus in Petro a Chriſto impertitam contemnant. Quod vero Nouatores dictam Innocentij Papæ ſugillẽt D epiſtolam, dum ipſe negat recipiendam eſſe pœnitentiam ſacræ virginis lapſæ, niſi defuncto viro, cui ſe titulo nuptiarum coniunxerat; obijcientes inique actum differendo lapſæ pœnitentiam in obitum adulteri. Sed nihil æquius atque ſanctius valuit decreto Romani Pontificis definiri, quã vt reijciatur prætenſa lapſæ virginis pœnitentia, quæ titulo nuptiarum cum adultero tamquam legitimo viro cohabitare delegit. Ita plane a S. Victricio Epiſcopo Rothomagenſi cauſam eſſe propoſitam, quæ idem Innocentius Papa præfatur in ea quam ad ipſum reddit, epiſtola, intelligi poteſt, dum ait: Quoſdam enim aſſeris extitiſſe, qui ſtatuta maiorum non tenentes, caſtitatem Eccleſiæ ſua præſumptione violant, populi fauorem ſequentes, & Dei iudicium non timentes.] quod dicerent nuptias iure ciuili tantummodo contrahendas, contractaſque ratas eſſe habendas, nec vlterius ſoluendas. Præſumptiuas has nuptias Gilda huius temporis ſcriptor nominat, vbi lugẽs hæc ait [d]: Spernuntur namque primæ poſt monachi votum irritum, illicitæ licet, tamen propriæ coniugis præſumptiuę nuptiæ, alia viri viuentis non externi, ſed fratris filij adamata, &c.] Qui igitur in eiuſmodi nuptijs perſeuerare decernerent, plane inhabiles penitus reddebantur, quibus pœnitentiæ remedio poſſet Eccleſia ſubuenire, niſi adultero coniugis loco habito morte ſublato. Quam aũtem pronus ad indulgentiam, faciliſque ad veniam impertiendam Innocentius Papa eſſet, quæ idẽ E ipſe ſcribit ad S. Exuperium Epiſcopum Toloſanum declarant. Sunt pleraq. alia, quæ in eiuſdẽ Innocentij Papę epiſtolis eſſe nęuos ijdem Nouatores obtrectant; quę cum ab Apoſtolicis traditionibus, ſanctorum Patrum doctrina, vſu Eccleſię ſibi vendicent auctoritatem, gemmas potius eſſe, quam nęuos, niſi limis oculis aſpexiſſent, ſatis intelligere ac perſpicue cognoſcere potuiſſent.

CXXVI.

Sãctiſſimi Epiſcopi ſoliti conſulere Apoſtolicam ſedem.

Redarguuntur Nouatores de epiſtola Innocentij Papæ.

d Gild. de excid. Britan.

Iiſdem huius anni Conſulibus, Honorio ſextum & Ariſteneto, S. Hieronymus obitum ſanctæ Paulæ conſignat, vbi ait [e]: Dormiuit ſancta & beata Paula ſeptimo Kalendas Februarii, tertia ſabbati, poſt Solis occubitum. ſepulta eſt quinto Kalend. earumdem, Honorio Auguſto ſexies & Atiſteneto (*ſic reſtituendum pro Ariſtenio*) Conſulibus. Vixit in ſancto propoſito Romæ annos quinque, Bethlehem annos viginti; omne vitæ tempus impleuit annis quinquagintaſex, menſibus octo, dieb. viginti & vno.] hæc ipſe ad finẽ epiſtolæ ad Euſtochiũ, qua eiuſdẽ clariſſimæ atq; ſanctiſſimæ feminæ res geſtas proſecutus eſt. Sed cuius nos hic obitũ ex ratione temporis ponimus, eiuſdem proſequamur & funus; quo veteres pariter mores Eccleſiæ referentur. Ait enim S. Hieronymus:

CXXVII.

Obitus Paulæ.

e Hieron. epiſt. 27.

Exhinc

CXXVIII. *Funus eiuſdē.*

Exhinc non vlulatus,uon planctus,vt inter ſæculi homines fieri ſolet;ſed pſalmorum linguis A diuerſis examina concrepabant.Tranſlataq.Epiſcoporum manibus,& ceruicem feretro ſubijciētibus.]ita quidem more maiorum,quo transferri conſueuiſſe ſacras ſanctorum reliquias,alibi ad notauimus:Sed pergit:Cum alij Pontifices lampades cereoſq.præferrent,alij choros pſallentium ducerent,in media eccleſia ſpeluncha Saluatoris eſt poſita.Tota ad funus eius Palæſtinarum vrbium turba conuenit.Quem monachorum latentium in eremo cellula ſua tenuit?Quam virginū cubiculorum ſecreta texerunt?Sacrilegum putabant,qui non tali feminæ vltimum reddidiſſet officium. Viduæ & pauperes,in exemplum Dorcadis [a], veſtes ab ea præbitas oſtendebant:oīs inopū multitudo matrem & nutriciam ſe perdidiſſe clamabat.Quodq.mirum ſit,nihil pallor mutauerat faciem:ſed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, ſed dormientem. Hebræo,Græco, Latino,Syroq.ſermone pſalmi in ordine perſonabant,non ſolum triduo,donec ſubter eccleſiam & iuxta ſpecum Domini conderetur,ſed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant,ſuum funus & proprias credentibus lacrymas.]hæc de funere. pergit iam dicere de Euſtochio matri cariſſimæ extrema perſoluenti:cui nec nummum quidem tradit a matre eſſe relictum,ſed magnum æs alienum,& curam fratrum ac ſororum,nempe monachorum & monacharum , quorum illa conſtruxerat monaſteria. Hæc vero vna cum Paula, nepte, Toxotij fratris filia, ibidem ad obitum vſque digno ſanctitatis perſeuerauit exemplo. ſed ea rurſum inferius.

a Act. 9.

CXXIX.

Hoc anno idem S.Hieronymus editam a Theophilo nouiſſimam Paſchalem epiſtolam, ſicut de alijs antea fecerat in Latinum tranſtulit. Teſtatur id quidē ipſe in epiſtola hoc ipſo anno ad eūdem Theophilum ſcripta,in qua de S.Paulæ obitu meminit,deq.afflictione quam ipſe ob Eccleſiæ turbines pateretur,ſignificans plane turbas Eccleſiæ Cōſtātinopolitanæ ob expulſum a ſede Chryſoſtomum eius Epiſcopum.ait enim [b]: Ex eo tempore,quo beatitudinis tuæ accepi epiſtolas iūcto Paſchali libro,vſque ad præſentē diem,ita mærore,luctu, & ſolicitudine,ac diuerſis ſuper ſtatu Eccleſiæ hinc inde rumoribus exagitatus ſum,vt vix volumen tuum potuerim in Latinum ſermonem vertere.]& ad poſtremum hæc de S.Paula:Ita enim ſanctæ & venerabilis Paulæ confectus ſum dormitione,vt abſque tranſlatione huius libri vſque in præſentiarū nihil aliud diuini operis ſcripſerim. Perdidimus enim(vt ipſe noſti)repente ſolatium,quod(vt conſcientię noſtræ teſtis eſt Dominus)non ad proprias ducimus neceſſitates,ſed ad ſanctorum refrigeria,quibus illa ſolicite ſeruiebat.]Sic igitur videas,hoc anno,quo S. Paula obit,ſanctum Hieronymum laboraſſe in reddenda Latinitati vltima Theophili epiſtola:quam illam ipſam eſſe,quæ tertio loco ponitur,ex argumento eius ab eodem Hieronymo eadem epiſtola ſummatim complexo,ſatis intelligi poteſt, cuius eſt exordium:Nunc quoque Dei viuit Sapientia.]in qua ex more, poſt nonnulla de ieiunio & Quadrageſima, in Origenis errores inuehitur. C

b Hieron. epiſt. 31.

CXXX. *Hieronymus in quibus iungeretur Theophilo.*

Iunctus quippe erat S.Hieronymus Theophilo in diſſipandis Origeniſtis,deſtruendiſq.erroribus Origenis,non autem in perſecutione ab eo aduerſus Ioannem Chryſoſtomum excitata,qđ deteſtandum videbatur:laude quidem dignum illud,Origeniſtis atque erroribus Origenis reſiſtere;quibus ad perdendam Catholicam veritatem a nonnullis ianua iam aperta erat.Ceterum ipſū Hieronymum Chryſoſtomi cauſa maximo fuiſſe dolore affectum,adeo vt etiam in febrim inciderit,ipſe ſuæ epiſtolæ exordio tradit,licet eum non nominet:nam de alijs Eccleſiarum turbis nihil eſt quod poſſit intelligi,cum non eſſent alibi alia de re tunc concitati tumultus.Si enim in his conſpiraſſet S.Hieronymus cū Theophilo;certe quidē ſibi gaudēdū,illiq.gratulandū fuiſſet,quod ſcilicet res ex ſententia euenisſet. Rurſum vero eodem Paulæ obitus tēpore,ſe quoque Latinum vertiſſe Regulas monachorum a S. Pachomio, Orieſio, & Theodoro ſcriptas,ipſe in præfatione illis affixa teſtatur.extant ipſæ in appendice ad Caſſianum Romæ cuſum,& doctis notis viri inſigniter eruditi Petri Ciaconi Toletani egregie illuſtratum. Meminit ſcriptorum Pachomij,Orieſij, atque Theodori Gennadius [c] agens de Viris illuſtribus. Vides quanta reuerentia proſecuti ſint ſāctiſſimi ac doctiſſimi Patres inſtituta monachorum;quæ S.Hieronymus,hac ex parte etiam commendandus profuturus(vt ipſe teſtatur)Latinis ſuis,in Latinum conuertit. Sed iam ad res geſtas ſequentis anni progrediamur. D

Hieronym. vertit in latinum Pachomij regulas.

c Gēnad. de Vir. illuſtr. c. 7. 8. 9.

IESV CHRISTI ANNVS 405. INNOCENTII PAP. ANNVS 4. ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNVS 11.

I. *Anthemij Cōſulis pietas egregia.*

QVinto ſupra quadringenteſimum anno,Stilicho ſecundum & Anthemius Conſules creati ſūt, E in Occidente ille,iſte autem in Oriente. Porro Anthemij inſignis pietas a Patribus dignis elogijs prædicatur. Ad eum enim,ſimulac auditum eſt Conſulem creatum eſſe,S.Ioannes Chryſoſtomus Cucuſo iſta ſcripſit [d]:

d Chryſoſt. epiſt. 147.

Alij tibi Conſulatus atque Imperij nomine gratulantur:ego autem magnificentiæ tuæ cauſa ipſis quoque maieſtatibus Imperijſq. gratulor:neque enim te ornarunt,verum abs te ornata ſūt: quandoquidem etiam ea virtutis natura eſt, vt honores non aliunde mutuetur,verum ipſa eos in ſeſe circumferat,nimirum hiſce dignitatibus honorem præbens,non autem ipſa ab illis accipiēs. Eaq.de cauſa ne amori quidem erga te noſtro quicquā nunc adiunximus:nihil enim tibi amplius acceſſit:nec nos Præfectum atque Conſulem amamus,ſed dominum meum ſuauiſſimum Anthemium cum magna prudentia atque ingenij acumine,tum etiam ingenti philoſophia refertum. Ac proinde te quoque beatum prædicamus;non quod ad hunc thronum euectus ſis;ſed quia vberiorē prudentiæ tuæ atque humanitatis demonſtrandæ materiam accepiſti. Atque ijs omnibus,quibus

iniuria

A iniuria fit,gratulamur:latum ſcilicet animæ tuæ portum intuentes,eam vim habentem,vt innume
ra naufragia depellere queas,atque efficere,vt ij qui in atrociſſimam tempeſtatem inciderunt,ex
animi ſententia nauigent.Ac propterea exultamus,& lætitia diffundimur;Imperium tuum,com-
mune eorum qui iniuria afficiuntur,factum eſſe exiſtimantes:quo etiam nunc ipſi fruimur,vt qui
ex virtutum tuarum magnitudine propriam nobis voluptatem fingamus.] hactenus ad Anthe
mium nouum huius anni Conſulem Chryſoſtomus.Addamus & his quæ inter ipſum Anthemiũ
& S.Aphraatem tranſacta ſunt.

Coluiſſe hunc quidem viros pios ſanctoſq.monachos,argumento ſunt,quę de eodē Anthemio II.
Theodoretus in Aphraate(de quo nos plura ſuperius)ita ſcribit [a]: Aiunt autem,Anthemium,qui a Theodor.hiſt. ſanct.Patr.c.8.
poſtea fuit & Præfectus & Conſul,cum electus Legatus profectus eſt ad Perſas,ad eum(*nempe A
phraatem*)attuliſſe tunicam apud Perſas contextam,& dixiſſe:Cum ſcirem vnicuique ſuam dulcē
eſſe patriam,& qui illic naſcuntur fructus eſſe iucundiſſimos;hanc ex patria ad te attuli tunicā, *Quæ tranſacta*
rogoq.vt eam accipias,ego vero ſim tuæ benedictionis particeps.Is autem eām quidem primum *inter Anthe-*
iuſſit poni in ſubſellio.Deinde cum multi fuiſſent interiecti ſermones,dixit ſe angi animo,vtpote *mium & A-*
quod ſit in duas partes diuiſa cogitatio:Illo autem rogante cauſam:Semper(inquit) conſtitui ha- *phraatem.*
B bere unum ſolum qui mecum,habitaret,mihiq.ipſi hanc legem præſcripſi,vt mihi omnino dene
getur duorum ſimul habitatio.Cũ ergo vnus mecum iam ſexdecim annis habitaſſet,& eſſet mihi
cordi:acceſſit quidam meus cōtribulis,volens mecum habitare,& rogās vt hoc ſibi liceat.hoc mi-
hi mentem diſtrahit;duos enim ſimul habere non patiar;contribulem enim amplector vt contri-
bulem:priorem antē,vt qui mihi cordi fuerit,expellere & graue & iniquum exiſtimo. Anthemius
vero:Merito(inquit)o Pater:neque enim fas eſt,vt eum,qui tibi plurimo tempore inſeruijt,aman
des,tanquam non aptũ;eũ autem,cuius morum nondum feciſti periculum, propter ſolā admittas
patriam. Ad hæc diuinus Aphraates:Non accipiam ergo(inquit)o vir admirande,hanc tunicam:
duas enim habere non patiar.Eſt enim hæc mea quidem ſententia iucundior,tua autem melior
ea quæ mihi tanto tempore inſeruijt.]Sic ergo ſanctus euitauit,quod inſtituto ſuo obſtare ſciret
munus Anthemij.

Qui quidem pietatis ac fidelitatis eximium poſtea ſpecimē edidit,cum defuncto Arcadio Im III.
peratore,pro Theodoſio puero regimen ſuſcipiens totius Imperij,eidem ipſum integrum illibatũ *Anthemij fide*
que ſeruauit.Sic igitur eximijs illuſtris virtutibus Anthemius,haud maiorum ſuorum voluit offun *litas.*
C di tenebris,& perperam geſtis infamari; cum illius Philippi nepos fuiſſe dicatur,qui Arianorum
nequiſſimus S.Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum a throno expulit,& ſtrangulādum cu b Socrat.lib.7.c.
rauit [b]. At de Conſule hactenus,nec nos purpura diutius detineat:inuiſamus potius exulem Ioā 1.
nem Chryſoſtomum Cucuſi commorantem.Qui quidem rigore aſperrimæ hiemis ita morbo cō-
fectus eſt,vt pene ex hac vita deceſſerit.teſtatur id ipſe quidem in epiſtola ad Olympiadem ſcripta c Chryſoſt.epiſt.
cum iam conualuiſſet,veris tempore:vbi ait [c]: 6.

Ab ipſis mortis ianuis reuocatus,hæc ad te ſcribo.] & paulo poſt.Hiems enim grauior quam IV.
ſolebat,exorta,grauiorem quoque nobis ſtomachi hiemem inuexit:nihiloq.melius ac cōmodius, *Quæ in hieme*
quam qui mortem obierunt,immo etiam grauius hos duos menſes confeci.Hactenus enim lucis *paſſus S.Ioan-*
huius vſura fruebar,vt malorum,quibus vndique cingebar,ſenſu afficerer.Omniaq. mihi noctis *nes Chryſoſt.*
inſtar erant,hoc eſt tam dies, quam diluculũ atque ipſa meridies:totoſq.dies lecto affixus exige-
bam.Cumq innumeras rationes comminiſcerer, contractum tamen ex accerrimo frigore detri-
mentum haudquaquam excutere poteram.Quamuis enim ignem etiam accenderē,& grauiſſimũ
fumum perferrem,& cubiculo incluſus tenerer,ſexcentiſq.veſtibus memet obuoluerem,ac ne li-
D mine quidem pedem efferre auderem:nihilominus tamen extremos cruciatus patiebar;quippe cũ
vomitus ſubinde orirentur,capitis dolores,cibi faſtidia,perpetuæq.vigiliæ: ſiquidem noctis pela
gus vſque adeo longum inſomnis exigebam.]hæc quidem ſe perpeſſum eſſe ad veris vſque tempus
ibidem tradit ; eademque rurſus ad eamdem ipſe conſcripſit [d]: quibus & addit : Hic enim d Chryſoſt.epiſt.
non modo neceſſariorum medicamentorum penuria eſt , ceterarumque rerum quibus æ- 15.
grum ac dolore confectum corpus releuari poteſt;verum etiam fames & peſtis imminent.Atque
hæc omnia mala perpetuus latronum impetus iam parturit,qui quam longiſſime graſſantes,atq.
omnes vndique vias intercludentes,hinc quoque non paruum ijs qui iter faciũt periculum creāt.]
hæc ipſe.Adueniente enim vere,ſolutaq. hieme,Iſauri hactenus incluſi domibus,audaciori furore
progreſſi , cuncta depredatione atque ſtrage miſcebant ; de quibus frequens eſt eiuſdem Chry-
ſoſtomi querela ad ſuos diuerſos amicos ſcribentis:

Quam autem celſo animo iſta ipſe perferret,& mente ſuperior his omnibus eſſet,audi ipſum V.
inter alia ad Antiochenos presbyteros iſta ſcribentem [e]: Hoc habetote,nos ſtomachi imbecilli *Ioannis Chry*
tate liberatos eſſe,commodeq.valere,ac nec obſidione,nec latronum incurſionibus ,nec loci ſoli *ſoſt.excelſus a*
E tudine,nec ſexcentorum aduerſorum caſuum turba,nec denique vllo alio huiuſmodi incommo- *nimus.*
do deijci ac conturbari,verum ingenti ſecuritate,otio,& quiete frui,ac ſingulis diebus de rerũ ve- e Chryſo. epiſt.
ſtrarum ſtatu in cura eſſe,&c.]Verum cum adeo in dies magis magiſq.increbreſcerent Iſaurorũ 130.
incurſus:factum eſt,vt quibus cuſtodia Ioannis mandata erat,rati minus tutum locum eſſe Cucu
ſum:cum exegiſſet(vt ait Palladius [f])ibi annum,in Arabiſſum magis munitum Armeniæ oppi- f Pallad. dialog. de reb.Io.Chry-
dum,ipſum non ſine magno periculo transferrent.cuius quidem peregrinationis periodũ ex ver- ſoſtomi.
bis eiuſdem Chryſoſtomi hæc ipſa ſcribentis ad Elpidium [g] Epiſcopum hic reddamus: g Chryſoſt.epiſt.

Neque enim(inquit)certo vllo loco defixi ſumus;verum nunc Cucuſum,nunc Arabiſſum,nũc 131. VI.
voragines,atque deſerta loca circumimus.Vſque adeo cuncta tumultibus ac perturbatione plena *Peregrinatio*
ſunt,flāmaq.& ferrum tam corpora quam ædificia omnia conficit.Ac iam etiam vrbes vna cum vi *Ioan. Chryſoſ.*
ris omnibus funditus exciſæ atque euerſæ ſunt;nouiſq.quotidie rumoribus perculſi, ſedes muta-
mus;graue quoddam ac nouũ exilij genus perpetientes,mortemq.in dies expectantes.Nam de
caſtello

Digitized by Google

caſtello quidem perinde atque carcere nunc incluſi, fidenti animo eſſe poſſumus: propterea quod A
Iſauri huiuſmodi arces obſidere non dubitent. Ad quas moleſtias etiam grauis morbus acceſſit:
cuius nunc ægre acerbitate depulſa, reliquias adhuc circumferrimus.] hęc ad Elpidium. Quibus
a Idem epi. 135. coniunge quę ad Theodorum diaconum idem in hæc verba conſcripſit [a] Obſidio noſtra in dies
ingraueſcit; atque in hac arce, tamquam in laqueo, deſidemus. Quippe iam etiam intempeſta no-
cte, præter ſpem omnem & expectationem, trecentorum Iſaurorum agmen oppidum percurſauit,
peneq. nos cœpit. Verum Dei manus confeſtim eos, nobis etiam nihil tale ſentientibus, hinc auer
tit: ita vt non modo periculo, ſed periculi metu vacui eſſemus: ortaq. die, cum denique quod conti
b Chryſoſt. epiſt. 69. gerat, reſciuerimus.] hæc ibi: ſed & ad Nicolaum presbyterum, quæ Arabiſſi pateretur, pluribus
narrat [b]. Scripſit inde & ad alios amicos, prolixiorem vero epiſtolam [c] ad Olympiadem, vbi &
c Idem epiſt. 4. ad finem hæc de Pelagio recens emergente hæreſiarcha:

VII. De Pelagio monacho magno dolore affectus ſum. Cogita igitur, quot, quantiſq. coronis digni
Pelagius Monachus hæreſiarcha detegitur. ſint qui forti animo in acie ſteterunt: cum viros tam pie ac ſancte, tantaq. cum tolerantia viuentes,
abripi, atque in fraudem impelli videamus.] Ex his quidem probe intelligere poſſumus, hoc potiſ
ſimum anno Pelagium in Oriente diu in veſtitu ouinæ pellis deliteſcentem, velatumq. hypocriſi, B
iam qualis intus erat, ab aliquibus lupum fuiſſe detectum: cum tamen ipſe verſipellis, inſtar Pro
tei, ne qualis eſſet, impius deprehendi poſſet, diuerſas ſæpe ex pietate formas compoſitas ſu-
perinduceret. Innotuit autem in primis nonnullis Ægypti monachis, penes quos diutius verſa-
d Iſid. lib. 1. epiſt. 314. tus eſt. Ad hunc Iſidorus [d] Peluſiota iam factum inſtabilem, & inſtar Cain vagum ſuper terram
iſta conſcripſit:

VIII. Cani [e] effuſi ſunt in Ephraim, & ipſe ignorauit: vitioſis nimirum affectionibus iuueneſcens.
e Oſeæ 7. Eodem modo tibi quoque ingens annorum turba caniciem inuexit; & tamen rigidum atque in-
Pelagi' ſenex & vagus Monachus. flexum animum habes, ex alio monaſterio ad aliud ſubinde migrans, atque omnium menſas per
ſcrutans & explorans. Quamobrem ſi tibi carnium nidor, atque obſoniorum condimentum cu-
rę eſt: ijs qui magiſtratus gerunt, potius blandire, atque vrbium caminos veſtiga. Neque enim
homines eremitæ facultates eas habent, vt te, quẽadmodum tibi gratum eſt, excipere valeãt.] hæc
ad Pelagium monachum vagum Iſidorus. At vagationis Pelagij haud putamus cauſam fuiſſe po
pinas abſumendi, ſed Pateram venenatæ hæreſis propinandi. ſed de eo ſuo loco pluribus: hæc au-
tem occaſione Chryſoſtomi epiſtolæ hoc anno Arabiſſi datæ, obiter meminiſſe ſatis. Iam vero ad C
ipſum Ioannem ibidem agentem exulem redeamus.

IX. Scribens ad Olympiadem, mittere ſe ait lucubrationem à ſe elaboratam Chryſoſtomus; quò
Vltima lucubratio Ioannis Chryſoſtomi. ipſius in afflictione poſitus animus non obruatur moleſtijs, ſed deſuper tamquam pennis quibuſ-
dam extollatur, & optimum inde ſibi ipſa remedium parare queat. ait enim [f]: Mitto ad te, id qđ
nunc litteris mandaui, nempe, Eum qui ſe ipſum non læſerit, a nemine alio lædi poſſe. Hoc quip-
f Chryſo. epiſt. 4. pe contendit, atque in eo verſatur ea oratio, quam nunc ad te mitto; quare fac eam aſſidue peruol-
uas, immo etiam, ſi per valetudinem licet, recites. Id enim pharmachum (ſi quidem volueris) tibi
g Extat. tom. 5. ſufficit.] hæc ipſe. Eſt autem ea ſcriptio, tractatus ille Chryſoſtomi, cuius eſt titulus [g]: Quod ne-
mo læditur, niſi a ſe ipſo.] cui inconſulte præfigitur inſcriptio Homiliæ: cum nequaquam ea tra-
ctatio in eccleſia ad populum habita ſit, ſed opus in cubiculo elaboratum, ac poſteris ſcriptorum
monumentis traditum, & quidem huiuſmodi, vt ipſum ſolum ſatis eſſe poſſit ad abſolutiſſimum
philoſophum efformandum: nouiſſimus ſane tanti Patris partus, quem dolore conceptum, morte
h Geneſ. 35. etiam nobili conſecrauit. vnde eum iure quis appellet Benoni [h], filium nempe doloris; ſed ipſe
Beniamin magis dicendum putauit, videlicet dexteræ filium; vtpote qui efficaciſſimus ſit, quem- D
libet afflictionum abyſſo ſummerſum conſolatione erigere, atque ſpirituali lætitia ſuper celos ef-
ferre; ac proinde digniſſimus qui ſemper præ manibus habeatur, vtpote dulciſſima tanti Patris vl
tima verba:

X. Qui igitur pro ratione ſcriptorum, quibus alios ad ſublimem philoſophiæ verticem eleuauit,
Ioannes Chryſoſtomus curam gerit Phœnicũ & Gothorum. ſe ipſum ad numeros eoſdem compoſuit, licet innumeris premi videretur anguſtijs: his omnibus
eminentius euolans, aliorum longe licet abſentium proſpiciebat incõmodis. Hinc enim Arabiſſo
contemplatur eam, quæ in Phœnicia erat Eccleſia, ex Gentilibus ad fidem haud pridem collecta,
de qua ſuperius mentio facta eſt. Ei enim miniſtris indigenti ac ſumptibus, datis ad amicos litte-
i Chryſoſt. epiſt. 51. 53. 54. 55. 69. 123. 126. ris, conſulere in omnibus, quibus opus haberet non prætermiſit. Ad hæc namque ſpectant diuerſę
ipſius epiſtolæ [i] ad diuerſos datæ, quas hic tantum tibi notaſſe ſatis: ſi velis, perlegere ipſe pote-
k Chryſoſt. epiſt. 123. ris. ea quidem curat (vt ipſe teſtatur [k]) cum Cucuſi moraretur, & cum poſtea Arabiſſum trãſ
latus eſt.

XI. Sed & Gothorum Eccleſiæ viduatæ paſtore propenſiorem tunc curam gerebat: de qua inter
l Chryſoſt. epiſt. 69. alia ad Olympiadem iſta habet [l]: Narrauerunt mihi Marſi & Gothi monachi, apud quos Sera- E
pion Epiſcopus perpetuo deliteſcebat, Moduarium diaconum veniſſe, illud afferentem, eximium
De Gothorum Eccleſia. illum virum Vnilam, quem non ita pridem Epiſcopum creaui, atque in Gothiam miſi, multis ac
magnis rebus geſtis, diem ſuum extremum clauſiſſe: ac Regis Gothorum litteras attuliſſe, quibus,
m Chryſoſt. epi. 14. vt ad eos Epiſcopus mittatur, petit, &c.] rogat ipſe vt curet differri negotiũ, ne per aduerſarios id
fieret, quos ſciret illis fore præfecturos immeritum penitus hominem, & multorum criminũ reũ;
ſperans, ſi liberaretur, opportunitati illorum ſe optime conſulturum. Vides plane (non vt plerique
tradunt, aduerſus quos ſuperius diſſeruimus) nequaquam Gothorum Eccleſiam omnem Ariano
rum eſſe labe fœdatam. Conſtat ſane Gothos illos extitiſſe Catholicos, qui a Ioãne Chryſoſtomo
& peterent & acciperent ſacratos Antiſtites.

XII. Sed & proſpexiſſe ipſum indigenarum egeſtati, quamuis exul eſſet & peregrinus, auctor eſt So
n Sozom. lib. 8. c. 27. zomenus, dum ait [n]: Ioannes porro poſtquam in exilium eiectus fuit, etiamnum clarior euaſit.
Nam cum pecuniarum haberet copiã, quas & alij multi afferebãt, & Olympias illa miniſtra mit-
tebat

Digitized by Google

A tebat;multos captiuos ab Iſauris redimebat,ac ſuis reſtituebat;multiſque egenis neceſſaria ſuppe-
ditabat. Quibus autem pecuoijs opus non erat,eos oratione ſibi conciliabat:eratque perquam ca-
rus Armenis,apud quos agebat,& eorum finitimis:ac multi tum Antiochia,tum ex reliqua Syria
ad ipſum frequentabant.]hæc Sozomenus.

Ioannes Chryſoſtomus redimit captiuos, & pauperes alit.

Atquid Romæ hoc aono in cauſa ipſius Ioannis actum ſit,hæc tãtum habes ex Theodoro Ro-
manæ Eccleſiæ diacono [a]: Congregati Italiæ Epiſcopi Imperatorem orant,vt ſcriberet Arcadio
fratri ſuo,vt iuberet Theſſalonicæ Concilium fieri,quo facilius poſſent vna vtræq.partes Orientis
Occidentiſq. concurrere:addentes,perfectam Synodum non numeri quantitate, ſed qualitate cer-
tam & irrefragabilem laturam fore ſententiam. His inflammatus Imperator Epiſcopo quidẽ Ro-
mano ſcribit,vt mittat Epiſcopos quinq.presbyteros duos Romanæ Eccleſiæ, diaconum vnum,
qui ipſius ad fratrem Arcadium epiſtolas ferrent. Erat autem hic tenor epiſtolæ.

XIII.
a Apud Pallad. dialog.
Romanum Cõcilium.

Tertio iã ſcribo ad manſuetudinẽ tuam,orans vt q̃ contra Ioaonẽ Epiſcopũ Cõſtantioopolita-
nũ maligne geſta eſſent,corrigeret. Verũ id hactenus(vt video)factũ non eſt. Quocirca rurſum pet
ſanctos Epiſcopos & presbyteros ſcribo,pacis Eccleſiaſticæ auidus,& ingenti cura ſolicitus(paca-
B tis enim Eccleſiis,Imperio quoq.noſtro pax prouenit) vt Epiſcopos Orientales iubeas Theſſalo-
nicæ conuenire. Noſti quippe,quod Occidentales Epiſcopi electos viros miſerunt ſeuerę conſtan-
tiæ, & qui neutram in partem ioclinentur amore vel odio,Epiſcopos quinq.presbyteros Romanę
Eccleſiæ duos,vnumq.diaconum. Quos vt cum omni honore ſuſcipias,quæſo. Vt,ſi quidem illis p-
ſuaſum fuerit, Ioannem iuſte fuiſſe expulſum;doceant me ab eius communione diſcedere. Sin au-
tem deprehenderint,ſponte malignatos Orientis Epiſcopos;ab illorum te itidem communione ſe-
cernant. Quænam vero ſit Occidentalium de Epiſcopo Ioanne ſententia,ex omnibus ferme epi-
ſtolis conſtat,quas ad me frequentes dederunt. Ex his duas,idem contioentes quod reliquę, ſubdẽ-
di,ſcilicet Romaoi,& Aquileienſis Epiſcopi. Hoc aũt ante omnia de tua manſuetudine poſtulo,vt
Theophilum Alexandrinum,inuitum etiã adeſſe præcipias;per hunc enim mala omnia emerſiſſe
memorantur:vt aduenientium Epiſcoporum Synodus,in oullo impedita,congruam tempotib.no-
ſtris afferat pacem.]hacteous epiſtola Honorij ad Arcadium. Subdit his vero Theodorus:

XIV.
Epiſtola Honorij ad Arcadium.

Acceptis igitur ſancti viri Aemilius & Cyrhegius & Gaudentius Epiſcopi vna cum Valentia-
no Bonifacioque presbyteris,Imperatoris Honorij,& Papę Innocentij,& Italiæ Epiſcoporũ Chro-
C matij Aquileienſis,& Venerij Mediolanenſis,ac reliquorum Epiſcoporum epiſtolis,vna & cõmo-
nitorio Concilij torius Occidentis,conditionibus publicis Conſtantinopolim conceſſere. Erat aũt
commonitorium huiuſmodi; Noo oportere Ioannem iudicium aggredi, niſi illi prius Eccleſia
communioq. redderetur;vt omni dilationis occaſione ſublata,ſua ſponte Concilium ingredi poſ-
ſet.]hæc Theodorus. Quid autem acciderit legatis his poſt hæc in via,vel cum Conſtantinopolim
peruenerunt:quoniam aduentus illorum cõtigit,poſtquam Arſacio pſeodoepiſcopo defuncto,ſuf-
fectus eſt in locum ipſius Atticus;de eo ſuo loco dicturi ſumus. Quarumnam antem ciuiratum le-
gati miſſi Epiſcopi fuerint,noo exprimitur;verum apud Metaphraſtem Aemilius dicitur Beneuẽ-
tanus Antiſtes. Ceterum etſi hoc anno,ex conſulto Patrum,legatio ad Orientem decreta eſt:haud
tamen miſſa,niſi tranſacta hieme,cum iam(vt diximus)non amplius Arſacium,ſed Atticum eius
ſucceſſorem inuenerunt eidem ſubſtitutum.

XV.
Legatio ex Romano Cõcilio Cõſtãtinopolim.

Quod vero Theodorus affirmat,eoſdẽ legatos a Romano Concilio miſſos,non ſolũ Innoceotij
Papæ & Honorij Imperatoris,ſed aliarũ ſedium in Italia Epiſcoporum ſecũ litteras attuliſſe:con-
ſtat quidem eoſdem oẽs non pacificis tm̃ litteris,ſed ẽt cõicatorijs,vel formatis,cũ Ioanne Chry-
D ſoſtomo cõicaſſe.q̃ quidem litteræ minime reperiuntur:ſed id intelligitur ex his,quæ ad hos ipſos
datæ extant,epiſtolis S. Ioannis Chryſoſtomi,vt inter alios ad Chromatiũ Epiſcopum [b] Aquileię,
qoib.gratias agit pro ſedulo ac diuturoo io cã ſua ipſius impenſo officio. Deſiderabatur vero ioter
Chryſoſtomi epiſtolas ea tunc temporis ab ipſo ad Veneriũ Mediolanẽſem Epiſcopũ ſcripta: quã
nos ex codice Vaticano acceptã a piæ memoriæ Guiglielmo Syrleto Cardinali Bibliothecario(q̃d
nondum typis tradira habeatur)hic tibi reddendam curauimus. ſic vero ſe habet ipſius titulus:

XVI.
b Chryſoſt. epiſt. 155.

*S*ancti Patris noſtri Ioanois Archiepiſcopi Conſtantinopoli Chryſoſtomi epiſtola ad Venetiũ
Epiſcopum Mediolanenſem.

XVII.

Fortem veſtrum & virilem animum,itemque & veritatis vindicandæ fiduciam, & prædicãdæ
libertatem,tametſi vel antea cuocti cognouerant:fecit tamen temporum conditio, vt ipſa quoque
appareat ſumma fraterna beoeuolentia,& charitas,& pietas, ac frequens commiſeratio,& diligẽs
denique procuratio veſtra Eccleſiarum. Nimirum vti vel in mari gubernatorem,qui ſit optimus,
magnæ rempeſtates,vel in corporibus peritiſſimum medicum morbi difficillimi oſtenduot: ita q
ad ſtudium pietatis vitam omoem compararit,quiq.animi magnitudine præcellat,facile rerũ de-
E clarant aſperitates & temporum. Quod ſane cum accidit iam vobis, tum vero parte veſtra probe
omnia directa,nec quicquam prætermiſſum. Sed quoniam homines,qui iſtas & pariunt perturba-
tiones & pepererunt,eo peruenerunt prauitatis, vt non modo non defungi priotibus, ſed certare
etiam cum ijs conentur:moneo vos atque hortor vniuerſos, vt prompte animum valentiſſimum
adhibearis,neque iſtud diſſolui tantum ſtudium patiamini. Quin intendite magis, etiam ſi mille
accidant difficultates. Etenim qui ſudoribus atq.ærumnis pluribus magnum aliquid & homine
generoſo dignum obierint,maiora ij præmia conſequentur, quam qui facile & nullo negotio idẽ
cunfecerint. Siquidem vnuſquiſque(quod beatus inquit Paulus)tantum mercedis accipiet,quan-
tum laboris exantlarit. Quamobrem minime iſta vobis diutina fatigatio cauſam afferat deſpe-
randi; verum potius ipſum decus excitet. Nam quo grauior adtentationem fit acceſſio, eo au-
ctior erit ad coronas adionctio,affluentque amplius vobis debita certaminum præmia honeſto-
rum.] hactenus Chryſoſtomi epiſtola ad Venerium. Extant & aliæ complures ad Occideotales
Epiſcopos datæ a Ioanne litteræ,quinetiam & ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem [c], cui

Ioannis Chryſoſt. epiſtola ad Venerium Epiſcopũ Mediolanenſem.

c Chryſoſt. epiſt. 149.

eum Catholica Eccleſia communicationis fœdere iungebatur: ſunt illæ quidem perbreues, & memoria vtriuſque dignæ quæ hic deſcribantur: A

XVIII. *Ioannis Chryſoſto. epiſtola ad Aurelium Epiſcopũ Carthagin.*

Papæ, quanta res eſt generoſus animus, atque charitatis ac pietatis fructibus abundans! Quippe cum ipſe tanto itineris interuallo a nobis diſſitus, tamquam præſens ac nobiſcum degens, nos ceperis, tibique deuinxeris. Siquidem charitatis tuæ ardor, eaq. odoris ſuauitas, quæ ex tua loquendi libertate ac pietate manat, ad nos vſque, qui in extremo Orbis receſſu collocati ſumus, penetrauit. Ac propterea ingentes tibi gratias agimus. Propterea, inquam, te beatum prædicamus, quod cum magnum laborem ac ſudorem pro omnibus orbis terræ Eccleſijs ſuſceperis, maximas tibi apud benignum Deum coronas condidiſti. Teque hortamur atque obſecramus, vt in hoc præclaro certamine perſeueres. Neque enim te fugit, quænam hinc præmia oriantur. Nam ſi quiſpiam vnum aliquem iniuria affectum, ac præter ius læſum ſubleuans, mercedem ſermone præſtantiorẽ a Deo obtinet: cogites velim, quantum ipſe præmium accepturus ſis, qui tot Eccleſias perturbatas per egregium huiuſmodi ſtudium ac diligentiam tumultibus ac perturbatione liberes, atq. in tranquillum pacis portum appellere ſtudeas.] hucuſque epiſtola ad Aurelium: omittimus referre alias eiuſdem ferme argumenti ad alios Occidentales Epiſcopos ab ipſo Ioanne conſcriptas.

XIX. *Imminens periculũ vniuerſalis ſchiſmatis.* B

Ex his perſpicuum eſt, vna cum Romano Pontifice Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopos omnes, etiam tranſmarinos, pro reſtitutione Ioannis Chryſoſtomi laboraſſe; Orientales vero, exceptis illis qui erant communicationis Ioannis, contrario plane ſtudio obniſos eſſe: adeo vt in magno periculo Catholica Eccleſia verſaretur, ne ſchiſmate Oriens dirimeretur ab Occidẽte. Id quidem eſt, quod ipſe ſcribit Chryſoſtomus ad Arabium [a]: Scitis enim (perſpicue inquam ſcitis) omnia tumultibus ac perturbatione plena eſſe, nec pro Conſtantinopolitana tantum vrbe, ſed pro vniuerſo terrarum orbe preces fundendas eſſe: quandoquidem malum, initio hinc ducto, peſtiferi cuiuſdam profluuij inſtar effuſum, per vniuerſum terrarum orbem Eccleſias peruaſtat.] hæc ipſe. Inter Orientales autem qui Ioannis cauſam amplexati eſſent, Anyſius erat Theſſalonicenſis Epiſcopus, & alij Antiſtites Macedoniæ, qui Occidentalibus ad patrocinium ipſius Chryſoſtomi ſe coniunxerunt: ad quos extat eiuſdem Ioannis epiſtola [b]. His quoque pro eodem Ioanne iunctus erat Alexander Corinthiorum Epiſcopus, vt ad eum eiuſdem Chryſoſtomi datæ litteræ [c] fidem faciunt.

a Chryſoſt. epi. 121.
b Chryſoſt. ep. 162.
c Chryſoſt. epi. 164.

XX. *Arſacij obitus.* C

Dum hęc igitur agerentur, contigit intruſum pſeudoepiſcopum, inueteratum dierum malorũ, Arſacium hac vita defungi. mortuum quidem illum hoc anno, tertio Idus Nouembris, cum annos vitæ exegiſſet octoginta & vnum, auctor eſt Socrates [d], cum hæc ait: Arſacius non diu illum geſſit Epiſcopatum: nam ſequenti anno ad ſecundum Conſulatum Stilichonis & Anthemij (*eſt hic p̃ſens annus*) tertio Idus Nouemb. mortem obijt.] Vacauit autem ea ſedes vſque ad ſequentem annum, cum creatus eſt Atticus, de quo ſuo loco dicendum.

d Socrat. libr. 6. c. 18.

XXI.

Iam vero ad res Africanæ Eccleſiæ hoc anno geſtas ſtylum admoueamus. Vidimus anno ſuperiori legationem ad Honorium Imperatorem ex Concilio Carthaginenſi fuiſſe decretã, qua rogarunt, legibus a Theodoſio ante ſancitis cohiberi debere perfidos Donatiſtas, qui publicis conuẽtionibus a Catholicis Epiſcopis inuitari ad conferendum de rebus inter ſe olim antiquis quæſtionibus agitatis, non tantum reſilierint, ſed diuerſas clades aduerſus pleroſq. Catholicos Epiſcopos atq. eorum Eccleſias intuliſſent. Porro in præſentem annum legatorum ad Comitatum profectio dilata eſt: ſed antequam ijdem Imperatorem adierint, priuatæ Epiſcoporum querelæ præcurrerãt, & inter alias Maximiani Bagaienſis Epiſcopi Catholicæ communicationis. quænam hæ fuerint, S. Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium declarat his verbis [e]:

e Aug. epiſt. 50.

XXII. *Maximianus Vagienſis Epiſcopus quanta paſſus a Donatiſtis.* D

Iam enim nos præuenerant ex alijs locis quædam Epiſcoporum querelæ grauiſſimæ, qui mala fuerant ab ipſis multa perpeſſi, & a ſuis ſedibus exturbati: præcipue horrenda & incredibilis cædes Maximiani Epiſcopi Catholici Eccleſiæ Vagienſis * effecit, vt noſtra legatio iam quid ageret, non haberet. Iam enim lex fuerat promulgata, vt tantæ immanitatis hæreſis Donatiſtarũ, cui crudelius parci videbatur, quàm ipſa ſæuiebat, non tantum violenta eſſe, ſed omnino eſſe, non ſineretur impune: non tamen ſupplicio capitali, propter ſeruandam etiam circa indignos manſuetudinẽ Chriſtianam, ſed pecuniarijs dãnis propoſitis, & in Epiſcopos vel miniſtros eorum exilio conſtituto. Supradictum quippe Epiſcopum Vagienſem *, quoniam apud ordinarium Iudicem, dicta inter partes ſententia, obtinuerat baſilicam, quam illi, cum Catholica eſſet, inuaſerunt; ſtantem ad altare, irruentes horrendo impetu & furore crudeli, fuſtibus & huiuſcemodi telis, lignis deniq. eiuſdem altaris effractis, immaniter ceciderunt; pugione etiam percuſſerunt in inguine: quo vulnere ſanguis effluens eum exanimem redderet, niſi ei ad vitam maior ſæuitia eorum profuiſſet.

* Bagaienſis
* Bagaienſem

XXIII. E

Nam cum grauiter ſauciatũ per terrã inſuper traherent, exundanti venæ puluis obſtruſus ſanguinem obtinuit, cuius effuſione ibat in mortẽ. Deinde eum ab eis tandem relictum noſtri cũ pſalmis auferre tentarent: illi ira ardentiore ſuccenſi, eum deportantiũ manib. abſtulerunt, male mulctatis fugatiſq. Catholicis, quos ingenti multitudine ſuperabant, & facile ſæuiendo terrebãt. Inde in quamdam turrem leuatum, iã defeciſſe arbitrantes, cũ ille adhuc viueret, abiecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, & a quibuſdam noctc tranſeuntib. per lucernam conſpectus, agnitus, atq. collectus, & ad religioſam domũ apportatus, adhibita magna cura, poſt multos dies, cũ ab illa deſperatione recreatus eſſet, occiſum eum tamen fama ſcelere Donatiſtarum etiã trans mare nunciauerat. Quo poſtq̃ venit, & vita eius inopinatiſſima apparuit, cicatricib. ſuis tam multis tamq. ingentib. tam recentibus, non fruſtra fama mortuum ſe nunciaſſe monſtrauit. Auxilium ergo petiuit ab Imperatore Chriſtiano, non tam ſui vleiſcendi cauſa, quam tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ. Quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia merito culpãda.] hactenus de Maximiano Auguſtinus ad Bonifacium. agit de his etiam alibi ſæpius: nam & in Collatione diei tertiæ [f] dixiſſe tunc Catholicos tradit, in eadem Bagaienſi ciuitate baſilicã a Donatiſtis

Maximianus ad Honorium Imp. ſe cõfert.

f Aug. in Breui. collat. diei. 3. ca. 11.

incenſam

A inceņſam fuiſſe &,in ignẽ iniectos eſſe ſacros codices. Eadem quoque de Maximiano refricat idẽ
Auguſtinus, cum contra Creſconium agit, vbi & in memoriam reuocat aliud facinus Donatiſta-
rum; quibus omnibus Honorium noua edita ſanctione ipſos Donatiſtas exagitaſſe, tradit, a Aug.cont.Creſcon lib.3.c.43.
dum ait [a]:
Omitto, ante quanta commiſerunt, quibus eaſdem leges aduerſus errorem veſtrum conſtitui XXIV.
coegerunt, magis Chriſtiana manſuetudine temperatas, quam in tam magna ſcelera vi congrui vi *Seruus Epiſcopus quę paſſus*
goris exertas. Epiſcopus Catholicus a Thubut ſicubure, Seruus nomine, cum inuaſum a veſtris lo- *a Donatiſtis.*
cum repeteret, & vtriuſq. partis procuratores Proconſulare præſtolarentur examen: repente ſibi
in oppido memorato, veſtris armatis irruentibus, vix viuus aufugit. A quibus pater eius presbyter
ætate & moribus grauis, ea cæde, qua vehementer afflictus eſt, poſt dies paucos exceſſit e vita.]
hæc Auguſtinus. Iſta autem omnia perlata ſunt ad Imperatorem, antequam legati a Concilio miſ
ſi ad ipſum Honorium peruenirent, vt idem S. Auguſtinus in dicta epiſtula ad Bonifacium tradit,
teſtaturq. in litteris ad Ianuarium his verbis [b]: Ex Concilio autem noſtri Epiſcopi legatos ad
Comitatum miſerunt, qui impetrarent, vt non omnes Epiſcopi & clerici partis veſtræ eadem con b Aug.epiſt.68.
demnatione decem librarũ auri, quæ in omnes hæreticos conſtituta eſt, tenerentur; ſed hi ſoli, quo
B rum in locis aliquas a veſtris violentias Eccleſia Catholica pateretur. Sed cum legati Romam ve
nerunt, iam cicatrices Epiſcopi Catholici Vagitani * horrendæ ac recentiſſimæ Imperatorem cõ * Bagaitani
mouerant, vt leges tales mitterentur, quales & miſſæ ſunt.] at quænam iſtæ? Illud in primis accipe,
ſecundum diuerſa libelli accuſationis capita diuerſas ab eodem Imperatore editas ſanctiones.
Quoniam vero (vti vidimus ante ſuperiorem annum) datum crimini Criſpino Donatiſtarum XXV.
Calamenſi Epiſcopo fuit, quod rebaptizaſſet, vi adhibita, colonos agri Fiſcalis: aduerſus huiuſ-
modi ſcelus Imperator generalem eiuſmodi edidit ſanctionem, quam mendoſam nonnihil habet
Codex Theodoſianus, datã hoc anno, die duodecima Februarij, q̃ ſic ſe habet ad Hadrianũ P.P. [c] c L.4.ne ſanct.bapt.reiter. Cod. Theod.
Aduerſarios Catholicæ fidei extirpare huius decreti auctoritate proſpeximus: ideoq. interdi-
cendam ſpecialiter eam ſectam, noua conſtitutione cenſuimus, quæ cum hæreſis vocaretur, appel- *Diuerſę leges*
lationes ſchiſmatis præferebat. In tantum enim ſceleris progreſſi dicuntur ij, quos Donatiſtas vo *latæ ab Hono.*
eant, vt baptiſma ſacroſanctum, myſteriis recalcatis, temeritate noxia iterent; & homines ſemel *Imp.cõtra Donatiſtas.*
(vt traditum eſt) munere diuinitatis ablutos, contagione profanæ repetitionis infecerint. Ita con-
tigit vt hæreſis ex ſchiſmate naſceretur. Inde male credulas mentes ad ſpem ſecundæ indulgentię
C blandus error inuitat. Facile eſt enim perſuadere peccantibus veniam prius præſtitam denuo poſ
ſe præſtari: quæ ſi concedi iterum eodem modo poteſt, non intelligimus cur tertio denegetur. Hi
vero & ſeruos vel homines iuri proprio ſubditos iterati baptiſmatis polluunt ſacrilegio. Quare
hac lege ſancimus, vt quiſquis poſt hæc fuerit rebaptizaſſe detectus, Iudici, qui prouincię præſidet
offeratur; vt facultatũ omnium publicatione mulctatus, inopiæ pœnam, qua in perpetuum afficia-
tur, expendat. Ita vt filijs eorum, ſi a paternæ ſocietatis prauitate diſſentiunt, ea quæ fuerint pater
na, non pereant; vt ſi ipſos forſitan ſæuitias paternæ prauitatis in iudicantis ac reuerentiæ * ad Ca *
tholicam religionem malunt *, adipiſcendorum his bonorum copia non negetur. *
Ea præterea loca, ſeu præſidia, quæ feralibus ſacrilegijs deinceps conſtiterit præbuiſſe ſecretũ, XXVI.
Fiſci viribus applicentur; ſi tñ dñs aut domina aut præſens forte fuiſſe, aut conſenſum præſtitiſſe
ꝓbetur, quos quidem iuſta * etiam præſentiam notauit infamia. Si vero his neſcijs, per conducto- * iuxta
rem procuratoremve eorum in domo agitatum huiuſmodi facinus comprobatur: præiudicio a p̃
diorum publicatione ſuſpenſo, impliciti ſceleris auctores coerciti plumbo, exilium, in quo omnis
vitæ ſuæ tempore afficiantur, accipient. Ac ne forſitan ſit liberum, conſcientiam piacularis perpe-
D trati intra domeſticos parietes ſilentio celare ſecreto: his qui forſitan ad rebaptizandum cogen-
tur, refugiendi ad Eccleſiam Catholicam ſit facultas: vt eius præſidio aduerſus huius criminis &
ſocietatis auctores attributæ libertatis præſidio defendantur: liceatq. his ſub hac conditione fidẽ
tueri, quam extorquere ab inuitis domini tentauerint. nec adſertores dogmatis Catholici, ea qua
ceteros qui in poteſtate ſunt poſiti, oporteret ad facinus lege conſtringi; & maxime conuenit, om
nes homines ſine vllo diſcrimine cõditionis aut ſtatus infuſę cęlitus ſanctitatis eſſe cuſtodes. Sciãt *Sancita cõtra*
ij vero qui a ſupradictis iterare baptiſma non timuerint, aut qui conſentiendo hoc facinus ꝓpria *Donatiſtas.*
huius ſocietatis permixtione damnauerint, non ſolum teſtandi ſibi, verum adipiſcendi aliquid ſub
ſpecie donationis vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, niſi prauæ
mentis errorem reuerendo aduerſus fidem conſilio emendatio correxerit. Illos quoque par nihi-
lominus pœna conſtringet, qui memoratorum interdictis cœtibus, ſeu miniſterijs præbuerint cõ
hibentiam: ita vt Moderatores prouinciarum, ſi in contemptum ſanctionis huiuſmodi conſenſum
putauerint commodandum, ſciant ſe viginti libris auri mulctandos: Officia etiam ſua ſimili con-
demnatione ſubiuganda, Principales vel Defenſores ciuitatum, niſi id quod præcipimus, fuerint
E executi, vel his præſentibus Eccleſiæ Catholicæ vis fuerit illata, eadem mulcta ſe nouerint adtinẽ
dos. Dat. prid. Idus Feb. Rauennæ, Stilichone II. & Anthemio Conſſ.] hactenus ſanctio ad prohibẽ
dum ſcelus a Criſpino Calamenſi perpetratum (vt vidimus) in colonos.
Qua die hæc etiam tam aduerſus Manichæos, quam Donatiſtas, ab eodem Imp. ſancita habẽ- XXVII.
tur [d]: Nemo Manichæũ, nemo Donatiſtã, qui præcipue (vt cõperimus) furere nõ deſiſtũt, in memo d l.38.de hæret. Cod.Theod.
riã reuocet. Vna ſit Catholica veneratio: vna ſalus ſit: Trinitatis par ſibi cõgruẽs ſanctitas expeta-
tur. Quod ſi qs audeat interdictis ſeſe illicitiſq. miſcere; & pręteritorũ innumerabiliũ cõſtitutorũ,
& legis nuper a mãſuetudine noſtra ꝓlatæ laqueos nõ euadat. Et ſi turbæ forte cõuenerint ſeditio
nis cõcitatos aculeos acrioris cõmotionis nõ dubitet exerẽdos. Dat. pri. Idus Feb. Rau. Stilichone
II. & Anthemio Coſſ.] præceſſiſſe hanc putamus illam ſpeciatim de auraria mulcta inferenda, de
qua ſuperius S. Auguſtinus meminit. Exiſtimamus, ante has omnes, de iudicio Epiſcoporum Chri
ſtiano Imperatore dignam eundem Honorium edidiſſe ſanctionem, qua vetuit ne iudicio Epi-
ſcoporum damnati Epiſcopi turbas miſceant: hæc namque ipſe prid. Non. Februarij. menſe vero

Digitized by Google

cum Catholica Eccleſia communicationis fœdere iungebatur: ſunt illæ quidem perbreues, & memoria vtriuſque dignæ quæ hic deſcribantur:

XVIII. *Ioannis Chryſoſto. epiſtola ad Aurelium Epiſcopũ Carthagin.*

Papæ, quanta res eſt generoſus animus, atque charitatis ac pietatis fructibus abundans! Quippe cum ipſe tanto itineris interuallo a nobis diſſitus, tamquam præſens ac nobiſcum degens, nos ceperis, tibique deuinxeris. Siquidem charitatis tuæ ardor, eaq. odoris ſuauitas, quæ ex tua loquendi libertate ac pietate manat, ad nos vſque, qui in extremo Orbis receſſu collocati ſumus, penetrauit. Ac propterea ingentes tibi gratias agimus. Propterea, inquam, te beatum prædicamus, quod cum magnum laborem ac ſudorem pro omnibus orbis terræ Eccleſijs ſuſceperis, maximas tibi apud benignum Deum coronas condidiſti. Teque hortamur atque obſecramus, vt in hoc præclaro certamine perſeueres. Neque enim te fugit, quænam hinc præmia oriantur. Nam ſi quiſpiam vnum aliquem iniuria affectum, ac præter ius læſum ſubleuans, mercedem ſermone præſtantiorẽ a Deo obtinet: cogites velim, quantum ipſe præmium accepturus ſis, qui tot Eccleſias perturbatas per egregium huiuſmodi ſtudium ac diligentiam tumultibus ac perturbatione liberes, atq. in tranquillum pacis portum appellere ſtudeas.] hucuſque epiſtola ad Aurelium: omittimus referre alias eiuſdem ferme argumenti ad alios Occidentales Epiſcopos ab ipſo Ioanne conſcriptas.

XIX. *Imminens periculũ vniuerſalis ſchiſmatis.*

Ex his perſpicuum eſt, vna cum Romano Pontifice Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopos omnes, B
etiam tranſmarinos, pro reſtitutione Ioannis Chryſoſtomi laboraſſe; Orientales vero, exceptis illis qui erant communicationis Ioannis, contrario plane ſtudio obniſos eſſe: adeo vt in magno periculo Catholica Eccleſia verſaretur, ne ſchiſmate Oriens dirimeretur ab Occidẽte. Id quidem eſt, quod ipſe ſcribit Chryſoſtomus ad Arabium [a]: Scitis enim (perſpicue inquam ſcitis) omnia tumultibus ac perturbatione plena eſſe, nec pro Conſtantinopolitana tantum vrbe, ſed pro vniuerſo terrarum orbe preces fundendas eſſe: quandoquidem malum, initio hinc ducto, peſtiferi cuiuſdam profluuij inſtar effuſum, per vniuerſum terrarum orbem Eccleſias peruaſtat.] hæc ipſe. Inter Orientales autem qui Ioannis cauſam amplexati eſſent, Anyſius erat Theſſalonicenſis Epiſcopus, & alij Antiſtites Macedoniæ, qui Occidentalibus ad patrocinium ipſius Chryſoſtomi ſe coniunxerunt: ad quos extat eiuſdem Ioannis epiſtola [b]. His quoque pro eodem Ioanne iunctus erat Alexander Corinthiorum Epiſcopus, vt ad eum eiuſdem Chryſoſtomi datæ litteræ [c] fidem faciunt.

a Chryſoſt. epi. 121.
b Chryſoſt. ep. 163.
c Chryſoſt. epi. 164.

XX. *Arſacij obitus.*

Dum hęc igitur agerentur, contigit intruſum pſeudoepiſcopum, inueteratum dierum malorũ, C
Arſacium hac vita defungi. mortuum quidem illum hoc anno, tertio Idus Nouembris, cum annos vitæ exegiſſet octoginta & vnum, auctor eſt Socrates [d], cum hæc ait: Arſacius non diu illum geſſit Epiſcopatum: nam ſequenti anno ad ſecundum Conſulatum Stilichonis & Anthemij (*eſt hic pſens annus*) tertio Idus Nouemb. mortem obijt.] Vacauit autem ea ſedes vſque ad ſequentem annum, cum creatus eſt Atticus, de quo ſuo loco dicendum.

d Socrat. libr. 6. c. 18.

XXI.

Iam vero ad res Africanæ Eccleſiæ hoc anno geſtas ſtylum admoueamus. Vidimus anno ſuperiori legationem ad Honorium Imperatorem ex Concilio Carthaginenſi fuiſſe decretã, qua rogarunt, legibus a Theodoſio ante ſancitis cohiberi debere perfidos Donatiſtas, qui publicis conuẽtionibus a Catholicis Epiſcopis inuitati ad conferendum de rebus inter ſe olim antiquis quæſtionibus agitatis, non tantum reſilierint, ſed diuerſas clades aduerſus pleroſq. Catholicos Epiſcopos atq. eorum Eccleſias intuliſſent. Porro in præſentem annum legatorum ad Comitatum profectio dilata eſt: ſed antequam ijdem Imperatorem adierint, priuatæ Epiſcoporum querelæ præcurrerãt, & inter alias Maximiani Bagaienſis Epiſcopi Catholicæ communicationis. quænam hæ fuerint, S. Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium declarat his verbis [e]:

e Aug. epiſt. 50.

XXII. *Maximianus Vagienſis Epiſcopus quanta paſſus a Donatiſtis.*

Iam enim nos præuenerant ex alijs locis quædam Epiſcoporum querelæ grauiſſimæ, qui ma- D
la fuerant ab ipſis multa perpeſſi, & a ſuis ſedibus exturbati: præcipue horrenda & incredibilis cædes Maximiani Epiſcopi Catholici Eccleſiæ Vagienſis * effecit, vt noſtra legatio iam quid ageret, non haberet. Iam enim lex fuerat promulgata, vt tantæ immanitatis hæreſis Donatiſtarũ, cui crudelius parci videbatur, quàm ipſa ſæuiebat, non tantum violenta eſſe, ſed omnino eſſe, non ſineretur impune: non tamen ſupplicio capitali, propter ſeruandam etiam circa indignos manſuetudinẽ Chriſtianam, ſed pecuniarijs dãnis propoſitis, & in Epiſcopos vel miniſtros eorum exilio conſtituto. Supradictum quippe Epiſcopum Vagienſem *, quoniam apud ordinarium Iudicem, dicta inter partes ſententia, obtinuerat baſilicam, quam illi, cum Catholica eſſet, inuaſerunt; ſtantem ad altare, irruentes horrendo impetu & furore crudeli, fuſtibus & huiuſcemodi telis, lignis deniq. eiuſdem altaris effractis, immaniter ceciderunt; pugione etiam percuſſerunt in inguine: quo vulnere ſanguis effluens eum exanimem redderet, niſi ei ad vitam maior ſæuitia eorum profuiſſet.

* Bagaienſis
* Bagaienſem

XXIII.

Nam cum grauiter ſauciatũ per terrã inſuper traherent, exundanti venæ puluis obſtruſus ſanguinem obtinuit, cuius effuſione ibat in mortẽ. Deinde cum ab eis tandem relictum noſtri cũ pſal-
mis auferre tentarent: illi ira ardentiore ſuccenſi, eum deportantiũ manib. abſtulerunt, male mul- E
ctatis fugatiſq. Catholicis, quos ingenti multitudine ſuperabant, & facile ſæuiendo terrebãt. Inde in quamdam turrem leuatum, iã defeciſſe arbitrantes, cũ ille adhuc viueret, abiecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, & a quibuſdam nocte tranſeuntib. per lucernam conſpectus, agnitus, atq. collectus, & ad religioſam domũ apportatus, adhibita magna cura, poſt multos dies, cũ ab illa deſperatione recreatus eſſet, occiſum eum tamen fama ſcelere Donatiſtarum etiã trans mare nunciauerat. Quo poſtq̃ venit, & vita eius inopinatiſſima apparuit, cicatricib. ſuis tam multis tamq. ingentib. tam recentibus, non fruſtra fama mortuum ſe nunciaſſe monſtrauit. Auxilium ergo petiuit ab Imperatore Chriſtiano, non tam ſui vlciſcendi cauſa, quam tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ. Quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia merito culpãda.] hactenus de Maximiano Auguſtinus ad Bonifacium. agit de his etiam alibi ſæpius: nam & in Collatione diei tertiæ [f] dixiſſe tunc Catholicos tradit, in eadem Bagaienſi ciuitate baſilicã a Donatiſtis

Maximianus ad Honorium Imp. ſe cõfert.

f Aug. in Breui. collat. diei. 3. ca. 11.

incenſam

Digitized by Google

A incenſam fuiſſe &;in ignē iniectos eſſe ſacros codices. Eadem quoque de Maximiano refricat idē
Auguſtinus, cum contra Creſconium agit, vbi & in memoriam reuocat aliud facinus Donatiſta-
rum ; quibus omnibus Honorium noua edita ſanctione ipſos Donatiſtas exagitaſſe, tradit, a Aug. cont. Creſcon lib. 3. c. 43.
dum ait [a]:

Omitto, ante quanta commiſerunt, quibus eaſdem leges aduerſus errorem veſtrum conſtitui XXIV.
coegerunt, magis Chriſtiana manſuetudine temperatas, quam in tam magna ſcelera vi congrui vi *Seruus Epiſcopus quę paſſus*
goris exertas. Epiſcopus Catholicus a Thuburſicubure, Seruus nomine, cum inuaſum a veſtris lo- *a Donatiſtis.*
cum repeteret, & vtriuſq. partis procuratores Proconſulare præſtolarentur examen: repente ſibi
in oppido memorato, veſtris armatis irruentibus, vix viuus aufugit. A quibus pater eius presbyter
ætate & moribus grauis, ea cæde, qua vehementer afflictus eſt, poſt dies paucos exceſſit e vita.]
hæc Auguſtinus. Iſta autem omnia perlata ſunt ad Imperatorem, antequam legati a Concilio miſ
ſi ad ipſum Honorium peruenirent, vt idem S. Auguſtinus in dicta epiſtola ad Bonifacium tradit,
teſtaturq. in litteris ad Ianuarium his verbis [b]: Ex Concilio autem noſtri Epiſcopi legatos ad
Comitatum miſerunt, qui impetrarent, vt non omnes Epiſcopi & clerici partis veſtræ eadem con b Aug. epiſt. 68.
demnatione decem librarū auri, quæ in omnes hæreticos conſtituta eſt, tenerentur; ſed hi ſoli, quo
B rum in locis aliquas a veſtris violentias Eccleſia Catholica pateretur. Sed cum legati Romam ve
nerunt, iam cicatrices Epiſcopi Catholici Vagitani * horrendæ ac recentiſſimæ Imperatorem cō * Bagaitani
mouerant, vt leges tales mitterentur, quales & miſſæ ſunt.] at quænam iſtæ? Illud in primis accipe,
ſecundum diuerſa libelli accuſationis capita diuerſas ab eodem Imperatore editas ſanctiones.

Quoniam vero (vti vidimus ante ſuperiorem annum) datum crimini Criſpino Donatiſtarum XXV.
Calamenſi Epiſcopo fuit, quod rebaptizaſſet, vi adhibita, colonos agri Fiſcalis: aduerſus huiuſ-
modi ſcelus Imperator generalem eiuſmodi edidit ſanctionem, quam mendoſam nonnihil habet
Codex Theodoſianus, datā hoc anno, die duodecima Februarij, q̄ ſic ſe habet ad Hadrianū P.P. [c] c L. 4. ne ſanct. bapt. reiter. Cod. Theod.
Aduerſarios Catholicæ fidei extirpare huius decreti auctoritate proſpeximus: ideoq. interdi- *Diuerſę leges latæ ab Hono. Imp. cōtra Donatiſtas.*
cendam ſpecialiter eam ſectam, noua conſtitutione cenſuimus, quæ cum hæreſis vocaretur, appel-
lationes ſchiſmatis præferebat. In tantum enim ſceleris progreſſi dicuntur ij, quos Donatiſtas vo
cant; vt baptiſma ſacroſanctum, myſteriis recalcatis, temeritate noxia iterent; & homines ſemel
(vt traditum eſt) munere diuinitatis ablutos, contagione profanæ repetitionis infecerint. Ita con-
tigit vt hæreſis ex ſchiſmate naſceretur. Inde male credulas mentes ad ſpem ſecundæ indulgentię
C blandus error inuitat. Facile eſt enim perſuadere peccantibus veniam prius præſtitam denuo poſ
ſe præſtari: quæ ſi concedi iterum eodem modo poteſt, non intelligimus cur tertio denegetur. Hi
vero & ſeruos vel homines iuri proprio ſubditos iterati baptiſmatis polluunt ſacrilegio. Quare
hac lege ſancimus, vt quiſquis poſt hæc fuerit rebaptizaſſe detectus, Iudici, qui prouincię pręſidet
offeratur; vt facultatū omnium publicatione mulctatus, inopiæ pœnam, qua in perpetuum afficia-
tur, expendat. Ita vt filijs eorum, ſi a paternæ ſocietatis prauitate diſſentiunt, ea quæ fuerint pater
na, non pereant; vt ſi ipſos forſitan ſæuitias paternæ prauitatis in iudicantis ac reuerentiæ * ad Ca *
tholicam religionem malunt *, adipiſcendorum his bonorum copia non negetur. *

Ea præterea loca, ſeu præſidia, quæ feralibus ſacrilegijs deinceps conſtiterit præbuiſſe ſecretū, XXVI.
Fiſci viribus applicentur; ſi tñ dñs aut domina aut præſens forte fuiſſe, aut conſenſum præſtitiſſe
pbetur, quos quidem iuſta * etiam præſentiam notauit infamia. Si vero his neſcijs, per conducto- * iuxta
rem procuratoremve eorum in domo agitatum huiuſmodi facinus comprobatur: præiudicio a p̄
diorum publicatione ſuſpenſo, impliciti ſceleris auctores coerciti plumbo, exilium, in quo omnis
vitæ ſuæ tempore afficiantur, accipient. Ac ne forſitan ſit liberum, conſcientiam piacularis perpe-
D trati intra domeſticos parietes ſilentio celare ſecreto: his qui forſitan ad rebaptizandum cogen-
tur, refugiendi ad Eccleſiam Catholicam ſit facultas: vt eius præſidio aduerſus huius criminis &
ſocietatis auctores attributæ libertatis præſidio defendantur: liceatq. his ſub hac conditione fidē
tueri, quam extorquere ab inuitis domini tentauerint. nec adſertores dogmatis Catholici, ea qua
ceteros qui in poteſtate ſunt poſiti, oporteret ad facinus lege conſtringi; & maxime conuenit, om
nes homines ſine vllo diſcrimine cōditionis aut ſtatus infuſę cęlitus ſanctitatis eſſe cuſtodes. Sciāt *Sancita cōtra Donatiſtas.*
ij vero qui a ſupradictis iterare baptiſma non timuerint, aut qui conſentiendo hoc facinus ppria
huius ſocietatis permixtione damnauerint, non ſolum teſtandi ſibi, verum adipiſcendi aliquid ſub
ſpecie donationis vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, niſi prauæ
mentis errorem reuerendo aduerſus fidem conſilio emendatio correxerit. Illos quoque par nihi-
lominus pœna conſtringet, qui memoratorum interdictis cœtibus, ſeu miniſterijs præbuerint cō
hibentiam: ita vt Moderatores prouinciarum, ſi in contemptum ſanctionis huiuſmodi conſenſum
putauerint commodandum, ſciant ſe viginti libris auri mulctandos: Officia etiam ſua ſimili con-
demnatione ſubiuganda, Principales vel Defenſores ciuitatum, niſi id quod præcipimus, fuerint
E executi, vel his præſentibus Eccleſiæ Catholicæ vis fuerit illata, eadem mulcta ſe nouerint adtinē
dos. Dat. prid. Idus Feb. Rauennæ, Stilichone II. & Anthemio Conſſ.] hactenus ſanctio ad prohibē
dum ſcelus a Criſpino Calamenſi perpetratum (vt vidimus) in colonos.

Qua die hæc etiam tam aduerſus Manichæos, quam Donatiſtas, ab eodem Imp. ſancita habē- XXVII.
tur [d]: Nemo Manichæū, nemo Donatiſtā, qui præcipue (vt cōperimus) furere nō deſiſtūt, in memo d l. 38. de hæret. Cod. Theod.
riā reuocet. Vna ſit Catholica veneratio: vna ſalus ſit: Trinitatis par ſibi cōgruēs ſanctitas expeta-
tur. Quod ſi qs audeat interdictis ſeſe illicitiſq. miſcere; & preteritorū innumerabiliū cōſtitutorū,
& legis nuper a māſuetudine noſtra platæ laqueos nō euadat. Et ſi turbæ forte cōuenerint ſeditio
nis cōcitatos aculeos acrioris cōmotionis nō dubitet exerēdos. Dat. pri. Idus Feb. Rau. Stilichone
II. & Anthemio Coſſ.] præceſſiſſe hanc putamus illam ſpeciatim de auraria mulcta inferenda, de
qua ſuperius S. Auguſtinus meminit. Exiſtimamus, ante has omnes, de iudicio Epiſcoporum Chri
ſtiano Imperatore dignam eumdem Honorium edidiſſe ſanctionem, qua vetuit ne iudicio Epi-
ſcoporum damnati Epiſcopi turbas miſceant: hæc namque ipſe prid. Non. Februarij. menſe vero

a l.1.de religio. Cod.Theod.

Martij hæc reſcripſiſſe hoc anno ad Diotimium Proconſulem Africæ reperitur [a]: A

XXVIII.

Edictum, quod de vnitate per Africanas regiones clementia noſtra direxit, per diuerſa proponi volumus: vt omnibus innoteſcat, Dei omnipotentis unam & veram fidem Catholicam, quam recta credulitas confitetur, eſſe retinendam. Dat. III. Non. Martij, Rauen. Stilichone II. & Anthemio Coſſ.] Rurſum vero ad eumdem Proconſulem hæc menſe Decembris [b]:

b l.39.de hæret. Cod.Theod.

Donatiſtæ qui incorrigibiles.

Donatiſtæ ſuperſtitionis hæreticos, quocumque loci, vel fatentes, vel cõuictos, legis tenore ſeruato, pœnam debitam abſque dilatione perſoluere decernimus. Dat. VI. Idus Decemb. Rauen. Stilichone & Anthemio Coſſ.] Porro illa ſanctio de expreſſa mulcta auraria decem librarũ perſoluenda deſideratur. Certe quidem his legibus (vt videmus) vetitum fuiſſe Donatiſtas teſtamento vel donatione accipere, contractuſq. emptionis & venditionis celebrare, atque exilium eiſdem fuiſſe indictum, S. Auguſtinus in epiſtola ad Vincentium Donatiſtam oſtendit, cum ait:

XXIX.

Querela Auguſtini de legibus Impp. a Donatiſtis ſpretis.

c Geneſ.29.

Ita ſane huic prouiſioni contradicere debui, ne res, quas dicitis veſtras, perderetis, & ſecuri Chriſtum proſcriberetis: vt iure Romano teſtamenta conderetis; & iure diuino patribus conditũ teſtamentum, ubi ſcriptum eſt [c], In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes, calumnioſis criminationibus rumperetis: Vt in emptionibus & venditionibus liberos contractus haberetis, & vobis diuidere, quod Chriſtus emit venditus, auderetis: Vt quod quiſque veſtrum cuiquã donaſſet, & quod donauit Deus deorum a Solis ortu vſque ad occaſum, vocatis filiis non valeret: Vt de terra corporis veſtri in exilium non mitteremini, &c.] hæc de legibus Auguſtinus, vtilitatem earum exprobrans illis. B

XXX.

Vnitas ex legibus ſecuta.

d Eccle.7.

e Aug.epiſt.48.

Secuta quidem eſt ex ſententia vnitas; non ita tamen, vt Donatiſtæ omnes ad Catholicam ſint reuerſi Eccleſiam, remanentibus eorum aliquibus obſtinatioribus, quos nec ratio, nec metus correxit; de quibus merito illud dicendum fuit [d]: Nemo corriget, quem Deus deſpexerit.] reliquis tamen ad Catholicam communionem legum timore ſe conferentibus. Quantum autem emolumẽti Catholicæ vnitati iſtarum ſeueritas legum attulerit, ex S. Auguſtini diuerſis locis ſatis compertum redditur, potiſſimum vero in epiſtola ad Vincentium [e], vbi pluribus diſputat, bene conſuli ſchiſmaticis & hæreticis, ſi legum ſeueritate ad Catholicam Eccleſiam redire compellantur. atq. in primis hæc ait: De multorum iam correctione gaudemus, qui tam veraciter vnitatem Catholicam tenent atque defendunt, & a priſtino errore ſe liberatos eſſe lætantur; vt eos cum magna gratulatione miremur, qui tamen, neſcio qua vi conſuetudinis, nullo modo mutari in melius cogitarent; niſi hoc terrore perculſi, ſolicitam mentem ad conſiderationem veritatis intenderent.] C & inferius:

XXXI.

Quam vtiliter hęretici & ſchiſmatici legibus Impp. coerceantur.

f Auguſt.ibid.

O ſi poſſem tibi oſtẽdere ex ipſis Circumcellionibus quam multos iã Catholicos manifeſtos habeamus, dãnantes ſuam priſtinam vitam & miſerabilem errorem, quo ſe arbitrabantur pro Eccleſia Dei facere quicquid in quieta temeritate faciebant: qui tamen ad hanc ſanitatem non perducerentur, niſi legum iſtarum, quæ ſibi diſplicent, vinculis tamquam phrenetici ligarentur. Quid illud alterum genus morbi grauiſſimi eorum, qui turbulentam quidem audaciam nõ habebant, ſed quadam uetuſta ſocordia premebantur, dicentes nobis; Verum quidem dicitis: non eſt quod reſpondeatur: ſed durum eſt nobis, traditionem parentum relinquere. Nonne ſalubriter regula tẽporali moleſtiarum excutiẽdi erant, vt tanquam de ſomno letargico emergerẽt, & in ſalutem vnitatis euigilarent? Quam multi ex ipſis nunc nobiſcum gaudentes, priſtinum pondus pernicioſi ſui operis accuſant, & fatentur nos ſibi moleſtos eſſe debuiſſe; ne tamquam mortifero ſomno, ita morbo veternoſæ conſuetudinis interirent.] & poſt nonnulla [f], quæ Catholicorum Epiſcoporum fuerit ſententia, dum de his in Synodo ageretur, ſubdit his verbis: D

XXXII.

g Prouerb.9.

Quibus detinebantur Donatiſtæ prętextib.

h Prouer.19.

His ego exemplis a collegis meis mihi propoſitis ceſſi. Nam mea quidem primitus ſentẽtia erat, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum; verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandũ, ratione vincendum; ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem Catholicam timore legum Imperialium conuerſa eſt; quam nunc videmus ita huius veſtræ animoſitatis pernicię deteſtari, ut in ea nũquam fuiſſe credatur: ita aliæ multæ, quę mihi nominatim cõmemorabantur, vt ipſis reb. agnoſcerẽ etiam in hac cã recte intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt [g]: Da ſapienti occaſionẽ, & ſapientior erit. Quã multi.n. (quod certo ſcimus) iã volebãt eſſe Catholici, manifeſtiſſima veritate cõmoti; & oſtenſionẽ ſuorũ reuerendo, quotidie differebãt. Qua multos nõ veritas, (in qua nũquã pręſumpſiſtis) ſed obduratæ cõſuetudinis graue vinculũ colligabat; vt in eis cõpleretur diuina illa ſnia [h]: Verbis nõ emẽdabitur ſeruus durus: ſi enim & intellexerit, non obediet. Quã multi ppea verã putabant Eccleſiam eſſe partem Donati, quia eos ad cognoſcendã Catholicã veritatem ſecuritas torpidos, faſtidioſos, pigroſq. faciebat. Quam multis aditum intrandi obſeruabant rumores maledictorum, qui neſcio quid aliud nos in altare Dei ponere iactitabant. E Quam multi nihil intereſſe credentes in qua quiſque parte Chriſtianus ſit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde diſcedere, atque ad Catholicam nemo tranſire cogebat.

XXXIII.

Donatiſtæ redeuntes ad Eccleſiam gratias agunt.

His omnib. harũ legũ terror (quib. promulgandis Reges ſeruiunt Dño in timore) ita profuit, vt nunc alij dicãt: Iã hoc volebamus: Sed Deo gratias, qui nobis occaſionẽ præbuit, iamq. faciendi & dilationũ morulas amputauit. Alij dicãt: Hoc eſſe verũ iã ſciebamus, ſed neſcio qua conſuetudine tenebamur; Gratias Domino, qui uincula noſtra dirupit, & nos ad pacis vincula tranſtulit. Alij dicãt: Neſciebamus hic eſſe ueritatẽ, nec eã diſcere volebamus, ſed nos ad eã cognoſcendã metus fecit intentos, quo timuimus, ne forte ſine vllis rerum æternarum lucris dãno rerũ tẽporaliũ feriremur; Gratias Dño, q neglıgẽtiã noſtrã ſtimulo terroris excuſſit; vt ſaltẽ ſoliciti quęreremus, quod ſecuri numquam noſſe curauimus. Alij dicant. Nos falſis rumoribus terrebamur intrare, quos falſos eſſe neſciremus, ſi non intraremus, nec intraremus, niſi cogeremur: Gratias Domino, qui trepidationem noſtram flagello abſtulit, expertos docuit, quàm vana & inania de Eccleſia ſua mẽdax

fama

A fama iactauerit. Hinc iam credimus & illa falſa eſſe, quæ auctores huius hæreſis criminati ſunt: quando poſteri eorum tam falſa & peiota finxerunt. Alij dicant: Putabamus quidem nihil intereſſe, vbi ſedem Chriſti teneremus: Sed gratias Domino, qui nos a diuiſione collegit; & hoc vni Deo congruere, vt in vnitate colatur, oſtendit.] hæc Auguſtinus.

XXXIIII. *Aliud Concilium Carthaginenſe tempore vnitatis.* a Concil. Afric. c. 61.

Qualis autem quantaq. facta fuerit ex Donatiſtis acceſſio ad Catholicam vnitatem, ex ipſis Actis Carthaginenſis Synodi hoc anno habitæ poſſumus intelligere. Iiſdem enim Conſulibus Stilichone ſecundum & Anthemio, decimo Kal. Septemb. habita eſt Synodus Cartbaginēſis, in qua nihil præterea actum reperitur, niſi vt quæ reliqua eſſent ad perfectam vnitatem pertinentia, per legatos quamprimum perficerentur; ageretur q. publica legatione gratiarum actio de illis, qui relicto ſchiſmate ad Catholicam Eccleſiam rediſſent. hæc enim habent eius Acta repoſita in Concilio Africano [a] his verbis:

XXXV. *Quid actum in Synodo Carthaginenſi.*

Vt libera legatio ab omnibus prouinciis ad Concilium dirigatur: ad Myzonium legati, & litteræ propter liberam dirigendam legationem, deſtinari præcepti ſunt. Vt quia apud Carthaginē tantum vnitas facta eſt: dentur etiam litteræ ad Iudices, vt & in aliis prouinciis & ciuitatibus operam impendi iubeant vnitati: vt gratiarum actiones de Carthaginenſi Eccleſia pro vniuerſa Africa de excluſione Donatiſtarum cum Epiſcoporum litteris ad Comitatum mittantur.] Iſta quidē
B cum in Synodo actitantur; Recitatæ ſunt (inquiunt Acta) litteræ Papæ Innocentii, vt Epiſcopi ad tranſmarina pergere facile non debeant: quod hoc ipſum Epiſcoporum ſententiis confirmatur.] hæc ibi. Vides ne, quantum detulerit Synodus Carthaginenſis Romano Pontifici, vt ſtatim reuocarint, quod de Epiſcopis ad Comitatum legandis ſtatutum erat, generali vna admonitione ex Innocentii Papæ litteris? Quamobrem priori reuocato decreto, hæc ſtatuunt: Vt propter gratiarū actionem, & excluſionem Donatiſtarum, duo clerici Eccleſiæ Carthaginenſis ad Comitatum mittantur.] Quanta autem Deus contulerit Honorio Imperatori, qui tam pia ſolicitudine, quæ ad Eccleſiæ vnitatem ſpectabant, curauit, dicemus anno ſequenti.

XXXVI. b Aug. epiſt. 50. *Vnitas plurimorum Donatiſtarū ad Catholicam Eccleſiam.*

Magni quidem momenti vnitas iſta fuit, cuius cauſa ad Imperatorem pro gratiarum actione in Synodo decreta legatio eſt. De qua etiam quæ S. Auguſtinus ſcribat ad Bonifaciū, audiamus [b]: Iam vero (inquit) cum ipſæ leges veniſſent in Africam, præcipue illi qui quærebant occaſionem, aut ſæuitiam furentium metuebant, aut ſuos verecundabantur offendere, ad Eccleſiam continuo
C tranſierunt. Multi etiam, qui ſola illic a parentibus tradita conſuetudine tenebantur; qualem vero cauſam ipſa hæreſis haberet, numquam antea cogitauerant, numquam quærere & conſiderare voluerant: mox vbi cœperunt aduertere, & nihil in ea dignum inuenire, propter quod tanta damna paterentur, ſine vlla difficultate Catholici facti ſunt. Docuit enim eos ſolicitudo, quos negligentes ſecuritas fecerat. Iſtorum autem omnium præcedētium auctoritatem & perſuaſionem ſecuti ſunt multi, qui minus idonei erant per ſe ipſos intelligere quid diſtaret inter Donatiſtarum errorem & Catholicam veritatem. Ita cum magna agmina populorum vera mater in ſinum gaudens reciperet; remanſerunt turbæ duræ, & in illa peſte infelici animoſitate ſiſtentes. Ex his quoq. plurimi ſimulando communicauerant, alii paucitate latuerunt. Sed illi qui ſimulabant, paulatim aſſueſcendo, & prædicationem veritatis audiendo, maxime poſt collationem & diſputationem, quæ inter nos & Epiſcopos eorum apud Carthaginem fuit, ex magna parte correcti ſunt. In quibuſdam vero locis, vbi pertinacior & impacatior præualuit multitudo, cui reſiſtere non poterant pauciores, quorum erat melior de communione ſententia, aut turbæ auctoritati paucorum potentiorum ſubditæ in malam partem obtemperarunt; aliquanto diutius laboratum eſt.

XXXVII. *Donatiſtarum quorumdā ſæuitia.*

D Ex his ſunt in quibus adhuc laboratur: in quo labore multi Catholici, & maxime Epiſcopi & clerici, horrenda & dura perpeſſi ſunt, quæ commemorare longum eſt: quando quorumdam & oculi extincti ſunt, & cuiuſdam Epiſcopi manus & lingua præciſa eſt, nonnulli etiam trucidati ſunt. Taceo crudeliſſimas cædes, & domorum deprædationes per nocturnas aggreſſiones, & incendia non ſolum priuatorum habitaculorum, verum etiam eccleſiarum: in quas flammas non defuerunt qui & codices Dominicos mitterent. Sed nos huiuſmodi afflictos malis conſequens conſolatus eſt fructus. Nam vbicumq. a perditis iſta commiſſa ſunt, ibi feruentius atq. perfectius vnitas Chriſtiana profecit, & vberius laudatur Dominus, qui donare dignatus eſt, vt ſerui eius paſſionibus ſuis lucrarentur fratres ſuos, & oues eius, mortifero errore diſperſas, in pacem ſalutis æternæ ſuo ſanguine congregarent.] hæc Auguſtinus de voitate hoc anno cœpta, & maioribus in dies incrementis propagata. De crudelitate autem illorum Donatiſtarum, qui reſipiſcere noluerūt, agit idem Auguſtinus in epiſtola ad Ianuarium, & aliis in locis; nos vero de illis ſuo loco inferius.

XXXVIII. *Pāmachij ſtudium pro conuerſione Donatiſtarum.* c Aug. epiſt. 136.

Enituit in huiuſmodi vnitate facienda etiam ſtudium Pammachii Romani ciuis ac Senatoris ampliſſimi, qui poſſidens in Numidia latifundium, in quo cum eſſent coloni omnes Donati-
E ſtæ, idemq. pertinaciſſimi; ita operatus eſt, vt cunctos reddiderit, relicto ſchiſmate, Orthodoxos. cuius magni lucri cauſa S. Auguſtinus illi gratulans, egregiam ſcripſit epiſtolam, in qua hæc inter alia [c]: In cuius charitate (*Chriſti nimirum*) niſi radicatus eſſes, non tibi tam dilecta Catholica vnitas foret; nec colonos tuos Afros, eo terrarum, vnde Donatiſtarum furor exortus eſt, hoc eſt in media Conſulari Numidia conſtitutos, tali admoneres alloquio, tanto feruore ſpiritus animares, vt deuotione promptiſſima ad ſequendum eligerent, quod te talem & tantum virum nonniſi agnita veritate ſequi cogitarent; & tam longe a te locorum internallis remoti, irent ſub idem caput, atque in eius membris in æternum ſecum deputarentur, cuius præcepto tibi temporaliter ſeruiunt. In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens, exultaui, vt gratularer tibi in Chriſto Ieſu
5 Domino noſtro, tibique has gratulatorias litteras mitterem.] & poſt hæc: O quam multorum tecum pariter Senatorum, pariterq. ſanctæ Eccleſiæ filiorum tale opus deſideramus in Africa, de quali tuo lætamur! Sed illos periculoſum eſt exhortari, tibi ſecurum eſt gratulari.] hæc & alia Auguſtinus ad Pammachium in epiſtola (vt in fine ait) fratribus Romam legatis data. Porro hunc il-

lum eſſe Pammachium clariſſimum Senatorem putamus,cui cum S. Hieronymo a prima ætate A
magna familiaritas ac neceſſitudo & amicitiæ vlus interceſſit,de quo plura ſuperius.

XXXIX.
Donatiſtæ contra Catholicos armis & ſcriptis agunt.
a Aug epiſt. 48.
b Aug.epiſt.65.
c Aug.epiſt. 50.
d Aug.epiſt.50.

Qui autem ad vnitatem vocati reſilierunt,eorum alij armis in Catholicos deſperatione ada-
cti(vt dictum eſt)graſſari cœperunt;alij vero,qui modeſtiores eſſe viderentur,ſcriptis egere,expo
ſtulantes nimirum aduerſus Catholicos,quòd egerint legibus Imperatorum, vt nolẽtes licet,per
traherentur ad vnitatem.Inter alios autem qui ista iactarent,fuit Vincentius Donatiſta, qui eo
argumento ad S.Auguſtinum epiſtolam ſcripſit. Sed fortiorem ipſe Auguſtinus reddidit Apolo-
giam [a], egitque de his ad diuerſos ſcribens,& inter alios ad Ianuarium [b], & Bonifacium [c]; ad
quem poſt multa eo argumẽto diſputata,calumniam illam confutat,qua iidem Donatiſtæ more
ſuo proſcindebant optimam famam Orthodoxorum,dicentes inhiare ipſos bonis eorum.Sed in il
los hæc Auguſtinus arguto quidem [d]: Quod autem nobis obijciunt,quod res eorum concupiſca
mus & auferamus; Vtinam Catholici fiant,& non ſolum quæ dicunt ſua,ſed etiam noſtra in pace
nobiſcum & charitate poſſideant. Vſque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur,vt non at-
tendant quam ſint inter ſe contraria quæ loquuntur. Ipſi certe dicunt,& inuidioſiſſime ſibi cõque
ei videntur,quod eos in noſtram communionem violẽto legum imperio coarctamus. Hoc vtique B
nullo modo faceremus,ſi res eorum poſſidere vellemus.Quis auarus quærit cõpoſſeſſorem? Quis
dominandi cupiditate inflammatus,vel faſtu dominationis elatus deſiderat habere conſortem?]
hæc idcirco,quod ex indulgentia(vt dictum eſt)Romani Pontificis, Donatiſtarum Epiſcopi, qui
redire vellent,ſinerentur Epiſcopi perſeuerare,boniſq.ſuis & Eccleſiæ Catholicæ perfrui.

XL.
Auguſtino data occaſio ſcribendi contra Creſconium.
e Augu. contra Creſc.lib.3 c.47.
f Aug. retracta. lib 2.c.26.

Sed & haud poſt multum temporis eumdem ſanctum Auguſtinum compulſum eſſe ſcribere
aduerſus Creſconium grammaticum,Donatiſtarum acerrimum defenſorem,indicat illis uerbis,
quibus de Criſpino Epiſcopo Calamenſi Donatiſtarum agens addit [e]: Et nunc inter ipſas etiã
recentiſſimas leges proſcriptionem veſtris Epiſcopis comminantes in re propria ſecurus ſedeat,
&c.]De Creſconio autem ſic ipſe [f]: Grammaticus etiam quidam Donatiſta Creſconius,cum in
uenisſet epiſtolam meam,qua primas partes,quæ in manus noſtras tunc venerant,epiſtolæ Petilia
ni redargui;putauit mihi eſſe reſpondendum,& hoc ipſum ſcripſit ad me.Cui operi eius libris qua
tuor reſpondi,ita ſane,vt tribus peragerem quod vniuerſa reſponſio flagitabat.Sed cum viderem
de ſola Maximianenſium cauſa,quòd ſuos ſchiſmaticos damnauerunt,& eorum aliquos rurſus in
ſuis honoribus receperunt,baptiſmumq.ab eis extra ſuam communionem datum non repetiue-
runt;reſponderi poſſe ad cuncta quæ ſcripſit:etiam quartum librum addidi,in quo id ipſum(quã C
tum potui)diligenter atque euidenter oſtendi.Hos autem quatuor libros quando ſcripſi,iam con
tra Donatiſtas leges dederat Honorius Imperator.]hactenus Auguſtinus: qbus plane intelligas,
id ipſum quarto potiſſimum libro contra Creſconium S.Auguſtinum conatum eſſe,quod ſua Ho
norius ſanctione;nimirum omnibus reddere exploratum,ipſos Donatiſtas ſuis ipſorum tum fa-
ctis tum ſcriptis prorſus cõuinci,dum quod in alijs,nempe Catholicis,ipſi redarguiſſent, idem ip
ſi vehementiori ſtudio perpetraſſent.

XLI.
Prædicatione Auguſtini Donatiſtę complures conuerſi.
g Auguſ. contra Creſc.lib.1.c.3.
h Ibidem c. 5.

Quod autem ex Catholicorum profectu Creſconius ipſe tabeſceret,indigne ferẽs complures
Donatiſtarum tum ex prædicatione,tum etiam ex Auguſtini ſcriptis in dies reſipiſcere, inde ille
hæc in eum mira temeritate ſcriptis effutijt,quæ Auguſtinus [g] refert his verbis: Dicis,quod in-
toleranda arrogantia credam,me ſolum terminare poſſe,quod alijs velut inexpugnabile uiſum,at
que iudici Deo dimiſſum eſt:cum paulo ſuperius dixeris,hoc me velle finire poſt tot annos, poſt
tot iudices & arbitros,quod apud Principes,tot diſceptantibus litteratis,ab vtriuſque partis Epi
ſcopis finiri non potuit.]Ad hæc Auguſtinus reſpondet inter alia,iam ante cauſam definitam fuiſ-
ſe iudicio Eccleſiaſtico,Epiſcoporum vero Orthodoxorum eſſe ſtudioſe inuigilare, quo ad rectã D
viam deuij perducantur:quantum autem ipſi prædicatione profecerint,declarat his verbis [h]: Ne
que(inquit)hoc fit ſine fructu,vt exiſtimas.Nam ſi poſſes videre quam longe lateq. per Africam
error ille peruaſerit,& quam pauca eius remanſerint,quæq.nondum in pace Catholicam correcta
tranſierunt,nullo modo aſſertorum Chriſtianæ pacis & vnitatis infructuoſam & inanem arbitrare
ris inſtantiam.]hæc ipſe.

XLII.
Creſconius grammaticus altercatur de nominis deriuatione.
i Auguſt. contra Creſco.lib.2.c.1.

Cum igitur haud ignoraret Creſconius,Auguſtini opera,impium ſchiſma graue in dies ma-
gis in ſuis diſpendium pati:quod non eſſet quid in eiuſdem Auguſtini ſcriptis ea de re peruulga-
tis iure carpere potuiſſet:dum idem ipſe haud animo indagandę veritatis,ſed aduerſandi prurigi-
ne contrarijs ſcriptis altercari niteretur;eo ſe miſer conuertit(quod riſu dignum eſt)homo gram-
maticus,vt de grammaticalibus regulis Auguſtino faceret quæſtionem. ſed quænam hæc fuerit,
ipſum attende de iſta dicentem [i]: Audi ergo,Creſconi,dum breuiter & hoc demonſtro,nihil te
dixiſſe per totam epiſtolam tuam, quo refelleres meam: niſi forte quod me nomina deriuare vel
declinare docuiſti;vt a Donato,Donatianos,potius quam Donatiſtas dicerem:quam tamen Græ E
cam ſaltem declinationem eſſe concedis,videlicet,quod ita Donatiſtæ a Donato, vt Euangeliſtæ
ab Euangelio,nominentur.quo te delectari dicis;vt veſtris Euangelium prædicantibus, a ſimili
mutata ſit vocabuli declinatio.]hæc inter alia in ſuum Orbilium infligentem pueris verbera Au-
guſtinus:cum grauiora ipſi infligi a Demoſthene doceat,dum addit:Si enim Demoſthenes clariſ
ſimus oratorum,quibus verborum tanta fuit cura,quanta rerum auctoribus noſtris:cum tamẽ ei
nonnullam locutionis inſolentiam obieciſſet Æſchines; negauit ille, in eo poſitas eſſe fortunas
Græciæ,illo ne an illo verbo vſus fuerit,& an huc an illuc manus porrexerit:quanto minus nos la
borare debemus de regulis deriuandorum nominum,quando ſiue hoc ſiue illud dicatur, intelligi
tur ſine ambiguitate quod dicimus,quorum non in expolitione ſermonis, ſed in demonſtratione
veritatis eſt maior intentio?]hæc ipſe,intorquenda in ſciolos noſtri temporis,a quibus hæreſes ma
nauere,nimirum a collegis Creſconij,verborum vitia ſugillantibus, Nouatoribus hæreticis, ſine
Scriptura diuina Theologis,Apoſtolis ſine miraculis,abſque uera fide religioſis,ex grammaticis
factis

A factis ſtatim Euangelij interpretibus,miniſtris Eccleſiam deſtruentibus,cenſoribus Orbis, orba
tis mentis oculis.Sed miſſis his, ad reliquas huius anni res geſtas reuocemus orationem.

Hoc anno celebrata eſt prima Synodus Toletana,cui eiuſmodi titulus præfixus habetur [a]:Cō XLIII.
cilium Toletanum primum nouemdecim Epiſcoporum,tempore Honorij & Archadij, Stilicho- *a Extat.tom. 1 Concil.*
ne Conſule,Patrono Epiſcopo præſidente,ſub die ſeptimo Idus Septembris.]Quod vero ad poſte
riorem potius Conſulatum Stilichonis,quam ad priorem,atque ſub hoc anno eamdem Synodū *Concilium Toletanum primum.*
celebratam eſſe dicamus;illud magnopere perſuadet, quod ſi ſub priore Stilichonis Conſulatu
hanc habitam eſſe dixerimus,ad tempora vſque Anaſtaſij Papæ referenda ipſa eſſet;quam tamen
conſtat coactam eſſe ſub Innocentio Romano Pontifice,cuius ad Synodum Toletanam data ad-
huc extat epiſtola [b]. Nec alia quidem ſub ipſo Innocentio acta Toleti Synodus reperitur,ad quā *b Tom.1.Conc. epiſt.24.*
idem Romanus Pontifex eam epiſtolam dediſſe potuerit. Ita quidem nobis neceſſario ſentiendū
fuit,antequam comperta habuerimus quæ ex antiquo ſcripto codice edidit Acta Synodi Toleta-
næ Ambroſius Morales,vir cum primis doctus & de Eccleſiaſticis antiquitatibus rerum Hiſpani-
carum optime meritus;quibus plane innoteſcit,ſuperſtite adhuc S.Simpliciano Mediolanēſi Epi-
B ſcopo,primum Concilium Toletanum eſſe celebratum Era quadringenteſima trigeſima octaua ,
ac proinde illud ipſum ad Priorem Stilichonis Conſulatum eſſe referendum,vt ea de re dubitatio
nulla ſuperſit.Verumtamen eidem,vel erudito viro res Hiſpanicas acuratiſſime proſequenti Ioā
ni Marianæ in eo minime aſſentiri valeamus,dum Concilium primum Toletanum,quod ſub Ana *Duo Concilia Toletana.*
ſtaſio Papa habitum confitentur,idem eſſe cum eo,ad quod extant dictæ litteræ Innocentij,exiſti
mant,eaſdemq.ab ipſo datas in ipſo ſui Pontificatus ingreſſu,cum S.Anaſtaſio Papæ ſucceſſit:de-
cepti ambo aliorum errore,ex falſa chronographia annorum ſedis Pontificatus Anaſtaſij,qua tra
dunt eodem anno primi Conſulatus Stilichonis dictum Concilium celebratum,Anaſtaſiumq.de
functum,atque Innocentium ſubrogatum.Cum tamen certa teſtificatione maiorum,& ex rerum
geſtarum neceſſaria deducta temporis ratione ſuperius ſit demonſtratum,non eo anno ſub prio-
re Conſulatu Stilichonis,anno quadringenteſimo defunctum eſſe Anaſtaſium anno ſui Pontifica-
tus tertio,ſed ad quintum perueniſſe,ſuffectumq.in eius locum Innocentium anno ſalutis quadrin
genteſimo ſecundo.Hæc igitur cum ſatis comperta & explorata ſe habeant;quæ ratio patitur , vt
vnum idemq.dicamus eſſe Concilium Toletanum quod anno tertio Anaſtaſij eſt celebratum,cū
C eo ad quod Innocentius Papa decretalem epiſtolam dedit;quam etſi dixerimus datam eſſe anno
primo eius Pontificatus,tamen a primo Concilio Toletano anno tertio Anaſtaſij celebrato duo-
rum ferme annorum ſpatia intercurrunt?cum & certo ſciamus ex præſcripto ſacrorum canonum,
quorum ſæpe ſuperis mentio facta eſt,bis in anno ad prouinciale Concilium Epiſcopos coire cō-
ſueuiſſe : nec ſit exemplum,vnum idemque prouinciale Concilium in annum ſequentem eſſe
propagatum.

Neque eſt etiam quod dici poſſit Concilium Toletanum ſub Innocentio idem eſſe cum illo XLIV.
ſub Anaſtaſio celebrato,ex eo quod in ipſo quoque de perperam factis ordinationibus actum ſit:
nam & longe ante primum Concilium Toletanum de iiſdem tractatum eſt a Siricio Papa in litte-
ris ab eo datis ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum;diu enim multumq.eiuſmodi in ſacris
ordinibus corruptio diſciplinæ exagitauit Hiſpaniarum Eccleſias;adeo vt in ſchiſma vlcus erupe
rit tempore primi Concilij Toletani,vt verbis iſtis Patronus Epiſcopus præfatus eſt,dicens:Quo-
niam ſinguli cœpimus in Eccleſijs noſtris facere diuerſa,& inde tanta ſcandala ſunt,quæ vſque ad
ſchiſma perueniunt,&c.]Ex quibus etiam poteſt intelligi,longe poſt primum Concilium Toleta
D num aliud eſſe celebratum ſub Innocentio,cum iam longe lateq.tunc obortum ſchiſma diffuſum
magis magiſq.Hiſpaniarū Eccleſias infeſtaret:nam Innocentius in ſua epiſtola ad Epiſcopos in
Toletana Synodo conſtitutos iſta præfatur:Sæpe me & nimium cum teneret cura ſolicitum ſuper
diſſenſionis ſchiſmate Eccleſiarum,quod malum per Hiſpanias in dies ſeparationis gradu ince-
dere fama ipſa loquitur.]vt plane appareat,non ſtatim vt ſubrogatus eſt Innocentius in locū Ana
ſtaſij, ſed cum plures ſediſſet annos , eas ab ipſo litteras eſſe conſcriptas . quod ſi ipſo ſedis ſuæ
exordio ad primum Concilium Toletanū eam Innocētius dediſſet epiſtolam, vtique de teſtituen
da pœnitentibus cōicatione(quod requirebatur,& expectabatur ab ipſis)ab eo ſcribendū fuiſſet.

His igitur de duabus Synodis Toletanis inter ſe inuicē diſtinctis elucidatis,Acta ipſa ad prio- XLV.
rem Synodum ſub Anaſtaſio celebratam ſpectantia hic reddenda putamus,quod plura in eis ſint
quæ ad rerum geſtarum cognitionem ac temporum rationem pertineant,confirmentq.ſuperius
a nobis aſſerta de tempore Concilij Cæſarauguſtani,multa præterea habeant quæ Hiſpaniæ Epi
ſcoporum erga Romanum Pontificem inſinuent cultum & obſeruantiam: continent autem in pri
mis pœnitentiam Epiſcoporum palinodiam de Priſcilliana hæreſi aliquando recepta recantan-
E tium. ſic enim ſe habent:

INCIPIVNT EXEMPLARIA PROFESSIONVM IN CONCILIO TOLETA-
NO CONTRA SECTAM PRISCILLIANI. ERA CCCCXXXVIII.] *eſt hic annus Do
mini quadringenteſimus,quo notatur in Conſularibus Faſtis Stilichonis cum Aureliano Conſulatus.*

Poſt habitum iam Concilium Kalendis Septembribus,tertio Nonas Septembres poſt diuer-
ſas cognitiones tunc habitas,ſub die octauo Iduum Septembrium excerptæ ſunt de plenarijs Ge-
ſtis profeſſiones domni Simphoſij,& domni Dictinij ſanctę memoriæ Epiſcoporū, & domni ſan-
ctæ memoriæ Comaſij tunc presbyteri, quas inter reliquos habuerunt in Concilio Toletano de
damnatione Priſcilliani , vel ſectæ eius,in hunc modum:

Poſt aliquanta & inter aliquanta eodē tempore Acta,Dictinius Epiſcopus dixit:Audite me ,
optimi Sacerdotes:Corrigite omnia,quia vobis correctio data eſt:ſcriptum eſt enim:Vobis da- XLVI.
tæ ſunt claues Regni cęlorum.Sed peto a vobis,vt claues nobis Regni,non portæ aperiantur infer *Profeſſio Dictinij Epiſcopi*
ni.Hæc,ſi dignamini,omnia ante oculos pono:Hoc enim in me reprehendendo,quod dixerim vnā
Dei &

Dei & hominis eſſe naturam. Item dixit: Ego non ſolum correctionem veſtram rogo, ſed & omnẽ A
præſumptionem meam de ſcriptis meis arguo atque condẽno. Itẽ dixit: Sic ſenſi: teſtis eſt Deus. Si
erraui, corrigite. Item dixit. Et paulo ante dixi, & nunc iterum repeto: In priori comprehenſione
mea, & in principijs conuerſionis meę quæcunque conſcripſi, omnia me toto corde reſpuere. Itẽ
dixit: Excepto nomine Dei, omnia anathemo. Item dixit: Omnia quæ inueniuntur contra fidem,
cum ipſo auctore condemno.

XLVII. *Profeſſio Simphoſii Epiſcopi.* Simphoſius Epiſcopus dixit: Iuxta quod paulo ante lectum eſt in mẽbrana neſcio qua, in qua
dicebatur Filius innaſcibilis: hanc ego doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut Filium innaſci-
bilem, cum ipſo auctore damno qui ſcripſit. Item dixit: Ego ſectam, quæ recitata eſt, damno cũ au
ctore. Item dixit: Ego ſectam malam, quæ recitata eſt, damno cum auctore. Item dixit: Date mihi
chartulam, ipſis verbis condemno. Et cum accepiſſet chartulam, de ſcripto recitauit omnes libros
hæreticos, & maxime Priſcilliani doctrinam, iuxta quod hodie lectum eſt: Vbi innaſcibilem Filiũ,
ſcripſiſſe dicitur, cum ipſo auctore damno.

XLVIII. *Profeſſio Comaſii presbyteri.* Comaſius presbyter dixit: Nemo dubitet me cum domno meo Epiſcopo ſentire, & omnia dã
nate, quæ damnauit; & nihil eius præferre ſapientiæ, niſi ſolum Deum. Atque ideo nolo me, dubite B
tis, aliud eſſe facturum, aliterve ſenſurum, quam quod profeſſus eſt. Ac proinde quomodo dixit. E
piſcopus meus, quem ſequor: quicquid ille damnabit*, & ego damno.

** damnauit.*

Era qua ſupra, ſub diem ſeptimum Iduum Septembriũ profeſſiones ſanctæ memoriæ Epiſco-
porum domni Simphoſij & domni Dictinij, & ſanctæ memoriæ Comaſij tunc presbyteri.

Comaſius presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere, quod ſemel dixiſſem, vt gaudeam. Se
quor auctoritatem Epiſcopi mei Simphoſij: ſequor ſapientiam ſenis: ſentio quod dixi. Si iubetis,
ex chartula relegam. Omnes id ſequantur, qui voluerint veſtro adhærere conſortio. Et Comaſius
Secunda profeſſio lapſorũ. presbyter ex chartula legit: Cum Catholicam & Nicænam fidem ſequamur omnes; & ſcriptura
recitata ſit, quam Donatus presbyter, vt legitur, ingeſſit, vbi Priſcillianus innaſcibilem eſſe
Filium dixit: conſtat hoc contra Nicænam fidem eſſe dictum. Atque ideo Priſcillianum hu-
iusdicti auctorem cum ipſius dicti peruerſitate, & quos male condidit libros cum ipſo auctore
condemno.

Simphoſius Epiſcopus dixit: Si quos male condidit libros, cum ipſo auctore condemno.

Dictinius Epiſcopus dixit: Sequor ſententiam domni mei, & patris mei & genitoris & docto- C
ris.... Quæcumq. locutus eſt, loquor. Nam ſcriptum legimus: Si quis vobis aliter euãgelizauerit,
præter quam quod euangelizatum eſt vobis, anathema ſit. Et idcirco omnia quæ Priſcillianus aut
male docuit, aut male ſcripſit, cum ipſo auctore cõdemno.] hactenus lapſorum profeſſiones. Quid
autem de his decreuerit ſancta Synodus, Acta quæ ſequuntur, ita declarant:

XLIX. Die qua ſupra. Exemplar diffinitiuæ ſententiæ tranſlatæ de Geſtis. Epiſcopi dixerunt: Lega-
tur ſcriptura ſententiæ. Et legit. Etſi diu deliberantibus verum poſt Cæſarauguſtanum Cõcilium,
in quo ſententia in certos quoſque dicta fuerat; ſola tamen vna die, præſente Simphoſio, qui poſt-
modum declinando ſentẽtiã præſens audire contempſerat; arduum nobis eſſet audire iam dictos:
litteris tamen ſanctæ memoriæ Ambroſij, quas poſt illud Concilium ad nos miſerat, vt ſi condem
naſſent quæ perperam egerant, & impleſſent conditiones quas præſcriptæ litteræ continebant, re-
uerterentur ad pacem (adde, quæ ſanctæ memoriæ Siricius Papa ſuaſiſſet) magnam nos conſtat p̃
ſtitiſſe patientiam: Et ſi prius indictum in Toletana vrbe Concilium declinarant, ad quod illos euo
caueramus; & audiſſemus cur non impleſſent conditiones, quas ſibi ipſi, ſancto Ambroſio præſen
** qui dicebãtur.* te & audiente, poſuiſſent: patuit reſpondiſſe Simphoſium, ſe a recitatione eorũ quæ* dicebant mar- D
tyres receſſiſſe] erant hi, quos a Maximo necatos diximus Imperatore, Priſcillianus ipſe ac ſocij,
quos Priſcillaniſtæ colebant vt martyres. Sed pergunt Acta: Ac dehinc deceptum, tentumque per
plurimos, ſecus aliqua geſſiſſe reperimus, nullis libris apocryphis, aut nouis ſcientijs, quas Priſcil
lianus compoſuerat, inuolutum. Dictinium epiſtolis aliquantis pene lapſum; quas omnes ſua pro-
feſſione condemnans, correctionem petens, veniam poſtularet. Quem cõſtat (vt Simphoſius fecit)
quæcumque contra fidem Catholicam Priſcillianus ſcripſerat, cum ipſo auctore damnaſſe.

L. Ceterum extortum ſibi de multitudine plebis probaret eſſe Simphoſium, vt ordinaret Dicti-
nium Epiſcopum, quem ſanctus Ambroſius decreuiſſet bono pacis locum tenere presbyterij, non
accipere honoris augmentum. Confitentur etiam illud, quod alios per diuerſas Eccleſias ordinaſ
ſent, quibus deerant ſacerdotes; habentes hanc fiduciam, quod eum illis propemodum totius Gal
leciæ ſentiret plebium multitudo: ex quibus ordinatus eſt Paternus Braccarenſis Eccleſiæ Epiſco
pus: in hanc vocem confeſſionis primus erupit: Et ſectam Priſcilliani ſe ſciſſe, ſed factum Epiſcopũ
liberatum ſe ab ea, lectione librorum ſancti Ambroſij, eſſe, iuraret. Item Iſonius nuper baptizatũ
ſe a Simphoſio, & Epiſcopum factum ſe hoc tenere, quod in præſenti Concilio Simphoſius profeſ- E
ſus eſt, reſpondit.

LI. *De perfidia Herenę Epiſc. & ſuorum.* Vegetinus vero olim ante Cæſarauguſtanum Cõcilium Epiſcopus factus, ſimiliter libros Pri
ſcilliani cum auctore damnauerat, vt de ceteris Acta teſtantur: de quibus qui conſuluntur Epiſco-
pi iudicabunt. Herenas clericos ſuos ſequi maluerat, qui ſponte, nec interrogati, Priſcillianum Ca
tholicum, ſanctum martyrem clamaſſent, atque ipſe vſq. ad finem Catholicum hunc eſſe dixiſſet,
perſecutionem ab Epiſcopis paſſum. Quo dicto, omnes ſanctos, iam plurimos quieſcentes, aliquos
in hac luce durantes, ſuo iudicio deduxerit in reatum. Hunc cũ his omnibus tam ſuis clericis, q̃ di
uerſis Epiſcopis, hoc eſt, Donato, Acurio, Aemilio, qui ab eorum profeſſionibus recedentes maluiſ
ſent ſequi conſortium perditorum, decernimus a ſacerdotio ſubmouendum: quem conſtaret etiã
de reliquis verbis ſuis conuictum per tres Epiſcopos, multos quoque presbyteros, ſiue diaconos,
cum periurio fuiſſe mentitum.

Vegetinum autem, in quem nulla ſpecialiter dicta fuerat ante ſententia, data profeſſione, quã
Synodus

Digitized by Google

A Synodus accepit,ſtatuimus communioni noſtræ eſſe reddendum.

Paternum,licet pro Catholicæ fidei veritate & publicatæ hæreſis errore libenter amplexi,Ec
cleſiam,in qua fuerat Epiſcopus conſtitutus,tenere permiſimus:recepturi etiam in noſtram com-
munionem,cum ſedes Apoſtolica reſcripſerit.]Vides ex his,neminem ante communicare cũ lap-
ſo,niſi prius illi pœnitenti ſedes Apoſtolica communicaret.Sed ſubdunt Acta de alijs:

Reliqui,qui ex prouincia Gallecia ad Concilium conuenerant, & in Simphoſij ſemper cõmu- LII.
nione durauerant,accepta forma a Concilio miſſa,ſi ſubſcripſerint,etiam ipſi io cæleſtis pacis cõ
templatione conſiſtant,expectantes pari exemplo,quid Papa qui nunc eſt,quid ſanctus Simplicia
nus Mediolanenſis Epiſcopus,reliquiq. Eccleſiarum reſcribant Sacerdotes.Si autem ſubſcriptio-
nem formæ,quam miſimus,non dederint;Eccleſias quas detinent,non retineant;neque his cõmu
nicent,qui reuerſi de Synodo,datis profeſſionibus,ad ſuas Eccleſias reuerterunt.

Sane Vegetinum ſolum cum Paterno communicare decreuimus.Simphoſius autem ſenex re- LIII.
ligioſus,qui quæ egerit,ſupra ſcribimus,in Eccleſia ſua conſiſtat,circumſpectior circa eos,quos ei
reddemus,futurus:inde expectabit communionem, vnde prius ſpem futuræ pacis acceperat. qđ
B obſeruandum etiam Dictinio & Anterio eſſe decreuimus. Conſtituimus autem,vt priusquam illis
per Papam,vel per ſanctum Simplicianum communio redditur,non Epiſcopos, non presbyteros,
nou diaconos ab illis ordinandos:vt ſciamus ſi vel nunc ſciant,ſub hac conditione remiſſi,tandem
Synodicæ ſententiæ præſtare reuerẽtiam.]Hic obſerua veterem nomenclaturam eſſe, vt per Papã
antonomaſtice intelligatur,ſecundum ea quæ dicta ſunt,Romanæ ſedis,Epiſcopus. Sed pergunt:
Meminerint autem fratres & coepiſcopi noſtri,enixe excubandum,ne quis communione depulſus
collectiones faciat per mulierum domos,& apocrypha quæ damnata ſunt,legant; ne communicã
tes his,pari ſocietate teneantur:quoniam quicumque has ſuſceperint,certum eſt,eos etiam grauio
ri ſententia retinendos eſſe.Fratri autem noſtro Ortygio Eccleſias,de quibus pulſus fuerat, pro-
nunciauimus eſſe reddendas.]hactenus Acta in ſcripto codice, qui aſſeruatur in Regia bibliothe-
ca S.Laurentij,exarata.

At quid,inquies,cauſa Priſcillianiſtarum,Hiſpaniarum Eccleſias infeſtantium,ad ſanctũ Am LIIII.
broſium pertinebat,vt eiuſdem litterarum præſcripto lapſis pax impertiretur ab Hiſpaniarũ E pi-
ſcopis? Et quid inſuper eſt,quod ijdem Hiſpaniarum Epiſcopi profitentur ſe non communicatu-
C ros lapſis pœnitentibus ad Eccleſias ſuas reuocatis,niſi reſcriberet id Romanus Pontifex, vel S.
Simplicianus,& alij Eccleſiarum Epiſcopi? Numquid parem ob id quis arguet poteſtatem fuiſſe
Mediolanenſis Epiſcopi,atque Romani Pontificis? Habes eamdem loquendi formam vſurpatam
in Concilio Taurinenſi [a], in eadem(vt diximus)Priſcillianiſtarum cauſa,verbis illis: Iuxta litte-
ras venerabilis memoriæ Ambroſij Epiſcopi,vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis.] At non ſunt hæc a Concil Taurinen.c. 5.
tanta,quæ in diſcrimen poſſint veritatem adducere. Etenim hæc omnia acta eſſe per ſanctos Me-
diolanenſes Epiſcopos mandato Papæ Siricij,cuius in eiuſmodi cauſa ijdem legatione fungeren-
tur,plura ſunt quæ demonſtrent:ac primum quod hæc ipſa Acta recitata ſuperius referunt, dũ de
ſancti Ambroſij litteris agentes Epiſcopi,ab ipſo ea ſcripta ſubdunt,quæ(inquiunt)ſanctæ memo-
riæ Siricius Papa ſuaſiſſet.]vt plane appareat,illa a S.Ambroſio eſſe conſcripta,quæ a Papa Siricio
antea accepiſſet. Hæc quidem neceſſario ita eſſe intelligenda,quæ in cauſa Iouiniani hæreſiarchæ
& eiuſdem impietatis collegarum inter S.Ambroſium & Siricium trãſacta ſunt,admonent.

Infeſtabant eiuſmodi peſtes tunc temporis Mediolanenſem Eccleſiam. reſiſtebat illis S. Am- LV.
broſius:tamen quod non eſſet tantæ auctoritatis Antiſtes,vt hæreticos recens emergentes damna
D re poſſet:vt primo Romæ a Siricio ijdem damnarentur,curatum fuit;inde vero vt id ipſum Medio
lani,conuocato Concilio,gereretur,miſſis ab Apoſtolica ſede legatis tribus,per eumdem Siricium
procuratum eſt : quorum auctoritate eoſdem hæreticos e Mediolanenſi pulſos vrbe,S. Ambro-
ſius & collegæ Epiſcopi , qui Synodo interfuerunt , Synodali epiſtola ad Siricium ſcripta te-
ſtati ſunt,profeſſi ijdem ſecundum iudicium Papæ Siricij eoſdem ſe hæreticos condemnaſſe. Ha-
bes igitur ex his quæ tunc geſta ſunt,quæ in pari cauſa geri potuerint,immo & geſta eſſe,valeas in
telligere:nimirum(quod dicti nuper Epiſcopi Toletani Concilij publice tradiderunt)ſuadente Si-
ricio Papa,ea per ſanctum Ambroſium ſcripta eſſe:quod etiam de eius ſucceſſore Simpliciano di-
cendum eſt,in quem conceſſa ſancto Ambroſio auctoritas per eumdem Siricium & eius ſucceſſo-
rem Anaſtaſium propagata cognoſcitur. Iam enim temporibus Damaſi Papæ in eadem cauſa (vt
dictum eſt)ſanctus Ambroſius ſe iudicium Damaſi ſequi profeſſus fuit , dum quos inauditos atq.
reiectos a Damaſo audiuit Ambroſius Priſcillianum ac ſocios,ipſe æque eoſdem Mediolanum ſe
conferẽtes audire penitus recuſauit; ob idque dignus eſt habitus, cui in eadẽ cã tractanda Roma
ni Pontifices ſuã vicẽ delegare voluerint;ita tñ,vt quid agendum eſſet(vt vidimus)præmonuerint.

E Quod vero ſpectat ad Dictinium,qui in hac Synodo Toletana priore ſub Anaſtaſio Papa recã
tauit palinodiam;conſtat fuiſſe Epiſcopum Aſturicenſem,& claruiſſe egregia ſanctitate,cuius me LVI.
moria anniuerſaria natali die in Hiſpania colitur. Simphoſiumq. qui dicitur pater eius,conſtat tẽ-
pore Concilij Cæſarauguſtani vna cum Catholicis Epiſcopis aduerſus Priſcillianiſtas hæreticos
conueniſſe,vt quæ extant eius Synodi fragmenta declarant.

At de Synodo Toletana,illud minime prætereundum eſt,reperiri ei ſubſcriptum cum alijs E- LVII.
piſcopis Olympium,fama celebrẽ, & clarum inter ſcriptores Eccleſiaſticos huius temporis;licet b Genad.de Vir. illuſtr.c.24.
cuius Eccleſiæ Epiſcopus fuerit,non dicatur,ſicut alij ibidem nominati Antiſtites. De Olympio
enim Epiſcopo his tẽporib. in Hiſpania florente,hæc Gennadius [b]:Olympius,natione Hiſpanus, *De Olympio hiſpano Epiſcopo.*
Epiſcopus,ſcripſit librum Fidei aduerſus eos qui naturam & non arbitrium in culpã vocant,oſtẽ-
dens non creatione,ſed inobedientia inſertũ naturę malum.]hæc ipſe. illud quidem opus ab eo ſcri c Aug.contra Iulian.lib.1.c.3. & c 7.
ptum patet aduerſus Manichæos,dicentes carnem a malo eſſe principe tenebrarum. Citat eiuſdẽ
ſcripta S.Auguſtinus [c], ſed vide quanto præconio: Olympius Hiſpanus Epiſcopus,vir magnæ in

Eccleſia

Eccleſia & in Chriſto gloriæ, in quodam ſermone Eccleſiaſtico: Si fides, inquit, &c.] & inferius: S. A
Olympius dicit.] adducit enim in teſtimonium aduerſus Pelagianos, originale peccatũ negãtes,
cuius Olympius eſſet conſtans aſſertor. Sed reuocari in dubium poſſet, nũ idem ſit ille, quem Au-
guſtinus citat Olympium, cum eo de quo Gennadius, qui & in Concilio Toletano ſubſcriptus ha
betur: ſiquidem ipſum quater citans S. Auguſtinus ſimul cum alijs ſanctiſſimis Patribus, ſemper
a Auguſt. contra Iu.ian. lib. 2. c. 10. ter. & lib. 5. c. 17. S. Hilario illum præponit, hoc ordine dicens [a] Cyprianus, Rhericius, Olympius, Hilarius, Ambro
ſius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Baſilius, quibus addo presbyterum (velis, nolis) Hierony-
mum.] Verum cum de opere ipſo conſtet, atque recenſeat eum Gennadius inter huius tpis ſcripto
res, nequaquam putamus ætate Hilarium præceſſiſſe, ſicut nec fuiſſe poſt Ioannem Baſiliũ patet.

LVIII. Quod rurſum ad Toletanam Synodum ſpectat: qui in eius appendice habeatur canon vigeſi-
musprimus, haud huius Synodi eſt dicendus; quippe pertinere cognoſcitur ad tempora S. Leonis:
agemus de eo ſuo tempore. Porro ipſum Toletanum Concilium multa habet ad recte componē-
dam Eccleſiaſticam diſciplinam accõmadata, viginti regulis definita: in quarum decimaſeptima
quod ponitur de concubina, intellige ſecundum ea quæ S. Auguſtinus habet libro de Bono coniu-
gali, capite quinto. B

LIX. Quod autem pertinet ad Innocentij dictam epiſtolam; ipſe irritam reddidit ſentẽtiam illam,
qua dicebatur, coniugium ante baptiſmum initum, ſic per baptiſmum, quod ad bigamiam conſti
tuendam obliterari, vt ducens aliam poſt baptiſmum, bigamus minime efficeretur. Quod ſenſit
b Hier. epiſ. 83. aliquando S. Hieronymus in epiſtola ad Oceanum [b] in cauſa Charterij Epiſcopi in Hiſpania,
defendens eam opinionem Romæ cum eſſet, qui poſtea in dicta epiſtola id ipſum præſtitit ſimula
tius: licet in Apologia contra Ruffinum, cum eade re a Chryſogono in crimen vocaretur, ſe excu
c Hieron. Apol. lib. 1. in fin. ſet his verbis [c]: Hæc dicimus, non quod ipſi propitio Chriſto hac quæſtione teneamur. Sed iure r
rogati a fratrib. quid nobis videretur, reſpondimus, nulli præiudicanres ſequi quod velit, nec alte
rius decretum noſtra ſententia ſubuertentes.] hæc ipſe: quibus intelligas Eccleſiæ doctoris mode-
ſtiam, cum ſententiæ, quam defendit atque corroborat, fulcitq. irrefragabilibus propemodum ra
tionibus, neminem cogit inuitum adſtipulari. Porro Carterium illum Hiſpanum Epiſcopum, cu-
ius meminit S. Hieronymus in dicta epiſtola ad Oceanum, eumq. ætate & ſacerdotio veterem, no
minat, non alium fuiſſe puto, quam illum qui cum alijs Orthodoxis Epiſcopis interfuit Concilio
Cæſarauguſtano, & Caterius, pro, Carterius, ſcriptus mendoſe legitur: niſi potius qui dicendus ſit C
Caterius, Carterius apud S. Hieronymum deprauato textu excuſus habetur. Vides igitur haud le
uioris momenti fuiſſe eiuſmodi controuerſias de ordinationibus perperam factis, quarum cauſa
Hiſpaniarum Eccleſiæ ſchiſmate ſciſſæ eſſent, cum eiuſmodi bigamis ordinatis reliqui minime
communicarent Epiſcopi: quorum quidem immenſum fuiſſe numerum, non vnum Carterium, S.
d Hier. epiſ. 83. Hieronymus indicat illis verbis [d]: Miror autem te vnum, *Cartherium ſcilicet*, protraxiſſe in me-
dium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus ſit, non dico de presbyteris, non de inferio
ri gradu: ad Epiſcopos venio, quod ſi ſigillatim voluero nominare, tantus numerus cõgregabitur,
vt Ariminenſis Synodi multitudo ſuperetur.] hæc S. Hieronymus: quibus etiam intelligere valeas
haud leue periculum impendiſſe, ne eiuſmodi cauſa obortum in Hiſpania ſchiſma in vniuerſam
diffunderetur Eccleſiã, cũ præſertim eiuſmodi ordinati Epi habuerint S. Hieronymũ defenſorem.

LX. *De epiſtola Innocentij ad Exuperium.* Scripſit & hoc ipſo anno idem Innocentius Romanus Epiſcopus de nõnullis Eccleſiaſticis re
bus ad S. Exuperium Epiſcopum Toloſanum, cum ille cõſuluiſſet, de dubijs quibuſdam ipſum Ro
manum Pontificem. hũc autem Exuperium eumdem fuiſſe, quem Auſonius Burdigalenſem di-
cit, & clarum inter eius tempois oratores adnumerat, in Notis diximus. eumdem namque poſt D
Præfecturam Hiſpaniarum ad tranquillitatis portum ſeceſſiſſe, idem Auſonius tradit, conſtatq.
e Paulin. epiſt. 20. in Eccleſia Burdigalenſi meruiſſe presbyterum, vt ex Paulino [e] poteſt intelligi in epiſtola ad A
mantium. At vero factus Epiſcopus, qualis quãtuſve extiterit, egregia vitæ ſanctitate conſpicuus,
f Hieron. epiſ. 4. ex S. Hieronymo [f] audi, dum hæc de ipſo in primis habet, ſcribens ad Ruſticum: Sanctus Exupe
g 3 Reg. 17. *Laudes Exuperij ex S. Hieronymo.* rius Toloſæ Epiſcopus, viduæ [g] Saraptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiunijs
faucе torquetur aliena, omnemq. ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui cor
pus Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro: qui auaritiam eiecit e templo; qui abſq.
h Matth. 21. funiculo & increpatione cathedras vendentiũ columbas, id eſt dona ſancti Spiritus, menſaſq. ſub
i Hiero. epiſ. 11. uertit mammonæ [h], & nummulariorum æra diſperſit; vt domus Dei, domus vocetur orationis,
& non latronum ſpelunca. Huius tu e vicino ſectare veſtigia.] hæc ipſe. Et ad Ageruchiã [i]: Non poſ-
ſum (inquit) abſque lacrymis Toloſæ facere mentionem, quæ vt hucuſque non rueret, ſancti Epi-
k Hier. epiſ. 10. ſcopi Exuperij merita præſtiterunt. Et ad Furiam [k]: Habes (inquit) ſanctum Exuperium proba-
tæ ætatis & fidei, qui te monitis ſuis frequenter inſtituat.] Sed de ipſo modo hactenus, dicturi de eo E
alia occaſione anno ſequenti. Iam vero ad dictam ab Innocentio Papa ad ipſum ſcriptam epiſto
lam redeamus.

LXI. *De ſerie librorum ſacrorum tum a Latinis tum a Græcis ſcripta.* Inter alia autem, quæ S. Exuperius ab Innocentio Romano Pontifice exquiſierat, de continen
tia clericorum, & pœnitentijs quibus delinquentes coercerentur, atque alijs, doceri quoque petijt
ſacrorum librorum catalogum. quod idem Innocẽtius præſtitit ad finem ſuæ decretalis epiſtolæ,
canonicorum librorum ſeriem texens: quam & in Romano Concilio (vt dictum eſt) Damaſus pro
mulgarat. præſtitit id ipſum Gelaſius Pontifex, ſed antea S. Auguſtinus, atque Ruffinus, poſtea ve
ro Alcimus Auitus heroico carmine, Caſſiodorus, & Iſidorus, vt taceamus de recẽtioribus: Græco
rum autem Concilij Niceni canon qui excidit, & ſi altius repetendũ putes, canon qui dicitur Apo
ſtolorum, Concilium Laodicenum, S. Athanaſius, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius, Cyril-
lus Hieroſolymitanus, poſtea Ioannes Damaſcenus, & alij recẽtiores in aliquibus inter ſe diuerſi.
Subiecit autem Innocentius & quæ Exuperius cauere deberet apocrypha. Sed de his nos ſuperius
fuſius egimus primo tomo.

IESV

I. *Rhadagayſus bellum parat aduerſus Honorium Imp.*

A Chriſto nato iam annus agitur quadringenteſimusſextus auſpicijs nouorum Conſulum Arcadij Aug.ſextum & Anicij Probi:Quo(inquir Marcellinus)Theodoſius Iunior Quinquennalia edidit:& Rhadagayſus Paganus,natione Scytha,cum ducētis millibus ſuorum totam Italiā inundauit.Cum Huldin & Saurus * Hunnorum Gothorumq.Reges Rhadagayſum continuo cō fecerunt,ipſius capite amputato,captiuos eius ſingulis aureis diſtrahentes.]hæc ipſe, & quidem paucis & obſcurre. At res tanta digna quidem eſt,quæ omni ex parte elucidetur,ac ſuſius explicetur.Atque in primis quod ad rei geſtæ tempus ſpectat:ſcimus S.Proſperum in Chronico,hæc accidiſſe affirmare anno ſuperiori, ſub Conſulatu Stilichonis ſecundo & Anthemij.Vt autem Marcellino potius aſſentiamur,Honorij Imperatoris ſcripta hoc anno ad Prouinciales data perſuadent.Etenim ob ingruens tanti belli periculum iubet etiam armari ſeruos [a]. Sed & iterato rurſum edicto,ingenuis militantibus ſtipendium auxit,cum ita ad Prouinciales reſcripſit [b]:

* Sarus.

B

a l.16.de tyron. Cod.Theod.

b l.17.de tyro. Cod.Theod.

II. *Honorius ad bellum futurū ſtipendium auget.*

Prouinciales pro imminentibus neceſſitatibus omnes inuitamus edicto,quod erigit ad militiam innata libertas.Ingenui igitur,qui militiæ obtētu arma capiunt amore pacis & patriæ,ſciant ſe denos ſolidos paratis * rebus de noſtro percepturos ærario;quibus tñ ternos ex ſumma ſupradicta iam nunc ſolidos præberi mandauimus. Nam optimos futuros confidimus,quos virtus & vtilitas publica neceſſitatibus obtulit.Dat.XIII.Kalend.Maij,Rauennæ, Arcadio A. VI. & Probo Coſſ.]Cum igitur tanta neceſſitas hoc anno Imperatorem coegerit armare ſeruitia,atque triplicare ſtipendia militantibus;nec alia præter illam Rhadagayſi his temporibus contigiſſe legatur barbarorum irruprio,cuius cauſa tanta oportuerit in expeditione præſtari: plane affirmandum eſſe videtur,hoc ipſo anno,quo edicta illa promulgata ſunt,formidoloſum Rhadagayſi in Italiam aduentum accidiſſe.Hæc in his quæ ad tempus ſpectant. At rem geſtam ab [c] Oroſio huius temporis ſcriprore petamus; quem tamen hæc ſummatim ſtrictimq.ſcribendo,prætetijſſe multa opotuit.Air igitur:

* pacatis

c Oro.li.7.c.37.

C

III.

Taceo de ipſorum inter ſe barbarorum crebris dilacerationibus,cum ſe inuicem Gothorum cuneiduo,deinde Alanni atque Hunni varijs cædibus populabantur.Radagayſus omnium antiquorum præſentiūq. hoſtium longe immaniſſimus,repentino impetu totam inūdauit Italiam;nā fuiſſe in populo eius plus quam ducenta millia Gothorum,ferunt. Hic ſupra hanc incredibilem multitudinem indomitamq.virtutem Paganus & Scyrha erat.Qui(vt mos eſt barbaris huiuſmodi gentibus)omnem Romani generis ſanguinem dijs ſuis propinare deuouerat. Hoc igitur Romanis arcibus imminente,fit omnium Paganorum in Vrbe concurſus: Hoſtem eſſe cum vtique virium copia,tum maxime præſidio deorum potentem:Vrbem autem ideo deſtituram,& mature periturain,quia deos & ſacra perdiderit.Magnis querelis vbique agitur;& continuo de repetendis ſacris celebrandiſq.tractatur.Feruent tota Vrbe blaſphemiæ:vulgo nomen Chriſti tamquam lues aliqua præſentium temporum probris ingrauatur.]Cum hæc ſcribat Oroſius, puto quidem tunc vſurpaſſe ſibi Gentiles annonam illam quæ perſoluebatur antea deorum templis, ablatam (vt vidimus)ab Imperatore Gratiano;quam iterum poſt ſequentem annum ab ijs vendicari, & dari militibus,Honorius Imperator iuſſit [d], vt ſuo loco dicemus.Sed pergit rem geſtā Oroſius:

Gentiles in Chriſtum premunt.

d l.19.de Paga. Cod.Theod.

D

IV. *Cur non expugnata Roma a Rhadagayſo pagano Rege.*

Itaque ineuitabili iudicio Dei factum eſt, vti quoniam in permixto populo pijs gratia, impijs pœna debebatur,oportebatq. permitti hoſtes,qui inſuadibilē in plurimis & contradicentem ciuitatem ſeuerioribus ſolito flagris coarguerent;non tamen eos,qui indiſcrete cunctos intemperata cæde delerent:duo tunc populi Gothorum cum duobus potentiſſimis Regibus ſuis per Romanas prouincias baccharētur;quorum vnus Chriſtianus,propriorq.Romano,&(vt res docuit) timore Dei mitis in cæde:alius Paganus,barbarus,& vere Scytha:qui non tantum gloriam, aut prædam,quantum inexaturabili crudelitate ipſam cædem amaret in cæde.Et hic iam receptus ſinu Italiæ,Romam e proximo trementem terrore quaſſabar.Itaque ſi huic vltionis poteſtas permitteretur,quem Romani ob hoc præcipue tremendum arbitrabantur,quia fauorem deorum ſacrificiorum obſequijs inuitaret;& immoderatior cæde ſine fructu emendationis arſiſſet,& error nouiſſimus peior priore creuiſſet.Quandoquidem in Pagani & Idololatræ manus incidiſſe,nō ſolum Paganis reſiduis de inſtaurando cultu idolorum eſſet indubitata perſuaſio,ſed etiam Chriſtianis periculoſa confuſio,cum & hi terrerentur præiudicio,& illi confirmarentur exemplo.Quā obrem iuſtus diſpenſator humani generis Deus perire Paganum hoſtem voluit,& Chriſtianum præualere permiſit;vt Pagani, blaſphemanteſque Romani & illo confunderentur perdito, & hoc punirentur immiſſo: maxime cum Imperatoris Honorij admiranda in Rege continentia & ſanctiſſima fides non parum diuinæ miſericordiæ mereretur.]hæc Oroſius, demonſtrans,in ignominiam atque detrimentum Gentilium deos colentium factum a Deo eſſe,ne Rex Scytha Paganus Romam inuaderet,eamdem vero poſtea in horum vltionem caperet Chriſtianus.Sed de bello inito ſubdit.

E

V. *Ingens Victoria de Rhadagayſo.*

Conceduntur quidem aduerſus immaniſſimum illum hoſtem Rhadagayſum, aliorum hoſtium cum copijs ſuis inclinati ad auxilium animi.Adſunt Huldin & Sarus Hunnorum & Gothorum duces præſidio Romanorum.Sed non ſinit Deus rem potētiæ ſuæ virtutem hominum & maxime hoſtium videri.Conterritum diuinitus Rhadagayſum in Feſulanos montes cogit:eiuſq.(ſecundum eos qui parciſſime referunt)ducenta millia hominū inopū cōſilij & cibi, in arido & aſpero montis iugo,vrgēte vndiq.timore,concludit:agminaque,quibus dudum anguſta videbatur Italia,laten-

lia, latendi ſpe in vnum ac paruum verticem trudit: Quid multis morer? Non diſpoſita in bellum A
acies fuit, non furor timorq. incerta pugnæ prætulit; non cædes acta, non ſanguis effuſus eſt; non
poſtremo (quod felicitatis loco deputari ſolet) damna pugnæ euentu compenſata victoriæ: eden-
tibus, bibentibus, ludentibuſq. noſtris, tanti illi, tamq. inmanes hoſtes eſurientes & ſitientes lan-
guenteſq. confecti ſunt. Parum hoc eſt, niſi captum & catenatum ac ſubiugatum ſciant, quem ti-
muere Romani: illumq. Idololatram ſuum, cuius ſacrificia ſe magis pertimeſcere quam arma fin-
gebant, ſine prœlio victum ac vinctum ſub iugo cateniſq. deſpiciant. Igitur Rex Rhadagayſus, ſo-
lus ſpem fugæ ſumens, clam ſuos deſeruit, atque in noſtros incidit; a quibus captus, ac pauliſper re-
tētus, deinde interfectus eſt.

VI. *Vili pretio vēditi Barbari, ydemq. cito defuncti.*

Tanta vero multitudo captiuorum Gothorum fuiſſe fertur, vt viliſſimarum pecudum modo,
ſingulis aureis paſſim greges hominum venderentur. Sed nihil ſupereſſe Deus de eodem populo ſi-
uit. Nam illico cunctis qui emebantur morientibus, quod improbi emptores eorum non impen-
derunt turpiter pretijs, expenderūt miſericorditer ſepulturis. Igitur ingrata Roma, quę ſicut nūc
ſentit, non ad remittendam, ſed ad reprimendam idololatriæ præſumptionem, iudicis Dei aliquā
miſericordiam, ita continuo propter viuorum mortuorumq. ſanctorum piam recordationem, Dei B
iram paſſura non plenam, ſi forte confuſa pœniteat, vt per experientiam fidem diſcat, ab incurſu
Alarici Regis & hoſtis, ſed Chriſtiani, aliquantulo ad tempus ſpatio differtur.] huſq; Oroſius.

VII. *S. Ambroſij virtute Rhadagayſus vincitur.*

a Paulin. in Vita S. Ambroſij in fin.

At res tanta nihil eſt vt humanis quiuerit perfici viribus, quod cū omnes intellexerint diuina
id factum eſſe virtute: haud tamen omnes æque nouerunt, quis apud Deum rem tantam prome-
ruerit obtinere. Fuit enim iſta operās, ille magnus tyrānorum vindex & debellator S. Ambroſius,
qui rem tantam haud obſcuris ſignis declarauit ſuis hoſpitibus Florentinis. quod Paulinus [a] his
verbis ſignificat: Tempore quo Rhadagayſus ſupradictam Florētinam ciuitatem obſidebat; cum
iam de ſe penitus deſperaſſent viri ciuitatis, per viſum S. Ambroſius cuidam apparuit, & promi-
ſit alio die ſalutem illis affuturam. Quo referente, ciuium animi ſunt erecti. Nam altero die, adue-
niente Stilichone tunc Comite cum exercitu, facta eſt de hoſte victoria. Hæc Panſophia religioſa
femina, matre pueri Panſophij, referente, cognouimus.]hæc Paulinus.

VIII. *b Aug. ſerm. 29. in Luc.* *Quæ Gentiles effutirent in Chriſtianos.*

Sed de tanta victoria diuinitus impartita, S. Auguſtini audiamus elogia, qui pro concione hæc
ad populū obiter [b]: Mementote, fratres, memētote: non eſt longum, pauci anni ſunt; recordamini.
Euerſis in vrbe Roma omnibus ſimulacris, Rhadagayſus Rex Gothorū cū ingēti exercitu, multo C
numeroſiore quā Alarici fuit, venit. Paganus hō erat Rhadagayſus, Ioui ſacrificabat quotidie: nū-
ciabatur vbique, quod a ſacrificijs non deſiſteret Rhadagayſus. Tunc omnes iſti (*Pagani ſcilicet*)
Ecce nos non ſacrificamus, ille ſacrificat: vinci habemus a ſacrificante, quibus non licet ſacrifi-
care. Deus oſtendens, quia non in iſtis ſacrificijs eſt ipſa temporalis ſalus, ipſa regna terrena: vi-
ctus eſt Rhadagayſus, adiuuante Domino, miro modo. Poſtea venerunt Gothi, &c.]& in libris

c Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 5. ca. 23. *Magna Dei prouidentia Rhadagayſus victus.*

de Ciuitate Dei [c]: Quod tamen (inquit) noſtra memoria, recentiſſimo tempore, Deus mirabiliter
& miſericorditer fecit, non eum gratiarum actione commemorant, *Gentiles ſcilicet*; ſed quantum
in ipſis eſt, omnium (ſi fieri poteſt) hominum obliuione ſepelire conantur: quod a nobis, ſi tacebi-
tur, ſimiliter erimus ingrati. Cum Rhadagayſus Rex Gothorum agmine ingenti & immani, iam
in Vrbis vicinia conſtitutus, Romanis ceruicibus immineret, vna die tanta celeritate ſic victus
eſt, vt ne vno quidem non dicam extincto, ſed nec vulnerato Romanorum, multo amplius quam
centum millium proſterneretur eius exercitus, atque ipſe cum filijs mox captus pœna debita ne-
caretur. Nam ſi ille tam impius, cum tantis & tam impijs copijs Romam fuiſſet ingreſſus; cui
pepercisset? quibus honorem locis martyrum detuliſſet? in qua perſona Deum timeret? cuius nō D
ſanguinem effuſum, cuius pudicitiam vellet intactā? Quas autem iſti pro dijs ſuis voces haberent?
quanta inſultatione iactarent, quod ideo ille viciſſet, ideo tanta potuiſſet, quia quotidianis ſacrifi-
cijs placabat atque inuitabat deos? quod Romanos facere, Chriſtiana religio non ſinebat. Nam
appropinquante iam illo his locis, vbi nutu ſummæ maieſtatis oppreſſus eſt; cum eius fama vbi-
que crebreſceret, nobis apud Carthaginem dicebatur, hoc credere, ſpargere, iactare Paganos, qđ
ille dijs amicis protegentibus & opitulantibus, quibus immolare quotidie ferebatur, vinci omni-
no non poſſet ab eis, qui talia dijs Romanis ſacra non facerent, nec fieri a quoquam permitterent.
Et non agunt miſeri gratias tantæ miſericordiæ Dei, qui cum ſtatuiſſet irruptione barbarica gra-
uiore dignos mores hominum caſtigare, indignationem ſuam tamen manſuetudine temperauit,
vt illum primo faceret mirabiliter vinci; ne ad infirmorum animos euertendos, gloria daretur dę-
monibus, quibus eum ſupplicare conſtabat.]hæc S. Auguſtinus.

IX. *De numero hoſtium & errore Zoſimi.*

Quod vero ad numerū exercitus Rhadagayſi diuinitus ſuperati pertinet, modeſtius agere vi-
ſus eſt Auguſtinus, ne fidem minime poſteris facturus loqui videretur hyperboles, dum ait multo E
amplius quam centum millium fuiſſe numerum barbarorum: quos tamen Oroſius ad minus du-
centos mille fuiſſe tradit: pariterq. Zoſimus hiſtoricus & quidem Paganus (ne quis inuidioſe Oro-
ſium mentitum putet) quadringenta barbarorum millia fuiſſe teſtatur, qui hoc in bello ſub Rha-
dagayſo militarunt, collecti omnes (vt ait) ex trans-Iſtranis, trans-Rhenanis, Celticis, & Germa-
nicis nationibus. Sed plane, vt Paganus, rem tantam perfide obſcurare conatus, ait, trās Iſtrum, an-
tequam cum copijs in regiones Romani Imperij ſubditas Rhadagayſus ſe inferret, a Stilichone
imparatum offenſum, ac ſuperatum: cum, teſtibus Proſpero & Caſſiodoro, iam ante quinque an-
nos ſub Conſulatu primo Stilichonis & Aureliani ijdem deſcenderint in Italiam; & Paulino, Oro-
ſio, Auguſtino, atque Proſpero auctoribus, idem Rhadagayſus fuerit diuina virtute in Tuſcia ſu-
peratus, captus, atque necatus.]Hæc autem cum omnes vna ſententia teſtentur tot tantique
grauiſſimi ſcriptores, rerum ſui temporis ſinguli aſſertores; portentoſi plane mendacij Zoſimus re-
darguitur.

X.

Sed iam ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ huius anni res geſtas conuertamus orationem. Hoc
namque

A namque anno (inquit Socrates [a]) Arcadio ſextum Conſule & Probo primum, Atticus vir pieta- a Socr.li.6.c.8.
te eximius, ex Sebaſtia Armeniæ oriundus, monaſticum vitæ genus ab ineunte adoleſcentia exco-
lens, doctrina ſane mediocri, ſed prudentia naturaliter inſita magis valens, Epiſcopus Conſtanti-
nopolitanus creatus eſt.] de quo cum Sozomenus [b] dicat quartum poſt menſem ab obitu Arſa- b Sozo.li.8.c.27.
cij creatum eſſe, quem diximus diem obijſſe tertio Idus Nouembris; æque dicendum eſt, tertio
Idus Martias eſſe in locum Arſacij Atticum ſubſtitutum. Ait autem de eo Sozomenus: Quarto
poſt obitum illius menſe, ordinatur Atticus Conſtantinopolitani cleri presbyter, vnus ex inſidia- *Attic' Epiſc.*
toribus Ioannis. Hic quidem natione erat ex Sebaſtia Armeniæ, ſed a puero ad religionem inſtitu *Conſtantino-*
tus per monachos hæreſis Macedonianæ ſectatores, qui tum temporis Sebaſtiæ in huius ſapien- *politanus crea*
tiæ ſtudio clarebant ex ſchola Euſtathij progreſſi.] ſed & paulo poſt: Hic autem cum ad virilem *tur.*
ætatem perueniſſet, ad Catholicam Eccleſiam tranſijt. Et quoniam natura magis quam doctrina
prudens erat, rerum agendarum inſidiator fuit, vt qui ad aſtruendas inſidias, & ad eaſdem euitan
das ſufficeret, ingenio pellaci, ita vt multis gratus eſſet. In concionibus Eccleſiaſticis mediocris,
vt hæ neque ſcripto dignæ viderentur auditoribus, neque eruditionis prorſus expertes. Nam cum
B affectarus eſſet; ſi quando occaſionem nactus erat, præcipuos quoq. Græcos ſcriptores lectitabat:
& eo ipſo quod indoctus haberetur, dum de hiſce diſſereret, etiam doctos ſæpenumero latebat.
Ferebatur autem erga ſuæ opinionis homines induſtrius, aduerſus diuerſa ſentientes formidabi-
lis, & facile his ipſis, quoties vellet, incutere metum, & mox mutatus apparere manſuetus. Atque
hunc quidem talem fuiſſe aiunt illi qui hominem norant.] hactenus de Attico Sozomenus, mo-
doque ſatis de eius electione hæc dicta ſunto.

Interea autem, cum Roma in Orientem legati miſſi, Conſtantinopolim properant: ea de re XI.
certior redditus S. Ioannes Chryſoſtomus, his eos putauit præueniendos eſſe litteris [c]: c Chryſ.epi.165.

Priſtinam quidem veſtram animi promptitudinem, atque ſtudium, quod pro Eccleſiarum
commodis præ vobis tuliſtis, admirati ſumus. Poſtquam autem tam longam peregrinationem *Epiſtola S.Io-*
inſuper adieciſtis, omnique cunctatione abiecta, forti, vt vos decebat, animo tam longum iter ſu- *annis Chryſo-*
ſcepiſtis; non vulgariter hoc quoque nomine vos ſuſpicimus, nec vobis tum nunc per litteras, tum *ſtomi ad Lega*
citra litteras gratias agere deſiuimus. Nec vero nos dumtaxat, ſed etiam Orientales omnes ad- *tos.*
miratione afficiuntur, veſtræque firmitatis atque conſtantiæ, feruentiſque charitatis, & immotæ
C ſententiæ præcones ſe præbent. Ac iam nec itineris longinquitatem, nec peregrinationis ærum-
nam vllo modo grauem & moleſtam eſſe ducunt, vt ad eos excurrant, ac tot veſtra præclara facta
conſpiciant. Eoque etiam nomine cariſſimus & inſigni pietate præditus dominus meus presby
ter, etiamſi alioqui parum firmo corpore præditus, nihil non ſibi perferendum putauit, vt ad vos
ſe conferret, veſtroque conſpectu atque congreſſu frueretur. Poſteaquam igitur ipſum (vt veſtra
charitas poſtulat) exceperitis: illud a vobis petimus, vt etiam ſi mala ingraueſcant, vos tamen ijs
medicinam afferre ne grauemini, verum parem initijs finem imponatis: ſcitis enim quantam
vobis Deus pro ſua benignitate mercedem relaturus ſit, ſi pro tot Eccleſijs perturbatis labo-
retis, nihilque omittatis, quo eos ad tranquillum portum appellatis.] hucuſque ad legatos
Chryſoſtomi litteræ: immo & duplices dedit, alias nimirum ad eos eodem argumento con-
ſcriptas [d]. d Chryſ.ep.166.

Sed quid meditata eſt ſcelerata perfidia? Quod enim aduerſarij Ioannis ſcirent, ſi ijdem legati XII.
Conſtantinopolim ſe conferrent, fore, vt populus pro Ioanne ſolicitus cum eiſdem legatis pro ip-
ſius Ioannis reſtitutione conſpiraturus eſſet, & turbas quoque, ſi res ex ſententia non eueniret, ex-
D citaturus: conſilium illud inierunt ſceleſtum admodum, nimirũ ne legatos ſinerent ingredi Con-
ſtantinopolim. quomodo autem id moliti ſint, iam dicturi ſumus.

Ac primum omnium, quod ad tempus ſpectat; decretam in Synodo Romæ habita anno ſupe- XIII.
riori legationem, hoc vero anno miſſam, non perueniſſe Conſtantinopolim, niſi poſtquam Atti- *Legati quæ in*
cus ſuffectus Arſacio, hoc anno (vt dictum eſt) ſedere cœpit: ipſæ res geſtæ declarant. Contigit ita- *via paſſi con-*
que legatos talia tantaq. pati, quæ neq. perpeti contigiſſet apud feros barbaros, & quaſuis agre- *tra ius gentiũ.*
ſtes ac rationis penitus expertes immanes gentes; ſiquidem non Chriſtianę pietatis tantum leges
ſunt ignominioſiſſime proculcatæ, ſed ipſum ius gentium ſceleſtiſſime violatum. At quænam fue-
rint iſta, iidem ipſi legati cum re infecta reuerſi ſunt, palam fecere. Accepit ab ipſis rem cunctis no
tiſſimam ipſe qui refert Theodorus Eccleſiæ Romanæ diaconus, qui apud Palladium ſingula ver e Apud Pallad.
bis ipſorum legatorum recenſet, atque ait [e]: dialog.

Profecti igitur legati Conſtantinopolim, poſt quatuor menſes redierunt, narrantes nobis Ba- XIIII.
bylonias res. Cum autem (aiebant ipſi) prætemauigaremus Græcias, detenti ſumus Athenis ab
infeſto quodam Tribuno militum; qui idem nobis Centurionem adiecit vnum, qui Theſſaluni-
E cæ appropinquare minime permitteret. Illic enim intendebamus primum Anyſio Epiſcopo
Theſſalonicæ litteras reddere.] iungebatur hic vna cum aliis Macedonię Epiſcopis religionis fę-
dere cum Occidentalibus pro Ioanne, vt ſuperius dictum eſt. Vetuit ergo Tribunus ne ij ſimul
aduerſus Ioannis impugnatores vnirentur. Sed pergit Theodorus relationem reddere legatorũ:
Iniectos igitur nos Tribunus in duo nauigia miſit. Irruente autem Auſtro vehementi, tribus die-
bus abſque cibo Aegeum pelagus & Anguſta traiecimus. Tertia tandem die, hora duodecima,
ante vrbem appulimus prope Victoris ſuburbana. Quo in loco detenti ab his qui obſeruabant
portus, retro repulſi ſumus; cuius id iuſſione pateremur, ignorantes. Concluſiq. intra caſtellum
Thraciæ maritimum, quod Athyram vocant; illicque cruciati, atque ab inuicem diuiſi, Romani
quidem in cellulã vna, Cyriacus vero & qui cum illo erant, in pluribus morabantur, ne vno qui-
dem puero nobis in miniſterio relicto.

Cumq. vt litteras daremus, exigeretur a nobis; non acquieuimus, dicentes minime eſſe con- XV.
ueniens; ſed vt qui ſenes eramus, ipſi Imperatori Imperatoris itidem litteras Epiſcoporumq. red

Litterę per vim extortę a Legatis male habitis,

deremus. Cum igitur obſtinate recuſaremus, neq. aduenienti ad nos Patricio Notario, neq. alijs q A
buſdam, qui ad hoc venerant, eas dare vellemus: poſtremo acceſſit ex Cappadocia quidam Tribu-
nus militum, Valerianus nomine, perfractoq. Epiſcopi Mariani pollice, per vim abſtulit ſignatam
Regis epiſtolam cum litteris reliquis. Poſtridie vero miſerunt ad nos ſiue Regis aulici, ſiue Attri-
cus, neſcimus (ipſe enim ferebatur Eccleſiæ inuaſiſſe thronum) qui tria millia numiſmatum darēt,
orantes, vt communicaremus cum Attico, & de Ioannis iudicio omnino taceremus, quibus mini-
me obtemperare voluimus. Permanſimus igitur orantes, vt quandoquidem nihil pacificum pera
gere poſſemus, tuto ſaltem redire ad Eccleſias noſtras permitteremur. Mouebat enim nos nimia
immanitas hominum.

XVI.

Legati ante diuinitus præmoniti.

a Ephel. 5.

Hoc & Saluator noſter varijs reuelationibus nobis ante monſtrauerat: adeo vt & diacono ſan
cti Emmelij Paulo viro mitiſſimo & pudiciſſimo in naui apparuerit Apoſtolus Paulus, dicens illi
a: Videte quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, quoniam dies mali
ſunt. Significante ſomnio multiplicem fallaciam, quæ ad euerſionē veritatis nobis inſidiaretur do-
nis atque blanditijs. Aſſiſtens igitur idem ipſe Tribunus Valerianus iniecit nos in nauim vetuſtā
& putrem: datoque (vt ferebatur) pretio nauclero, vt perderet nauigantes, & ſimul adiectis militi- B
bus viginti ex ordinibus varijs, continuo Athyris expulit. Emenſis igitur ſtadijs plurimis, cum
iam perituri videremur, applicuimus Lampſaco. Inde mutata naui, vigeſima tandem die Calabriæ
Hydruntem peruenimus. Neq. nobis vltra dicere potuerunt de beato Ioanne aliquid certius, neq.
vbi mō ſint Demetrius, Cyriacus, Euliſius, & Palladius, qui cum noſtris epiſtolis legati fuerāt miſ
ſi, & Athyris (vt ante iā diximus) detenti.] hactenus ex relatione legatorū Theodorus. Quæ eadem
omnia, qui res Ioannis Chryſoſtomi proſecuti ſunt, cum dicant facta eſſe ante Eudoxiæ Auguſtæ
obitum, diuerſam ſecuti ſunt ſententiam ab ijs qui dixerunt eam anno ſuperiori defunctam.

b Chryſoſt. epiſt. 167.

Ad ipſos aūt legatos hac legatione perfunctos S. Ioannes Chryſoſtomus has litteras dedit b:

XVII.

Ioannis Chryſoſt. epiſtola ad Legatos.

Ampliſſimas vobis ob tantam animi firmitatem, ac ſtudium, & curam, laboreſq. & ſudores, ac
denique ob longam hanc peregrinationem, quam vtilitatis Eccleſiarum cauſa ſuſcepiſtis, gratias
agimus. Etenim quanto grauius eos, qui omnia perturbant, iudicium manet, tanto quoq. maius
vberiuſq. vobis præmium expectandū eſt, qui ad ea quæ ab alijs ſcelerate ac nefarie admiſſa ſunt,
corrigenda, tantum patientiæ ſtudijq. adhibuiſtis. Atq. vtinam coram quoque vobiſcum congredi
poſſemus. Quod quoniam nobis exilij neceſſitas ademit: tandem aliquando atq. ægre ornatiſſimū C
ac religioſiſſimum dominum meum presbyterum ad vos proficiſcentem nacti, has litteras miſi-
mus, quib. debitum vobis ſalutationis munus pendimus; ac tum pro præſentib. veſtris officijs, tū
pro eo, quo flagratis, ſarciendorum incommodorum zelo gratias agimus. Nam etſi nihilo melio
re ſtatu res eſt: tamen ipſi, quod muneris veſtri erat, præſtitiſtis: eoq. nomine plena, numeriſq. oī
bus abſoluta merces a benigno Deo vobis conſtituta eſt; vt qui ad medicinam admiſſis ſcelerib.
afferendā tanto ſtudio, tantaq. animi alacritate perpetuo vſi ſitis.] hæc ad legatos Chryſoſtomus.

XVIII.

Legati Orientales quam male mulctati.

c Pallad. in dial.

At quid poſt hæc actum ſit de Epiſcopis Orientalibus, quos primum legatos Romam miſſos
diximus, deinde e Concilio Roma in Orientem cum eodem munere redditos, quos & ſecutos lega
tos in Athyra caſtello ſeorſum ſingulos incluſos reliquimus: iam dicendum eſt. Palladius enim, qd
de illis atq. alijs factum ſit, ita deſcribit c: Epiſcopi (vt initio quidem fama vulgauit) in mare p̄-
cipitati; vt autem veritas continet, in exilium ad remotiora & barbara loca ducti ſunt; ibiq. a ſatel
litibus nunc vſq. ſeruantur. Reuerſus enim diaconus quidam, itineris ipſorum comes, retulit, Cy-
riacum quidem Emiſenum Epiſcopum octingentis millibus paſſuum Palmyram Perſarum oppi
dum adductum eſſe; Euliſium vero Boſtræ Arabum, in caſtellum quod Nupſas appellatur, Sarace D
nis adiacens, relegatum; Palladium Blemmiorum ſiue Aethiopum Epiſcopum ſeruari prope locū,
qui Syene vocatur, in Aegypti regione; Demetrium intus in Oaſim Mazicis proximam: ſunt enim
& aliæ Oaſes.] hi ſunt quatuor illi legati ab Oriente Romam Epiſcopi, reuerſiq. cum legatis Ro-
ma miſſis in Orientem, & Athyræ in carcere cuſtoditi.

d Chryſoſt. epiſt. 148.

Ad hos autem quatuor Epiſcopos Cyriacum, Demetrium, Palladium, & Euliſium exules ex-
tat S. Ioānis Chryſoſtomi epiſtola ſcripta tunc quidem, cum exilio eos eſſe damnatos accepiſſet:
digna ſane quæ iſtiuſmodi Actis interſeratur; eſt vero huiuſmodi d:

XIX.

Littera Ioan. Chryſoſt. ad Epiſcopos Romæ agentes.

Beati vos, ac ter beati, ſæpiuſq. beati ob præclaros hos ſudores & certamina & ærumnas ac la
bores & pericula, quæ pro omnibus orbis terræ Eccleſijs ſubijſtis. Hincq. tum in terra, tum in ma-
ri, tum in cælis gloriam & ſplendorem conſecuti eſtis. Siquidem homines omnes, qui quidem mē
tis compotes ſunt, vos prædicant, ac coronis cingunt, animi veſtri robur, fortitudinem, tolerantiā,
atq. conſtantiam ad ſtuporem vſq. mirantes. Benignus autem Deus, qui laboribus longe amplio-
ra præmia ſemper conſtituit, tot tantaq. bona vobis rependet, quot quantaq. ijs a Deo rependi par
eſt, qui pro vniuerſi Orbis pace tam ſtrenue ac fortiter dimicant. Ac propterea nos quoque bea- E
tos vos prædicare non deſinimus, incredibilem quamdam voluptatem ex veſtri recordatione per
petuo capientes, voſq. etiamſi alioqui longo itineris interuallo a vobis disiuncti ſimus, animo cir-
cumferentes. Ac quidem Cerecus cariſſimus diaconus nunc nauigare minime potuit, propterea
quod multo labore confectus erat. At vero domini mei, religioſiſſimus presbyter Ioannes, & cariſ
ſimus diaconus Paulus, cum vndique exagitarentur ac vexarentur, nec vſquam conſiſtendi ac deli
teſcendi poteſtas eſſet, hoc ſibi neceſſario faciendum exiſtimarunt, vt ad charitatem veſtram ſeſe
conferrent, iſticq. vobiſcum eſſent. Qamobrem ipſos cum charitate excipite; eamq. quam par eſt,
beneuolentiam ipſis exhibete.] huculque epiſtola. Sed quæ de alijs exulibus & extorribus Palla-
dius ſubdit, hic reddamus:

XX.

Serapionem autem poſt innumeras abſque vlla probatione calumnias, cum atrocitate iudi-
cium violaſſent, in patriā (vt fama eſt) propriā relegarunt. Hilarius vir ſanctus & ſenex, poſt plagas
nō a Iudicib. ſibi, ſed Acro impoſitas, in interiorem Pontū miſſus eſt: qui decem & octo annis panē
non

A non guſtauit,ſolaq.olera vel legumina ad cibum habuit. Antonius intra Palæſtinæ ſpeluncas ſe in- *Ioanni cõmu-*
cluſit: Timotheus Maroniæ & Ioannes Lydiæ Epiſcopi in Macedonia eſſe memorantur: Rhodon *nicantes quan*
Aſiaticus Mitylenem profectus eſt:Gregorius Lydius eſſe in Phrygia dicitur: Briſſo Palladij fra- *ta paſſi.*
ter, Eccleſia ſua ſponte derelicta,in agello ſuo degit,terram proprijs manibus fodiens: Lampetius
vero(vt aiunt)in agro Lydiæ a quodam fouetur Eleuthetio,lectionibus vacãs: Eugenius in patria
eſt; Elpidius magnus ille Laodiceæ Sytiæ Epiſcopus vna cũ Pappo,tres anni ſunt, ex quo gradus
domus numqnam deſcenderunt,orationibus inſiſtentes: Heraclidas Epheſius quadriennium iam
Nicomediæ carceti incluſus eſt.
Reliqui de communione Ioannis partim quidem Attico communicarunt neceſſitate compul XXI.
ſi,& in alias regiones Thraciæ tranſlati,partim neſcimus vbi ſint. Aiunt Anatolium in Gallias con *Diuerſorum*
ceſſiſſe. Presbyteri vero in Atabiam & Palæſtinam exularunt: Tigrius in Meſopotamiam relega- *diuerſa ærum-*
tus eſt: Philippus fugiens in Ponro diem obijt: Theophilus in Paphlagonia verſatut: Ioannes Ae- *næ.*
thtius Cæſareæ conſtruxit monaſterium: Stephanum in Atabiam relegatum,a carnificibus Iſauri
abſtractum, in Taurum dimiſere: Salluſtium Cretæ immorari fama eſt: Philippum monachum at
B que presbyterum Scholarum audiui infirmati iu Campania: Sophronius diaconus Thebaidæ ſer
uatur in cuſtodia; Paulus diaconus Diſpenſatoris adiutor in Africã profectus memoratur, alius
Paulus Hietoſolymis eſt: Elladius Palatij presbyter Bithyniç in agello proptio degit. Plurimi Cõ
ſtantinopoli deliteſcunt: alij vero in ſna quiſq. diſceſſete. Siluanus aũt ſanctus Epiſcopus Troade
piſcatu ſibi victum q̃rit.] pergit dicere de Stephano monacho, Entropio,& alijs,de quib. ſuperius
mentio facta eſt. Sed q̃d ipſis Epiſcopis contigerit,cũ in exiliũ deportarẽtur, Palladius iſta ſubdit:
Retulit autem is qni ab Epiſcopis redierat diaconus,eos a ductoribus ſuis,immiſſione quorũ XXII.
dam,in tantum vexatos,vt tæderet etiam viuere,mottemq. ſibi imprecarentur omnes. Nam pecu *Quæ in itinere*
nias in ſumptus neceſſarias eis auferentes, inter ſe partiti ſunt;nudiſq. imponentes iumentis, bi- *paſſi ſunt exu*
duiter una conficiebant die, profunda iam nocte diuertentes, & nocturnis item tenebris ad itet *les.*
exurgentes,vt neque infelices eſcas continere ſtomachus poſſet. Turpibus prætetea obſcœnſque
ſermonibus impetere illos non deſiſtebant. Palladio autem etiam ſetuum tulerunt,cogẽtes ipſum
litteras quoque dare quas habebat. Demetrium vnus ex militibus adeo afflixit, vt profunda iam
veſpera illum etiam percuteret vomere: qui continuo corruens expirauit,multis dolotibus mace-
C ratus. Prædixerat enim Palladius(vt ex commilitone veniente didicimus) Aliud iter non conficies,
ſed miſerabiliter morieris. Eccleſiæ namque omnino appropinquare nõ ſinebant,hoſpitantes aut
in ſtabulis,vbi ſcortorum etat multitudo,aut in Samaritanorum vel Iudæorum ſynagogis: quibus
illi anguſtijs preſſi,noua ſemper animo verſare cogebantur. Dixit autem vnus ex Epiſcopis: Quid
de diuerſurijs querimut? Num enim in nobis eſt,morari vſpiam,vt voluntate proptia & electione
laſciuientes pœnas expendamus? An ignoratis hæc omnia & contigiſſe prius,& futura etiam poſt
modum,per quæ omnia glorificatur Deus? Quam multæ iltiuſmodi meretrices,quæ vel obliuio-
nem Dei cœperant,vel illum ſemper ignotauerant,conſpectis nobis,in timotem Dei cognitionem
que venerunt,fortaſſis in melius conuertendæ,ſine certe ad detetiora non ptolapſuræ. Non parũ
autem eſt rationali animæ,quæ a perturbatione vexatur,reſpirare vel modicum,quod eſt pudoris
fomentum: adeo vt dixerit,qui hæc ſuſtinuit magiſter Gentium Paulus [a]: Chriſti bonus odor ſu-
mus his qui ſaluantut,& his qni pereunt;eo quòd [b] ſpectaculum facti ſumus Angelis & hominib. a 1. Cor. 2. b 1. Cor. 4.
In tantam vero acerbitatis inſaniam Epiſcopi omnes de communicatione Theophili per totũ XXIII.
Orientem(ſicuti monachus tediens retulit) deuenerunt, vt ex his pletique non modo debitam hu *Perſecutores*
D manitatem non exhiberent; verum milites,datis muneribus,inducerent,vt eos ocyus e ciuitatibus *acerbiores nu*
expellerent. Sunt autem qui iſta geſſere, Tarſenſis,& Antiochenus,& Cæſarienſis,atque ante om- *merantur.*
nes Ancyranus,& Peluſienſis Epiſcopi,partim donis,partim etiam minis militum animos cõtra
eos ita eſſe tantes, vt ne laicos quidem eos excipere hoſpitio cupientes permitterent, ſicut in epiſto
lis canonicis Caio contra Epiſcopum quemdam ſcribit beatus Ioannes [c].] & poſt aliqua: Lauda c Ioan. 3.
bat autem idem monachus,atque admirabatur Secũdæ Cappadociæ Epiſcopos,vt qui actis in exi *A quibus be-*
lium Epiſcopis magnum oſtendiſſent miſerationis affectum;& in primis Theodorum Tyanæum *ne habiti Epi-*
mitiſſimum virum, Boſphoriumque Coloniç,qui quadrageſimũ in Epiſcopatu agebat annũ, & Se *ſcopi exules.*
rapionem Oſtracinæ quadrageſimũ & quintum annum in Epiſcopali officio ſupergreſſum.] hæc
Palladius de exulib. Epiſcopis,& eorum peregrinatione. Quod ad Boſphorium ſpectat;hic ſane il
le(vt ſuo loco dictum eſt) qui ante annos quadraginta, nempe a Chriſto nato trecenteſimo ſexage
ſimo ſexto, S. Gregorio Nazianzeno ſuaſit ac pene coegit ſuſcipere munus Eccleſiæ Nazianzenæ.
Sed iam tandem ipſum S. Ioannem Chryſoſtomũ in exilio Atabiſſi agentem inuiſamus. Hoc XXIV.
quidem ipſo anno,abſolutis exilij annorum duorum periodis,tertium inchoauit menſe Iulij; quã
E do mittens Romam Ioannem presbyterum & Paulum diaconum, has ad Innocentium Romanũ
Pontificem litteras dedit,qnibus in primis pro ſedulo & indefeſſo in ſua cauſa exhibito ſtudio in-
gentes gratias agit: inde vero pro perſecutoribus rogat, ſuadens mitius agere aduerſus canonum
proculcatores,ne eos excommunicet,ob periculum vniuerſalis in vniuerſo Orbe conflandi ſchiſ-
matis; ſed vt expectet orat,ſi forte reſipiſcant. Sic enim ipſæ ſe habent nouiſſimæ ad Innocentium d Chryſoſt. ep.
ſcriptæ [d] litteræ tanti viri memoria ſuauiſſimæ atque dulciſſimæ: 2. ex ſeptem.
Corpus quidem noſtrum vno eodemque loco tenetur & ſtabilitum eſt; animus autem charita XXV.
tis ala in vniuerſo Orbe circumuolitat. Ptoinde licet tanta itineris intercapedine ſepatati ſimus, *Epiſtola vlti-*
a pietate tamen veſtra non abſumus,ſed quotidie vobis præſentes ſumus. Animi enim oculis vide *ma Chryſoſt.*
mus veſtram illam fortitudinem & ſinceram affectionem,conſtantiamque non mutabilem, & q̃d *ad Innocentiũ*
vos conſolari nos plurimum & perpetuo cupiatis. Quanto enim fluctus extolluntur ſublimius, & *Papam.*
plures latent ſcopuli, vehementioreſq. venti ſunt,& tempeſtates: tanto & vigilãtia veſtra augetur:
neque vos tantæ viæ prolixitas,neque tantum temporis intetuallum,neque cauſarum difficulta-

 Q 2 tes

tes ſegniores reddidit;ſed perſeuerauter imitamiui optimos gubernatores,qui tunc maxime vigi A
les ſunt,quando eleuari fluctus,& mare intumeſcere,& multas aquas in uauim inundare.grauiſſi
mamq.interdiu noctem ingruere vident.Eapropret & gratias vobis habemus multas,& deſidera
mus quidem ad vos dare crebras litteras:id quod uobis maximo foret ſolatio. Verum quia ſolitu
do huius loci in tantum vos a nobis ſeparat,ueque facile ad vos peruenire valent hi qui nobiſcum
agunt,vel etiam qui in vicino habitant,tum quod in extremis finibus locus ille ſitus eſt,tum quod
latrones vias illas vndique obſident : precamur vt diuturnum noſtrum ſilentium efficiat,quod
magis condoleatis, quam quòd nos reos putetis:negligentiæ:neque enim contemptus eſt in cau
ſa,quod tacuimus.

XXVI. *Ioannes & Paulus legati ad Innocentium Papam.*

Nunc enim multo tempore venerabilẽ & dilectum Ioannem presbyterum & Paulum diaco-
num in hoc tenuimus,vt ſcriberemus.Perpetuas enim vobis gratias agimus,quod paternam erga
nos beneuolentiam declaraſtis.Nam quantum in veſtra pietate ſitum fuit;iam res omnes ſeda-
tæ & emendatæ,atque ſublata omnia ſcandala fuiſſent,gauderẽtq.Eccleſiæ trãquilla ac ſincera pa
ce,& eſſent plane ſecunda omnia,neque contemptæ leges,neque violatæ Patrum conſtitutiones fo
rent.At illi in ſuis impijs operibus pergunt;& quaſi antea nihil attentarint, ita priora malefacta B
recentibus vincere certant.Nolo autem omnia quæ interim geſta ſunt,ſingillatim recenſere:quan
doquidem uon ſolum epiſtolæ,ſed & hiſtoriæ modum tranſcenderet narratio.

XXVII.

Ceterum veſtram oro vigilantiam,quòd licet illi omnia tumultubus repleuerint,laborauerint
que morbis incurabilibus & pœnitentiæ non capacibus;ſi tamen curari morbos voluerint,ne affli
gantur,neque a cœtu abijciantur,conſiderata tanti operis magnitudine.Certamen enim illud fer
me totius Orbis eſt;Eccleſiæ vſque ad genua humiliatæ ſunt;populi diſperſi;clerus diuexatus,Epi
ſcopi exules,conſtitutiones Patrum violatę.Et idcirco iterum atque iterum & ſępius veſtram oro
diligentiam,vt quanto maior eſt tempeſtas,tanto maius adhibeatur ſtudium.Expecto quidem fu
turum,vt aliquanto amplius corrigantur.Quod ſi minus fiet:vos veſtram coronam paratã apud
miſericordem Deum habetis;& hi qui iniuria afficiuntur conſolationem ex incremento charita-
tis veſtræ non mediocrem accipient.Nam & nos tertium nunc annum in exilio verſamur, expoſi
ti peſti,fami,bello,continuis obſidionibus,ſolitudini indicibili,quotidianæ morti,& Iſauricis gla
dijs:& non mediocriter nos conſolantur ſolida veſtra fides & charitas,quæ ſe in me tam tenui ac
ſimplici oblectant : Hic noſter murus,hæc ſecuritas, hic portus abſque fluctibus, hic multorum C
bonorum theſaurus,hæc lætitiæ mirificæq.voluptatis cauſa eſt . Et ſi in deſolatiorem quam iſte eſt,
locum iterum abigemur; non paruam hinc habentes noſtrarum afflictionum conſolationem,abi
mus.]hactenus Ioannis Chryſoſtomi epiſtola Romam miſſa per Ioannem & Paulum: quos apud
ſanctas feminas,eaſdemq.genere clariſſimas Romæ voluit hoſpitari,ſicuti alios qui ab Oriente a
ſe miſſi erant:haud enim hos apud Innocentium,qui interpellabatur Index, decebat defenſores
cauſæ Chryſoſtomi hoſpitari;ne idem qui Iudex,æque eſſe patronus cenſeretur . Extant Ioannis
ipſius ad eas datæ litteræ.Quales autem quantæq.eſſent iſtæ extorium ac profugorum legatorum
que hoſpitæ Proba ac Iuliana:memoria repete quæ de vtriſque a uobis dicta ſunt ſupra ad finem
quarti Annalium tomi.Quarum commendandi ſtudij cauſa,hic perbreues binas ſcriptas ad eas e-
piſtolas ipſius Ioãnis opportune reeddemus.Ad Probam enim data epiſtola ſic ſe habet,cum eoſ
dem miſſos legatos commendat Ioannem & Paulum [a]:

a Chryſoſt.epi. 168.

XXVIII. *Ioannis Chryſoſtomi epiſtola ad Probam.*

Etſi longo itineris ſpatio abs te diſiunctus ſum;tamen ſinceram ac feruentem tuam charitatẽ
non ſecus ac ſi coram eſſem,tuaq.omuia cernerem,certo eſpertus ſum:ijs nimirum,qui iſtinc ad
nos veniunt,ea de te aſſerentibus,quæ audire cupiebam.Eaq.de cauſa multas atque ingentes tibi D
gratias habeo,atque ob iſtum tuum animum glorior,meq.effero:viroſq.mihi cariſſimos,religio
ſiſſimumq.presbyterum Ioannem,& ornatiſſimum diaconum Paulum tibi commendo;atque ad
tuas manus,velut ad portum tranſmitto.Abs te igitur,lectiſſima ac nobiliſſima domina mea, pe-
to,vt,quemadmodum humanitas tua poſcit,ipſos videas:nec enim te fallit,quantam huiuſce comi
tatis mercedem relatura ſis.Ac quam ſæpiſſime licebit,de tua valetudine,de qua vt nobis vehemẽ
ter cara,aliquid intelligere,vehementer aueo,fac me certiorem.]hactenus ad Probam. Ad Iulia-
nam vero ſanctiſſimam æque viduam eius filiam iſta habet [b]:

b Chryſoſt.epi. 169.

XXIX. *Eiuſdem epiſtola ad Iulianam.*

Quo grauiore pœna mulctati ſunt,qui tot ſcelera perpetrarunt:eo quoque vobis, qui tot ſcele
ra tollere ac delere ſtuduiſtis,tantũq.laboris & ærumnæ ſuſcepiſtis,amplior merces futura eſt.Ne
que enim nobis obſcura fuit ea beneficentia,idq.ſtudiũ,quod & in negotio de quo agitur & in ex
cipiendis benigneq.complectendis iis quos iſtuc miſimus,præbuiſtis. Eoq.nomine gratias vobis
habemus;voſq.rogamus & obſecramus,vt in eodem ſtudio & alacritate permaneatis , ac firmius
etiã ac valentius animi robur ac fortitudinem adhibeatis.Neque enim vos fugit, quanta huiuſce E
præclari facti magnitudo ſit,quantamq.mercedem percepturæ ſitis;tãtos motus ac tam ſæuos flu
ctus,quantum in vobis eſt,compeſcentes;eamq.quam par eſt,acceptis incommodis, medicinam
afferentes.]hæc ad Iulianam,non ſolum(vt vides)hoſpitem legatorum,ſed & cauſæ Ioannis diligẽ
tiſſimam patronam.Extat eiuſdem Ioannis eodem argumento alia epiſtola ad Italicam [c] æque
clariſſimam feminam,ad quam etiam datæ S.Auguſtini duę epiſtolæ habentur [d].

c Chryſoſt. epi. 153.
d Auguſt. epiſt. 6.& 133.

XXX. *Conſilium aduerſariorum de necãdo Ioãne.*

Cum aũt ad calcem recitatæ nuper epiſtolæ ad Innocentium Papam Ioãues dicat,in aliũ ſe for
te locum ablegandum fore:odoratus eſſe videtur,quod aduerſarij in ipſum molirentur; conantes
ſit eum frequentibus atterere peregrinationibus per loca aſpera & difficillima,quouſque nimia
ex itineribus afflictatus moleſtia,cogeretur ad poſtremum etiã ex hac vita migrare. Quod enim
eius cauſa totum ſcirent aduerſarii eſſe Occidentem commotum,Romanumq. Pontificem etiam
& alios eiuſdem orbis Epiſcopos exaſperatos,quin & ipſum Honorium Imperatorem, ob viola-
tum in contumelijs legatorum ius gentium,haud mediocriter perturbatum,cõcitatumq. ad faci
noris ultionẽ:nihil cõſultius agi ſibi uiſum,quã ſi ipſe Ioãnes de medio tolleretur,ſic rati omnem

cum

A cum illo finem conſecuturum eſſe quod feruebat Eccleſiaſticum bellum. Sed quod perficere iſtud
gladio, nimis tyrannicum haberetur & inuidioſum: id quod diximus, excogitarunt, ita nimirum
eum ærumnis conficere, vt penitus deficere & exhalare animam cogeretur; quod quidem & impie
perpetratum & explctum eſt; vt quæ paulo inferius de eius ad Deum migratione dicturi ſumus, fa
cile demonſtrabunt.

At licet (vt vidimus) Ioannes Chryſoſtomus ſuis litteris rogaſſet Innocentium Romanũ Pon XXXI.
tificem, ne a cœtu Fidelium excommunicatione eos eijceret, qui legatos Apoſtolicos adeo turpi-
ter eieciſſent, maleque habuiſſent: conſtat tamen tum ipſum Innocentium, tum reliquos Occiden-
talis Eccleſiæ Epiſcopos Atticum pſeudoepiſcopum, veluti tanti ſceleris architectum, a cõmunio-
ne Fidelium extorrem penitus declaraſſe: cum ipſe Atticus, ne Orientis populi a ſe dilaberentur,
eiuſmodi (vt ait Palladius [a]) edictum elicuit ab Arcadio, quo ciues & peregrinos, ſiue prouincia
les ſibi cogeret communicare. edictum autem ſic ſe habuit: a Pallad. in dialog.

Si quis Epiſcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico non communicat; eccleſia pellatur, & a XXXII.
ſuis facultatibus prorſus proijciatur.] hæc ſumma edicti, potius quam ipſum integrum. Hinc iam
B alij (ſubdit Palladius) plus æquo grauati pondere, inuiti quoq. communicant. At vero pauperiores *Atticus perſequitur Ioannis participes.*
quiq. & in fide ſana imbecilliores muneribus quibuſdam ad communicandum attrahuntur. Qui
vero genus & patriam, & corruptibilem gloriam, corporumq. preſſuram contempſerunt, fuga in-
genuitatem animi ſeruauere, Euangelicum [b] illud crebra memoria repetentes: Si vos in vna ciui- b Mar. 10.
tate perſecuti fuerint, fugite in aliã. & Prouerbiorum [c] illud ſibimet dicentes: Non proderunt ſub- c Prouer. 11.
ſtantiæ in die iræ. Profecti autem ſunt alij quidem Romã, alij ad montes, alij in monaſterijs; ſeruo
rum Dei a Iudaica iniquitate ſeruabantur. Cõtinebat aũt reſcriptum cõtra laicos, q in dignitate
erant conſtituti, vt magiſtratu & dignitate oĩ priuarentur; milites vt baltheũ amitterent; popula-
res & artifices reliqui perſoluto graui auri pondere, ſubijcerentur exilio. Verum dum iſta gerun-
tur, preces a fideliorib. quibuſq. ſub dio magna cũ afflictione ſua quotidie fiebant.] hæc Palladius.

Quid autem offenſus Innocentius Romanus Pontifex, necnon Honorius Imperator in Arca- XXXIII.
dium poſt huiuſmodi ſcelus plane execrandum aduerſus legatos perpetratum egerint; ignoratur
quidem: tamen ex alijs litteris Honorij ſuperius recitatis, quæ hoc tempore Honorius ſcripſerit, ſa
tis conijci poteſt. Res namq. iam eo perducta videri poterat, vt ipſi Honorio nihil reliquum eſſet,
C niſi cum Arcadio armis decernere: ſed barbarorum aſſidui rumores, & detecta infidelitas Stilicho
nis (vt dicemus) animum eius auertit. Innocentius autem haud potuit rem tantam diſſimulare,
atque adeo execrandum facinus inultum relinquere; licet aliquid ſeueritatis Eccleſiaſticę cenſurę
remittere, ne maior in Eccleſia ſciſſura fieret, rõ temporis perſuaſerit. Quãobrem ab Eccleſiaſtica
Romanæ Eccleſiæ cõione abſtiuuit tum Atticum Conſtantinopolitanum intruſum Epiſcopũ, tũ
etiam Theophilum Alexandrinum, vt ex ijs quæ dicentur inferius perſpicue apparebit. hucuſque
in eos progreſſa eſt cenſura Eccleſiaſtica, coniunctaque cum miſeratione ſeueritas diſciplinæ.

Porro autem ipſe Ioannes Chryſoſtomus, qui primo anno Cucuſi (vt diximus ex Palladio) & XXXIV.
ſequenti vſq. in præſens Arabiſſi Armeniæ ciuitatis exulauit, vbi (vt ipſe teſtatur [d]) erat Epiſco- d Chryſ. epiſt. 126.
pus vir ſanctiſſimus Treius: in hoc vſq. tempus haud priuatus eſt commercio litterarum, quas mu
tuo acciperet atq. redderet. Sed quod nullæ amplius litteræ datæ legantur, perpetuumq. appareat
ad obitum vſq. ſeruatum eſſe ſilentium; aduerſariorum inuidia interceptus creditur commeatus;
ipſeq. ne quid ſcriberet, cuſtoditus; obſtructumq. penitus creditur os illud aureum, gemmeuſq. ſty
lus e manu eius abſtractus, atque perfractus ingenti iactura totius Eccleſiæ.

D Sed ne penitus conſiſtere videamur abſq. ſanctorum virorum conſortio ſolitarij: age modo cõ XXXV.
ueniamus S. Hieronymum in Eccleſia operoſum; qui hoc anno in Zachariam, Oſeam, Ioelẽ, Amos *S. Hieronymi lucubrationes anni huius.*
& Malachiam Prophetas commentarios diſertos elaborauit. audi vero ipſum ad Pammachium
iſta ſcribentem [e]: Præſenti anno, qui ſexti Conſulatus Arcadij Auguſti & Anicij Probi Faſtis no e Hier. præf. in lib. 3. in Amos.
men impoſuit, Exuperio Toloſanæ Eccleſiæ Pontifici Zachariam, & eiuſdem vrbis Minerio &
Alexandro monachis Malachiam Prophetam interpretatus ſum; ſtatimq. recurrens ad principiũ
voluminis Oſee & Ioel & Amos, tibi negare non potui.] hęc quidem ipſe (vt ibi ait) cum de grauiſ-
ſima conualuiſſet infirmitate, ac trementib. digitorum articulis, iam ſcribere non valeret, vtpote ſe
nex; qui & de commodis & incommodis ſenectutis ad eumdem Pammachium [f] tunc diſſeruit. f Hier. præf. in lib. 3. in Amos.
Sed vnde ſcribendi commentarios in Zachariam ad S. Exuperium Epiſcopum Toloſanum occaſio
data eſt, præſtat hic recenſere. Hoc enim anno idem vir maxime pius, erga pauperes largitionibus
effuſiſſimus, quod tantæ eius liberalitati anguſtæ Galliæ viderentur, legauit Siſinnium monachum
integerrimis vitæ moribus præditum in Orientem cum ingenti pecunia, vt Palæſtinæ monachis
ad vitam ſubſidia miniſtraret, inde vero ſe in Aegyptum conferret, idem muneris Aegyptijs mo-
nachis expleturus. Cum autem idem S. Hieronymus ex eodem Siſinnio, qualis quantuſq. eſſet vir *S. Hieronym. Exuperio dicat libros.*
E eximius Exuperius didiciſſet: eidem, ob eius egregiam ſanctitudinem, libros in Zachariam Pro-
pheram, quos elucubrabat, dedicandos exiſtimauit, a quo litteras per eumdem monachum acce-
piſſet, necnon ad alendos monachos eleemoſynam, prout in præfatione ipſe teſtatur his verbis [g]: g Hier. præf. in lib. 1. in Zachar.

Vltimo iam autumni tempore frater noſter, filius tuus Siſinnius monachus tuæ mihi digna- XXXVI.
tionis epiſtolã reddidit: qua lecta, gauiſus ſum, eſſe te ſoſpitem & memorem mei, omniumq. fra-
trum qui in ſanctis locis Domino ſeruiunt, in quorum refrigerijs facis tibi amicos de iniquo mã-
mona.] & paulo inferius de ipſo etiam Exuperio: Audio te in valle lacrymarum, in loco quẽ Deus
poſuit ad certamen, vt vincentibus coronam daret, aſcenſiones in tuo corde diſponere, & ire de
virtute in virtutem, & imitari Domini paupertatem, vt cum illo diues fias, & in te reclinet caput, &
per ſingulos dies ſuſcipiatur, viſitetur, alatur, veſtiatur; & præcipue in ſanctarum Scripturarum le-
ctione feruere, &c.]

Quod vero feſtinaret Siſinnius eleemoſynas ferre ad Aegyptios monachos, impoſita ſe mit- XXXVII.

Siſinnij profectio in Aegyptum.
a Hier. epiſ. 152.
b Hiero præfat comment. in Zachar. lib. 2.
c Idem præfat. comment. in Zachar. lib. 3.

tere excuſat; nam eum ad Epiphaniorum vſque diem in Palæſtina permanſorum eſſe putarat [a]; A qui quo minus id præſtiterit, ſed profectionem accelerarit, vt perferret eleemoſynas ad monachos in Aegypto agentes; cauſa præceſſit, quòd auditum eſſet, eius prouinciæ monachos ob penuriam anni huius alimentorum, alimonia admodum laborare. Vnde ait ipſe Hieronymus: Cumq. eum rogarem, vt differret iter, libere mihi cœpit famem obtendere monaſteriorum, Aegypti neceſſitares, Nili non plenas aquas, multorum inediam: vt prope eſſet in Dominum offenſa, illum vltra velle retinere.] ac rurſum [b]: Frater Siſinnius in Aegyptum ire feſtinat, vt odorem bonæ fragrantiæ, qui a te miſſus eſt fratribus, illuc quoque perferat; & nequaquam Aethiopiæ flumine, ſed Galliarum largiſſimis aquis rigentur arua ſitientia.] ac iterum de eodem [c]: Ipſe tua feſtinat ſanctis æra diuidere, & nos non patitur noſtra tibi æra numerare.] Equidem puto, diuino Spiritu S. Exuperium prænouiſſe proxime venturum Galliarum excidium, dedendamque tandem Toloſam barbaris; ob idq. magna celeritate feſtinaſſe conferre in ſanctos, quod auferrent paulo poſt barbari, niſi ante caueret. Vltimo ſiquidem huius anni die (vt proxime dicturi ſumus) Vuandali & Alani cum aliis barbaris, trans Rhenum copias ad Gallias depopulandas perduxere: ac poſt excidium plurimarum ciuitatum, & ipſa Toloſa capta eſt, vt ſuo loco narrabimus. B

XXXVIII.
* Mineruij
Crebræ conſultationes ex Gallijs ad S. Hieronymum.
d Hier. epiſ. 152.

Sed ad eamdem legationem Siſinnii redeamus. Non Exuperii vnius, ſed & Minerii * & Alexandri litteras detulit, quibus illi eumdem S. Hieronymum variis pulſarunt quæſtionibus; ſed & litteras aliorum plurium tum virorum tum feminarum de diuerſis Scripturæ locis eumdem interrogantium dedit: Multas enim (ait ipſe) ſanctorum fratrum ac ſororum de veſtra prouincia ad me detulit quæſtiones.] quænam fuerint, nihil præterea compertum habetur, quam quod S. Hieronymus ad redditam per eumdem Siſinnium epiſtolam ad Minerium [d] & Alexandrum reſcribens pertractat; ad quos etiam deſtinauit dictum elucubratum a ſe hoc anno commentarium in Malachiam.

XXXIX.
Quãdo ſcripſit S. Hieronym⁹ contra Vigilantium.
e Hieron. aduer. Vigilantium.
f Hieron. ibid.
g Hiero. epi. 53.

Quo item anno, per eumdem Siſinnium monachum in Aegyptum properantem, idem S. Hieronymus, quanta valuit celeritate, aduerſus Vigilantium hæreſiarcham nuper obortum, commentarium ſcripſit; eumdemq. eidem Siſinnio perferendum in Gallias, vbi virus ſuum ſerpens euomuerat, paratum antidotum dedit. Teſtatur id quidem ad finem eiuſdem commentarii idem S. Hieronymus hiſce verbis [e]: Hæc (vt dixi) ſanctorum presbyterorum rogatu, vnius noctis lucubratione dictaui, feſtinante admodum fratre Siſinnio, & propter ſanctorum refrigeria ad Aegyptum ire properante, &c.] Quinam autem fuerint hi presbyteri, idem ſuperius docet, vbi ait [f]: C Auctores ſunt huius dictatiunculæ meæ ſancti presbyteri Riparius & Deſiderius, qui parochias ſuas vicinia iſtius ſcribunt eſſe maculatas; miſeruntque libros per fratrem Siſinnium, quos inter crapulam ſtertens euomuit.] Sed non nunc primum idem Riparius reddidit de his S. Hieronymum certiorem, verum ante triennium: nam idem Hieronymus eodem commentario fatetur ſe ante bienniom a Ripario de eodem Vigilantio horrendas blaſphemias eructante accepiſſe; ad quem eiuſdem Hieronymi extant [g] redditæ litteræ: adeo vt dici poſſit, Vigilantium, qui hactenus inter ſanctos perfidus latuiſſet, iam palam quas diu in pectore occultaſſet hæreſis, eodem tempore, nempe ante annos duos, propalare cœpiſſe. Sed antequam de eiuſdem hæreſibus inſanis agamus, præſtat de homine altius petere narrationem.

XL.
Vigilantij primordia.
h Gennad. de Scrip. Eccl. c. 35.
i Paulin. epiſt. 1.
* ſocio
k Hiero. epi. 13.

Fuit ipſe natione Hiſpanus, patria Calaguritanus, vt idem S. Hieronymus tradit. ex quo Gennadius [h] redarguitur, qui quod ſciret hominem verſatum in Gallia, Gallum vtique fuiſſe exiſtimauit; de quo ait: Vigilantius presbyter, natione Gallus, Hiſpaniæ Barchinonenſis parochiæ eccleſiam tenuit.] aduerſus hunc ſcripſiſſe S. Hieronymum tradit; ne putes iſtum Gennadii Vigilantium alium ab eo eſſe, quem S. Hieronymus ſcriptis, de quibus agimus, confutat. Vſu igitur & D conſuetudine Barchinonenſis Eccleſię, idem Vigilantius S. Paulino, qui ibidem ordinatus eſt presbyter, perneceſſarius aliquando fuit; quem vt virum pium probumque laudauit, & apud ſe ægrotantem fouit: nam de eo hæc ad Seuerum [i]: Vigilantius quoq. noſter in Campania, & antequam ad nos veniret, & poſtquã peruenit, vi febrium laborauit; & ægritudini noſtræ, quia & ipſe ſociale membrum erat, ſolatiuo * dolore compaſſus eſt.] Profectus cum eſt inde Vigilantius Hieroſolymam, eumdem datis ad S. Hieronymum litteris Paulinus ipſe plurimum commendauit, vt reddita ad eumdem Paulinum S. Hieronymi epiſtola ſignificare videtur, vbi hæc habet [k] ad finem: S. Vigilantium presbyterum (*ſic ſcribit, vt a S. Paulino commendatum acceperat*) qua auiditate ſuſceperim, melius eſt vt ipſius verbis, quam meis diſcas litteris.] hæc ipſe.

XLI.
l Hier. epiſt. 75.
m Hierony. apolog. 2.

Et ne putes hunc alium ab illo Vigilantio fuiſſe, qui poſtea in hæreſiarcham erupit: habes quę de hoc ipſe S. Hieronymus aduerſus ipſum ſcribens, exprobrat, quid egerit, cum Hieroſolymis eſſet, & terra ingenti motu quateretur, cum ipſe nudus perſpicuus omnibus in publicum prodiit: qua impudentia indicium aliquod edidit futuræ ſcriptis etiam detegendæ omnibus turpitudinis. E Quomodo autem res ſe habuerit, diximus ſuo loco illius tempore terræmotus. Sed & epiſtola in ipſum Vigilantium ſcripta, hunc eumdem eſſe cum illo Paulini Vigilantio, expreſſe declarat [l], de qua modo dicturi ſumus. Quod enim addit S. Hieronymus in ea epiſtola ad Paulinum: Cur tam cito a nobis profectus ſit, & nos reliquerit, non poſſum dicere, ne lædere quempiam videar] ſuſpicionem haud leuem de Vigilantio ingerit. Etenim quidnam hoc, quod S. Hieronymus reticuiſſe conſultius duxit? Certe quidem in cauſa fuiſſe Ruffinum Hieroſolymis tunc agentem, vt Vigilantius redderetur Hieronymi gloriæ æmulus, perſpicue poſſumus intelligere ex iis quæ idem S. Hieronymus aduerſus Ruffinum ſcribit [m], nimirum ipſum de Hieronymo aliquid in eius aures inſuſurraſſe. Senſit S. Hieronymus ſtropham, obſeruauitque hominem haud recto pede incedere in Euangelio: ſed & manifeſtius detectus eſt, cum idem Vigilantius ab eo recedens, cœpit in S. Hieronymum plauſtra exonerare blaſphemiarum, appellans eum hæreticũ, quod Origenis opera aſſidue legens, eiuſdem pariter fuerit ſectatus errores. Sed audiamus S. Hieronymum in epiſtola

A aduerſus eum ſcripta iſtæc omnia recenſentem [a]: Quid (inquit) tibi faciam? credidi ſancti preſbyteri Paulini epiſtolis, & illius ſuper nomine tuo non putaui errare iudicium. Et licet ſtatim acceptá epiſtola, ἀσυνάρτητον ſermonem tuum intelligerem: tamen ruſticitatem & ſimplicitatem magis in te arbitrabar, quam vecordiam. Nec reprehendo ſanctum virum: maluit enim apud me diſſimulare quod nouerat, quàm portitorē clientulum ſuis litteris accuſare. Sed memetipſum arguo, qui alterius potius acquieui quàm meo iudicio; & oculis aliud cernētibus, aliud ſchedulæ credidi, quam videbam.]& inferius: Inter ceteras quippe blaſphemias, quas ore ſacrilego protuliſti, auſus es dicere, montem, de quo abſciſſus eſt in Daniele [b] lapis ſine manibus, eſſe diabolum, & lapidē Chriſtum, &c.] hæc ſunt enim quæ Gennadius de Vigilantio tantum ſibi nota deſcribit, vbi ait [c]: Expoſuit prauo ingenio ſecundam viſionem Danielis, & alia locutus eſt friuola, quæ in catalogo hæreticorum neceſſario ponuntur. huic & beatus Hieronymus presbyter reſpondit.] hæc ipſe.

a Hier. epiſt. 75.
Vigilantius quando in S. Hieronymum oblatrare cœpit.
b Dan. 1.
c Gennadius de Vir. Illuſtr. c. 35.

XLII. Recedens vero a Palæſtina (vt dictum eſt) Vigilantius, in Aegyptum deſcendit, aliaſq. prouincias peragrauit, ſemper quid in S. Hieronymum inſuſurrans. nam ipſe [d]: Dimiſiſti (inquit) Aegyptum, & cunctas prouincias reliquiſti, in quibus ſectam tuam libera pleriqne fronte defendunt: & elegiſti me ad inſectandum, qui omnia contra Eccleſiam dogmata reprehendo, & publica voce condemno.] At non hæ illæ erant hæreſes Vigilantij, quas poſtea audaciſſime prædicauit: nam (vt dictum eſt) nouiſſimæ iſtæ Vigilantij hæreſes haud ante biennium innotuere. Porro tanta vbique pollebat opinione ſanctitatis hypocrita, vt idem S. Hieronymus iſta diu de ipſo tacuerit, nec propalauerit. Vnde aduerſus Ruffinum, illum in ſe concitantem, ipſemet Hieronymus hæc ait [e]: In Vigilantij nomine quid ſomnies, neſcio. Vbi enim eum ſcripſi hæretica apud Alexādriā communione maculatum? Da librum, profer epiſtolam, nuſquam omnino reperies.] & inferius: Ego in Vigilantio tibi reſpondi. Eadem enim accuſabat, quæ tu poſtea & amicus laudas, & inimicus accuſas] nimirum quod ille diceret S. Hieronymum Origenis errores ſectari; nam ſubdit: Scio a quo illius contra me rabies concitata ſit, noui cuniculos tuos.] hæc S. Hieronymus. Agebat enim id aſtute Ruffinus, vt eſſet qui Origenis hæreſis accuſaret Hieronymum, qui ipſum Ruffinum & alios omnes Origeniſtas eiuſdem Origenis errorum inſimularet; ipſumq. talionis pœnam ſubire cogeret; vt quem in Origeniſtas ipſe gladium exacuerat, in ſua ſe præcordia conuertiſſe non ignoraret. Fuerunt hæc Vigilantij hæreſiarchæ præludia, Ruffino illi ad omnes ſaltationis motus muſi-

d Hier. epiſt. 75.
Vigilantius vbique oblatrat in S. Hieronymum.
e Hier. Apol. 2.

B

C cos attemperante.

XLIII. Quid tandem? Quas multo tempore congeſſerat Vigilantius hæreſum ſordes, & pallio obuoluerat ſanctitatis, impetu vno profudit, cum reuerſus ex hypocriſis nundinis, falſis mercibus ſanctitatis onuſtas, in Gallia eas primum venum expoſuit; ſed non quidem ante biennium: nam S. Hieronymus citata [f] nuper epiſtola, nequaquam de his, quos poſtea eius patefecit & confutauit errores, cum Vigilantium hæreſis arguit, vel leuiter meminit. Sed & quod idem S. Hieronymus in commentariis, quos poſt triennium in Iſaiam elaborauit, dicat [g] Vigilantij hæreſim nuper exortam; eiuſdem hæreſis tempus conſignaſſe videtur, vbi ait: Quales (*nempe hæretici*) nuper ſub magiſtro cerebroſo in Gallia pullularunt, qui baſilicas martyrum declinantes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quaſi immundos fugiunt. Hoc autem non tam illi faciunt, quam habitantes in eis dæmones, fortitudinem & flagella ſancti cineris non ferentes. Quis autem hæreticorum non requieſcit in memorijs, non dormit in ſpecubus magiſtrorum? qualis fuit Marcion, & Valentinus, & nuper Eunomius mentis immunditiam leproſa carne conteſtans, &c.] quem quidem Eunomium alibi tradit eiuſdem hæreſis fuiſſe auctorem [h]. At de tempore Vigilantij hæreſis emergentis

Vigilantius promulgat hæreſes.
f Hieron. epiſt. 75.
g Hieron. in Iſa. c. 65.
h Hieron. aduerſus Vigilantium.

D iam ſatis.

XLIV. Sed quaſnam primum blaſphemias impius & impurus effutijt? Audi S. Hieronymum ad Riparium ita reſcribentem [i]: Acceptis primum litteris tuis non reſpondere, ſuperbiæ eſt; reſpondere, temeritatis. De his enim rebus interrogas, quas & proferre & audire, ſacrilegium eſt. Ais Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine (nam Dormitantius rectius diceretur) os fœtidum rurſus aperire, & putorem ſpurciſſimum contra ſanctorum martyrum proferre reliquias; & nos qui eas ſuſcipimus, appellare cinerarios & Idololatras, qui mortuorum hominū oſſa veneramur! O infelicem hominem, & omni lacrymarum fonte plangendum: qui hæc dicens, non ſe intelligat eſſe Samaritanum & Iudæum, &c.] Vides quanto horrore beſtia cornuta comparear, cuius vel aſpectus intolerabilis reputetur; vt qui eam erroris funiculis introducit, appareat extrema demētia laborare. de quo idem S. Hieronymus [k]: Ego vidi hoc aliquando portentum. et teſtimonijs Scripturarum, quaſi vinculis Hippocratis, volui ligare furioſum: ſed abijt, exceſſit, euaſit, erupit, & inter Hadriæ fluctus, Cottijq. Regis Alpes in nos declamando clamauit; quicquid enim amens loquitur, vociferatio & clamor eſt appellandus.] hæc ipſe.

i Hieron. epiſt. 53.
Vigilantius impugnat cultum reliquiarum Sanctorū.
k Hier. epi. 53.

E XLV. Conſidera, quæſo, lector, præſentis ſæculi ſtatū Eccleſiæ. Prædicauit Gregorius Nazianzenus aduerſus Iulianum Apoſtatam & alijs mille locis cultum ſacrarum reliquiarum ſanctorum martyrum: præſtitit hoc ipſum pluribus homilijs S. Baſilius, eiuſq. germanus S. Gregorius Nyſſenus; Chryſoſtomus cōtra Gentiles & alias ſæpe huius obſeruantiæ extitit mirificus prædicator: in Occidente vero S. Ambroſius in hia totus fuit, inueſtigare, inuenirē, atque transferre ſanctorum martyrum reliquias: S. Hieronymus id ipſum modo agit, vt quam potentiſſime contraria aſſerentem Vigilantium ſtylo iuguler: S. Auguſtinus quoque in conſcribendis miraculis ex reliquijs protomartyris Stephani & aliorum quam diligentiſſimus extiterit, omnes ſciūt: atque demum per quatuor Orbis latera Catholicam Eccleſiam vbique diffuſam, certum eſt id ipſum antiqua traditione acceptū, miraculis confirmatum, Patrumq. teſtimonijs roboratum, religione recepiſſe, vſū tenuiſſe, atque demum iugi obſeruātia coluiſſe. Id cū ita ſit, quis putet, hominē adeo poſſe reperiri vecordem, fatuū, mēte captū, delirūq. vel furioſum, qui eo inſaniæ atq. furoris ſe præcipitē ferri ſinat, vt ſanctis Patribus omnibus poſthabitis atq. ſpretis, in vno putarit Vigilātio ineſſe verā Ec-

Catholica aſſertio cultus Sanctorum.

cleſiam,

cleſiam,& quam ſequatur,Catholicam veritatem? Certe quidem quam pauciſſimos Vigilantius A
habuit ſectatores,eoſdemq. abſq. propagatione poſteritatis vna cum hæreſiarcha ſimul extinctos;
ſiue potius ijdem ſic male ſeducti,iam facti mentis compotes reſipuerint.At quid de illis dicendũ
ſit,quis mente concipiat,qui poſt duodecim ferme decurſa ſæcula, morem Eccleſiæ, Patrum tra-
ditione & doctrina ſemper aſſertum ac propagatum, explodendum eſſe; damnatam vero ac im-
probatam, illuſam, deriſam, atque proſcriptam hæreſim Vigilantii putauerint eſſe recipiendam,
tuendam,atque in omnibus amplexandam? Tales plane phreneticos atque phanaticos Eccleſia
noſtri temporis patitur: quos ita cognitos ſequi, quid aliud eſt, quam ſe a Deo penitus dereli-
ctos eſſe, & in erroris operationem prorſus eſſe traditos intelligere? Sed ad Vigilantium re-
deamus.

XLVI. *Gallicanę Eccleſiæ integritas tentatur.* [a] Hiero.aduerſ. Vigilan.in princ.

Ingemuit S.Hieronymus huius temporis infelicem Galliæ ſtatum,quo cœpit prouincia Chri
ſtianiſſima portenta conſpicere, quæ hactenus ignoraſſet: cuius ſincera fides ab Apoſtolorum
temporibus illibata pureque ſeruata(vt oſtendimus ſuperius teſtificatione S.Hilarij) nunquam
vel næuum quidem contraxiſſet hæreticę prauitatis;nunc primum ſtupratore Vigilantio tentare-
tur.Hinc dolor & gemitus. Etenim cum poſt recenſita diuerſa quæ diuerſis temporibus & regio-
nibus in orbe terrarum viſa ſunt monſtra:Sola(inquit ipſe Hieronymus [a])Gallia monſtra non B
habuit,ſed viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundauit. Exortus eſt ſubito Vigilantius,
ſeu verius Dormitantius,qui immundo ſpiritu pugnet contra Chriſti Spiritum,& martyrum ne-
get ſepulchra veneranda, &c.] Sed vnde exorta beſtia, & ex quibus putrefactis omnium turpitu-
dinum aquis reptile monſtrum creatum apparuit? Audi eumdem S.Hieronymum: Quomodo
Euphorbus in Pythagora renatus eſſe perhibetur; ſic in iſto Iouiniani mens praua ſurrexit: vt in
illo & in hoc diaboli reſpondere cogamur inſidijs: cui iure dicetur [b] Semen peſſimum, para fi-
lios tuos occiſioni peccatis patris tui. Ille Romanæ Eccleſiæ auctoritate damnatus,inter phaſides
aues & carnes ſuillas non tam emiſit ſpiritum, quam eructauit: iſte caupo Calaguritanus, & in
peruerſum propter nomen viculi,mutus Quintilianus,miſcet aquam vino, & de artificio priſtino
ſua venena perfidiæ Catholicæ fidei ſociare conatur,impugnare virginitatem, odiſſe pudicitiam,
in conuiuio ſæcularium contra ſanctorum ieiunia proclamare.]& paulopoſt: Proh nefas! Epiſco
pos ſui ſceleris dicitur habere conſortes: ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt,qui non ordinant dia
conos,niſi prius vxores duxerint;nulli cælibi credentes pudicitiam; immo oſtendentes quam ſan
cte viuant,qui male de omnibus ſuſpicantur: & niſi prægnantes vxores viderint clericorum, in- C
fantesq. de vlnis matrum vagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Ec-
cleſiæ? quid Aegypti & ſedis Apoſtolicæ,quæ aut virgines clericos accipiunt,aut continentes,aut
ſi vxores habuerint,mariti eſſe deſiſtunt? Hæc docuit Dormitantius,&c.]

[b] Iſai.14. *Vigilãtius impugnator cęlibatus clericorum.*

XLVII. *SS. Victricius & Exuperius quid in Vigilantium apud Rom.Pont.*

Ad id omnino reſpicere intelligas, lector, quæ Innocentius Papa duobus proxime elapſis an-
nis,quibus(vt dictum eſt)innotuit in Gallia hæreſis Vigilantij,primo ſcripſit ad S.Victricium Ro
thomagenſem Epiſcopum,anno videlicet quadringenteſimoquarto, & ſequenti ad S.Exuperium
Toloſanum Epiſcopum,reſpondens ad eorum litteras,quibus aduerſus nouam emergentem hæ-
reſim primum omnium putarunt ſedem Apoſtolicam conſulendam: ea nimirum ex cauſa, quod
ſcirent,abſque aliqua dubitatione eſſe in Eccleſia Catholica vbique ſeruandum,quod ab Apoſto-
lica ſede noſceretur eſſe ſeruatum & cuſtoditum;a cuius deſciſcere velle decretis,& communione
ſeiungi,idem plane eſſet quod in caſtris ſchiſmaticorum aut hæreticorum profiteri. Sic igitur ijdẽ
ſanctiſſimi atque doctiſſimi Galliarum Epiſcopi, licet optime ipſi noſſent (vt Innocentius ipſe in
redditis ad eos epiſtolis teſtatur)ea quæ Romanum Pontificem rogarent: tamen quod certo ſci-
rent ipſam Apoſtolicam ſedem eſſe turrim Dauid [c], in qua ſunt mille clypei,& omnis armatura D
fortium:ab ipſo præcipuo Catholicæ Eccleſiæ vertice ſibi arma comparanda duxerunt,quorum
vel vno ictu conficerent reptantem ventre beſtiam ſuper terram;quod nefas eſſe, omnes intellige
rent,Apoſtolicæ ſedis decretis obniti: ſicq. eo modo ſartam tectam conſeruarent in Gallijs a ma-
ioribus acceptam fidem & Eccleſiaſticam diſciplinam, quam ex veteribus traditionibus prodi-
tam Romani Pontificis recentia decreta munirent. Obſerua & hic,quæſo,lector,antiquum ſancto
rum Patrum pugnandi genus;nimirum cum aduerſus hæreticos ineundum ſibi ſcirent eſſe certa-
men,primum omnium conciliare ſibi conſortio fidei ſedis Apoſtolicę communionem. id quidem
mille ferme exemplis ſuperius eſt demonſtratum: quam eamdem artem hęreticos quoque fruſtra
ſæpe æmulari conatos eſſe, nempe vt Formatarum communicatione cum Romano Pontifice, ſe
eſſe Catholicos mentiri poſſent. Ad hæc inquam ſpectant,quæ Innocentius Papa ab ijs rogatus
reſcripſit [d] de clericorum cælibatu ſeruando, eademque (vt iiſdem ſuis ipſe litteris profitetur)
haud recens ſancita,ſed quæ eadem Romana Eccleſia accepiſſet a Petro,& per temporum ſucceſ-
ſiones inuiolabili diſciplina ad illam vſque diem cuſtodita fuiſſent: quæ tu ipſe (ne queraris lon-
giori detineri mora) legere poteris. E

[c] Cantic.4.

[d] Epiſt.1.ad Victric.c 9.& epiſt. 2. ad Exup. c.1. tom.1. epi.Rom. Pontific.

XLVIII. *Auctor vrget recentiores hęreticos.*

Ex his igitur conuenio & te (ſpopondi enim & tibi omne meum officium)qui hactenus relicta
Romana Eccleſia inhærendum putaſti diſcipulis Vigilantij; amiceque compello,rogoque: Dic,
amabo te,quibus putas diuinum Spiritum eſſe creditum,& reuelatam a Deo Catholicam verita-
tem, Vigilantione, an admirandis illis ſanctiſſimiſque viris Victricio Rothomagenſi atque Exu-
perio Toloſano? vt omittamus modo dicere de aliis nominatis ſuperius Patribus eamdem cum
ipſis fidem cuſtodientibus. Repete enarrata ante ex fide digno teſte Paulino Victricii primordia,
nimirum egregiam tempore Iuliani confeſſionem, & edita inſtar Apoſtolorum ab illo miracula;
recoleque etiam præconia de ſanctitate Exuperij,nuper ex Hieronymo recenſita: contra vero tibi
ſtatue Vigilantium turpem,inconſtantem,animo duplicem, blaſphemum, ac demum hæreticum
(teſte Gennadio,ſi non credis S.Hieronymo)ab vniuerſa Eccleſia declaratum, in Iouiniano iam
antea præiudicatum,& condemnatum. Tu,inquam,te medium inter hos ſponte conſtituas, par-

cenſq.

A cenſq.priuatis affectibus,libera mente(quod eſt ingenui animi)examina,diſquire,diſcute,& iudica cuinam vtrius partium inhærendum ſit, Vigilãtione,an Victricio & Exuperio? Audio,audio,ſilente te licet,& quamuis nolis,tuæ clamorem conſcientiæ ad optima deprecantis,& quæ velit, abs te etiam cruciamentis aſſiduis exigentis. Tu igitur domeſtico etiam teſte conuictus,dum es in via, eſto conſentiens aduerſario tuo.mihi certe Dauidicum [a] illud ſemper in ore:Confitebor tibi Domine in toto corde meo in concilio iuſtorum & congregatione.Sed quæ ſunt reliqua Vigilantii ſordium(licet non ſine nauſea)reuoluamus.

a Pſal.111.

XLIX.

Damnauit præterea infelix,diei tempore cereos ac lampades in eccleſia incendi ſolitos:itemque ex quibuſdam apocryphis,quos ſibi finxerat,libris,poſt mortem nullum pro alio deprecandi facultatem habere dixit.In quem S.Hieronymus [b]: Tu(inquit)vigilans dormis,& dormiens ſcribis,& proponis mihi librum apocryphum,qui ſub nomine Eſdræ a ſimilibus tui legitur, vbi ſcriptum eſt,quod poſt mortem nullus pro alijs audeat deprecari.quem ego librum numquam legi: quid enim neceſſe eſt in manus ſumere,quod Eccleſia non recipit? &c.] Addidit rurſum Vigilantius improbare vigilias in S.Eccleſia celebrari ſolitas nocte cuiuslibet præcedentis Dominicæ;aſ**B**ſerens,præter ſolemnes ſancti Paſchatis vigilias(quas tantum retinendas eſſe dicebat) reliquas omnes obtentu publicæ honeſtatis,ne tenebrarum occaſionem captantibus, ad delinquendũ via aperiri videretur,eſſe abolendas.In quem ita Hieronymus [c]: Error autem & culpa iuuenum,viliſſimarumq.mulierum,qui per noctem ſæpe deprehenditur,non eſt religioſis hominibus imputãdus:quia & in vigilijs Paſchæ tale quid fieri plerumq.conuincitur, & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni,qui & abſq.vigilijs poſſunt errare vel in ſuis vel in alienis domibus.Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruxit.] Vides igitur manifeſte,non S.Ambroſium(vt in Notis ẽt nos demonſtraſſe meminimus)ſed impium Vigilantium potius,honeſtatis cauſa prætenſa,de abrogandis ſacris vigilijs promulgaſſe ſententiam;cum tamen Patres,eas firmius eſſe retinendas,aduerſus Vigilantium diſputarint.Sed qui nonniſi in Paſchate vigilias celebrandas eſſe dicebat, idẽ cenſor Eccleſiæ illud addebat,nonniſi in Paſchate Alleluia canendum.

b Hieron.aduer. Vigilant.

Vigilias damnat Vigilantius.

c Hieron.aduer. Vigilant.

L.

At quod idem nebulo reſpuens ſanctorum reliquias,addebat illud horrendũ dictu;ſigna apud eas fieri ſolita,dæmonum eſſe præſtigias,eaſque inutiles omnino eſſe,quod ſigna non fideliũ ſed infidelium cauſa fieri debeant:hæc ſcite redarguens S.Hieronymus,vere arreptitium, a dæmone**C**que poſſeſſum omnino Vigilantium fuiſſe demonſtrat,vbi ait [d]: Nolo mihi dicas:Signa infidelium ſunt.Sed reſponde,quomodo in viliſſimo puluere,& fauilla neſcio qua,tanta ſit ſignorum virtutumq.præſentia? Sentio,ſentio,infeliſſime mortalium,quid doleas,quid timeas.Spiritus iſte immundus,qui hæc cogit ſcribere,ſæpe hoc viliſſimo tortus eſt puluere:immo hodieq.torquetur; & qui in te plagas diſſimulat,in ceteris confitetur. Niſi forte in morem gentilium,impiorumq.Porphyrij & Eunomij,has præſtigias demonum eſſe cõfingas,& non vere clamare demones,ſed ſua ſimulare tormenta. Do conſilium;ingredere baſilicas martyrum,& aliquando purgaberis,&c.] De ſe ipſo vero,quanto ſcilicet honore proſequi & reuereri ſoleret reliquias martyrum(quod non prætereundum putamus)hæc poſtea ſubdit:Ego confiteor timorẽ meum ne forte de ſuperſtitione deſcẽdat *(nimia videlicet ſcrupoloſitate)*quando iratus fuero,& aliquid malj in meo animo cogitauero,& me nocturnum phantaſma deluſerit;baſilicas martyrum intrare non audeo:ita totus & corpore & animo pertremiſco.]hæc & alia de ſe ipſe.

Carpit ſigna ex martyrum reliquijs edi ſolita Vigilãt'.

d Hieron.aduer. Vigilant.

LI.

Detrahebat præterea cœpto antiquitus vſui collectarum in Eccleſia tempore Apoſtolorum,& Pauli exemplo firmato,qui collectas agebat pro pauperibus Hieroſolymis degẽtibus:cum adhuc **D** conſuetudo vigeret,vt ex diuerſis Orbis regionibus ad vſum pauperũ eleemoſynæ Hieroſolymã mitterẽtur. At ſicut hæc veſanus homo effutiebat contra doctrinam & exemplum Apoſtolorum, ita etiam contra Euangelium ipſum & Domini verba fatuus delirabat:quæ S.Hieronymus ita refert [e]: Quod autem aſſeris,eos melius facere,qui vtuntur rebus ſuis,& paulatim fructus poſſeſſionum ſuarum pauperibus diuidunt,quam illos,qui poſſeſſionibus venumdatis,ſemel omnia largiuntur:non a me eis,ſed a Domino reſpondebitur [f]: Si vis perfectus eſſe,&c.]Sed iſta quidem improbus ille,vt vno ictu vniuerſum proſterneret monaſticũ ordinẽ,claſſemq.renũciatiũ diſſiparet; quos & alijs prætextibus auocare conabatur a ſolitudine.hæc enim omnia, araneorum filorum inſtar,nullo negotio idem S.Hieronymus diſiecit ac rupit;atq.adeo vt os impia loquentis obſtruxerit,extinxeritque penitus ante propemodum quam naſceretur infamis hæreſis : ita vt nullus labor incubuerit ſanctis Epiſcopis Concilia cogendi ad condemnandas hæreſes; quæ ſemel auditæ,talem horrorem audientibus incuſſerunt,vt pij omnes ad earum ſonitũ aures obſtruxerint; vtpote quod tales eſſent,quæ omnem penitus diſſoluerent Eccleſiæ diſciplinam, auferentes ſacrũ cælibatum,ſuccidentes germina virginum & continentiam monachorum, pariterq. deſtruentes **E** Eccleſiæ traditiones,ſacroſq.ritus peſſumdantes,atque ſanctorum cultum penitus prohibentes, eoſdemq.collatis diuinitus gratijs ſpoliantes: adeo vt non mirandum ſit,ſi non parcens verbis(qđ notauit S.Gregorius)vehementiori impetu ipſe Hieronymus in Vigilantium viſus ſit inſurrexiſſe.Senſit & hoc ipſe de ſe;ſed excuſat his verbis, ſcribens ad Riparium [g]: Fateor tibi dolorem meum:ſacrilegium tantum patienter audire non poſſum:legi enim Syromaſten [h] Phinees,auſteritatem Eliæ,zelum Simonis Chananæi, Petri ſeueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Pauliq.conſtantiam, qui Elymam magum vijs Domini reſiſtentem æterna cæcitate damnauit. Non eſt crudelitas,pro Deo pietas,&c.]

Eleemoſynas ſolitas mitti ad loca ſancta Vigilantius dãnat.

e Hiero. aduerſ. Vigilant.

f Matth.19.

g Hieron. epiſt. 53.

h Num.25. 3.Reg.18. Matth.10. Act.5.13. Deuter.14.

LII.

Porro quod poſthac ſiluerit infamis hæreſis,nec amplius ad multa ſæcula audita fuerit:haud ſcias breuem illã Hieronymi ſcriptionem eſſe veritam, vt caput tollere amplius auſa non fuerit. Non enim ea eſt natura hæreticorum,vt victi cedere ſciant,& dent manus ratione conuicti:ſed proſtrati licet,pertinaciori audacia ſurgant,reſtituãtq.acriora certamina.Sed vnde accidit vt ſileret? audi: Terribilis [i] Deus in conſilijs ſuper filios hominum,vocauit gentes ab extremis terræ: immiſitq.

Quomodo compreſſa penitus hæreſis Vigilãtii.

i Pſal.95.

muſitq.

miſitq. in Gallias, in eamq. potiſſimum partem graſſari ſiuit, in qua hæreſis nefanda plantata eſt: A
adeo vt ſub barbarico gladio magis de vita tuenda contendere, quam de dogmatibus licuerit di-
ſputare: Creduntur autem a barbaris illi eſſe ſublati, quorum nulla vmquam fuit poſtea vox au-
dita. Ecce tibi quid ſoleant vehere ſecum, vel poſt ſe ducere hæreſes, clades nimirum prouinciarũ;
quod multis exemplis ſæpe omnibus ſæculis, & hoc ipſo infelicius contigit demonſtrari.

LIII.
Barbari immiſſi in Gallias a Stilichone.
a Zoſim. lib. 6.
b Oroſ. lib. 7. c. 38.

Hoc ipſo namque anno, iiſdem Conſulibus Arcadio ſextum ac Probo, Vuandalos & Alanos,
tranſito Rheno, Gallias inuaſiſſe, ac deprædatos eſſe, S. Proſper horum malorum inſpector tradit
in Chronico: quod confirmat itidem in Chronico Caſſiodorus, atque etiam Zoſimus [a], qui iiſ-
dem Conſulibus horum barbarorum in nationes Tranſalpinas incurſus conſignat; quibus & per
mixtos fuiſſe Sueuos tradit. Porro omnes has barbaras gentes proditione Stilichonis ex Vuanda
lis ducentis originem, mariti Serenæ Theodoſij ſororis ſatagentis Romanum Imperium in Euche
rium filium transferre, accitas eſſe, & immiſſas in Gallias, Oroſius [b] horum temporum ſcriptor
diſertis verbis affirmat, noſq. dicemus inferius, cum de nece ipſius Stilichonis agemus. Ceterum
non annum tantum, ſed & diem notat Proſper horum infelicis progreſſionis in Gallias, vbi ait:
Arcadio ſextum & Probo Conſſ. Vuandali & Alani Gallias, traiecto Rheno, pridie Kalendas Ia- B
nuarij ingreſſi.] hæc ipſe. quamobrem cladem ipſam, qua Galliæ ſunt deuaſtatæ, anno ſequenti cœ
ptam eſſe apparet: quare de illa anno ſequenti agemus, vt ex inſtituto, quicquid ſcripturi ſumus,
ſuo proprio gaudeat lector redditum eſſe tempori.

LIV.
Corruptis moribus Galliæ.
c Saluian. de recto iud. lib. 67.

Quam vero ſoluta eſſet in Gallijs magna ex parte Eccleſiaſtica diſciplina, corruptiſq. moribus,
exundantibus vbique vitijs, eædem prouinciæ meruerint tradi barbaris deuaſtandæ, Saluianus [c]
Maſſilienſis Epiſcopus pluribus docet: viuebat ipſe temporibus his, ob oculos habens, quæ ab ocu
lis excuterent iugiter lacrymas; nouus plane ſui temporis Hieremias. nam hæc de ſuis Aquitanis
in primis: In omnibus quippe Gallijs (inquit) ſicut diuitijs Aquitani primi fuere, ſic vitijs. Nuſ-
quam enim improbior voluptas, nuſquam inquinatior vita, nuſquam corruptior diſciplina. Hanc
pro muneribus ſacris dederũt Domino retributionem, vt in quantum eos beneficijs ſuis ille ad
ſe illexerat ad propitiandum, in tãtum illi flagitijs ſuis laborauerint ad exacerbandum.] & paulo
poſt: Exceptis tamen perpaucis ſeme ſanctis atque inſignibus viris, qui (vt quidam de numero
ipſorum ait)

——*parſis redemerunt crimina nummis.*] C

Et poſt alia deplorata, ſubdit: Apud Aquitanos vero quæ ciuitas in locupletiſſima ac nobiliſſima
ſui parte non quaſi lupanar fuit? Quis potentum ac diuitum non in luto libidinis vixit? Quis non
ſe barathro ſordiſſimæ colluuionis immerſit? &c.] vide tu reliqua: nam cũcta proſequi, eſſet ipſum
integrum hic librum reddere. Sed hæc tibi ſatis ad inſinuandum horum temporum ſtatum.

LV.
Tranſlatio Samuelis Prophetæ.

Hoc ipſo anno, quo illa aduerſus Vigilantium S. Hieronymus ſcripſit, contigit tranſlatas eſſe
ex Palæſtina Conſtantinopolim reliquias Samuelis Prophetæ: vt plane voluerit Deus, tunc maio
ri honore frequentari ſanctorum reliquias, quando ab impuro Vigilantio eædem eſſent grauiori
affectæ dedecore. Quod enim ad tempus ſpectat: id quidem ex eo deducimus argumento: quod cũ
factam einſmodi translationem dicant ſub Arcadio Imperatore, ſedente Attico Conſtantinopoli
tano Epiſcopo: ſane quidem non ante hunc annum id potuit contigiſſe, cum non ante præſentem
annum Atticum eius Eccleſiæ fuiſſe ordinatum Epiſcopum conſtet; nec etiam poſt præſentem an
num: nam S. Hieronymus, qui hoc anno ſub dictis Conſulibus (vt ipſius teſtificatione monſtraui-
mus) ſcripſit contra Vigilãtium librum, iam factum affirmat; adeo vt neceſſe ſit affirmare, id hoc
ipſo potiſſimum anno contigiſſe poſt inchoatam ſedem Attici, ante tamen quam ea S. Hierony- D
mus ſcripſerit in Vigilantium. Quod autem eadem tranſlatio ſub Attico facta ſit, hæc in primis
Theodorus Lector habet, cum de Arcadio agit [d]: Sub Imperio illius & Patriarcha Attico Con-
ſtãtinopolim allatæ ſunt reliquiæ ſancti Samuelis, & in Prophetico ipſius loco iuxta Hebdomum
XII. Kal. Iulij collocatæ.] hæc Theodorus, eadem etiam Nicephorus affirmat [e].

d Theodo. Lect. lib. 2. Collect.
e Niceph. lib. 14. cap. 11.

LVI.
f Hieron. aduer. Vigilant.
g Procop. de ædif. Iuſtin. Imp. lib. 1. in fin.
h Soz. lib. 6. c. vlt.

Sed de ipſa S. Hieronymus, quam proxime factam tranſlationem præſenti anno cõſpexit, hęc
ait [f]: Sacrilegus dicendus eſt & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa beati Samuelis longo poſt tem
pore de Iudæa tranſtulit in Thraciam? Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui iudican-
di, qui rem viliſſimam & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portauerũt? Stulti omnium Ec
cleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquijs, & tanta lætitia, quaſi præſentem viuentemq.
Prophetam cernerent, ſuſceperunt, vt de Palæſtina vſque Chalcedonem iungerentur populorum
examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarẽt?] hæc ipſe. Meminit de templo Samuelis Prophe
tæ Conſtantinopoli erecto non ſolum Theodorus Lector, ſed & Procopius [g]. Ante vero iampri
dem, viuente adhuc Theodoſio Imperatore Seniore, reperta fuiſſe itidem in Palæſtina veneranda
corpora ſanctorum Prophetarum Habacuc & Michææ, auctor eſt Sozomenus [h]; reuelataq. ea- E
dem diuinitus Sebenno Epiſcopo Eleutheropolis tradit.

IESV CHRISTI INNOCENTII PAP. ARCAD. & HONOR. IMPP.
ANNVS 407. ANNVS 6. ANNVS 13.

I.

Quadringenteſimo ſeptimo anno a Chriſto nato, Honorio ſeptimum & Theodoſio ſecũdum
Auguſtis Conſulibus, menſe Februarij, Honorius Imp. accepti beneficij de inſperata aduer-
ſus Rhadagayſum obtenta victoria memor; quod nihil Diuinitati gratius eſſe ſciret, quam ſi il-
lius hoſtes hæreticos debellaret, cuius ope barbaros ipſe viciſſet; nouis rurſum edictis hæreticos
Occidentalem infeſtantes Eccleſiam vrget. Hoc enim anno, menſe Februarij, ad Senatorem Præ
fectum

A fectum Prætorio ita reſcripſit [a], damnans eoſdem pœnis illis, quibus coercendos haud pridem, ſanxerat Donatiſtas.

a l. 40. de hæret. Cod. Theod.

II. *Honorius hæreticos nouo edicto exagitat*

Quid de Donatiſtis ſentiremus, nuper oſtendimus: præcipue tamen Manichæos, vel Phrygas ſiue Priſcillianiſtas meritiſſima ſeueritate proſequimur. Huic itaque hominũ generi nihil ex moribus, nihil ex legibus ſit cõe cũ ceteris. Ac primũ quidẽ volumus eſſe publicũ crimen: quia quod in religione diuina committitur, in omnium fertur iniuriam. Quos bonorum etiam publicatione proſequimur; quæ tamen credere iubemus proximis quibuſque perſonis; ita vt aſcendentium, vel deſcendentium, vel venientium ex latere cognatorum vſque ad ſecundum gradum, velut in ſucceſſionibus, ordo ſeruetur. Quibus ita demum ad capiendas facultates eſſe ius patimur, ſi non & ipſi pari conſcientia polluuntur. Ipſos quoque volumus amoueri ab omni liberalitatis & ſucceſſionis quolibet titulo venientis. Præterea non donandi, non emendi, non poſtremo contrahendi cuiq. conuicto relinquimus facultatem.

III. *Crimen hæreſis cenſetur maieſtatis delictum.*

In mortem quoque inquiſitio tendit. Nam ſi in criminibus maieſtatis licet memoriam accuſare defuncti, nõ immerito & hic debet ſubire iudicium. Ergo & ſuprema illius ſcriptura irrita ſit, B ſiue teſtamento, ſiue codicillo, ſiue epiſtola, ſiue quolibet genere reliquerit voluntatis, qui aut Manichæus, aut Phryga, aut Priſcillianiſta fuiſſe conuincitur. Hoc quoque caſu eadem illa circa gradus ſuperius cõprehenſos cõditione ſeruata, alioquin nec filios exiſtere, aut adire pmittimus, niſi paterna prauitate diſceſſerint: delicti enim veniam pœnitentibus damus. Seruos etiam extra noxam eſſe volumus, ſi dominum ſacrilegum reuelantes, ad Eccleſiam Catholicam ſeruitio fideliore tranſierint: perferri huiuſmodi hominum cœtus domino, etſi non cõmunione criminis implicato, ſciẽte tamen nec prohibente contraxit, patrimonio noſtro ſocietur. Ac ſi dominus ignorabit, actor vel procurator poſſeſſionis coercitus plumbo, perpetuo metallorum operi deputetur: conductor ſi idoneus eſt, deportabitur. Rector ꝓuinciæ ſi hæc crimina diſſimulatione vel gratia delata diſtulerit, aut conuicta neglexerit, ſciat ſe mulcta viginti librarum auri feriendum. Defenſores quoque & principales vrbium ſingularum, necnon & Officia prouincialia decem librarum auri pœna conſtringet; niſi in his quæ a Iudicibus ſuper hoc præcepta fuerint, exequendis, & ſagaciſſimã curã & ſolertiſſimam operam commodarint. Dat. VIII. Kal. Martij, Romæ. Honorio ſeptimum & Theodoſio ſecundum AA. Conſſ.] eamdem habet legem [b] Iuſtinianeus Codex, qua & comprehenſi C ſunt Donatiſtæ.

b l. 4. C. de hæreticis.

Ex his vero pij Imperatoris obſequijs haud imparia prioribus conſecutus eſt a Deo Honorius beneficia: ſiquidem domeſtico appetitus bello diu meditato, nempe inſidijs Stilichonis pro filio Imperium aucupãtis, eripitur. quomodo autem hæc ſe habuerint, ſuo loco dicturi ſumus anno ſequenti.

IV. *Cõcilium Carthaginenſe.*

Hoc item anno celebratum eſt ab Epiſcopis Africæ Concilium Cathaginenſe [c] Id. Iunij: vbi inter alia decreta eſt legatio ad Honorium Imp. pro defenſione rerum Eccleſiaſticarum aduerſus Donatiſtas atque Paganos: ſancitumq. ab eiſdem vt ad Comitatum euntes, Formatam acciperent ad Romanum Pontificem, a quo aliam quærerent Formatam ad Imperatorem. hæc idcirco, ne hæretici Catholico nomine velarentur: nam illi tantũ manifeſti Catholici haberentur, quos communicare cum Romano Pontifice, Formatæ ab eo acceptæ litteræ ſignificarent, ut ex Optato & alijs ſæpe ſuperius demonſtratum eſt. Illud uero in hac Synodo ipſis Formatis addi præceptũ eſt, ut in eis dies Paſchæ illius anni apponeretur: qui ſi nondum definitus ſciretur, quod litteras dari contingeret ante eius diei promulgationem; tunc decretum eſt apponi ad Formatam diem an- D ni præteriti, poſt diem Paſchæ ſcilicet; vt euenire ſolet, cum in publicis ſcriptis, poſt Conſulatum, factum quid ſcribitur. Accidere enim conſueuit, ut (quod dictum eſt) Occidentales Eccleſiæ diſcerent ab Eccleſia Romana diem celebrandi Paſcha cuiuſlibet anni ipſum uero Romanum Pontificem ante annum ſignificare illum conſueuiſſe ea adhibita modeſtia, vt ſi quis quid contra objcere vellet, audiretur; litteræ Innocentij Papæ ad Aurelium [d] Carthaginenſem Epiſcopum datæ ſignificant.

c In Concil. Africano c. 62.

d Rom. Pontif. epiſt. 10. tom. 1.

V. *Theophilus ſuſpenſus a communione Romani Pontificis.*

Sed & illud magnopere conſiderandum eſt, quòd eiſdem ab hoc Concilio legatis Romã miſſis publico decreto in mandatis hoc datum eſt [e]: Item placuit, vt de diſſenſione Romanæ atque Alexandrinæ Eccleſiæ ad S. Papam Innocentium ſcribatur; quo vtraque Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.] hæc ibi: quibus plane ſignificatur, ipſum Romanum Pontificẽ Ioannis Chryſoſtomi cauſa aduerſus Theophilum mirum in modum fuiſſe commotum, & in omnes alios Epiſcopos qui cum illo aduerſus eum conſpiraſſent; noluiſſeq. miſſas ab eis recipere litteras: quod quidem epiſtola eiuſdem Innocentij Papæ ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum poſtea data de Acacio eius functionis anteſignano demonſtrat [f]. Sed & Theodorus diaconus hæc E expreſſe apud Palladium [g]: Eſt autem hæc Romanæ Eccleſiæ ſententia, non communicare in finẽ vſque Orientalibus Epiſcopis, maximeq. Theophilo, donec Dominus vniuerſalis Synodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorum qui iſta geſſerunt.] hæc Theodorus. Ex his quoque videas, Theophilum annis ſingulis (vt dictum eſt) dare ſolitum Paſchales litteras, ex hoc tempore conticuiſſe; vtpòte quod nullus Catholicus eas recepturus eſſet, quas Romana Eccleſia non reciperet. At de Concilio Carthaginenſi & legatione ab eo Romam miſſa hactenus.

e Concil. Afric. c. 68.

f Innocent. epiſt. 18.

g Pallad. in dialog.

VI.

Inuiſamus iam S. Ioannem Chryſoſtomum, extremaq. ei officia perſoluamus: quem hoc anno ærumnis confectum ex hac vita ad cæleſtem coronam vocatum conſtat. ait enim Socrates [h]: Honorio ſeptimum & Theodoſio ſecundum Conſulibus, XVIII. Kal. Decembris, S. Ioannes Chryſoſtomus Comanis apud Pontum Euxinum ex hac vita migrauit.] hæc ipſe. ſed in menſe error euidens: nam decimaquarta die Septembris eum diem obijſſe, omnes affirmant, & tabulæ Eccleſiaſticæ fidem faciunt.

h Socrat. lib. 6. c. 19.

VII.

Quænam autem obitum eius præceſſerint, hic deſcribamus. Atque in primis in memoriam

reuocandum

Chryſoſtomus trāſfertur Pityuntem.

reuocandum, ipſum anno præterito, abſoluto iam biennio ſui exilij, inchoato anno tertio, ex ſentē A tia Palladij, Arabiſſo Pityuntem eſſe tranſlatum, eo nimirum conſilio, vt ægra valetudine laborantem, longiſſimis difficillimiſq. peregrinationibus fatigatum exhalare animam cogerēt, ante vero litterarum commercio & ipſa ſcriptione priuatum. Hæc quidem (vt ait Soxomenus) quod eius aduerſarij tabeſcerent inuidia, dum viderent vniuerſam Occidentalem Eccleſiam pro ipſo eſſe ſollicitam. Sed & pertæſos æmulos frequentem hinc inde ad Ioannem acceſſum, illud conſilium iniijſſe, vt eumdem (vt dictum eſt) Pityuntem transferrent, Palladius tradit, dū ait [a]: Inſpicientes enim Seuerianus & Porphyrius Antiochenam Eccleſiam in Armeniam commigraſſe, & inde rurſus Antiochiæ Ioannis gratiſſimam philoſophiam prædicati, diſrumpebantur, viteq. illos iam tædebat, huiuſcemodi rumoribus non ſecus quam flagris cruciatos: eſt enim ea inuidiæ natura, vt eos quos inuaſerit, ſemper exagitet. Eo miraculo perculſi plerique clerici aduerſæ factionis, aiebant: Videre mortuum terribilem viuos victoreſq. perterrefacientem, non ſecus ac paruulos laruæ deterrēt. Papæ, ſæculares poteſtates, Eccleſiaſticaſq. opes amitti cum ipſa poteſtate ſua & principatu; ſacerdotem ſolum, ciuitate priuatum, infirmum carne, exulem trepidantes, metum pallore teſtantur.

a Pallad. in dial.

VIII.

Milites male habent Ioan. Chryſoſtomū.

Non iam igitur ferentes in ſcena occultare ſerpentem, ad exercitum mittunt, *ad ipſum Arcadium Imperatorem*: reſcriptumq. aliud vehementius cum adiectione pœnæ procurantes, transferri B ſcilicet eum intra loci cuiuſdam anguſtias, vnde non liceret progredi. In Pityuntem locum penitus deſertum extorrem agunt, ripæ Pontici maris imminentem. Porro milites Præfecti Prætorij, qui illum ducebant, maxime eum per viam vrgebant: id ſe habere in mandatis, aperte aſſerentes, maiori ſe gradu promouendos, ſi per viam ille moreretur. Atque vnus quidē ex ipſis, præſentis militiæ negligens, nonnihil humanitatis clam erga eum oſtendebat; alius adeo infeſtus erat & atrox, vt blanditias, quæ illi ab occurentibus (vt ſancto pareret) fiebant, iniurias exiſtimaret; id ſolum curans, vt Ioannes moreretur. Denique cum imber eſſet vehemens, adeo vt dorſum ac pectus inundatio illa percelleret, nihil curans egrediebatur, ingentem rurſus Solis æſtum pro delicijs habebat, ſciens hoc affligi ſancti viri caput, inſtar Eliſæi caluum. In vrbe vero aut caſtello, vbi lauacri eſſet vllum refrigerium, ne punctum quidem temporis remorari, infelix ille tolerabat.

IX.

Labores in uia & obitus Ioa. Chryſoſtomi.

Cum inter hæc omnia trimeſtris temporis ſpatio difficillimum illud cōficiens iter ſanctus velut ſidus iubilans perſtabat, corpuſculum habens inſtar mali ſummis in ramis, Solis feruore rubicundum. Vbi vero Comanæ appropinquarunt: ipſam veluti pōtem tranſeuntes, in templo quodā C quinque aut ſex millibus paſſuum remoto manſerunt. Ipſa nocte martyr ipſius loci, Baſiliſcus nomine, qui Nicomediæ ſub Maximiano paſſus cum Luciano Antiochiæ presbytero fuerat, dum eſſet Comanenſis Epiſcopus, apparuit ei dicens: Confide frater Ioannes: cras enim ſimul erimus. Aiunt presbytero quoque eccleſiæ prius apparuiſſe martyrem, atque dixiſſe: Præpara Ioanni fratri locum: venturus eſt enim. Ille nihil de eo oraculo dubitans, in craſtinum orabat milites, vt illic vſque ad quintam horam permanerent: qui minime acquieſcentes, perurgebant. Profecti vero quaſi ſtadios triginta, rurſum ad memoratum templum, vnde exierant, redierunt, ipſo iam febribus laborante. Illuc vbi redijt, vitæ ſuæ digna candida veſtimenta quæſiuit, exutuſq. prioribus, ea ſe induit, omnibus vſque ad calceamenta mutatis, reliqua præſentibus ipſe diſtribuit: ſumptiſq. cæleſtibus ſacramentis coram aſtantibus, extremam orationem fudit, dicens more ſuo: Gloria ſit Deo omnium cauſæ. Conſignanſq. ſe in fine orationis, extendit ſpecioſos illos pedes, qui concurrerent ad ſalutem eorum qui elegere pœnitentiam, & in illorum probrum qui peccata abunde meſſuerunt. Quod ſi nihil malis probra profuere, hoc non imbecillitas conſtantiſſimi viri, ſed illorum impudentia fecit, qui ea tolerare noluerunt. Adiectus eſt ad patres ſuos, excuſſo puluere mortalis D vitæ, atque migrauit ad Chriſtum.] hactenus de obitu ſanctiſſimi Patris Palladius. Vixiſſeq. eum annos ætatis ſuæ quinquagintaduos & menſes octo, Leo Aug. habet in Encomio: de quinquaginta duobus reliqui omnes, qui de his egerunt, ſunt aſſertores. Eius vero Epiſcopatus in hāc vſque diē decimamquartam Septembris, qua obijt, numerantur anni nouem, menſes ſeptem, & dies octo.

X.

b Pallad. in dial.

Funus Ioann. Chryſoſtomi.

Ioannes Chryſoſt. cur ſolus comedere ſoleret.

De funere autem iſta Palladius [b]: Tanta vero multitudo virginum, tantumq. monachorum, & honeſtioris vitæ teſtimonio inſignium ex Syria & Cilicia & Ponto & Armenia agmen accurrit, vt putarent plurimi ex condicto eos adueniſſe. Ita ſepultus, laudibuſq. velut athleta victor honoratus eſt, corpuſculo vna cum Baſiliſco in eadem eccleſia cōdito.] hæc Palladius: qui & paulo poſt de vitæ inſtituto & moribus eius, quorum cauſa quidam offenſi erāt, hæc addit: Ipſe (inquit) ſolus edebat, vt ex parte noui, ob iſtiuſmodi cauſas. Primo quidem ob calorem capitis abſtemius erat; niſi quod in æſtu eo, quod Diarhodon appellatur, vtebatur, *vino ſcilicet*. Secundo, quoniam infirmitatis cuiuſdam gratia eius ordinem deſiderabat; adeo vt ſæpius quæ fuerant parata, ingrata viderentur; & quæ non aderant, inquiri oporteret. Deinde plerumq. cibi oblitus, ad veſperam vſq. E ieiunabat, partim occupatus Eccleſiaſticis curis, partim ſpritualibus intelligendis abſtractus: contendebat enim vt eum nihil ſacrarum litterarum præteriret, &c.] Sane quidem in omnibus diuinæ Scripturæ libris, eos explicando, apprime eſſe verſatum, teſtatur Caſſiodorus, vbi ait [c]: Feruntitaque diuinas Scripturas veteris nouique Teſtamenti ab ipſo principio vſque ad finem Græco ſermone declaraſſe Clementem Alexandrinum cognomento Stromateum, & Cyrillum eiuſdem ciuitatis Epiſcopum, & Ioannem Chryſoſtomum, Gregorium, & Baſilium.] quod ſi verū eſt, vide q̄ pauca ex ingentibus theſauris nobis ſint reliqua: cum alioqui nonnulla ſputia eius nomine edita hactenus habeantur. In Caſſiodori quoque ſententiam Suidas hæc habet [d]: Vniuerſam Iudaicā Chriſtianamque Scripturam ille commentarijs ſic illuſtrauit, vt alius ante ipſum nemo.] & paulo poſt: Ceterum opera ab eo conſcripta, non eſt hominis percenſere numerando, ſed ſolius Dei, cui nota ſunt omnia.] hæc Suidas. ſed & de eius ſcriptis ac moribus iſta Sophronius [e]: Iuſte & digniſſime Ioannes pro puritate doctrinæ & ſplendore venuſtiſſimi eloquij Chryſoſtomus cognominatus eſt: qui ex quo ſalutare baptiſmum accepiſſet, numquam omnino iurauit, neque aliquem iurare compu-

c Caſſio. in præfat. lib. Diui. lect.

Scripta a S. Ioanne Chryſoſt.

d Suid. in Ioan. Chryſoſt.

e Sophron. Prat. ſpirit. c. 191.

A re compulit,neque mentitus eſt,neque alicui vnquam maledixit,neque ſcurrilia locutus eſt, nec
iocos admiſit.]ita Sophronius.

Sed quod ad eius poſt ſe relicta ſcriptorum monumenta pertinet:haud æquo animo pati poſſu XI.
mus,adſcriptas fuiſſe ſanctiſſimo viro,eius titulo hactenus conſignatas,quinquaginta quatuor ho *Quæ falſo ſint*
milias,quas opus imperfectum in Matthæum nominant,vt diſtinguant a conſummato in eumdē *Ioanni ſcrip-*
Euangeliſtam commentario nonaginta & vnam homilias complectente.Quis enim non iure cō- *ta ſuppoſita.*
moueatur,cum videt adſcribi ſanctiſſimo viro,ab incerto auctore,ſed certo hæretico,hæreticorum
que deterrimo compoſitas homilias illas purulentas,hæreſem ſcatentes vermibus,quæ ne pilū
quidem Chryſoſtomi vel in dictione,vel in ſententijs,vel in dogmatibus habent,ſed ſparſas hære
ſes Manichæorum,Montaniſtarum,Arianorum, ac Donatiſtarum continent; atque plane in om-
nibus ſe prodat auctor longe longius ab Eccleſia Catholica alienum,qui Catholicæ Eccleſiæ toto
Orbe diffuſæ ſæpe detrahat,& vix in paucis veritatem reperiri contendat. Porro extitiſſe aucto-
rem illum alicuius hæreſis ſectatorem,penes quem præter diuinas Scripturas nulla eſſet ratio Ca-
tholicæ communicationis,nec traditionum atque Eccleſiaſticarum ſanctionum;haud obſcure ip-
B ſe, inter alia, homilia quadrageſimanona ſignificat,illis verbis [a] In tempore hoc, ex quo obti- a Chryſo.hom.
nuit hæreſis illas Eccleſias,nulla probatio poteſt eſſe veræ Chriſtianitatis,neque refugium po- 49.
teſt eſſe Chriſtianorum aliud volentium cognoſcere fidei veritatem,niſi Scripturæ diuinæ. An-
tea enim multis modis oſtendebatur quæ eſſet Eccleſia Chriſti, & quæ Gentilitas: nunc autem
nullo modo cognoſci datur volentibus cognoſcere quæ ſit vera Eccleſia Chriſti, niſi tantummo-
do per Scripturas. Quare? quia omnia hæc quæ ſunt proprie Chriſti in veritate, habent & hære-
ſes illæ in ſchiſmate ſimiliter Eccleſias, &c.] plura ſuggerit, atque ingerit diuinæ tantum ſtan-
dum eſſe Scripturæ,nulla habita Catholicæ communicationis ratione, qua in vnum corpus vni-
uerſa Catholica Eccleſia toto Orbe Chriſtiano coagmentata cognoſcitur. Porro argumentum
hoc commune eſt omnium hæreticorum: qui cum conuinci ſciant ſe eſſe ab Eccleſia alienos, vel
vno illo ſaltem argumento,quod ſecus ſentiant,quā vniuerſa Eccleſia doceat: ad ſolam diuinam
Scripturam confugium ſibi parant,ſed ſuo ipſorum prauo ſenſu intellectam. in quos diſputat S.
Auguſtinus,aduerſus Creſconium agens [b]. Sed in his modo non immorandum quod alio tendat
oratio: neque in diſquirendis quæ alia ſint eiuſdem Ioannis ſcriptis ſuppoſita (quod longioris b Aug. contra
C inſpectionis ſit opus) nunc incumbendum. Creſc.lib.2.c.vlt.

Illud vero,quod ad eiuſdem Ioannis ſcripta pertinet,haud ignorandum;habuiſſe ipſum in ſa- XII.
cris litteris peculiarem doctorem ſanctum Paulum Apoſtolum,cuius immenſo tenebatur amore.
fidem facit huius rei S. Proclus,qui poſtea Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ fuit creatus Epiſcopus,
rem geſtam ſic narrans [c]: Cum diuinas Pauli Apoſtoli epiſtolas earum interpres & expoſitor
percurreret:erat(vt eſt veriſimile)dubia & ſuſpenſa cogitatione,dicens, Quis ſcit an Deo grata c Leo Auguſ. in
mea ſit interpretatio? Hæc cogitans,rogabat vt de ea re a Deo fieret certior. Quod etiam cito hoc Vit.Chryſ. Meta
modo factum eſt.Quidam ex his qui Imperatori erant familiariſſimi,offendit Imperatorem: qui phraſt.& alij.
mortem minatur.Et mittitur qui apud diuinum Pontificem intercederet,vt noctu ad eum veniret
propter metum Imperatoris,& ſua ei exponeret.Quibus aſſentiens ſanctus,per Proclum iubet vt
veniat. Nox erat,& ſimul etiam aderat is qui erat ſupplex. Vt eum admoneat, dat operam Pro-
clus. Deinde primū aſpicit per quoddā foramē,& videt Pontificē,vt cōſueuerat,in ſede ſedērē,&
ſcribentem(ea autē erat interpretatio diuinarū epiſtolarū.)Tunc autē ille terribili illo dignus ha
betur ſpectaculo. Videt enim Proclus diuinū Apoſtolū Paulū inclinatū poſt ſedē ad caput Pontifi *Procli viſio de*
D cis,& os admouētē auri eius dexteræ,& cū eo colloquētē. Proclū inceſſit ſtupor & admiratio, qua *præſentia Pau-*
nā ingreſſus eſſet quē cernebat. Ignorabat enim qs eſſet:& rogat hominē,vt parum expectet. Rur *li.*
ſū paulo poſt aſpexit & ſemel & bis,& erat idem ſpectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo opti
mate;q dixit:Nō oportebat te,cū videres mortē,q̄ mihi expectatur,aliū ad ſanctū adducere. Ille au
tē ei affirmat,ſe de eo nihil cogitaſſe.His adhuc dubitātibus,præco ad matutina cantica excitat
ligni pulſibus. Homo itaq. reuertitur,in ſecūdā noctē ſpē reijcens. Acceſſit ſecūda nox & tertia;&
erat rurſus ſimile ſpectaculum. His obſtupefactus,vix tandem ſenſit Proclus,nemine vidente, a
Deo miſſum eſſe eum qui loquebatur. Dicit itaque illi optimati: O optime, Deo reſiſtente ſtudijs
omnibus,labor eſt inutilis. roga ergo Deum vt tibi opem ferat. Dies aderat,& cum ſupplicis re-
cordatus eſſet Pontifex,rogauit an acceſſiſſet. De eo ergo ſignificat ei Proclus, qui hæc etiā dixit:
Cum tu præteritis noctibus ſeorſum eſſes cum alio, ſtatui non temere accedere.

Cū ſanctus autem rogaſſet,quiſnam is eſſet:incipiens Proclus,verbis quidē totū proſequitur XIII.
miraculū:digito autē per imaginē euidētiſſime probans eū fuiſſe Apoſtolū, totā narrat ſeriē mira
culi. Quibus cum adhibuiſſet mentem hic vir diuinus,aperte intellexit ſpectaculū; & factus cer-
E tior,ſe ſuam accepiſſe petitionem,Deo gratias egit. Deinde ſic rurſus acceſſit ſupplicē,& eū cōue *Imago S. Pau-*
nit,& pro eo intercedit apud Imperatorem,& priori reſtituit magiſtratui:impletq. promptius & *li apud Ioannē*
alacrius quæ reſtabat ex diuinis epiſtolis.]hactenus de his Leo Auguſtus,cui cōſentiūt ceteri, & *Chryſoſtomū.*
præcipue ex antiquioribus Actis vitæ eius,quæ citantur a Ioanne Damaſceno. Etenim de S.Pauli d Dam de Ima.
effigie,quam apud ſe habere ſoleret idem S.Ioannes Chryſoſtomus,hæc ipſe Damaſcenus [d]: orat.1.

Habebat autem effigiem Apoſtoli Pauli in imagine,in loco vbi propter corporis imbecilita- XIV.
tē paruper quieſcebat:erat enim ſupra quam natura patiatur vigilans. In hāc ille effigiē,quando *Ioannes Chry-*
perlegebat illius epiſtolas,oculorū aciem intendebat;in eaq. nō ſecus ac ſi Paulus ipſe viuus eſſet, *ſoſtomus cul-*
obtutu defixus inhærebat,beatum ipſum appellās,totamq. animi cogitationem ad illum dirigēs, *tor ſacrarum*
& cum eo verſans,& loquens contemplando.]& poſt alia: Cum autē Proclus(inquit) loquendi fi *Imaginum.*
nē feciſſet;oculis in Pauli effigiem defixis,& figuram eius,quem viderat,ſimilem cōſpicatus, Ioā
ni deſiderium inijciens,ſic eum(digito demonſtrans imaginē)allocutus eſt: Ignoſcito mihi Pater:
ille:quem vidi loquentem tibi,huic ſimilis eſt;atque adeo,ſi recte memoria teneo,ipſe eſt.]hacte-

nus Ioannes Damaſcenus ex Vita ipſius S. Ioannis Chryſoſtomi, quæ deſideratur. A

XV. Certe quidem, quod pertinet ad eũdem Ioannis Chryſoſtomi ſtudium & amorem erga Paulum; non eſt ſcriptio eius quæ non id exprimat manifeſte; cum alioqui peculiares eo argumento ſcripſerit homilias. Quod autem ad doctrinam ſpectat, ſe quidem tanto vti magiſtro ingenue profitetur his verbis in præfatione ad homilias in epiſtolas Pauli: Neque (inquit) nos quæ ſcimus, ſi quæ ſcimus, ab ingenij bonitate atq. acumine ſcimus: ſed illi nos viro impenſe affecti, ab illius lectione numquam diſcedimus.] Contigiſſe autem viſionem illam, cum epiſtolam Pauli ad Galatas interpretaretur, in qua ſe ipſum ſuperaſſe cognoſcitur, haud improbanda opinio eſt. Ceterũ fuiſſe S. Ioannem Chryſoſtomum pium cultorem ſanctarum imaginum, non hæc tantum quæ narrata ſunt, manifeſtant, ſed & quod de eo Gregorius [a] Papa ſcribit ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui verba ipſius recitat, dum ita ait: Si quis alius, ego certe, inquit, ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui.] Rogo te, lector: ſi optio daretur, in quorum claſſem poſt obitum velis adſcribi, & quorum ſortis particeps fieri, Iconoclaſtarum ne, an S. Ioannis Chryſoſtomi cultoris ſacratum imaginum? Hæc conſiderans, tu tibi ipſi reſponde. Nos certo ſcimus, Dei amicum fuiſſe Chryſoſtomum: eumq. æternam eſſe beatitudinem conſecutum, & complura miracula teſtata ſunt, & vniuerſalis conſenſus Eccleſiæ declarauit. B

a Extat apud Nicæn. Conci. 2. Act. 6.

XVI. *Viſiones S. Ioannis Chryſoſ.* Sed quod in his ſumus, vt prætermiſſa ab alijs, qui res geſtas tanti Patris proſecuti ſunt, hic tamquam epitaphia ſepulchralia affigamus; audi quid S. Nilus in epiſtola ad Anaſtaſium de eodẽ Chryſoſtomo omni fide digna ſcriptis mandauit: Ioannes (inquit) ſacerdos admirandus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, immo vero totius Orbis ſplendor, vir animi perſpicacis, omni fere tempore videbat domum Domini refertam Angelorum cœtu, & tunc in primis, cum diuinum & incruentũ ſacrificium offerebatur: quo quidem tempore, ſtupore & lætitia plenus, rem præcipuis amicis ſpiritualibus priuatim enarrauit. Cum cœpiſſet (inquit) ſacerdos ſanctum ſacrificium ſeu oblationẽ facere, plurimæ ſtatim ex illis Virtutibus e cælo deſcendentes ſtolis indutæ ſplendidiſſimis, nudis pedibus, intentis oculis pronæ altari magno cum ſilentio & reuerentia, quoad venerandum illud myſterium expletum fuit, circumſteterunt. Deinde huc illuc ſingulæ per totam domum diffuſæ; Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus diſtributionem corporis & pretioſi ſanguinis miniſtrantibus adhæſerunt, ſatagentes, & ſedulo adiuuãtes. Hæc autem ſcribo, vt diuini ſacrificij dignitatem cognoſcentes, caueatis ne illud negligenter, diuino timore abiecto, adminiſtretis: nec permittatis vt aliqui inter ſe contendant, & cum tumultu ad ipſum accedant, aut audacter annuant, & è loco ſuo proſiliant, aut huc & illuc circumſpiciant, & ignaue & petulanter ſe gerant.] hactenus Nilus, quem ſpectata eruditio atq. conſpicua ſanctitas fecerunt illuſtrem. C

XVII. *Cõcionatur Ioannes in medio Eccleſiæ.* Ceſſit & illud magnæ laudi Chryſoſtomo, quod cum concionẽ habens frequenti populo vallaretur, opus illi fuit ſuggeſtum in medio eccleſiæ collocare. certe quidem magnus ille Gregorius Nazianzenus, cum eſſet eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, intra cancellos concionabatur, vt ex ipſius teſtificatione [b] poſſumus intelligere, cum de multitudine auditorum ad cancellos ſe protrudente vt orationem audiret, ſæpe meminit. Romæ vero antiquitus ea vigebat conſuetudo, vt ab eminenti ſuggeſtu ipſe Pontifex concionaretur ad populum. nam in Hippolyto Prudentius [c];

Fronte ſub aduerſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Antiſtes prædicat vnde Deum.]

b Grogor. Naz. orat. ad centum quinquaginta Epiſcopos.

c Prudent. Periſteph. hym. 11. de S. Hippolyt.

Omittimus hic innumera ſanctorum Patrum de S. Ioanne Chryſoſtomo elogia. ſatis ad laudem, quod poſt eius obitum, paucis exceptis, quos liuor infecit, tam Oriens quam Occidens & vniuerſus Catholicus orbis ipſum ſanctiſſimum prædicauit; vſque adeo, vt & in Aegypto, habito contemptui Theophilo, licet haberetur vita ſanctiſſimus, eumdẽ Chryſoſtomũ prædicarent, Theophilũ vero inſectarentur contumelijs, merito neglectum a ſuis, quem a ſe Eccleſiæ Romanæ Pontifex abieciſſet. Sed audi perbreue Iſidori Peluſiotæ de vtroq. iudiciũ, ad Symmachum ita ſcribentis [d]: D

d Iſidor. lib. 1. epiſt. 252.

XVIII. *Iſidori iudiciũ de Theophilo.* Petis a me, vt diuini viri Ioannis tragœdiam tibi exponam. At eam explicare nequeo: mẽtem enim res iſta ſuperat. Verum pauca quædam audi. Vicina Aegyptus hoc ſemper in more habuit, vt inique ac perdite ſe gereret; Moſen videlicet repudians, & Pharaonẽ adſciſcens; humiles ac demiſſos flagris lacerans, laborantes opprimens; vrbes extruere iubens, & mercedem negans, atque ad hoc vſq. tempus in iiſdem ſtudijs inhęrens: ſiquidem inſano lapillorum amore flagrantem, atq. aurum pro numine habẽtem Theophilum, quatuor ſocijs, immo coapoſtatis, ſeptum ac munitum in medio proferens, pium virum ac diuinarum rerum doctrina præditum expugnauit, odium videlicet atq. inimicitiam, quam aduerſus eum qui eodem quo ego nomine appellatur, improbitatis atq. importunitatis ſuæ velut propugnaculum nactus. At Dauidis [e] tamen domus inualeſcit; domus autem Saulis (vt cernis) debilitatur; tametſi vir ille, ſuperata vitæ tempeſtate, ad cæleſtem tranquillitatem migrauerit.] hactenus Iſidorus, eiuſdem Ioannis Chryſoſtomi diſcipulus. Porro quod pertinet ad quatuor illos quos nominat coapoſtatas; fuiſſe quidem illos Acacium Berœenſem, Seuerianum Gabalenſem, Antiochum Ptolemaidis, & Cyrinum Chalcedonis Epiſcopos, quæ ſuperius dicta ſunt ex Palladio, fidem faciunt. E

e 2. Reg. 3.

XIX. Quo quidem nomine non prudentiores tantum Aegyptij, ſed ipſi hæretici (cum alioqui in Ioannem in his quæ ad dogmata ſpectant, infenſi eſſent) omnes erga eum propenſiores erant, vt ex Palladio poſſumus intelligere atque alijs. Eſt de his patens exemplum de Socrate Nouatiano: qui cum in ceteris erga eum ſe obſeruantiſſimum præſeferat; quod tamen Nouatiani eum experti eſſent ſibi maxime aduerſarium, de hoc, ex quo magis commendandus habetur, ipſum carpit, ſic dicens [f]: Equidem demiror, quid cauſæ eſſet, cur cũ tam ardenti ſtudio duceretur temperantiæ, in quibuſdã concionibus doceret tẽperantiam quodãmodo contemnendam eſſe. Nam cũ a Concilio Epiſcoporum, illis qui ſemel dumtaxat per baptiſmum lapſi fuerant, locus pœnitẽtiæ concederetur: ille non dubitauit dicere: Si millies lapſus pœnitentiam egeris, in eccleſiam ingredere. Ob

f Socr. li. 6 c. 19. *Nouatiani in quo Ioannem Chryſoſtomũ reprehẽderũt.*

Digitized by Google

A re. Ob quam doctrinam etſi in aliorum multorum, etiam qui ei familiares erant, offenſionẽ incurrit; tamen a Siſinnio in primis Nouatianorum Epiſcopo, qui librum contra hoc eius dictum conſcripſit, grauiter exagitatus eſt. ceterum iſta iampridem acciderãt.] ita Nouatianus. ſed hoc nomine maiorem ſibi conciliauit Chryſoſtomus laudem, dum eo modo Nouatianos exagitans, apertã voluit ſemper pœnitentibus Eccleſiæ ianuam, ex Catholicæ Eccleſiæ inſtituto. ſed de his fuſius ſuo loco ſuperius. Poſt hæc vero Socrates totum ſe effundit in laudes Siſinnij, quem reprehenſum dicit ab Acacio Epiſcopo, quod veſtimenta candida indueret, cum nigris veſtibus vti ſolerent Epiſcopi. ſic plane illudebat eis diabolus vafro conſilio, vt corporis munditiam affectarent, balnea frequẽtando, & veſtibus candidis veſtiendo, vt ſibi viderentur animæ quoque eſſe munditiem aſſecuti, ſpernentes Eccleſiæ a Chriſto relictum ad diluenda peccata remedium pœnitentiæ. Sed alia ſubdit de Siſinnio Socrates; quæ vt inepta, conſulto præterimus: qui & ſub iiſdem Cõſulibus defunctum Siſinnium affirmat [a], & in locum eius ſubrogatum Chryſantum; mortuum quoque eſſe Dorotheum Arianum Antiſtitem.

a Socrat. lib. 7. cap. 6.

XX.

Innocentius Papa quid in Arcadium & Eudoxiam.

Quod vero pertinet ad Innocentium Romanum Pontificem: audita ipſe morte Chryſoſtomi, B magno eſt affectus dolore: & qui hactenus ab infligendo in Imperatorem Arcadium & Eudoxiam Auguſtam, quam prouocarant ſummam Eccleſiaſticam animaduerſionem illam, cum quis a communicatione ſacramentorum & cœtu Fidelium ſeparatur, rogatus ab ipſo Ioanne Chryſoſtomo ſe continuiſſet; eam in eoſdem prouocatus, & violentia quadam adactus, inflixit: extorſiſſe enim viſi ſunt illi e manibus Innocentij iuſte iudicantis vindictam, quam hactenus apud ſe longa patientia continuerat.

XXI.

Porro idem Pontifex ipſi Ioanni, defuncto licet, conſultum voluit, nimirum vt etſi non ipſe, nomen ſaltem eius in Conſtantinopolitanam reſtitueretur Eccleſiam; perſtititq. in ſententia, vt numquam, niſi id fieret, communicare vellet cum Orientalibus Ioannis aduerſarijs Epiſcopis; quos ob iniquam ſententiam in S. Ioannem latam iudicauerat a communione Catholica alienos; illud ab eis enixe contendens, vt eiuſdem Ioannis nomen in tabulas referretur Eccleſiaſticas, e quibus fuerat ſententia aduerſariorum expunctum. teſtatur id Theodoretus, qui ait [b]: Iſto excellenti totius orbis terræ doctore mortuo, Epiſcopi Occidentis non prius cum Epiſcopis Aegypti & Orientis & Boſphori atq. Thraciæ communicare voluerunt, quam nomen illius ſanctiſſimi viri in tabu- C las, in quibus nomina Epiſcoporum mortuorum continebantur, retuliſſent: atq. Arſacium eius ſucceſſorem ne ſalutare quidem dignati ſunt. Atticum autem, qui ſuccedebat Arſacio, quiq. ſæpe legatos ad Occidentales Epiſcopos miſerat, ſæpeq. pacem poſtulauerat, poſtea tandem, cum Ioannis nomen in tabulis ſcripſiſſet, receperunt.] at quando id contigit, inferius dicendum erit.

b Theodor. lib. 5. cap. 34.

XXII.

Ceterum ad Arcadium Imperatorem idem Innocentius Papa, audita Ioannis Chryſoſtomi morte, grauiſſima acrimonia aſperſas, anathemateq. terrificas, quibus tum ipſum, tum Auguſtam, tum denique Epiſcopos ſceleris complices excommunicat, litteras dedit. ſunt ipſæ quidem Græcis notiſſimæ, quas Gennadius, Nicephorus, atque Glicas recitant, ſed & codex Vaticanus Græce continet exaratas, Latine his verbis redditas.

Epiſtola Innocentij Papæ ad Arcadium Imperatorem.

Vox ſanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, ſicuti quondam Abel iuſti contra parricidam Caim; & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modo admiſiſti, ſed etiam pacis tempore perſecutionem magnam aduerſus Deum & Eccleſiam eius concitaſti. Eiecisti e throno ſuo, re non iudicata, magnum totius Orbis doctorem, & vna cum eo Chriſtum perſecutus es. Neque de illo ita queror (ſortem enim ſeu hereditatem cum ſanctis Apoſtolis in Dei & Sal- D uatoris noſtri Ieſu Chriſti regno conſecutus eſt) quamuis intolerabilis iactura ea ſit: ſed affligor, propterea quod primum de animarum veſtrarum ſalute, deinde de eis, qui ſapientiſſima ſpirituali & diuina doctrina & inſtitutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, ſum ſolicitus. Non enim Eccleſia tantum Conſtantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, ſed Orbis ſub Sole totus ad orbitatem redactus eſt, viro tam diuino amiſſo, perſuaſione vnius mulieris fabulam hanc & ſpectaculum exhibentis. Verum excipiet & præſentem hic pœnam non poſt multos dies ei aduenientem.

XXIII.

Tametſi enim beatus Ioannes vitam reliquit, fide ſeruata, & fluctuantibus confirmatis; in æterna tamen ſæcula ſempiternam deliciarum & immortalis vitæ hereditatem eſt conſecutus. Noua autem Dalila, Eudoxia, quæ paulatim te erroris ſeu ſeductionis nouacula totondit; execrationem ex multorum ore ſibi ipſi introduxit, graue & quod geſtari nequeat peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis ſuis ſuperaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego & reijcio te & illam a perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei noſtri. Epiſcopum etiam omnem, aut clericum ordinis ſanctæ Dei E Eccleſiæ, qui adminiſtrare aut exhibere ea vobis auſus fuerit; ab ea hora qua præſentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate ſua excidiſſe decerno. Quod ſi vt homines potentes quemquam ad id vi adegeritis, & canones nobis a Saluatore per ſanctos Apoſtolos traditos tranſgreſſi fueritis: ſcitote id vobis non paruum peccatum fore in horrenda illa iudicij die, cum neminem huius vitæ honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autem & abdita cordium ſub oculos omnium effundẽtur atq. exhibebuntur. Arſaciũ, quem pro magno Ioanne in thronum Epiſcopalem produxiſtis, etiam poſt obitum exauctoramus, vna cum omnib. qui conſulto cum eo communicarunt Epiſcopis cuius etiam nomen ſacro Epiſcoporũ albo non inſcribatur. Indignus eo honore eſt, qui Epiſcopatũ quaſi adulterio polluerit. Omnis [c] ſiquidẽ planta, q̃ a Patre noſtro in cælis plantata non eſt, eradicabitur. Ad Theophili anathematiſmum addimus abrogationẽ, & abſolutã a Chriſtianiſmo alienationem.] hactenus epiſtola Innocentij, cui Glicas eiuſmodi ſubijcit Arcadij reſponſionem [d]:

c Matth. 15.
d Glic. Annal. p. 4.

XXIV.

Norunt omnes homines mentis compotes, commiſſa per ignorationem nec diuinitus nec per leges puniri, neq. adeo quemquam alterius nomine ſupplicium luere. Quod quidem propterea

Epiſtola Arcadii ad Innocentium.

ſcripſi,vt mãſuetudiuem tuam certam redderem,nos nihil eorum cognitum habuiſſe,quæ noſtris A
Antiſtitibus & clericis acciderunt: cuius rei teſtem benignum illum Deum imploramus. Nimirũ
purus & innoceus ſum,quod ad ipſorum cõdemnationem attinet:quippe cum eorum communio-
ne ſim vſus,cauſæ uihil erat,quamobrem eos affligeremus. Quod autem attinet ad filiam tuam
Eudoxiam:ſcito me illi parum moderate pro ratione delicti mercedem retuliſſe: quo ſaue factum
eſt,vt ex eo mærore & anguſtia,difficili grauiſſimaq. correpta ægritudine decumbat. Igitur quod
ſupereſt,enixe te obſecro,vt nos a ſegtegatione liberes,nec multipliciter punias:non enim ipſe Do
minus idem ob delictum bis hominem percutit.] hucuſq. apud Glicam litteræ Arcadij ad Inno-
centium:quibus has idem auctor ſubdit Innocentij ad ipſum redditas:

Studium,diligentiamq. veſttam Dei præſcripto & voluntati conſentaneam, quam propter ip
ſius nomen declaraſtis, accepimus & probauimus. Quapropter ſacris a vinculis ſoluti, ad ſigna
Dominica confirmatis animis accedite.]hucuſq. apud eumdem auctorem. Prætet has autem re-
citatas a Glica Arcadij ad Iunocentium Papam litteras, aliæ extant in citato codice Vaticano ab
eodem Imperatore ad eumdem Pontificem datæ,quæ ſic ſe habent:

XXV.
Alia epiſtola Arcadii ad Innocentium.

Omniuo,o Pontifex Dei,nequicquam eorum quæ in legatos audacter perpetrata ſunt,ſcien- B
te me factum eſt:idq. ex eo perſpici poteſt,quod eos a quibus illa orta ſuut,ſeuere vltus ſum. Neq.
quod magnus ille Ioanues depoſitus ſit, vlla in me culpa eius rei hæret, ſed infelicibus Epiſcopis;
quod ſcilicet cum ſacros canones prætenderent,iudicium depoſitionis illius in ſua ipſorum profa
na capita conuerterunt: quorum ſermone neſcio quomodo inductus, etiam ipſe eorum ſententiæ
(quod vtinam numquam feciſſem)aſſenſus ſum. Quo fit vt ipſi magis in culpa ſint,quam nos. Ex
quibus & qui adhuc hic extant,Acacium,& Seuerianum,& eos qui ſceleratum Theophilum ſecu-
ti ſuut,vt quanta maxima celeritate,comprehendi iuſſimus,& eos qui illic ſunt,vt pœnas dent au-
ſibus ſuis debitas. Nobis autem placetur paterua humanitas tua,neq. deſeras nos expertes myſte
riorum incontaminatorum. Tuuc etiam filiam tuam Eudoxiam, quæ peccauerit,vltus ſum, quæ
etiam ex his grauiſſimo morbo correpta in lectulo decumbit. Ne igitur ſæpius pœnas ſumas,ô
reuerendiſſime Pater:neq. enim Dominus in eadem bis pœnas ſumit,vt ſcriptum eſt. Vbi autem
erit pœnitenriæ bonum,niſi ijs quos pœniteat,venia tribuatut? Igitur ſi nos quidem ex pœuiten-
tibus non eſſemus,merito aditus ad veniam clauderetur: & ſi accuſauimus & cõdamnauimus nos
ipſos ab his quæ male egimus; ne bono quidem pœnitentiæ,quod quidem venia eſt,excidamus.] C
hucuſq. epiſtola Arcadij ad Innocentium Papam ex codice Vaticano.

Subijciebarur autem apud codicem dignæ memoriæ Cardinalis Guiglielmi Sitleti Biblio-
thecarij Apoſtolici, dictis epiſtolis eodem argumento ſcriptis, epiſtola Houorij Imperatoris ad
Arcadium fratrem Auguſtum, fide quidem explorata, germana, in omnibuſque ſincera; quæ ſic
ſe habet:

XXVI.
Epiſtola Honorii ad Arcadium.

Neſcio qualiſnam potens & a dæmone immiſſa impulſio perſuaſit tibi,o frater,feminæ com-
mittere te ipſum,& parrate talia,qualia nemo alius pius Chriſtianorum Regum patrauit. Etenim
qui iſtic ſunt ſanctiſſimi Epiſcopi,clamant aduerſus Imperium noſtrum,quod magnum Dei An-
tiſtitem Ioaunem neq. legitime, neq. ex præſcripto canonum, & ab Epiſcopali ſede depuliſtis, &
acerbiſſimis exiliis & intoleraudis iniuriis eiicientes,per vim vita ſpoliaſtis. Locum tenentes autẽ
Romanæ Eccleſiæ,ob veſtrum honorem & legitimi iudicii ſtabilimentum miſſos, qui afferebant
hinc litteras,vt omnia integre definireutur,tenuiſtis: quibuſcum nihil humaui egiſtis; amplius &
cuſtodiis diuerſis concluſiſtis,ac fame prope necaſtis; ac ſimul quas ſecum ferebant pecuuias ad
viatici neceſſitates corporeas,has auferri ab ipſis mandaſtis: clamauteſq. contra vos ad Deum & D
ingemiſcentes,nullo ſunt babiti loco. Adhæc Apoſtolica mandata nihili facta a vobis ſuut: Epiſco
pos ſanctos iniuſte priuaſtis,ac ſexcentis iniuriis & exiliis maxime louginquis iniuſte adiudica-
ſtis,aliosq. pro his indignos indigne intruſiſtis. Conteude igitur frater,non verbo,ſed re & Deum
& homines de correctioue eorum quæ non ſunt recte acta,certiores facere: certus & ipſum Impe-
rium noſtrum & ruere & ſtare precibus ſacerdotum.] hactenus epiſtola Honorii ad Arcadium,
prioribus ſcriptis per omnia conſentanea; quam ex Græco textu Latinitati fideliter redditam ex
hibuimus, eamque cum ea,quam in dicto codice Vaticano Latine ſcriptam reperimus, contuli-
mus,fideliterq. reddidimus.

XXVII.

Ceterum poſt obitũ Ioannis nondũ tribus menſibus elapſis,cõtigiſſe prodigioſum ac plane mi
ſerãdũ interitum Eudoxiæ Auguſtæ,eo mõ,quo ſuperius dictũ eſt,tũ Zonaras,tũ alii teſtantur. Ve
rũ quod ad Honoriũ ſpectat,haudquaquã his datis litteris conceptũ ob indignũ facinus immen-
ſum dolorẽ exhaurire penitus valuit. Sıqdẽ & bello decernere aduerſus eũ,qui perſecutus eſſet ec-
cleſiã,ac ius gentiũ in legatis uiolaſſet,& ſancte pieq. vlciſci in animũ duxit. Cũ uero ad hæc per- E
agenda Rauennæ expeditio pararetur,duo interceſſere impedimenta,quæ eãdem retardarent,ſed
& ſubſequens mors Arcadii anno ſequenti penitus aboleuit. Quænã aũt præſenti anno cõtigerint,
quibus a bello in Arcadiũ inferendo Honorius abſtraheretur,Zoſimus ita narrat [a]: Apud Rauen-
nam igitur Stilichoni(*hic erat præcipuus militiæ Dux*)iã parato ad Illyricas vrbes cum exercitu ad-
eundas,& Alarici auxilio ab Arcadio quidem abſtrahendas,Honorii uero regno adiiciendas:im
pedimenta duo cõtigit accidere,famam ſcilicet hiuc inde de Alarici morte ſparſam,& litteras Ho
norii Principis allatas Roma:quib. in litteris præſcriptũ erat,Conſtantinũ iam perduellem ex in
ſula Britannia trãſuectũ ad Tranſalpinas gẽtes acceſſiſſe,Principiſq. munus in oppidis vſurpare.]

Honorius cogitat de inferendo bello Arcadio.

a Zoſim. lib. 5.

XXVIII.

Hæc quidem de tyrannide Conſtantini,quẽ alii Conſtantium nominant,hoc anno contigiſſe
idem Zoſimus non obſcure ſignificat,dũ ait,exacto huius anni autumno,deſignatos fuiſſe Conſu-
les Baſſum atque Philippũ,quorũ nomina ſequenti anno adiecta fuiſſe Faſtis,oẽs affirmãt,ſub qui
bus Conſſ. Proſper etiam in Chronico eiuſdem Conſtantini tyrannidem contigiſſe refert. Sed an
te Conſtãtinũ qui pceſſerunt hoc ipſo anno in Britania tyranni,Zoſimus infra narrat his verbis [b]:

b Zoſim. libr. 6. in princip.

Quo

A Quo tempore adhuc Arcadius imperabat, Honorio ſeptimum & Theodoſio iterum Conſulibus, *Tyrāni in Britannia exorti.*
milites Britannici ſeditione concitata Marcum in regio ſolio collocabant, eiq. tamquam rerum
in ijs locis potienti parebant. Eo deinde necato veluti moribus illorum non reſpondente, Gratia-
num in medium producunt, & purpura coronaq. cinctum, ceu Principem obſeruantes, commita
bantur. Verum & huic improbato poſt menſes quatuor Imperium abrogant, & vitam eripiunt,
Conſtantino rerum ſumma tradita.] hæc Zoſimus. Porro Conſtantinum ait Proſper infimæ mili-
tiæ militem fuiſſe, ſed ob ſolam ſpeciem nominis acclamatum fuiſſe ſub ijſdem Conſulibus Im-
peratorem. Sozomenus [b] etiam eadem quæ ſupra de Marco & Gratiano tyrannis tradit; & de b Sozom. lib. 9. cap 11.
Conſtantino ſic ſubdit:

XXIX.

Rurſum Conſtantinum eligunt, quod putarent eum ex nominis ſui præſagio Imperium con-
ſtanter obtenturum.] hæc ipſe. Quod enim Conſtantinus Magnus Britannus fuiſſet, & vniuerſum
Romanum Imperium adeo feliciter adminiſtraſſet; putarunt illi, ad barbaros innumeros, qui Gal
lias atque Italiam, necnon Orientis non paucas regiones peruaſerant expellendos, ſtrenuo nouo
Duce opus eſſe & Imperatore: ſic igitur duobus, quos elegerant, e medio ſublatis, ex felici nomine
B Conſtantini felicitatem ominati ſunt Imperij. Sed & ad ſpem augēdā illud accidit, quod æque ac
Conſtantino Magno, huic quoque adſcititio nouo Conſtantino filius eſſet Conſtans * appellatus; * Conſtantius
quem & (ſicuti idem Sozomenus affirmat) Cæſarem nominauit, ſimulac ad Alpes Cotias perueniſ
ſet, eumq. ad Hiſpanias obtinendas miſit. At de Conſtantino hactenus.

XXX.

Sed ad Arcadium redeamus; cui quidem non ſic proſpexit Deus ab exercitu fratris Honorij
liberans, vt parceret; ſed quod ipſa Diuinitas potius, in quam in primis peccatum eſſet, ſumeret
de perpetratis ſceleribus pœnas; quod anno ſequenti præſtitit, cum eidem vna cum Imperio vitā
ademit; Honorium vero nō ad cladem, ſed ad ſalutem inferendam Orientali Imperio reſeruauit:
cum interea Arcadius rebus pie geſtis impietatem, quam ex perſecutione Ioannis contraxerat, ab *Arcadius ſtudet expiare delictum.*
ſtergere conaretur; cuius rei gratia anno ſuperiori ex Palæſtina tranſtuliſſe Conſtantinopolim vi
dimus ſacras reliquias Samuelis; & hoc anno Martyrium Acacij martyris inuiſiſſe, atque ibi Deū a Socrat. lib. 6. c. 21.
oraſſe, Socrates meminit, vbi ait [c]:

XXXI.

Eſt quidem Conſtantinopoli domus ampliſſima, quæ Carya dicitur, in cuius atrio eſt caſta-
nea arbor (*ſed alij nucem fuiſſe tradunt*) in qua fertur Acacium martyrem ſuſpenſum occubuiſſe;
C qua de cauſa parua eccleſia apud illam arborem ædificata fuit: quam Imperator Arcadius videre
cupiens, in eam ingreditur: cumq. preces ibi peregiſſet, diſceſſit. Omnes qui circiter illam eccle-
ſiam habitabant, ad Imperatorem conſpiciendum confluunt; ac nonnulli extra ædes egreſſi, tran-
ſitus platearum ante occupare contenderunt, vnde putabant ſe & Imperatoris vultum & totam
ſtipatorum turbam planius videre poſſe. Alij Imperatorem ab eccleſia vſque eo proſequebantur,
quoad omnes viri cum mulieribus & pueris extra illam domum exiuiſſent. Quo facto, illico do-
mus illa, quæ eccleſiæ adiuncta erat, corruit. Vnde fama cum omnium ſumma admiratione conſe
cuta eſt, Imperatoris precibus tātam hominum multitudinem ab internecione fuiſſe liberatam.]
hactenus Socrates.

Ad poſtremum autem, redditis iam de Ioanne Chryſoſtomo, quæ vera certaq. reperimus: his
addenda putamus, quæ fide carentia inter reiectitia ducimus ſeligenda, ac reſpuenda, vt eadem cō
futemus.

XXXII.

Habet enim Sophronij, qui inſcribitur liber, Pratum [d] Spirituale, Adelphij, qui de gloria Chry d Prat. Spirit. c. 128.
ſoſtomi apud Dei thronum euecti viſionem accepit, eiuſmodi narrationem: Dicebat frater meus
D Adelphius: Cū in exilio mortuus eſſet beatiſſimus Ioannes, dolorem pertulli incredibilem, quòd *De Adelphij viſione narratio, & confutatio.*
talis tantuſq. vir, Orbiſq. magiſter lætificans Eccleſiam Dei, e throno ſuo exul defunctus eſt: Depre
cabar ergo (inquit) Deum cum multis lacrymis, vt oſtendere mihi dignaretur, in quo ſtatu eſſet, &
an cum Patriarchis adnumeratus eſſet. Cum ergo diutius oraſſem, in extaſi factus ſum, aſpexiq.
virum nimis ſpecioſum: qui tenens manum dexteram meam, adduxit me ad locum quemdam illu
ſtrem & glorioſiſſimū, oſtendebatq. mihi Eccleſiæ doctores. Ego vero circumſpiciebam, videre
quærens, quem cupiebam, magnum Ioannem dilectiſſimum meum. Cum ergo oſtendiſſet mihi
omnes, & vniuſcuiuſque nomen proprium expreſſiſſet, rurſum tenens me per manū, eduxit me fo
ras. Ego autem ſequebar illum triſtis, quod non vidiſſem cū Patribus & Eccleſiæ magiſtris beatū
Ioannem. Cum itaque egrederer, is qui præerat ianuæ apprehendens me, dixit mihi: Quid habes
cur triſtis es? Nemo vmquam huc ingreſſus, triſtis exiuit. Tunc dixi illi: Hæc mihi cauſa mœroris
eſt, quod amantiſſimum mei Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum vna cum ceteris do-
ctoribus non vidi. Rurſum dixit mihi: Ioannem dicis pœnitentiæ ducem? Aio ego: Illum ſane. Re-
ſpondens autem dixit mihi: Ipſum homo in carne viuens videre non poteſt. Illic enim aſſiſtit, vbi
thronus eſt Domini.] hactenus auctor, mutuatus hæc (vt ipſe teſtatur) ex relatione a femina ad At
E hanaſium abbatem facta, eademq. ſorore ipſius Adelphij, quem dicit fuiſſe tunc temporis Epi-
ſcopum Arabiſſi.

XXXIII.

Sunt autem hæc parum fide tuta, vtpote quæ in primis eiuſdem Ioannis Chryſoſtomi teſti-
monio [e] mendacij arguantur; dum ab eo ponitur Treius Epiſcopus Arabiſſi, & non Adelphius. e Chryſoſt. epi. 126.
Sed & cum tradat auctor, in domo Adelphij hoſpitatum eſſe Ioannem, cum Cucuſum in exilium
miſſus eſſet; plane erroris arguitur: nam licet id ipſum de hoſpitio Cucuſi dicant Leo & Metaphra *Redarguitur impoſturæ commentum.*
ſtes; tamen ipſe Chryſoſtomus diſertis verbis narrat [f], a Dioſcoro ſe ſuſceptum hoſpitio, & non
ab alijs, licet id complures expetierint. Cū autem hæc compingat ea narratione mendacia; quæ fi
des in reliquis? Sane quidē & illa inuidioſa nimis aſſertio eſt; omnes qui vmquā fuerūt in Eccle- f Chryſoſt. epiſ. 13.
ſiæ doctores, in inferiori ponere gradu, & ſup omnes Chryſoſtomū collocare: cū præſertim ex eis
cōplures martyrio fuerint coronati, vt inter alios Hippolytus & Methodius; vt taceā de reliquis
abſq. ſanguine vita functis ſanctis, nēpe Baſilio, duobus Gregorijs, Thaumaturgo atq. Theologo,

itemq.omnibus ſiue inuidia præferendo Magno Athanaſio.Sed & quæ illa abſque ratione diſtin- A
ctio,vt omnes doctores fuerint oculis ea videntis perſpicui,ſolus autem Joãnes ob excellentem
gloriam inuiſibilis?perinde ac ſi ſolus inter doctores ipſe Chryſoſtomus fuerit perfectam gloriam
conſecutus.Sed faceſſant iam iſtæc:non enim indigent ſancti noſtris illuſtrari mendacijs,qui pro
prijs virtutibus decorantur.Quod vero ad res geſtas poſt Ioannis migrationem pertinet,hic pro-
ſequamur.

XXXIV. *Theophilus exules reſtuuendos curat.* Poſt obitum ſanctiſſimi Patris Ioannis Chryſoſtomi,viſum eſt Theophilo Epiſcopo Alexan-
drino,ijs qui ob initam cum Ioanne communicarionem diuerſis ſententijs damnati atq.proſcri-
pti eſſent vel voluntario exilio contigiſſet eſſe factos extorres,omnibus ad propria redeundi licen
tiam impertiri,cunctaſq.præteritas obortas diſſenſiones obliuione deleri,& omnes in vnitatem
Eccleſiæ,a qua ſciſſi eſſent,debere recipi:ob idq.libellum idem Theophilus ſcripſit ad Atticũ Cõ
ſtantinopolitanum Epiſcopum.Teſtãtur id quidem litteræ Syneſij Epiſcopi Ptolemaidis in Ægy
pto,cum de Alexandro Epiſcopo communionis Ioannis ipſum conſuluit:quæ ſic ſe habent:

XXXV. *Sineſii epiſtola pro Alexãdro* Cum quæſtionem quamdam ad te referre decreuerim;rem de qua percunctabor,antea expo
nere volo.Alexander patricius Cyrenæus,cũ adhuc adoleſcentulus eſſet,monaſtica vita initiatus B
eſt.Cum ætate vero ſimul progrediente monaſtica in vita intentiore, Eccleſiaſtico miniſterio di-
gnus indicatus eſt,& quidem vt presbyter eſſet.Cum autem ex neceſſitate quadam in exercitu eſ
ſet,& Ioanni beato coniũctus(colatur autem a nobis memoria defuncti,quia omnis inimicitia ſi-
mul cum vita deponitur)huic adhærens priuſquam in ſeditionem venirent Eccleſiæ,ab illius ma
nibus Epiſcopus Baſianopolis Bithynorũ factus eſt. Orta vero diſſenſione,permanſit ei,qui ipſũ
elegit,amicus;& in numero fuit eorum,qui ab illius parte ſeditionem ageret. Poſtquam vero Cõ
cilij ſententia præualeret,ad tempus quoddam ſeditio perdurauit.Quid vero recenſuerim ei qui
nouit,immo qui ipſe ea quæ ad conciliationem faceret,miniſtrauit?nam & libellum quemdam ſa
pientia præditum legi,quem ad beatum(vt mihi videtur)Atticum ſcripſiſti, inducens ipſum ad
eos ſuſcipiendos.Et hactenus quidem Alexandro res communes cum coniunctis deſertoribus fue
runt:proprium autem cum paucis hoc,quod tertius eſt annus poſt inductam obliuionem & recõ
ciliationes, ipſe vero non adijt recta Bithyniam, neque adeptam ſedem occupauit:manet autem
apud nos,velut nihil ipſius interſit,ſi quis etiam velut cum priuato agat.

XXXVI. *Syneſius bene habuit Alexãdrum.* Ego igitur neque eminus in ſacris legibus enutritus ſum,neque iam mihi conuenit multa di- C
diciſſe,qui ſuperiore anno nondum in numero fui.Cum aũt ſentiam ſenes quoſdã neque ipſos ſibi
ſumere certam aliquam cognitionem,ſed vereri ne ex ignorantia ad aliquam Eccleſiæ regulam of
fendant,& ob id omnino inhumanius ipſum Alexandrũ tractare,& de incerta ſuſpicione manife-
ſtam ignominiam hoſpitis deſpergere,vt qui nec ſub cõmuni tecto ipſum tolerarint:neque repre-
bendi,neque imitatus ſum ipſos.Noſti igitur quomodo feci,reuerende Pater. In eccleſiam quidẽ
ipſum non ſuſcepi,neque ſacramenti participem feci;domi vero æqualiter cum inſontibus hono-
raui,qui meus etiã in indignis mos eſt:vbi quis ex his ædes meas acceſſerit amicus,cuiuis in quo-
uis opere & ſermone honorem exhibendum exiſtimo:delirare eos ducens,qui ægre ferunt,quod
materna ciuitatis iura deijcio.Quamquam propter hoc omnium curas in humeros meos ſubla-
tas fero,& ſolus pro omnium otio occupatus ſum.Verum bene mihi poſitum erit apud Deum,
quod plus laboris,minus honoris habeo.

XXXVII. Sed & Alexandrum hunc,cum quidem ad eccleſiam progredior,vellem me nuſquam in foro
videre:vbi enim cõtingit vt videam,alio verto oculos, & ſtatim rubor per genas efflorefcit:at in-
greſſum atrium meum,& ſub eodem tecto verſantem,omnibus quibus par eſt,honoro.Quid igi- D
tur tantum diſcors ſum a me ipſo priuatim & publice,in neutro tempore faciens ea quæ mihi vi-
dentur?immo in altero concedo legi,in altero gratificor naturæ vrgenti ad humanitatem:quam-
quam fere violarem naturam,ſi quid clare de lege noſſem.Hæc ſane ipſa eſt quæſtio,ad quã opor-
tet Apoſtolicæ ſucceſſionis auctoritatem reſpondere ſimpliciter & clare,& hoc ipſum quod in om
nibus,Alexandrum conuenit cenſere Epiſcopum,an non?]hactenus ad Theophilum de Alexan-
a Syneſ.epiſ.67. dro Epiſcopo Syneſius [a] ad eumdem Theophilum eadem rogantis iterata petitio extat. Quod
vero hanc ſe dediſſe epiſtolam tradit ad Theophilum ſcriptam poſt triennium a reconciliatione
cum Epiſcopis qui erant ex parte Ioannis:plane colligitur,ab eo hanc eſſe datam epiſtolam anno
Domini decimo poſt quadringenteſimum.Cumque de ſe fateatur in ijſdem litteris,cum eas ſcri-
pſit,nondum annum habere in Epiſcopatu:eius electionem accidiſſe oportuit poſt biennium ab
hoc tempore.agemus de ea ſuo loco,deq.rebus ab eodem Syneſio in Epiſcopatu præclare geſtis.

XXXVIII. *Cõmunicatio Pelegrina.* Habes & hic,lector,ſymbola quædam communicationis illius,quam peregrinam dixere Pa
tres,de qua ſuperius,in recitata Syneſij epiſtola ſatis expreſſa:nimirum quod cum illis,in ijs quę
ſunt naturæ,exhiberetur humanitas,in ijs autem quæ ſunt diuinorum ſacramentorum, ſeueritas E
ſeruaretur,communicatis hoſpiti quæ ad victum ſunt neceſſaria,negatis vero quæ ad vſum perti-
nent ſacramentorum.Porro communicatio peregrina inde nomen accepit,quod ea impertiri ſole
b Apoſt.can.34. Concil.Antioch. c.7. ret illis peregrinis,qui comendatitias litteras,quas antiqui canones [b] decreuiſſent,ſecum mini-
me ferrent:quibus ſi muniti peregrinarentur,ab omnibus æque in omnibus & ſacramẽtorum par
ticipatione recipi cõſueuerunt.At licet iſta curarit Theophilus,vt exules libere abire ſinerentur;
c l 41.de hæret. Cod.Theod. non tamen propterea meruit communionem Romani Pontificis,a qua priuatus erat:nam ipſe ab
eo etiam illud requirebat,vt nomen Ioannis in Diptycha reſtitueret:quod facere numquam con
ſenſit,vt ſuo loco pluribus dicendum erit.

XXXIX. *Leges Honorij contra hæreticos.* Hoc eodem anno Honorius Imperator,qui ſeueris edictis hæreticos in Africa conſtitutos Ma
nichęos & Donatiſtas [c] exagitarat,nouo dato reſcripto ad Porphyrium Proconſulem Africæ,
liberos illos pœnis omnibus eſſe decernit,qui relicta hæreſi, ad fidem Catholicam ſe cõuerterẽt.
d l.38.de Epiſc. & cleric.C.The. Alia inſuper ad eumdem data lege [d], priuilegia cõceſſa Catholicis Eccleſijs ſtabiliuit.Sed & ſub

eodem

A eodem ſuo ipſius Cõſulatu ſeptimo,aduerſus eos qui abſtrahũt fugiẽtes ad Eccleſiã,vt maieſtatis criminis rei haberentur,ad Iouinum Præfectum Prætorio reſcripſit,vt ex ſancti Gregorij Papæ epiſtola ad Ioannem Defenſotem data apparet,vbi eadem ſanctio recitatur his verbis [a]:Fideli ac deuota præceptione ſancimus,nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere.Sub hac videlicet definitione,vt ſi quiſquam cõtra hanc legem venire tentauerit,ſciat ſe maieſtatis crimine eſſe retinendum.Data Kalendis Aprilis,Honorio ſepties cum Theodoſio tertio Conſſ.] hæc apud Gregorium:ex quibus habes quod emendes in Codice Inſtinianeo,vbi [b] eadem ſanctio ſub duobus Conſtantijs Conſulibus,ſeu Conſtantino & Conſtantio,data legitur:qui quidem Conſules nequaquam teperiuntur ſub Imperio Honorij,a quo idem datum eſſe reſcriptum,inſcriptus titulus docet.

a Greg. lib. 11. epiſt. 54.

Crimen maieſtatis,infringere iura Eccleſiæ.

b l. 1. C. de his qui confug. ad Eccleſ.

ıXL. *Irruptio Barbarorũ in Gallias.*

Hoc eodem anno Vuandali & Alani alijs coniuncti barbaris,qui(vt dictum eſt)anno ſuperiori pridie Kalendas Iannarij, tranſito Rheno, in Gallias irrupere, eamdem infeliciter incurſantes depaſti ſunt. Cuius anni clades à S. Hieronymo in epiſtola hoc anno ad Agerichiam data, ita recenſetur hic verbis [c]: Præſentium miſeriarum pauca percurram. Quod rari hucuſque B reſidemus , non noſtri meriti , ſed Domini miſericordiæ eſt. Innumerabiles & ferociſſimæ nationes vniuerſas Gallias occuparunt.Quicquid inter Alpes & Pyrenæũ eſt,quod Oceano & Rheno includitur,Quadus,Vuandalus,Sarmata , Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni,&(o lugenda Reſpublica!)hoſtes Pannonij vaſtarunt . Et enim Aſſur [d] venit cum illis. Maguntia cum nobilis quondam ciuitas capta atque ſubuerſa eſt , & in eccleſia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obſidione deleti. Rhemorum vrbs præpotens. Ambiani Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus,Nemete, Argentoratus,tranſlati in Germaniam. Aquitaniæ,nouemq.populorum Lugdunenſis & Narbonenſis prouinciæ,præter paucas vrbes,populata ſunt cuncta:quas & ipſas foris gladius,& intus vaſtat fames. Non poſſum abſque lacrymis Toloſæ facere mentionem;quæ vt hucuſque non rueret,ſancti Epiſcopi Exuperij merita præſtiterunt. Ipſæ Hiſpaniæ iam iamque perituræ quotidie contremiſcunt , recordantes irruptionis Cymbricæ;& quicquid alij ſemel paſſi ſunt,illæ ſemper timore patiuntur. Cetera taceo,ne videar de Dei deſperare clementia.]hæc Hieronymus. Quod autem inter alias Galliarum vrbium clades Rhemos à Vuandalis referat deuaſtatos;in eam ſententiam me magis trahit,vt exiſtimem, C S. Nicaſium eius ciuitatis Epiſcopum vna cum ſorore Eutropia & ſocijs eſſe martyrio coronatos, licet aliqui ad Hunnorum id referant tempora. quorum Acta paſſionis æque ſub Vuandalis ipſos eſſe paſſos habent;ſed plane corrigenda in eo,dum Vuandalos Paganos fuiſſe tradũt,quos liquet fuiſſe Chriſtianos.

c Hieron. epiſt. 11.

d Pſal. 82.

LXI. *De tempore illatæ cladis in Gallias.*

Quod autem ita afflictatas memorat Gallias,& eadem mala extimeſcentes Hiſpanias S. Hieronymus tradat:plane hoc ipſo anno ſe eam ſcripſiſſe epiſtolam,haud obſcure demonſtrat. Siquidem hic ipſe eſt annus,quo,ex ſententia Zoſimi & aliorum,quæ dicta ſunt,in Gallijs acciderunt; quando & Vuandali cum Alanis iam cogitabant Hiſpanias. Quod ẽt confirmatur ex ijs quæ idem Hieronymus ſubdit his verbis:Olim a mari Pontico vſque ad Alpes Iulias non erant noſtra q̃ noſtra ſunt:& p annos triginta,fracto Danubij limite,in medijs Romani Imperij regionibus pugnabatur. Aruerunt præ vetuſtate lacrymæ:p̃ter paucos ſenes,omnes in captiuitate & obſidione generati,non deſiderabant,quam non nouerant,libertatem.]Cum igitur ita S. Hieronymus triginta numeret annos ex barbarorum irruptione,facta(vt ſuo loco ex Ammiano [e] ſuperius dictum eſt Valente quintum Conſule cum Valentiniano Iuniore,anno Domini treceteſimo ſeptuageſimo- D ſexto,vſque ad tempus eius ab ipſo ſcriptæ epiſtolæ;plane hoc anno eam datam fuiſſe,apparet.

e Ammian. lib. 31.

XLII. *Stilicho Romani Imperij proditor.*

Sed & hæc cuncta facta eſſe Stilichonis proditione,præter illa quæ dicta ſunt , hęc ex eodem S. Hieronymo auctore accipe:Quis(inquit)hoc credet?quę digno ſermone hiſtorię comprehendẽt? Romam in gremio ſuo,non pro gloria,ſed pro ſalute pugnare?immo ne pugnare quidem, ſed auro,& cuncta ſupellectile vitam redimere?]alludit iſta dicens S. Hieronymus ad ſummã auri a Romanis opera Stilichonis Alarico perſolutam. ſed pergit:Quod non vitio Principum,qui vel religioſiſſimi ſunt,ſed ſcelere ſemibarbari accidit proditoris,*nẽpe Stilichonis*,qui noſtris contra nos opib. armauit inimicos.]dum ſcilicet ſuaſit dari barbaris(vt dicemus anno ſequenti)a Romanis ſtipendium. Et inferius idem poſt deploratum pręſentem Imperij ſtatum , iſta ad eumdem Stilichonem alludens,ſubdit: Et hęc ipſa quę dixi,periculoſa ſunt tam loquentibus,quam audientibus,vt ne gemitus quidem liber ſit;nolentibus,immo nec audentibus nobis flere quæ parimur.]hæc ipſe, plane ſignificans minime licuiſſe,timore Stilichonis habenas Imperij moderãtis,publicas lugere miſerias. Sed quomodo vindex tandẽ ſequenti anno Olympius vir maxime pius inſurrexerit,ipſumque Stilichonem occidendum curarit,dicemus anno ſeqnenti.

XLIII.

E Ne putes autem alium aliquem,quam Stilichonem,S. Hieronymum illis verbis inſimulaſſe ; audi,quid de eodem Rutilius [f] cecinit:

f Rutil. Itiner. lib. 2.

Quo magis eſt facinus diri Stilichonis acerbum,
Proditor arcani qui fuit Imperij.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,
Crudelis ſummis miſcuit ima furor.
Dumque timet quicquid ſe fecerat ipſe timeri,
Immiſit Latię barbara tela neci.
Viſceribus nudis armatum condidit hoſtem,
Illatæ cladis liberiore dolo.
Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat:
Et captiua,priuſquam caperetur,erat.]

hæc Rutilius,& alia quæ ſubdit aperte abſque verborum inuolucro de Stilichone proditore ; de quo

quo adhuc viuente hoc anno, quo S. Hieronymus eam ſcribebat epiſtolam, ne ſecreto quidem A
fari abſque metu licebat.

Sed quod ad Galliarum cladem pertinet, conſentit vtiq. S. Hieronymo Saluianus [a], vbi ait:
XLIV. Non enim hoc agitur iam in Maguntiacenſium ciuitate, quæ iam exciſa & deleta eſt: non enim Agrippinæ; ſed quia hoſtibus plena: non agitur Treuirorum vrbe excellentiſſima; ſed quia quadruplici euerſione eſt proſtrata, &c.] Quin & ipſam quoque tandem Toloſam captam a barbaris, deplorat Rutilius, vbi agit de ſuo Victorio Toloſano [b]:

Victorinus enim, noſtra pars maxima mentis,
Congreſſu expleuit mutua vota ſuo:
Errantem Tuſcis conſidere compulit agris,
Excolere externos capta Toloſa lares.]

hæc Rutilius: qui & ipſe iiſdem barbaricis bellis coactus e Gallia patrio ſolo fugere, reuerſurus tandem per mare nauigans, Itinerarium illud ſuum metro cecinit. Eiectos autem fuiſſe Romanos magiſtratus a Gallis ipſis in barbaros arma ſumentibus, teſtatur Zoſimus [c]. Sed Saluianus luget ſuos Gallos (quod deterius eſt) hiſce flagellis haud moribus emendatos, verum deteriores redditos eſſe: hæc autem ipſum fuſius ſcribentem tu ipſe conſule. Nos vero iam ad anni ſequentis res geſtas enarrandas progrediamur. B

a Saluian. de vero iudicio lib. 6.
b Rutil. Itiner. lib. 1.
c Zoſim. lib. 6.

IESV CHRISTI ANNVS 408. INNOCENTII PAP. ANNVS 7. HONORII 14. THEODOSII 1. IMPP.

I. *Arcadij Imp. obitus.* Anno a Chriſto nato quadringenteſimooctauo, Baſſo & Philippo Conſſ. Kalendis Maij, Arcadius Imperator offenſi numinis indignationem ob Ioannis Chryſoſtomi perſecutionem expertus, ex hac vita morbo ſubripitur, præmature quidem, annum tantum ætatis agens trigeſimum primum, cum imperaſſet vna cum patre annos duodecim, poſt obitum vero patris tredecim, menſes tres, & dies quindecim. teſtantur hæc quidem de tempore obitus Proſper & Marcellinus in Chronicis, necnon Socrates [d]. Reliquit autem poſt ſe filios Theodoſium, Pulcheriam, Arcadiam, C
& Marinam.

d Socrat. libr. 6. c. 21.

II. Quod vero ſciret Arcadius, Honorium fratrem ſibi eſſe perinfenſum; timens ne inſidias poſt ſuum obitum Theodoſio puerulo moliturus eſſet, eumdem Regi Perſarum, quocum fœdus inierat commendatum reliquit: de quo apud Ioannem diaconum, qui Paulus falſo inſcribitur, ex Theophane hæc habentur [e]: Arcadius itaq. cum ſe mori cerneret, videns Theodoſium filium paruulum eſſe (erat enim annorum octo) conſideranſq. ne a quoquam inſidijs appeteretur (hunc Imperatorem appellarat *) ei curatorem per teſtamentum fore ſtatuit Iſdegerdem Regem Perſarum. Iſdegerdes autem Arcadij teſtamento ſuſcepto, paceq. ſine inuidia erga Romanos vſus, Theodoſio Imperium conſeruauit; & Antiochum quemdam mirabilem ac rationabilem virum ei tutorem & pædagogum mittens, hæc Romano Senatui ſcribit:

e Paul. diacon. lib. 13.
* appellauit etiã

III. *Regis Perſarũ littera p Theodoſio.* Arcadio dormiente, meq. curatorem filij conſtituente, qui ſuppleat locum meum direxi. Ne quis ergo inſidias puero conetur; ne prœlium intolerabile contra Romanos exurgat.] hactenus epiſtola. ſubdit his auctor: Antiochus vero cum Conſtantinopolim veniſſet, ab Honorio * Imperatore libenter ſuſceptus eſt.] legatus hic ad Honorium Romam a Rege Perſarum etiam miſſus D
creditur ad eum cum Theodoſio conciliandum, quem ſciebat iuſtis de cauſis fuiſſe in Arcadium valde commotum. Poſtquam vero (inquit Sozomenus [f]) Arcadius eſſet mortuus, Honorius commiſeratione ductus, qua fratris filium proſequebatur, Conſtantinopolim reuerti properabat, vt fidos Præfectos conſtitueret ipſius tum ſaluti, tum Imperio: nam cum eum filij loco haberet, verebatur ne quid illi accideret, qui propter iuuentutem inſidijs eſſet expoſitus. At vero iam tum itineri accinctum Honorium Stilicho hortatur, vt in Italia maneret; id plane neceſſarium eſſe aſſerens, quandoquidem tum Arelati Conſtantinus quidam tyrannidem inuaſiſſet.] hæc Sozomenus; qui addit, deſtinatum fuiſſe Stilichonem cum exercitu mitti in Orientem; ſed detectis eius inſidijs, quibus filio Eucherio parabat Imperium, fuiſſe retentum. Sic igitur factum eſt, vt tum ope Regis Perſarum, tum Honorij Imperatoris, res Orientalis Imperij in tuto fuerint collocatæ. Theodoſio puero inſuper (vt Socrates [g] tradit) acceſſit Imperij curator Anthemius Præfectus. huius autem quantæ eſſent vna cum pura religione virtutes, ſuperius dictum eſt, cum de ipſius egimus Conſulatu. Acceſſit poſtea ad regimen Imperij maior natu ſoror Pulcheria, cum grandioris ætatis effecta eſt; quam tempore obitus patris Arcadij nonniſi annorum fuiſſe ætatis decem, Marcellino auctore liquet. E

* Theodoſio
f Sozom. libr. 9. c. 4.
Curatores Orientalis imperii.
g Socrat. libr. 7. c. 1.

IIII. *Fœdus centum annorum ictũ cum Perſis.* Quod vero ad Perſarum Regem pertinet Iſdegerdem: ad centum annorum ſpatium ſancitum fuiſſe fœdus inter ipſum atque Romanos, Sozomenus [h] tradit. Ex quo quidem non id tantum factum eſt, vt ſecuritati Imperij bene proſpectum eſſet, ſed & propagandæ in Perſide fidei ianua aperta fuerit. Nam Socrates [i]: Eodem (inquit) tempore Chriſtiana religio forte in Perſide vehementer amplificata eſt tali de cauſa. Inter Romanos & Perſas crebri legati mittuntur, variæq. incidunt cauſæ, cur tam frequentes alteri ad alteros obeant legationes. Itaque id temporis neceſſitas poſtulabat, vt Maruthas Epiſcopus Meſopotamiæ, de quo paulo ante facta eſt mentio, ab Imperatore Romano ad Regem Perſarum mitteretur. Rex quoniam eum virum pietate ſingulari præditum eſſe animaduertebat, in magno honore habuit, & tamquam homini re vera diuino animum cœpit attendere.] hæc Socrates. Sed de Marutha in memoriam reuoca, hunc ipſum fuiſſe Conſtantinopoli, cum conuentus ille ad Quercum contra Chryſoſtomum habitus eſt; qui quod nouus eſſet homo, ab aduerſarijs Ioannis Chryſoſtomi in eamdem Synodum, quæ ſpeciem habebat pietatis,

h Sozom. libr. 9. c. 4.
i Socrat. lib. 7. c. 8.
De Marutha Epiſcopo Legato ad Perſas.

abductus

Digitized by Google

A abductus eſt,ſed damno ſane ipſorum:nam Cyrini pedem neſciens calcans,ex eo miſer ille(vt dictum eſt)infeliciter conſumptus obijt.Hunc poſtea pro S.Ioanne Chryſoſtomo ſtetiſſe,eius litteræ ad Olympiadem haud obſcure ſignificant:per quem ipſum Chryſoſtomum,licet exul eſſet,Perſarum conuerſionem tentaſſe,certum eſt.nam in epiſtola ad Olympiadem ita de eo [a]: Maruthã Epiſcopum quantum in te fuerit,curate atque omnibus officijs complecti ne deſinas,vt eum e barathro extrahas(*paſſus fortaſſe carcerem fuit ob communicationẽ cum ipſo Chryſoſtomo*)nam eius opera ob Perſidis negotia magnopere egeo.Atque ſi a te fieri poteſt,ex eo intellige,quidnam illic ipſius ſtudio atque opera perfectum ſit:& cur iſtuc profectus ſit,fac ſciam:& num ei duas epiſtolas,quas ad eum miſi,reddideris,fac me velim certiorem.Quod ſi reſcribere grauetur:ſaltem quid illic profectum ſit,tibi exponat;& numquid rurſum eodem proficiſcens,præſtiturus ſit.nã ego hac de cauſa ipſum conuenire ſtudebam.]hæc Chryſoſtomus de Marutha:quibus intelligas,per eum conuerſionem Perſarum ipſum Chryſoſtomum iam procurare cœpiſſe.quomodo autem res bene ceſſerit,Socrates ſuperioribus iſta ſubdit [b]: Quæ res(*nempe ſtudium Regis Perſarum erga Marutham*) animos Magorum,qui apud Regem multum valere ſolent,admodum irritauit.Nam metuerunt nonnihil,ne Maruthæ ſuaſu Rex Chriſti fidem acciperet. Etenim diuturnum capitis illius dolorem,quem Magi curare non poterant,Maruthas precum ſubſidio curauit.Proinde Magi fallaciam,qua Regem ludificentur,excogitant.Ac quoniam Perſæ ignem pro Deo colunt,& Rex quidem ipſe ignem perpetuo ardentem in domo quadam venerari ſolet; ſubter terram hominẽ abdunt;eumq.tempore quo Rex preces facere conſueuerat,has voces emittere faciunt: Regem e regno exturbandum eſſe;impie enim propterea agere quod ſacerdotem Chriſtianorum diuinũ exiſtimabat.Quæ cum Iſdegerdes audiuiſſet(hoc enim Regi nomẽ fuit)tametſi Marutham reuerebatur,tamen ob eam cauſam ab ſe amandare conſtituit.

a Chryſoſt.epiſt. 14.

b Socrat. libr.7. c.8.

B *Chriſtiana religio in Perſide propagata.*

V. *A Marutha Magorum impoſtura detecta.*

Tum Maruthas,homo vere diuinus,in precibus ſe penitus defixit:vnde fallaciam & dolum Magorum plane deprehendit.Itaque ſic Regem alloquitur:Ne illudaris,o Rex:ſed domum ingredere:ac cum vocem andieris,terra defoſſa,dolum facile deprehendes:nam ignis non loquitur, ſed hoc fit machina quadam ab hominibus ad eam rem comparata.Maruthæ Rex morem gerit:in domum,vbi ignis perpetuo ardebat,denuo ingreditur.ſimulatque vocem iterum audit,terram iubet defodi.Ita qui vocem illam,quæ a Deo edi putabatur,emiſerat,deprehenſus eſt.Quocirca Rex ira admodum excandeſcens,decimum quemque ex genere Magorum capite obtruncari mandat. Quo facto,dixit Maruthę,vt vbi vellet,eccleſias ædificandas curaret.Hac de cauſa religio Chriſtiana apud Perſas vehementer creuit.Tum Maruthas decedens ex Perſide, Cõſtantinopolim venit. Exiguo tempore poſt in Perſidem legationis obeundæ cauſa reuertitur.Magi alias de integro fallacias excogitant,quibus Regis animum ab eo amplexando auerterent.Malum quemdam odorem,dedita opera comparatum,in loco quodam ad quem Rex ſolet accedere,diffundi curant;eũque diffuſum eſſe a Chriſtianis,falſo criminantur.

C

VI. Verum Rex,qui Magos iãdudũ habuerat ſuſpectos,vbi illius facinoris auctores diligenter peruestigaſſet,perſpicue deprehendit eos ipſos Magos illum malum odorem de induſtria rurſus effeciſſe:quapropter complures illorum iterum graui mulctauit ſupplicio;Marutham permagna obſeruantia coluit;ac Romanos amare plurimum,eorumq.amicitiam magnopere amplecti cœpit: parumq.abfuit,quin,cum Maruthas vna cum Ablato Perſidis Epiſcopo aliud etiam ſpecimen fidei Chriſtianæ palam edidiſſet(vigilijs enim & precibus ambo ſedulo vacantes,dæmonem, quo Regis filius agitabatur,expulerunt)Chriſtianus factus fuiſſet:verum mors ante eũ oppreſſit, quã plene Chriſtianus euaderet.quo mortuo,filius eius Bararenes regno potitus eſt, cuius temporibus(ſicut a me dicetur paulo inferius)fœdera inter Romanos & Perſas violata fuere.] hactenus Socrates. Porro Maruthas magnæ ſanctitudinis nomine glorioſus ex hac tandem vita ad Deum, de perfunctis honeſte laboribus præmia recepturus,abſceſſit:cuius quidem inſigne redditum nomen tam Græcis quàm Latinis publicis notis [c] inter ſanctos receptum anniuerſaria memoria in Eccleſia perſeuerat.Sic ſe habuere res Orientis.

D

c Martyrol.Ro. die 4. Decembr.

VII. *Occidentalis Imperij ærumnæ.*

Ceterum res Occidentalis Imperij Stilichonis inſidijs admodum turbatæ ſunt:qui enim pluribus annis occultarat in animo proditionem Imperij,& aliquibus interdum ſignis patefeciſſet; iam aperta luce,totoq.(vt dicitur)cęlo,proditor Honorij Imperatoris apparuit,atque meritas pœnas luit.Hæc autem quomodo ſe habuerint,antiquorum ſcriptorum ſunt teſtificatione prodẽda. Atque primum illud,prodigioſe nimis proditionem Stilichonis bruta quoque elementa teſtari, immo & clamare viſa eſſe;etenim Marcellinus in Chronico ſub huius anni Conſulibus hæc ait: Romæ in Foro Pacis per dies ſeptem terra mugitum dedit.]Sed iam proditionis Stilichonis reuoluamus inuolucra.Inſeruiebat Alaricus Gothorum Rex ſtudijs Stilichonis,quocum pluribus prœlijs ſæpe colluſerat:nam cum eum obtinere facillime potuiſſet,& iam(vt dictum eſt ſuperius)obtinuiſſet,eumdem apud Pollentiam liberum abire ſiuit;eumdemq.quaſi pro Romano militaturũ Imperio,publicis ſtipendijs aluit,ea ſpecie, quaſi eo vſurus iam eſſet ad inuadendam ditionẽ Arcadij Imperatoris.At quid tandẽ accidit? dicemus ſummatim in primis ex Paulo Oroſio, qui ſui temporis res geſtas ſincere perſtrinxit,cum illatam cladem per Stilichonem in Romanum Imperium ita breuiter narrat [d]:

E

d Oroſ.lib.7. c. 38.

VIII. *Molitiones Stilichonis aduerſus Rom.Imperium.*

Interea Comes Stilicho,Vuandalorum imbellis,auaræ,pfidæ & doloſæ gentis genere editus, paruipendens,quod ſub Imperatore imperabat, Eucherium filium ſuum,ſicut a pleriſque traditur,iam inde Chriſtianorum perſecutionem a puero priuatoq.meditantem,in Imperio quoquo modo ſubſtituere nitebatur.Quamobrem Alaricum,cunctamq.Gothorum gentem pro pace optima & quibuſcumque ſedibus ſupliciter ac ſimpliciter orantem, occulto fœdere fouens, publice autem & belli & pacis copia negata,ad terendam terrendamq.Rempublicam reſeruauit. Præterea gentes alias copijs viribuſq.intolerabiles,quibus nunc Galliarum Hiſpaniarumq. prouinciæ premuntur,

Digitized by Google

premuntur,hoc eſt,Alanorum,Sueuorum,Vuandalorum,ipſoq.ſimul motu impulſorum Burgun A
diorum vltro in arma ſolicitans,deterſo ſemel Romani nominis metu,ſuſcitauit eas interim ri-
pas Rheni quatere,& pulſare Gallias voluit;ſperans miſer ſub hac neceſſitatis circumſtantia,qua
& extorquere Imperium a genero poſſet in filium,& gentes barbaræ tam facile comprimi quam
commoueri valerent.

IX. Itaque vbi Imperatori Honorio,exercituiq.Romano hęc tantorum ſcelerum ſcena patefacta
eſt,commoto iuſtiſſime exercitu occiſus eſt Stilicho,qui vt vnum puerum purpuram indueret ,
totius generis humani ſanguinem dedit.Occiſus eſt & Eucherius,qui ad conciliandum ſibi fauo
rem Paganorum,reſtitutione templorum,& euerſione eccleſiarum imbuturum ſe regni primor
dia minabatur.pauciq.cum ijſdem ſatellites tantorum molitionum puniti ſunt.Ita minimo nego
tio,paucorum pœna,eccleſiæ Chriſti cum Imperatore religioſo & liberatæ ſunt , & vindicatæ.]
hucuſque Oroſius , rem geſtam breui compendio perſtringens potius quam hiſtorico more
deſcribens.

X. At nos quæ hinc inde a diuerſis mutuati ſumus antiquis auctoribus, ſuo ordine recenſebimus,
Auro pax redempta. atque illud in primis,quod habet Zoſimus,Alaricũ legatos miſiſſe ad Stilichonẽ,quibus ſtipẽdia B
ſuis militibus perijt ob moras in Epiro contractas,cum expectaret mitti in Orientem.Cum Sti-
licho conſulturus ea de re Honorium Imp.Romam conceſſit.Honorius vero iu Palatium conuo
cato Senatu,quid agendum,rogat Patrum ſententias,num pecunia illi danda,vel bello aduerſus
eumdem Alaricum decernendum.Egit Stilicho in Senatu pro Alarico: ex cuius ſententia eidem
decreta ſunt pro redemptione pacis quatuor millia librarum auri,reſiſtente tamen Lampadio V.
C.qui patria libertate illud in faciem Stilichoni obiecit,dicens:Non eſt iſta pax,ſed pactio ſerui-
tutis.Qui,ſimulac Senatus dimiſſus eſt,veritus eius potentiam,in proximam eccleſiam Chriſtia
norum confugit.Cum poſtea,nonnullis inter hæc agitatis,Olympius in Stilichonem,ceu prodito
rem Imperij,animum Honorij Imperatoris commouit:eiusq.opera factum eſt,vt ſocij in magi
ſtratus Stilichoni ſtudioſos commoti,in ſingulos inſurgentes eos occiderent.Sed & Stilicho,cuius
præcipue vita appetebatur,cum ſe Rauennam vna cum ſuis barbaris ſatellitibus contuliſſet: re-
bellante Saro barbarorũ duce, occiſiſq.ab eo ſatellitibus Stilichonis;ipſe ſibi timens, intempeſta
nocte ad eccleſiam confugit.Hic obſerua quantum delatum fuerit Eccleſiaſticæ immunitati;cum
licet perduellis Imperij & proditor Imperatoris ac perditor Orbis in eccleſia ſibi confugium pa C
rauiſſet,nullus tamen eum inde vi abſtrahere auſus eſt.Vigebat recens lata lex Honorij pro Eccle
ſiaſtica immunitate,anno ſuperiori(vt vidimus)data,qua reum fecerat maieſtatis,ſi quis fugien-
tem ad eccleſiam abſtraxiſſet.Sed & accidit quidem cõgrue(ſicut de Eutropio dictum eſt)vt qui
violare ius Eccleſiæ tempore S. Ambroſij Stilicho non eſt ueritus,idem ipſe neceſſitate compul-
ſus confugerit ad eccleſiam,& ius pariter Eccleſiæ implorarit.Ita Deus ſuperbos in res ſacras cor
nua erigentes deprimere conſueuit.

XI. Sed quomodo,qui non vi eſt ab eccleſia auulſus,dolo tamen paſſus eſt ſponte ſe inde deduci,
a Zoſim.lib.5. accipe.Vbi autem illuxiſſet dies(ſubdit his Zoſimus [a])ingreſſi ſunt milites eccleſiam:& Epiſco
po præſente,ſacramentis ei fide facta,non imperatum eſſe ſibi a Principe vt eum necarent,ſed tã-
tum vt cuſtodirent:quam primum egreſſus ex eccleſia ſub cuſtodia militum eſſe cœpiſſet, alteræ
Stilicho Rauennæ occiditur. ex Honorio Imperatore reddebantur ab eo qui priores attulerat litteræ, quibus in litteris Stili-
chonis iu Rẽpublicã delictis pœna capitis irrogabatur. Sic itaque ductus Stilicho,capite trũcatus
eſt ab Heracliano,hoc anno ſub Conſulatu Baſſi atque Philippi,decimo Kalendas Septẽbris : cũ
inter hæc Eucherius Stilichonis filius fuga lapſus , Romam ſe contulit ; cuius occiſio , necnon Se- D
b Zoſim.lib.5. renæ matris & aliorum anno ſequenti contigit,quo nos de ijſdem acturi ſumus.Hæc omnia ex Zo
ſimo [b], quod ex alijs,qui ita res geſtas fuerint proſecuti,accipere minime licuerit;quem ſcimus
priuatis ſtudentem affectibus,pro animi ſententia res interuertere,dum quem omnes perduellẽ
ac proditorem Imperij Stilichonem ſugillant ac damnant,ipſe laudibus prædicat;contra vero O-
Olympius dux inique carpitur à Zoſimo. lympium pietate inſignem virum,vindicem diuturnæ proditionis & proditoris, hypocriſis infa-
mat,dum de eo ſic orſus eſt dicere:Olympius oriundus e Ponto Euxinio , ſplendida quadam in
prætorio militia donatus;qui ſub ſpecie Chriſtianæ religionis magnam intra ſe malitiam tegeret,
atque hominem ſe frugi ſimulans,cum Principe colloqui frequẽter ſoleret,&c.]ſed quid boni de
c Aug.epiſt.124. 129. quouis Chriſtiano vmquam locutus eſt Zoſimus? Ceterum ſcimus Olympium hunc a S.Auguſti-
no [c] duabus ad eum datis epiſtolis(de quibus proxime dicturi ſumus)mirifice prædicati, cum
& ipſe eumdem Auguſtinum vt parentem coleret ,quem longe poſitum litterarum internuncio
ſalutaret.

XII. At de his ſummatim agens Marcellinus Comes in Chronico eiuſmodi elogio Stilichoni ex-
trema perſoluit:Stilicho Comes(cuius duæ filię Maria & Thermãtia ſingulæ vxores Honorij Prin E
cipis fuere,vtraque tamen virgo defuncta)ſpreto Honorij regno,regnum inhians,Alanorum,Sue
uorum,Vuandalorumq.gentes donis pecunijſq.illectas contra Honorij Imperium excitauit:Eu-
cherium filium ſuum Paganum,& aduerſus Chriſtianos inſidias molientem cupiens Cæſarem or
Stilichonis morte bene cõſultum Eccleſiæ. dinare,cum Eucherio,dolo ſuo detecto,occiſus eſt.]hæc ipſe:id etiam & poſt Oroſium nuper recẽ
ſitum reliqui omnes.Optime igitur conſultum eſt Chriſti Eccleſiæ nece Stilichonis, cuius prodi-
tione,in Ethnicum hominem,perſecutionem iam adornantem,Imperium Romanum deferendũ
eſſet:quod ne quando fieret,opportune anteuertere conatus eſt dux Chriſtianus Olympius,zelo
æſtuans pietatis.

XIII. Sublatis iam de medio Stilichone atque eius ſatellitibus magiſtratibus inſignitis , Honorius
Imperator complures ad hæc ſpectantes hoc anno cõtra ipſos proſcriptos perduelles Imperij edi
d l 20.de pœnis C.Theod. dit ſanctiones,quas ſingulas ad rerum geſtarum cognitionem ſpectantes nos hic ſeruato ordine tẽ
porum deſcribemus.earum prima eſt illa data vigeſimaquinta Septembris his verbis [d]

Si quis

A Si quis ex proſcriptorum numero Comitatum noſtræ ſerenitatis, ſiue mœnia æternæ Vrbis introuerit; deportatione plectetur. Dat. X. Kal. Octobris, Baſſo & Philippo Conſ.] Poſt biduum vero ita de bonis proſcriptorum ad Theodorum Præfectum Prætorio [a]:

Sanctiones Honorii in cauſa Stilichonis.

a l.20 de bonis proſcr. C. Theo

Proſcriptorum, ſatellitumq. fortunas Aerario noſtro iubemus accedere. Ideoq. per agros, per cuncta domicilia titulos noſtræ ſerenitatis affici præcipimus. Quicquid ſane ab eorum procuratoribus ex prædiorum fructibus congregatum eſt, largitionibus noſtris protinus copuletur: ne, ſi inſſa noſtra aut diſſimulatione neglexerint, aut colludio prætermiſerint, ſupplicium exilij pariter & proſcriptionis ſuſtineant. Dat. VIII. Kal. Octob. Mediol. Baſſo & Philippo Conſſ.] Menſe autem Octobris ad eumdem Præfectum Prætorio Theodorum hæc de bonis Stilichonis [b]:

b l.21. de bonis proſcr. C. Theo.

Qui in facultates Stilichonis & actus videntur eſſe verſati, vel ex ijſdem facultatibus aliquid ſubtraxiſſe, vel aliquid rapuiſſe; omnifariam reddant. Dat. VIII. Kal. Nouembris, Baſſo & Philippo Coſſ.] Menſe vero Nouembris ita ad eumdem de fautoribus Stilichonis [c]:

c l.22. de bonis proſcr. C. Theod.

Qui ſuas opes prædoni publico, vel eius filio, cęteriſq. ſatellitibus dederunt vel iure, vel corpore quibus ille vſus eſt ad omnem ditandam inquietandamque barbariem his omnem repetendi viam inbemus eſſe præcluſam. Dat. X. Kal. Decembr. Rauen. Baſſo & Philippo Coſſ.] Menſe vero Decembris ita ad eumdem Theodorum Præfectum Prætorio [d]:

B

d l.1. de Lit. & itiner. cuſtodia. C. Theod.

Hoſtis publicus Stilicho nouum atque inſolitum repererat, vt littora & portus crebris vallaret excubijs, ne cuiquam ex Oriente ad hanc Imperij partem pateret acceſſus. Huius iniquitate rei moti, & ne rarior ſit diuerſarũ mercium commeatus, præcipimus hac ſanctione, vt littorum deſiſtat ac portuum pernicioſa cuſtodia, & eundi ac redeũdi libera ſit facultas. Dat. IV. Idus Decembris, Rauennæ, Baſſo & Philippo Conſſ.]

XIV. Fuit quidem illud in his agendis propoſitum Stilichonis, vt occuparet milites in littorum ac portuum cuſtodia, atque penuria graui affligaret Romanum Occidentis Imperium; vt ſic vndiq. langueſcentibus viribus, ſibi cum ſuis barbaris fœderatis illud inuadendi ac potiundi facilior aditus pateret. Sed & illud quoque ex Senatuſconſulto factum in Stilichonem, quod aduerſus alios tyrannos fieri conſueuit; nimirum, vt publica quæque atque priuata monumenta, quæ in eius honorem fuiſſent erecta, penitus diſijcerentur; vnde eidem dicatis ſtatuis exturbatis titulis, appoſitũ eius nomen abraſum fuit; quod quidem pluribus exemplis antiquæ eiuſdem Stilichonis docent inſcriptiones, quæ adhuc extant, & expuncto leguntur nomine Stilichonis.

Conſilium Stilichonis.

C

XV. Qui hæc omnia in odium Stilichonis & Eucherij filij ſtatuit Honorius Imperator, idem eos qui ipſos tyrannos inſecuti eſſent, beneficijs afficiendos curauit. Etenim interfectorem Stilichonis Heraclianum Præfectura Africæ prouinciæ donauit; & Olympium, quem diximus totius operis architectum, Magiſtrum Officiorum creauit. hæc quidem omnia Zoſimus. Porro idem Honorius Imp. Palatium repurgauit ex ijs, quos fidei Catholicæ aduerſarios in eo Stilicho poſuerat aulicos; ita ad eumdem Olympium ea dignitate præditum, necnon ad Valentem Comitem Domeſticorũ reſcribens hoc anno menſe Nouembris [e]:

Vltores offenſæ maieſtatis præmio donati

e l.42. de hæret. Cod. Theod.

Eos qui Catholicæ ſectæ ſunt inimici, intra Palatium militare prohibemus. Nullus nobis ſit aliqua ratione coniunctus, qui a nobis fide & religione diſcordat. Dat. XVIII. Kal. Decembris, Rauẽnæ, Baſſo & Philippo Conſſ.]

XVI. Adgauiſus eſt S. Auguſtinus de noua dignitate collata Olympio, duabus ad eum hoc anno datis epiſtolis [f], cum de eius magiſtratu nuncium perlatum eſſet in Numidiam: quibus eidem Bonifacij Epiſcopi Cataquenſis cauſam commendat. At ad poſteriores ſcribendas litteras longe grauior impulit eum cauſa: illa nimirum, quod poſt obitum Stilichonis in Africa Gentiles & Donatiſtæ falſo rumore iactarent, latas contra ſe leges nequaquam ex voluntate extitiſſe Honorij Imperatoris, ſed opera Stilichonis: & quaſi earumdem auctoritas vna cum ipſo Stilichone eſſet extincta, in Catholicos inſurrexerint, atque nonnullos etiam Epiſcopos necauerint. Cuius enormis ſceleris cauſa conuenientes Epiſcopi Carthagine menſe Octobris, legationem aduerſus Paganos atq. hęreticos ad Honoriũ Imperatorem decreuere. cuius quidem Concilij atque decreti einſmodi tantummodo exat monumentum intextum Concilio Africano his verbis [g]:

f Aug. epiſ. 124. 129.

D

S. Auguſtinus ad Olympium ſcribit.

g Concil. Afric. ſub c. 73.

XVII. Baſſo & Philippo viris clariſſimis Conſſ. tertio Idus Octobris, Carthagine. In hoc Concilio ſuſceperunt legationem Reſtitutus & Florentius Epiſcopi contra Paganos & hæreticos, eo tempore quo Seuerus & Macarius occiſi ſunt, & propter eorum cauſam Euodius & Theaſius & Victor Epiſcopi cæſi ſunt.] hæc ibi, cum alias antea ibidem menſe Iunij ſub ijſdem Conſulibus item Carthagine congregati Epiſcopi eadem ex cauſa contra eoſdem tumultuantes ad Imperatorem legatum miſiſſent Fortunatianum Epiſcopum.

Cõcilium Carthaginenſe ad reprimendos tumultuantes hæreticos.

At reddendæ hic ſunt litteræ Auguſtini ad eumdem Olympium, quæ de turbis ijs concitatis hoc anno in Africa, & legatis miſſis ad Imperatorem, narrationem habent intextam, & alia quę Analibus plurimum conferunt. ſunt huiuſmodi, [h].

E

h Auguſt. epiſt. 129.

XVIII. Domino eximio & merito præſtantiſſimo multumque in Chriſti charitate honorando filio Olympio Auguſtinus in Domino S.

S. Auguſtini epiſtola ad Olympium.

Quamuis mox vt audiuimus te merito ſublimatum, cum ipſa fama nondum nobis certiſſima eſſet, nihil aliud de animo tuo credidimus erga Eccleſiam Dei, cuius te veraciter filium eſſe gaudemus, quam quod tuis litteris mox aperuiſti: tamen illis lectis, quibus vltro dignatus es, etiam ſi pigri & cunctantes eſſemus, exhortationem beneuolentiſſimam mittere, vt inſtruente humilitate noſtra, per religioſam obedientiam tuam Dominus, cuius munere talis es, Eccleſiæ ſuæ iam iamque ſubueniat; maiore fiducia tibi ſcribimus domine eximie, & merito præſtantiſſime, multumque in Chriſti charitate honorande fili.

XIX. Et fratres quidem multi ſancti collegæ mei, grauiter Eccleſia perturbata, profecti ſunt pene fugientes ad glorioſiſſimum Comitatum: quos ſiue iam videris, ſiue litteras eorum ab vrbe Romana opportu-

na opportu-

na opportunitatis cuinſdam occaſione acceperis:ego tamen licet nullum conſilium cum eis communicare potuerim;non potui prætermittere per hunc fratrem & compresbyterum meum,qui vrgente neceſſitate pro ſalute ciuis ſui,etiam media hieme,quomodocumque ad illas partes venire compulſus eſt;& ſalutate,& admonere charitatem tuam,quam habes in Chriſto Ieſu Domino noſtro,vt opus tuum bonum diligentiſſima acceleretur inſtantia:quo nouerint inimici Eccleſiæ, leges illas,quæ de idolis confringendis,& hæreticis corrigendis,viuo Stilichone, in Africam miſſæ ſunt,ex voluntate Imperatoris piiſſimi & fideliſſimi conſtitutas:quo neſciente vel nolēte factum, ſiue doloſe iactant,ſiue libenter putant:atque hinc animos imperitorum turbulentiſſimos reddūt, nobiſque periculoſe ac vehementer infeſtos. A

XX. Hoc autem quod petendo vel ſuggerendo admoneo præſtantiam tuam,non dubito omnium per Africam collegarum meorum fieri voluntate:arbitrorq.quacumque primitus exorta occaſione,facillime poſſe ac debere maturari:vt nouerint(ſicut dixi)homines vani,quorum & aduerſantium ſalutem requirimus,leges quæ pro Chriſti Eccleſia miſſæ ſunt,magis Theodoſij filium, quā Stilichonem curaſſe mittendas. Propterea quippe memoratus presbyter harum perlator, cum de regione ſit Mileuitana,ab Epiſcopo ſuo,venerabili fratre meo Seuero,qui tuam mecum ſinceriſſimam dilectionem multum ſalutat,per Hipponem regium,vbi ego ſum,tranſire iuſſus eſt: quia cum forte ſimul eſſemus in magnis Eccleſiæ tribulationibus & perturbationibus,quærebam occaſionem ſcribendi ad eximietatem tuam,& non inueniebamus. B

Prætextus Gētilium & hæreticorum contra Catholicos

XXI. Iam quidem vnam epiſtolam miſeram in negotio ſancti fratris & collegæ mei Bonifacij Epiſcopi Cataquenſis:ſed nondum ad vos peruenerant grauiora,quæ nos vehementius agitarent: quibus comprimendis,vel corrigendis,quemadmodum meliore ſecundum Chriſti viam conſilio ſuccurratur,commodius Epiſcopi,qui propterea nauigauerūt,cum tanta benignitate tui cordis acturi ſunt;qui potuerunt communi conſilio diligentius deliberatum aliquid ferre, quantum temporis permittebat anguſtia. Illud tamen,quo animum clementiſſimi & religioſiſſimi Principis erga Eccleſiam prouincia nouerit,nullo modo eſſe differendum;ſed etiam antequam Epiſcopos,qui profecti ſunt,videas,quam primum tua præſtantiſſima pro Chriſti membris in tribulatione maxima conſtitutis vigilantia potuerit,accelerandum ſuggero,peto,obſecro,flagito. Neq.enim paruum in his malis ſolatium Dominus obtulit,quod te voluit multo amplius poſſe,quam poteras; quando iam de tuis multis & magnis operibus bonis gaudebamus.

XXII. Multum ſane de quorumdam neq.paucorum fide firma & ſtabili gratulamur,qui ex occaſione legum ipſarum ad Chriſtianam religionem vel Catholicam pacem conuerſi ſunt: pro quorum ſalute ſempiterna nos in hac temporali vita etiam periclitari delectat. Propterea enim maxime ab hominibus nimiū dureq. peruerſis nunc inimicitiarum grauiores impetus ſuſtinemus, quos nonnulli eorum nobiſcum patientiſſime ſuſtinent:ſed plurimum infirmitati metuimus, donec diſcāt, & valeant,adiuuante miſericordioſiſſima gratia Domini,ſæculum præſens & hominum diē robore cordis valentiore contemnere. Commonitorium,quod miſi fratribus Epiſcopis,ſi(vt puto) nōdum ibi ſunt,ab eximietate tua illis tradatur,cum venerint. Tantam quippe tui ſinceriſſimi pectoris habemus fiduciam,vt,adiuuāte Domino Deo noſtro,non ſolum impertitorem auxilij te velimus,verum etiam conſilij participem.] hactenus Auguſtini epiſtola ad Olympium Magiſtrum Officiorum,qua miſerrimus Africanæ Eccleſiæ ſtatus anni huius exprimitur. C

XXIII. Nauauit quidem quam diligenter operam Olympius,vt aduerſus Donatiſtas in Africam Honorius Imperator reſcriberet;quo ſignificaret,quæcumq.aduerſus Donatiſtas & alios hæreticos, necnon Gentiles ſtatuta eſſent,id ex ſua ſententia factum,firmum ratumq.in omnibus eſſe velle. ſunt enim hæc reſcripti verba [a] ad Curtium Præfectum Prætorio: D

Olympij piū ac ſedulum officium.

a L.43.de hæret. Cod Theod.

Honorius rurſum exagitat Hæreticos & Gentiles.

Omnia quæ in Donatiſtas(qui & Montenſes vocantur)Manichæos,ſiue Priſcillianiſtas , vel in Gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta ſunt,non ſolum manere decernimus , verum in executionem pleniſſimam effectumq.deduci. Ita vt ædificia quoque vel horum , vel Cælicolarum etiam,quæ neſcio cuius dogmatis noui conuentus habent, Eccleſijs vindicētur. Pœna vero,lege propoſita,veluti conuictos tenere debebit eos,qui Donatiſtas ſe confeſſi fuerint,vel Catholicorum communionem refugerint ſceuæ religionis obtentu,quamuis Chriſtianos eſſe ſe ſimulent,&c. Dat. XVII. Kalend. Decemb. Romæ, Baſſo & Philippo Coſſ.]qua etiam die ſpeciatim aduerſus Gentiles eadem ex cauſa ita reſcripſit idem Honorius Imperator ad eumdem Curtium Præfectum Prætorio,prohibens etiam quæ Stilicho & eius filius Eucherius homo Paganus cultoribus idolorum indulſerant. ſic enim ſanctio ipſa ſe habet [b]:

b L.19.de Pagan. Cod. Theod.

XXIV. Templorum detrahantur annonæ,& rem annonariam * iubente , expenſis deuotiſſimorum militum profuturæ. Simulacra,ſi qua etiam nunc in templis faniſq.conſiſtunt,& quæ alicubi ritu vel acceperint vel accipiunt Paganorum,ſuis ſedibus euellātur: cum hoc repetita ſciamus ſæpius ſanctione decretum. Aedificia ipſa templorum,quæ in ciuitatibus vel in oppidis,vel extra oppida ſunt,ad vſum publicum vindicentur. Aræ locis omnibus deſtruantur:omniaq.templa in poſſeſſionibus noſtris ad vſus accomodos transferantur;domini deſtruere cogantur. Non liceat omnino in honorem ſacrilegi ritus funeſtioribus locis exercere conuiuia,vel quicquam ſolemnitatis agitare. Epiſcopis quoque locorum hæc ipſa prohibendi Eccleſiaſticæ manus tribuimus facultatem. Iudices autem viginti librarum auri pœna conſtringimus,& pari forma Officia eorum,ſi hæc eorum fuerint diſſimulatione neglecta. Dat. XVII. Kal. Decem. Romæ, Baſſo & Philippo Coſ.]Quo etiam anno idem Imperator de Iudicio Epiſcoporum reſcriptum [c] dedit;vt ratum firmumque haberetur,quod ex conſenſu partium Epiſcopi iudicaſſent;a quorum ſententia appellare minime liceret. E

*

Idololatria reſtituta aboleri iubetur.

c L.9.de Epiſc. audient.

XXV. Sed non prætereat,quod ſuperiori lege vidimus Honorium cum Donatiſtis voluiſſe exagitari ſuo reſcripto Cælicolas. quinam autem hi fuerint,eſt exquirendū. Mentio de Cælicolis eſt apud

S. Augu-

A S. Auguſtinum in epiſtola ad Eleuſium & alios, vbi hæc ad finem habet [a]: Iam enim miſeramus ad Mainrem Cælicolarum, quem audieramus noui apud eos baptiſmi inſtitutorem inſtituiſſe, & multos illo ſacrilegio ſeduxiſſe; vt cum illo, quantum ipſius temporis patiebantur anguſtiæ, aliqd loqueremur.] hæc ipſe ibi: an autem alibi de iiſdem Cælicolis agat, non memini. Exiſtimaui aliquã do hos fuiſſe Gentiles in Africa, ſic dictos a cultu Cæleſtis idoli Carthagine poſiti, de quo plurib. ſuperius actum eſt. Sed quod (ex ſententia Auguſtini) iidem etiam baptizarentur, Chriſtianitatẽ præſetuliſſe viſi ſunt. Verum & quod vult alia eiuſdem Imperatoris ſanctio [b], hos cogendos ad Chriſtianitatem ſeruandam; argumento plane eſt, fuiſſe Chriſtianos, apoſtatarum tamen nomine cenſendos potius, quam hæreticorum. Quod item tam in Codice Theodoſiano, quã Iuſtinianeo, non ſub titulo de Hæreticis, ſed de Iudæis ponantur Cælicolæ; conſtat eos minime fuiſſe ex Chriſtianis hæreticos, ſed apoſtatas. Igitur quantum colligere fas eſt ex dicta [c] Honorij ſanctione ad Iouinum Præfectum Prætorin data, illos appatet appellatos eſſe Cælicolas, qui ex Chriſtiana fide tranſirent ad Iudaiſmum, ita tamen, quod cum ſcitent Iudaicum nomen abominabile cunctis eſſe, non Iudæi, ſed Cælicolæ dici potius voluerint, nec ſub Iudæorũ degerent Patriarchis, ſed alijs ſi

a Aug. epi. 163. Iudæi & Cælicolę edicto ex agitati.
b l. 12. C. de Iud. & Cælic.
c l. 18. de Iudæis & Cæl. C. Theo.

B bi propoſitis magiſtratibus, quos Maiores nominabant, vt ex S. Auguſtino apparet, necnon reſcripto Conſtantini ad Euagrium, vbi ait [d]: Hæc verba Iudæis & Cælicolis, & Maioribus eorum & Patriarchis volumus intimari, &c.] Patriarchæ enim ibi ad Iudæos, ad Cælicolas vero Maiores ſpectant, prout iidem etiam a S. Auguſtino [e] nominantur. Inſuper quod idem S. Auguſtinus in cõmentario ad Quoduultdeum de hæreſibus, relegens omnes quæ ab exordio Chriſti Eccleſiæ hæreſes extitere, vſq. ad hæreſim Pelagianorum quæ poſt hoc tempus innotuit, nec ibi de hęreticis Cęlicolis aliquam mentionem habeat: intelligi ex eo poteſt, hos apoſtatas fuiſſe potius quam hæreticos, eoſdemq. in Iudæorum ſelectam claſſem eſſe reiectos. Qui præterea alius de Cælicolis ſermonem habeat, ex veteribus inuenimus neminem. Sed ad eos ſpectat, quod poſt dies nouem a reſcripto dato aduerſus hæreticos atque Cęlicolas, idem Honorius Imperator aduerſus eoſdem eiuſmodi promulgauit edictum, quo Donatiſtas pariter & Iudæos noua tentantes, nempe Cælicolarum ſectam introducentes, exagitauit, his verbis [f]:

d l. 3. C. de Iud. & Cælic.
e Aug. epiſ. 154.
f l. 44. de hæret. Cod. Theod.

Leges in hæreticos.

Donatiſtarũ hæreticorũ, Iudæorum noua atq. inuſitata detexit audacia, quod Catholicæ fidei velint ſacramenta turbare: q̃ peſtis atq. contagionis * ne latius emanet ac profluat, cauendum. In eos
C igitur, qui aliquid quod ſit Catholicæ ſectæ contrarium aduerſumq. temptauerint, ſupplicium iuſtæ animaduerſionis exponi præcipimus. Dat. VIII. Kal. Decemb. Baſſo & Philippo Coſſ.]

XXVI.

Porro cum hoc ipſum reſcriptum ad Donatum datum legatur: illum hunc eſſe ſcias Donatum, qui hoc anno reperitur geſſiſſe Proconſulatum in Africa: etenim ſub huius itidem anni Conſulib. aliud quod datum reperitur ad Donatum reſcriptum, titulum habet appoſitum Proconſulatus Africæ [g]. Hæc idcirco voluimus adnotaſſe, vt intelligas hunc ipſum eſſe Donatum Proconſulẽ Africæ, ad quem duæ extant S. Auguſtini [h] epiſtolæ, cum rogat eũ ſic coercere debere Donatiſtas, vt tñ a gladio abſtineat: huncq. illũ eſſe Proconſulem, cuius meminit in epiſtola ad Marcellinum. Dumq. hunc ipſum rogat idem Auguſtinus, vt obſeruantiæ legum aduerſus Donatiſtas latarũ inuigilet, quas illi dicerent iã antiquatas eſſe; certũ eſt reſpectũ habuiſſe ad obitũ Stilichonis, cũ quo ſimul Imperatoris eſſe extinctas leges Donatiſtæ iactabant, q̄ ſcilicet eas nõ voluntate Honorij, ſed conatu Stilichonis latas eſſe ferrent. Huius Donati pietas plurimũ ab Auguſtino laudatur [h].

g l. 19. de pœnis. Cod. Theod.
h Aug. epi. 127. 128.
h Aug. epi. 159.

XXVII.

Quod rurſum ad latas ab Honorio hoc anno leges pertinet: poſt triduum a ſuperiori edita lege, aduerſus eoſdem aliud reſcriptum dedit [i], quo prohibet eos de religione diſſerere, proſcriptio
D ne & exilij pœna condemnans qui ſecus fecerint. Tot autem ſimul paucorum dierum interſtitio data reſcripta aduerſus Gentiles, Donatiſtas, atque Cælicolas, commendant officium egregie præſtitum ab Olympio, curante ſumma celeritate perfici ea, quæ a S. Auguſtino litteris commendata acceperat, atque commonitorio certior factus fuerat.

i l. 45. de hæret. Cod. Theod.

At non in Occidente ſolum, vbi regnabat Honorius, ſed & in Oriente Theodoſius Imperator Iudæos pariter ritus Chriſtianorum adulterantes eiuſmodi data lege compeſcuit [k]:

k l. 18. de Iudæis Cod. Theod.

XXVIII.

Iudæorum vetatum ſacrilegium.

Iudæos quodam feſtiuitatis ſuæ ſolemni Aman ad pœnæ quondam recordationem incendere, & ſanctę Crucis aſſimulatam ſpeciem in contemptum Chriſtianę fidei ſacrilega mente exurere, prouinciarum Rectores prohibeant, ne locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceãt, ſed ritus ſuos infra contemptum Chriſtianæ legis retineant: amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperauerint. Dat. IIII. Kal. Iun.* Baſſo & Philippo Conſſ.] Intelligere puto te, lector, quid præſumpſerint fæces hominum, Iudæi ſceleſtiſſimi, nimirum crucifixum vna cum cruce incendere: & ne ſacrilegi conuinci poſſent, illud prætexere conſueuiſſe, ſe non Chriſtum crucifixum, ſed Aman [l] Iudæorum hoſtem tali ſupplicio affectum, ob Dei gloriam repræſentare. Sed quod huiuſmodi faci
E nus Chriſtianæ religionis verteretur ignominiæ; ne id vlterius fieret, Imperator prohibuit. Atqd admirandum Deus oſtenderit his temporibus Conſtantinopoli de Iudæo paralytico per ſanctum baptiſmum ſanitati reſtituto, Socrates narrat his verbis [m]:

** Ian.*
l Eſther. 7.
m Socrat. lib. 7 c. 4.

XXIX.

Iudęus paralyſi per baptiſmum curatus.

Iudæus, qui a multis iam annis paralyſi conflictatus, in lecto decubuerat, cum omnia curationum & medendi genera, omneſque Iudaicas preces ac vota expertus, nihil plane inueniret remedij, tandem ad baptiſmum Chriſtianorum confugit, pro certo perſuaſus huius tamquam veri medici adiumento ſe ad integram valetudinem reſtitutum fore: quæ res erat quamprimum Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano ſignificata. Ille igitur Iudæum articulis fidei inſtituens, & ſpem in Chriſtum ei annuncians, iubet ad Baptiſterium in lecto apportari. Iudæus paralyſi oppreſſus, ſimulac baptiſmum ſincera fide receperat, & ex lauacro baptiſmatis eſt elatus, confeſtim morbo liberatus eſt, & ad ſanitatem reſtitutus. Hæc curatio diuina Chriſti virtute noſtris temporibus hominibus declarata fuit: qua quidem re ex Gentibus quamplures ad credendum inducti baptiſmum receperunt: Iudæi autem quamuis ſigna & miracula quærerent, ſignis tamen ad credendum

induci non poterant.]hucuſque Socrates;qui his de Sabbatio ex Iudæis oriundo, facto Nouatia- A
no,ſed ſchiſmate ob Epiſcopatum non adeptum reſiliente,ſi bijcit narrationem,& de nece Noua
tianorum ſeſe ex viſione S:ſinnij inuicem protrudentium. Porro ex Sabbatio Sabbatianos nomi-
natos Nouatianos ab alijs ſchiſmate diuiſos,reſcripta Principum [a] docent. Toleratos antem di-
ximus Nouatianos,tamquam qui in reliquis de fide eadem cum Orthodoxis ſentirent: ſed Ro-
mæ ab Innocentio Papa primum expulſos eſſe,idem auctor aſſirmat [b].

a l. 59. de hæret. Cod. Theod.
b Socrat. lib. 7. c. 9.

XXX.
Alexãder ſucceſſit Porphyrio.

Contigit inter hæc mori Porphyrium illum ſceleſtiſſimum, qui poſt Flauianum(vt dictũ eſt)
ſedem inuaſit Antiochenam;cui,vt nefario intruſo,numquam Romanus Epiſcopus communica
re voluit.Quo defuncto,affulſit primus pacis radius poſt tot procellas Eccleſiæ Antiochenæ. Et-
enim communi omnium conſenſu eligitur Alexander, qui vno vinculo communicationis in vnũ
coniunxit qui erant ex parte Paulini iam a tempore(vt diximus)Cõcilij Alexandrini ſub Iuliano
Apoſtata(cum contra Meletium ipſe Paulinus eſt creatus Epiſcopus) vna cum alijs qui erant ex
parte Meletij,ſeparatos ab inuicem quadragintaquinque iam annis:tot enim numerant ab eo Cõ
cilio vſque in præſentem annum. Si quis autem numeret a tempore reſipiſcentiæ Meletij,quando
ex Ariano Catholicum ſe publice profeſſus eſt,quocum(vtpote ab Arianis ordinato)communi- B
care noluerunt Catholici,qui ab illo Magno Euſtathio denominati erant Euſtathiani(quod con
tigiſſe diximus anno à Chriſto nato trecẽteſimo ſexageſimo)plane ad hunc vſque annum nume-
rabit ſchiſmatis temporis annos quadraginta & octo. Quamobrem manifeſtum redditur, illap-
ſum eſſe errorem apud Theodoretum,dum anni numerantur eiuſdem diſſidij octogintaquinque;
quod quidem annorum ſpatium longe tranſgreditur tempora eiuſdem Alexandri Epiſcopi An-
tiocheni,& Innocentij Romani Pontificis,quorum ſedium tempore ea cõtigiſſe omnes affirmãt.
Sed reddamus hic verba Theodoreti [c]: Durauit diſcordia octogintaquinque annos,ad Præſula
tum videlicet Alexandri,omnibus laudis inſignibus merito exornandi;qui Eccleſiæ Antiochenæ
clauum obtinens,omnes indagare vias,& omne ſtudium alacritatemq. animi conferre non deſti-
tit,quo concordiam conſtitueret,& membrum ſegregatum cum reliquo Eccleſiæ corpore conglu
tinaret.]& alibi de eiuſdem vitæ diſciplina hæc habet [d]:

c Theod. li. 3. c. 5.
d Theodor. lib. 5. c. 35.

XXXI.
Laudes Alexandri Epiſcopi Antiocheni.

Eccleſiam Antiochenam adminiſtrauit Alexander,cuius piæ vitæ ratio pulchre cum Epiſco-
patu conſentiebat. Nam toto vitæ tempore ante ſuſceptum Epiſcopatũ in palæſtra monaſtica cõ
trito,cum plurimum ſe exercuiſſet,generoſum athletam ſe plane declarauit:quippe tum oratio- C
ne docuit alios,tum vitæ conſuetudine orationem confirmauit.] hæc de eius vitæ inſtituto ante
Epiſcopatum Theodoretus;qui quod ſubdit in laudem Porphyrij eius prædeceſſoris, a veritatis
ſcopo longius aberraſſe,ſententia omnium eius temporis in Oriente ſcriptorum,maxime redar-
guitur. Subdit inſuper hæc de eodem Alexandro: Diuinus autem Alexãder ſeueræ vitæ diſciplina,
ſtudio ſapientiæ,egeſtate voluntaria,eloquẽtia,alijſq. denique Spiritus ſancti donis admodum ex
celluit. Idemq. factionem Magni Euſtathij cauſa inchoatam(quæ quo minus iampridem eſſet cũ
reliqua Eccleſia denuo ſociata,Paulinus impedimento fuit,& poſt eum Euagrius)ſua perſuaſio-
ne & conſilio cetero Eccleſiæ corpori adiunxit:& talẽ diem feſtum,qualem nemo aliquando vide-
rat,ex inſperato celebrandum curauit. Nam omnibus eadem fide conſentientibus,in vnum col-
lectis,tam ſacris Initiatis quam laicis,ad illorum conuentum accedit. Atque aſſumptis ſibi qui cã
rare nouerãt,vnoq. hymnorum concentu contexto,a porta quadam paruula ad Occidentem ſpe-
ctante,vſque ad maximum templum totam plateam compleuit hominibus: & fluuium rationis
participem,ſimilitudinem fluuij prærerlabentis mire adumbrantem,effecit. Quæ cum Iudæi,Aria
ni,& Gentilium reliquiæ,quæ perpaucæ erant,viderent;gemere & lamentari cœperũt,quod alios D
iam fluuios in ipſam Eccleſiam quaſi mare illabi cernebant. Iſte præterea primum Magni Ioan-
nis nomen in tabulis Eccleſiæ inſcribendum curauit.]hæc ipſe,probe quidem. Sed quod ad Por-
phyrium,quem adeo laudat;rogo eum,quiſnam e ſacris tabulis nomen S. Ioãnis Chryſoſtomi ob
literauit? vt plane ſua ipſius aſſertione conuincatur,ipſum quidem Porphyrium vt Ioannis perſe
cutorem,non laudibus,ſed ignominia fuiſſe dignum.

De reſtituendo nomine Ioãnis Chryſoſtomi.

XXXII.
Innocentius auctor pacis Eccleſiæ Antiochenæ.

Quod autem Alexander Antiochenus Epiſcopus primus fuerit,qui in Eccleſiæ tabulis nomẽ
Ioannis Chryſoſtomi reſtituerit,quodq. in vnum coniunxerit Fideles omnes qui ex parte Pauli-
ni erant:fuit illi auctor Innocentius Romanus Pontifex. Etenim creatus Alexander Epiſcopus An
tiochenæ Eccleſiæ,cum legationem ex more vna cum litteris mitteret ad Apoſtolicam ſedem,qui
bus de ſua ipſius electione Innocentium admoneret,peteretq. Catholicam communionem:ita po
ſtulatis ipſius annuit,ipſe Innocẽtius Papa,ſi tamen hæc quæ ab eo requirebat perfici,ipſe Alexan
der impleret:ac primo quidem,vt qui a ſucceſſore Paulini Euagrio ordinati erant,ipſe reciperet
cum ordinibus & honoribus:inde vero etiam nomen Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani e ta
bulis ſacris expunctum,cum honore(vt par erat)reſtitueret. Quæ omnia ſtatim ex ſententia Ro- E
mani Pontificis quàm ſtudioſe Alexander impleuit,quo mereretur Apoſtolicæ ſedis ac cum ea to
tius Catholicæ Eccleſiæ communicationem accipere. Declarat hæc quidem eiuſdem Innocentij
Papæ epiſtola ad Bonifaciũ ſcripta,q̃ hæc primũ habet de Eccleſia Antiochena & eius Epiſcopo [e]:

e Innocent epiſt. 22. tom. 1. epiſt. Rom. Pont.

XXXIII.
Epiſtola Innocentij ad Bonifacium.

Innocentius Bonifacio presbytero. Eccleſia Antiochena,quam,priuſquam ad vrbem perue-
niret Romam,beatus Apoſtolus Petrus ſua præſentia illuſtrauit,velut germana Eccleſiæ Romanę
diu ſe ab eadem alienam eſſe non paſſa eſt. Nã miſſis legatis,ita pacẽ poſtulauit & meruit,vt & E-
uagrianos ſuis ordinibus ac locis intemerata ordinatione,quam acceperant a memorato,ſuſcipe-
ret,& Ioannis ſanctæ memoriæ vel clericos vel laicos in vnũ colligeret atque congregaret. Promit
tẽs ipſius ciuitatis Epiſcopus frater meus Alexander,etiam ſi quis forte vel a nobis vel aliunde po
ſterioris ordinationis ad eos veneriit, ſe ſine controuerſia recepturum, ac nomen Epiſcopi me
morati inter quieſcentes Epiſcopos recitaturum. Cui rei nos noueris tradidiſſe manus, frater ca-
riſſime,& eos in noſtra viſcera recepiſſe;ne diu membra,quæ requiſierant ſanitatem, ab vnitate

corporis

A corporis haberentur aliena. Omnia vero quæ per ordinem geſta ſunt, filius meus diaconus Paulus, harum ſcilicet portitor litterarũ, dilectioni tuæ poterit enarrare; vt & gaudium commune nobiſcum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire conſueuerunt.] hæc Innocentius ad Bonifacium legatione fungentem apud Theodoſium Conſtantinopoli: quem illum putamus Romanæ Eccleſiæ presbyterum qui poſt Innocentium ſecundus creatus eſt Romanæ Eccleſiæ Pontifex.

XXXIV.

Ad ipſum vero Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, qui ſcripſerat de pace conſecuta Eccleſiæ Antiochenæ, deq. Epiſcopis exulibus ad propria reſtitutis, & alijs ad perfectam in omnibus pacem conducentibus ſtabilitis, Innocentius ipſe congratulatus iſta reſcripſit [a]: — a Innoc. epiſt. 19.

Epiſtola Innocentii ad Alexandrum.

Apoſtolici fauoris gratia magno pacis vſque ad nos decore reſplenduit, tãtũq. lucis gaudiorũ que inſulſit Fidelibus, vt dicentes Deo maximas laudes, maiores debere nos fateamur. Pluſque a Deo iucundati ſumus, quod diſcuſſis omnibus lateribus actionũ tuæ fraternitatis, ita totũ pietate & patientia geſtum cognouimus, vt in omnibus Dominum laudaremus: ſucceſſumq. ipſum ideo præſtitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator exiſtens, eam requiſitam in-
B ueneris, & repertam ſumma charitate tenueris, tum erga omnes, tum præcipue circa illos qui quõdam Paulini atque Euagrij Epiſcoporum cenſiti fuerant nomine. Habeo ſummam votorum meorum, quod antiqui næui purgatio tuis temporibus, tuiſq. meritis prorogatur: quorum etiam illos eiuſdem nominis, qui in Italia met.tum clericatus acceperunt, cenſui bono quietis gratiã retinere ſuſceptam. Et quia noſter compresbyter Caſſianus gratum dixit tuæ fore dignationi, ſi meo cõſilio in ciuitate veſtra clericatus ordinẽ ducere cenſerentur: ſtatui pp beneuolentiã tuã promiſſaq. memorati, vt inter ceteros ſacerdôtes, miniſtroſq. in ciuitate ſunt, annumerẽtur, frater cariſſime.

XXXV.

Libenter præterea de Epiſcopis Helpidio atque Pappo cognoui, quod ſine quæſtione ſuas Eccleſias recuperauerint. Et multum in Geſtis (vt ſubſcripta teſtantur) ſolicitus inquiſiui, vtrum omnibus eſſet conditionibus ſatisfactum in cauſa beati & vere Deo digni ſacerdotis Ioannis. Et cum per ſingula aſſertio legatorum ex uoto completa eſſe fateretur: gratias agẽs Domino communionem Eccleſiæ veſtræ ita recepi, vt præ me feram, Apoſtolicæ ſedis condiſcipulos primos dediſſe ceteris viam pacis, in qua firmatos vos noſq. Domini Chriſti ita benignitas amplexabitur atque cõmuniet, vt nullo de cetero titillamento, vel leui cuiuſquam contentionis pudore pulſetur.

XXXVI. *De cauſa Acacii Epiſcopi Berœenſis.*

C Scripta autem Acacij Epiſcopi, quoniam cum veſtris ſunt porrecta, ſuſcepimus: ne per veſtrã iniuriam ille, qui olim a nobis ſuſpẽſus fuerat, repudiaretur. Et tamen ſatis abunde; quæ in Actis ſtatuimus, ſicut dignanter relegere procurabis, quid in eius perſona debeat cuſtodiri: vt ſi per omnia veſtris cõſilijs actibuſq. tam ſanctis ſe rogauerit eſſe communem, præſtetur ſeni fauore veſtro, veſtroq. iudicio communionis atque litterarum a nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt Epiſcopi vigintiquatuor.] hactenus ibi. Acacius iſte, ille eſt Berœenſis Epiſcopus, haud pridem de S. Ioãne Chryſoſtomo (vt ſupra vidimus) peſſime meritus: qui quod poſtularet Catholicam ab Innocentio Papa communicationem iam diu ob cauſam Chryſoſtomi interceptam; ſic eam ſpopõdit ipſe Pontifex, vt quæ ſeruanda impoſuiſſet, impleret. ad quẽ hæc Innocẽtius [b] ipſe tũc ſcripſit: — b Innocen. epiſt. 22.

XXXVII. *Epiſtola Innocẽ. ad Acaciũ.*

Adgaudere litteris fraternitatem tuam de receptis Paulini & Euagrij Epiſcoporum clericis populiſq. & de reſtitutis Helpidio atque Pappo coepiſcopis percenſuimus; & vel ſero receptæ pacis gratiam te fouere, poſtpoſita omni contentione, peruidimus. Vnde has ad præſtantiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum Alexandrum reddendas tuæ trãſmiſimus vnanimitati: videlicet vt ſi omnis inimicitia, omnis æmulatio tam de nomine ſancti Ioannis mirandi Epiſcopi, quam de
D omnibus eiuſdem communionis participibus a tua animoſitate diſceſſit; has noſtræ ſocietatis recipias litteras, frater cariſſime, modo vt omnia quæ hic Actis firmata ſunt, apud mediatorem noſtrum amabilem Alexandrum, ore proprio (vt communicantem conuenit) fatearis. Vt enim nobis hæc vnanimitatis charitatiſq. cauſa venerabilis eſt, ſic inhæret ſolicita, ne quid obliquum, aut ſucciſiuum in quoquam reſidere cognoſcat.] hæc ad Acacium. Vides, lector, apud vnum Innocentium agi, vt reconciliarentur per pœnitentiam qui in Ioannem deliquiſſent Orientales Epiſcopi; cuius & auctoritate iubentur relaxari, qui exilio mulctati erant Ioannis defenſores Antiſtites ipſoq. decernente, omnia ab aduerſarijs irrita haberentur aduerſus Ioannem Chryſoſtomum acta, quibus damnatus & abraſus ex ordine fuerat eius Eccleſiæ Epiſcoporum.

XXXVIII.

Quod rurſum ad Acacium ſpectat, conſtat in omnibus ipſum Innocentio paruiſſe, ac proinde Catholicam Romanæ Eccleſiæ communionem meruiſſe: quem apud Atticum Conſtantinopolitanum Epiſcopũ laboraſſe liquet, vt ab eo redderetur Ioãnis nomen in Diptycha, vt ſuo loco dicturi ſumus. ſed infelix, oborta poſtea Neſtorij hæreſi, aduerſus Cyrillum & alios Orthodoxos fortiter dimicans, labẽ abolitã, quã ex perſecutione in Ioannem agitata fœde contraxerat, duplo auxit.

XXXIX. *De cauſa Attici Epiſcopi Cõſtantinopolitani.*

E At quid Atticus Conſtantinopolitanus, quidve Theophilus Epiſcopus Alexandrinus? parum ſibi viſi Ioannem viuentem ad obitum vſque hoſtiliter perſecuti, etiam poſt eius obitum, in nomẽ eius iurato bello, obſtinato animo conflixere; adeo vt acciderit infeliciter Theophilum ſegregatũ ab Eccleſiæ Romanæ communicatione nonniſi vltima hora reſipuiſſe, Atticum vero vix tandem poſt Theophili obitum conſenſiſſe ab Acacio ſtimulatum Ioannis nomen referre in catalogum eius Eccleſię Epiſcoporum, idq. poſt quadriennium, vt ſuo loco dicturi ſumus. Inter hæc autem cõtigit, vt Maximianus Epiſcopus, pacis ſtudioſus, apud Innocentium Papam litteris egerit, vt communicatorias litteras ad Atticum Conſtantinopolitanum Epiſcopum daret. At renuit id Innocentius facere, donec Atticus conditiones miſſas ad Alexandrum Epiſcopum Antiochenum impleret atque ad eumdem Maximianum Epiſcopum litteras reddidit [c]. Porro hunc exiſtimamus eſſe Maximianum Epiſcopum in Macedonia, ad quem vna cum alijs extat S. Ioannis Chryſoſtomi [d], cum exulaſſet, epiſtola. eſt eius quoque mentio in epiſtolis Innocentij ad Epiſcopos itidem Macedoniæ ſub Conſulatu Conſtantij, atque alia item data in cauſa Baſalij & Tauriani, cum — c Innocen. epiſt. 23. d Chryſoſt. epiſt. 163.

a Innoc. epiſ. 27. & ſup. epiſt. 6.

ipſe Maximianus Romæ fungeretur legatione. At Innôcentij ad eum hoc tempore in cauſa Attici A datæ litteræ ſic ſe habent [a]:

XL. *Epiſtola Innocentij ad Maximianum.*

Miramur prudentiam tuam, ſcripta ad Atticum Epiſcopum Conſtantinopolitanæ vrbis a nobis & proſecutione propria, & dato libello, qui ſubter annexus eſt, poſtulare: a quo nec miſſas vllas ſaltem epiſtolas ad nos, vel ad Veſtram Synodum vtique pertuliſti. Idq. non petenti tribuendũ exiſtimes, quod vides deprecantibus, diſcuſſa ratione, conceſſum. Communio enim ſuſpenſa reſtituitur demonſtranti cauſas, quibus id acciderat, iam eſſe deterſas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neq. apud vos, neq. apud nos (vt prædixi) Atticus miſſis aliquibus ſuorum, vel dicere voluit, vel demonſtrare completum, quemadmodum Antiochenæ Eccleſiæ frater & coepiſcopus noſter Alexander digna legatione & proſecutus eſt, & probauit. Quibus omnib. vtiq. intereſſe dignatus, cognouiſti quemadmodũ ſingulatim omnia ſcriptorum noſtrorum antehac de cauſa beatiſſimi Ioannis quondam Epiſcopi noſtri diſcuſſerim, vt quæ illi in omnibus ſatis euidenter oſtenderint, vniuerſa quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuiſſe completa. Quorum amplexati pacẽ, vtiq. fidem facimus, & magno tramite omnem eadem poſtulaturis oſtendimus; ſi mõ quæ diſcuſſa ſunt atq. completa, etiam ipſi ſe pro ſuo loco feciſſe, vel compleſſe, aliquando monſtrauerint; cõ B munionemq. vt iſti, legatione ſolemniter deſtinata, ſibi rogauerint adhiberi. Expectamus ergo & profeſſionem memorati de completis omnibus conditiõnibus, quas diuerſis temporibus prædiximus, & petitionem communionis; vt recte & petenti & probanti ſe eadem mereri, reddamus, frater cariſſime. Nam de omnibus pleniſſimas ad ſanctam noſtrorum fratrum Synodum dudum litteras percepiſti.] hactenus Innocentij litteræ de Attico: ex quibus intelligis, communione ſuſpenſis, ac proinde multo magis ex communicatis, haud ſolere Romanum Põtificem reddere communicationem, niſi propoſitis ante impletis conditionibus, & emendatis erroribus illis, quorum cauſa communicatione interdici meruerat.

Qualiter communio impertienda ſit.

XLI. Ceterum non deſtitit poſt hæc Atticus crebras mittere legationes pro communione Romani Pontificis promerenda; quam tamen nunquam aſſequi meruit, quouſq. nomen Ioannis in ſacrũ indicem non reſtituit: quod tamen viuente Theophilo ipſe præſtare deſtitit, poſtea autem (vt dicemus) confeſtim impleuit. De qua quidem neceſſario præſtanda conditione hæc habet Theodoretus [b]: Quinetiam iſto excellenti totius orbis terræ doctore mortuo, Epiſcopi Occidentis non prius cum Epiſcopis Aegypti & Orientis & Boſphori & Thraciæ communicare voluerunt, quam nomẽ C illius ſanctiſſimi viri in tabulas quibus nomina Epiſcoporum mortuorum continebantur, retuliſſent. Atq. Arſacium eius ſucceſſorem ne ſalutare quidem dignati ſunt. Atticum autem, qui ſuccedebat Arſacio, quiq. ſæpe legatos ad eos miſerat, ſæpeq. pacem poſtulauerat, poſtea tandem, cum Ioannis nomen in tabulis ſcripſiſſet, receperunt.] hæc ipſe. Atque de his modo hactenus.

b Theodoret. li. 5. c. 34.

XLII. *Melania recedit ab Vrbe.*

Hoc item anno, qui Vrbis obſidionem præceſſit, Melania Romana vidua, de qua ſæpe ſuperius mentio facta eſt, antiqui vaticinij ante annos quadringentos (vt ait Palladius) editi memor, diſtractis prædijs, vna cum Melania nepte, Pinianoq. eiuſdem Melaniæ viro, & Albina nuru, euaſura cũ illis imminentem Vrbis cladem, Roma recedens, Hieroſolymam ſe iterum contulit, vbi poſt dies quadraginta ex hac vita migrauit. hæc ex Palladio [c], qui & tradit, eiuſmodi prophetico oraculo ab ea Romæ euulgato, atq. ſæpius inculcato, complures Romanorum ciuium Chriſtianorum ad rerum temporalium contẽptum inductos eſſe: conſultius exiſtimantes, amore Chriſti, ſpe ſupernæ retributionis prodigere in pauperes ſuas diuitias, quam eas ad barbarorum prædam relinquere: quo nomine, cum rei euentus verum probaſſet oraculum, immenſas Deo gratias egere. Maior quoque vis inerat ad hæc ſuadenda Melaniæ orationi, quod dictitaret (vt exiſtimabat) vna cum Vrbe D Orbem pariter ruiturum.

c Pallad. in Lauſiac. c. 33.

XLIII. *Melaniæ progenies.*

Quod autem idem Palladius ait, vna cum Melania receſſiſſe Roma Melaniam Iuniorem ipſius neptem, & virum eius Pinianum, necnon nurum Melaniæ Albinam: cognationem Melaniæ ſic accipias. Filius eius vnicus illi relictus duxit vxorem Albinam, ex qua Palladius [d] ait genitam eſſe Melaniam Iuniorem, Senioris Melaniæ neptem, quæ in matrimonium collocata eſt Piniano, cuius ſocrus Albina fuit: quod vero ei inhæreret loco matris, S. Auguſtinus [e] ad ipſam ſcribens, Pinianum eius filium nominat, & frequenter his vti nominibus conſueuit. Hic ruſum attende, diuerſam prorſus hanc Albinam nurum Melaniæ ab illa fuiſſe Albina matre S. Marcellæ, de qua ſæpe S. Hieronymus; quam ante plures annos ex hac vita migraſſe, eiuſdem S. Hieronymi teſtificatione didicimus. Quæ autem acciderint, cum hi, quos hoc anno ab Vrbe diximus receſſiſſe, in Africam traiecerunt, ſequenti anno pro ratione temporis dicturi ſumus. Sed hic Palladium corrige, dũ ait Melaniæ filium valde iuuenem comitatum eſſe proficiſcentem Melaniam in Siciliam vſque: nam quomodo valde iuuenis, cum conſtet ante annos circiter quadraginta Melaniam Seniorem viduã eſſe relictam? vel quomodo in Siciliam vſq. eam tantum comitatus, qui cum illis nauigauit in Africam, vbi & defunctus eſt? id conſtat ex litteris Auguſtini, atq. Paulini, de quibus anno ſequenti dicturi ſumus: ex quibus longe verior de rebus geſtis Melaniæ ac Piniani & ſociorum hiſtoria accipitur, quam ex Palladio, qui nullam penitus de Africa habuit mentionem, quo hos omnes anno ſequenti eſſe profectos liquet, atque ibi diutius commoratos. E

d Pallad. in Lauſiac. c. 33.
e Auguſt. epiſt. 217.

IESV CHRISTI ANNVS 409.	INNOCENTII PAP. ANNVS 8.	HONORII 15. THEODOSII 2. IMPP.

I. f Zoſim. lib. 5.

QVandringenteſimus nonus Domini annus Conſulatu Honorij octauo & Theodoſij tertio inchoatur, quo ab Alarico Gothorum Rege Roma obſidetur [f]: qui enim Stilichoni addictiſſimus erat, cuius & occultis & interdum etiam manifeſtis ſtudijs fouebatur, ob necem eius & ipſi

A ipſi fauentium magiſtratuum nonnihil commotus in Imperatorem, exercitum in Vrbem mouit, quam diu ante ſtiuerat. Cum interea Eucherius filius Stilichonis detentus captiuus ab Arſacio atque Terentio eunuchis, mandato Honorij interficitur: itemq. Thermantia eiuſdem Stilichonis filia, vxor Honorij poſt Mariam, reſtituitur Serenæ matri Romæ agenti. Horum vero Eucherij interſectorum priori tradidit cubiculi præfecturam, poſteriori vero proximum locum idem Imperator tribuit. Quam iuſto Dei iudicio, vindice Imperatoris gladio, Eucherius occiſus ſit, præter ea quæ ſuperius dicta ſunt, accipe ex his quæ Oroſius ait [a]; Occiſus eſt & Eucherius, qui ad conciliandum ſibi fauorem Paganorum, reſtitutione templorum, & euerſione eccleſiarum imbuturum ſe regni primordia minabatur.] hæc Oroſius. Sed & illud acceſſit ad abſolutam internecionem Stilichonis propinquorum, quod Serena eius coniux, Theodoſij quondam ſoror, ex Senatuſconſulto, iubetur interfici, adnitente Placidia Honorij Auguſti germana, eo nimirum prætextu, quod in ſuſpicionem adducta eſſet, eius nutu barbaros ad Vrbis obſidionem ſe contuliſſe: ratis nimirum Senatoribus, poſtquam Serena foret e medio ſublata, illos pariter ſoluturos obſidionem, ablata ſpe de proditione Vrbis ab ipſa parata. Sic igitur, laqueo fracta ceruice, Serena perempta eſt; ſed Alaricus

Eucherius & Serena occiduntur.

a Oroſ. li. 7. c. 8.

B tamen minime ab Vrbis obſidione diſceſſit. Dediſſe autem meritas Serenam pœnas, quod eodẽ quo Stilicho inſano ardens amore creandi filij Imperatoris, eaſdem cum illo strueret Imperio fratris inſidias, omnes affirmant, licet Zoſimus Ethnicus ad iuſtam numinis vindictam Serenæ necẽ accommodet, id ſcilicet paſſam eſſe, quod aliquando e Rheæ ſimulacri collo mundum pretioſum abſtraxiſſet, ſuæq. ceruici colligaſſet; de quibus nos ſuperius ſuo loco.

Cum autem obſidio arctior perduraret, fame peſteq. populo Romano vexato, interclusis omnibus commeatibus, vi adacti ſunt Romani intus obſeſſi, vt auro pacem redimere quæritarent: factumq. tandem, vt perſolutis quinquies mille libris auri, & tricies mille libris argenti, quater mille tunicis ſericis, ter mille pellibus coccineis, piperis pondere, quod ter mille libras æquater, Alaricus his acceptis, abſceſſerit. Porro quod Aerarium eſſet exhauſtum, & priuatorum opes haud in promptu eſſent ad dictam ſummam præſcriptam auri & argenti perficiendam; decretum eſt ſpoliari deorum ſimulacra auro & gemmis, quibus recens fuerant exornata. Deplorat hæc ſcribẽs Zoſimus, vbi ait [b]: Quod deerat ad conficiendum præfinitum auri librarum numerum, mundo ſupplere ſtatuebant, quo erant exornata deorum ſimulacra: quod ſane nihil aliud ſignificabat, quam ſimu- II.

Romani auro obſidionem ſoluunt.

b Zoſim lib. 5.

Collata Dijs ornamenta ſublata.

C lacra ſacris ritibus atque cærimoniis dedicata, mundoq. decenti exornata propterea, quod Vrbis felicitatem perpetuam conſeruaſſent, his ipſis cærimoniis nonnihil abolitis, eſſe inania prorſus & inefficacia. Quod denique cuncta quæ tenderent ad Vrbis interitum, oporteret vndique concurrere: non ornamenta dumtaxat ſua ſimulacris ademerunt, verum etiam nonnulla auro & argento facta conflarunt: quorum erat in numero Fortitudinis quoque ſimulacrum, quam Romani virtutẽ vocant: quo ſane corrupto, quicquid fortitudinis atque virtutis apud Romanos ſuperabat, extinctum fuit: id quod ex eo tempore futurũ homines rebus diuinis & ritibus patrijs exerciti prædixerunt.] hæc Zoſimus in Chriſtianorum inuidiam exaggerans, quæ in idololatrarũ obſtinatiſſimã pertinaciam fuerant conuertenda.

Tu vero lector, quam iuſto & æqua lance librato diuino iudicio id acciderit, in mentem reuoca. Quid enim profuit Chriſtianorum Impp. ſanctionibus, & ſæpe promulgatis edictis, iteratiſq. crebro reſcriptis, claudi templa, aras diſijci, atque ſimulacra confringi iuſſa fuiſſe: cum tamen omnibus his contemptis, ac pro nihilo habitis, tãtum abfuit vt a ſimulacrorum cultu ſe abſtinuerint, quod perfractis idolis, alia pretioſiora ſuffecerint, atque omni genere ornamentorũ nobilitarint, III.

Dei conſilium de barbaris in Vrbem immiſſis.

D inſuper & ipſa deorum ſimulacra haberent auro & argento conflata? Quorum obduratæ ad impietatem mentis nõ eſt opus e longe petita exẽpla acceſſere. Nam ante ferme quam editum antiquatum fuit eiuſdem Imperatoris edictum, & inefficax prorſus redditum, quod anno ſuperiori (vt vidimus) ad Theodorum [c] Præfectum Prætorio datum eſt XVII. Kal. Decembris, quo iubebantur annonę e templis deorum auferri, ſimulacra conuelli, deſtrui aræ, Fiſcoq. ipſa adſcribi templa; quæ omnia, fauente Gentilibus Eucherio, deriſa atque deluſa, caſſaq. penitus reddita ſunt.

c L. 19. de Pagan. C. Theod.

At non eſt humanarum virium, diuinum conſilium irritum reddere, & imperiũ euitare; vel Deũ falli, & diuina decreta eludi poſſe, putare. Vt eum ad hoc Chriſtus Dominus noſter veniſſet in mũdum, vt diſſolueret opera diaboli [d], &, quod a ſacris vatibus, crebrius fuerat decantatum, idololatriam penitus aboleret: ibi crediderint Dei conſilium poſſe diſſolui: Quid, rogo, cum Romanis idolorum cultoribus faciendum fuit, vt inuiti licet diuinæ obtemperarent volũtati, qui iam Imperatorum edicta contempſerant? niſi eo neceſſitatis illos adigere, vt a barbaris coarctati, ipſi præſtarent, quod rogati uel iuſſi a Chriſtianis Principibus ac diuinæ legis Antiſtitibus facere cõtẽpſiſſent? Quã par fuit, vt qui Chriſtianis Imperatoribus parere renuiſſent, cogerentur a Regib. barbariſq. iuſſa capeſſere & implere? IV.

d 1. Ioan. 3.

In Gẽtilitatis excidium Vrbs obſideri & capi permiſſa.

E Vt plane quiſq. recto mẽtis obtutu iſta conſiderans, perſpiciat illud intelligat, ad hoc barbaros immiſſos in Vrbẽ vindices, vt aliis fixã radicibus idololatriã funditus extirparẽt: indeq. factũ (qđ dictũ eſt ſuperius) vt nõ ſiuerit Deus alios barbaros, q̃ Chriſtianos iſta perficere, obtrito penitus diuino miraculo Radagayſo deorũ cultore, qui, ſi in Vrbẽ aditus ſibi patuiſſet, abolito Chriſtiano noĩe, deorũ tãmõ cultũ in eã penitus reſtituere, iã in aĩum induxiſſet.

Sed & illud expende, quanta Dei prouidentia factũ ſit, ne in odiũ & inuidiã Catholicæ fidei verteretur clades Vrbis, cũ non per Catholicos pioſq. Fideles id patrari voluerit, ſed per barbaros & impios Chriſtianos, eoſdẽq. reiectitios & a cõicatione Fidelium diſcretos perfidos Arianos, qui a Deo ad hoc delecti ſunt, vt quæ ſuæ volũtatis eſſent, ceu lictores parẽtes Principi, exequerentur. Quib. ſane aptari iure poſſit, quod olim Dñs aduerſus idololatras exprobrãs per Hieremiã [e] ita fuerat cõminatus: Miſit Dñs ad vos omnes ſeruos ſuos Prophetas, conſurgens diluculo, mittenſq. & nõ audiſtis, nec inclinaſtis aures veſtras vt audiretis, cũ diceret: Reuertimini vnuſquiſq. a uia ſua mala; & nolite ire poſt deos alienos, vt ſeruiatis eis & adoretis eos. Propterea hæc dicit Dominus V.

Iuſta dei diſpẽſatio in plectẽdis Romanis.

e Hier. 25.

exercituum: Pro eo quod non audiuiſtis verba mea: Ecce ego mittam & aſſumam vniuerſas co- A gnationes Aquilonis (ait Dominus) & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum, & adducam eos ſuper terram iſtã, &c.] Quanta enim diuini nominis ignominia, in Vrbe illa, vbi Principes Apoſtolorum vna cum Euangelio ſanguinem effudiſſent, & deſtruendæ idololatriæ cauſa innumeræ myriades martyrum vitam pariter profudiſſent, vbi & tot tantaq; miracula edita eſſent, tot ſanctiſſimi Vrbis Epiſcopi docuiſſent, & innumera ſanctorum agmina tot ſæculis coaluiſſent: ibi adhuc ſub Chriſtianis Regibus abominationem illam idolorum cultus vigere, & ampliſſimis honoribus frequentari? Fruſtra igitur ſugillat Zoſimus, ſiue alij Ethnici, ob cladem Vrbis, Honorij Imp. ignauiam: eum Deus diu toleratam Romanorum idololatrarum impietatem vlturus, iuxta Iſaiæ [a] vaticinium, immittat ſopotem in Princeps. An non ille Honorius, qui eumdem Alaricum glorioſa victoria apud Pollentiam vicit; qui nec incolumis aufugiſſet, niſi (quod fuit in ore multorum) Stilicho viam ad fugam aperuiſſet? An non idem hic eſt Honorius ille, qui antea Gildonem tremendum in Africa tyrannum longe inferioribus copijs expugnauit? Et quis alius ab Honorio, qui haud pridem inundantem innumeris barbarum copijs Rhadagayſum in montibus Feſulanis abſque cæde ſuorum obtinuit? prætermittimus alia ab eo prœlia per duces ſuos, vti ſole- B bat, feliciter geſta. vt plane manu tangere liceat, ad Gentilium delẽdam penitus idololatriam omnia iſta Deum eſſe ſummo conſilio operatum.

Iniuſte carpitur Honorius ab Ethnicis.
a Iſai. 29.

VI. Sed illatam a Zoſimo illam etiam calumniam in Romanum Pontificem Innocentium refellamus, quam his voluit pinxiſſe coloribus, cum agit de tempore Vrbis obſidionis [b]. Dum (inquit) hæc ipſi ſecum expendunt, Pompeianus Præfectus Vrbis forte in quoſdam incidit, qui Romam e Tuſcia venerant; & oppidum quoddam aiebant, cui nomen Neuia, periculis vrgentibus, ſeſe liberaſſe; perq; preces ad numen factas, & cultum patrio more præſtitũ, exortis ingentibus tonitruis atque fulgetris, hoſtes ſibi iam imminentes abegiſſe. Cum his collocutus, quæcumque de diſciplina ſacrorum eſſent exquirenda, percunctatus eſt. Et quoniam ad animum accidebat ei quæ tunc inualuerat opinio: quo tutius id perageret, quod in votis habebat, omnia cum Vrbis Epiſcopo cõmunicat: is erat Innocentius, qui quidem opinioni ſuæ ſalutem Vrbis anteponens, clam permittebat eis vt facerent quæcumque ſcirent. Cum illi non aliter hæc Vrbi conductura dicerent, niſi publice conſueta ſacrificia fierent: Senatu in Capitolium aſcendente, atque tum ibi tum in foris Vrbanis ſacra peragente, nemo particeps eſſe inſtituti patrio more ritus auſus fuit: ſed hominib. C illis e Tuſcia valere iuſſis, ad demulcendum omni ſtudio barbarum ſeſe conuertebant.] hæc Zoſimus: qui cum factum eſſe affirmet, vt Senatus tum in Capitolio, tum etiam in foris Vrbis ſacrificia peragens, nihil ex ſententia, eorum quæ ſperabat, fuerit conſecutus: erubeſcens ipſe Zoſimus infirmitatem deorum fateri, excuſat illos ex eo quod nemo auſus fuerat participare de ſacrificijs, ac propterea re irrita reddita, aruſpices iuſſi eſſent in Tuſciam redire; ſugillans inter hæc Innocentium Romanum Pontificem nota impietatis, quod ſecreta ſacra permiſerit.

b Zoſim. lib. 5.
Innocẽtius Papa defenditur a calumnia Zoſimi.
Gentiles repetunt ſacra.

VII. Porro eamdem hiſtoriam deſcribens Sozomenus, æque ac Zoſimus Græcus ſcriptor, & ipſe ſui temporis res proſecutus, licet ſecta Nouatianus eſſet, & aduerſus Innocentium, quod primus omnium (vt tradit Socrates [c]) Nouatianos eieciſſet ab Vrbe, nonnihil commotus; tamen dum exacte eamdem obſidionem enarrat, & de Innocentio mentionem habet, ne quicquam huiuſmodi, quod Zoſimus obijcit, accidiſſe refert. Sed ipſum audiamus, rem aliter atque Zoſimum, fideliter enarrantem [d]: Cum autem (inquit) diuturna eſſet obſidio, & peſtis ſimul ac fames Vrbem affligerent; atque interim ſerui multi, ac maxime quotquot natione barbari erant, ad Alaricum trãſfugerent: neceſſarium videbatur ijs qui in Senatu adhuc Pagani erant, vt & in Capitolio & in reli- D quis templis ſacrificaretur. Nam Tuſci quidã ad hoc acciti ab Vrbis Præfecto, promiſerant ſe fulminibus ac tonitruis abacturos eſſe barbaros: gloriabantur enim ab ſe huiuſmodi quippiam eſſe factum in conſeruationem Larinæ ciuitatis Tuſciæ, quam Alaricus, dum Romam contenderet, prætergrediens non cepiſſet. Ceterum iſtorum nullum fuiſſe profuturum vſum, euentus ipſe declarauit.] hæc de his Sozomenus: quæ autem de Innocentio habet, paulo poſt dicturi ſumus. Verũ tantum abfuit vt Innocentius annuendo Gentilibus eiuſmodi ſcelus admiſerit, quod cum innocẽtiſſimus eſſet, ne periret cum noxijs, tamquam Loth a Sodomis ſubtractus fuerit: quando vero id acciderit, & qua occaſione, ſuo loco dicemus.

c Socr. lib. 7. c. 9.
d Soz. lib. 9. c. 7.

VIII. Sed quid in huiuſmodi genus hominum Romæ agentium, anni huius principijs, nempe menſe Februarij, Honorius Imperator ſtatuerit, hic reddamus: ad Cæcilianum enim Præfectum Prætorio ita reſcripſit [e]: Mathematicos, niſi parati ſint, codicibus erroris proprij ſub oculis Epiſcoporum incendio concrematis, Catholicæ religionis cultui fidem tradere, numquam ad errorem præteritum redituri: non ſolum vrbe Roma, ſed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus. Quod ſi hoc non fecerint, & contra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in ciuitatibus fuerint E deprehenſi, uel ſecreta erroris ſui & profeſſionis inſinuauerint; deportationis pœnam accipiant. Dat. VIII. Id. Febr. Rauen. Honorio octauum & Theodoſio tertium AA. Coſſ.] At tantum abfuit, vt qui Romæ erant malis artibus nauantes operã expellerentur, vt etiam ex Tuſcia vocarẽtur malefici, qui elementa turbare poſſe crederentur. Ex quibus intelligere valeas, obſtinatos plane fuiſſe Gentilium animos, qui cum tot legibus ſuperius recitatis ab eiuſmodi excãtationibus magicis reuocarentur, & quamplurimi nobilium ſub Valentiniano ſeniore eiuſmodi facinus capite luerint, nihilominus ijſdem magis magiſq. fuiſſe reperiuntur addicti; quibus ſane iuſtam in ſe Dei vindictam concitarunt, quam experiri vel inuiti coacti ſunt.

Honorius exagitat Mathematicos.
e l. 12. de Malefic. C. Theod. & Iuſtin. l. 10. de Epiſc. audient.

IX. Sed ipſe Alaricus de his etiam, cum Vrbem obſideret, fidem fecit, nimirum ſe numine impellẽte, nolentem licet & inuitum, ad interitum Vrbis ferri. Audi ergo Sozomenum iſta accurate ſcribẽtem [f]: Fertur itaque (inquit) probus aliquis monachus ex his qui in Italia erant, Romã eum feſtinatione profectus Alarico conſuluiſſe, vt Vrbi parceret, nec ſe tantorum malorum auctorem cõſtitueret.

f Soz. lib. 9. c. 6.
Alaricus impulſus a numine ad cladẽ Vrbis.

A ſtitueret. Cui & Alaricus reſpondiſſe dicitur, ſe non volentem hoc tentare, ſed eſſe quemdam, qui ſe obtundendo vrgeat, ac præcipiat vt Romam euertat.] hæc Sozomenus, eademque Socrates [a]. At nec id quidem recens, ſed multos ante annos id ipſum agitaſſe animo, & conatibus omnibus perficere ſtuduiſſe, quæ ſunt ex Claudiano ſuperius recitata demonſtrant. Sed quid poſt hæc acciderit, videamus.

a Socr. li. 7. c. 10.

X.

Licet autem obſidionem redemptam auro ſoluiſſet Alaricus; haud tamen pax cum Honorio ſtabilita eſt. impedimento namque fuere, primum (vt Zoſimus [b] ait) quod Imperator nec obſides dediſſet, nec poſtulatis omnibus ſatisfeciſſet. Sed & alias poſtea adiecit Alaricus conditiones, quas paulo poſt recenſebimus. Cum inter hæc a Senatu pro pace inter Alaricum & Honorium ſanciendam legati miſſi ſunt Cæcilianus, Attalus, & Maximianus. Sed re infecta, rurſum alij legati mittuntur, cum quibus (inquit Zoſimus) & Romanus Antiſtes proficiſcebatur.] Diuino quidem conſilio factum tradit Oroſius, vt ſic Innocentius ſubduceretur a venturo Vrbis excidio: ait enim [c]: Accidit quoq. quo magna illa Vrbis irruptio indignatione Dei acta, quam hoſtis fortitudine probaretur; vt beatus Innocentius Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, tamquam iuſtus Loth ſubtractus e B Sodomis, occulta prouidentia Dei apud Rauennam tunc poſitus, peccatoris populi non videret excidium.] hæc Oroſius. Meminit & huiuſce legationis Innocentij Papæ quoque Sozomenus [d].

b Zoſim. libr. 5.

Agitur de pace inter Alaricum & Honorium.

c Oroſ. lib. 7. ca. 39.

d Soz. lib. 9. c. 7.

XI.

De poſteriori Vrbis obſidione.

Inter hæc autem accitus eſt Alaricus litteris Honorij Imperatoris Ariminum pro fœdere ſanciendo, locum accommodatum. Propoſitæ ſunt ab Alarico pacis conditiones huiuſmodi a Zoſimo recitatæ: Vt in annos ſingulos auri certa ſumma daretur, & annonæ menſura quædam ſuppeditaretur: Vtq. ipſe cum ſuis omnibus vtramq. Venetiam & Noricos & Dalmatiam incoleret. Additumque litteris Iouij hæc tractantis, vt Alaricus vtriuſq. militiæ copijs Honorij Imperatoris dux præficeretur. Reſpondente autem Honorio per litteras ad Iouium, numquam acquieturum vt Romani exercitus Alaricus ſumeret præfecturam: cum imprudentia Iouij id reſciſſet Alaricus, ira percitus, barbaricoq. furore æſtuans, ad Vrbis obſidionem ſuos iterum feſtinare iuſſit. Verum (inquit Zoſimus [e]) Alaricus, quod ſuſceptæ aduerſus Romam expeditionis eum pœnituiſſet, Epiſcopos vrbium ablegabat, qui ſimul & legatione fungerentur, & auctores Honorio eſſent, ne culpa ſua fineret eam Vrbem, quæ iam a pluribus quam mille annis magnæ parti Orbis imperaſſet, barbaris vaſtandam dedi, nec tantas ædificiorum moles hoſtili flamma deleri, ſed potius moderatis admodum conditionibus pacem componeret.] C Ceterum quod magiſtratus iuraſſent, numquã ſe de ineunda cum Alarico pace acturos, ad quod ipſum iuſiurandum Imperatorem quoq. adegiſſent, dũ paulo ante Alaricus reſilijſſet: re infecta Epiſcopi rediere. cum Alaricus cœptum iter Romam verſus proſecutus, Vrbem ſecunda cinxit obſidione: iſta namq. pluribus Zoſimus [f] atq. Sozomenus [g]. Hæc eſt illa obſidio, de qua S. Hieronymus ad Principiam ſcribit his verbis [h]: Terribilis de Occidente rumor affertur, obſideri Romam, & auro ſalutem ciuium redimi, ſpoliatoſq. rurſus circumdari, vt poſt ſubſtantiam vitam quoq. perderent.] hæc ipſe. Quæ autem poſt hæc ſecuta ſunt, anno ſequenti dicemus.

e Zoſim. li. 5. in fine.

Alaricus legat Epiſcopos pro pace.

f Zoſim. libr. 5.
g Soz. li. 9. c. 7. 8.
h Hier. epiſt. 16.

XII.

Honorij minus recte factum.

Factum quidem eſſe videtur, vt Honorius ab aulicis prauo conſilio deceptus, nonnulla perperam egerit: nam qui ad magiſtratum illum primarium euexerat Olympium adeo pium virum, de quo plura ſuperius diximus ex Auguſtino, eumdem in ordinem ab eius aduerſarijs perſuaſus redegit; qui ſe contulit in Dalmatiam. Inſuper illud adiecit, vt latam legem, ne qui Gentiles eſſent, militiæ cingulo honeſtarentur: quo Generidum quemdam ducem barbarum, qui ea cauſa militare deſierat, ad militiam reuocaret, legem illam abrogauit; omnibuſq. ſimul Ethnicis ad militiam, D antiquata iam lege, viam aperuit, inuitus licet, vt Zoſimus [i] ipſe teſtatur. Sed & id quidem Dei voluntate peractum eſt; ne duci Chriſtiano inuidiæ verteretur, ſi ſub ipſo Vrbem capi contigiſſet, ne ve proditionis & conniuentiæ cum barbaris itidem Chriſtianis initæ dux Chriſtianus argui a Gẽtilibus poſſet. Ceterum in reliquis Honorius Imperator inter tot tantaſq. perturbationes conſtitutus, Catholicæ Eccleſiæ neceſſitatibus conſulere minime prætermiſit. Nam aduerſus Donatiſtas, Paganos, Iudæos, & Cælicolas, conſentientes ijs quas ſuperiori anno promulgaſſe vidimus, edidit ſanctiones [k]: ſed & de expediendis quam citiſſime Eccleſiæ cauſis reſcripſit ad Iouium [l]. Itemque pro carceratis maxime pium promulgauit edictum [m]: nempe, vt omnibus Dominicis diebus Iudices ſub fida cuſtodia de carceribus reos educerent; vtq. eis a Chriſtianis laicis vel ſacerdotibus ſubſtantia præberetur, & ad balneum prædictis diebus ſub fida cuſtodia, religionis contẽplatione, ducerentur: qui vero Iudices hæc implere neglexiſſent, pœnam perſoluerent auri triginta librarum. hæc quidem Imperator hoc anno ſanciuit, Rauennæ cum eſſet, VIII. Kal. Februarij. Sed & in fine anni huius de captiuis ita ad Theodorum PP. reſcripſit [n]:

i Zoſim. lib. 5.

Piæ leges Honorij hoc anno latæ.

k l. 46. de hæret. Cod. Theod. & l. 19. de Iud. & Cælic. C. Theod.
l l. 7. de denunciat. C. Theod.
m l. 7. de cuſtod. reor. C. Theod.
n l. 11. de Epiſc. audien. C. Iuſti.

XIII.

Chriſtianos proximorum locorum volumus ſolicitudinem gerere, vt Romanos captiuos, qui E reuerſi fuerint, nemo teneat, nemo iniurijs aut dãnis afficiat. Dat. III. Id. Decembris, Hon. VIII. & Theodoſio III. AA. Conſſ.] adeo namq. viluiſſe videbatur nomen Romanum, & nomen barbari cum inualuiſſe, vt pro illorum libertate vindicanda oportuerit conſtituere vindices Chriſtianos. At de ſancitis hoc anno ab Honorio legibus hactenus. Sane quidem admiratione dignum eſt, vt Honorius in tot tantiſq. perturbationibus conſtitutus, ad hæc decernenda animum applicuerit: vnde plane appareat ex S. Hieronymi ſententia, non eius peccatis exigentibus, ſed Gentilium obſtinata perfidia deditam Vrbem barbaris.

o Hier. præf. in lib. 13. in Ezech.

XIIII.

Hieronymus vrbis pericula audit atque terretur.

Porro cum obſidionis Vrbis fama peruaſiſſet Orientem, audiuit iſta S. Hieronymus [o], dum haberet præ manibus Iſaiam commentarijs illuſtrandum. Etenim in decimitertij libri præfatione ad Euſtochium hæc habet: Hoc mihi in Iſaiæ pelago nauiganti accidere video: dum enim inoffenſo curſu vela tenduntur, & ſecuris nautarum manibus ſulcans æquoris campos carina delabitur; ſubito clangoris turbo conſurgens, tantis vndarum motibus & colliſorum inter ſe fluctuum fragore reſonante, pauida amicorum corda perterruit, vt dicere cogerentur [p]: Magiſter ſaluos nos fac, perimus,

p Matth. 8.

perimus. Quamobrem Euſtochium in toto orbe terrarum vnicum nobilitatis & virginitatis exẽ- A
a Rom. 8. plum, non ſileat pupilla oculi tui; clamaque in corde [a]: Abba Pater. & cum Pſalmiſta loquere [b]:
b Pſal. 43. Exurge, quouſque dormis Domine? &c.] Hæc plane ipſum ſignaſſe tempora, tempora ab ipſo nu-
merata conſentiunt, dum in eodem in Iſaiam commentario, agens de admirabili illa Iſaiæ oſten-
c Hier. in Iſai c. 3. ſa viſione, hæc ait [c]: De hac viſione, ante annos circiter triginta, cum eſſem Conſtantinopoli, & apud
virum eloquentiſſimum Gregorium Nazianzenum, tunc eiuſdem vrbis Epiſcopum, ſanctarũ Scri
pturarum ſtudijs erudirer, ſcio me breuem dictaſſe ſubitumq. tractatum, &c.]

XV. Sed illud de eodem Hieronymo obſeruatione dignum, quod cum ante Iſaiam (vt tradit [d]) in
d Hiero. præf. in Iſai. Danielem Prophetã eſſet interpretatus, in explicatione magnæ illius ſtatuæ, quam per viſum Na-
e Hieron. in Daniel. lib. 1. c. 2. buchodonoſor Rex viderat, cum illud de pedibus ferro, teſtaq. ex luto compoſitis myſterium ex-
ponens, oſtendit Romanum in eo eſſe ſignificatum Imperium, iſta addit [e]: Sicut enim in principio
S. Hieronym. calumniã paſſus ob germanam in Danielis locum interpretationem. nihil Romano Imperio fortius & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius: quando & in bel-
lis ciuilibus, & aduerſum diuerſas nationes, aliarum gẽtium barbararum indigemus auxilio.] hoc,
inquam, cum ita diuino Spiritu, quo & allata fuerat prophetia, eſſet illud Scripturæ arcanum, San-
Hieronymus interpretatus ante præſentem annum: ab æmulis carpere quæritantibus eius ſcripta B
preſſuram paſſus eſt, ex eo videlicet, quod Romanum Imperium præſentis temporis teſtæ ex luto
aſſimilaſſet. Quod ipſe accipiens, in iiſdem quos hoc anno elucubraſſe diximus commentarios in
f Hieron in Iſa. lib. 11 præf. Iſaiam, ſic excuſat [f]: Quod (inquit) in expoſitione ſtatuæ pedumq. eius, & digitorum diſcrepan-
tia, ferrum & teſtam ſuper Romano regno interpretatus ſum: quod primum forte, dein imbecillũ
Apposite S. Hieronymus de Rom. Imperij infelicitate Scriptura portendit: non mihi imputent, ſed Prophetæ. Neque enim ſic adulandum eſt Principib.
vt ſacrarum Scripturarum veritas negligatur. Nec generalis diſputatio vnius perſonæ iniuria eſt:
quæ cum benigno meorum ſtudio caueretur, Dei iudicio repente ſublata eſt, *calumnia ſcilicet*, vt &
amicorum in me ſtudia, & æmulorum inſidiæ monſtrarentur] cum ſcilicet perſpicuo eſſet declara-
tum exemplo, quam imbecille redditum eſſet Romanum Imperium, cum Vrbs a barbaris obſide
retur, quæ paulo ante libertatem redimere coacta eſſet. Qui autem hoc anno (vt diximus) Iſaiam
Hieronymus eſt interpretatus, ſequenti Ezechielem elucidandum ſuſcepit: cuius lucubrationis ex
g Hieron in Iſa. lib. 10. præf. ordio, captam a barbaris Romam aggreſſus eſt lamentari, vt ſuo loco dicemus: ante enim Ezechie
lis, expoſuiſſe Iſaiæ vaticinia, ipſe teſtatur, idq. (vt ait) exigente ab eo Pammachio [g].

XVI. Hoc ipſo anno Pinianus V. C. vna cum Melania Seniore, & Melania Iuniore coniuge, atque ſo C
Pinianus cum ſuis venit in Africam. cru Albina Iunioris matre Melaniæ, cum anno ſuperiori diſtractis bonis, quæ Romæ & in Italia ha
bebat, adnauigaſſet Carthaginem, ibi ex congeſtis pecuniis locupletans eius Eccleſiæ pauperes: in
de ad S. Alypium Tagaſtam profectus eſt. Ad quos omnes S. Auguſtinus, cum primum eorum ad
uentum audiſſet, literas dedit, quibus ſe excuſat, quòd propter ingruentem duram hiemem, & ſta
tum Hipponenſis Eccleſiæ titubantem, ad eos inuiſendos minime accurrere valuiſſet. extat ipſa
h Aug. epiſt. 227. epiſtola, cuius eſt titulus [h] ad Albinum, Pinianum, & Melaniam: ſed pro Albino, Albinam, reſti-
tuendum puto; quòd eius nominis femina eiuſdem Piniani ſocrus vna cũ ipſis profecta eſt in Afri
cam, ut tum ex Palladio, tum ex eiuſdem Auguſtini teſtificatione ſatis apparet. Tagaſtę autem cũ
eſſet Pinianus, effuſa munificentia adeo Eccleſiam illam locupletauit, vt nonnullorum in eius Epi-
i Epiſt. 224. ſcopum Alypium inuidiam mouerit, prout S. Auguſtinus in epiſtola [i] ad eum ſcripta teſtatur, & ip
k Metaphr. die 31 Ianuar. ſa Acta S. Melaniæ his verbis fidem faciunt [k]: Ciuitas autem, in qua verſabantur, appellabatur Ta
gaſta; in qua erat ſacrum templum & ſacerdos dicendi peritus, & qui oratione multos poterat in-
ducere ad ſalutem, nomine Alypius: cum quo verſantes, ſacra meditabantur eloquia. Templũ ve-
ro, in quo agebat Alypius, admodum munifice & aureis ornamẽtis & lucidis gemmis & plurimis D
ditarunt agrorum prouentibus. Ab eis quoque ſunt ædificata duo monaſteria, quibus ſatis dedit
opum atque prouẽtuum, quorum alterum quidem habebat chorum virorum numero octoginta,
alterum autem habebat virgines quę erant numero centum & triginta.] hæc de collatis Eccleſiæ
Tagaſtenſi a Piniano muneribus.

XVII. Placuit autem Piniano vna cum Melania Hipponem proficiſci ad inuiſendum S. Auguſtinum
Pinianus quid paſſus Hippone. ibi agentem Epiſcopum. Comitatus eſt eos Alypius: qui & timentem Pinianum ne cogeretur ab
Auguſtino presbyter ordinari: nunquam id euenturum fore, ſecurum reddidit: nam de ea re fidẽ
Auguſtini id promittentis acceperat. Accidere namque conſueuit (quod & ſuperius, de Paulino cũ
egimus, dixiſſe meminimus) vt cum aliquis religione inſignis ceteris emineret Chriſtianis, is licet
coniugatus eſſet, ſoleret interdum in eccleſia a Fidelibus rapi, & tradi Epiſcopo ordinandus, coniu
ge quoque pari cum viro voto continentiam profitente: vt inter alia, quod de S. Paulino atque Tha
raſia præceſſit, enarratum exemplum oſtendit. Pinianus itaque id fortaſſe ſubodoratus, retarda-
bat acceſſum; ſed Alypij promiſſione ſecurus Hipponem ad eumdem S. Auguſtinum ſe contulit.
Vbi cum eſſet, atque id minus expectaretur, factum eſt, vt dum Synaxis in eccleſia haberetur, ante E
quam catechumeni ex more dimitterentur, fidelis populus, facto impetu, Pinianum ne effugeret
obſiderent, poſtulantes eum ordinari debere presbyterum. Quæ res Alypio fideiuſſori admodum
diſplicuit; ipſeq. Pinianus & Albina ſocrus id perindigno tulerunt animo, id totum ex ſententia
Auguſtini factum exiſtimãtes quamobrem nonnihil in eum iidem commoti ſunt, atque in primis
Alypius. Quomodo autem res ſe habuerit, S. Auguſtinus datis ad eos litteris, cum ſtatim receſſiſ-
ſent Hippone, Tagaſtamq. reuerſi eſſent, ſignificauit, cum ſe excuſauit, atque nihil ſe conſcio factũ
pluribus declarauit.

XVIII. Scribens enim ad Albinam Piniani ſocrum, quam tamen appellare conſueuit eius matrem, ad
l Auguſt. epiſ. 225. ſui defenſionem, prolixam ſatis dedit epiſtolam [l], eius querelis & ſuſpicionibus male conceptis in
omnibus ſatisfaciens, cum in hæc verba exorditur:

XIX. Dolorem animi tui, quem te ſcribis explicare non poſſe, conſolari æquum eſt, nõ augere: vt, ſi
fieri poteſt, ſanemus ſuſpiciones tuas, non vt eis pro noſtra cauſa ſuccenſendo, venerandum cor

tuum

A tuum & Deo dicatum amplius perturbemus. Saucto fratri noſtro, filio tuo Piniano nullus ab Hipponenſibus mortis metus ingeſtus eſt, etiam ſi forte ipſe tale aliquid timuit. Nam & nos metuebamus, ne ab aliquibus perditis, qui ſæpe multitudini occulta conſpiratione miſcentur, in violentam prorumperetur audaciam, occaſione ſeditionis inuenta, quam velut iuſta indignatione concitaret. Sed ſicut poſtea audire potuimus, nihil tale a quoquam dictum eſt, vel molitum: ſed vere in fratrem meum Alypium multa contumelioſa & indigna clamabant: a quo tam ingenti reatu vtinam per illius orationes mereantur abſolui. Ego autem poſt primos eorum clamores, cum eis dixiſſem de illo inuito non ordinando, qua iam promiſſione detinerer; atq. adieciſſem, quod ſi mea fide violata, illum haberent presbyterum, me Epiſcopum non haberent: ad noſtra ſubſellia, relicta turba, redieram. Tum illi aliquantulum inopinata mea reſponſione cunctati atque turbati, velut flamma vento paululum preſſa, deinde cœperunt multo ardentius excitari, exiſtimantes ficti poſſe, vt vel mihi extorqueretur illud non ſeruare promiſſum, vel me tenente promiſſi fidem, ab alio Epiſcopo ordinaretur. Dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in apſidem honoratiores & grauiores aſcenderant: Nec a promiſſi fide me poſſe dimoueri, nec ab alio Epiſcopo in Eccleſia mihi *S. Auguſtinus ſe purgat apud Albinam.*

B tradita, niſi me interrogato ac permittente, poſſe ordinari. Quod ſi permitterem, a fide nihilominus deuiarem. Addebam etiam, nihil eos velle, ſi ordinaretur inuitus, niſi vt ordinatus abſcederet. Illi hoc poſſe fieri non credebant.

XX. *Pinianus vrgetur vt fiat Presbyter.*

Multitudo vero pro gradibus conſtituta, horrendo & perſeuerantiſſimo clamorum fremitu, in eadem voluntate perſiſtens, incertos animi conſilijque faciebat. Tunc illa in fratrem meum (*Alypium ſcilicet*) indigna clamabantur: tunc a nobis grauiora timebantur. Sed quamuis tanto motu populi, & tanta perturbatione Eccleſiæ permouerer, nec aliud conſtipationi illi dixiſſem, niſi eum me inuitum ordinare non poſſe: nec ſic tamen adductus ſum, quia & hoc promiſeram non me fuiſſe facturum, vt aliquid ei de ſuſcipiendo presbyterio ſuaderem. Quod ſi perſuadere potuiſſem, non iam ordinaretur inuitus. Seruaui vtriuſq. promiſſionis fidem, non ſolum illius quam iam populo patefeceram, verum etiam illius in qua uno teſte, quantum ad homines attinet, detinebar. Seruaui, inquam, fidem promiſſionis, non iurationis in tanto periculo: quod licet falſo, ſicut poſtea comperimus, metuebatur; omnibus tamen, ſi quid eſſet, communiter impendebat, & erat metus ipſe communis; ac per eccleſiam in qua eramus, maxime metuens abſcedere cogitabam.

C Sed metuendum fuit, ne magis, me abſente, tale aliquid facerent & reuerentia minor & dolor ardentior. Deinde ſi cum fratre Alypio diſcederem per populum conſtipatum; cauendum fuit, ne quiſquam in eum manum mittere auderet. Si autē ſine illo; quæ frons eſſet exiſtimationis, ſi quid ei fortaſſis accideret, & viderer eum propterea deſeruiſſe, vt furenti populo traderetur?

XXI.

Inter hos æſtus meos, grauemq. mærorem & nullius conſilij reſpirationem: ecce repente atq. inopinate ſanctus filius noſter Pinianus mittit ad me ſeruum Dei, qui mihi diceret, eum ſe velle populo iurare, quod ſi eſſet ordinatus inuitus, ex Africa diſcederet: omnino credo exiſtimans eos, quandoquidem peierare non poſſet; non iam vlterius infructuoſa perſeuerantia clamaturos, ad expellendum hinc hominem, quem ſaltem habere deberemus vicinum. Mihi autem, quia videbatur vehementiorem eorum dolorem poſt hanc iurationem fuiſſe metuendum, apud me tacitus habui: & quia ſimul petierat vt ad eum venirem, non diſtuli. Cum mihi dixiſſet hoc ipſum; continuo & illud adiunxit eidem iurationi, quod mihi, dum ad eum pergo, per alium Dei ſeruum mandauerat, de præſentia ſcilicet ſua, ſi ei clericatus ſarcinam nolenti nullus imponeret, *nimirum non diſceſſurum Hippone, ſi ſic liber abſque nexu clericatus eſſe ſineretur.*

XXII. *S. Auguſtinus ſequeſter inter Pinianum & populum.*

D Hic ego in tantis anguſtijs, quaſi aura reſpirante, recreatus, nihil ei reſpondi; ſed ad fratrem Alypium gradu concitatiore perrexi; eique quod dixerit, dixi. At ille (vt exiſtimo) deuitans, ne quid ſe auctore fieret, vnde vos putabat offendi: Hinc me (inquit) nemo conſulat. Quo audito, ad populum tumultuantem perrexi: factoq. ſilentio, quid promiſſum eſſet, cum promiſſione etiam iurationis aperui. Illi vero, qui ſolum eius presbyterium cogitabant atque cupiebant, non ita, vt putabam, quod oblatum fuerat, acceperunt: ſed inter ſe aliquantulum muſſitantes, petiuerunt vt adderetur eidem promiſſioni atq. iurationi, vt ſi quando illi ad ſuſcipiendum clericatum conſentire placuiſſet, nonniſi in ipſa Hipponenſi Eccleſia conſentiret. Retuli ad eum: ſine dubitatione annuit. Renunciaui illis: lætati ſunt, & mox iurationem pollicitam popoſcerunt. Reuerti ad filiū noſtrum Pinianum, eumq. inueni fluctuantem, quibus iam verbis comprehendi poſſet illa cum iuratione promiſſio, propter neceſſitates irruentes, quæ poſſent eum, vt abſcederet, cogere. Simul etiam quid timeret, oſtendit; ne quis irruiſſet hoſtilis incurſus, qui eſſet diſceſſione vitandus. Volebat addi ſancta Melania & aëris morbidi cauſationem; ſed illius reſponſione reprehenſa eſt. Ego autem dixi, grauem ab illa & non contemnendam cauſam neceſſitatis ingeſtam, quæ ciues

E etiam emigrare compelleret: ſed ſi hæc populo dicerentur, timendum eſſe, ne male nos ominari videremur: ſi autem ſub neceſſitatis nomine fieret excuſatio, nonniſi fraudulentam neceſſitatem putari.

XXIII. *Promiſſio iurata a Piniano.*

Placuit tamen, vt de hac re populi animum experiremur: & nihil aliud, quam quod putaueramus, inuenimus. Nam cum eius verba a diacono recitarentur, & omnia placuiſſent: vbi nomen interpoſitæ neceſſitatis inſonnit, continuo reclamatum eſt, promiſſioq. diſplicuit, tumultu recrudeſcente, & nihil aliud quam fraude ſecum agi, populo exiſtimante. Quod cum ſanctus filius noſter Pinianus vidiſſet, iuſſit inde auferri nomen neceſſitatis; rurſumq. ad lætitiam populus remeauit. Et cum laſſitudinem excuſarem: ſine me ad plebem accedere noluit: ſimul acceſſimus. Dixit ei, quæ a diacono audita erant, ſe mandaſſe, ſe iuraſſe, eaq. ſe eſſe facturum; continuoq. omnia eo tenore quo dictauerat, proſecutus eſt. Reſponſum eſt: Deo gratias. Et petitum, vt totum ſcriptū ſubſcriberetur: Dimiſimus catechumenos; continuoque ſcriptum ſubſcripſit. Deinde peti cœpimus nos Epiſcopi non vocibus populi, ſed tamen a populo per honeſtos fideles, vt nos quoq. ſubſcriberemus.

ſcriberemus. At vbi cœpi ſubſcribere,ſancta Melania contradixit. Miratus ſum quare tam ſero; A
quaſi promiſſionem illam & iurationem nos non ſubſcribendo,facere poſſemus infectam. Sed ta-
men obtemperaui:ac ſic remanſit mea non plena ſubſcriptio:nec vltra nobis quiſquam, vt ſubſcri-
beremus,putauit inſtandum.] hæc S.Auguſtinus.

XXIV. *Pinianus ab Hippone recedens venit Tagaſtam.* a Auguſt.eadem epiſt.225.
Pinianus autem,quod quę per vim & metum pollicitus eſſet,ſe obligatum minime teneri pro
be ſciret,ſequenti die clam vna cum ſuis Tagaſtam reuerſus eſt.Quid autem tum populus Hippo
nenſis,cum reſciſſet?Auguſtinus refert [a] in eadem epiſtola ad Albinam alio ſcripto ſe ſignificaſ-
ſe:nam ait: Qui autem alio die, poſtquam ipſum diſceſſiſſe didicerunt, fuerint motus, vel lin-
guæ hominum: quantum ſatis arbitratus ſum,ſanctitati veſtræ per commonitorium intimare cu-
raui. Quiſquis itaque vobis contraria his quæ narraui,forte narrauit; aut mentitur,aut fallitur.]
hæc ipſe.

XXV. *S. Auguſtinus ſuos Hipponenſes excuſat.*
Quod autem Albina litteris conqueſta eſſet primum aduerſus Auguſtinum,quód ad iurandũ
Pinianum induxiſſet;quodq.etiam illa ſugillaret populum Hipponenſem amore illectum pecunię
virum prædiuitem ſibi vendicare ſategiſſe:cum ex ijs ex obliquo Auguſtini fama impeteretur;idẽ
Auguſtinus cum pro ſe tum pro populo eadem epiſtola excuſationẽ attexuit.& inter alia illud in- B
culcat,ſe olim ciuem Tagaſtenſem eádem vim ab Hipponenſi populo paſſum eſſe,non alia quidẽ
ex cauſa illis ad id agendum impulſis,quam pietatis:vt quem virum frugi putarent,eumdem preſ
byterum ſibi præficerent. Sed iam ipſum audiamus:Quomodo ergo(inquit) dicis hoc eos feciſſe
turpiſſimo appetitu pecuniæ? Primo quia ad plebem,quæ clamabat, omnino non pertinet. Sicut
enim plebs Tagaſtenſis,de his quæ conſuluiſtis Eccleſiæ Tagaſtenſi,non habet niſi gaudium boni
operis veſtri:ſic & Hipponenſis,& cuiuſlibet alterius loci,vbi de mammona iniquitatis Domini p̃
cepta feciſtis,vel eſtis vbicumq.facturi. Non ergo populus,vt de tãto viro Eccleſiæ conſuleret ſuę,
ardentiſſime flagitans,ſuum pecuniarium quæſiuit commodum a vobis,ſed veſtrum pecuniæ cõ-
temptum dilexit in vobis. Nam ſi in me dilexerunt,quod audierant,paucis agellulis paternis con
temptis,ad Dei liberam ſeruitutem me fuiſſe conuerſum:neq.in hoc inuiderunt Eccleſiæ Taga-
ſtenſi,quæ carnalis patria mea eſt:ſed cum illa clericatum mihi non impoſuiſſet,quãdo potuerũt,
habendum inuaſerunt:quanto flagrantius in noſtro Piniano amare potuerunt,tantam mundi hu-
ius cupiditatem,tantas opes,tantam ſpem,tanta conuerſione ſuperatam atque calcatam?

XXVI.
Ego quippe ſecundum multorum ſenſum comparantium ſemetipſos ſibimetipſis, non diui- C
tias dimiſiſſe,ſed ad diuitias videor veniſſe. Vix enim vigeſima particula res mea paterna exiſti-
mari poteſt in comparatione prædiorum Eccleſiæ,quæ nunc vt dominus exiſtimor poſſidere.] cũ
e contra qui in Eccleſia Africana ad presbyteratum adſciti eſſent,fuerint prædiuites:vnde ſubdit:
in qualibet autem maxime Africanarum Eccleſiarum hic noſter,non dico presbyter, ſed Epiſco-
pus ſit, comparatus priſtinis opibus ſuis, etiam ſi animo dominantis egerit, pauperrimus erit.
Multo ergo liquidius & ſecurius in hoc amatur Chriſtiana paupertas,in quo nulla rerum amplio
rum poteſt putari cupiditas. Hoc accendit animos populi,hoc in illam violentiam perſeuerantiſ-
ſimi clamoris erexit. Non eos turpis cupiditatis inſuper accuſemus: ſed magis bonum,quod ipſi
non habent,ſaltem in alijs diligere ſine crimine permittamus.] hæc & alia plura ad excuſationem
ingerit Auguſtinus.

XXVII. *Inter Alypiũ & Auguſtinũ contentio.* b Aug.epiſt.124.
Sed & quod Alypius,ſicut Albina,idem ſentiret de Hipponenſibus,eoſdem nimirum amore
pecunię vim inferre conatos eſſe Piniano;quodq. ambo eiuſdem ſententiæ eſſent,nullius eſſe vigo
ris præſtitum iuramentum vi atque metu extortum:idem S.Auguſtinus ſicut ad ipſam, ita etiam
ad Alypium [b] aduerſus hæc ipſa litteras dedit, quibus ſane apparet hæc inter eos non ſine mu- D
tua offenſione fuiſſe tranſacta: ſed cito charitas omnem abſterſit obductam ex eiuſmodi alterca-
tione rubiginem.

XXVIII. *Melanię ſenioris filij obitus in Africa.* c Apud Auguſt. epiſt.249. * ſeruare
Accidit autem,dum ijdem in Africa morarentur,filium Senioris Melaniæ vita fungi: quod vni
cum amiſſum pignus ita mater modeſte fleuit, vt magno exemplo fuerit Chriſtianæ conſtantiæ.
De qua ſumma cum laude rei ſpectator S.Auguſtinus ad Paulinum Nolanum Epiſcopum ſcrip-
ſit.non extat quidem epiſtola ipſa;ſed ex redditis ad eum eiuſdem Paulini litteris,hæc omnia,ab
alijs ſilentio obruta,perſpicua ſatis fiunt. Ait enim Paulinus [c]: Quia docuiſti me in ſpiritu veri-
tatis ſaluare * moderandi in occiduis mortalibus animi temperamentum; quo & illam beatam
matrem & auiam Melaniam fleuiſſe carnalem obitum vnici filij,taciturno quidem luctu,non ta-
men ſicco a maternis lacrymis dolore vidiſti.]appellat Melaniam matrem & auiam,matrem qui-
dem reſpectu defuncti filij,auiam reſpectu Melanię neptis.ſed pergit Paulinus:Cuius quidem mo
deſtas & graues lacrymas ſicut propior & æqualior animæ eius ſpiritus altius intellexiſti,& perfe
ctæ in Chriſto feminæ, ſalua virilis animæ fortitudine, cor maternum de cordis tui ſimilitudine
melius ex æquo ſtatu contemplatus es,vt eam primum pro naturali affectione permotam,deinde E
cauſa potiore compunctam fleuiſſe perſpiceres,non tam illud humanum,quod vnicum filium con
ditione mortali defunctum in præſenti ſæculo amiſiſſet,quam quod propemodum in ſæculari va-
nitate præuentum,quia necdum illum deſeruerat Senatoriæ dignitatis ambitio,nõ iuxta ſanctam
votorum ſuorum auaritiam cogitaret aſſumptum, vt de conuerſionis gloria tranſiſſet ad gloriam
reſurrectionis,communem cum matre requiem coronamque capturus,ſi in huius ſæculi vita ma-
tris exemplo ſaccum togæ,& monaſterium Senatui prætuliſſet. Verumtamen idem vir(vt & ante a
retuli)ex voto ſanctitatis tuæ his operibus locupletatus abſceſſit,vt maternæ humilitatis nobilita
tem ſi veſte non geſſerit, tamen mente prætulerit.

XXIX. d Matth 11. *Melaniæ Senioris filij laudes.* e Roma.12.
Ita enim, ſecundum verbum Domini [d], mitis moribus fuit & humilis corde, vt non imme-
rito credatur introijſſe in requiem Domini: Quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico,& manſueti
poſſidebunt terram,placentes Deo in regione viuorum. Nam certe & illud Apoſtoli [e] non ſolum
tacito mentis affectu,ſed & conſpicuis religioſis impleuit officijs:& cum eſſet altorũ huius ſæculi

inordine

A in ordine & honore collega,non tamen vt glorioſus terræ alta ſaperet;ſed & Chriſti perfectus imitator,humilibus conſentiret,& tota etiam die misereri [a] & commodare perſiſteret. Vnde & ſemen eius potens in terra factum eſt inter eos qui terræ [b] fortes nimium eleuati ſunt: vt etiam de beatiſſima familiæ ac domus eius viſitatione ſanctum hominis meritum reueletur. Generatio (inquit [c]) rectorum benedicetur:gloria non caduca,& diuitiæ non labentes in domo eius:domus quæ ædificatur in cœlis non labore manuum,ſed operum ſanctitate. Sed ceſſo plura de memoria tam dilecti mihi,quam deuoti Chriſto hominis enarrare;cum & præſtitis litteris non pauca ſuper eo narraſſe me repetam;& nihil poſſim de beata huius filij matre & ſanctorum patre radice ramorum Melanio melius aut ſanctius prædicare, quam ſanctitas tua in eam profari & diſputare dignata eſt:vt quia ego peccator immunda labia habens,nihil dignum loqui potueram, vt longinquus a meritis fidei eius,animæq. virtutibus; tu ille vir Chriſti doctor in Eccleſia veritatis, procurante in melius Dei gratia,parareris dignior tam virilis in Chriſto animæ prædicator,qui & mentem eius diuina virtute firmatam (vt dixi) ſpiritu propiore cõſpiceres,& mixtam eum virtute pietatem eloquio digniore laudares.] hactenus Paulinus de Melania orbata filio.

Melanius pater Melaniæ Senioris.

a Pſal.36.
b Pſal.46.
c Pſal.111.

XXX. *De filijs Senioris Melaniæ, eiuſque optimo fine.*

B Quod vero ad Senioris Melaniæ filios reliquos ſpectat:iam diximus duos ex eis vno ferme tẽpore cum patre eſſe ſepultos,vnicum autem maſculum tantum ei relictum fuiſſe, quem Hieroſolymam petitura Romæ reliquiſſe,S. Hieronymus [d] auctor eſt,huncque ipſum eſse quem in Africa vita functum diximus. Ceterum & filias illi fuiſſe ſuperſtites eum Hieroſolymis Romam redijt,S. Paulinus [e] teſtatur,dum de iiſdem magna pompa matri occurrentibus ſermonem habet. Porro Melaniæ huic filio, de quo agimus, vxorem fuiſſe Albinam nomine, Palladius [f] tradit: quod & nos ſuperius diximus.Sed in eo omnino Palladium iure correximus ex Paulino & Auguſtino,dum ait filium hunc Senioris Melaniæ valde iuuenem ſecutum matrem fuiſſe in Siciliam vſque,cum regreſſa illa eſt Hieroſolymam:nam ex his que dicta ſunt,ſatis liquet ipſum matrem ſecutum in Africam,ibique diem clauſiſſe extremum.Sed & illud (quod maioris momenti eſt) cuius cauſa hæc notiſſima ex Paulino de obitu filij Melaniæ recenſuiſse voluimus; quod cum ipſa hoc tempore S. Auguſtini atque Paulini præconio extollatur,argumento eſse,ipſam maculas illas, quæ ei ex patrocinio Origenis errorum inhæſerant,penitus diluiſſe,poſtquam iam illos Romæ ab Anaſtaſio Papa & Italiæ Epiſcoporum Cõcilio damnari comperijt. Ceterum cum (vt dictum eſt) **C** ipſa Melania Senior quam citius orbata filio nauigauerit Hieroſolymam; qui remanſerunt Pinianus & ſocij,eſse morari in Africa,in Actis Melaniæ Iunioris traduntur. Inde vero eoſdem profectos eſse Alexandriam, ac poſtea Hieroſolymam conceſſiſse, liquet. Melania autem Senior (inquit Palladius) cum Hieroſolymam perueniſset, intra quadraginta dies ex hac vita migrauit,& (vt par eſt credere) iam ante reconciliata S. Hieronymo: qui ibi & peregrinationis eius ſocijs & conſanguineis familiariſſime vſus eſse videtur,vt ex eius ad Auguſtinum epiſtola [g] intelligi poteſt.

d Hier.epiſt.15.
e Paulin.ad Seuer.epiſt.10.
f Pallad. in Lauſiac.

Melania Senior Catholica reddita.

g Hir epiſt. 79.

XXXI. *Romani fideles excidium Vrbis anteuertunt.*

Ex his omnibus,quæ de horum ab Vrbe diſceſſione,bonorumq. ipſorum quæ in Italia erant diſtractione,& in pauperes erogatione dicta ſunt;quæve de Paulino,Pammachio,Paula,Fabiola, & alijs,quos conſtat locupletiſſima erogaſſe in pauperes patrimonia,ſuperius ſunt enarrata:plane diuino impellẽte Spiritu id feciſſe,accidiſſeq. videri eſt,nõ ſecus ac Hieroſolymis primis illis Chriſti fidem ſectantibus contigit,qui anteuertentes iacturam illam bonorum ineuitabilem vẽturi excidij ciuitatis,vendentes omnia ſua bona,illorum pretium ad pedes Apoſtolorum magna alacritate ſpontanei afferebant. vt plane illud Dauidicum de iuſtis occinere digne licuerit: Dediſti [h] **D** metuentibus re ſignificationem,vt fugiant a facie arcus,vt liberentur dilecti ſui.] nam ad fugam præmaturam cum bonis diuinus Spiritus compulit:cum tamen quos cinxit obſidio, licet Dei protegente manu,expugnata Vrbe,barbaricus furor illæſos abire ſiuerit,omnium bonorum ſint paſſi iacturam.

h Pſal.59.

XXXII. *Auguſtinus cõtemptor pecuniæ.*

Sed iam ad Auguſtinum recurrat oratio,quem pecuniæ cupiditatis vna cum ſuis a ſanctis etiã in ſuſpicionem adductum,mærentem reliquimus. Præter illa enim,quæ ipſe tum ad Albinã,tũ etiã ad Alypium in ſui ſuorumq. excuſationem pluribus ſcripſit;quam procul abhorruerit,vt locupletare Eccleſiam ſuam vel leui ſcandalo exoptarit;accipe quæ idem ipſe alia occaſione eidem Alypio litteris [i] ſignificauit,dum pluribus agit de non accipiendis bonis illorum, qui ex ſæculo ad religionem vitamq. monaſticam conuertuntur;ne obtrectandi daretur occaſio,nihil præter lucrũ in receptione conuerſorum viros Eccleſiaſticos aucupari. qua quidem ex parte antecelluiſſe Auguſtinum Alypio apparet,quod dimidium bonorum iſte ſuaderet accipiendum. Sed videamus quæ de eodem S. Auguſtino ad hæc ſpectantia Poſſidius habeat [k]: Pauperum (inquit) ſemper memor erat,eiſq. inde erogabat,vnde & ſibi ſuiſq. omnibus ſecum habitantibus erogabatur, hoc eſt **E** vel ex redditibus poſſeſſionum Eccleſiæ,vel etiam ex oblationibus Fidelium. Et dum forte (vt aſſolet) de poſſeſſionibus ipſis inuidia clericis fieret,alloquebatur plebem Dei,malle ſe ex collationibus plebis Dei viuere,quam illarum poſſeſſionum curam vel gubernationem pati;& paratum ſe illis cedere;vt eo modo omnes Dei ſerui & miniſtri viuerent,quo in veteri Teſtamento leguntur, altari deſeruientes,de eodem [l] compartiri pari. Sed numquam id laici ſuſcipere voluerunt.

i Auguſt. epiſt. 239.
k Poſſid. in Vita Aug.c.23.24.
l 1.Corin.9.

XXXIII. *Auguſtinus qualis in œconomia.*

Domus Eccleſiæ curam omnemque ſubſtantiam ad vices valentioribus clericis delegabat & credebat:numquam clauem,numquam annulum in manu habens:ſed ab eiſdem domus præpoſitis cuncta & accepta & erogata notabantur:quæ anno completo eidem recitabantur,quo ſciretur quantum acceptum,quantumq. diſpenſatum fuiſſet,vel quicquid indiſpenſatum,vel diſpenſandũ remanſiſſet:& in multis titulis magis illius præpoſiti domus fidem ſequens,quam probatum manifeſtatumq. cognoſcens. Domum vero vel agrum ſeu villam numquam emere voluit. Verum ſi forte Eccleſiæ aliquando ſponte tale aliquid vel donaretur,vel titulo legati dimitteretur, non reſpuebat,ſed ſuſcipi iubebat. Nam & aliquas eũ hereditates recuſaſſe nouimus,non quia pauperibus

ribus

ribus inutiles eſſe poſſent; ſed quoniam iuſtum & æquum eſſe videbat, vt a mortuorū vel filijs vel A parentibus vel affinibus magis poſſiderentur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt. Quidam etiam ex honoratis Hipponenſium, apud Carthaginem viuens, Eccleſiæ Hipponenſi poſſeſſionem donare voluit; & confectas tabulas, ſibi vſufructu retento, vltro eidem ſanctæ memoriæ Auguſtino miſit: cuius ille oblationem libenter accepit, congratulans ei, quod æternæ ſuæ memor eſſet ſalutis. Verum poſt aliquot annos, nobis forte cum eodem cominus conſtitutis, ecce ille donator litteras per filium ſuum mittens, rogauit vt illæ donationum tabulæ ſuo filio redderentur, pauperibus vero erogandos direxit ſolidos centum. Quo ille ſanctus cognito, ingemuit hominem vel finxiſſe donationem, vel eū de bono opere pœnituiſſe; & quanta potuit, Deo ſuggerente cordi eius, condolenti animo ex eadem refragatione dixit, in illius ſcilicet increpationem & correctionem. Et tabulas quas ille ſponte miſerat, nec deſideratas, nec exactas, confeſtim reddidit: pecuniamq. illā reſpuit; atque reſcriptis eumdem, ſicut oportuit, & arguit, & corripuit, admonens vt de ſua ſimulatione vel iniquitate cum pœnitentiæ humilitate Deo ſatisfaceret, ne cum tam graui delicto de ſæculo exiret.] hæc Poſſidius.

XXXIV.
Recuſat Auguſtinus oblatas hereditates.
a Aug. ferm. 49. de diuerſ.

Ceterum tantum abfuit vt in hanc ipſam diem Auguſtinus ſuſpicione ſaltem in crimen adductus eſſet amoris pecuniæ nomine: vt contra potius aduerſus eum fuerit declamatum, quod defunctorum hereditates minime ſuſciperet; quòd dicerent inde euenire, vt Fideles retraherentur, quo minus Eccleſiam heredem iuſtituerent; idq. in detrimentum pauperum verti: cuius rei cauſa opus eidem fuit ſuam pro concione palam parare defenſionem, cum hæc inter alia locutus eſt [a]: Quicūque vult, exheredato filio, heredē facere Eccleſiā; quærat alterū qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: immo Deo propitio, neminē inueniat.] cū & ad ſui etiam excuſationem exemplum adducit, id ſe agere Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi imitatione, qđ & a ceteris Epiſcopis ageretur. Subdit enim: B

XXXV.
Aurelij Epiſcopi Carthag. dignum exemplum.

Quam laudabile factum ſancti & venerandi Epiſcopi Aurelij Carthaginenſis: quomodo impleuit eos omnes qui ſciunt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios nō haberet, neq. ſperaret, res ſuas omnes, retento ſibi vſufructu, donauit Eccleſiæ. nati ſunt ei filij: & reddidit Epiſcopus nec opinanti, quæ ille donauerat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere: ſed iure fori, non iure poli. Sane etiam hoc nouerit charitas veſtra, dixiſſe me fratribus meis qui mecum manent, vt quicūque habet aliquid, aut vendat & eroget, aut donet & commune illud faciat, &c.] hæc ipſe de his qui a ſe recepti eſſent in conſortium fratrum. quo quidem ſermone, & ſequenti [b] eodem C argumento conſcripto, quam remotiſſimus eſſet S. Auguſtinus a philargia, perſpicuis certiſq. demonſtrat exemplis: vt appareat, quam iniuſte ob Pinianum retentum inuidiam atq. calumniā paſſus fuerit. Ista quidem in his quæ ſpectant ad bonorum acquiſitionem. Qđ vero ad erogationem pertinet, ita munificus atq. profuſus fuit, vt cum deeſſent erogandæ pecuniȩ, Eccleſiæ vaſa frangi atq. conflari iuberet, pretiumq. eorum in vſum diſtraheret indigentium: quod Poſſidius [c] certa fide confirmat, qui & quomodo erga ſuos ſanguine coniunctos ſe geſſerit, ita narrat [d]: Nec ſuos conſanguineos, vel in propoſito vel extra cōſtitutos, in ſua vita & morte vulgi more tractauit. Quibus, dum adhuc ſupereſſet, id ſi opus fuit, quod & ceteris, erogauit; non vt diuitias haberent, ſed vt aut non aut minus egerent.] Ceterum audi auream de auro, tanto magiſtro dignam ſententiam [e]: Non eſt (inquit) Epiſcopi ſeruare aurum, & reuocare a ſe mendicantis manum.] huicq. par illa S. Ambroſij [f], qua dicit: Aurum Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget.]

b Aug. ſerm 50. de diuerſ.
c Poſſid. in Vita Aug. c. 24.
d Poſſid. ibidem c. vlt.
Erga conſanguineos qualiter ſe gerere debent Epiſcopi.

XXXVI.
e Aug. ſerm 49. c. 4. de diuerſ.
f Ambr. de offi. lib. 2. c. 28.
g Aug. ſerm. 50. de diuerſ.
De Leporio viro nobili ac diuite.

Ad poſtremum autem, vt ad totam hanc pro excuſatione & laudatione Auguſtini narrationē, corollarium apponamus, accipe eiuſdem de auri continentia dignum exemplum [g]. Leporius quidam fuit nobilitate ſæculari conſpicuus & prædiues, comparandus in plurib. Piniano. Hic ſua om D nia dimittere cupiens, & pauper cum Chriſti pauperibus Auguſtini fratribus Deo ſeruire; non ante eum recepit Auguſtinus, quam erogatis omnibus bonis, egenum prorſus redditum viderit. cui & ſuaſerat, vt de diuitijs erigeret monaſterium, necnon xenodochium, & baſilicam martyrum. Sed audi ipſum: Ego (inquit) illi iniūxi, ego iuſſi, *nempe vt monaſterium erigeret & xenodochiū.* obtemperauit mihi libentiſſime, & ſicut videtis, operatus eſt, quomodo etiam meo iuſſu baſilicam ad Octo martyres fabricauit.] ſunt hi illi martyres paſſi Tarſi, quorum corpora a mercatoribus redempta atq. Hipponem tranſlata fuerant, quorum memoria in tabulis Eccleſiæ Catholicæ viget. Sed quod ad hunc opulentum & nobilem Leporium ſpectat cooptatum inter clericos Auguſtini; hunc illum putamus, qui ob claritudinem nominis cum ſanctitate coniunctam poſt Aurelium aſſumptus eſt ad præfecturam Eccleſiæ Carthaginenſis: de quo ſuo loco dicturi ſumus. Sed ad corollarium appēdicem adiungamus, q̄ & tempori huic, quo interitus Romani timebatur Imperij, valde congruit.

XXXVII.
h Aug. ep. 138.
Quid ad ſuos abſens Auguſtinus de eleemoſynis.

Etenim abſens Auguſtinus, cum audiſſet ſuos Hipponenſes ob ingruētium malorum metum in erogatione eleemoſynarum reſtriguiſſe, ſcripta epiſtola eos ita redarguit [h]: Nūciatum eſt mihi, quod morem veſtrum de veſtiendis pauperibus fueritis obliti: ad quam miſericordiam, cum E præſens eſſem, vos exhortatus ſum, & nunc exhortor, ne vos vincat & pigros faciat contritio huius mundi, cui talia videtis accidere, qualia Dominus & Redemptor noſter, qui mentiri non poteſt, ventura prædixit. Non ſolum ergo non debetis minus facere opera miſericordiæ, ſed etiam debetis amplius quam ſoletis. Sicut enim ad loca munitiora feſtinantius migrant, qui ruinam domus vident contritis parietibus imminere: ſic corda Chriſtiana quanto magis ſentiunt mundi huius ruinam crebreſcētibus tribulationibus propinquare, tanto magis debent bona, quæ in terra recōdere diſponebant, in theſaurum cæleſtem impigra celeritate transferre: vt ſi aliquis humanus caſus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoſo emigrauit: ſi autem nihil tale fuerit ſubſecutum, non contriſtetur, qui quandoque moriturus, immortali Domino, ad quem venturus eſt, bona propria commendauit.] hæc Auguſtinus, his quidem temporibus, quibus Vrbis & Orbis excidium timeretur, accommodata ſcribebat ad ſuos.

XXXVIII.
i Caſſiod. in Chron.

Hoc eodem anno, iiſdem Conſulibus, tradit Caſſiodorus [i], Vuandalos Hiſpanias occupaſſe

quod

A quod & S.Proſper [a] eq.confirmat.Hos enim introductos eſſe in Hiſpanias a Conſtantino tyran
no per Conſtantem filium aduerſus Didymum & Verinianum fratres, cognatos Honorij Impe- a Proſper in Chron.
ratoris,qui Hiſpanias tutabantur,Oroſius tradit [b]. Quibus occiſis,in præmium datæ ſunt bar- *Barbari inuadũt Hiſpanias.*
baris Hiſpaniæ deprædandæ.Per quos barbaros patefacta fuiſſe clauſtra Pyrenæi reliquis barba b Oroſ.libr.7.c.40.
ris qui in Gallijs erant,idem Oroſius teſtatur,homo Hiſpanus, res patrias non ignorans. Præter
Vuandalos,Alanos quoq.necnon Sueuos in Hiſpanias ingreſſos eſſe,Iſidorus affirmat. Hi vero ſic
inter ſe Hiſpanias partiti ſunt:Alani Luſitaniam & Carthaginenſem prouincias:Vuandali autem,
cognominati Silingi,Bæticam ſortiuntur. Hiſpani vero per ciuitates & caſtella reſidua barbaris
dominantibus ſe ſubiungunt.In Hiſpania Gundericus primus Rex Vuandalorũ ſucceſſit, regnãs
in Galiciæ partibus annis ſexdecim.Quomodo vero idem ob violatas eccleſias miſerabili obitu
diem clauſit extremum,ſuo loco dicemus.

Quam autem graue diſpendium paſſæ ſint Hiſpaniarum Eccleſiæ ex huiuſmodi incurſionib.
accipe ex verbis illis S.Auguſtini [c] ad Honoratum conſulentem,num Epiſcopo harum perſecu- XXXIX.
tionum tempore fugiendum eſſet;vbi poſt alia:Non enim quiſquam eſt,qui dicat, miniſtros ma- c Aug.epiſt.180.
B nere oportere,vbi iam non fuerint quibus neceſſe ſit miniſtrare.Ita quidam ſancti Epiſcopi de Hi *Hiſpaniæ Eccleſię deuaſtatę.*
ſpania profugerunt,prius plebibus partim fuga lapſis,partim peremptis,partim obſidione conſum
ptis, partim captiuitate diſperſis.Sed multo plures,illic manentibus propter quos manerent, ſub
eorumdem periculorum denſitate manſerunt.Et ſi aliqui deſeruerunt plebes ſuas:hoc eſt quod di
cimus fieri non debere:neque enim tales docti auctoritate diuina, ſed humano vel errore decepti,
vel timore ſunt victi.]hæc Auguſtinus.

Sed vnde de calice iræ Dei Hiſpani infeliciſſime potari meruerunt?audi Saluianum Maſſilien
ſem,eiuſdem ætatis,hæcq. præ oculis habentem,Epiſcopum.Ipſe enim pluribus proſecutus Gallo XL.
rum ſcelera,quibus diuinam in ſe concitarunt indignationem,mox hæc de Hiſpanis [d]: Quid Hi-
ſpanias?nonne vel eadem,vel maiora forſitan vitia perdiderunt?quas quidem cæleſtis ira etiam ſi d Saluian.de prouid.Dei lib.7.
alijs quibuſlibet barbaris tradidiſſet, digna tamen flagitiorum tormenta tolerauerunt puritatis
inimici.Sed acceſſit hoc ad manifeſtandum illis impudentiæ damnationem,vt Vuandalis potiſſi- *Cur traditi Vuandalis Hiſpani.*
mum,id eſt pudicis barbaris,traderentur.Dupliciter in illa Hiſpanorum captiuitate Deus oſten
dere voluit,quantum & odiſſet carnis libidinem,& diligeret caſtitatem,cum & Vuandalos ob ſo
C lam maxime pudicitiam illis ſuperponeret,& Hiſpanos ob ſolam vel maxime impudicitiam ſub-
iugaret.Quid enim?Numquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores,quibus Hiſpa
niæ traderentur?multi abſque dubio,immo(ni fallor)omnes:ſed ideo infirmiſſimis hoſtibus cun-
cta tradidit;vt oſtenderet ſcilicet,non vires valere,ſed cauſam,neq.nos tunc ignauiſſimorum quo-
rumdam hoſtium fortitudine obrui,ſed ſola vitiorum noſtrorum impuritate ſuperari; vt vere in
nos venerit dictum illud;quo ait:Secundum immunditias ſuas, & ſecundum iniquitates ſuas feci
illis,& auerti faciem meam ab eis,&c.]inferius vero:Quid(inquit)prodeſſe nobis prærogatiua il
la religioſi nominis poteſt, qđ nos Catholicos eſſe dicimus,quod Fideles eſſe iactamus, quod Go
thos ac Vuandalos hæretici nominis comprobatione deſpicimus,cum ipſi hæretica prauitate viua
mus? Itaq. rectiſſime nobis dicitur illud, quod Iudæis in lege fidentibus dixit ſermo diuinus [e]:
Quomodo dicitis,Sapientes ſumus,& lex Domini nobiſcum eſt? Nolite(inquit) confidere in ver- e Hier.7.a.
bis mendacij,dicentes:Templum Domini,templum Domini,templum Domini. Quoniam ſi be-
nefeceritis vias veſtras & ſtudia veſtra,& aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniã, ne-
que ſanguinem innocentem effuderitis,in loco hoc habitabo vobiſcum,in loco iſto a ſæculo vſque
D in ſæculum.Quo vtiq.oſtenditur,quod ſi iſta non facimus,ſuperflua nobis Catholici nominis præ
ſumptione plaudamus.]hæc Saluianus,qui proſequitur iſta pluribus.

IESV CHRISTI ANNVS 410. | INNOCENTII PAP. ANNVS 9. | HONORII 16. THEODOSII 3. IMPP.

CHriſti annus quadringẽteſimus decimus,funeſtiſſimus Vrbi,vnius tantum Varanes [*] legi-
timo Conſulatu in Oriente creati,Faſtis adſcriptus habetur. Romæ enim obſidio repetita, I.
imminenſque eidem excidium,ab alterius Conſulis creatione Honorium Imperatorem dimoue * Varari Varani Varrogis
runt,licet tyrannus Tertullum ſpurium creauerit Conſulem. Iuſte quidem Deus hac quoq. ex
parte ſuperſtitionem exuſcitatam in Romanum populum vindicauit,qui in auſpicando nouis Cõ *Conſules anni huius aboliti.*
E ſulibus anno reuocaſſent ſuperſtitionem maiorum:nam de his Saluianus [f]: Quid enim? Num- f Saluian de recto iudicio lib.6.
quid non Conſulibus & pulli adhuc Gentilium ſacrilegiorum more paſcuntur, & volantis pennæ
auguria quæruntur;ac pene omnia fiunt,quæ etiam quondam Pagani veteres friuola atq.irriden
da duxerunt? *vt inter alios Tullius de Diuinatione.* Et cum hæc omnia ipſi agant, qui annis nomina
tribuunt,& a quibus & anni ipſi exordium ſumunt:credimus nobis bene annos poſſe procedere,
qui a rebus talibus ordiuntur? Atq.vtinam ſicut hæc propter Conſules tantum fiũt, ita illos tantũ
inceſſerent,propter quos fiunt.Illud eſt feraliſſimum & grauiſſimum,quod dum cõſenſu publico
aguntur,honor pauciſſimorum fit crimen omnium;ac ſi ex ſingulis bini inaugurentur, prope eſt
vt in omni mundo nullus euadat.]hæc Saluianus.Quibus plane profanis ritibus haud caruit præ-
ſens annus,cum Attalus arripiens ſibi nomen Auguſti,mox Conſulẽ creauit Tertullum Gentilem *Tertulli Conſulatus ſpurius.*
hominẽ,cuius meminit Zoſimus [g]. Porro Tertulli Cõſulis nomen eſt a Faſtis abiectũ,quod a tyrã g Zoſim.libr.6.
no eſſet Conſulatus ſpurie illi collatus.Qualis autem hic nouus Conſul,quantove tumore proceſ- h Oroſ.lib.7.c.42.
ſerit,Oroſium audi [h]: Vmbratilis(inquit)Conſul Tertullus auſus eſt in Curia dicere: Loquar

vobis,Patres conſcripti;Conſul & Pontifex,quorum alterum teneo,alterum ſpero. Sperans ab eo A
qui non habebat ſpem;& maledictus vtique, quia ſpem ſuam poſuerat in homine.] id enim ipſi male paſti pulli, vel alites ſunt auguratæ volantes. Vides ergo vel ex his huius temporis ſtatum.

II.

Conſpiratio Gentilium cũ Alarico.

Sed magno plane Dei conſilio permiſſum eſt,vt ſumma rerum proditorie ad Gentiles iterum deferretur,quibus & iam victor barbarus ipſe faueret,necnon in omnibus patrocinaretur Alaricus:vt ex hoc magis vanæ ſuperſtitionis imbecillitas, inaniſq. ac falſus prorſus deorum cultus argueretur. Nam cum aduenisse videretur tempus,quo idololatria in integrum reſtituenda foret,& ipſa Chriſtiana religio obruenda,conſpirantibus barbaris atq. Gentilibus, ipſorumq.dijs cœptis fauentibus,atq.reſponſis maxima pollicentibus:reſiſtente vnico Deo,vt fumus a vento,omne ipſorum conſilium diſſipatum eſt,vires irritæ,caſſaq. penitus vana deorum promiſſa reddita ſunt: qn & barbaros ipſos,quos ſibi Gentilitas conciliarat,ſui mox vltores ſceleris ſenſit.

III.

a Sozom. lib. 9. cap. 8.

Attalus creatus Imperator ab Alarico.

At rei geſtæ ſeriem ex huius temporis ſcriptoribus iam reddamus. Ait enim in primis Sozomenus [a]: Cum igitur Alaricus Rex Gothorum, legatione per Epiſcopos quoſdam,facta huius rei petitione(*de qua anno ſuperiori dictum*)fruſtratus eſſet:Romam reuerſus, ciuitatem oppugnat; & Portu ex altera parte occupato,cogit Romanos,vt Priſcum Attalum Vrbis tũc temporis Præfectum,ſecta Arianum,crearent Imperatorem.]Gentilium factio id perfecit idolorum cultorum:in quorum manu cum Præfectura Vrbana eſſet, haud tantum fuit virium ipſis Chriſtianis qui Romæ erant,vt intus tyrannum e medio tollerent, & obſidentem Vrbem Gothorum exercitum ſuperarent.Sed quid poſt hæc ſubdit Sozomenus,referamus: B

IIII.

b Zoſim. lib. 5.

c Aug. epiſ. 143.

Vanæ Attali pſumptiones.

d Zoſim. libr. 6.

Aniciorum familia laudata.

e Zoſim. libr. 6.

Romanis igitur ad aliud Imperium tranſlatis,conſtituitur vtriuſque exercitus Dux Alaricus, & ſororis eius maritus Ataulphus Præfectus equitum,quos Domeſticos appellant.] de alijs vero magiſtratibus ita diſpoſitum eſt:nam præter Conſulatum(vt diximus)Tertullo collatum,Valenti(inquit Zoſimus [b]) qui præfuerat Dalmaticis legionibus,tradita eſt etiam militum poſt Alaricum præfectura: Lampadius autem creatus Præfectus Prætorio,ſuperſtitioni,ſi quis alius, addictiſſimus,ad quem extat de Fato atque fortuna S. Auguſtini [c] epiſtola,qua eum a mathematicorum ineptijs ſtuduit dimouere. His vero delectis primoribus magiſtratibus, ſubdit Sozomenus: Attalus porro Senatu conuocato,orationem habuit prolixam & ſplendide elaboratã, qua Senatui promittebat,ſe patria omnia illi conſeruaturum,& Aegyptum inſuper & vniuerſum Orientis Imperium Italis ſubiecturum.]Addit his vero Zoſimus [d], & ipſe Gentilis: Ciues Romani magna lætitia fruebantur,qui & alios magiſtratus Reipublicæ recte gerendæ peritos nacti fuiſſent,& inſignem ex Tertulli Conſulis honore voluptatem caperent. Solam illorum familiam,qui Anicij dicũtur,mordebant ea quæ publice vniuerſis conducere videbantur: quod ſoli omnium, prope dixerim,diuitias poſſidentes, felicitatem publicam permoleſte ferrent.]ita quidẽ Zoſimus Ethnicus de Chriſtianis omnium nobiliſſimis,erga Deum atq. Imperium fideliſſimis,de quibus ſæpe ſuperius mentio facta eſt. Auerſatos quidem hos fuiſſe præſumptum ſcelus,maximæ ipſorum laudi cedit,quod crimini eiſdem Zoſimus deorum cultor conatur adſcribere. Quæ vero hæc fuerint conſecuta,ſic idem Zoſimus narrat [e]: C

V.

Falſis deorum reſponſis decipitur Attalus.

f Sozom. lib. 9. c. 8.

Cum autem Alaricus Attalo recte conſuluiſſet,vt mediocres copias in Africam & Carthaginẽ mitteret,earumque opera Heracliano abrogaret Imperium,ne per illum quoque partes Honorij ſectantem aliquod impedimentum rebus inſtitutis accideret:Attalus eiuſmodi admonitiones nihili facere,ſed eas ſpes amplecti,quas ei vates facerent. Itaque perſuaſus citra pugnam ſe Carthagine totaq. potiturum Africa,non Drumam mittit,qui cum barbarorum copijs,quas ducebat, facillime potuiſſet Heraclianum imperio deijcere;ſed Alarici conſilio poſthabito, Conſtantino in Africanos milites imperium tradit,nullis idoneis cum eo copijs ablegatis]qui ab exercitu Heracliani mox cum ſuis interfectus eſt:quod etiam idem auctor inferius ſubdit, ſtultitiæ Attalum incuſans,quod monitis Alarici minime paruiſſet. At quid peccauit Attalus(appello te ipſum)ſi reſponſis deorum ſtandum potius quam barbari conſilijs,exiſtimauit? quis, eorum quæ dantur hominibus,non ducat humanis omnibus,præferenda eſſe diuina? Sed plane,inuitus licet,cogeris Zoſime ſuccumbere veritatis imperio,atque fateri,nonniſi fallacias, atque ad decipiendum miſeros mortales deorum fuiſſe reſponſa. Porro eadem quæ Zoſimus, habet quoq. Sozomenus de Attalo deluſo reſponſionibus vatum; ſed quem Zoſimus Conſtantinum miſſum in Africam, Conſtantem ipſe nominat,de quo iſta ſubdit [f]: Cum itaq. Conſtans ex vatum ſententia Carthaginem adnauigaſſet: Attalus vſque adeo mente captus fuit,vt ne dubitare quidẽ dignaretur;ſed plane ſibi perſuaderet,ſe Afros iam ſecundum prædictiones vatum habere ſubditos. Itaque Rauennam verſus (*vbi erat Honorius*)expeditionem mouet. D

VI.

Attalus dedignatur habere Honorium cõſortem Imperij.

g Sozom. libr. 9. cap. 8.

Simulatque igitur Ariminum vna cum Romanorum ac barbarorum exercitu perueniſſe nunciaretur;ſcribit ad illum ceu ad Imperatorem Honorius, & legatis miſſis, ijs qui ſub ipſo maximis dignitatibus fungebantur,declarat ſe illum libenter in regni conſortium eſſe recepturum. Attalus vero ſe Imperij conſortem admiſſurum eſſe negat; ſed indicat Honorio,vt vel inſulam, vel locum eligat quem vellet,in quo priuatus degat omni Imperij cultu depoſito. In eo cardine cum res verſarentur,vt & naues iam haberet paratas,ſi forte neceſſitas eum abnauigare cogeret ad fratris filium: ex improuiſo ſub ſex ſignis circiter quatuor millia militum ex Oriente noctu Rauennam appulerunt, quibus ille mœnium excubias commiſit,quod indigenarum militum procliuitatem ad proditionem metueret.]hæc ipſe:eademque omnia Zoſimus æque refert; niſi quod in numero miſſorum ex Oriente militum a Sozomeno multum diſcrepat,dum ait ſex militum legiones ad Honorium miſſas,militeſque in eis numero quadraginta millia. Cuius rei cauſa Honorius Rauennę conſiſtere decreuit,quouſque rerum Africanarum ſtatus nunciaretur. de quibus idem Sozomenus [g]: E

Interea temporis Heraclianus,interfecto Conſtante,vigiles conſtituit in portibus & littorib.

Africæ,& mercatorum naues Romam proficiſci vetuit. Ex quo cum fames Romanos inuaderet, *Dira fames*
A illi hac de re legatos mittunt ad Attalum. Ille vero cum huic rei nullum videret remedium, Romá *vexat Vrbē.*
reuerſus eſt,quaſi cum Senatu de hac re conſulturus:fame interim in tantum inualeſcente, vt ca-
ſtaneis pro frumento vterentur,& nonnullos etiam carnes humanas guſtaſſe ſuſpicarentur.] hæc
de dira fame Sozomenus. Addit ad hæc Zoſimus [a], tunc temporis Romæ in Circenſibus exhibi- a Zoſim. libr. 5.
tis ex more ſpectaculis,populo fame tabeſcente,illud conclamatum fuiſſe ad nouum Imperatoré:
Pretium pone carni humanæ.]& quidem his conſentientia ſcribit S. Hieronymus ad Principiam
de Roma,vbi ait [b]: Fame perit,antequam gladio:& vix pauci,qui caperentur, inuenti ſunt. ad b Hier. epiſ. 16.
nefandos cibos erupit eſurientium rabies,& ſua inuicem membra laniarunt:dum mater non par-
cit lactenti infanti,& ſuo recipit vtero,quem paulo ante effuderat.]hæc Hieronymus.

Huius quidem famis tempore egregiam enituiſſe virtutem Lætæ clariſſimæ feminæ,quæ cum VII.
prædiues eſſet,de bonis ſuis alebat pauperes,ait Zoſimus,cuius hæc ſunt verba [c]: Compluribus c Zoſim lib. 5.
autem cibum ſuppeditabat Læta, Gratiani quondam Principis coniux, eiuſq. mater Piſſamena: *Læta laudata*
quippe quod Fiſcus eis apparatum regiæ menſæ præberet,a Theodoſio munus hoc conſecutis,nõ *a Zoſimo.*
pauci,quæ earum mulierum erat humanitas,ex earum domo famem ſolabantur.] hæc Zoſimus.
B Sed nonnihil reuocari poteſt in dubium,quod de nomine habet feminæ alentis pauperes. Etenim
ſi,quæ tanta eſurientibus præſtitit,vere fuit Gratiani olim vxor,cum nonniſi ſemel eum coniugio
obligatum conſtet;nomen quidem vxoris eiuſdemq. Auguſtæ,nõ fuit Læta,ſed (vt habet Ammia- d Ammian lib.
nus [d]) Flauia Cõſtantia dicta,filia poſthuma Conſtantij Imperatoris. Quod ſi Læta nomine Ro- 21. prope finem.
mana femina tanta præſtitit, vixit quidem his temporibus Romæ generis claritudine nulli ſecun-
da,& opum abundantia,ſed magis religione Chriſtiana conſpicua Læta filia Albini clariſſimi viri,
de qua ſuperius dictum eſt nurum fuiſſe S. Paulæ, vxorem eius filij Toxotij,ad quam extat S. Hie-
ronymi epiſtola [e] de inſtitutione filiæ,nempe Paulæ Iunioris ex repromiſſione martyris natæ, e Hier. epiſt. 7.
& Deo dicatæ;quam,fortaſſe præſcia ſancta mater venturi Vrbis excidij,ad amitam S. Euſtochiũ
virginem in Palæſtinam ante tranſmiſit. Cui,in tuto filia collocata,quid reliquum fuit, niſi vt pa-
ternas diuitias a maioribus longa ſerie ſucceſſionis auctas atque reconditas,ne fierent præda bar-
baris,per pauperes in cælum transferret? Poſt famem vero peſtem ſecutam eſſe,Zoſimus [f] tradit f Zoſim lib. 5.
his verbis: Et quoniam nullum aderat mali ſanãdi remedium,iamq. cuncta ventris inediæ ſuccur-
rentia defecerant;famem(ceu conſentaneum erat)peſtis comitabatur;omniaq. plena cadauerib. *Peſtis cum fa*
C erant. Cumque non poſſent extra Vrbem ſepeliri cadauera,quod omnem exitum hoſtes obſerua- *me vrbem va*
rent, Vrbs ipſa mortuorum ſepulchrum erat:adeo quidem, vt alioqui etiã ſolitudo in Vrbe foret, *ſtat.*
ſi quæ nulla fuiſſet alimentorum penuria,vel exhalans e cadaueribus odor ad inficienda corrum-
penda que corpora ſuffeciſſet.]hæc Zoſimus.

At quis,rogo,in has redegit anguſtias Vrbem,niſi Gentiliũ factio ſcelerata? vt plane deſipuiſ- VIII.
ſe arguantur qui cladem Vrbis adſcriberent Chriſtianis:cum ex deorum falſis reſponſis hæc om-
nia factitatã,ipſe(vt vidimus)deorum cultor Zoſimus compulſus fuerit cõfiteri. Subdit vero poſt
iſta Sozomenus: Alaricus quidem ſuadebat,vt quingentos [*] barbaros aduerſus Heraclianum mit- * quinque mille
terent:ſed Senatui & Attalo videbatur non oportere concredi barbaris Africam.]Alaricus igitur,
qui hactenus eõ exercitu laboraſſet,vt ciuitates Italiæ ſubditas Attalo redderet: ob contrariũ re- *Attalus priua*
rum euentum, Deo ſic diſponente,in Attalum commotus,eum ab Imperio abdicandum curat. rẽ *tur Imperio.*
geſtam ita Zoſimus narrat [g]: Itaq. Alaricus reapſe conſilium ſuum exequens, extra vrbem Arimi- g Zoſim. libr. 6. prope fin.
num,in qua tunc morabatur,productum Attalum diademate ſpoliat,& exuit purpura; atq. his ad
Honorium Principem miſſis,Attalum in omnium oculis ad priuatam vitæ conditionem redigit,
D apud ſe tamen vna cum Ampelio filio retentum,donec pace cum Honorio conſtituta,vitæ ſecuri-
tatem eis impetraſſet. Placidia quoq. ſoror Imperatoris apud Alaricum manebat, vicem illa qui-
dem obſidis modo quodam implens,ita tamen,vt omni honore cultuq. regali frueretur.] hæc ea-
dem de abrogatione Imperij Attali Sozomenus habet.

At quid poſt hæc Attalo exauctorato acciderit,Oroſius docet,vbi primum iſta in eum [h]. Quid IX.
de infeliciſſimo Attalo loquar,cui occidi inter tyrannos honor,& mori lucrum fuit? In hoc Alari- h Oroſ. lib. 7. c. 42.
cus Imperatore facto,infecto,refecto ac defecto,citius his omnibus actis pene quam dictis,mimũ
riſit,& ludum ſpectauit Imperij.]& paulo poſt: Attalus itaq. tamquam inane Imperij ſimulacrũ, *Finis Attali.*
cum Gothis vſq. in Hiſpanias portatus eſt: vnde deſcendens naui,incerta moliens,in mari captus,
& ad Conſtantinum Comitem ductus,deinde Imperatori Honorio exhibitus,truncata manu, vi-
tæ relictus eſt.]hæc Oroſius:ſed iſta poſt annos plures accidiſſe,ſuo loco dicemus. Subdendæ his
modo ſunt ſanctiones,hoc anno,de illis qui relicto tyranno rediiſſent ad caſtra,ab Honorio Augu-
ſto promulgatæ,atque in primis quam Februarij menſe ſancivit his verbis [i]: i l. 11. de indulg. cri. Cod. Theod.

De his qui tyrannicæ præſumptionis ſacramenta ſectati,ad noſtrum Imperiũ redierunt,hanc X.
volumus eſſe ſententiam: Vt quos inter incendia tyrannidis aſſumptæ fidelis pœnitudo reuocauit, *Quid Honori⁹*
E ordinem & fructum militiæ non amittant. Eos vero quibus lætum regreſſum neceſſitas deſpera- *de perduellib.*
tionis indixit,ſoluto cingulo,matricula conuenit aboleri: ita vt illud quoq. par reuerentiæ forma *ſtatuit.*
cuſtodiat,ne redire ei ad priſtinam militiam liceat,qui aliud militandi genus elegerit. Dat. prid.
Id. Febr. Rauen. Varane Conſule.]Menſe vero Auguſti ſic de iiſdem:

Liberata Republica tyrannidis iniuria,omnium criminum reos relaxari præcipimus. Dat.
VIII. Id Aug. Rauen. Varane V.C. Conſ.] Ex his & rerum geſtarum tempus perſpicue intueri da-
tur,quonam ſcilicet tempore Attalus in ordinem redactus fuerit.

Quod autem idem Honorius Imperator expertus eſſet populos Africanos de Republica opti-
me meritos in repellendo & inſectando eos qui ab Attalo miſſi fuerant;de iiſdem benemereri,di-
gnum exiſtimauit:quamobrem ad Macrobium in Africa Proconſulem pro eiſdem ita reſcripſit [k]: k l. 6. de indulg. debit. Cod. The.

Conſiderantes Africæ deuotionem, vſque in initium ſuſionis quintæ vniuerſa reliqua quæ XI.
tam ad Arcam ſublimium poteſtatum,quam ad largitiones pertinent,relaxari præcipimus. Priua-

Honorius relaxat Africanis tributa.

tæ qnoque rei debita ſimilitet relaxamus,chartis abolitis,quibus debita publica cõtinentur. Dat. A VII. Kal. Iul. Rauennæ, Varane Conſſ.]

a l.a.de lit.& iõner-cuſtod.Cod. Theod.

Inter hæc autem,cum tot tantiſq.turbis agitaretur Occidentale Imperium; Theodoſius Imperator,ne in Orientem furor barbaricus infunderetur,iuſſit portus & littora omni vigilantia cuſtodiri. Extat ea de re eius reſcriptum ad Anthemium Præfectum Prętorio, Curatorẽ Imprij, cuius arbitrio cuncta diſponebantur,his verbis editum [a]:

XII. *Theodoſius Orientis oras obſeruari iubet.*

* portitore

Omnes ſtationes nauium,portus,littora,omnes abſceſſus prouinciarum,abdita quinetiã loca,& inſulæ,tuæ magnificentiæ diſpoſitione,ſolerti cuſtodiantur indagine:vt nullus vel vi,vel clã, vel aperto,vel etiam occulto noſtri poſſit Imperij regiones irrepere,qui non aut interiectis prohibeatur obicibus:aut cum acceſſerit,illico teneatur,niſi ſacros apices a domino patruo meo Honorio ad me perferre,apertiſſima ratione monſtrauerit.cum eadem diligentia obſeruando, vt ſi ad alium quemquam a memorato Principe dixerit habere affatus,petitore * detento, ſacræ litteræ cũ omnibus chartis ſignatæ ad meam clementiam tranſmittantur. Hoc enim & tyrannici furoris, & barbaricæ feritatis occaſio perſnader,& inter me dominumq.& patruum meum Honorium viciſſim recurrente admonitione conuenit. Dat. VIII. Kal. Maij, Conſtantinopoli, Varane V.C. Conſ.] B hæc Theodoſius. Sed iam quæ reliqua ſunt,proſequamur.

XIII. *Gentiles & Ariani cõſternati ob caſũ Attali.*

b Soz.lib.9.c.9.

Conſternati plane ſunt animo deorum cultores Romæ,cum res Attali Imperatoris ſui collapſas penitus intuerentur,qui falſis oraculis adeo magna de eo cõceperant. Par quidem fuiſſet, qui ſe a dijs intelligerent eſſe deceptos,eiſdem omnino remittere nuncium,atq.ab impietate ad veræ religionis ſe cultum transferre. Sed licet ſic humiliati,non ſunt compuncti:factumq.vt qui admiſſi ſceleris nulla affecti ſunt pœnitudine;eumdem Alaricum,quem in patrocinium aduocarant,perpetrati quoq.facinoris ſæuum experirentur vltorem. ſed quomodo id acciderit, Sozomenus narrat his verbis [b]: Haſce res huiuſmodi euentum fuiſſe ſortitas,haud mediocriter doluerunt tum Pagani,tum illi Chriſtiani qui Arianam ſectabantur hæreſim. Illi enim,ducta coniectura ex Attali tum propoſito & priori educatione,prorſus exiſtimabant,illum palam paganiſmum amplexurũ, & ipſis templa patria reſtituturum & ferias & victimas. Hi vero ſe primatum in eccleſijs,ſicuti tẽpore Conſtantij ac Valentis,rurſus conſecuturos arbitrabantur,ſi quidem ille firmatum contineret Imperium:propterea quod a Sigeſario Gothorum Epiſcopo baptizatus,& ob id cum ipſis vniuerſis,tum maxime Alarico cariſſimus eſſet. Non multo poſt autem Alaricus cum veniſſet ad Al C pes(locus hic,eſt plus minus ſexaginta ſtadijs Rauenna diſtans)cum Imperatore de pace cõicat.

XIIII.

Sarus autem quidam,natione barbarus,ſed in rebus bellicis egregie exercitatus, qui circiter tercentos ſolos,omnes tamen ſtrenuos ac fideles,ſecum habebat:cum Alarico ob priorem ſimultatem ſuſpectus eſſet;conſiderabat,ſibi nequaquam vtilia fore inter Gothos ac Romanos percuſſa fœdera:ideoq.repente cum ſuis irruens,nõnulos ex barbaris interfecit. Hinc igitur & metu ſimul & ira percitus Alaricus,eadem via reuertitur]ad obſidionem videlicet Vrbis. eadem quoq.de Saro Zoſimus,cuius hiſtoria fine carens hic definit. Subdit vero Sozomenus: Reuerſus Alaricus, Romam obſidione cinctam per proditionem capit.]

XV. *Vrbs proditione capta.*

c Baptiſt.Egnat. Rom.Princ.li.1.

At quænam hæc,& a quibus iſta proditio? Egnatius ex Procopio rei geſtæ ſeriem acceptã ſe referre teſtatur,cum ait [c]: Aſtu autem barbarico capta Vrbs traditur in hunc ferme modum, quem Procopius ſolus ex omnibus,quos legi,tradat:vt mirer ab interprete vel rem totam diſſimulatam,vel cum in mutilum Græcum codicem incidiſſet,non animaduerſam. Ille igitur in hãc ſententiam: Obſederat Romam Alaricus iam biennium;nec Honorius,qui Rauennæ deſidebat, aut ferre ſuppetias poterat,aut audebat. Nam cum nihil minus quam de Vrbis ſalute ſolicitus eſſet, D Stilichone interfecto,ducem exercitui minime præfecerat,qui rem aduerſus Gothos miniſtraret. Vnde Gothis obſidendæ Vrbis cogitatio,Romano milite aut dilapſo,aut ſegniter rem agente. Verum eam fruſtra obſeſſam cum vi expugnare non poſſent,ad dolum hoſtis barbarus vertitur. *Profectionem in patriam ſimulat*,trecentos iuuenes corporis & animi vi præſtantes deligit,quos Romanis Principibus dono det,inſtructos prius,vt omni obſequio dominos ſuos promereri ſtudeãt, & ad certam diem circa meridiem,cum Romani Principes ſomno vel otio vacarent, ad Aſinariã portam aduolent,interfectiſq.improuiſo inſultu cuſtodibus,portam ſibi præſto futuro aperiãt. Interea Gothi cum reditum,alia atq.alia deeſſe ſibi ſimulantes,differrent:trecenti illi iuuenes occaſione egregie vſi,portam ſtato die ſuis aperiunt; & intromiſſus Gothus maiore ignominia quam damno vrbem omnem populatur.]hæc ex prætermiſſo fragmento Procopij Egnatius ſibi vẽdicat, qui indigno ferens animo rem tantam relictam a maioribus ſilentio obuolutam(vt profitetur)illuſtrandam ſuſcepit:vtinam non maioribus tenebris offudiſſet,cum falſa narrans,quæ ad elucidationem hiſtoriæ pertinent,incuria prætermiſit;remq. tantam vix quadraginta verſuum dictione, quamuis curioſe ſtudioſeq.ſe elaboraſſe demonſtret,abſoluit. E

XVI. *Procopij aſſertio vel Egnatij de vrbis proditione refellitur.*

d Zoſim.lib.5.

Sed excipiat ictus Procopij nomen,quod ipſe clypeum obijcit,liberans fidem ſuam;nec obijciamus de veritate codicis ſibi tantummodo noti,qui præterijt Procopij accuratum interpretem. Eſt quod miteris,lector,tam breui narratione, tanta eſſe coagmentata mendacia. Vbi primũ,rogo,auctori innotuit,biennio perduraſſe vrbis obſidionẽ,antequam caperetur? Nonne libera fuit toto tempore quo Attalus imperauit,quem Alaricus in Imperij faſtigium extulit? Nonne & prior eſt ſoluta obſidio,teſte Zoſimo & alijs omnibus huius ætatis ſcriptoribus, ſimlac fuit a Romanis pax auro redempta? Et quomodo illud ſubdit,poſt necem Stilichonis,vſq.ad Vrbis expugnationẽ per biennium illud ſine duce Romanum exercitum perſeueraſſe; cũ ex Zoſimo [d] conſtet electos plures,atq.ſæpe mutatos,nempe Turpilionem, Varanẽ, Vigilantiũ,inde Generidum, poſtea vero Conſtantium,vt prætermittamus dicere de his qui extra Italiam exercitib.duces præerant, vt de Heracliano in Africa,Saro qui Hunnos ducebat,& alijs aduerſus Conſtantinum tyrannum & barbaros in Gallijs & in Hiſpanijs militantibus. Et quid,quæſo,opus fuit trecentos donare Romanis

Gothos,

A Gothos,quorum ope porta illis pateret Vrbis:cum negatum numquam fuerit iiſdem qui vellent Gothi in Vrbe degere,ſemperque moris fuerit,frequentes illic eſſe Gothos inquilinos?ob id namque eſt illud Rutilij [a] de Vrbe a Gothis habitari ſolita:

Et captiua,priuſquam caperetur, erat.]

Rurſum vero vnde illud auctori,meridie,cum Romani ſomno torpeſcerent,ingreſſos per portam Aſinariam Gothos,cum S.Hieronymus [b] noctu captam eſſe ſignificet?Siue igitur Procopius qui poſt centum annos hæc ſcripſit,ſiue auctor qui eum citat,hæc penitus ipſe confinxit;nulla (quod non aſſerimus)hæc fide ſubſiſtunt,ſicut nec quæ dicturi ſumus.

a Rutil. Itiner. lib. 2.

b Hier.epiſt. 16.

XVII. *De Proba Faltonia commentũ refellitur.*

Scimus enim alios iactaſſe,Vrbem Alarico traditam proditione Probæ Faltoniæ vxoris Adelphij Senatoris,commiſeratæ Romanos longa obſidione vallatos fame & peſte perire. Sed nulla quidẽ alia huius nominis femina hoc tempore Romæ vixiſſe reperitur,niſi illa de qua ſæpe ſuperius, Proba Faltonia Probi Præfecti Prætorio coniux,mater Iulianæ,auiaq.S.Demetriadis, de quibus ſanctiſſimis feminis multa ſuperius,pluraq.proxime dicturi ſumus.Atquomodo id fieri contigiſſe potuit longioris obſidionis obtentu,cum(vt apparet) nouiſſima obſidio iſta perpaucis tantum B diebus perdurauerit?Et quod ipſi ex proditione compendium, cum bonorum iacturam ſit paſſa, vixq.temulentorum barbarorum manus euaſerit?Exploſis igitur figmentis his pro arbitrio abſq. antiquorum teſtificatione vulgatis,cuncta ſerius & accuratius expendamus,ac primum quæ ſpectant ad diem ab Alarico captæ Vrbis, vt ex temporum elucidatione reliqua apertam vindicentur in lucem.

XVIII. *Tẽpus ac dies captæ Vrbis.*

Ingreſſum quidem fuiſſe hoc anno in Vrbem Alaricum nono Kalendas Septembris,qui Paulus diaconus falſo dicitur,auctor Miſcellæ,ſcriptis prodidit;quem ſequi potius quàm recentiores quoſdam aſſerentes Vrbem a Gothis captam Kalendis Aprilis,iuſte decernimus:ſiquidem id recitata nuper Honorij Imperatoris reſcripta ſuadent, & in primis illud hoc anno datum octauo Idus Auguſti [c], quo ob extinctam tyrãnidem,liberatamque penitus Rempublicam, omnes criminum reos a meritis pœnis abſoluit,eos videlicet qui tyrannum Attalum ſecuti eſſent.nam cum ipſe Imperator dicat,liberatam Rempublicam a tyrannica iniuria;plane ſignificare voluit,ipſam liberatam ab Attalo,vere tyranno; cum alioqui Alaricus non tyrannus,qui ſibi aſſumpſerit nomẽ Imperatoris,ſed hoſtis potius dictus ob omnibus reperiatur. De Attalo quidem accipienda eſſe C verba reſcripti,nulla eſt penitus dubitatio.Siquidem cum plures Romanorum inuenti ſint eſſe ſecuti Attalum,& in eius caſtris militaſſe;nullus legitur tranſiſſe ad caſtra Gothorum,quorum cauſa eiuſmodi fuerit lex ſancienda. Porro cum conſentiant omnes,captam Vrbem poſt pulſum Attalum:non potuit Kalendis Aprilis id eueniſſe.

c Lit. de indul. crim. C.Theod.

XIX.

Rurſus vero & illo etiam adducimur argumento,quòd conſtet teſtificatione S. Hieronymi [d], perfugos ab Vrbe ex Occidente in Orientem ex hac barbarorum inuaſione perueniſſe Hieroſolymam hieme propinquante:quod ſi talem fugam capeſſiſſent menſe Aprilis, cuius Kalendis Vrbẽ captam volunt,certe quidem æſtiuo ſaltem tempore eorum aduentus Hieroſolymam cõtigiſſet. Sed bene congruit,vt qui expugnata Vrbe menſe Auguſti,fuga ſibi conſulentes,Hieroſolymã petierunt,peruenerint illuc appropinquante iam hieme.Sed hæc de tempore manifeſtiora reddẽtur ex his quæ hoc eodem anno inferius dicturi ſumus,cum agemus de Concilio Carthaginenſi,quod hoc anno ante Vrbis excidium celebratum eſt.Sic igitur quod ad tempus pertinet,cum antiquioribus affirmamus,hoc anno Domini quadringenteſimo decimo,ſub Conſulatu Varanes, Alaricũ Vrbem cepiſſe,a tempore poſtquam ipſa fuit condita, ſecundum Varronianam ſupputationem, D anno milleſimo centeſimo ſexageſimoſecundo.

d Hier. præf. in li. 7. in Ezechiel.

XX.

His igitur de tempore captæ ab Alarico Vrbis elucidatis,iam ad reliqua, quæ obſcura videri poterant,facilior erit ingreſſus;vt quod ait Sozomenus, Alaricum ob iniuriam acceptam a Saro, ad expugnandam Vrbem quantocyus eſſe reuerſum,& cinctam obſidione Romam proditione cepiſſe.ex quibus appareat hæc omnia confecta eſſe menſe Auguſti,poſt datum illud reſcriptũ Honorij octauo Idus eiuſdem menſis Auguſti.Quinetiam ſi inſumpti in itinere temporis ratio habeatur,dicendum ſit,eamdem Vrbem vt acceſſit,Alaricum ex improuiſo cepiſſe:ſed quorumnam proditione,niſi amicorum,nimirum eorum qui cum Attalo conſpirarant?Hinc videas S. Proſperũ in Chronico dicere,Attalum priuatum regno,illud ceſſiſſe Gothis.Hinc & illud intelligas, quod ob inopinatum ex improuiſo Alarici in Vrbem reditum & in eam ingreſſum contigiſſe dicitur de Honorio,quod cum accepiſſet repentino nuncio,Romam perditam;nihil eiuſmodi vel cogitantem, putaſſe hoc ipſum de gallo gallinaceo, Roma nominato, eſſe renunciatum. Sane quidem ſi quis ea in mentem renocet,quæ ex Claudiano ſuperius dicta ſunt de immenſa Alarici ante concepta fame potiundæ Vrbis,& nihil aliud animo die noctuque verſantis,præterquam Romam capere:in E eam plane ſentẽtiam veniet,cuncta quæ antehac ab eo acta ſunt de Attalo ignauo homine in Imperiũ prouehendo,eodemque priuando,& cum Honorio pacẽ ſanciendo,ea omnia ab ipſo proditione molita eſſe,vt voti diu concepti compos fieret;atque pacis inuolucro, Honorio ſecuro iam reddito & incauto,ita proditionem perfidus occultaret:cum captata quauis leui occaſione ad excuſationis prætextum,ad Vrbem inuadendam quàm feſtine redierit, ipſo Honorio nihil eiuſmodi vel leuiter ſuſpicante.

Quanta celeritate Alaricus vrbẽ inuaſit.

XXI. *Honorius inuidiam patitur ob vrbẽ a Barbaris captam.*

Ceterum quod ſui Imperij tempore poſt tot Vrbis regnantis ſæcula contigerit illam a barbaris turpiter capi,Honorius grauiſſimam inuidiam paſſus eſt,a Gentilib.præſertim , qui eo magis ipſum Honorium impium eſſe dicerent,quo in Chriſtiano cultu religioſior appareret. Verum rem accuratius ex euentis conſiderantes,nonniſi in Gentilium iacturam idololatriæq.diſpendium Vrbis ceſſiſſe cladẽ,omnes intelligent:ipſi vero Honorio,illis abolitis,pietatem,qua ſibi Deũ conciliauerat,magnopere profuiſſe,rerũ euenta perſpicue demonſtrarunt;cũ ipſe ſummus q cũcta moderatur oĩpotens Deus,& Alaricũ e medio ſuſtulit,& tyrãnos in ipsũ Imperiũ inſurgẽtes deleuit,

pacemq. q̃ ne ſperare quidem fas erat, ex inopinato reſtituit. Vt plane miraculo adſcribendũ ſit, A
ipſum Honotium Imperatorem in Hiſpania, Britãnia, Gallia, Italia, ac demum Africa a barbaris
atq. tyrannis impetitum & obtutum, emerſiſſe tandem, atq. ſuperiorem his omnibus extitiſſe. Ac
ne hæc vana aſſertione oſtentata putes; quæ dicturi ſumus, te reddent in omnibus facile certiorẽ.

XXII. Iam vero de his quæ contigerunt cum Alaricus in Vrbem ingreſſus eſt, aggrediamur hiſtoriã:
a Oroſ. lib. 7. c. 39. ac primum tradita ab Oroſio [a] hic reddamus, qui his verbis rem geſtam proſequitur: Adeſt Ala-
ricus, trepidam Romam obſidet, turbat, irrumpit; dato tamen præcepto prius, Vt ſi qui in ſancta
loca, præcipueq. ad ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli baſilicas confugiſſent, hos in primis in-
uiolatos ſecuroſq. eſſe ſinerent: Tum deinde in quantum poſſent, prædæ inhiantes, a ſanguine tem
perarent. Accidit quoq. quo magis illa Vrbis irruptio indignatione Dei acta, quàm hoſtis fortitu-
dine, probaretur: vt beatus Innocentius Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, tamquam iuſtus Loth ſub-
tractus fuerit a Sodomis, occulta prouidentia Dei, apud Rauennam tunc poſitus, peccatoris po-
puli non videret excidium. Diſcurrentibus per Vrbem barbaris, forte vnus Gothorum idemque
potens & Chriſtianus ſacram Deo virginem iam ætate prouectam in quadam Eccleſiaſtica domo
reperit. Cumq. ab ea aurum, argentumq. honeſte expoſceret: illa fideli conſtantia eſſe apud ſe plu- B
Vaſa ſacra apud virginẽ inuenta. rimum, & mox proferendum ſpopondit ac protulit (*erant hęc vaſa ſacra in cuſtodiam accepta, quę
haud abſque inſtinctu Spiritus ſancti barbaro reuelanda putauit*) Dumq. expoſitis opibus, attonitũ bar
barum magnitudine & põdere ac pulchritudine, ignota etiam vaſorum qualitate, intelligeret: vir
go Chriſti ad barbarum ait: Hęc Petri Apoſtoli ſacra miniſteria ſunt. Præſume, ſi audes: de facto
tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo.

XXIII. *Alaricus reueritus vaſa ſacra reportari iubet.* Barbarus ad reuerentiam religionis timore Dei & fide virginis motus, ad Alaricum hæc per
nuncium retulit. Qui continuo reportari ad Apoſtoli baſilicam vniuerſa, vt erant, vaſa imperauit:
virginem etiam, ſimulq. omnes qui ſe adiungerent Chriſtianos, eodem cum defenſione deduci. Ea
domus a ſanctis ſedibus longo (vt ferunt) & medio interiectu Vrbis aberat. Itaq. magno ſpectacu
lo omnium, diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palam aurea atq. argentea vaſa por
tantur: exertis vndiq. ad defenſionem gladijs pia pompa munitur: hymnis Deo Romanis barbariſ
que concinentibus, publice canitur: perſonat late in excidio Vrbis ſalutis tuba, omneſq. etiã in ab-
Solemnis proceſſio ad S. Petri baſilicam. ditis latentes inuitat ac pulſat: concurrunt vndiq. ad vaſa Petri vaſa Chriſti. Plurimi Pagani Chri-
ſtianis profeſſione, ſi non fide, admiſcentur: & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundãtur, C
euadunt, *Chriſtiani videlicet*. Quanto copioſius aggregantur Romani confugientes, tanto auidius
circumfunduntur barbari defenſores.

XXIV. O ſacra & ineffabilis iudicij diuini diſcretio! O ſanctum iſtud & ſalutare flumen, quod par-
ua exortum domo, dum beato alueo in ſanctorum ſedes tendit, oberrantes periclitanteſq. animas
in ſalutis ſinum pia rapacitate peruexit! O præclara illa Chriſtianæ militiæ tuba, quæ generaliter
cunctos dulciſſimo ad vitam modulamine inuitans, quos ad ſalutem inobedientes non ſuſcitauit,
inexcuſabiles reliquit ad mortem! Myſterium hoc, quod in transferendis vaſis, dicendis hymnis,
ducendis populis fuit, tamquam magnum cribrum fuiſſe arbitror, per quod ex congregatione po
puli Romani, tamquã ex magna maſſa frumenti, per omnia ex vniuerſo ambitu ciuitatis latebra-
rum foramina effluxere grana viua ſiue occaſione, ſiue veritate commota; omnia tamen de præ-
ſenti ſalute credentia, ex horreo Dominicæ præparationis recepta ſunt. Reliqua vero ſicut ſterco-
ra & velut paleæ, ipſa vel incredulitate, vel inobedientia præiudicata, ad exterminium atque incen
dium remanſerunt. Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat?
Tertia die barbari, quam ingreſſi Vrbem fuerant, ſponte diſcedunt, facto quidem aliquantarum æ- D
dium incendio, ſed ne tanto quidem, quanto ſeptingenteſimo conditionis eius anno caſus effece
rat. Nam ſi exhibitam Neronis Imperatoris ſui ſpectaculis inflammationem recenſeam; procul-
dubio nulla comparatione æquiparabitur, ſecundum id quod excitauerat laſciuia Principis, *hoc*
quod nunc intulit ira victoris. Neq. vero Gallorum meminiſſe in huiuſmodi collatione debeo: qui
continuo pene anni ſpatio incenſæ euerſæq. Vrbis attritos cineres poſſederunt. Et ne quiſquã for
te dubitaret ad correctionem ſuperbæ laſciuiæ & blaſphemæ ciuitatis hoſtibus fuiſſe permiſſum:
eodem tempore clariſſima Vrbis loca fulminibus diruta ſunt, quæ inflammari ab hoſtibus nequi
b Caſſiod. Var. lib. 11. epiſt. 20. uerãt.] hæc modo Oroſius: eadem quoque, deq. vaſis ad baſilicam ſancti Petri deferri iuſſis Caſſio
dorus [b] enarrat.

XXV. *Chriſti triumphus tempore cladis vrbis.* Quis, rogo, iſta alta mente conſiderans, non intelligat haud aliam ob cauſam a Deo ingredi
permiſſum in Vrbem Alaricum, quàm vt in ignominiam idololatrarum pararet nobilem religio
nis Chriſtianæ de Gentilitate victa atque proſtrata triumphum? Sic Deus voce ſua intercidens, ſe
c Pſal. 28. cundum illud Dauidicum [c], flammam ignis: & quod in ea lucis eſt atque ſplendoris, ab incen-
d Exod. 8. 9. dio illatæ cladis ſegregans, Chriſtianis illuxit: incendium autem in impios ſiuit impetu barbarici E
furoris longe lateq. graſſari: vt non ſecus ac olim, percutiente Deo [d] Aegyptios, planctus eorũ in
aures omnium increbreſceret, contra vero in terra Geſſen pij immunes eſſent, cantãtes in vijs Do-
mini, adeo vt vox exultationis & ſalutis in iuſtorum tabernaculis audiretur, in ipſis inq̃ Chriſtia-
norũ eccleſijs, in quas edicto Regis tutũ pateret effugium: vt numq̃ plane nobiliorem viderit Ro-
ma triumphũ, vbi vno momento ad libertatem atq. ſalutẽ tot aſyla libertatis ac ſecuritatis ſedes
fuerint reſerata, quot erant in Vrbe Chriſtianorum Eccleſiæ. Non defuit tanto triumpho pompa,
longo itineris ductu procedentib. ac præcinẽtib. Deo laudes innumeris Chriſtianis; ex victis vno
momento magno miraculo victurib. redditis; & qui eũ alijs nuper barbarorũ videbãtur eſſe capti
Iſai. 14. ui, ipſos barbaros p̃da onuſtos ducentib. in triumphũ: vt plane Propheticũ [e] illud impletum fuerit:
Et erunt capientes eos q̃ ſe ceperant, & ſubijcient exactores ſuos.] Qui enim ceperãt illos Gothi,
quiq. aurum barbarico exigebant imperio, iidem ipſi reuerentia ſubacti numinis, ſacris vaſis hu-
milem exhibent famulatum, aſſeruant, portant, atque ad baſilicam Apoſtolorum Principis fida
cuſtodia

A cuſtodia exertis gladijs comitantur armati. vt plane apparuerit, diuina potentia, impellente numi
ne, vincentes barbaros ceu captiuos conſecutos eſſe victores, quos ceperant Chriſtianos.

Quanta hæc admiratione atque ſtupore digna, in ipſo graſſationis impetu furentes barbaros, XXVI.
mites eſſe redditos & obſequentes? Sed (quod omnem excedit humanum captum) ijdem ipſi Go *Vis Chriſtia-*
thi Ariana imbuti perfidia, Orthodoxorum implacabiles hoſtes, & (quod præterita tempora do- *næ religionis.*
cuerunt) hæreticorum omnium crudeliſſimi; cum iam liberum nacti eſſent imperium in ſedem il-
lam, a qua ſcirent ſæpe ſe fuiſſe damnatos, atque hactenus condemnari, omnem exercendi ſæuitiā
tanto honore ex inſperato eius eccleſias cumularunt, vt non ipſas tantum illæſas eſſe voluerint, ſed
omnes ad eas confugientes eſſe ſecuros: quinetiam & vaſa ſacra inuenta, quantumlibet rabida fa-
me inhiarent auro, illæſa tamen illa reliquerint, & cuſtodita, religioſeque ſeruata voluerint, exhi-
bentes illis quod religioni deberetur obſequium, veritati ſeruitium, numini cultum, & principa-
tui famulatum, dum quæ clandeſtine fuerant e baſilica Vaticana ſublata, & cum timore tranſla-
ta, ſumma curarunt gloria vehi, publicoque apparatu reduci, atque ſecure deduci. Quam
ſuperarunt tam egregio facto Philiſtæos Gothi? Sublatam illi Arcam [a] Domini, diuque re- a 1. Reg. 6.
B tentam, nonniſi plagis affecti, malis compulſi, coacti flagellis, eius reſtituendæ tandem conſilium
inierunt, atque demum ignobili impoſitam plauſtro, beſtiarum indomitarum eam trahentium
arbitrio reliquerunt. Inuenta vero iſti, non vi ſublata vaſa, nec lignea, ſed aurea, dona munifi-
ca & mirifica religioſiſſimi Conſtantini, non auferre tantum, ſed nec tangere ea auſi; haud paſſi
ſunt, vbi erant, inhonorata relinqui; ſed omni curarunt celebritatis pompa transferri, facti ijdem
ipſi animati currus, atque ſimul ipſorum aurigæ. Addidiſſet & ſua Alaricus, puto, munera; ſed ſcie
bat a Catholicis reſpui Arianorum oblationes.

Viditne vmquam Roma tale triumphum? Spectauit illa ſæpius victores duces ſuos trahere XXVII.
victos hoſtes, & ſuperatos barbaros vinctos duci a militibus captiuos: numquam tamen intuita *Salus victis in*
eſt victos Romanos ad Ioue͂ Capitolinum vincentes barbaros redditos obſequentes eum pom- *Chriſto.*
pa perducere. Sed vidit hoc tempore in triumpho Chriſti tantum Roma miraculum, victores Go
thos, Arianos hæreticos, hoſtes Eccleſiæ, Imperij perdueles, truces barbaros, ſpontaneo obſequio,
longiſſimo itineris tractu ſequi victos, non in Capitolium, vbi idololatriæ ſedes erat, ſed in Vatica
nū, vbi veræ religionis ſuper firmā petrā, titulo Petri, ſolida iacta fuerāt fundamenta. Vidit (quod
C maioris gloriæ erat) Romanos illos idololatras, hoſtes licet implacabiles Chriſti, volentes ſed in-
uitos, refractarios ſed ſponte currentes, ſalutis cupidos concito gradu ferri ad eum qui Saluator
eſt omnium nominatus: vt iam certo experirentur exemplo, de Chriſto intelligendum eſſe decāta
tum olim oraculum Sibyllinum [b] de Rege venturo, ad quem confugerēt, qui ſalui eſſe cuperēt: b Cicero de Diuinat. lib. 2.
cum vnam hanc tantum ſcirent victis patere ad vitam viam, in reliquo autem non ignora-
rent quod

Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.]

Sicq. pertinaces atque rebelles facto profiteri coacti ſunt, quod verbis obſtinate negarent. Vides
igitur Imperium Chriſti vincentibus barbaris imperare, & Romanos deorum cultores inuitos li
cet ad ſpontaneum obſequium cogi. Addit ad pompam triumphi hæc Iſidorus [c]: Qui extra lo- c Iſid. lib. de Mūdo.
ca martyrum erant, & nomen Chriſti vel ſanctorum nominabant, & ipſis ſimili miſericordia ho-
ſtilis furor pepercit. ſic euaſerunt multa millia Romanorum, quibus Gothi propter Chriſtum mi
ſericorditer pepercerunt.] hæc ipſe. At de Chriſtianæ religionis triumpho in captiuitate ſatis.

Ceterum antequam qui vere Chriſtiani eſſent, a Gothis explorati penitus haberentur: conti- XXVIII.
D git ex ijs aliquos veluti Gentiles religionem ſimulantes, male haberi; vt accidit ſanctæ Marcellæ, *De capta Vrbe Hieronym⁹.*
inſigni illi atque clariſſimæ feminæ, de qua plura ſuperius: quæ vna cum Principia filia, incognitæ
quænam eſſent, a barbaris tentæ fuere, cognitæ vero dimiſſæ, vt S. Hieronymus narrat [d]: qui ita d Hieron. epiſt. 16.
exorſus de vrbe capta ab Iſaiæ [e] vaticinio: Moab nocte capta eſt, nocte cecidit murus eius.] & e Iſai 15.
vſurpans illud Pſalmiſtæ [f]: Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, &c.] atque illos poetæ f Pſalm. 78.
verſus [g]: g Virg. Aeneid. 2.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut poſſit lacrymis æquare dolorem?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima perq. vias ſparguntur inertia paſſim
Corpora, perq. domos, & plurima mortis imago.

Cum interim (inquit) in tanta confuſione rerum Marcellæ quoque domū (*quę erat in Auentino* [h]) h Hieron epiſt. 154.
cruentus victor aggreditur. Sit mihi fas audita loqui, immo a ſanctis viris viſa narrare, qui inter-
fuerunt præſentes: qui te dicunt in periculo quoque ei fuiſſe ſociatam. Intrepido vultu excepiſſe
E dicitur ingreſſos; cumq. poſceretur aurum, & defoſſas opes vili excuſaret tunica, non tamen fe-
cit fidem voluntariæ paupertatis. Cæſam fuſtibus flagelliſq. aiunt non ſenſiſſe tormenta; ſed hoc
lacrymis, hoc pedibus eorum proſtratam egiſſe, ne te (*Principiam filiam ſcilicet, ad quam ſcribit*) a
ſuo conſortio ſepararent: ne ſuſtineret adoleſcentia, quod ſenilis ætas timere nō poterat. Chriſtus
dura corda molliuit, & inter cruentos gladios inuenit locum pietas. Cumq. & illam & te ad beati
Apoſtoli Pauli baſilicam barbari deduxiſſent, ut vel ſalutem vobis oſtenderent, vel ſepulchrum: in
tantam lætitiam dicitur erupiſſe, vt gratias ageret Deo, quod te integram ſibi reſeruaſſet; quod *Marcella & Principia ducta ad Baſilicā S. Pauli.*
pauperem illam non feciſſet captiuitas, ſed inueniſſet; quod egeret quotidiano cibo; quod ſatu-
ra Chriſto, non ſentiret eſuriem; quod & voce & opere loqueretur [i]: Nuda exiui de vtero ma-
tris meæ, nuda & redeam.] Qui ergo inuēta ſacra vaſa barbari, vt illæſa ſeruarent, attulerunt ea in i Iob 1.
baſilicam S. Petri: ijdem Gothi inuētas ſanctiſſimas feminas atque cognitas, vina pretioſiora Chri
ſti vaſa, ad Apoſtoli Pauli baſilicam via Oſtienſi poſitam perduxerunt, quo (vt euentus docuit) cu
ſtodirentur intactæ.

Ceterum

XXIX. Ceterum paucos poſt dies eamdem S. Marcellam ex hac vita migraſſe, idem S. Hieronymus A
a Hier. epiſt. 16. docet, cum ſubdit [a]. Poſt aliquos dies, ſano integro, vegetoq. corpuſculo, obdormiuit in Domino, &
De Marcella te paupertatulæ ſuæ, immo per te pauperes reliquit heredes, claudens oculos in manibus tuis, red
& Pāmachii dens ſpiritum in tuis oſculis, dum inter lacrymas tuas illa rideret conſciētia vitæ bonæ, & præmijs
obitu. futurorum.] hæc S. Hieronymus; qui hoc tempore cum elucubraret commentarios ſuper Ezechie
b Hieron. præf. lem, vno eodemq. nuncio obſidionem Vrbis, eamdemq. captam audiuit, ſimulq. ſanctæ Marcellæ
in lib. 1. commē. atque cari Pammachij ad Deum tranſitum: nam ibi iſta ipſe præfatur [b]:
in Ezech.
XXX. Tranſire (inquit) cupiebam, *poſt interpretationem ſcilicet elaboratam in Iſaiam*, & extremam (vt
dicitur) manum operi imponere Prophetali. Et ecce ſubito mors mihi Pammachij atque Marcel
læ, Romanæ vrbis obſidio, multorumq. fratrum & ſororum dormitio nunciata eſt. Atque ita con
ſternatus obſtupui, vt nihil aliud diebus ac noctibus, niſi de ſalute omnium cogitarem, meque in
captiuitate ſanctorum putarem eſſe captiuum; nec poſſem prius ora reſerare, niſi aliquid certius
diſcerem, dum inter ſpem & deſperationem ſolicitus pēdeo, aliorumq. malis me crucio. Poſtquā
vero clariſſimum terrarum omnium lumen extinctum eſt, immo Romani Imperij truncatum ca-
c Pſalm 38. put, & (vt verius dicam) in vna Vrbe totus Orbis interijt; obmutui [c] & humiliatus ſum, & ſilui B
de bonis, &c.] hæc Hieronymus: quibus ſignificat, paulo poſt expugnatam Vrbem S. Marcellam
diem clauſiſſe extremum, cuius memoriam reddunt Eccleſiaſticæ tabulæ anniuerſaria die, ſed nō
qua ipſa obijt, verum qua decentiori ſepultura donata, tranſlata eſt, pridie Kalend. Februarij: cum
Pammachij, qui eodem tempore obijt, dies natalis agatur tertio Kalend. Septembris. Qui igitur
ſanguine coniuncti erant, & vitæ ſanctæ inſtituto collegæ (ambo enim monaſticam excoluerāt di
ſciplinā) ijdem obierunt hoc eodem anno. De his poſt tot iātaq. ſuperius dicta, illud ſatis ad vtriuſ
que laudem, quod S. Hieronymus in præfatione ad eoſdem in Danielem: Obſecro (inquit) vos,
Pammachij φιλομαθέστατε, & Marcella vnicum Romanæ ſanctitatis exemplar, iunctos fide & ſan-
guine, vt conatus meos veſtris orationibus adiuuetis, &c.] hæc quidem ad eos ſcripſit anno ſupe-
riori Hieronymus, antequam in Ezechielem commentaria elaboraret.
XXXI. Porro quæ diximus ipſos barbaros exhibuiſſe S. Marcellæ atque Principiæ filiæ pietatis & hu
manitatis officia, cum, ne quid pati ab alijs barbaris cogerentur, eas ſecuritatis cauſa perduxerunt
d Auguſt. de Ci in dictam baſilicam S. Pauli: accipe quid in hāc ſententiam S. Auguſtinus [d] affirmet in ipſos in-
uit. Dei lib. 1. c. gratos atque obſtinatos Gentiles, ſcribens ad Marcellinum: An non etiam illi Romani Chriſti no- C
1. & 7. mini infeſti ſunt, quibus propter Chriſtum barbari pepercerunt? Teſtantur hoc martyrum loca,
Gothi honore & baſilicæ Apoſtolorum, quæ in illa vaſtatione Vrbis ad ſe confugientes ſuos alienoſq. receperūt.
proſecuti Ec- Hucuſque cruentus ſæuiebat inimicus, ibi accipiebat limitem trucidatoris furor: illo deduceban-
cleſias. tur a miſerantibus hoſtibus, quibus etiam extra ipſa loca pepercerant; ne in eos incurrerent, qui
ſimilem miſericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipſi alibi truces atque hoſtili more ſæuiē
tes, poſtea quam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum quod alibi iure belli licuiſſet, tota
feriendi refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur. Sic euaſerunt multi (*Genti
les ſcilicet*) qui nunc Chriſtianis temporibus detrahunt: & mala, quæ illa ciuitas pertulit, Chriſto
imputant, &c.] eadem quoque aduerſus eoſdem inculcat inferius.
XXXII. Eſt & aliud exemplum perductæ ad S. Petri baſilicam Chriſtianæ mulieris, vt viro ſuo conſer-
e Sozom. lib. 9. uaretur intacta; quod Sozomenus [e] deſcribit his verbis: Ego (inquit) quod mihi tum Eccleſiaſti-
c. 10. ca dignum hiſtoria contigiſſe viſum eſt, litteris commendabo: declarat enim viri barbari factum
pium, & fortitudinem mulieris Romanæ in conſeruanda caſtitate, vtriuſque autem Chriſtiani,
Feminæ Chri- ſed non eiuſdem ſectæ: quandoquidem ille Arianam, hæc Nicænam doctrinam ſectabatur. Hanc D
ſtianę conſtan igitur perquam formoſam conſpicatus iuuenis quidam Alarici miles, pulchritudine captus, ad cō
tia. cubitum trahebat: reluctantem vero, ac vi aduerſantem ne quid obſcæni pateretur, ille ſtricto gla-
dio ſe interfecturum minabatur, & interim ſummam illi cutem in collo, quaſi qui ob amorem par
ceret, perſtringebat. Tum illa multo perfuſa ſanguine, collum gladio ſubiecit: optabilius ſibi rata
mori cum caſtitate, quam viuere expertam virum alium, quam illum cui legitimo matrimonio iū
cta erat. Barbarus igitur cum etiamnum maiore cum terrore illam adortus, nihil adhuc perfice-
ret; admiratus eam ob caſtitatem, duxit in eccleſiam Apoſtoli Petri; & traditam cuſtodibus, & ex
penſis in eius ſuſtentationem ſex aureis, iuſſit vt cuſtodirent marito ſuo.] hæc Sozomenus.
XXXIII. Inſuper & illud tunc quidem accidit, vt cum barbari Vrbem ingreſſi eſſent, quotquot fugam
arripere valuerunt, eam protinus capeſſerent. Eſt de his locuples teſtis S. Hieronymus, cum ab Vr
be profugos Hieroſolymam nauigantes, Bethlehem excepit hoſpitio. Audi ipſum, cum expoſitio
nis in Ezechielem iam tertium librum inchoaturus, dolens ac lugēs iſta præfatur, ſtupens ad no-
f Hieron. præf. uum caſum [f]: Vera ſententia eſt. Omnia orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. & alibi: Nihil eſt enim
in Ezech. lib. 3. opere & manu factum, quod non conficiat & conſumat vetuſtas. Quis crederet, vt totius Orbis E
Capta Vrbe fu extructa victorijs Roma corrueret, vt ipſa ſuis populis & mater fieret & ſepulchrū? vt tota Oriē
gam arripiunt tis, Aegypti, Africæ littora olim dominatricis Vrbis ſeruatum & ancillarum numero compleren-
plurimi Hiero tur? vt quotidie ſancta Bethlehem nobiles quondam vtriuſque ſexus, atque omnibus diuitijs af-
ſolymam. fluentes, ſuſciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre non poſſumus, condolemus, & la-
crymas lacrymis iungimus: occupatiq. ſancti operis ſarcina, dum ſine gemitu confluentes videre
nō patimur, explanationes in Ezechielem & pene omne ſtudium omiſimus, Scripturarumq. cupi
g Hieron. præf. mus verba in opera vertere, & nō dicere ſancta, ſed facere.] ac rurſum inferius [g]: Nec (inquit) iacta
in li. 7. in Ezech. mus, vt quidam forſitan ſuſpicantur, fratrum ſuſceptionem: ſed morarum cauſas ſimpliciter con
fitemur: præſertim cum Occidentalium fuga, & ſanctorum locorum conſtipatio, nuditate atque
vulneribus indigentium, rabiem præferat barbarorum: quos abſque lacrymis & gemitu videre nō
poſſumus. Illam quondam potentiam & ignorationem diuitiarum ad tantam inopiam perueniſ-
ſe, vt tecto & cibo & veſtimento indigeat: & tamen nequaquam duri quorumdam atque crudeles
animi

A animi emolliuntur, dum pannos eorum ac ſarcinulas diſcutiunt, aurum in captiuitate quærētes.] hæc ipſe de profugis. ſed ſubdit hæc de ſua ipſius ætate: Accedit (inquit) ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis ſenectute, & aliquid ſuſtinentibus beati Iſaac [a], ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebræorum volumina relegere; qui etiam ad Solis dieiq. fulgorem litterarum nobis paruitate cæcantur. Sed & Græcorum commentarios fratrum tantum voce cognoſcimus.] hæc ibi de ſe ipſe. Qui quidem tantæ Vrbis caſu Orbem pariter ruiturum exiſtimauit; vnde in ſequentis commentarij præfatione hæc ingerit [b]: Paſcitur his animus, & obliuiſcitur ſæculi calamitatum, quod in extremo fine iam poſitum congemiſcit ac parturit; donec qui timet [c], de medio fiat; & pedes ſtatuæ [d] quondam ferrei fragilitate digitorum fictilium conterantur. Cadit mundus, & ceruix noſtra non flectitur, &c.]

a Geneſ. 27.
b Hiero. præf. in lib. 8. comment. in Ezech.
c 2. Theſ. 2.
d Dan. 2.

XXXIV. At quod ad profugos ſpectat ab Vrbe recedentes: Romani diuerſa loca adiere. In Orientem enim alij (vt vidimus) abeuntes, Hieroſolymā petiere: alij vero ad proxima loca, nempe in inſulas Tyrrheni pelagi confugere. Nam Rutilius hæc de Igilij inſula [e]:

e Rutil. Itiner. lib. 1.

Igilium inſula perfugium Romanorum.

Eminus Igilij ſilnoſa cacumina miror,
B *Quam fraudare nefas laudis honore ſuæ.*
Hæc proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus
Siue loci ingenio, ſiue domini genio:
Gurgite cum modico victricibus obſtitit armis,
Tamquam longinquo diſſociata mari.
Hæc multos lacera ſuſcepit ab Vrbe fugatos:
Hic feſſis poſito certa timore ſalus.
Plurima terreno populauerat æquora bello
Contra naturam claſſe timendus eques.
Vnum, mira fides, vario diſcrimine portum.
Tam prope Romanis, tam procul eſſe Getis.

] hæc ipſe. Porro ſicut complures Romanorum in Igilium inſulam adiere, ita etiam alios ipſorum in alias eiuſdem ponti inſulas tunc nauigio tranſmigraſſe, quis dubitat?

XXXV. Sed & alij trans mare etiam in Africam confugerunt; inter quos fuere clariſſimæ feminæ, de C quibus ſuperius ſæpe mentio facta eſt, nempe Proba, & ipſius filia Iuliana, ambæ viduæ, atque neptis Demetrias, eiuſdem filia Iulianę; quibus haud feliciter ad fugam Africa patuit: ibi enim Heraclianum Comitem inuenerunt, qui ſub ſpecie tutandi Honorij Imperiū aduerſus barbaros ingruētes, tyrannide ſibi Africam vendicarat. Vt plane his acciderit quod eſt apud Prophetam [f]: Quomodo ſi fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei vrſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber.]

De Proba cum ſuis fugitibus in Africam.
f Amos 6.

XXXVI. Sed videamus primum, quæ de eadem Proba ſanctus Hieronymus aggreditur enarrare [g]: Quis (inquit) hoc credat? Proba illa omnium dignitatum & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illuſtrius: cuius ſanctitas & in vniuerſos effuſa bonitas etiam apud barbaros venerabilis fuit; quam trium liberorum, Probini, Olybrij, & Probi non fatigarunt ordinarij Conſulatus: & cum incenſis direptiſq. domibus in Vrbe captiuitas ſit, nunc habitas venundare dicitur poſſeſſiones, & facere ſibi amicos de iniquo mammona [h], qui ſe recipiant in æterna tabernacula: vt erubeſcāt omnes Eccleſiaſtici miniſterij gradus, & caſſa nomina monachorum, emere prædia, tanta nobilitate vendente. Vix barbarorum effugerat manus, & auulſas de complexu ſuo virgines fleuerat: eū D ſubito intolerabili (quod numquam timuerat) amantiſſimi filij orbitate percutitur; & quaſi futura virginis Chriſti auia, ſpe futurorum mortiferum vulnus excepit; probans in ſe verum eſſe, quod in lyrico carmine ſuper iuſti præconio dicitur [i]:

g Hieron. epi. 8.
h Luc. 16
i Horat. lib. 3. ode 3.

Si fractus illabatur Orbis,
Impauidum ferient ruinæ.]

& poſt multa de iuſtorum fiducia ex diuinis oraculis petita, hæc ſubdit:

XXXVII. Cur iſta replicauerim, ſequens ſermo monſtrabit. Quæ de medio mare fumantem viderat patriam, & fragili cymbæ ſalutem ſuam ſuorumq. cōmiſerat; crudeliora inuenit in Africæ littora. Excipitur enim ab eo, quem neſcias vtrum auarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinum & pretium (*erat hic Heraclianus ab Honorio illuc poſt necem Stilichonis miſſus, quem aduerſus Attalū inuadentem Africam ſtrenue ſe geſſiſſe vidimus*) & qui ſub occaſione partiū clemētiſſimi Principis, ſæuiſſimus omnium extitit tyrannorū: & vt aliquid loquar de fabulis poetarum, quaſi Orcus in tartaro non tricipitem, ſed multorum capitū habuit Cerberum, qui cuncta traheret ac laceraret. Hic matrū gremijs abducere pactas; negotiatoribus & auidiſſimis mortaliū Syris nobilium puel E larum nuptias vendere; non pupillorum, non viduarum, non virginum Chriſti inopiæ parcere; magiſq. manus rogantium ſpectare, quam vultus. Hanc feram Charybdim, Scyllamq. ſuccinctā multis canibus, fugiens barbarus, matrona ſuſtinuit, qui nec naufragijs parcerent, nec captiuitatibus flecterentur. Imitare, crudelis, ſaltem hoſtem Romani Imperij. Brennus noſtri temporis (*nempe Alaricus*) tantum quod inuenerat tulit: tu quæris quod non inuenis. Et mirantur æmuli (virtus enim ſemper inuidiæ patet) cur tantarum ſecum pudicitiam tacita proſcriptione mercata ſit: cum & ille partē dignatus ſit accipere, qui totum potuit auferre; & hæc quaſi Comiti negare non auſa ſit, quæ ſe intelligebat ſub nomine priuatæ dignitatis tyranno ſeruientem?] hæc S. Hieronymus de Heracliano: cuius vigente tyrannide, nonniſi redempta magno pretio pace, licuit Probæ cum ſuis in Africa habitare.

Quæ paſſa Proba cum ſuis in Africa ab Heracliano.

XXXVIII. Qui autem hic dicitur a S. Hieronymo defunctus Probæ filius cum barbarorū manus effugiſſet, vnde id accidiſſe pateat capta Vrbe: ſuperius vero cum idem dicat, ante eius filium deceſſiſſe, quam Vrbs caperetur: ne putes hic ipſum hallucinatum eſſe S. Hieronymum; ſed memoria repe-

De filij S. Probæ obitu.

te, quod

te quod ſuperius diximus,fuiſſe eidem ſanctiſſimæ feminæ duos filios,quorum prior ante Vrbis excidium ex hac vita ſubductus eſt,de quo hæc ipſe ſuperius [a]: Pius filius,vir amabilis,clemens dominus,ciuis affabilis,Conſul quidē in pueritia,ſed morum bonitate Senator illuſtrior:felix morte ſua,qui non vidit patriam corruentem;immo felicior ſobole,qui Demetriadis proauiæ nobilitatem inſigniorem reddidit Demetriadis filiæ perpetua caſtitate:]hæc ipſe.Sed quonam pacto Demetrias filia dicitur filij S.Probæ,cum eamdem conſtet eſſe natam ex matre Iuliana filia Probæ,teſtante id etiam Auguſtino [b], & veteribus monumentis? etenim Iulianam filiam fuiſſe eiuſdem Probæ,antiquæ inſcriptiones poſitæ ad finem tertij tomi declarant.Equidem ſubuereor in auctore memoriæ lapſum,vt filio Probæ natam dixerit,quam liquet natam ex filia Probæ nomine Iuliana,non autem nurn.Quomodo autem eadem Probæ neptis Demetrias poſt annum contemptis nuptijs,ſe Deo dicauit,ſuo loco dicturi ſumus. A

a Hiero. eadem epiſt. 8.

b Auguſt. epiſt. 143.in fine.

XXXIX. *Demetrias capta a Gothis.*

Hic vero tantum de ea referam,quæ Romæ hoc anno paſſa eſt,dum Aniciorum inſigniores illas ædes Gothus inuaſit,ex ipſius verbis,quibus ſe ipſam compellat dicens [c]: Dudum inter barbaras tremuiſti manus:auiæ & matris ſinu & pallijs tegebaris:Vidiſti te captiuam,& pudicitiam tuam non tuæ poteſtatis:Horruiſti truces hoſtium vultus; raptas virgines Dei gemitu tacito conſpexiſti.]hæc ipſa apud S.Hieronymum.Accidit namque,quod cum Alaricus Gothorum Rex publica teſtatione parcendum tantum Chriſtianis edixerit,& qui in eccleſijs Vrbis inuenirentur:qui tunc extra illas reperti eſſent,loco hoſtium habiti,nec cogniti Chriſtiani,a barbaris male mulctati fuerint; quos compertos poſtea eſſe Fideles,barbaricus furor venia dignos exiſtimauit.Sic õáque contigit,Marcellam cum Principia filia,& Probam cum Iuliana filia & Demetriade nepte a barbaris eſſe captas,poſtea vero eſſe dimiſſas. Ceterum quod non omnium Gothorum eadem eſſet humanitas atq.religio,vel metus Alarici,vt eius edicto parerent;non omnibus in tot miſerijs felicitas obtigit,vt apprehenſæ feminæ dimitterentur a barbaris:nam complures extra eccleſias repertas ſacras virgines ijdem ſecum duxerunt,quas a Proba ac Demetriade deploratas S.Hieronymus tradit.Ex his & Gentilibus detrahendi Chriſtianis, comparatum eſt inter alia argumentum.de quibus S.Auguſtinus [d]: Magnum(inquit)ſane crimen ſe putant obiicere Chriſtianis,cũ eorum exaggerantes captiuitatem,addunt etiam ſtupra commiſſa,non ſolum in aliena matrimonia,virgineſq.complures,ſed etiam in quaſdam ſanctimoniales &c.]Sed haud quidem per vim illatam diſpendium pati poſſe virginitatem,ipſe pluribus docet.Qui igitur in Chriſtianos erant infenſi Romani Gentiles, in ipſorum inuidiam mala omnia,quæ in hac Vrbis clade acciderant,mirum in modum exaggerabant:cum tamen S.Auguſtinus pluribus doceat,longe grauiora Romanum populum a ſuis ipſius ciuibus accepiſſe detrimẽta,quam modo Gothus intulerit:adeo vt poſt multa illud fidẽter inculcare nõ dubitet [e],vna poſtrema Syllana tabula plures eſſe iugulatos Senatores,quam Gothi expoliare potuerint. Improperabant multos Chriſtianorum amiſiſſe ſubſtantias,fame necatos,mortalitate extinctos,caruiſſe etiam ſepulchro.Sed omnia electis bene cedere, & ex malis omnibus lucrum contrahere,idem pluribus monſtrat [f]: cum alioqui calumnioſe ea omnia Gentiles amplificarent. B C

c Hiero. eadem epiſt. 8.

d Auguſt. de Ciuit.Dei lib. 1. ca. 16.

Gentilium in Chriſtianos obtrectatio.

e Auguſt. de Ciuit.Dei libr. 3. c. 29.

f Auguſt. de Ciuit.Dei lib. 1. ca. 10. 11 12.

XL.

Etenim non omnes eadem ſubijſſe mala,ſed plurimos euaſiſſe,idem Auguſtinus de his agens perſpicue ſatis oſtendit,atque ait [g]: Ab vrbe autem Roma quam multi exierunt, & redituri ſunt? quam multi manſerunt,& euaſerunt?quam multi in locis ſanctis nec tangi potuerunt?]idemq.alibi ſic rem totam paucis abſoluit [h]: Quicquid igitur vaſtationis,trucidationis,deprædationis,cõcremationis,afflictionis in iſta recentiſſima Romana clade commiſſum eſt:fecit hoc conſuetudo bellorum.Quod autem more nouo factum eſt,quod inuſitata rerum facie immanitas barbara tã mitis apparuit,vt ampliſſimæ baſilicæ implendæ populo,cui parceretur,eligerentur, & decernerẽtur,vbi nemo feriretur,vnde nemo raperetur,quo liberandi multi a miſerantibus hoſtibus ducerentur,vnde captiuandi nulli, nec a crudelibus hoſtibus abducerentur: hoc Chriſti nomini, hoc Chriſtiano tempori tribuendum quiſquis non videt,cæcus:quiſquis videt,nec laudat, ingratus: quiſquis laudanti reluctatur,inſanus eſt.Abſit vt prudens quiſquam hoc feritati imputet barbarorum.Truculentiſſimas & ſæuiſſimas mentes ille(*Chriſtus videlicet*)terruit,ille refrenauit,ille mirabiliter temperauit,&c.]ſed quid amplius? Idem Auguſtinus [i] ſatis euidenti demonſtratione palam facit,impietate Gentilium talia pati commeruiſſe Vrbem,cultu vero Chriſtianæ religionis factum ne penitus interiret.Idq.pro concione populum conteſtatus,publice profeſſus eſt,illa refricans quæ dicta ſunt de Rhadagayſo:nimirum non datum illi Vrbem capere, qui maiori venerat apparatu,quod Gentilis eſſet,deorum cultor:ſed conceſſum in Alarico Chriſtiano, deorum hoſti, in ipſorum deſolationem:quæ etiam alibi, vt patentia omnibus,ob oculos ponit [k]. ſed nos qui hæc ſuperius pertractauimus, hic omittimus recenſere. D

g Auguſt. tract. de excid. Vrbis cap 2.

Quam multi Gothica clade non tacti.

h Auguſt. de Ciuit.Dei lib 1. ca. 7.

Redarguuntur Gentilium querelæ.

i Auguſt.de Ciuit.Dei lib. 1. ca. 31. 32. 33. 34.

k Auguſt.de Ciuit.Dei lib. 2. cap. 23.

XLI.

Quod igitur de capta Vrbe(vt dictum eſt)inuidia ſumma aduerſus Chriſtianos a Gentilibus vbique locorum ac iugi querela ipſorum omnium conflaretur: neceſſitas compulit aduerſus hæc Chriſtianos Epiſcopos pro concione diſſerere,atque calumnioſe obiecta refellere;inter quos S. Auguſtinus in his multus fuit,qui eo argumento peculiarem tractatum habuit [l]. Sed quam locupletiſſime de his egit,libris vigintiduobus de Ciuitate Dei contra Paganos,ſcribens ad Marcellinum.Hoc quidem opus plurimorum annorum ſpatio ab eo elucubratum,ex eodem apparet: ſiquidem de eo ipſe:Quod opus(inquit [m])per aliquot annos me tenuit;eo quod alia multa intercurrebant,quæ differre non oporteret,& me prius ad ſoluendum occupabant,&c.]Inchoatum igitur opus anno ſequenti eſſe ab Vrbis excidio,idem affirmat;vt ex his quæ ad Euodium ſcripſit [n], poteſt intelligi:treſq.primũ ſcripſiſſe libros,deinde vero edidiſſe duos alios;reliquos vero vſque ad decimumoctauum,longo elapſo temporis interuallo,perfecit;Sed quoto Domini anno? quadringenteſimo vndetrigeſimo,quod ex ipſius verbis facile colligi poteſt, dum in ipſo libro decimooctauo numerat [o] a Conſulatu Theodori annos ferme triginta:cumq.conſtet ipſum Theodorum Con- E

l Auguſt.de excidio Vrb.tracta. 21.

m Auguſtin.Retract. lib.2.c. 43.

Auguſtinus cur de ciuitate Dei libros ſcripſit.

n Auguſti.epiſt. 102.

o Auguſt.de Ciuit.Dei lib.18.ca. vlt.

A rum Conſulem fuiſſe creatum anno a Chriſto nato trecenteſimo nonageſimonono; dicere opus eſt
circiter annum Domini quadringenteſimum vigeſimumnonum dictum librum decimumnonum
Auguſtinum habuiſſe præ manibus. Marcellinus autem, ad quem opus inſcripſit, ille eſt, quem
poſtea in Africam miſit Honorius ad componendam illam Eccleſiam, & Donatiſtas ſchiſmaticos
Catholicæ vnitati compaginandos, cuius Oroſius [a] meminit, atque ſæpiſſime ipſe Auguſtinus, a Oroſ.lib.7.ca.42.
noſque frequenter de eo inferius.

XLII. *Triduum Vrbis Cladis.*

Quantum vero temporis ipſum Vrbis excidium perdurarit: ſi audis, lector, erit quod ex hoc
magnopere admireris. Etenim cum in perquirendis, exhauriẽdiſq. ampliſſimis omnium diuitijs,
nec triennij ſpatium ſatis eſſe ſufficiens videretur: triduana illi deprædatione contenti, protinus
diſceſſere. Fidem quidem non inueniret veritas, niſi illius temporis ſcriptor Oroſius [b] affirma- b Oroſ.lib.7.ca.39.
ret, confirmaretq. Paulus diaconus [c]. Vnus eſt tantum qui diſcrepat Marcellinus [d], dum ait, c Paul.diac.hiſt. Miſcel lib.13.
ſexto die ex quo Vrbem Alaricus eſt ingreſſus, protinus diſceſſiſſe. Dici quidem potuit hæc com-
minatio potius, quam illatum flagellum, qua Romani ſint conterriti, non proſtrati. Etenim id pro d Marcellin. in Chro hoc huius an.Conſulat.
feſſus eſt poſt diſceſſionem Alarici populus: Qui (inquit [e] Oroſius) adeo paruo quodam & leui
B motu hæſitaſſe erga ſe parumper conſuetudinem voluptatum indubitatiſſime conteſtatus eſt, vt
libere conclamaret, ſi reciperet Circum, nihil eſſe ſibi factum: hoc eſt, nihil egiſſe Romæ Gothorũ e Oroſ.lib.1.c 6.
enſes, ſi concedatur Romanis ſpectare Circenſes.] adeo vt illud propheticum de his fuerit occinẽ
dum [f]: Percuſſi eos, & non doluerunt. Nam & in hãc ſententiam hæc S. Hieronymus in epiſtola f Hierem.5.
ad S. Auguſtinum, agens de excidio Vrbis ſub nomine Hieruſalem [g]: Capta Hieruſalem tenetur g Apud Auguſt. Hier.epiſt.26.
a Nabuchodonoſor: nec Hieremiæ [h] vult audire cõſilia: quin potius Ægyptum deſiderat, vt mo h Hierem.43.
riatur in Taphnes, & ibi ſeruitute pereat ſempiterna.] hæc ipſe, alludens ad Gentiles Romanos nõ
audientes Innocentiũ Papam veram illis religionem, annunciantem, ſed obſtinato corde in Ægy
ptiaca ſuperſtitione ſeneſcere & mori ſtatuentes. Sed veſtigia Alarici Regis egredientis ab Vrbe
proſequamur.

XLIII. *Alaricus imprudẽter agit.*

Quam oportunum eſſe, videri poterat, qui totius Romani Imperij capite, ipſa Vrbe potitus eſ
ſet; ad totum ipſum vendicandum ſibi Imperium, victorem barbarum exercitum, victrices copias
præmouere, ipſumq. Honoriũ Imperatorem imparatum appetere, eoq. e medio ſublato, ſumma re
rum potiri. Sed qui facit [i] pondus ventis (vt appoſite ex diuinis oraculis id vſurpem) alio vertit i Iob 28.
C barbari Regis impetum, ad ipſius interitum; quo perſpicue demonſtraret (quod ſæpe ſuperius in-
culcatum eſt) non delictis Chriſtianorum Principum, ſed prouocante impietate Gentilium, eiuſ-
modi a Deo attemperatum eſſe flagellum. Barbarus Gothus igitur quadam veluti percuſſus amẽ
tia, nec Vrbem quam ceperat tenuit, vel recedens cuſtoditam ſibi, præſidio in ea relicto, curauit, ne
que in Honorium exercitum mouit: ſed ab Vrbe, numine cogente, exire compulſus potius, quam *Alarici progreſſus in Campaniam.*
ſponte progreſſus, palabundo milite magis quam ordine compoſitis turmis, Capaniam, Lucaniã,
Brutioſq. petuaſit [k]. Quid autem eum Nolam in Capania ciuitatem ijdem barbari inuaſiſſent, k Pallad.dialog. lib.13.
S. Paulinus in ea degens Epiſcopus captus a Gothis dixerit, a S. Auguſtino [l] relatum audi: Pauli-
nus noſter Nolenſis Epiſcopus, ex opulentiſſimo diuite, voluntate pauperrimus, & copioſiſſime sã l Auguſt.de Ciuit.Dei lib.1.ca.10.
ctus; quando & ipſam Nolam barbari vaſtauerunt, cum ab eis teneretur, ſic in corde ſuo (vt ab eo
poſtea cognouimus) precabatur; Domine non excrucier propter aurum & argentũ: vbi enim ſiut
omnia mea, tu ſcis. Ibi enim habebat omnia ſua, vbi eum condere & theſaurizare ille monuerat,
qui hæc mala mundo ventura prædixit.] hæc Auguſtinus.

XLIV.

Qui autem putant hoc ipſum tempus fuiſſe cum idem S. Paulinus a barbaris captiuus eſt du
D ctus in Africam pro viduæ filij redemptione captiui, errore labuntur: ſiquidem nulli hoc tempore
in Africa barbari; ſed longe poſt Vuandali ea ſunt potiti prouincia, quorum Regi Paulinus ſpon-
tanea ſeruitute (vt ſuo loco dicemus) ſeruiuit: At tantum abfuit vt hac barbarica incurſione Pau-
linus abductus fuerit; vt, protegente eum S. Felice patrono ſuo, nec ipſe, nec populus Nolanus quic
quam mali paſſus fuerit: vt ex bis quæ idem S. Auguſtinus conſcripſit, poſſumus intelligere, vbi ait
[m]: Non enim ſolis beneficiorum effectibus, verum etiam ipſis hominum aſpectibus confeſſorem m Aug.de cura agenda pro mor. cap.16.
apparuiſſe Felicem ciuibus vel inquilinis pie a ſe dilectis, cum a barbaris Nola oppugnaretur, au-
diuimus non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis.] hæc Auguſtinus, qui vtinam omnia illa litte-
ris commendata poſteris tradidiſſet. Porro ad eumdem Paulinum adhuc Nolæ agentem poſt Go
thorum inuaſionem S. Auguſtinus commentarium illum (vbi de his agit) de Cura agẽda pro mor
tuis ſcripſit: cum iam (vt ipſe Auguſtinus [n] tradit) primum librum de Ciuitate Dei ſcripſiſſet, quẽ n Auguſt. eod. lib.c.2.
citat, atque nuper contigiſſe Vrbis cladem affirmat. Quomodo autem Alaricus ſequenti anno, in
Siciliam exercitum tranſmiſſurus, ex hac vita ſublatus eſt, ſuo loco dicemus. iam vero quæ ſunt re
liqua anni huius, rerum geſtarum ordine proſequamur.

XLV. *Cõcilium Carthagi. vnde legatio ad Imp.*

E Cum Italia in hũc modum Gothorum eſſet tumultibus agitata, Africana vero Eccleſia pace
frueretur: hoc anno congregatum eſt Concilium Carthaginenſe menſe Iunij, ex quo decreta eſt le
gatio Epiſcoporum ad Honorium Imperatorem: quid autem hi acturi cum eo forent, eiuſdem Sy
nodi præfatio declarat, nempe eoſdem legatos Epiſcopos miſſos eſſe contra Donatiſtas. hæc enim
habet [o]: Poſt Conſulatum glorioſiſſimorum Impp. Honorij octauum & Theodoſij tertium Augu- o Concil. Afric c.75.
ſtoru m, decimooctauo Kal. Iulias, Carthagine in baſilica Regionis ſecundæ. In hoc Concilio lega
tionem ſuſceperunt contra Donatiſtas Florentius, Poſſidius, Præſidius, & Benenatus Epiſcopi, eo
tempore, quo lex data eſt, vt libera voluntate quiſcultum Chriſtianitatis acciperet.] hæc ibi, ac ni
hil prætere a aliud huius Synodi reperitur: ſed & hæc obſcura valde, niſi alijs huius tẽporis rebus
geſtis elucidentur: cõſtat enim in primis, horũ legatorũ apud Honorium res agentium S. Auguſti
nũ mentionẽ facere in epiſtola [p] ad Italicam, vbi queritur, quod cum litteris eius acceperit om- p Aug.epi.133.
nia in Italia barbarorum inuaſione ſuſdeq. miſceri, atque ingenti motu turbari, ipſi legati nihil
his de rebus ſcripſerint in Africam: quibus plane inſinuate S. Auguſtinus videtur, illas litteras eſſe

ſcriptas

ſcriptas hoc anno,ſed antequam Vrbs a barbaris caperetur, re tamen in vltimo collocata diſcrimine.Sed de occaſione huius mittendæ legationis iam aggredimur enarrare. A

XLVI.

Accidiſſe vidimus anni huius exordio,cum Attalus tyrannus inuaſiſſet Imperium,& iam Africam eſſet tentaturus;vt Heracliani in Africa Comitis, vel Macrobij in ea Proconſulis conſilio leges aduerſus Donatiſtas datæ ſilerent:etenim in diſcrimine poſita videbatur vniuerſa Africana prouincia,ſi tot legibus exagitati & exaſperati Donatiſtæ pro partibus Attali dimicarent.Quamobrẽ elicitum fuit ab Honorio Imperatore reſcriptum,quo ijdem ſinerentur eam quam vellent religionem amplecti:ſicq.tranſacta res eſt.Cum autem periculum illud ceſſaſſet,Attalo exauctorato;Epiſcopi Africani,quod viderent Honorij reſcriptum in magnum Chriſtianæ religionis diſpendium vertere,collecto Carthagine Epiſcoporum conuentu,vna omnium ſententia decreuere,mittendã eſſe ad Imperatorem Honorium legationem,quam ornarent quatuor Epiſcopi ad hoc munus electi:qui rogarent Imperatorem,vt pro Donatiſtis datum reuocaret edictum.Et hoc eſt,quod in huius Synodi præfatione ſic habetur:Lex data eſt,vt libero cultu quis Chriſtianitatem acciperet.]At vnde,dices,iſta concinne diſpoſita tibi vendicas?ex diuinatione,an coniectura?immo ex certa teſtificatione deducimus,nimirum ex reſcripto Honorij Imperatoris,quo ipſe annuiſſe comperitur B petitioni eorumdem legatorum Epiſcoporum.Etenim hoc anno de his ita reſcripſiſſe apparet ad Heraclianum in Africa Comitem [a]:

De legatione Africanorum Epiſcoporum.

a L.51.de hære. C.Theod.

XLVII.

Nouo reſcripto Honorius reuocat latam pro Donatiſtis legem.

Oraculo penitus remoto,quo ad ritus ſuos hæreticæ ſuperſtitiones obrepſerant:ſciant omnes ſanctæ legis inimici,plectendos ſe pœna & proſcriptionis & ſanguinis,ſi vltra conuenire per publicum execranda ſceleris ſui temeritate temptauerint.Dat.VIII.Kal.Septemb.Varane V.C.Cõſ.] En vides hac lege irritari præcedens edictum,quo ad ritus ſuos redierant palam compreſſæ ante legibus hæreſes.Sed & illud velim obſerues,lector,poſtridie eius diei, quo Vrbs capta eſt, eiuſmodi datum eſſe ad Heraclianum,iuxta petitionem Epiſcoporum,reſcriptum;quo imminentem Vrbi extremam cladem Deus propitiatus auerteret.Præſentiſſimum fuit ſane remedium;quo factum eſt,vt Alaricus Vrbem captam poſt triduum quaſi fugatus reliquerit,& in ſui interitum concitus feſtinarit.

b Poſſid.in Vita S.Aug c.13.

c l.3.de Relig. C.Theod.

Sed parum viſum eſt Honorio legem lege conuellere:verum & adiecit animum,vt Donatiſtas omnimode ad Catholicam cõcordiam reſtitueret;id fieri poſſe ratus,ſi ad publicam eos Collationem cogeret.Ad eiuſmodi autem prouinciam obeundam(vt Poſſidius [b] tradit)miſit Marcellinũ C Tribunum & Notarium,ad quem eiuſmodi hoc anno datum reperitur eſſe reſcriptum [c]:

XLVIII.

Marcellinus in Africam mittitur ob cauſã Donatiſtarum.

d Balduin.Not. ad Optat.de Donat.pag.125.126.

Ea quæ circa Catholicam fidem vel olim ordinauit antiquitas,vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit,vel noſtra ſerenitas roborauit,nouella ſuperſtitione ſummota,integra & inuiolata cuſtodire præcipimus.Dat.IV.Id.Octob.Rauennæ,Varane V.C.Coſ.]Sunt hæc quidẽ, quibus Honorij pietas mirifice commendetur,cum profligando hæreticos,barbaros a Deo propulſari ſperaret:quod quidem magno miraculo ipſe ſine armis Deus impleuit.Quod vero ad Marcellinum ſpectat,quem hoc anno ab Honorio Imp.in Africam miſſum diximus:conſentiunt huic noſtræ aſſertioni,quæ Balduinus [d] ſumma fide teſtatur,ſe in Actis antiquitus ſcriptis legiſſe,Collationem ab Honorio indictam,celebratam eſſe anno ſequenti a Conſulatu Varanes; itemq. hoc anno datum prid.Id.Octobris reſcriptum einſdem Honorij Imperatoris,quo in ſequentem annũ Collationem indixit,habendam Carthagine inter Catholicos & Donatiſtas : ad quod opus curãdum idem(vt dixi)miſſus eſt Marcellinus.At quanta hæc admiratione digna,tot diſtentum occupationibus & anguſtijs obrutum Honorium Imp.tanta ſolertia,tamquam in ſummo otio conſtitutum,iſta curaſſe? D

XLIX.

Cauſa expetendæ Collationis.

e Aug.cõtra Iul. Pelag.lib.3.c.1.

f Poſſid.in Vita S.Aug.c.13.

Expetijſſe autem iſtud ipſum Catholicos in Africa Epiſcopos per eoſdẽ legatos hoc anno miſſos ad Honorium Aug.vt ad publicam Collationem Donatiſtæ compellerentur:haud obſcure S. Auguſtinus ſignificat,vbi ait [e]:Donatiſtas ad Collationem nobiſcum venire per Imperialia iuſſa compulimus.]Porro id per Auguſtinum ipſum fuiſſe procuratum,perſpicue Poſſidius [f] tradit. Cur autem hanc curam Auguſtinus ſubierit,vbi ſupra mox ſubdit;Illorum enim furor occupauerat Africam totam,nec prædicari a Catholicis veritatem contra ſuum patiebantur errorem, violẽtis aggreſſionibus,latrocinationibus,itinerum obſidionibus,rapinis,ignibus,cędibus multa vaſtãtes,cuncta terrentes. Cum quibus apud Epiſcopos,quos communes non habebamus,nihil agere poteramus.quod vero ante centum ferme annos maiores noſtri cum ijs egerant,iam populorum memoria non tenebat.Hæc igitur neceſſitas compulit,vt ſaltem Geſtis noſtra Collatione confectis,eorum contunderemus inuerecundiam,& reprimeremus audaciam.]hæc de cauſa procurãdę ab Imperatore Collationis Auguſtinus.

L.

Maximianiſtę reiecti a Collatione.

At ſicut ſumma curatum fuit induſtria,vt ijdem Donatiſtæ,licet renuentes ,ad mutuam cum Catholicis Collationem compellerentur:ita eamdem Collationem expetentes Maximianiſtæ, ramus præciſus a reliquis Donatiſtis,ſua paucitate contemnendi , ab Epiſcopis Catholicis repulſi ſunt:cur ita?ab eodem accipe Auguſtino,cum iſta ſubdit compellãs Pelagianos : Similes (inquit) eſtis Maximianiſtis,qui cupientes exiguitatem ſuam nomine ſaltem certaminis conſolari,& videri aliquid apud eos,quibus contemptibiles erant,quia inire nobiſcum ſinerentur examẽ: interpellantes eos,& libellum dantes,prouocanteſq.contempſimus.Magis enim de certamine nominari deſiderabant,quam formidabant in certamine ſuperari:nec ſperabant victoriæ gloriam,ſed famã requirebant Collationis,quia multitudinis non habebant.]hæc Auguſtinus. E

LI.

Donatiſtarum ſæuitia in Catholicos Hipponen.

g Aug.epiſ.122.

Sed miſſis his:quænam eſſent Donatiſtarum,quorum idem meminit,ingentia mala illa, ad quæ euertenda & comprimenda quatuor illorum Epiſcoporum opportuerit mitti legationem,atque decernendi Collationem,legariq.ab Honorio certum hominem Marcellinum ad iſta tractanda:nota fiunt ex epiſtola eiuſdem S.Auguſtini ad Victorianum [g] hoc ipſo tempore(vt indicabimus)ſcripta,vbi ait:Ecce in regione noſtra Hipponenſi,quoniam eam barbari non attigerunt,cle-

ricorum

Digitized by Google

A ricorum Donatiſtarum & Circumcellionũ latrocinia ſic vaſtant eccleſias, vt barbarorum fortaſ-
ſe facta mitiora ſint. Quis enim barbarus excogitaſſe potuit, quod iſti, vt in oculos clericorum no-
ſtrorum calcem & acetũ mitterent, quorum membra & cetera plagis horrendis, vulneribuſq. ſau-
ciarunt? deprædantur etiã domos aliquas & incendũt, fructus aridos diripiũt, humidos fundũt, &
talia ceteris cõminando, multos etiam rebaptizari cõpellunt. Pridie q̃ iſta ad te dictarem, ex vno
loco per huiuſmodi terrores quadraginta octo animæ mihi rebaptizatæ nunciatæ ſunt. Plangenda
ſunt hæc, &c.] iſta ſanctus Auguſtinus ad Victorianum ſcribit, & quidẽ hoc anno, vt oſtendemus.
Modo vero de ſuis clericis Hipponenſib. calce & aceto à Donatiſtis excæcatis, ex eodem ipſo Au-
guſtino rem alibi fuſius proſecuto, hiſtoriam intexemus. ait enim ſcribens ad Ianuarium [a]: a Aug. epiſt. 68.
LII.
Venite, inquit, aut mittite nobiſcum in regionem Hipponeoſium, qui videant armatum exercitũ Donatiſtarum
veſtrum: quamuis nullus miles numero armorum ſuorum calcem & acetum adhibuit ad oculos immania ſcele-
barbarorum. Si neque hoc vultis, ſaltem ſcribite ad illos, vt iam iſta non faciant, vt iam ſe a cædib. ra.
noſtris, a rapinis, ab excæcatione compeſcant.] hæc ad Ianuarium. Quid aũt ſceleris ab eiſdem p-
petratum ſit aduerſus Reſtitutum in eadem diœceſi Hipponenſi, ita alibi idem Auguſtinus [b]: Re- b Auguſ. contra Creſc. li. 3. ca. 48.
B ſtitutus quidam in regione Hipponenſi veſter preſbyrer fuit: qui cum ad Catholicam pacem, an-
tequam iſtis Imperialibus legibus iuberetur, veritatis ratione permutus, manifeſta voluntate trã-
ſiſſet: de domo ſua raptus eſt a clericis & Circumcellionibus veſtris, luce palam in caſtellum pro-
ximum ductus, & multitudine ſpectante, nihilq. reſiſtere audente, ad furentum arbitrium fuſtib.
ceſus, in lacuna lutulenta volutatus, amictu iunceo dehoneſtatus. Poſteaquã ſatis excruciauit ocu-
los dolentium, ridentiumq. ſatiauit, inde ductus eſt ad locum, quo nemo noſtrum audebat accede-
re; duodecimo die vix dimiſſus eſt.] hæc ipſe: qui de eodem Reſtituto atq. alijs meminit in epiſto-
la ad Donatiſtas [c]. Sed occiſum poſtea Reſtitutum preſbyterum a Donatiſtis, & Innocentio ab c Aug. epiſt. 166.
eiſdem oculum effoſſum & digitum præciſum fuiſſe, litteræ eiuſdem Auguſtini [d] ad ipſum Mar- d Aug. epiſt. 159.
cellinum, eiuſmodi ſcelera legum gladio vindicare paratum, ſignificant.

Sed iam ad eiuſmodi Auguſtini ad Victorianum datas hoc tempore litteras redeamus, in qui- LIII.
bus totius ferme Orbis clades a barbaris illatas ita recenſet [e]: Totus quippe mundus tantis af- Clades orbis
fligitur cladibus, vt pene pars nulla terrarum ſit, vbi non talia, qualia ſcripſiſti, committantur atq. huius tempo-
plangantur. Nam ante paruum tempus etiam in illis ſolitudinibus Aegypti, vbi monaſteria ſepa- ris.
C rata ab omni ſtrepitu, quaſi ſecura degebant; a barbaris interfecti ſunt fratres. Iam vero quæ mo- e Aug. epiſt. 122.
do in regionibus Italiæ, quæ in Gallijs nefaria perpetrata ſint, etiam vos latere nõ arbitror: de Hi-
ſpanijs quoq. tot prouincijs, quæ ab his malis diu videbantur intactæ, cœperunt iam talia nuncia-
ri.] ſubdit his de Donatiſtis quæ diximus. Sed & ad finem epiſtolæ, neq. Mauritaniam Sitifenſem
expetiem fuiſſe barbarorum incurſionum, exemplo recitato neptis Seueri Epiſcopi, demonſtrat
[f]: cuius rei geſtæ perbreuem his verbis reddemus hiſtoriam, quæ ſic ſe habet: f Idem ibidem.

Sitifenſis ante paucos annos Seueri Epiſcopi neptis ſanctimonialis a barbaris ducta eſt: & per LIV.
mirabilem Dei miſericordiam cum honore magno ſuis parentibus reſtituta eſt. Domus enim illa
barbarorum, vbi captiua ingreſſa eſt, ſubita cœpit dominorum infirmitate iactari; ita vt omnes ip-
ſi barbari, tres, niſi fallor, vel amplius fratres periculoſiſſima infirmitate laborarent: quorũ mater Sanctimonia-
animaduertit puellã Deo deditã, & credidit quod eius orationibus ſui filij poſſent ab imminentis lis capta cum
iã mortis periculo liberari. Petiuit vt oraret pro eis; pollicens, quod ſi ſalui facti eſſent, eã ſuis parẽ- honore reſti-
tib. redderent. Ieiunauit illa, & orauit: & exaudita continuo eſt. Ad hoc enim hoc factũ erat, quãtũ tuitur.
exitus docuit. Ita illi tam repentino Dei beneficio ſalute percepta, mirantes eam & honorantes,
D quod eorum mater promiſerat, impleuerũt.] hæc S. Auguſtinus; quibus & alijs plurib. docet, Dei
ſeruos, vbicumque ſint, ſub Dei manu exiſtere, cunctaque eius prouidentia recte diſponi.

At quod de Sitifenſi Epiſcopo & Dei prouidentia mentio facta eſt; quid mirandum de iuuene, LV.
qui raptam feminam timore correptus ad eum duxerit, idem S. Auguſtinus ad Dulcitium [g] bre- g Aug ad Dulcit. de oct. q. c. 7.
uiter ſcribat, his iungamus: Dicam (inquit) quod factum eſt in Mauritania Sitifenſi: neque enim Mira de iuue-
Deus ſanctorum non ipſe eſt etiam & nunc Deus. Viduam in propoſito continentiæ conſtitutam ne raptore.
Celtichius quidam catechumenus iuuenis rapuit, vt haberet vxorem. Antequã concumberet, preſ-
ſus ſomno & territus ſomnio, Sitifenſi Epiſcopo eamdem vehementiſſime requirenti reuocauit in-
tactam. Viuunt adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus, & ipſo in ſe facto miraculo conuerſus ad
Dominum, ad Epiſcopatum mirabili probitate peruenit. Illa in ſancta viduitate perſiſtit.] hæc ip-
ſe ad Dulcitium. Sed de eiuſdem citata nuper epiſtola ad Victorianum inchoatã ſemel proſequa-
mur orationem: nam quæ ex ea de huius temporis rebus geſtis produntur, S. Hieronymi quoq. te-
ſtificatione firmantur, nimirum de his quæ Aegypti monachi a barbaris paſſi ſunt.

Quod enim S. Auguſtinus in ipſa ad Victorianum data epiſtola tradit, nuper accidiſſe vt bar- LVI.
E bari irruerint in Aegypti monaſteria; idem hoc tempore contigiſſe, S. Hieronymus in epiſtola ad Barbari graſ-
Marcellinum docet his verbis [h]: Hoc autẽ anno, cum tres explicaſſem libros, *Ezechielis videlicet*, ſantes in orien-
ſubitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius, Lateq. vagantes Barchæi: & ſancta te.
Scriptura de Iſmael [i], Contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit; ſic Aegypti limitem, Pa- h Hier. epiſt. 81.
læſtinæ, Phœnices, Syriæ percurrit, & inſtar torrentis cuncta ſecum trahens, vt vix manus eorũ mi- i Geneſ. 16.
ſericordia Chriſti potuerimus euadere.] hęc Hieronymus: qui cum tres ſe tunc in Ezechielem li-
bros abſoluiſſe tradat, plane hunc annum, vel ſequentis exordium ſignat: nam (vt nuper vidimus)
dum præ manib. illos haberet, de capta Vrbe a Gothis certior factus fuit, vt in eorumdem librorũ
præfationibus ipſum teſtatum eſſe apparet. Quo item anno (vt profitetur) eum conſtat ſcripſiſſe e-
piſtolam ad Marcellinum & Anapſychiam: quem quidem Marcellinum vnum eumdemque eſſe
cum eo Marcellino, de quo dictum eſt, hoc anno ab Honorio Imperatore legatũ fuiſſe in Africã,
ex eo deducimus coniecturam, quod hic ipſe vir apprime diſertus illis ipſis eumdem Hieronymũ
de ſtatu animæ pulſauerit quęſtionibus, quibus & Auguſtinum interpellauit: immo & ex eo id

 V cetium

Marcellinus Hieronymi & Auguſtini per neceſſarius.

A

certum affirmari poſſe videtur, dum vt conſulat de illis Auguſtinũ, his verbis admonet: Certe habes ibi virũ ſanctum & eruditum Auguſtinum Epiſcopum, qui viua (vt aiunt) voce docere te poterit, & ſuã, immo per ſe noſtram explicare ſententiã.] hæc ipſe: quibus patet, ſequenti potiua anno quam præſenti eam a S. Hieronymo eſſe ſcriptam epiſtolam; cum iam certior redditus eſſet, eumdem Marcellinum in Africam perueniſſe, quo hoc anno ab Honorio miſſum fuiſſe vidimus.

LVII.

De Monachis occiſis a Barbaris.

a Amos 1.

Atquod ſpectat ad barbarorum incurſionem: non in Aegyptum tantum (quod deplorat Auguſtinus) ſed & in Palæſtinam & alias vicinas prouincias graſſatam eſſe, atq. occiſos eſſe quã plures ſanctos monachos, cum (vt ipſe teſtatur) vix S. Hieronymus euaſit, Caſſianua narrat his verbis: In Palæſtinæ partibus, iuxta Thecue vicum, qui Amos [a] Prophetam meruit procreare, ſolitudo vaſtiſſima eſt, vſq. Arabiam & Mare mortuum (quo ingreſſa deficiont fluenta Iordanis, & cineres Sodomorum) ampliſſima extenſione porrecta. In hac ſummæ vitæ ac ſanctitatis monachi diutiſſime commorantes, repente ſunta diſcurrentibua Saracenorum latrunculis interempti. Quorum corpora licet ſciremus tam a Pontificibua regionis illius, quàm ab vniuerſa plebe Arabum tanta veneratione percepta, & inter reliquias martyrum condita, vt innumeri populi e duobus oppidis cõcurrentes grauiſſimum ſibi certamen indixerint, & vſq. ad gladiorum conflictum pro ſancta rapina ſit eorum progreſſa contentio, dum pia inter ſe denotione decertant, quam iuſtius eorũ ſepulchra ac reliquias poſſiderent; alijs ſcilicet de vicinia commorationis ipſorum, alijs de orginis propinquitate gloriantibus: nos tamen vel noſtra, vel quorumdam non mediocriter ex hac parte ſcandalizantium fratrum offenſione permoti, inquirenteſq. cur tanti meriti & tantarum virtutum vãri ita ſint a latruncnlis interfecti, tantumq. Dominus paſſus fuerit erga ſuos famulos facinus perpetrari, vt viros cunctis mirabiles in manus traderet impiorum; mæſti ad S. Theodorum ſingularem in conuerſatione actuali perreximus virum, &c.] hæc Caſſianua, qui integra collatione ſexta in eo argumento verſatur, vt doceat, cur Deus ſanctos viros ab impijs necari permittat. Erat plane quæſtio iſta verſata ore omnium his temporibus ob ingruentia vbiq. mala & barbaros longe lateque graſſantes. De ea enim non Caſſianus tantum egit, ſed eadem occaſione etiam S. Auguſtinus in dicta epiſtola ad Victorianum, quòd ille inter alia interpellaſſet: Quare & ſerui Dei barbarorũ ferro perempti ſunt, & ancillæ Dei captiuæ ductæ?] quæ itidem pluribus tractat ad Marcellinum in commentarijs de Ciuitate Dei: illa conſulat, qui ea cupit: nobis ſatis hiſtoriam pertigiſſe.

Studium de præoccupãdis Sanctorum reliquijs.

B

LVIII.

Ruffini obitus in Sicilia.

C

Hoc eodem anno, quo vidimus S. Hieronymum aggreſſum eſſe interpretationem Ezechielis Prophetæ, Ruffinus Aquileienſis presbyter in Sicilia agens ex hac vita deceſſit: profugus extra patriam ob cladem Aquileienſibua illatam, profectus eſt in Siciliam, Melaniæ (vt opinor) nauigarionem conſecuturus. Perueniſſe quidem ad Alarici tempora Ruffinum, eius præfario ad Chromatiũ Aquileienſem Epiſcopum, quam præfixit ſuæ translationi hiſtoriæ Euſebij Cæſarienſis, plane demonſtrat: cum ille mærorem ob eiuſmodi in ſnos Gothorum per Alaricum graſſationem cõceptũ, aliqua lectione leuare ſtudens, id ipſum exquiſierat a Ruffino. Agit itaq. de ipſius Ruffini obitu S. Hieronymua in præfatione libri primi commentariorum in Ezechielem: ſed quod in illa perfidia, ob quã ab Anaſtaſio Papa meruerat condẽnari, ipſe Ruffinus adhuc perſeueraſſet, Scorpij nomine eum notat: eo quidem vocabulo ſugillare S. Hieronym' Ruffinum cõſueuit, vt in epiſtola ad Auitum [b] in fine: eo nomine etiam ante vocarat ipſum in epiſtola ad Principiam [c], vbi agit de Periarchon Origenis, manu (ait) Scorpij, nempe Ruffini, emendato. De obitu vero eius ita S. Hieronymus in dicta præfatione hoc anno (vt vidimua) ſcripta [d]: Scorpiua inter Enceladum & Porphyrium Trinacriæ humo premitur: & hydra multorum capitum contra nos aliquando ſibilare ceſſauit: datumq. tempus, quo non hæreticorum reſpondere inſidijs, ſed Scripturarum expoſitioni incumbere debeamns.] hæc ipſe. Ceterum dies iſti Alcyonii, feriati a bello hæreticorum perpauci fuere: nam idem ipſe in eiuſdem commentarii libri ſexti præfatione hæc de ipſius Ruffini in impietate ſucceſſoribus: Putabam (inquit [e]) quod medio ſerpente confoſſo, non reuiuiſcerent hydræ nouella plantaria, & iuxta ſabulas poetarum, Scylla mortua, nequaquam in me Scyllæi ſæuirent canes, qui latrare non ceſſant.] at quinam iſti? dicemua.

b Hier. epiſt. 59.
c Hier. epiſt. 16.
d Hier. in Ezec. lib. 1. præf.

D

e Hier. in Ezec. lib. 6. præf.

LIX.

Pelagius exẽplo Ruffini carpit ſcripta S. Hieronymi.

Atq. illud in primis ſignificandum eſt, S. Hieronymum hiſce confictis nominibus, Ruffini poſteros nominare, quod iidem forinſecus profiterentur ſe eſſe fidei Catholicæ profeſſores: quamobrem nonniſi cum ad Eccleſiaſticum iudicium ipſorum cauſa delata eſſet, de eis palã locutua eſt. Ipſe autem S. Hieronymus, iam abſolutis commẽtariis in Ezechielem, cum mox (vt ipſe teſtatur [f]) ad explicationem Prophetæ Hieremiæ ſe contulit, in eius primi libri præfatione eadem quæ ſupra vetſana, de iiſdem innouatoribus hæc habet [g]: Nuper indoctus calumniator erupit, qui cõmentarios meos in epiſtolam Pauli ad Epheſios reprehendendos putat.] & ne exiſtimes ipſum voluiſſe demonſtrare Ruffinum, de illo ſub conſueto Grunnii nomine iſta ſubdit: Quod non videns præcurſor eius Grunnius olim viſus eſt carpere: cui duob. reſpondi libris.] & paulo poſt de eodẽ nouo cenſore hæc addit: Nec recordatur ſtolidiſſimns Scotorum pultibus prægrauatus, &c.] quib. plane ſignis videas deſcriptum eſſe Pelagium, natione Britannum, voluptuoſum tunc monachũ, vt ex Iſidoro Peluſiota ſuperius demonſtratum eſt; cuius plane præcurſorem S. Hieronymua dicit fuiſſe Ruffinum. Et ne hæreas ab eodem S. Hieronymo deſcribi Pelagium, accipe quæ idẽ in eiuſdem commentarii proſecutione ſubdit [h]: Hic tacet, alibi criminatur; mittit in vniuerſum Orbẽ epiſtolas biblinas, prius auriferas, nunc maledicas; & patientiã noſtram de Chriſti humilitate venientem malæ conſcientiæ ſignũ interpretatur: ipſeq. mutus latrat per Alpinũ canem grandem & corpulentum, & qui calcibus magis poſſit ſæuire, quam dentibus. Habet enim progeniem Scoticæ gentis de Britannorum vicinia: qui iuxta fabulas poetarum, inſtar Cerberi, ſpirituali percutiẽdus eſt claua, vt æterno cum ſuo magiſtro Plutone ſilentio conticeſcat.] hæc ipſe: quibua ænigmaticis formulis deſcribi Pelagium atque Cæleſtium, quæ inferius dicentur, oſtendent.

f Hier. in præf. lib. vlt. in Ezech. & in præf. lib. 1. in Hierem.
g Hier. præf. in lib. 1. in Hierem.

E

h Hier. præf. in lib. 3. in Hierem.

Sed ante de Ruffino agẽdum; quem hoc anno defunctum, ſubobſcure S. Hieronymus iure præ

curſorem

A curſorem Pelagij nominat.& ne quis exiſtimet,ex noſtra S. Hieronymi verborum interpretatio- *Ruffinus præcurſor Pelagij.*
ne perperam facta,ipſum pati calumniam:accipe in primis quæ Pelagij collega Cæleſtius publi- a Apud Auguſt. contra Pelag. li. a.c.a.
ce,cum in Concilio Carthaginenſi hæreſis argueretur,libera voce his verbis profeſſus eſt [a]: San-
ctus presbyter Ruffinus Romæ,qui manſit eum S. Pammachio,id dixit: Ego enim audiui illũ di-
centem,quod tradux peccati non ſit.]hæc ipſe de Ruffino negante originale peccatum . Sed & de
libero arbitrio male ſenſiſſe,ex hocq.a S. Hieronymo iure reprehenſum , Gelaſius [b] Papa haud b Gelaſius Papa in decret. libr.in Concil.Rom.
obſcure demonſtrat. In his igitur cum Ruffinus errauerit:an non iure ab eodem Hieronymo præ-
curſor fuit Pelagij nominatus?

Idem S. Hieronymus ſcripturus aduerſus Pelagium,in eius operis præfatione , vna cum alijs LX.
hæreſum earumdem auctoribus Ruffinum ponit,vt qui ex Origenis cœnoſo fonte in Eccleſiam
eiuſmodi deriuarit errores:recenſentur ibi ab eodem auctore reliqui Pelagianæ hæreſis Patriar-
chæ,nempe ante Ruffinum Euagrius Ponticus atq. Iouinianus:quos omnes in cõmentario in Hie
remiam eodem exornat titulo,ſed ponit primo loco Ruffinum ſub conſueto nomine Grunnij,vbi
ait [c]: Commentarios in Hieremiam per interualla dictabam,vt quod deerat otio,ſupereſſet in c Hieron in Hierem.lib.4.præf.
B duſtriæ:cum ſubito hæreſis Pythagoræ & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, id eſt impaſſibilitatis
& impeccantiæ,quæ in Origene olim,& dudum in diſcipulo eius Grunnio,Euagrioq. Pontico ,&
Iouiniano iugulata eſt,cœpit reuiuiſcere,& non ſolum in Occidentis,ſed & Orientis partibus ſibi
lare,& in quibuſdam inſulis,præcipueq. Siciliæ & Rhodi maculare pleroſq.& creſcere per dies ſin
gulos,dum ſecreto docent,& publice negant.]Sed quænam Ruffinus contulit ad roborandam im *Impoſtura Ruffini de libris Xyſti Pythagorici.*
pietatem? Præter Origenis Periarchon ab ipſo male translatum,& Euagrij Pontici libros virulen
tos Latinitate donatos:illam adiecit execrabilem impoſturam,dum Xyſti ſeu Sexti Pythagorici
commentarium a ſe translatum ſub titulo Xyſti martyris Eccleſiæ Romanæ Pontificis edidit, vt
ſub nomine martyris blaſphemias Fideles potarent aureo calice Babylonis: hæc enim ipſa om-
nia in eum obijcit S. Hieronymus ad Cteſiphontem.

Inuenimus reijci a Gelaſio Papa ſuppoſitum librum ab hæreticis nomine Xyſti martyris. ſed LXI.
quod ab hæreticis id præſumptum dicat,& non a Gentili; id accidit ex eo quod Ruffinus transfe-
rens,pluraq. addens more ſuo ex diuinis Scripturis,videri fecit librum potius hominis Chriſtia-
ni,quam Ethnici. Sed de eodem rurſus S. Hieronymus [d]: Miſerabilis Grunnius,qui ad calumniã d Hier. comm. in Hierem.lib.4. cap.22.
C dos ſanctos viros aperuit os ſuum,linguamq. ſuam docuit mendacium,Xyſti [*] Pythagorici homi * Sexti
nis Gentiliſſimi vnum librum interpretatus eſt in Latinum,diuiſitq. eum in duo volumina, & ſub
nomine ſancti martyris Xyſti vrbis Romanæ Epiſcopi auſus eſt edere.]& poſt aliqua ſubdit: Le-
ctorem obſecro,vt nefarium librum abijciat,legatq. ſi voluerit,vt ceteros philoſophorum libros,
non vt volumen Eccleſiaſticum.]hæc ipſe. Vſus eſt namq. eo libro Pelagius,ex eoq. præpotentes
elicuit ſententias;quibus,quaſi Romani Pontificis atq. martyris eſſent,reluctari nefarium ducere
tur. Editæ adhuc habetur ex eodem libro excerptæ ſententiæ ſub nomine Xyſti Papæ & martyris; e Aug.de Natur. & grat.c.64.
ex quibus aliqua citata a Pelagio,S. Auguſtinus [e] tunc ignorans Ruffini ſtropham ,tituli auctorita *S. Auguſtinus Xyſti Pythagorici librum cognouit.*
te perculſus,non audens obniti tantæ ſedis Antiſtiti , in rectum ſenſum interpretando inflectere
conatus eſt. Sed rem demum edoctus,monitus(puto)ſcriptis ſancti Hieronymi; aperiens impo-
ſturam,quod ante dixerat,retractauit [f]: quam quidem Auguſtini retractationem non legiſſe cer
tum eſt auctorem illum de Viris Illuſtribus, Iſidori nomine editum,dum ait, Xyſtum illum fuiſſe f Aug. Retract. lib.2.c.42.
Romanum Pontificem,eumdemq. martyrem,id auctoritate ſibi vendicans Auguſtini; quem ta-
men librum ab hæreticis deprauatum affirmat. Hæc quidẽ de Xyſto auctor in ſcripto codice Va-
D ticano;in impreſſis autem deſiderantur Xyſtus & alij labe hæreſis infamati.

Quod vero timeret Pelagius hæreſis condemnari,atq.eam ob rem clanculo cum ſuis ageret:id LXII.
circo hæc vbi ſupra Hieronymus [g]: Cui reſpondere diu tacens, & dolorem ſilentio deuorans, g Hier.in Hierem. lib.4. præf.
crebra fratrum expoſtulatione compulſus ſum: nec tamen hucuſq. prorupi , vt auctorum nomina
ponerem,malens eos corrigi,quam infamari:non enim hominum, ſed erroris inimicus ſum .] &
paulo poſt: Quibus loquar compendio. Aut bona ſunt quæ docetis, aut mala. Si bona; defendite li-
bere. Si mala;quid occulte miſeros iugulatis errore,rectaq. fide ad decipiendos ſimplices quoſq.
iactatis expoſitionem? quæ ſi vera eſt,cur abſconditur. ſi falſa,cur ſcribitur? &c.] & alibi [h]: Sola h Hiero. ad Cteſiphon.
hæc hæreſis eſt,quæ publice erubeſcit loqui,quod ſecreto docere non metuit.]hæc ipſe.

Talis hoc tempore ſtatus erat hæreſis Pelagianæ,vt cum propalarentur errores , auctores ta- LXIII.
men latere cuperent;hacq.de cã inſulas ad docendũ elegerint,duaſq. ſimul peſtilentiæ cathedras *Pelagianæ hæreſis tacitus progreſſus.*
erexerint,alterã(vt habet idem S. Hieronymus)in Sicilia ad decipiendos Occidentales,in Rhodo
inſula alterã,ad corruptionẽ Orientaliũ populorũ. De Siciliæ cathedra , præter recitatas ſuperius
S. Hieronymi obſcure nominib. alijs inuolutas ſententias: accedunt his,quib. hæc toto cælo perſpi-
E cias,ea quæ habet Hilarij epiſtola [i] his temporib. ſcripta ad S. Auguſtinũ,qua eum de omnib. red- i Apud Auguſt. epiſt.89
didit certiorem,tacitis tamen auctorum nominib. quod adhuc res eo modo clã tractaretur. In Sici
lia enim docuiſſe Cæleſtium,quæ ſcripſit S. Auguſtinus ad Eutropium & Paulũ Epiſcopos Gallia-
rum,ſatis aperte demonſtrant. Sed quid anno ſequenti cum S. Hieronymus tum Auguſtinus requiſi
ti exactiq. fecerint,vt aduerſus vagantes errores ſcriberẽt,nos ſuo loco de his agemus inferius: hæc
autem modo occaſione Ruffini obitus dixiſſe voluimus,ſepeliſſeq. eum ijs,quos ſibi viuens com-
poſuit,titulis ſepulchralib. Porro hæc omnia de Ruffini obitu,& ortu hæreſis Pelagianæ,emergen-
tibuſq. hæreticis,ex Origeniſtarum progenie manantib. huic eidem anno,quo Vrbs capta eſt, cõ
gruere;quæ in epiſtola ad S. Auguſtinũ habet S. Hieronymus,ſatis perſpicue declarãt his ipſis ver
bis [k]: Multi vtroq. claudicant pede,& ne fractis quidem ceruicibus inclinantur,habentes affectũ k Apud Auguſt. epiſt.26.
erroris priſtini,cum prædicandi eamdem nõ habeant libertatem.]nam paulo poſt de Vrbe capta l l.48.49 & 50. de hær.C.Theo.
hæc ſubdit: Capta Hieruſalem tenetur a Nabuchodonoſor,&c.] At de his ſatis.

Quod autem ad res Orientales pertinet: hoc anno Theodoſius Imperator,duobus datis [l] ad LXIV.

Theodoſius Epiſc. quid in Macedonianos.
a Socr.li.7.ca.3.

Anthemium Præfectum Prætorio reſcriptis, hereticos Montaniſtas, Priſcillianiſtas, atq. Eunomianos diuerſis pœnis exagitat. A Quam vero Macedoniani vexati fuerint hoc tempore, Socrates ita de ſcribit [a]: Theodoſius quidam Synadorum vrbis Phrygiæ Pacatianæ Epiſcopus hæreticos (in ea namq. vrbe complures erant ex ſecta Macedonianorum) grauiter perſecutus eſt: eoſq. non modo ex ciuitate, ſed etiam ex agris relegauit. atq. iſtud aggreſſus eſt non de more Orthodoxæ Eccleſiæ, quæ homines perſequi non ſolet.] Orthodoxos hic auctor nominat ſuos Nouatianos. ſed ſubdit: Neq. ſtudio rectæ ſinceræq. fidei incitatus, ſed turpis quæſtus cupiditati inſeruiens, vt ex hæreticis pecuniam cogeret. Itaq. nihil reliquum fecit, quod ad Macedonianos vexandos pertineret: manuſq. clericorum, qui de eius erant Eccleſia, contra eos armare, ac infinitis fere machinis, quib. illos conturbaret, vti cœpit: in iudicio vinctos ſiſtere non deſijt, maxime omnium Agapetum illorum Epiſcopum varijs incommodis & moleſtijs affecit. Ac cum primarij prouinciæ viri non ſatis habere virium & auctoritatis ei viderentur ad ſupplicium de Macedonianis ſumendum; Conſtantinopolim celeriter contendit, mandatumq. Præfecti prouinciæ poſtulat.

LXV.

Agapetus Macedonianus cũ ſuis redit ad Eccleſiam.

Dum Theodoſius Epiſcopus his de rebus Conſtantinopoli moram facit; Agapetus, quem ſectæ Macedonianæ præeſſe docui, ad rectam ſanamq. de fide opinionem redijt. Nam conſilio cum B vniuerſo clero inito, & populo Eccleſiæ ſuæ conuocato, perſuadet vt fidem Conſubſtantialis accipiant. Quo facto, cum ingenti multitudine, immo vero cum populo vniuerſo ad eccleſiam ire maturat: ac precibus peractis, ſedem in qua Theodoſius conſidere conſueuerat, capeſſit. Simulatq. populum concordiæ vinculis in vnum colligauerat, de reliquo fidem Conſubſtantialis docuit: vnde eccleſiarum adminiſtratione ad vrbem Synada ſpectantium potitus eſt. His rebus ita conſtitutis, paulo poſt Theodoſius Synada reuertitur, Præfecti mandato fretus, quod ſecum attulerat: atque ignarus rerum quæ ipſo abſente acciderant, extemplo ad eccleſiam pergit. Inde ab omnibus qui ibi aderant, expulſus, Conſtantinopolim denuo proficiſcitur: qui ſimulatque eo aduentabat, grauiter ſuum ſtatum coram Attico Epiſcopo deplorare, ſe inique Epiſcopatu eiectum docere cœpit. Atticus autem, vt intellexerat rem feliciter ad Eccleſiæ commodum cecidiſſe, verbis Theodoſium lenire, ſuadere, vti genus vitæ quietum & vacuum a moleſtijs conſectaretur, communemque omnium vtilitatem ſuis priuatis commodis anteferret: ſcribit præterea Agapeto, vt Epiſcopatum teneat, nihilque moleſtiæ ſibi ex offenſo Theodoſij animo ſuſpicetur euenturum.] hactenus Socrates: ſed illud parum conſulte (vt dictum eſt) ait, non de more Catholicæ Eccleſiæ illum inſectatum C perſonas hæreticorum; cum a temporibus Chriſtiani Imperatoris Conſtantini ſexcenta ferme edicta aduerſus perſonas hæreticorum promulgata legantur, idque innumera exempla ſuperius relata declarent.

LXVI.

Syneſius inſequitur Eunomianos.
b Syneſ epi. 50.

Quod vero ſordeſceret, non animarum lucri cauſa, ſed cupiditate rerum temporalium, Epiſcopos exagitare illos, qui extra Eccleſiam praua docerent (vt exemplo Theodoſij Epiſcopi declaratum eſt) hoc prudentior quidem factus eſt Syneſius, qui ſic ſuos iubet hoc tempore magno animi zelo eoſdem Eunomianos inſectari, vt tamen a rapina ipſorum bonorum abſtineant. Quæ igitur aduerſus eoſdem Eunomianos in Aegypto agentes Syneſius ex philoſopho Epiſcopus Ptolemaidis ſcripſerit, temporibus quidem & argumento, de quo agitur, congrua hic reddamus. Qui enim (vt oſtendimus) ad ſedem illã adminiſtrandam inuitus nolenſq. aſſumptus eſt: ea potius (vt decuit) ſummo ſtudio ac vigilantia adminiſtrauit, vt eius litteræ in Epiſcopatu conſcriptæ docent, inter quas hæ ſunt aduerſus Eunomianos datæ ad ſuos presbyteros, his ſcilicet verbis [b]:

LXVII.

Ex impij Eunomij ſecta, audio, Quintianum, per eos qui celeberrimæ ipſius poteſtatis in exercitu præfecti ſunt, adulterare rurſum Eccleſiam, & falſos quoſdam doctores conſtituere, laqueum D animis ſimpliciorum, per eos qui nuper a Quintiano miſſi ſunt ad hoc ipſum, inijci. Hi igitur ſpurij presbyteri, & recentes aduenæ, & Apoſtoli diaboli & Quintiani, ne lateant vos, quod inſultum in gregem, quem vos paſcitis, fecerunt; nec lateant vos, quod zizania inter triticum conſeminant. Nota ſunt omnibus horum refugia: ſcitis qui agri eos ſuſcipiunt: ſcitis quæ domus prædonib. apertæ ſint. Inuadite fures, naribus inueſtigantes: ſitis æmulatores benedictionis Moſaicæ, qua benedixit viris, qui contra impios in caſtris & mentem & manus mouerunt. Illud autem ad vos, fratres, dictu dignum eſt: Bona bene fiant: lis pro lucro tollatur: omnia propter Deum tractentur. Non eamdem oportet eſſe virtutis & improbitatis cauſam. Pro pietate curſus eſt: pro animabus decertandum eſt, ne aliquos ab Eccleſia deprædentur, quod iam conſueto more faciunt.

LXVIII.

Ne Eunomianorũ bonis inhient Orthodoxi.
c 1.Reg.15.

Qui vero Eccleſiæ præfectus auxerit crumenam, & per hoc quod vtile eſſe videtur, id temporibus exigentibus, aſperitatem & potentiam ſibi conficit: hic eſt quem nos ex conuentu Chriſtiano reijcimus. Non fecit Deus virtutem imperfectã: non opus habet auxiliaria improbitate: nec deficient milites Deum decentes Eccleſiis: reperiet auxiliarios hic quidem ſine mercede, in cælo E vero perfectam mercedem habituros. Vos hi fiatis. Bonum eſt enim etiam recta facientibus comprecari; bonum etiam tranſgredientes execrari. Quiſquis igitur pigreſcit, & deſtituerit: & quiſqs aggredietur quidem, verum rapuerit quid de alienis, non inſons fuerit apud Deum. Vnum hoc ſolum in medium trahite; & monetarios iſtos prauos, qui diuinam doctrinam velut numiſma adulterant, circumferte: qui ſint, omnibus manifeſtum facite: deinde hoc modo cum ignominia e Ptolemaidis finibus expellantur; quicquid cum ipſis venit & omnem rem ad ſacrificium inutilem auferentes. Qui vero præter hæc facit, maledictus Deo. Quiſquis impium conuentum conſpicatus, neglexit; aut vbi audiuit, contempſit; aut luto ab ipſis inquinatus eſt: hos nos Amalechitas eſſe ſtatuimus, a quibus ſpolium auferre non licet. De eo vero qui accepit, dicit Deus: Pœnitet [c] me, quod Saulem Regem feci. At veſtri nullam ob rem ipſum pœniteat. Sed veſtri quidem cura ſit Deo; Dei vero cura ſit vobis.] hactenus ad ſuos Syneſius. Qui quidem his & aliis recte ſancitis ſuæ ſedis Epiſcopatus primordia conſecrauit. hoc enim anno ipſum creatum eſſe Epiſcopum Ptolemaidis, nempe anno tertio a reuocatis exulibus Epiſcopis Ioannis fautorib. ſuperius dictũ

eſt: hoc

Digitized by Google

A eſt:hoc namque anno epiſtolam dediſſe diximus ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum pro
Alexandro Epiſcopo Baſianopolis in Bithynia,quam alia occaſione ſuperius recenſuimus.

At dignum quidem putamus,omnium celeberrimi huius temporis philoſophi Syneſij,hoc an LXIX.
no Epiſcopatu initiati,primordia hic repetere.Fuit ille patria Cyrenenſis,Alexandriæq. verſatus, *De Syneſio ex*
vbi vxorem duxit & filios genuit:ex quo autem genere ortus ſit,& inſtitutum vitæ eius probe com *Philoſopho E*
poſitum,ipſe [a] hæc omnia pluribus:haud enim in his licet alio properanti moras nectere. Redda *piſcopo.*
mus hic modo quæ de eo Euagrius [b] litteris commendauit:ait enim: Iſte Syneſius fuit cum in a a Syneſ. epiſt. 18.
lijs rebus diſertus,tum in philoſophia egregie excolenda adeo præ ceteris eximius,vt etiã a Chri- b Euagr. lib. 1. cap. 15.
ſtianis,qui neq.amore,neque odio adducti,de eo iudicium fecerunt,in magna haberetur admira
tione.Itaq.illi perſuadent,vt licet nondum doctrinam de reſurrectione carnis admiſiſſet, neq.ita
cenſere vellet,ſalutari regenerationis lauacro tingeretur,& iugum ſuſciperet ſacerdotij: recte ad-
modum de eo augurantes,quod res alias eius virtutes ſequerentur,diuinaq.gratia nihil pateretur
in eo deſiderari.Quæ ſpes illos minime fruſtrata eſt.Nam qualis & quam eximius vir euaſerit,ar
gumento ſunt tum epiſtolæ ab eo poſt ſacerdotij ſuſceptionem eleganter & ornate compoſitæ, tũ
B liber ille,quem dedicauit Theodoſio,tum aliæ præclaræ illius quæ extant lucubrationes.]hæc Eua
grius. Habetur excuſa ipſius Syneſij epiſtola,vnde ipſe Euagrius ea omnia hauſiſſe viſus eſt de cõ
teſtationibus ab eo factis,antequã fieret Chriſtianus,atq.ordinaretur Epiſcopus:cum a clero ele- *Syneſius Phi-*
ctus,& populo poſtulatus Epiſcopus,ille publica conteſtatione innoteſcendum curauit; nimirum *loſophus ele-*
ſe haud cælibatum,vt alij ſacerdotes,ſeruaturum;ſed cum coniuge permanſurum,ſuſcepturumq. *ctus Epiſcop⁹.*
ex ea liberos;nec adduci poſſe vt contra philoſophiæ præſcriptum,ex fide Chriſtiana ipſe creditu
rus ſit,fore aliquando mundi occaſum,corporumq.reſurrectionem,vel ante corpora formari,quã
animas.hæc quidem ab ipſo iactata,certum eſt.

Sed errore maxime labuntur,qui putant hæc ſerio fuiſſe a Syneſio inculcata. Etenim quomo- LXX.
do Theophilus adduci aliquando valuiſſet,vt credere obſtinata contradictione nolentem,atque
adeo refragantem baptizandum fore conſenſerit,nedum ſummo ſacerdotio imbuendum , contra
Euangelicam Apoſtolicamq.doctrinam,ipſis Eccleſiæ legibus reclamantibus,quarum Theophi
lus minime ignarus,ſed conſultiſſimus erat? At quomodo hæc geſta ſint,paulo poſt dicturi ſumus.
modo autem ipſius Syneſij de his datam ad Euoptium fratrem epiſtolam hic recitemus, quam ex c Nicephor. lib. 14. cap. 55. Syneſius epiſt. 105.
C ſcripſit Nicephorus [c], ex quo eam hic nos reddemus. ſic enim ſe habet:

Inconſideratus ſane eſſem,niſi multam haberem Ptolemaidis ciuibus gratiam,qui me hono- LXXI.
re eo,quo me ipſum indignum puto,honeſtum eſſe volunt. Verum non an illi magna tribuant, ſed *Syneſij epiſto*
potius an ea a me recipienda ſint,deliberare conuenit. Quod ſi enim homo diuino prope fruatur *la ad Euoptiũ.*
honore,ſi quidem iuſtus ſit,dulciſſimum percipiat fructum:ſin dignitate ea longe ſit indignor, a-
cerbam futuræ pœnæ ſuſtineat expectationem. Porro non nouus hic,ſed vetuſtus admodũ eſt me-
tus,ne quid in Deum committam,honorem ab hominibus ferens. Ego ſane, qui me ipſum noui,
ineptiorem omnino comperio,quam vt ſacerdotali dignitati gerendæ idoneus ſim. Proinde apud
te de animi mei motibus & cogitationibus agam:non enim alium habeo,apud quem id rectius fa
ciam,quam te percarum mihi,mecumq.educatum caput. Te namq.æquum eſt participem eſſe cu
rarum mearum,ac noctu vigilantem deliberare,& interdiu cogitantem conſiderare, vt & boni mi
hi aliquid cõtingat,& mali quicquam effugiam. Accipe igitur,quo loco res meæ ſint,quæ tibi etiã
maiore ex parte cognitæ ſunt.

Faſce exiguo ſublato,pulchre mihi videor hucuſq.philoſophiam ipſam pertuliſſe:quam vero LXXII.
D ab hominibus non prorſus perperam in ea verſatus eſſe cenſeat,laudatum a quibuſdam, amplio-
re nunc honore me ornatum eſſe volunt, qui de idoneis animi mei viribus iudicare non poſſunt.
Vereor autem,ne ſi per ineptam ambitionem dignitatem oblatam recipiam,neutrum conſequar,
videlicet neq.laudem ex honore contempto,neq.gloriam ex dignitate minus recte geſta. Rem ip-
ſam ſic mecum conſidera: Rebus duabus ſemper tempus omne tribuo,ſtudijs,& ludo litteris va-
cans,& præcipue diuinis,ſolus ſum:ludo operam dans,quamplurimos admitto. Noſti enim, cum
libris exurgo,totum me in ludis eſſe,a ciuilibus autem curis & natura & animi deſtinatione ab-
horrere. Sacerdotem autem oportet eſſe virum diuinum,& ad ludum omnem perinde atq. Deum *Sacerdotalis*
difficilem ac durum;qui vt propoſitum inſtitutumq.ſuum teneat,innumeros plurimorum conuer *vitæ eminen-*
ſos in ſe habet oculos. Ad quos nulla aut certe parua peruenit vtilitas,niſi aliquis probe inſtructus *tia.*
& cordatus ſit,& a ſuauitate animi omni alienus. Rem diuinam faciens,non priuatim ſolus eſſe
poteſt,ſed in communi conuentu inter plurimos verſatur;cum legis doctor ſit, & nihil aliud quã
quod legitimum ſit,ſonet. Negotia eum gerere oportet,quæ ſimul omnes tangunt. Quæ enim cõ-
munia omnium ſunt,vnum ipſum curare opus eſt, niſi criminibus omnium obnoxius eſſe velit.
E Quomodo igitur non maximi,fortiſſimique animi ſit, tantam curarum molem ita ferre,vt mens
non obruatur,& extincta in anima particula diuina non negligatur; ſi quis tot ſtudijs & varijs a-
ctionibus diſtineatur?

Neque ignoro eſſe quoſdam qui hoc præſtare poſſint:& felicem eorum naturam atq.beatam, LXXIII.
ipſoſq. vere diuinos viros eſſe cenſeo, qui cum in multis humanis verſentur negotijs, non tamen
diuini numinis cura excidant. Ego vero me ipſum,qui in vrbem deſcendere,& per vrbem deambu
lare ſoleam,rebus inuolutum quæ ad terrenas curas trahunt,atque inquinationibus repletum eſ-
ſe,quarum non facile quiſquam magnitudinem dixerit,ſcio. Nam quæ ad natiua & propria alium
de aduenient piacula,in acceſſionis rationem conferuntur. Corporis robur mihi non eſt:interiora
animi bona non recte ſe habent:ab externis etiam aliqua ex parte deſtituor:tum autem conſcien-
tiæ mærorem ferre nequeo:& quotieſcumque me quiſpiam rogat,diſertis verbis ſtatim dico, ſa-
cerdotem in rebus omnibus maxime a probris debere eſſe alienum;quippe qui aliorum quaſque
ſordes expiet.

Google

LXXIV. Verum enimvero illud quoq. litteris ad fratrem datis inſerere connenit: permulti enim hanc A
epiſtnlam legent;& ea gratia illam potiſſimum dictaui, vt cum res ipſa nota omnibus fiat, tum vt
cnmq. ea procedat, & apud Deum & apud homines, nec minus apud ipſum patrem Theophilum
culpa caream. Siquidem cum res meas in medium prntulerim, & poteſtati eius, quicquid velit, de
me ſtatuendi permiſerim; quomodo crimini alicui obnoxius ſim? Mihi & Deus ipſe, & leges, ip-
ſaq. ſacra Theophili manus vxorem dedit. Quapropter omnib. prædico, teſtatumq. eſſe volo, me
illam prorſus deſerturum non eſſe; neq. cum illa, veluti mœchum, clandeſtinam conſuetudinem ha
biturum: alterum enim minime pium, alterum minime legitimũ eſt: quin potius & vnlo & opto,
plures mihi & probos naſci liberos: hoc ipſum electionis auctorem & principem ignorare non o-
Syneſii conteſtatio. portet. Sciant id amici noſtri Paulus & Dionyſius, quos legatos hãc ob cauſam a populo lectos eſ-
ſe audio, Illam vero rem Theophilo non ſignificari, ſed in memoriam tãtum reuocare opus eſt: de
ea añt pluribus dicam, cũ qua qdẽ vna quiſquã alia omnia collata parua eſſe iudicet. Difficile eſt,
atq. adeo fieri omnino non poteſt, vt animus dogmata, quæ per eruditionem & ſcientiam in certã
neceſſariamque perſuaſionẽ euaſerint, fluctuare & in dubiũ vocari ſinat. Noſti porro, philoſophiã
admodum diuulgatis iſtis Chriſtianorum aduerſari opinionibus. Itaque haud vnquam adducar, B
vt poſterius animam quam corpus gigni credam. Neque mundum ipſum & partes eius aliquãdo
interituras eſſe dicam. Reſurrectionem deprædicatam ſacrum quiddam & minime vulgandum eſ
ſe duco. Neque conceptis vulgi opinionibus aſſentiri poſſum. Mens philoſophia exculta verum
perſpicit. Ea interdum neceſſitate adducta, mendacium permittit. Et haber rationem, ſeu propor
tionem ſuam lumen ad veritatem, & oculus ad mentem. Quantus ergo oculus lumine copioſiore
in deterius abutatur, aut lippis tenebræ commodiores ſint, hactenus mendacium quoque populo
vtile eſſe, & veritatem noxiam eis puto, qui aciem mentis in euidentem rerum claritatem inten-
dere nequeunt.

LXXV. *Syneſii ſinceritas.* Quod ſi ſacerdotes noſtri hæc mihi permittunt; potero ſane ego quoque ſacerdotis munere
fungi, qui domi quidem philoſophiæ incumbo, in publicum autem progreſſus, ſermonibus & col
loquijs hominum delector, neq. docens, neq. dedocens, ſed in anticipata opinione quemq. perſiſte
re permittens. Sin illi ſacerdotem ita animatum & opinionibus manifeſtum eſſe oportere dicant;
omnibus me palã oſtendere intermiſerim. Quid enim rei eſt populo cum philoſophia? Rerũ qp-
pe diuinarum veritatem minime vulgari oportet: populus autem more & aſſetudine alia indiget. C
Rurſum igitur & ſæpius repetens dicam, nulla cogente neceſſitate, neq. arguere, neq. argui ſapiẽ
tis eſſe. In ſacerdotum autem ordinem cooptatus, non committam vt dogmata præter animi ſen-
tentiam aſſimulem. De his Deum, de his homines teſtes inuoco. Veritas Dei propria eſt, apud
quem in rebus omnibus inculpatus eſſe volo. Hoc vnum tantum non diſſimulo: quandoquidẽ io-
ci & ludorum ſtudioſus ſum; ita vt iam inde a puero crimen iſtud ſuſtinuerim, pluſquam deceret,
armis me & equis delectatum eſſe; quibus ſi caruero, triſtis quidem ero. Quid enim cum cariſſi-
mos canes feras nullas proſequi, & ſagittas a teredinibus exeſas eſſe videro, faciam aliud? Sed ta-
men conſtantiam, ſi Deus voluerit, obtinebo: atq. quamuis a curis alienus, macerabor; cauſarum-
que & negotiorum quantumuis graue miniſterium hoc, Deo confiſus, ſuſtinebo. Dogmata autẽ
per diſſimulationem non tegam; neq. mihi mens a lingua diſſentiet. Hoc ſic cum & ſentiam & di-
cam, Deo placere puto: neque ſermonis illius de me occaſionem relinquere volo, me, quod qui fue
rim, ignoratus ſim, electionis ſuffragia rapuiſſe.

LXXVI. Ceterum Dei amantiſſimus pater Theophilus, cum me norit, poſtquam mihi id ſe ſcire ſigni
ficauerit, ſic tandem de me conſilium, quid ſtatuat, capiat. Tum enim aut in inſtituto meo viuere D
me & philoſophari patietur; aut poſtea vt me in iudicium vocet, vel ſacerdotum ordine moueat, ſi
Quomodo Sacerdotium ſuſcipiendum. bi ipſi poteſtatem non relinquet, Aliæ inſuper opiniones & ſententiæ omnes nugæ fuerint: veritatẽ
enim ſatis ſcio Deo eſſe gratiſſimam. Sed enim ſactum caput tuum, atque in primis veritatis tuto-
rem & inſpectorem Deum teſtor, ægre mihi eſſe, Quomodo enim non ſit, cum quodammodo ex vi
ta ſolita in vitam aliam tranſeundum mihi ſit? Quod ſi rebus his in publicũ prolatis (latere enim
eas & premi nolo) is cui poteſtatem hanc conceſſit Deus, in ordinem ſacerdotum me elegerit: ſu-
bito eam neceſſitatem, & veluti diuinum decretum ſuſcipiam. Sic enim exiſtimo, ſi vel Imperato-
re, vel infelici, Deoq. inuiſo Auguſtali quopiam iubente, imperata non facerem, inobedientiæ pœ-
nas me daturum eſſe: Deo autem ipſi volentes nos parere conuenit. Sin me ad ſacrum obeundũ
miniſterium non admittit Deus, ab ipſo ſtatim initio in me rem diuiniſſimã, veritatem ipſam cõ-
plecti, neque per id quod illi maxime repugnat, mendacium ſcilicet, functionem ipſius ſuſcipere
decet. Fac igitur vt Scholaſtici hæc ſciant, & ad illum referant.] hactenus epiſtola Syneſij ex Nice-
phoro accepta.

LXXVII. *Syneſii ars in fugiendo Epiſcopatum.* Porro ſi quis conteſtationes ita vt ſe habent intelligat, prout a nonnullis intellectæ noſcũtur; E
habet profecto vnde miretur, immo & indignetur, hominem talia proteſtantẽ, taleſq. conditiones
præponentem, ſic eſſe ordinatum a Theophilo Epiſcopum Ptolemaidis. verum mentem Syneſij
hos minime aſſecutos eſſe, palam faciemus. Vnde, rogo, Syneſij mentem melius quam ex his quæ
poſtea idem ipſe ſcripſit, quo ſenſu, quove animo iſta iactarit, poſſumus intelligere? Simulac enim
diu reluctatus, creatus fuit Epiſcopus, ſcribens ad ſuæ Eccleſiæ presbyteros, plane de ſe teſtatur,
omnem ornatum, inſuper & omnem adhibuiſſe artem vt Epiſcopatus onus effugeret. Er quam ar-
tem? niſi vt ſimulate agens, & illa inculcans adeo Chriſtianæ fidei & diſciplinæ aduerſantia, reij-
ceretur omnino a munere Epiſcopatus? Er vt ſentio, haud aliud præſtitit Syneſius verbis, quã quod
S. Ambroſius factis exhibuit, dum ne Epiſcopus ordinaretur, ſe adulterum & ſanguinarium publi
ca profeſſione ab omnibus credi voluit. Sed audiamus eius breuem de his epiſtolam ad ſuos preſ-
LXXVIII. byteros ſcriptam:

a Syneſ. epi. 11. Neque [a] ego prius vobis ſuperior eram, cum omni robore & arte ſacerdotium effugerim;

neque

A neque nunc vos me ſuperatis: ſed diuinum profectò erat, & quod tunc nondum, & quod nûc iam. Ego enim ſæpius mori pro hac rerum ſacrarum adminiſtratione maluiſſem, ne ſcilicet ſuſciperem illam. Non enim mearum virium eſſe iudicabam huius rei gubernationem. Cum autem Deus induxerit, non quod ego petebam, ſed quod ipſe volebat: precor eum qui vitæ largitor eſt, vt etiam quam tribuit, perfecturus ſit. Qui enim iuuentutem in otio philoſophico conſumpſi & in ſpeculatione à rerum actione aliena, & tantum in curis verſatus ſum, quantum defunctorie per actum reprehendi non poteſt in hac cum corpore vita, & in hoc quod ciuis ciuitatum fuerim: quomodo ſufficiam curis nullam habentibus intermiſſionem? Aut quomodo vbi me ipſum turbæ negotiorum tradidero, adhuc ad mentis pulchritudines accedam, quibus ſolum beatum otium frui poteſt? ſine quo mihi & meis ſimilibus omnis vita, nulla vita eſt. Ego quidem non noui: Deo vero (aiunt) omnia poſſibilia ſunt, etiam quæ impoſſibilia ſunt. Et vos ipſi igitur pro me ſupplices manus ad Deum eleuate, & tum populo in vrbe, tum his qui in agris aut villaticis eccleſijs commorantur, preces pro nobis & in communi & ſingulatim omnibus committite. Si enim non deſertus a Deo relictus fuero: tunc cognoſcam ſacerdotium non diſceſſum a philoſophia, ſed ampliorē acceſsū.] *Syneſii epiſtola ad ſuos.*

B iſta ad ſuos cum creatus eſt Epiſcopus Syneſius [a].

a Syneſius epiſto. 17.

LXXIX.

Scribens poſtea contra Andronicum: quam expetierit mori potius quam Epiſcopus fieri, aperta teſtificatione declarat, vbi primum de ſuo ante Epiſcopatum vitæ inſtituto iſta præmittit: Viuebam cum bona ſpe in mundo, velut in ſacro ſepto animal liberum ac ſolutum, prece & libro & venatione vitam diuidens: vt enim ſana ſit anima & corpus; hoc quidem laborare oportet, illam autem rogare Deum. Cum huiuſmodi facilitate traxi annos illos vſque ad electionem Epiſcopatus: ad quem ego, ſi quis vnquam, timidiſſimus fui. Teſtor omnibus Deum, cuius per vos ego arcana myſteria geſtaui, abſque humanis circuitibus ac ſtudijs, ipſum Deum ſolitarie in multis temporibus & locis acceſſi, & pronus & in genua inclinatus, ſupplex mortem pro Epiſcopatu eligebam.] hæc & alia de reluctatione ſua, ne ſuſciperet Epiſcopatum Syneſius, cuius quidem argumēti multa prætermimus breuitatis cauſa: cum vt fugeret, ea vſus eſt arte, vt portentoſis conteſtationibus illis Theophilum poſſet eludere. At inſaniam ſimulātem Vlyſſem prudens conſilium Palamedis irritum reddidit: & impietatem affectans Syneſius Theophilum latere non potuit.

LXXX.

Cum vero e quietis tranquillo portu in turbatum vaſtumq. pelagus inuitus nolenſq. ſoluiſſet: C multiplicium mole negotiorum oppreſſus, iam cum vix ſeptem menſes Epiſcopatu perfunctus eſſet, de abdicatione agere cœpit; ſed fruſtra quidem. agit enim de his ipſe in epiſtola ad Olympium [b]. Delegabat illi Theophilus prouinciæ illius negotia & lites vertentes inter Epiſcopos, & cauſarum cognitiones: cui quidem eum parere, ſe neceſſitate aſtringi cognoſceret, & reluctari penitus nefas: ad ipſum hoc primo anno ſcribens, hæc ait: Ego & volo, & neceſſitas mihi diuina eſt, vt legem putem quicquid thronus ille vaticinabitur.] & inferius: Quicquid ſtatuerit, hoc multitudini iuſtum ſit: obedientia enim vita eſt, & mors inobedentia.] Tanti quidem æſtimatus eſt recens Epiſcopus, vt iudex fieret ſeniorum Epiſcoporum.

b Syneſius epiſto. 96.

Syneſius Epiſcopus cauſas iudicat mandato Theophili.

LXXXI. Cauſa Pauli cū Dioſcoro.

Vertebat enim tunc inter vicinos Epiſcopos Paulum, atque Dioſcorum eiuſmodi controuerſia. Irruētibus barbaris in Cyrenem cum ſuis Paulus collem occupat natura munitum; illicq. vbi ageret, domunculam ibi ſitam in eccleſiam conſecrat, inferens illuc altare, & in eo celebrans ſacrificium: quo actu locum illum ſibi vendicare putauit, contradicente Dioſcoro, ſub cuius diœceſi locus poſitus erat. Sed Syneſius in Paulum ſententiam tulit, non exiſtimans eam ob cauſam locum Deo eſſe dicatum, vt ad profanum vſum redire non poſſet. Nam hoc (inquit) locum non ſanctificat: D alioqui omnes montes & omnes valles eccleſiæ eſſent, & nullum monumentum effugeret vt non publicum eſſet, in quibus omnibus, cum hoſtes prædantur, preces & myſteria fiunt. Quot vero domus per impia Arianorum tempora preces & myſteria ſuſceperunt, & nihilominus ſunt priuatæ? &c.] hæc & alia plura Syneſius in Paulum pro Dioſcoro.

LXXXII. Caſus reſeruati primæ ſedis Epiſcopis.

In cauſa vero Lamponiani, qui ob illatas in Iaſonem iniuria excommunicatus fuit; cum idem indicat, illud inſinuat Eccleſiæ antiqui moris, quoſdam atrociores caſus Epiſcopos minores non abſoluere, ſed reſeruate illos primæ ſedis Antiſtiti. nam audi de ipſo Lamponiano: Quamquam (inquit) & lacrymas ex pœnitentia effuderit, & populus ſupplex illum excuſarit: at ego in his quæ viſa eſſent, perſeueraui: ſoluendi vero poteſtatem ad ſacram ſedem remiſi. Tantum igitut mihi ipſi permiſi, ſi appropinquaret Lamponiano debitum fatale, ipſe vitæ exitus, vti tunc ſane dies conſtituta adeſſe videretur: omnibus permiſi tum affuturis presbyteris, vt cum ipſo communionem participarēt. Nemo enim ligatus mihi moriatur. Verum ſanitati reſtitutus, rurſus ob eadem reus ſit, & a diuina ac benigna anima tua veniæ aſſenſum expectet.] hæc Syneſius ad Theophilū Alexandrinum Epiſcopum, a nobis hic poſita ad antiquos ritus in iudicijs Eccleſiaſticis referandos. Ipſe vero E Syneſius de ſe ad ipſum Theophilum hæc in fine: Poſtremū, ora pro me; orabis enim pro derelicto & omnibus deſerto & egente eiuſmodi cooperatione: ita ipſe vereor pro me ipſo loqui ad Deū. Omnia enim mihi in contrarium cedunt propter temerariam & periculis obijcentem ſe audaciā, quod homo in peccatis, ſeorſum ab Eccleſia peregrinus educatus, alieno vitæ ductu inſtitutus altaria Dei contigi.] hæc Syneſius: quibus videas quanta animi demiſſione polleret.

LXXXIII. Syneſii querela de curis litiū ſæcularium.

Obibat autem ipſe nauiter Eccleſiaſtica negotia: in quibus curis feliciter ſibi actum exiſtimabat, ſi non & ſæcularibus negotijs obrueretur. Hinc illæ aureæ ipſius in querelis ſententiæ: Ciuilē virtutem cum ſacerdotio coniungere, eſt verſare ea quæ ſimul verſari non poſſunt. Priſcum ſæculū tulit eoſdem ſacerdotes & iudices. Nam & Ægyptij & Hebræorum gens multo tempore ſacerdotes Reges habuerunt. Deinde (vt mihi videtur) cum diuinum opus humano more perageretur, ſeiunxit Deus vitæ conditiones, & alius ſacerdos & alius dux effectus eſt. Alios enim ad materiam direxit, alios ſibi ipſi collocauit. Ordinatum autem eſt, vt illi quidem in rerum negotijs, nos autē in precibus verſaremur. Quod vero bonū eſt, ab ambobus exigit Deus. Quid igitur reducis? Quid

A

ſeparata a Deo, cõiũgere conaris;qui neque vt gubernemus,ſed vt falſo gubernemus expetis?Qua re quid fieri miſerius poſſit?Opus eſt tibi Præfecto?ito ad procuratorem legum Reipublicæ.Opus habes aliqua in re Deo?ito ad ſacerdotem ciuitatis.]& paulo poſt:Non condemno Epiſcopos,qui in rerum negotijs verſantur:ſed ignarus me ipſum vix in theatrũ peruenire admiror;eos qui vtraque poſſunt.Mea facultas non eſt duobus dominis ſeruire.Si vero ſunt aliqui,qui neque a conſciẽtia lædantur;poterint ſane & ſacerdotio fungi,& ciuitatum Præfecti eſſe.Radius Solis etiam ſi cũ ſtercore conuerſabitur,purus mane,& non coinquinatur;ego vero ſi idem hoc fecero,fontibus & mari opus habeo.] hæc & alia plura ad ſui excuſationem in Synodo Syneſius,cum ab Epiſcopatu miſſionem peteret,quam in annum ſequentem reijcimus. hæc vero ſatis hic de Syneſij ordinatione & adminiſtratione prægustaſſe.

IESV CHRISTI ANNVS 411. INNOCENTII PAP. ANNVS 10. HONORII 17. THEODOSII 4. IMPP.

B

I. SEquitur ordine temporis annus Domini vndecimus poſt quadringẽteſimum,nullo Occidentalis Imperij ſignatus Conſule,quod afflictata nouis eſſet Gothorũ cladibus & aliorum in diuerſas prouincias graſſationibus barbarorum Romana Reſpublica:in Oriente vero,vbi tranquillior eſſet rerum ſtatus,ipſe Theodoſius Imp.quartum adijt Conſulatum:Quo Alaricus Gothorũ Rex iam traijcere in Siciliam exercitum fruſtra tentans, repentina morte occupatur apud Coſentiam; de cuius obitu & ſepultura hæc apud Ioannem Diaconum,ab alijs non ſuo nomine Paulũ nuncupatum [a]: Inter hæc Alaricus dum deliberaret quid ageret, apud Coſentiam ſubita morte defunctus eſt.Gothi Baſentium amnem de alueo ſuo captiuorum labore deriuãtes, Alaricum in medio alueo cum multis opibus ſepeliũt;amnemq.meatui proprio reddentes,ne quis locum ſcire poſſet, captiuos qui interfuerant extinguunt.]hæc ipſe. Sozomenus [b] autem de Alarico ait, eum ante obitum inita cum Honorio pace ab eo declaratum fuiſſe totius ducem exercitus;ſubditque: Cum pro conſuetudine Principum ex proceſſu quopiam tum reuerteretur Imperator,audita morte Alarici,ſtatimq.deſcẽdens,publice gratias Deo nuncupatis precibus egit,quod eſſet inſidiatore maniſeſto liberatus.]Addit hæc his idem auctor Miſcellæ [c]: C

Alarici obit⁹.

a Paulus Diaco. lib.13.hiſtor. Miſcel.

b Sozom.lib.9. c.12.

c Paul. Diacon. lib.13.

II. Regem deinceps Athaulphum Alarici affinem Gothi conſtituentes,Romam redeunt:ſi quid reſiduum fuit,more locuſtarum eradunt,auferentes exinde Gallam Placidiam Theodoſij Principis filiam,ſororem Honorij,quam ſibi Athaulphus apud Forum Cornelij coniugio ſociauit: quę multo poſt Reipublicæ commodo fuit:nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio, ſubtilibus blandimentis inflexit, vt vltro a Romanis pacem expeteret.] hæc ipſe.at de poſteriori hac Vrbis inuaſione apud nullum alium me legiſſe memini.Oroſius autem tradit [d], in ipſa Vrbis inuaſione ſub Alarico Gallam Placidiam ab Athaulpho captam:Zoſimus & alij ipſam ante ſub Alarico cuſtoditam ferunt.Ceterum diuina id factum diſpenſatione,quo extremam Imperij cladem auerteret,idem auctor affirmat.Nulla igitur,defuncto Alarico,clades ab Athaulpho Alarici ſucceſſore Vrbi illata penitus reperitur:immo ei in optatis fuiſſe, Gothorum exercitu Romanum Imperium in ſplendorem priſtinum reſtituere, idem Oroſius teſtatur his verbis [e]: Is(vt ſæpe auditũ, atque vltimo exitu eius probatum eſt)ſatis ſtudioſe ſectator pacis,militare fideliter Honorio Imperatori,ac pro defendenda Romana Republica impendere vires Gothorum præoptauit. Nam D ego quoque ipſe virum quemdam Narbonenſem, illuſtris ſub Theodoſio militiæ,etiam religioſũ prudentemq.& grauem apud Bethlehem oppidum Palæſtinæ,beatiſſimo Hieronymo presbytero referente,audiui,ſe familiariſſimũ Athaulpho apud Narbonam fuiſſe;ac de eo ſæpe ſub teſtificatione didiciſſe,quod ille cum eſſet animo,viribus,ingenioq.nimius, referre ſolitus eſſet ſe in primis ardenter inhiaſſe,vt obliterato Romano nomine,Romanum omne ſolum, Gothorum Imperiũ & faceret & vocaret;eſſetq.(vt vulgariter loquar)Gothia,quod Romania fuiſſet; fieretq.nũc Athaulphus,quod quõdam Cæſar Auguſtus.At vbi multa experientia probauiſſet,neque Gothos vllo modo parere legibus poſſe ꝓp effrenatã barbariẽ, neque Reipublicæ interdici leges oportere,ſine quibus Reſpublica non eſt Reſpublica:elegiſſe ſe ſaltem,vt gloriam ſibi de reſtituendo in integrum,augendoq.Romano nomine,Gothorum viribus quæreret; habereturq. apud poſteros Romanæ reſtitutionis auctor,poſtquam eſſe non poterat immutator.Ob hoc abſtinere a bello, ob hoc inhiare paci nitebatur,præcipue Placidiæ vxoris ſuæ feminæ ſane ingenio acerrimæ, religionis ſatis probatæ,ad omnia bonarum ordinationum opera perſuaſu & conſilio temperatus.] Quomodo autem dolo ſuorum, idem Athaulpus hæc meditatus, interfectus fuerit, ſuo loco E dicemus.

Athaulphus Rex Gothorũ.

d Oroſ.lib.7.ca. 40.

e Oroſ.lib.7.ca. 43.

Ataulphi Regis conſilium.

III. Hoc eodem anno Carthagine in Africa celebrata eſt famoſiſſima illa Collatio inter Catholicos & Donatiſtas diu expetita,ſæpe tentata,numquam autem, reſilientibus illis,effectu conſummata,niſi hoc anno poſtquam ad hoc ipſum perficiendum ab Honorio Impera. miſſus eſt in Africam anno (vt dictum eſt) ſuperiori Marcellinus. Poſt Conſulatum quidem Varanes, nempe hoc anno,ex ſcripto antiquo Codice Balduinus tradit habitam fuiſſe huiuſmodi Collationẽ. Qđ autem conuentus iſte appellatus inuenitur Collatio,non Concilium; inde accidit,quod in vnico conſeſſu non vocati ſunt hæretici vel ſchiſmatici tamquã rei ab Eccleſia iudicandi, ſed vt fratres ad vnitatem Eccleſiæ,cognitis cauſæ meritis,attrahẽdi.At quomodo iſta ſe habuerint,& quo temporum ordine cuncta ſint facta,iam agrediamur.Quẽ diximus miſſum eſſe anno ſuperiori ab Imperatore inſignem virum Marcellinum in Africam ad conciliandos cum Catholicis Donatiſtas; idem ipſe Imperatoris [f] reſcriptum,quo iuberentur Donatiſtæ cum Catholicis ad conferẽdum

Donatiſtæ edictis vocati ad Collationem.

f Aug. in Breuic. collat diei 1.c.5.

de con-

Digitized by Google

A de controuerſijs inter eos diu verſatis in locum vnum conueniſſe debere, promulgauit. Sed & dato poſt quatuor menſes edicto decimoquarto Kal. Martias, vt Collatio haberetur decimoquarto Kalendas Iunias definiuit [a]; idq. ex Imperatoris reſcripto, quo iubebatur eo temporis ſpatio eos ad cauſam agendam impelli: licet alijs edictis, ne ſubterfugium aliquod ex temporis anguſtia obtẽdi poſſet, alios duos menſes ipſe ſuperaddidit. Ceterum vt ad Kalend. Iunias conueniretur, pars vtraque conſenſit. hæc ex Actis ipſius Collationis ſunt accepta.

Tempus Collationis.
a Aug. In Breuic. di. 1. c. 8.

IV. *Marcellinus indulgentiſſimus Donatiſtis.*

Conſtat inſuper Marcellinum, quo demulceret refractarios Donatiſtas, ſuo edicto, quo eos vocauit, ſine iuſſione Imperatoris reddidiſſe baſilicas Donatiſtis, qui ſe pollicerentur eſſe venturos. Inſuper & illud indulgendum putauit, vt eodem edicto illis concederet, vt quem vellent eligerent ſibi Iudicem, qui cum ipſo præficeretur ad iudicandum: ſed & iuramento pollicitus eſt, ſe iudicaturum quod veritas ſuaſiſſet; aliaq. complura adiecit, quibus eodem edicto eos eſt exhortatus ad mutuo cum Catholicis conferendum. hæc ex Actis. Præſtitum quoque ab eo & illud fuit humanitatis officium, vt per Tractorias eoſdem conuocauerit litteras, quibus (vt alibi fuſius explicauimus) ſic vocatis publicæ concederentur vecturæ, atque omnia neceſſaria ad commeatum abunde
B ſatis impẽderentur. Per Tractorias nãque ad eorum Primates miſſas, a quibus ſinguli acciperẽt, eos fuiſſe vocatos, S. Auguſtinus teſtatur [b].

b Aug. ad Donatiſtas poſt Colla. c. 24.

V. *Donatiſtæ Epiſcopi Carthaginem veniunt.*
c Auguſt. eod li. c. 25.
d Aug. eod. lib. c. 24.
e Aug. in Breui. Collat. di. 1. c. 14.

Sic igitur conuocati (inquit ipſe [c]) congregantur ex vniuerſa Africa tot Epiſcopi Donatiſtæ, ingrediunturq. Carthaginem cum tanta ſpecioſi agminis pompa, vt tam magnæ ciuitatis oculos in ſe, intentionemq. conuertant.] Ex parte vero Catholicorum omnes numero ducenti & octogintaſex, cum ferme centum [d] in ſuis Eccleſijs ſenectute & morbis præpediti remanſiſſent, immo cẽtum viginti, vt habent [e] Acta Collationis. Donatiſtarũ autem numerus minor fuit: nomina enim eorum in ſubſcriptionibus litterarum numerata ſunt ducenta ſeptuagintanouem, ſed falſitas deprehenſa eſt, cum pro abſentibus aliqui ſubſcripſiſſent. At ne hac etiam ex parte Catholicis cenſerentur inferiores, ſed plures quam quadringentos eſſe numero falſo iactabant, detentos vero illos domi diuerſis corporis infirmitatibus: ſed inanem prorſus hanc fuiſſe illorum gloriationem, S. Auguſtinus oſtendit.

VI.

Cum autem ſuperiores Catholici numero eſſent; ad euitandam tamen oſtentationem, nõ vna ſimul, vt Donatiſtæ, ſed ſeorſum ſinguli Carthaginem ingreſſi ſunt, vt idem S. Auguſtinus affirmat.
C [f] Quod vero nõ ea pompa qua ipſi fuiſſent ingreſſi, pauciores numero eos eſſe, Donatiſtæ putarunt: porro illi inuenti ſunt adieciſſe ſubſcriptioni litterarum numerum itidem centũ viginti Epiſcoporum, quos oppreſſos morbis domi relictos cauſati ſunt. Sic igitur qui ſubſcriptione oſtẽtabãt numerum ducentorum ſeptuagintanouem Epiſcoporum, nonniſi centum quinquagintanouem ſunt numerati. id quidem aperte demonſtrat S. Auguſtinus [g], qui de ſuis Catholicis affirmat, ꝑter numeratos ſuperius centum octogintaſex, qui ſe Carthaginem contulerunt, recenſitos eſſe, qui diuerſis neceſſitatibus detendi domi remanſerant centum viginti; quodq. adhuc eo Collationis tẽpore ſexaginta ſedes Epiſcopales in Africa orbatæ erant paſtorib. adeo vt numeratæ fuerint ſedes Epiſcopales in Africa Catholicorum quadringentæ & ſexagintaſex. Donatiſtas vero numero ſedium valde imminutos ex eo intelliges, dum qui anno Chriſti trecenteſimo nonageſimoquarto Bagai in Numidia aduerſus Maximianiſtas cõuenerunt, numerati ſunt quadringenti, ſex minus Epiſcopi, exceptis Maximianiſtis, qui & ipſi Donatiſtæ erãt, ſed ab illis ſchiſmate ſeparati: in hac vero Collatione, quamuis ſuorum multitudinem affectauerint, nonniſi centum quinquagintanouem colligi valuerunt, nam falſo iactaſſe centum viginti ægrotos remanſiſſe domi, conuicti ſunt ex
D ſuis ipſorum verbis [h]. Ex quibus intelligas quantum profecerint in Donatiſtarum conuerſione Epiſcopi Orthodoxi, atque præcipue Auguſtinus.

f Aug. in Breuic. cap. 11.
Iactantia Donatiſtarum.
g Auguſt. ibid. c. 14.
h Aug. in Breui. Col. di. 1. c. 14.

VII.

Cum igitur vtraque pars Carthaginem conueniſſet, antequam vno conſeſſu colligerentur, Marcellinus aliud ipſis præſentibus promulgauit edictum [i], quo inter alia qui locus habendo conuentui deligendus eſſet, pars vtraque decerneret, eos admonuit. De loco itum eſt in eam ſententiam, vt in Thermis Gargilianis comitia haberentur [k]. Sed cur non in baſilica Fauſti, vel baſilica Reſtitutæ, in quibus complures Synodi Carthaginenſes habitæ eſſe leguntur, conuentũ eſt? nulla alia quidem ex cauſa, niſi quod horrerent Donatiſtæ Catholicorum eccleſias, quas dicerent eſſe Satanæ ſynagogas; vnde etiam accidere conſueuit, vt, cum ipſis potituri eas inuaderent, nonniſi eiſdem lotis, purgatiſq. ac demolitis altaribus, & alijs more ſuo adhibitis luſtrationibus illas vendicarent, vt ex Optato ſuperius recenſuimus. Sic igitur cõmuni conſenſu electæ ſunt Thermæ Gargilianæ, locus amplus, lucid', ac refrigerãs calores æſtiuos, vt a ſancto Auguſtino [l] deſcribitur: erat autem in ipſius Carthaginenſis vrbis meditullio conſtitutus. Eodẽ quoque [m] edicto cauit Marcellinus, vt ad tumultum ex numerioſitate oboriri ſolitum anteuertendum, ex vnaquaque parte decẽ
E & octo deligerentur, omnes numero trigintaſex, qui ſeſſionis locum ingrederentur: quorũ officia ita inter ſe partita eſſent, vt ex illo cuiuſque partis numero decem & octo Epiſcoporum, ſeptem deputarentur ad diſputandum; totidem, cum opus eſſet, ad conſulendum; quatuor reliqui, qui Actis conſcribendis atque cuſtodiendis præeſſent. Renuerunt autem primo loco id ſe facturos Donatiſtæ, petentes ſuis omnibus locum Synodi patere debere. Catholici vero, ſe in omnibus Marcellino parituros, litteris profeſſi ſunt.

i Aug. in Breuic. di. 1. c. 3.
Locus delectus ad Collationẽ.
k Aug. eod. libr. c. 14.
l Aug. libr. poſt Collat. c. vl. in fi.
m Aug. in Breui. cap. 3. & 4.

VIII. *Catholicorum Epiſcoporum promiſſio.*

Cum enim eodem edicto Marcellinus eos omnes admonuiſſet, vt pars vtraque ſcriptis proderet, vtrum placerent quæ edicto continebantur: Catholici non ſolum edicto parituros ſe eſſe reſcripſerunt, ſed & ijſdem ſuis ipſorum litteris ad omnem præſtandam gratiam Donatiſtis ſe ipſos obligauere. Nam Auguſtinus [n]: In ijſdem (inquit) litteris etiam ſe obſtrinxerunt, & polliciti ſunt, quod ſi in parte Donati veritas eis demonſtraretur Eccleſiæ, non ſe illic Epiſcopalem honorem quæſituros, ſed conſilium eorum ſecuturos pro ſalute Chriſtiana. Si autem in ſua communione potius veritas oſtenderetur Eccleſiæ, honores Epiſcopales eis non ſe negaturos: & hoc a ſe fieri bo-

n Aug. ibid. c. 4.

no pacis;

no pacis;vt intelligerent ij,quibus hoc præſtaretur,quod in eis Catholici non Chriſtianam conſe- A
crationem,ſed humanum deteſtarentur errorem. Quod ſi plebs duos in vna Eccleſia Epiſcopos ferre non poſſet;vtriſq.de medio recedentibus,ſinguli conſtituerētur Epiſcopi,ab eis Epis ordinādi,qui in ſuis plebibus ſinguli inuenirentur.]hæc quidē magna prudentia Orthodoxi, quo ipſo ingreſſu ijs delinirent efferatos illorum animos,atque ſic ad pie ſancteq.cām tractandam inducerēt.

IX.

a Augu. Breuic. di.1.c.7.

Catholicorum humanitas erga Donatiſtas.

Porro ſeparatas alias ab his dederunt ad Marcellinum [a] Catholici litteras,quibus ſignificarunt,ſe acquieſcere in hoc etiam Donatiſtis,vt ipſi omnes in locum conuentui præſtitutum ingrederentur;cum ſe tamen mandatis eius parere paratos dicerent,vt non amplius quam dccē & octo in locum ſint ingreſſuri. Rurſus etiam iiſdem litteris cauſam ipſam inſinuarunt,nempe (ne forte ex perſona Principis Collationem indicentis & cogentis Epiſcopos ſuboriri poſſet inuidia) oſtendēres ex diuinæ Scripturæ præſcripto id ſancte pieq.vſurpari. Extāt adhuc priores litteræ ad Marcellinum datæ,ab ipſo S. Auguſtino in Geſtis cum Emerito recitatæ,hic autem repetendæ ad declarandam Catholicorum in omnibus exhibitam ad diſperſos colligēdos clementiam, contra uero fuiſſe hæreticorum atque ſchiſmaticorum corda ferrea & obſtinatam in omnibus peruicaciā.

b Apud Auguſt. de Geſtis cum Emerito.

Sed priuſquam hic eas [b] reddamus litteras;quæ fuerit ibi omnium Catholicorum Epiſcoporum B
pro concilianda pace ſententia,hic enarrandum eſt.

X.

c Augu.ibidem.

Catholicorum oblatio liberalis.

Antequam enim mutuæ Collationis comitia inirentur,cum Marcellinus(vt dictū eſt)edicto vtrique parti ſignificaſſet,vt quæ ad futuram Collationem pacifice agendam cōducerent,ſcriptis proderent:qui ex parte Catholicorum erant Antiſtites,in vnum conuenientes,quid facto opus eſſet,inter ſe priuata coitione decernunt. Quid autem inter eos tranſactum ſit, S. Auguſtinus ita deſcribit [c]: Dicam charitati veſtræ & commemorem rem dulciſſimam, quam Domino adiuuante ſumus experti. Cum ante ipſam Collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur, Quia pro pace Chriſti Epiſcopi debent eſſe,aut debent non eſſe,quod vobis fatendum eſt:circumſpicientes omnes fratres & coepiſcopos noſtros,non facile nobis occurrebant,qui hoc vellent ſuſcipere,& de hac humilitate Deo ſacrificare. Dicebamus,vt fieri ſolet: Ille poteſt,ille non poteſt: ille conſentit,hoc ille non tolerat:loquentes magis pro ſuſpicionibus noſtris,qui corda illorum videre minime poteramus. Quando autem ventum eſt vt hoc palam fieret in Concilio vniuerſorum tam frequenti pene trecentorum Epiſcoporum;ſic placuit omnibus,ſic exarſerunt omnes,vt parati eſſent Epiſcopatum pro Chriſti vnitate deponere,& non perdere,ſed Deo tutius commendare. C
Duo ibi vix inuenti ſunt,quibus diſpliceret:vnus annoſus ſenex,qui hoc etiam dicere liberius auſus eſt:alter voluntatem ſuam tacito vultu ſignificauit. Sed poſteaquam illum ſenem liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correctio;illo mutante ſententiam,vultum etiā ille mutauit.] hæc Auguſtinus. ſed litteræ tunc ex eo conuentu redditæ ad Marcellinum ſic ſe habent [d]:

d Augu.de Geſtis cum Emerito.

XI.

Littera Catholicorum ad Marcellinum.

Honorabili ac dilectiſſimo filio,viro clariſſimo ac ſpectabili Tribuno & Notario Marcellino Aurelius,Siluanus,& vniuerſi Epiſcopi Catholici. Edicto ſpectabilitatis tuæ,quo noſtræ Collationis tranquillitati,quietiq.ſeruandæ,& veritati manifeſtandæ ac muniendæ conſultum eſt,in omnibus nos conſentire,ſicut admonere dignatus es,per has intimamus. illa etiam veritate confiſi,nos vinculo conditionis obſtringimus,vt ſi nobis hoc,cum quibus agimus,demonſtrare potuerint; cum ſecundum Dei promiſſa populi Chriſtiani vſquequaque creſcendo,iam magnam partem Orbis impleuiſſent, & in cetera dilatarentur implendam, ſubito Eccleſiam Chriſti,neſcio quorum quos iſti accuſant,peccatorum periiſſe contagione,& in ſola remanſiſſe parte Donati. Si hoc(vt dictum eſt)demonſtrare potuerint,nullos apud eos honores Epiſcopatus requiremus,ſed eorum ſequemur pro ſola ſalute conſilium,quibus tanti gratiam beneficij, pro cognita veritate debebimus. D
Si autem nos potius valuerimus oſtendere, Eccleſiam Chriſti,omnium non ſolum Africanarum,verum etiam tranſmarinarum prouinciarum,multarum gentium ſpatia feraciſſima populorum copia iam tenentem,& (ſicut ſcriptum eſt [e]) toto mundo fructificantem,atque creſcentem nullorum hominum ſibi commixtorum peccatis perire potuiſſe. Si denique ipſorum,qui tunc accuſare voluerunt,potius quam conuincere valuerunt,quæſtionem definitam,quamuis non in eis Eccleſia conſiſtat,& Cæcilianum innocentem,illos autem violentos & calumnioſos eſſe iudicatos ab eo Imperatore, ad cuius examen criminationes ſuas vltro accuſando miſerunt. Poſtremo ſi quid de peccatis quorumlibet hominum dixerint,vel humanis documentis,vel diuinis probauerimus,aut eorum innocentiam falſis criminibus appetitam,aut Chriſti Eccleſiam,cuius communioni cohæremus,nullis eorum delictis eſſe deſtructam:Sic eius nobiſcum teneant vnitatem,vt nō ſolum viam ſalutis inueniant,ſed nec honorem Epiſcopatus amittāt. Neque enim in eis diuina ſacramenta veritatis commenta humani deteſtamur erroris. Quibus ſublatis, fraternum pectus complectemur Chriſtiana nobis charitate coniunctum, quod non dolemus diſciſſione diabolica ſeparatum. E

e Coloſ.1.

XII.

Quanta Catholici ſpondeant.

Poterit quippe vnuſquiſque noſtrum,honoris ſibi ſocio copulato, viciſſim ſedere eminētius; ſicut peregrino Epiſcopo,iuxta conſidentem collegam,hoc cum alternis baſilicis vtrumque conceditur,vtroque alterum cum honore mutuo præueniente:quia vbi præceptio charitatis dilatauerit corda,poſſeſſio pacis non fit anguſta: Vt vno eorum defuncto,deinceps iam ſingulis ſinguli priſtino more ſuccedant. Nec nouum aliquid fiet:nam hoc ex ipſius ſeparationis exordio, in eis qui damnato nefariæ diſciſſionis errore,vnitatis dulcedinem vel ſero ſapuerunt,Catholica dilectio cuſtodiuit. Aut ſi forte populi Chriſtiani ſingulis delectantur Epiſcopis,& duorum conſortium inuſitata rerum facie tolerare non poſſunt;vtrique de medio diſcedamus;& Eccleſijs ſingulis, damnata ſchiſmatis cauſa,in vnitate pacifica conſtitutis,ab his ſingulis in Eccleſijs ſingulis annuentibus unitati factæ per loca neceſſaria ſinguli conſtituantur Epiſcopi.

XIII.

Quid enim dubitemus Redemptori noſtro ſacrificium iſtius humilitatis offerre? An vero ille de cælis in humana membra deſcendit,vt membra eius eſſemus:& nos,ne ipſa eius membra crudeli di-

A deli diuiſione laniantur, de cathedris deſcendere formidamus? Propter nos nihil ſufficientius, quã
Chriſtiani fideles & obedientes ſimus. Hoc ergo ſemper ſumus, Epiſcopi aũt propter Chriſtianos
populos ordinamur. Quod ergo Chriſtianitatis populis ad Chriſtianam pacem prodeſt, hoc de no
ſtro Epiſcopatu faciamus. Si ſerui vtiles ſumus [a], cur Domini æternis lucris pro noſtris tempo-
ralibus ſublimitatibus inuidemus? Epiſcopalis dignitas fructuoſior nobis erit, ſi gregẽ Chriſti de
poſita magis collegerit, quam retenta diſperſerit. Nam qua fronte in futuro ſæculo promiſſum a
Chriſto ſperabimus honorem, ſi Chriſtianam in hoc ſæculo noſter honor impedit vnitatem?

Mira prompti tudo Catholicorum in pace ſancienda.
a Luc. 17.

XIV.

Hæc propterea præſtantiæ tuæ ſcribenda curauimus, & vt per te innoteſcant omnibus, poſtu-
lamus; vt in adiutorio Domini Dei noſtri, quo admonente iſta promittimus, & quo adiuuante im
plere poſſe confidimus, etiam ante Collationem (ſi fieri poteſt) corda hominum vel infirma vel du
ra pia charitas aut ſanet, aut edomet: ac ſi iam pacificis mentibus non reſiſtamus manifeſtiſſimæ
veritati, & diſputationem noſtram vel præcedamus concordia, vel ſequamur. Neque enim deſpe-
rare debemus, ſi recolunt eſſe pacificos beatos, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur, multo dignius
& facilius eos velle vt pars Donati vniuerſo orbi Chriſtiano reconcilietur, quam vniuerſus orbis
B Chriſtianus a parte Donati rebaptizetur: cum præſertim de Maximiani ſacrilego & dãnato ſchiſ-
mate veniẽtes, quos etiam terrenarum poteſtatum iuſſionibus inſectando emendare curarunt, tã
ta diligentia quæſierunt, vt nec baptiſmum ab eis datum reſcindere auderent; & quoſdam eorum
damnatos, ſine vlla honoris diminutione ſuſciperent; quoſdam vero in illius diſciſſionis ſocietate
impollutos eſſe cenſerent; quorum inter ſe concordiæ non inuidemus; ſed eos oportet aduertere,
quam pie ramum a ſe fractum tanto ſtudio radix Catholica inquirit, ſi ramus ipſe ſimiliter a ſe pa
rum fragmen inciſum ſic colligere laborauit. *Et alia manu*; Optamus te, fili, in Domino bene vale
re.] hæc quidem Catholici ex priuata ipſorum inter ſe Collatione Carthagine habita, quam nomi
nauerunt Concilium; ex quo etiam mandatum ſcriptum eſt, quod ſeruarent ſeptem illi, qui cauſã
publicam acturi eſſent [b].

Ex facto ſuo conuincendi Donatiſtæ.

Poſt hæc vero [c] acceptis a Catholicis hiſce & alijs litteris Marcellinus, necnon quæ reſponde
rant Donatiſtæ, nouo rurſus promulgato edicto, ea omnia quæ pars vtraque reſcripſerat, populo ſi
gnificanda curauit: eo nimirum conſilio; quo ſequens populus Donatiſtas probe ſciret, quas hone
ſtas & minime recuſandas Catholici conditiones pacis obtuliſſent: ne, ſi illi dura obſtina-
C tione reſilirent, ipſi in tranſuerſum cum eis penitus agerentur. hactenus vero quæ Collationem
præceſſerunt.

b Au. Breuic. col. di. 1. c. 9. 10. 11.
c Augu. Breuic. coll. di. 1. c. 6.
Marcellini nouum edictum.

XV.

Die autem ad Collationem habendam conſtituta adueniente, omnes in locum conuentus, in
ipſas Thermas Gargilianas ingreſſi ſunt Epiſcopi Donatiſtæ, inter quos primum locum tenuit
Primianus Epiſcopus Carthaginenſis partis Donatiſtarum. Qualis hic, quamq. ad ineũdam cõ
cordiam male paratus acceſſerit, ex illis accipe, quod eum conuentus primum a Catholicis fuit
de Collatione facienda, iſta protulit ore rotundo verba turgida [d]: Indignum eſt, vt in vnum con
ueniant filij martyrum, & progenies Traditorum.] hæc tunc ipſe. primum namque hic locum in-
ter ſeptem illos ad diſputandum delectos tenuit prærogatiua ſedis: inter quos etiam nominatus
habetur Emeritus [e] Epiſcopus Cæſareæ Mauritaniæ eiuſdem partis Donatiſtarum: tertius fuit
Gaudentius Epiſcopus Tamugadenſis, vt S. Auguſtinus [f] in ſcriptis quibus eum exagitauit, affir
mat, duas iſte aduerſus Catholicos poſtea dedit epiſtolas, de quibus ſuo loco dicendum. Quartus
adnumeratus Petilianus, Donatiſtarum diſertiſſimus: quem ſuperuixiſſe Collationi, quæ aduer-
ſus Gaudentium Auguſtinus [g] ſcripſit, fidem faciunt. ſed & Acta Collationis, quæ manu ſcripta
D Balduinus citat, plures continent a Petiliano in Collatione dictas ſententias. Quinam autem fue-
rint tres reliqui Donatiſtæ ad implendum numerum ſeptenarium ad diſputandum electi, mihi
hactenus incompertum; ſicut & incogniti ſunt ſeptem Epiſcopi ad diſceptandam cauſam a Catho
licis deſignati præter Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum, Alypium Tagaſtenſem, & Auguſti-
num Hipponenſem. Sed ex Actis eiuſdem Collationis, quæ antiquitus ſcripta recenſet Baldui
nus, illud proditur, huic Collationi inter Epiſcopos Donatiſtas ſediſſe Felicem quemdam Roma-
num dictum Epiſcopum. Et quomodo hoc? Ex Optato namque ſuperius tertio tomo dictum eſt,
conſueuiſſe Donatiſtas qui erant in Africa, ad ſuos itidem Donatiſtas qui in Vrbe agerent, mitte-
re ordinatum Epiſcopum, qui illorum curam gereret, quem Romanum Epiſcopum appellabant,
ſicq. captioſe gloriarentur Romanum Epiſcopum ſuæ ipſorum eſſe communionis ac ſectæ. Sed re
liqua quæ ſpectant ad Collationem proſequamur.

De Primiano Epiſcopo Donatiſta Charthag.
d Aug. in Breui. colla di. 3. c. 4.
e Aug. Retract. lib. 2. c. 31.
f Aug. Retract. lib. 2. c. 59. & lib. contra duas Gaudentij epiſt.
g Augu. contra duas epiſtolas Gaudentij lib. 1. cap. 37.

XVI.

Locum ingreſſi, ſic ad conſeſſum diſpoſiti ſunt, ſecundum ea quæ a S. Auguſtino narrantur
his verbis [h]: Electi ſunt ex nobis & ex ipſis, ſeptem hinc & ſeptem inde, qui pro cauſa omnium
loquerentur. Electi ſunt alij ſeptem hinc & ſeptem inde, cum quibus, vbi opus erat, conſilium per-
E tractarent. Electi ſunt quatuor hinc & quatuor inde, qui Geſtis conſcribendis cuſtodes eſſent, ne
infalſatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati ſunt etiam a nobis & ab ipſis Notarij quatuor hinc,
& quatuor inde, vt bini cum exceptoribus Iudicis alternarẽt; ne aliquis noſtrum ſe dixiſſe aliquid
cauſaretur, quod non fuiſſet exceptum. Huic tantæ diligentiæ & illud additum eſt, vt nos & ipſi,
quemadmodum & ipſe Iudex, verbis noſtris ſubſcriberemus; ne quiſquam diceret, in illis Geſtis
aliquid vel poſtea fuiſſe corruptum.] hæc S. Auguſtinus, quæ habet eadem in epiſtola [i] ex Con
cilio Cirtenſi ad Donatiſtas. Sed & additum tunc etiam eſt, vt Collationis ſignati Actorum codi-
ces cuſtodirentur, ne quid addi ab aliquo poſſet: id quidem ipſa Collationis Acta [k] teſtantur.

h Aug. epiſt. ad Donatiſtas poſt collat. in princip.
Diſpoſitio conſeſſus & gerendarum rerum ordo.
i Aug epiſt. 152.
k Aug. in Breui. coll. di. 2. c. 3.

XVII.

Ingreſſus itaq. eſt Marcellinus Tribunus & Notarius in locum ad Collationem paratum. Hũc
quidem anno ſuperiori in Africam ab Honorio miſſum diximus. erat autem magiſtratu Tribu-
nus; militarem namque hãc fuiſſe dignitatem, etiam S. Auguſtinus tradit, dum de Dulcitio agit
æque Tribuno atque Notario nominato. Quod inſuper item Marcellinus non Tribunus tantũ,
ſed Notarius diceretur: Erant quidem Notarij, Principi a ſecretis, vt declarat in Formulis Caſſio-
dorus:

a Caſſiod Vari. lib 6.form 16.
b Caſſiod lib.7. form.37.
Functio Marcellini.

dorus [a]: inerat eidem muneri Senatoria dignitas,necnon Spectabilitatis bonor:tali enim titulo A ſuis litteris eum Catholici Epiſcopi venerati ſunt. quis autem idem eſſet bonor & titulus Spectabilitatis, Caſſiodorus [b] etiam appoſita formula declarauit.Sed & illud aduerte eumdem Marcellinum in Collatione illa non ſimpliciter Iudicis,ſed Cognitoris nomen præſetuliſſe: laicis enim haud conceſſum fuit,in cauſis Eccleſiaſticis Iudicem agere.Quænam vero hæc eſſet functio Cognitoris, nos alibi diximus,& ipſa Acta Collationis declarant:nempe agere,quę ad pacem ac quietum congreſſum pertinēt,curareq.ne quid tumultuatie vel in ordinate inter cōferētes mutuo Epiſcopos ageretur,neve quid per vim dolumve malum ab altera partium moliretur,vtq.in omnibus pacta conuenta ſarta tecta conſeruarentur:in quibus rite diſponendis eidem interloquendi facultas eſſet,nec quidem pro animi arbitrio,ſed quod ipſa iuſticia poſtulaſſet:Atque demū cuius alterutrius partis potiora iura eſſent,pronunciare.

c Aug.Breui.di. 1.c.1.
Collatio diei prima.

XVIII. Sed quid Collationis diebus ſingulis actum ſit,ex rebus geſtis a Notarijs exceptis S.Auguſtinus ſumma breuitate compendium ſcripſit,quod Breuiculum nominauit:nos vero breuiorem ex Breuiculo ſummam collectam hic deſcribemus,ac primum illud ex eodem Auguſtino, quo animo ijdem congreſſuri fuerint Donatiſtæ.ait enim [c]: Qui cauſam bonam non ſe habere ſciebant,id B egerunt primum quantum potuerunt,vt ne ipſa Collatio fieret,& vt prorſus cauſa ipſa non ageretur.Sed quia hoc obtinere minime potuerunt;id effecerunt multiplicitate Geſtorum,vt quod actū eſt,non facile legeretur.] Ingreſſis igitur locum Collationis Kalendis Iunijs,primo loco recitatum eſt Honorij Imperatoris reſcriptum,quo fieri Collatio iuberetur:deinde ſuo ordine alia edicta ea de cauſa lata a Marcellino Cognitore iuſſa ſunt recitari,quorum omnium nuper mentio facta eſt; lectæq.ſimul ſunt litteræ Catholicorum ad Marcellinum redditæ,necnon quas Donatiſtæ eidem dediſſent.

XIX. Poſt hæc autem quæſitum eſt a Cognitore de electis ſeptem illis ad diſputandum. Ceterum ne ad diſceptandum de cauſa veniretur,Donatiſtæ ſubterfugia poſuere,dicentes,agendum *primo* de tempore,de mandato,de perſona,de cauſa,ac tunc demum ad cauſæ merita perſcrutāda patere acceſſum. Obiecerunt enim primo de tempore,quod iam præterijſſet illud;nam vocati erant ad cōferendum quartodecimo Kalendas Iunij: quod igitur tempus illud ab Imperatore præſcriptum iam elapſum eſſet;ſe amplius non teneri,impudenti audacia contenderunt.Sed eluſa eſt inanis tergiuerſatio,cum a Marcellino oſtenſum eſt, ex partis vtriuſque conſenſu ad Kalendas Iunias rem C dilatam.Vides ex his nocturnas beſtias latibula captantes,in lucem prodire timere.

d Aug.Breuic.di. 1.c.9 10.11.
Mandatū Concilij recitatū.
e Aug.ibid.c.13
f Pſal.25.
g Pſal.21.
h Aug.ibid.c.14.

XX. Inde [d] vero quod Donatiſtæ in Cognitorem obijcerent,cauſam illam non agendam ex preſcripto Forenſis iudicij,ſed diuinæ Scripturæ:non aliud quidem optare Catholicos,oſtenſum mandatum Concilij ad eos qui cauſam acturi eſſent , olim datum facile declarauit . Quo quidem mandato, inuitis licet & contradicentibus Donatiſtis,recitato;interlocutus Marcellinus,illud conſentiens eſſe diuinæ Scripturæ potius quam Forenſibus iudicijs,declarauit.Recitato igitur Concilij mandato,& ſubſcriptionibus omnium qui tunc aderant Epiſcoporum numero ducentorū octogintaſex calumniati ſunt Donatiſtæ, Catholicos adieciſſe ſuppoſitos homines, qui cum nō eſſent, apponerentur tamen ad numerum augendum Epiſcoporum;petentes admitti & cognoſci qui ſubſcripſiſſent Epiſcopi.factum eſt:omneſq.ingreſſi, de ſuo quiſque nomine & Epiſcopatu docuie . Poſt hæc [e] Marcellinus omnibus qui illic cauſa conuentus collecti erant,obtulit vt ſederent; ſicque cauſam agerent potius,quā ſtantes.quod facere renuerūt penitus Donatiſtæ: verſabant enim ore ſubmurmurantes illud Pſalmiſtæ [f]: Odiui eccleſiam malignantium,& cum impijs non ſedebo.& illud [g]: Concilium malignantium obſedit me.] Ceterum ipſum Marcellinum nec ſedere D voluiſſe , donec Epiſcopi ipſi Catholici conſediſſent , ex Actis citatis idem qui ſupra auctor affirmat [h].

Donatiſtarum recitatum mādatum.
Donatiſtę falſitatis conuicti.

XXI. Inde vero a Cognitore iuſſum eſt recitari Donatiſtarum mandatum , quo iuberentur a ſuis cauſam agere.erat illud quidem refertum contumelijs, dū in eo ab illis Catholici Epiſcopi Traditores & perſecutores nominarentur. Iuſſaq.ſunt appoſita illi recitari nomina Epiſcoporum Donatiſtarum,in quibus complures pro abſentibus inuenirentur eſſe ſubſcripti:& cum ex eis vnius recitato nomine non inueniretur,cauſati ſunt,eſſe defunctum in itinere.ſed cum ijdem ipſi Donatiſtæ antea profeſſi eſſent,mandatum illud & ſcriptum & ſubſcriptum fuiſſe Carthagine;manifeſtæ falſitatis & impoſturæ conuicti ſunt. Verum & ex eo quoque mendacij redarguti,quod cum antea profeſſi eſſent coram Marcellino,ſuos omnes Epiſcopos veniſſe Carthaginem; poſtea vero cum a Catholicis diceretur,quamplurimos ex ſuis domi remanſiſſe diuerſis detentos impedimentis ; obliti eorum quæ dixerant,illi iactarunt,ex ſuis multo plures non veniſſe,morbo impediente,Carthaginem. In his igitur conſumpto die,duplici notati ſunt Donatiſtæ falſitate.eius vero diei Collatione abſoluta,ſecunda in diem perendinum indicta fuit. E

i Auguſt. contra Gaudent.lib.1.c. 11.
k Aug poſt Collat.c.31.
l Iſa.66.

XXII. Sed quid amplius? Cum Catholici Epiſcopi differentes cum ijſdem Donatiſtis,ex Chriſtianæ charitatis præſcripto,aduerſantes ipſos Donatiſtas,fratres appellarent,eo quod non ſpernerent vt hoſtes,ſed honorarent atque amarent vt fratres:illi indignantes,nomen fraternitatis penitus reſpuerunt. Teſtatur id quidem S.Auguſtinus agens aduerſus Gaudentium [i] Donatiſtam, & in libro poſt Collationem edito,vbi hæc verba [k]: Illi enim cum hoc nomen a nobis audirent; iniuriā ſibi fieri,apud Acta dixerunt:nec mandato noſtro admoniti,vbi hoc ex Propheta [l] teſtimoniū poſitum eſt,recolere potuerunt,Deum præcepiſſe: Dicite, Fratres noſtri eſtis,his qui vos oderunt, & qui vos deteſtantur:vt nomen Domini honorificetur,& appareat illis in iucunditate,ipſi autem erubeſcant.] hæc ibi:quibus videas hominum arrogantiam atque duritiem inflexibilem.

Secunda collatio.
m Pſal.25.

XXIII. Intermiſſo autem diei vnius ſpatio,rurſum ibidem ijdē conuenere,oblatoq.a Cognitore Marcellino Donatiſtis conſeſſu,immo rogante vt ſederent:illi pertinacius renuerunt;quod non liceret,diuina prohibente Scriptura [m] ſedere cum impijs. Cum autē Catholici Epiſcopi cōſediſſent:

petierunt

A petierunt ſcriptũ dari ſibi Catholicorũ mandatũ, vt ad conſtitutã diem parati ad cauſæ defenſionẽ occurrerent: quod exhiberi iuſſum eſt. Cũ aũt de ſubſcribendis Actis Cognitor rogationẽ proponeret, & tergiuerſarẽtur illi, dilationẽ petentes: q̃ fruſtratoriã minime cõcedi debere diceret Marcellinus: diu multumq. altercati ſunt, rurſum de elapſo & præſcripto Collationis tempore exceptionem præteritam refricantes: agentibus vero Catholicis, ſex dierum eiſdem dilatio data eſt.

Quibus [a] elapſis, ſexto Id. Iunias iterum conuenere. Cognitis autem cautionibus de Actis ab vtraq. parte acceptis, cum Marcellinus inſtaret, vt cauſa principalis tractaretur: ſubterfugia lucifugæ illi Donatiſtæ captantes, de perſonis primum quæſtionem habendam eſſe dixerunt, quinam petijſſent ab Imperatore Collationem haberi: de hiſq. diutius magna pertinacia ſunt altercati: ſed lecto Imperatoris reſcripto, conſtitit, Catholicos fuiſſe Epiſcopos qui petijſſent ab Honorio Collationem. At rurſus ad nectendas moras, legatorum ſcire velle perſonas, & petitionis libellum ab eiſdem oblatum Imperatori exhibendum expetiere: verum reiecti quidem ſunt, quod nihil ad cauſam ſpectaret. In eo vero quod dictum eſſet, a Catholicis fuiſſe oblatum libellum: contenderunt e contra illi, dicentes ſe eſſe Catholicos: tunc dixit interloquendo Marcellinus, ea ſignificatione nomen illud B tunc eſſe, vt ſonaret, accipiendũ, qua ab Imperatore in reſcripto inueniretur expreſſum, quo & ſignificarentur Catholici eſſe nominati aduerſarij Donatiſtis. XXIV.

a Augu. Collat. di. 3. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Tertia Collatio.

Illi vero hac excluſi, alia vſi ſunt tergiuerſatione: nempe cum de Catholica Eccleſia quæſtio verteretur; non eſſe audiendos dicebant Epiſcopos Catholicos Africanos, qui totius Orbis communione Catholica gloriarentur, ſine tranſmarinorum Epiſcoporum aſſenſu, cum communis cauſa ageretur; ne videlicet illi paſſos ſe eſſe præiudicium quererentur, & irrita facerent iudicata. His alias addiderunt tergiuerſationes, priores ingeſtas iterum atq. iterũ refricantes. Tandem eo ventũ eſt, vt Cognitor recitari iuberet, quæ ſub Anulino Proconſule geſta erant ipſo exordio ſchiſmatis [b]. Tunc exclamarunt illi dolentes. Senſim inducimur in cauſam.] quippe qui animo ſtatuiſſent fatigare tergiuerſationib. Iudicẽ Cognitorem, & nouis ſemper obiectionib. & aſſertionib. terere tẽpus: vnde & querentes illa Marcellino dixere: Poteſtas tua ſenſim nos in cauſæ interna deducit.] XXV.

b Aug. poſt Collat. c. 24. in fin.

Lecta vero, ex mandato Marcellini [c], relatione Anulini Proconſulis ad Conſtantinum: Vnde ea eſſet accepta, rogarunt: rurſumq. & aliæ leuiſſimæ obiectiones ab eis factæ ſunt, & extra omne propoſitum de Auguſtini ordinatoribus quæſtionem immiſcuerunt. Sed cum a Megalio Primate C Numidiæ ſe eſſe ordinatum reſpondiſſet, illi non habentes quid obijcerent, ad alia diuertere; iuſſeruntq. legi litteras, quas aduerſus mandatum editum a Catholicis conſcripſiſſent, quibus probare niſi ſunt, penes ſe eſſe Catholicam; vtpote quod eorũ aſſertione negaretur Catholica eſſe Eccleſia, quæ ex malorum hominum admixtione conſtaret: ſed iſta petulanter affirmantes, confutati ſunt tum diuinæ Scripturæ oraculis, tum ſententia Cypriani, necnon etiam ſuo ipſorum exemplo, cum Maximianiſtas ante damnatos in communionem recepiſſent. Porro ſuis litteris Donatiſtæ complura a Catholicis in mandato propoſita intacta reliquere. XXVI.

c Aug Breuic. di. 3 c. 17.

De Eccleſia Catholica diſputatio.

Ex his quidem Actis mutuati ſunt Patres fragmentum illud in Quinta Synodo recitatum his verbis: Ex Geſtis quæ apud Marcellinum V. C. Tribunũ & Notariũ acta ſunt, capite CLXXXVII. Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit: Neque ſi mali ſint, iudicanda eſt Dei Eccleſia perijſſe. Sed tamen ipſorum cauſam tamquam fratrum noſtrorum ſuſcipimus: & ſi nobis oſtendi potuerint criminoſi, hodie illos anathematizamus: non tamen propter illos Eccleſiam a Deo promiſſam & exhibitam deſerimus & relinquimus.] hæc ibi, eademq. pluribus [d] contra Petilianum agens Auguſtinus ſæpe refricat; quod totius quæſtionis cardo in eo verteretur, num ex peccatis ho- D minum Eccleſia Catholica illud detrimentum patiatur, vt ipſa ſancta atq. Catholica eſſe deſinat. Peculiare quidem illis fuit, vt confutati ad crimina quæſita calumnijs ſe conuerterent differentes, & ſic ab eis Catholicum auferre nomen ex prauis vitæ meritis conarentur: ſicuti & Petilianus [e], & alij in Auguſtinum feciſſe videntur. Sed & id cum reliquis hæreticis commune his fuit, vt ex criminatione Epiſcoporum ſtuderent demonſtrare, apud eos Eccleſiam perijſſe: de quibus exempla plurima ſuppetunt: vt cũ S. Hieronymus id ſæpe redarguit in Ruffino, qui ex criminibus in eũ obiectis ſe defendere conabatur non eſſe Origeniſtam. Ad quod quidem penitus explodendum, præter ſententiam illam Cypriani in hac a Patribus Collatione citatam. hic illa repetenda eſt aurea Tertulliani ſententia [f]: Soli enim (inquit) Dei Filio ſeruabatur ſine delicto permanere. Quid ergo ſi Epiſcopus, ſi diaconus, ſi vidua, ſi virgo, ſi doctor, ſi etiam martyr lapſus à regula fuerit: ideo hæreſes veritatem videbuntur obtinere? Ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas?] hæc Tertullianus. ſed de his ſuperius pluribus actum eſt. XXVII.

Eccleſiam Catholicã ex prauis morib. non perire.

d Auguſ. contra litt. Petil. libr. 3. c. 28.

e Auguſ. contra litt. Petil lib. 3. c. 1.

f Tertul. de Præſcript. aduerſus hæret. c. 2.

Quod vero ad Collationis Acta pertinet: confiteri tunc tandem coactos eſſe Donatiſtas, vnam eſſe Eccleſiam toto Orbe diffuſam, a qua ſui interitus iactura quiſque ſepararetur, Auguſtinus in E epiſtola ad ipſos poſtea ſcripta teſtatur [g]: eamque haud infici poſſe hominum vita noxia, alijs in locis idem docet pluribus Auguſtinus [h], & contra Gaudentium [i] vnum ex ſeptem illis ad differendum electis; vbi ad finem: Valde (inquit) ſtultum eſt, vt Eccleſiæ cauſam, diuinis teſtimonijs fultam atque munitam, in hominum cauſis ratione exorbitante ponamus, &c.] de quo etiam Gaudentio illud proditur, quòd cum hac ipſa Collatione cõuinceretur ab Auguſtino, eo indignãs blaſphemiæ adactus eſt, vt exclamarit, Catholicam Eccleſiam humanum eſſe figmentum. Sed & vna probata Catholica in Orbe Eccleſia, cum eam in vnum conuenire caput neceſſe eſſe oſtenderetur, atque ipſum primum Eccleſiæ caput ex ſucceſſione Romanorum Pontificum in Petri cathedra demonſtraretur: his illi conuicti, more ſuo, ad ipſos Romanos Epiſcopos infamandos conuerſi ſunt, prout citata ſuperius Acta declarant, & ex his quæ in ſuperioribus tomis ex Auguſtino recitata ſunt, demonſtratur. XXVIII.

g Aug epiſt. 152.

h Auguſtinus de Agone Chriſti. & de Vnit Eccl.

i Auguſ contra Gauden. lib. 2. in fin.

Cum igitur de his eſſet omnis in Collatione diſceptatio, & poſt lectas a Donatiſtis editas litteras, Cognitoris mandato iuſſa eſſent legi ſcripta a Catholicis prodita: interceſſerunt Donatiſtæ, XXIX.

a Augu. Breuic. di. 3. c. 9.
b Augu. ibidem c. 11.
Obiectiones ridiculę donatiſtarum.

perentes ab eiſdem lectis nuper litteris reſponderi. Sed eum illorum ſe reſponſione intelligerent A
perurgeri, crebrius obſtrependo, reſponſionem illorum interruperunt [a]: vixq. crebrius Cognito-
re interloquente, ipſiſq. Catholicis rogantibus, obtentum eſt vt filerent: licet ad reſponſiones Ca-
tholicorum aliquid ſemper objicerent, quod ab illis fortius refelleretur. Cum vero a cauſæ defen-
ſione penitus defeciſſent, Marcellinus [b] Cognitor ad cauſam ſchiſmatis iuſſit conuerti debere ſer-
monem. Sed negantes illi, obiccerunt rurſus Catholicis, quod ſæculi hominem Iudicem expetiiſ-
ſent: verum id ab illis alias ſæpius factitatum, Catholici probauerunt. At illud plane ridiculum, quod
cum Catholici incuſarent Donatiſtarum ſæuitiam ex eo quod nuperrime calce & aceto Fidelium
oculos excæcaſſent, in quo & ſuperaſſent crudelitate diabolum, qui cum a Deo in Iob poteſtatem
accepiſſet, numquam quid huiuſmodi pertentaſſet: illi mox obiecere Catholicis, quod diabolum
defendiſſent, quia dixiſſent eum ſancti Iob oculis peperciſſe: ſed & alia in eos inculcantes, perſecu-
tionis arguerunt.

XXX.
c Augu Breuic. di. c. 3. 12. 13. 14.
Edita contra Donatiſtas.

Acta poſt hæc Proconſulatia, olim in cauſa Cæciliani collecta, ſunt recitari cœpta [c], quibus
eius abſolutio probaretur; ſeriem ordinis interpellantibus Donatiſtis, ne Cæciliani abſolutio pe-
nitus appareret: obtinuerunt tamē, vt antequam Acta illa abſoluerentur, ſcripta ab ipſis prolata re B
citarentur, quibus continebātur Acta Menſurij Epiſcopi Carthaginenſis Cæciliani prædeceſſoris,
quem traditionis accuſabant: addideruntque Acta Concilij Carthaginenſis contra Cæcilianum a
ſchiſmaticis celebrati; quæ omnia nos ſuperius ſuo loco poſuimus. Poſt hæc vero a Catholicis edi-
ta ſunt Acta Cirtenſia, quibus auctores ſchiſmatis traditionis arguebantur. His lectis, ad intermiſ
ſa Acta in cauſa Cæciliani lectio, Cognitoris iuſſu, recurrit: ſed ipſi Donatiſtæ ſuis ipſorum verbis
& Actis contra Maximianiſtas ab ipſis diuiſos conuicti ſunt. Cum inter hæc illi ad friuolas ſe con-
uertentes obiectiones, falſitatis arguere conati ſunt Cirtenſia illa Acta, qđ diem haberent ac Con
ſules; cum ex his potius illa eſſe certa veraque conuincerentur. Incubuit aūt Catholicis demonſtra
re, conſuetum in Eccleſia, ſicut & in ſanctis Scripturis, certis temporis notis eas relinquere conſi-
gnatas: opuſq. fuit Catholicis, ex Actis ſanctorum martyrum probare, etiam perſecutionis tempo
re conſueuiſſe Fideles in domibus priuatorum conuentus colligere; quod negarent illi colligi po-
tuiſſe Cirtenſem illum conuentum, vbi Epiſcopi auctores ſchiſmatis ſe tradidiſſe libros combu-
rendos confeſſi erant.

XXXI.
d Augu. Breuic. di. 3. c. 17. 18. 19. 20.
Donatiſtę ſuis probationibus conuicti.
e Augu. Breuic. di. 3. c. vlt.

Cum vero ex recitatis [d] Actis in cauſa Cæciliani demonſtratum eſſet, iudicatam iam eius cau C
ſam in Concilio Romæ habito ſub Melchiade, abſolutumq. Cæcilianum, damnatū vero fuiſſe Do-
natum: id vt effugerent Donatiſtæ, aduerſus Melchiadem traditionis crimen (quod non probarēt)
objicere conati ſunt: ſed & ipſi falſitatis conuicti, & oſtenſa fuit rurſum innocentia Cæciliani ex
Concilio Arelatenſi ac litteris Conſtantini. Poſt hæc illi ex Optato Mileuitano labantem cauſam
reparare conati ſunt, quaſi Optato teſte damnatio probaretur Cæciliani. Sed eum ex eodem Op-
tato Cæciliani abſolutio diſertis verbis conſcripta legeretur, riſum mouerunt immenſum Catholi
cis audientibus. Inde vero legendas protulerunt ijdem Donatiſtæ quaſdam Conſtantini epiſtolas
ad magiſtratus in ea cauſa conſcriptas: ſed nihil penitus quod contra Cæcilianum eſſet, ex eis de-
duci poterat, immo plura quæ illius fauerent innocentiæ. Cumq. adhue pro Cæciliani abſolutione
Acta ſub Proconſule Aeliano ad poſtremum Catholici ederent, nec quid reſponderent aduerſarij
haberent, niſi eadem quæ ſuperius repetere & iterare: tandem [e] placuit Cognitori, quæ ea Colla
tione facta eſſent, ſcriptis mandata, rectaq. teſtificatione probata relinquere, pronūcians omnium
documentorum manifeſtatione a Catholicis Donatiſtas confutatos.

XXXII.
Subſcribunt actis Donatiſtę.
f Aug. poſt Col lat. c. 11.

Sic igitur abſoluta Collatione, Donatiſtæ a Marcellino Iudice Cognitore, vt Actis eius diei ſub D
ſcriberent, iuſſi ſunt. Recuſauerunt illi, vt haberent vnde calumniam ſtruerent, negarentq. ſe dixiſ-
ſe quæ dixerant, & corrupta illa Acta a Cognitore fuiſſe, cauſari aliquando poſſent: ſed rubore ſuf
fuſi, quod ita ab initio conuentum eſſet, vt ab vtraque parte Acta ſubſcriberentur, ſubſcripſerunt
tandē, vt S. Auguſtinus [f] affirmat, vbi ad eos: Hæc (inquit) verba negarent ſe forte dixiſſe, niſi ſua
poſſent ſubſcriptione conuinci. Ecce quam diligenter actum eſt pro ſalute veſtra, vt verbis noſtris
ſubſcriberemus: quod fieri omnino nolebant; & vt facerent, tandem aliquando pudore compulſi
ſunt. Nam extant verba eorum, vbi hoc facere recuſarunt; & rurſum alia verba, vbi hoc facere con
ſenſerunt, quod primo negauerant. Omnia ſcripta ſunt: omnibus ſubſcriptum eſt. Ideo enim vide
bantur nolle ſubſcribere, vt negare ſe poſſent dixiſſe quod dixerant, & de Geſtis corruptis Iudici
calumniari.] hæc ipſe. In hunc itaque modum confecta atque perfecta Acta Collationis, omni fide
munita in publicis iuſſa ſunt conſeruari archiuis ad perpetuam rerum memoriam, fidem factura
poſteris, quid inter vtramque partem fuiſſet eiuſmodi congreſſu tranſactum.

XXXIII.
Donatiſtę appellant, & calumniantur iudicium.
g Aug poſt Col lat. c. 11.
h Aug poſt Col lat. c 19.
i Aug. poſt Col lat. c. vlt.

Sed qui ſic omni probatione & ratione deſtituti, conuicti, ac condemnati fuere: haud acquie-
uere judicio Marcellini, ſed ab eius ſententia appellauere; calumniantes ipſum a Catholicis fuiſſe E
corruptum [g]; nullamq. eius ſententiam eſſe dicentes, quam ipſe noctu pronunciaſſet. conſumpſe
rant enim in dicēdo diem, & vſque ad noctem Collatio illa producta fuit, cum Marcellinus in eos
pronunciarat. In quos Auguſtinus plura, & inter alia de more Iudicum, vt ad noctem iudicium ſæ
pe protrahant, hæc ſubdit: Quis enim ferat victos homines conqueri, quod nocte contra eos eſt ꝓ
lata ſententia; quaſi non ſæpe Iudices audiendi neceſſitas teneat, & vſq. ad multam partem noctis
ſedere cogantur?] oſtenditq. pluribus, diei tempore Acta confecta eſſe, ſed per eos inanib. tergiuer
ſationibus, vt diem in dicendo conſumerent, factum eſſe vt nox extremam partem cauſæ tandem
exceperit. Vnde poſt multa [h]: O ferream frontem! o furoris tenebras nocturnam ſententiam
judicij objicientes, & in ſui cordis nocte palpantes, offendentes, cadentes, contra nos rabide li-
tigantes, & pro nobis tanta dicentes!] atque demum [i]: Nocte cauſa finita eſt, ſed vt nox fini-
retur erroris. Nocte dicta eſt ſententia, ſed fulgens lumine ueritatis.] Sed quod ijdem nim ſibi
cauſarentur illatam, ex eo quod uno conclaui inuiti concluſi eſſent: mox ad eos redarguendos ſic
ſubdit:

A ſubditi incluſos & tamquam in carcere ſe fuiſſe, conqueſti ſunt. Ibi & nos eramus. Aut vtriſque facta eſt iniuria, aut vtriſque adhibita diligentia. Sed quomodo dicemus iniuriã, quando in tam ſpatioſo & lucido & refrigeranti loco nos fuiſſe recolimus? Aut quomodo erat career, vbi erat & Iudex? Poſtremo clauſos fuiſſe nos neſciebamus, qui ſimul intus eramus. Vnde ipſi ſciũt, niſi quia fugere fortaſſe voluerunt? Sed quis non videat, quod iſta inania & ridenda potius quam refellenda de tali Cognitore non dicerent, ſi pro ſua cauſa poſſent validum aliquid inuenire quod dicerent?] hæc Auguſtinus. Inſuper & in eo ipſos calumniatos eſſe Iudicem, Poſſidius [a] tradit, quod ſcilicet ab eo non fuiſſent permiſſi dicere omnia quæ volebant. Quomodo autem hæc omnia contrariis ſcriptis confutare Auguſtino opus fuit, dicemus anno ſequenti. *Vim ſe paſſos falſo iactant Donatiſtæ.* a Poſſid in Vit. Aug c.14.

Ceterum etſi perditiſſimis iſtis nebulonibus Collatio nihil attulit emolumenti, immo diſpendium, cum ex ea iidem redditi ſint duriores: certe ex plebe, & ex eis qui Circumcelliones dicebantur, quamplurimos ad meliorem frugem redditos eſſe, idem S. Auguſtinus contra Gaudentium poſt Collationem ſcribens teſtatur his verbis [b]: Quantum exiſtimas nos habere conſolationis, quod a tanta dementia partis Donati (vbi non ſolum nefariæ diuiſionis error, verũ ẽt furoris lex *XXXIV. Donatiſtarum magna pars reſipuit.* b Auguſt. contra Gaudentium li. 1. c. 29.

B facta eſt) longe atque incomparabiliter plura millia liberãtur? Neque enim iſti qui pereunt, illorũ ſaluti numero æquantur, qui ea ipſo genere nunc iam tenentur ordine diſciplinæ; colendiſq. agris, amiſſo Circumcellionum & opere & nomine, inſeruiunt, ſeruant caſtitatem, tenent vnitatem: quanto minus coæquantur iſti perditi numero vtriuſque ſexus non ſolum puerorum & puellarum, iuuenum & virginum, verum etiam coniugatorum & ſenum, quorum innumerabiles ex Donatiſtarum nefaria diſſenſione in pacem Chriſti veram & Catholicam tranſeunt.] hæc Auguſtinus; qui & agens de Donatiſtis qui erant Cæſareæ in Mauritania, iſta de illis habet [c]: Quos Donatiſtas in nomine Chriſti in gremium Catholicum iam magna ex parte ſuſcepimus: ita vt pene omnes communioni Catholicæ ſociatos eſſe gaudeamus, &c.] hæc ipſe in Geſtis cum Emerito poſt Collationem. c Aug in Geſtis cum Emerito.

His igitur Carthagine per Marcellinum toto labore atque ſtudio ad finem tandem perductis: ipſe Cognitor, cui tantum opus ab Imperatore fuerat delegatum, de omnibus rebus geſtis eumdem reddidit certiorem. quæ vero ipſe Honorius Auguſtus reſcripſerit, quive fuerint eiuſdem Marcellini conatus, quæve S. Auguſtini ſolertia, vt ex Collatione fructum colligerent *XXXV.*

C quem ſperarant, anno ſequenti pro temporis ratione dicturi ſumus. Sed & in his illud maxime obſeruandum, quod Oroſius conſiderat: Honorium Imperatorem ob eximium religionis exemplum, quod hoc anno exhibuit, dum vallatus licet atque vndique obrutus bellis, & a tyrannis oppreſſus, nihil tamen antiquius habuit, quam Eccleſiæ Catholicæ conſulere opportunitatibus; mirifica ob id eſſe beneficia conſecutum, cum ipſe Deus Optimus Maximus eodem ferme tempore crudeliſſimos tyrannos Imperii inuaſores Alaricum, Conſtantinum, Conſtantem, Maximum, Iouinum, Sebaſtianum, Sarum, & alios cum eis ſimul extinxit. Merito ſane tanta largitus eſt Deus (ait Oroſius [d]) quia in his diebus, præcipiente Honorio, & adiuuante Conſtantio, pax & vnitas per vniuerſam Africam Eccleſiæ Catholicæ reddita eſt: & corpus Chriſti, quod nos ſumus, redintegrata diſceſſione, ſanatum eſt, impoſita executione ſancti præcepti Marcellino Tribuno, viro in primis prudenti & induſtrio, omniumq. ſtudiorum bonorum appetentiſſimo.] hæc Oroſius. d Oroſ. lib. 7. c. 24.

Apparuit ſane quàm veriſſimum atque certiſſimum ſit, tunc Deum curare atque tueri Principum regna, cum ipſi Principes pro religione laborant: contra vero eum id negligitur, vel huma- *XXXVI. Religionis deſenſio robur Imperij.*

D na prudentia (quæ, ex Apoſtoli ſententia, Deo inimica eſt) in religionem peccatur, ipſa Imperia in deterius prolabi, penituſq. conſumi. quæ omnia (vt vidimus) in eodem Honorio breui temporis ſpatio apparuere perſpicua. Etenim cum primum preſſus anguſtiis indulſit hæreticis atq. Gentilibus Dei hoſtibus, vt ſecure abſque timore legum, quam quiſque vellet religionem & in fidem ſe ctaretur opinione m: maxima hanc legem ſecuta ſunt mala, nempe clades Vrbis & alia funeſta, vt vidimus anno ſuperiori. Rurſus vero cum idem Imperator facti pœnitens eam reuocat legem, laborat pro fide & vnitate Catholica; quam ſubito mutata rerum ſimul eſt facies, & quanta hæc ſubſecuta ſunt bona? Abſq. armis perit inuaſor Vrbis Alaricus; & qui poſt eum Gothorum capeſſit regnum, pro Romano Imperio pugnaturus in hoſtes conuertit hoſtiles acies: hæcq. omnia hoc ipſo anno, dum pro religione tanta cura) Honorius: Quo eodem anno (ait S. Proſper in Chronico) Conſtantinus per Honorii duces Conſtantium & Vlphilam apud Arelatenſe oppidum victus & captus eſt: cuius filium Conſtantem in Hiſpania regnare orſum, Gerontius Comes, in Maximum quemdam tyrannidem transferens, interemerat.] hæc Proſper hoc anno, Marcellinus vero anno ſuperiori: ſed præſtat audire Proſperum, res ſui temporis, & locorum vbi verſatus eſt, nẽpe in Gal *Tyranni extincti.*

E liis, ſcriptorem, quem veritatis aſſertorem ratio certa comprobat: etenim cum conſtet ſuperatũ ac victum Conſtantinum cum filio poſt Alarici obitum, quem hoc anno ea hac ſublatum vita narrauimus; nequaquam anno ſuperiori illud potuit contigiſſe.

At quam opportune collabenti penitus atque ruenti ſuppoſuit Deus manum Imperio? Fretus enim auxilio Alarici Conſtãtinus tyrannus (vt tradit Sozomenus [e]) ad inuadendam Italiam ſe iam accinxerat: ſed audita morte Alarici conſternatus, Arelatum ſe recepit. At quomodo dominans Gallis, Britannis, & Hiſpaniis, pollenſque auxilio barbarorum Conſtantinus tyrannus cum Imperio vitam amiſit? Accidit plane ſecundum ſacrum illud vaticinium Iſaiæ [f]: Concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios] cum tyranni armarentur contra tyrannos, quos mutuo inter ſe confectos Honorii dux Conſtantius adorſus prorſus extinxit. Sed cunctas tunc res geſtas ipſe Sozomenus diligenti narratione proſecutus eſt: præſtat igitur ipſum audire, neque tot tamque diuinitus hoc anno impertita Honorio beneficia ſilentio obuoluta relinquere. Ait enim hæc ipſe [g]: *XXXVII.* e Sozom lib. 9. cap. 12. f Iſai. 19. g Sozom. ibidẽ cap 13.

XXXVIII. *De Cõſtantino & Maximo Tyrannis.* Interea tẽporis Gerontius, inter duces Conſtantini præcipuus, hoſtis illi factus eſt; & Maximũ A
familiarem ſuum, quem ad tyrannidem accõmodatum iudicabat, Imperij ornatu induit, ac Tar-
racone morari permiſit: ipſe vero aduerſus Conſtantinum exercitum duxit eo propoſito, vt in trã
ſitu eius filium Viennæ commorantem conficeret. Conſtantinus igitur cum intellexiſſet id quod
de Maximo actum erat, Ebodichum ducem ſuum (quẽ fuiſſe Regem Francorum tradunt) ad vlte-
riores Rheni partes miſit, vt Francos & Alemannos in noſtrũ auxilium vocaret: Conſtanti autẽ fi-
lio ſuo Viennæ ac ceterarũ ibi ciuitatum cuſtodiã commiſit. Ac Gerontius quidem eum Arelatẽ
caſtra mouiſſet, ciuitatem oppugnauit. Non multo autẽ poſt, exercitu Honorij aduerſus tyrannũ
aduentante, cui præerat Conſtantius Imperatoris Valentiniani tertij huius nominis pater; ſtatim
fugit cum paucis quibuſdam militibus: nam eorum plurimi ſe Conſtantio coniunxere.

XXXIX. Milites igitur in Hiſpania Gerontium ob fugam factam cõtemptu dignum rati, interficere ſta
tuerunt; & concurſu facto, domum eius circumuallant. Ille vero cũ Alano, vno neceſſario ſuo, pau-
ciſq. ſeruis, eiaculatis deſuper ſagittis, vltra trecentos milites interfecit. Sagittis tandem deficien-
tibus, ſerui aufugiunt, & clam ſeſe de domo illa demittentes euadunt. At Gerontius quidẽ quam-
uis & ipſe eodem modo ſaluari potuerit; tamen Nonnichiæ vxoris amore detentus, noluit. Itaque B
eum milites ignem domo mane immiſiſſent, nullam habens deinceps ſpem ſalutis, Alano familia
ri ſuo volenti caput amputat, & deinde propriæ vxori quoq. lamentanti, & ſe ipſam cum lacrymis
in gladium ingerenti, ne potius quam in alterius poteſtatem perueniat, vna cum marito perire cu
pienti, & munus hoc vltimum ab eo impetrare flagitanti. Atq. hæc quidem mulier ſatis viriliter
& vt illius religione dignum fuit (erat enim Chriſtiana) mortua eſt, ſui memoriam ſtabiliorem po
ſteritati relinquens, quàm quæ obliuione obſcurari poſſet. Gerontius porro cum ſe tertio percuſ-
ſiſſet, nec tamen vulnus letale accepiſſe ſenſiſſet, euaginato gladiolo quem femori obligatum ha-
bebat, ſibi ipſi cor transfixit.

XL. *Cõſtãtius dux Honorij quã in barbaros.* Conſtantius autem, circumſidente adhuc Honorij exercitu, obſidionem tamen ſuſtinebat,
quod illi nunciatum eſſet Ebodichum cum maximis ſuppetijs aduenturum: q quidem res & Ho-
norij quoq. duces non modice terrebat, ita vt in Italiam reuerti, & illic bellum experiri vellent. At
que vbi hoc ſtatuiſſent, quia appropinquare iam nunciabatur Ebodichus, Rhodanum fluuiũ traij
ciunt, & Conſtantius ſecum pedites retinens aduentantem expectat hoſtem. ſed Vlphilas Conſtã
tij Præfectus haud procul iſtinc in inſidijs cum equitibus latitat. Poſtquam igitur hoſtes cũ exer- C
citu Vlphilam prætergreſſi, pedem iam collaturi eſſent cum militibus Conſtantij: dato ſigno, repẽ
te prorumpens Vlphilas hoſtem a tergo inuadit. Et facta ſtatim ordinum perturbatione, alij diffu
giunt, alij occiduntur, plurimi autem poſitis armis, veniam precantur & miſericordiam conſequũ
tur. Ebodichus autem, equo conſcenſo, fugit in agrum quemdam ad Ecdicium, qui plurimum fue
rat ab ipſo conſecutus olim, quemq. Ebodichus ſibi ob accepta beneficia amicum arbitrabatur.
Atque is caput eius amputatum ducibus Honorij attulit, ſpe magnorum munerum ac dignitatũ.
Conſtantius autem caput quidem accipi iuſſit, & gratias Ecdicio agi Reipublicæ nomine, qui Vl-
philæ officio functus eſſet. Sed cum in exercitu remanere uellet, eum excedere iuſſit, nequa-
quam uel ſibi, uel exercitui fauſtam fore ratus hoſpitis tam ingrati præſentiam. Atque is quidem
hominis amici ac hoſpitis in calamitatem delapſi impijſſimam cædem auſus, inuanum (vt dici ſo-
let) hians receſſit.

XLI. *Conſtantini tyranni exitus.* Poſt victoriam rurſus traijciente Honorii exercitu ad ciuitatem: certior factus Conſtantinus
Ebodichum eſſe ſublatum, ipſe ſibi purpuram & Imperii inſignia detrahit, & ad eccleſiam confu
giens ordinatur presbyter. Tum accepto prius iureiurando, qui intra mœnia erant, portas aperiũt, D
ac veniam conſequuntur omnes. Itaque ex eo tempore prouincia iſta rurſus ad Honorij Imperiũ
reuerla eſt, ac ducibus ab illo conſtitutis paruit. Conſtantinus autem vna cum Iuliano filio in Ita
liam tranſmiſſus, antequam eo perueniret, in itinere occiditur. Nec multo poſt, præter expecta-
tionem interimuntur Iouinus & Maximus tyranni prædicti, tum etiam Sarus & alij plurimi cum
his qui Imperio Honorii fuerant inſidiati.] hactenus Sozomenus. Erat autem ex his quos non no-
minat Imperii perduelles tyrannos, Sebaſtianus Iouini tyranni frater: qui (inquit Oroſius [a]) hoc
ſolum, vt tyrannus moreretur, elegit. Sed & in his expende quam terribilis Deus in conſiliis ſuper
filios hominum. Conſtantinus enim, qui Conſtantem filium iam profeſſione monachum (vt ait
Oroſius [b]) vt crearet Cæſarem, eduxit e monaſterio: ipſe, ne occideretur, compellitur confugere
ad eccleſiam, & initiari presbyteratu: ſed male vterque periit, qui Deum poſthabuerunt Imperio.

a Oroſ. libr. 7. c.42.

b Oroſ. libr. 7. c.40.

XLII. *Quando S. Hieronymus ſcripſit ad Cteſiphontem.* At migremus iam in Orientem, & S. Hieronymum pro Catholica Eccleſia aduerſus Pelagia-
nos hæreticos laborantem inuiſamus. Hoc namq. anno, cum nondum auctoris nomine Pelagiana
hæreſis vulgaretur, ſed eius praua dogmata quæſtionum velamentis ſpargerentur, ipſe S. Hierony
mus rogatus eſt per epiſtolam a Cteſiphonte, vt quæſtioni reſponderet, quam huius promulgato- E
res hæreſis de animi impaſſibilitate proponere conſueuerant, poſſe in homine affirmantes non ip
ſa tantum vitia, ſed affectus vitiorum, omnemq. radicem peccati conuelli, vt ne minimum quidem
fomitis in eo reliquum eſſet. Quod autem hoc anno ad eum S. Hieronymus epiſtolam illam con-
tra Pelagianos reſcripſerit, argumentum illud euidens eſt, dum ita Pelagium ac Pelagianos eſt in-
ſectatus hæreticos, vt tamen nullius ipſorum nomen expreſſerit; quod ſcilicet nondum eius ſe hæ-
reſis defenſores palam profiterentur; quod ſequenti anno (vt ſuo loco dicemus) cœptũ eſt agi. Sed
& neque ante præſentem annum eamdem ad Cteſiphontem a S. Hieronymo fuiſſe editã ſcriptio-
nem, quæ ſuperiori anno eodem argumento ſunt recenſita, demonſtrant, dum egimus de Ruffini
obitu & eadem hæreſi promulgari tacitis auctoribus cœpta; cum ſcilicet S. Hieronymus præ ma-
nibus habens lucubrationes in Ezechielem, in præfationibus ad Euſtochiũ de his agens, nihil ha-
ctenus aduerſus eos ſe ſcripſiſſe demonſtrat: meminiſſet vtique more ſuo, ſi adeo nobilem aduerſus
eos tractationem epiſtolarem ſcripſiſſet.

Cum

XLIII. *Pelagiani vnde prodierint.*

A Cum hoc igitur anno interpellatus eſſet a Cteſiphonte ea de impaſſibilitate quæſtione Hieronymus: etſi nomina taceat Pelagij atque Cęleſtij; auctores tamen, vnde ipſa hæreſis dimanaret, in medium profert, dum hæc de ſchola Stoicorum deducta fuiſſe demonſtrat, atque primum introducta per Origenẽ, Euagriũ Ponticũ, Ruffinũ, & alios Origeniſtas monachos iudicio Theophili (vt ſuo loco diximus) condẽnatos; in quos hæc ibi Hieronymus [a]: Pudeat ergo eos principiũ & ſociorum ſuorũ, qui aiunt, poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi velit. quod Græci dicunt ἀναμάρτητον. Et quia hoc Eccleſiarum per Orientem aures ferre non poſſunt: ſimulant ſe, Sine peccato, quidem dicere, ſed ἀναμάρτητον dicere non audere; quaſi aliud ſit, Sine peccato, aliud ἀναμάρτητον, &c.] Sed & hæc ipſa a Manichæis etiam eſſe accepta, & a Priſcillianiſtis, quibuscum communicationis hæreſis fœdere & amicitia iungerentur, itemq. cum Iouiniano hæreſiarcha commune aliquid interceſſiſſe, aperte demonſtrat: nam ait [b]: Iouiniani ſecunda quæſtio, tui ingenij diſciplina eſt.] Et quænam iſta? audi eumdem aduerſus ipſum Iouinianum diſputantem: Nititur ſecundo loco approbare, eos qui plena fide in baptiſmate renati ſunt, a diabolo non poſſe ſubuerti.] oſtenſis autem hæreſis huius anteſignanis auctoribus, quos commilitones ijdẽ hos ſectantes nacti fuerint, docet,

B nempe miſeras oneratas peccatis, leuiſſimi cordis feminas, quibus ſtipata, ex more omnium hæreticorum, eadem hæreſis glorioſe procedat; quarum princeps Pelagius & Cæleſtius cognoſcantur: quos licet non nominet, patriæ tamen nomine, quos intelligat, exprimit, dum Britanniæ tyrannorum fertilis, & Scoticæ gentis meminit. Quorum vna recitata ſententia, in quæ hæreſis barathra conijciat ſectatores, declarat his verbis [c]:

a Hier. ad Cteſiphontem.
b Hieron. ibid.
c Hier. ad Cteſiphon. aduerſus Pelag.

XLIV. *Hæreſis Pelagianæ caput.*

Iſtiuſmodi homines tollunt orationem: & per liberum arbitrium, non homines propriæ voluntatis, ſed Dei potentiæ factos ſe eſſe iactant, qui nullius ope indigent. Tollantur & ieiunia omniſque continentia. Quid enim mihi prodeſt laborare, vt accipiam per induſtriam, quod ſemel meæ factum eſt poteſtatis? Hoc quod dico, non meum eſt argumentum. Vnus diſcipulorum eius (*nempe Cæleſtius*) immo iam magiſter & totius ductor exercitus, & contra Apoſtolum [d] vas perditionis, per ſolœciſmorum, & non vt ſui iactant, ſyllogiſmorum ſpineta decurrens, ſic philoſophatur & diſputat: Si nihil ago abſq. Dei auxilio; & per ſingula opera eius eſt quod geſſero: ergo non ego qui laboro, ſed Dei in me coronabitur auxilium: fruſtraq. dedit arbitrij poteſtatem, quam implere nõ poſſum, niſi me ſemper adiuuerit; deſtruitur enim voluntas, quæ alterius ope indiget. Sed liberum

C dedit arbitrium Deus; quod aliter liberum non erit, niſi fecero quod voluero. Ac per hoc ait: Aut vtor ſemel poteſtate, quæ mihi data eſt, vt liberum ſeruetur arbitrium: aut ſi alterius ope indigeo, libertas arbitrij in me deſtruitur. Qui hæc dicit, quam non excedit blaſphemiam? quæ hæreticorũ venena non ſuperat? &c.] confutatur ab eo ac ſoluitur dilemma.

d Rom. 9.

XLV.

Quod vero hæc Pelagius per Cæleſtium, & ille per quæſtiones, quid alij de his ſentirent rogãs, eo modo per cuniculos in Eccleſiam hæreſim intromitterent: hinc in auctorem S. Hieronymus [e]: Loquere quod credis: publice prædica. Quid ſecreto diſcipulis loqueris? Qui dicis te habere arbitrij libertatem; quare non libere quod ſentis loqueris?] & paulo poſt: Necdum ſcripſi, & comminaris mihi ſcriptorum tuorum fulmina; vt ſcilicet hoc timore perterritus, non audeam ora reſerare. & non animaduertis, idcirco nos ſcribere, vt vos reſpondere cogamini, & aperte aliquando dicere, quod pro tempore, perſonis & locis, vel loquimini, vel tacetis? nolo vobis liberum eſſe negare quod ſemel ſcripſeritis.] hæc ipſe; qui & quod tentauit, eſt aſſecutus: ſiquidem Pelagius atque Cæleſtius iam palam hæreſim promulgarunt, factiq. ſunt eius aperti propugnatores, vt ex his quæ ſequenti anno dicemus manifeſtius apparebit.

e Hieron. ibid.

XLVI. *Hieronymus latentem hæreſim producit in medium.*

D Conſulto quidem prudenterq. S. Hieronymus ſtuduit, vt viſcera Eccleſiæ depaſcens morbus, foris, quo curari poſſet, appareret in cute: ſed & conſultius ſcripta hęc ad Cteſiphontem præmittẽs, ſic parauit antidotum. Peſtem enim monſtrare, hoc ipſum eſt curare ne alij eadem lue & morbi cõtagione lædantur. Vnde ſubdit: Eccleſiæ victoria eſt, vos aperte dicere quod ſentitis. Aut enim idẽ reſponſuri eſtis quod & nos loquimur; & nequaquam eritis aduerſarij, ſed amici. Aut ſi contraria noſtro dogmati dixeritis; in eo vincemus, quod omnes cognoſcent Eccleſiæ quid ſentiatis. Sententias veſtras prodidiſſe, ſuperaſſe eſt. Patet prima fronte blaſphemia: non neceſſe habet conuinci, quod ſua ſtatim profeſſione blaſphemum eſt.] hæc & alia S. Hieronymus, in publicum deducens latentẽ & ſibilantem in angulo bicipitem anguem, Pelagij ſcilicet & Cæleſtij faucibus in Eccleſiam hæreſim inhiantem: vt de eodem S. Hieronymo illud merito occini poſſit [f]: Obſtetricante manu eius eductus eſt de cauerna coluber tortuoſus.] quem ſemel progreſſum in medium, horrẽdum viſu ſui deformitate ſerpentem, mox Apoſtolici viri Apoſtolicæ doctrinæ iaculis penitus confecere. ſed de his anno ſequenti.

f Iob 26.

XLVII. *Millenarij plures hoc tempore.*

Atnon vna hæc tantum peſtis lento inficiebat tabo Fideles in Occidente, ſed & Chiliaſtarum

E vetus error complurium mentes inuaſerat. Etenim S. Hieronymus, quem diximus ante annũ ſuperiorem interpretatum eſſe Iſaiam Prophetam, in præfatione ad librum decimumoctauum hæc de his habet, cum aduerſus eos ſtylum exacuit: Dionyſio Alexandrino aduerſus Millenarios ſcriptori duobus voluminibus reſpondet Apollinaris, quem non ſolum ſuæ ſectæ homines, ſed & noſtrorum in hac parte dumtaxat plurima ſequitur multitudo: vt præſaga mente iam cernam, quantorum in me rabies concitanda ſit. Quibus non inuideo, ſi tantũ amant terram, vt in regno Chriſti terram deſiderent, & poſt ciborum abundantiam, gulæq. ac ventris ingluuiem, ea quæ ſub ventre ſunt, quærant, &c.] At quinam ex recentioribus Millenariorum ſententiæ aſſertores fuerint, vnum ex eis in explanatione ſuper Ezechielem [g] detegit Seuerum, qui eam ſcriptis prodiderit (vt ait) in dialogo, cui, Gallo, nomẽ impoſuit: vt plane admiratione dignũ ſit, hominẽ S. Martini diſcipulum, ſanctiq. Paulini amicum intimum, in deliramentis his inſaniſſe; cum præſertim haud ea ſentẽtia toleranda amplius videretur, quã doctiſſimi viri reſpuerent, vt ſanctus Hieronymus. & illi conſentiens Damaſus, Gregorius Nazianzenus, atque Baſilius, dum eã Apollinaris ſententiam

g Hier. in Ezec. c. 36.

vt ridiculam & ſacro Euangelio aduerſantem reijcit in epiſtola ad Occidentales.[a] Quod autem A
a Baſil. epiſ. 74. repugnarent & aduerſarentur Millenarij Origeniſtis, qui nec cum humanis membris reſurrectio
nem futuram dicebant: cautius (vt ipſe teſtatur) fuit incedendum S. Hieronymo, vt media incedēs
via non declinaret ad dexteram, neq. ad ſiniſtram; ne, cum aſtrueret in reſurrectione omnia in
corpore fore membra, etiam vſum illorum, more Millenariorum, videretur aſſerere: & dum nega
ret aſſertum a Millenarijs membrorum vſum, videretur cum Origeniſtis inijſſe concordiam: id ip
b Hier. præf. in lib. 18. in Ezech. ſe in præfatione ad Euſtochium [b] profitetur.

XLVIII. Porro eiuſmodi Millenariorum inſaniæ cum vbiq. iam reijcerentur, & ſibilis atq. cachinnis a
diſertis deriderentur, ac pariter damnarentur: exaruerunt penitus; quod nonniſi inſanus atq. deli-
rus prorſus haberetur, qui huiuſcemodi fabulis traduceretur. At non ſic quidem Pelagij hæreſis,
quæ fœcundo vbiq. cæſpite coaleſcere atque multiplicari cœpit: etenim dum in eius ſectatores a-
git S. Hieronymus in Oriente, S. Auguſtinus in Occidente in iſtud ipſum opus incumbit. Nam ſi-
cut Cteſiphon epiſtola ad ea ſcribenda ipſum Hieronymum excitauit; ita & eiuſdem argumenti
datis ad Auguſtinum litteris, Hilarius ab ipſo aduerſus eoſdem errores, Syracuſis in Sicilia diuul-
c Apud Auguſ. epiſt. 98. gatos, reſponderi petijt. nam de illis [c]: Rogo (inquit) vt mei memor in ſanctis orationibus tuis eſ B
ſe digneris, atque imperitiam noſtram informare de eo quod quidam Chriſtiani apud Syracuſas
Hilarius contra hæreſim Pelag. Auguſtinum excitat. exponunt, dicentes, poſſe eſſe hominem ſine peccato, & mādata Dei facile cuſtodire, ſi velit (*abſque
ſcilicet auxilio diuinę gratiæ*) Infantem non baptizatum, morte præuentum non poſſe perire merito,
quoniam ſine peccato naſcitur: Diuitem manentem in diuitijs ſuis, regnum Dei non poſſe ingre-
di, niſi omnia ſua vendiderit; nec prodeſſe eidem poſſe, ſi forte ex ipſis diuitijs fecerit Dei manda
d Matth. 5. ta. Non debere iurare [d] omnino: & de Eccleſia: Quæ ſit, de qua ſcriptum eſt [e] non habere rugā
e Ephes. 5. neque maculam, &c.] His pulſauit Auguſtinum Hilarius e Sicilia quæſtionibus ex Pelagij dedu-
f Aug. epiſt. 99. ctis erroribus. Præſtitit id quidem impigre Auguſtinus [f]; ac copioſe quæſtionibus omnibus ac
curateque reſpondens, nullam tamen de Pelagio habuit mentionem, vtpote ſub inuolucro Catho-
lici nominis hactenus latitante: vnde & nos argumentum iure deducimus, hoc anno ab ipſo eā ad
Hilarium eſſe conſcriptam epiſtolam.

XLIX. Quo etiam tempore aduerſus eoſdem errores, antequam tamen eam ad Hilarium epiſtolam
dediſſet, eodem argumento tres libros ſcripſit, quorum eſt titulus, De Peccatorum meritis & re-
g Aug. Retract. lib. 2. c. 33. miſſione, deq. Baptiſmo paruulorum: ipſe enim in Retractationibus [g] eam ſe primam ſcriptionē C
aduerſus Pelagianos edidiſſe teſtatur, cum antehac ſermonibus (vt ait) & collocutionibus res acta
Prima ſcriptio Auguſtini aduerſus Pelagianos. eſſet. Sed & quod ipſi auctores blaſphemiarum adhuc latere cuperent; noluiſſe eos propalaſſe, teſta
tur, immo & non ſine honore Pelagij meminiſſe: nam ait; In his autem libris tacenda adhuc arbi-
tratus ſum nomina eorum, ſic eos facilius poſſe corrigi ſperans: immo etiam in tertio libro, quæ eſt
epiſtola, ſed in libris habita, propter duos, quibus eam connectendam putaui, Pelagij ipſius nomē
non ſine laude aliqua poſui, quia vita eius a multis prædicabatur: & eius illa redargui, quæ in ſuis
ſcriptis non ex perſona ſua poſuit, ſed quid ab alijs diceretur expoſuit; quæ tamen poſtea iam hæ-
reticus pertinaciſſima animoſitate defendit.] hæc Auguſtinus: quibus intelligis & illam Pelagij
in diſſeminando hæreſim artem, dum ita hæreſes per quæſtiones poneret, quaſi ab alio aliquo illæ
eſſent propoſitæ. Porro tertium librum, qui eſt epiſtola ad Marcellinum, ad illum ipſum inſcriptū
eſſe, qui Collationi hoc anno Cognitor præfuit, non dubium eſt: diſertus plane vir & diſcendi ad-
huc cupidiſſimus, qui non S. Auguſtinū tantum, ſed & S. Hieronymum (vt ſuperiore anno dictū
eſt) iiſdem de Pelagianis erroribus pulſauerit quæſtionibus.

L. Sed vnde Auguſtino, vt aliquando tamquam virum probum Pelagium laudauerit? equidem D
Pelagius aliquando Auguſtino & Paulino carus. id ipſe ex ſanctiſſimi viri Paulini Nolani Epiſcopi teſtificatione: latens enim ſub monaſtico habi-
tu lupus rapax, nouus Proteus pro loco & tempore atque perſonis ſermonem mutans, cum ſan-
ctis ſanctus æque apparere conatus eſt. Et ſicut de Vigilantio eidem Paulino accidiſſe diximus, vt
eum, dum adhuc tegeret pietate blaſphemias, litteris ad Hieronymum datis, laudibus celebrarit:
ita plane de Pelagio ad S. Auguſtinum ſcribens, eum extulit præconijs ſanctitatis. Quamobrē idē
S. Auguſtinus, cum iam Pelagius qualis eſſet, perſpicue ob oculos omnium fuerit demonſtratus;
h Aug. epi. 105. quid iam de ipſo Paulinus ſentiat, litteris interpellat his verbis [h]: Pelagium, quem credimus (vt
ab illo diſtingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur) Britonem fuiſſe cognominatum, quòd vt ſer-
uum Dei dilexeris, nouimus: nunc autem quemadmodum diligas, ignoramus. Nam & nos nō ſo-
lum dileximus, verum etiam diligimus eum: ſed aliter nunc diligimus, aliter aliquādo dileximus.
Tunc enim, quia nobis rectæ fidei videbatur: nunc autem, vt ab ijs quæ inimica & aduerſa gratiæ
Dei ſentire dicitur, illius miſericordia liberetur.] hæc Auguſtinus.

LI. Quod vero ad loca ſpectat, vbi Pelagius docuit: dictum eſt ſuperius, ipſum in Aegypto verſa-
Pelagius Romæ pro hæreſi laborat. tum inter monachos, quem ante omnes deploratum a Chryſoſtomo & Iſidoro vidimus. In Occi- E
dentem vero ſe conferentem, in Vrbe primum quarumdam quæſtionum prætextu hæreſum vene
na ſparſiſſe, S. Auguſtinus affirmat [i], vbi ait, eum diutiſſime Romæ vixiſſe, ibiq. in diſputationi-
i Aug. de pecca to origin. c. 21. bus contentionibuſque verſatum, captantem vndiq. occaſionem hæreſis propagandæ, & propu-
gnandæ. Nam idem de eo S. Auguſtinus [k]: In eis, *nempe libris Confeſſionis*, certe dixi Deo noſtro
k Aug. de dono perſeuerant. lib. 2. c. 20. (& ſæpe dixi) Da quod iubes, & iube quod uis. Quæ mea verba Pelagius Romæ, cum a quodam
fratre coepiſcopo meo fuiſſent eo præſente commemorata, ferre non potuit; & contradicens ali-
quanto commotius, pene cum eo qui illa commemorauerat, litigauit.] hęc Auguſtinus de Pelagio:
qui Roma pulſus, in Siciliam profectus eſt: vnde Hilarius de eius erroribus hoc anno (vt diximus)
S. Auguſtinum reddidit certiorem. At de Pelagio hactenus; cetera eius acta annis ſingulis pro tem
poris ratione diſpoſita inferius referemus.

LII. Hoc item anno, cum Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis nondum in Epiſcopatu annum exegiſ-
ſet (vt ex ipſius ſcriptis conſtat) celebrata eſt Synodus ibidem Ptolemaide in Pentapoli Aegypti.

A Cuins quidem cogendi Epiſcoporum conuentus, cauſa illa potiſſimum interceſſit, quod Androni *Synodus Ptolemenſis in Libya.*
cus prouinciæ Præfectus multa crudelia in ſubditos, atque irreligioſa & impia aduerſus Eccleſiã
perpetraſſet: quibus in Synodo propoſitis atque probatis, communi omnium ſententia dira excõ
muunicationis pœna mulctatur. Extat ipſa a Patribus in eum prolata ſententia, qua & eius crimina
enarrãtur. Apparuit ex hoc quidem iudicio, Epiſcoporum iuris fuiſſe, præſidere Præſidibus, & per
peram ab eis facta corripere Eccleſiaſtica auctoritate, ex impertita ſibi a Deo omnium Domi-
no poteſtate. Sed reddamus hic (vt apud ipſum Syneſium legitur) ipſam in Synodo ab Epiſcopis
in Andronicum ſententiam dictam:

Concilium ad Epiſcopos [a]. Andronicum Berenicenſem mala Pentapolis ſorte & natum & LIII.
educatum & auctum, & qui principatum eius quę ipſum protulit emit, neque putet quis, neque vo *a Apud Syneſ. epiſto. 58.*
cet Chriſtianum; ſed velut quem execratur Deus, ab omni eccleſia, ab omnibus locis & latibus ex *Sententia excommunicationis in Andronicum.*
pellatur. Non quod fuerit Pentapolis extrema plaga, poſt terręmotum, poſt locuſtam, poſt peſtem,
poſt ignem, poſt bellum; reliquias illorum diligenter perſecutus, abſurdis generibus & figuris in-
ſtrumentorum per ipſum primum in regionem illatis, immo (vt rectius dicam) per ipſum ſolum
B vſurpatis, nimirum digitali & pedali tormẽto, prælo, naſi forcipe, auribus apprehẽdendis, & labijs
obtorquendis parato inſtr̃o (quotũ quod maiores noſtri & experientiam & conſpectum bello ami
ſerunt, a male ſeruatis beati prædicati ſunt) Non ob hoc (inquam) expellatur: ſed quod primus
apud nos & ſolus & re ipſa & verbis in Chriſtum conuicia iactauit. Re ipſa quidem & facto, qđ
foribus eccleſiæ ſua edicta affixit; his quidem qui ab ipſo iniuria affecti ſunt, ad tutam menſam ex *Andronicus ſceleſtiſſimus.*
cludẽs ſupplicationem; ſacerdotibus autem Dei ea minatus, quæ etiam Phalaris Agrigentinus, &
Caphton Ægyptius, & Sennacherib Babylonius veritus fuiſſet, qui miſit Hieruſalem impropera
re Ezechiæ & Deo.

Illam ego diem ſecundam Dei crucem tuliſſe ſentio. Nam in opprobrium Chriſti libellus ille LIV.
conuicijs plenus de ſacris foribus pependit: & hæc inſpexit Sol, & legerunt homines, non Tiberio
Claudio Rempublicam adminiſtrante, a quo Pilatus ad Iudæorum principatum miſſus eſt, ſed
pia Theodoſij ſobole Romanorum ſceptra tenente, a qua ſibi ipſi principatum comparaſſe Andro
nicum ex Pilati aſtutia, animaduerſum eſt. Riſum mouebant prætereuntibus, qui ex alia ſecta eſ-
ſent, illæ litteræ, quẽadmodum Iudæis ea quæ cruci Chriſti adſcripta fuerant: quamquam crucis
C inſcriptio non ex pia voluntate profecta, auguſta eſſet indictione, per quam Chriſtus Rex denun-
ciabatur. At hic lingua ſententiæ conſentiebat.

Verum quæ poſt hæc deſignauit, grauiora ſunt his quæ publice affixis litteris notauit. Cum
enim quamdam contra inimicum occaſionem reperiſſet (inimicitia enim erat ipſis, quod ille qui
dem nuptias parabat, hic autem prohibebat) tam horrendis ipſum tormentorum inſtrumẽtis tor
quebat, vt optarem ea ad poſteritatem non tradi, ſed cum ipſo ſicuti cœperunt, deſinere: quo hæc
principatus Andronici commenta narratione ſolum ad poſteros perferantur. Poſtquam igitur *Andronicus Blaſphemus.*
vir generoſus, nõ iniurius, ſed infelix per illa torqueretur, & hæc in clariſſima meridie fierẽt, vt ſo
lis lictoribus teſtibus periret: & noſſet, fore vt Eccleſia condoleret: ob nullam ſane aliam cauſam,
ſed quod re cognita, ſtatim ita vt parati eſſemus, excurrebamus, quo aſſideremus, & calamitatẽ
ſimul perferremus: rabie corripitur in hanc famam, ſi quis Epiſcopus milereri auderet hominis
ipſi infeſti: & multis ac iniquis temere iactatis, audaciſſimo ex miniſtris Tonante * ipſum inſti- ** Thoante.*
gante, quo vtitur ad publicas calamitates inſtrumento, finem inſaniæ poſuit, maxime impiam
vocem prolocutus: Quod fruſtra in Eccleſia ſperaſſet, & nullus Andronici manus effugere poſſet,
D etiam ſi ipſius Chriſti pedem teneret. Hanc vocem ter inerudita mente pronunciauit.

Poſt quam non amplius admonendus eſt homo, ſed velut inſanabile membrum, a nobis reſe- LV.
candus; vt ne ſocietate, etiam id quod ſanum eſt, ſimul corrumpatur (nam inquinamentum facile *Excommunicatio Andronici.*
diſtribuitur; & qui tangit ſceleſtum, particeps fit reatus ipſius: oportet autem & mente & corpore
puro Deo eſſe) Propter hæc Ptolemaidis Eccleſia ad omnes vbique terrarum ſorores ſuas hæc de
mandat. Andronico & ſuis, Tonanti & ſuis nullum templum Dei aperiatur: omnis ſacer cœtus,
omne ſacrum templum concluſum ſit. Non eſt diabolo portio in Paradiſo. Qui etiam ſi clandeſti-
ne ingreſſus fuerit; expellatur. Admoneo igitur & priuatum quemque & Principem, vt neque ſub
eodem tecto cum ipſo habitet, neque eadem menſa participet. Sacerdotes autem præcipue, *admo-
neo ſcilicet*: qui neque viuentes ipſos alloquantur, neque mortuos ſimul deducant. Si vero quis ve-
lut paruæ ciuitatis Eccleſiam reprobarit, & excommunicatos ab ipſa ſuſceperit, velut neceſſe nõ
ſit pauperi obedire: is ſciat, ſe ſcindere Eccleſiam, quam vnam Chriſtus eſſe vult. Talis autem ſi-
ue Leuita eſt, ſiue presbyter, ſiue Epiſcopus, a nobis in Andronici ſorte locabitur, & neque porri-
gemus ipſi dexteram, neque vmquam de eadem menſa cum ipſo cibum capiemus. Multum autẽ
E abeſt, vt in arcano myſterio communionem habituri ſimus cum his, qui cum Andronico & Tonã
te ſortem habere voluerint.] hactenus verba ſententiæ excommunicationis ab Epiſcopis in eos ꝓ
latæ; inter quos Syneſius principem locum tenebat, ipſi Eccleſiæ metropolitanæ præfectus Anti-
ſtes, totius huius operis ſapientiſſimus architectus; qui ſimulatque Epiſcopus factus eſt, ſuper phi
loſophicam conſtantiam ſacerdotalem induens vigorem ac robur, ſe ad iura danda Principibus,
& ad ſubijciendos Eccleſiaſticæ eos cenſuræ, a Deo electum eſſe cognouit, inſtar Hieremiæ, ad
quem Dominus [b]: Conſtitui te ſuper Reges & Principes: bellabunt aduerſum te, & non præ- *b Hierem. 1.*
ualebunt.] Eſt epiſtola eiuſdem Syneſij Epiſcopi ad Anaſtaſium [c] de eiuſdem Andronici ſcele *c Syneſ. epiſt. 79.*
ribus, quam breuitatis cauſa his attexere prætermittimus.

At quid poſt hæc Andronicus, homo arrogans, crudelis in homines, in Eccleſiam contumelio LVI.
ſus, & in ipſum quoque Deũ blaſphemus? Quid, inquam, poſt acceptam excõmunicationis ſenten *Andronici pœnitentia.*
tiam, qua a perſonis, locis & rebus ſacris eſſet excluſus, & infamis effectus? Contempſit ne, riſit ve
iſtæc mens tumens, arrogans animus, durum ingenium, a recto ſemper reflexa, & ad bonum num-
quam

quam flexa voluntas ? Num & crudelius ſæuijt,ac ferocius (vt apperitus iaculis leo) inſilijt, A
& crudelius debacchatus eſt in damnantes eum Epiſcopos , & fores effregit eccleſiæ ? minime
gentium . ſed (o mirandum !) ſimulac ſenſit ſe Apoſtolica cenſura in interitum carnis da-
tum Satanæ : vnde letale vulnus accepit , inde quoque expetijt medicinam : redditur fera
beſtia cicuris , lambit veſtigia domini ſui, tamque feſtine, vt datas præuenìens litteras , conue-
nerit Epiſcopos,qui pro ſe peterent veniam a Syneſio : Qui cum noſſet hominem,timeretque ne
hæc foris tantum ſpecie tenus Andronicus præſeferret;inflictam non ante relaxauit pœnam, quā
ipſe plene ſatisfacturum fore polliceretur. Vides huiuſmodi exemplo,lector,quo ſtatu habendi,&
loco collocandi ſint,& quam longe poſt Andronicum ſtatuendi,qui anathematis ſententia ob pa-
trata ſcelera ab Epiſcopis ad ſalutem percuſſi,negligunt illam atque contemnunt.Sed reddamus
hic eiuſdem Syneſij ad Epiſcopos litteras,quibus & Andronici pœnitentia tunc ſaltem foris exhi
bita demonſtratur.ſic enim ſe habent :

LVII. Syneſius Epiſcopis [a]. Andronicus Eccleſiam mentitus,ipſam vera loquentem experiatur .
a Syneſ.epiſt. 72. Nuper,nondum valde nuper peccauit in Deum,violauit homines;quapropter concluſa ipſi apud
Syneſii Epiſtola de Andronici pœnitentia. nos eccleſia,litteras ad fraternitatem veſtram dictauimus,ſententiam de ipſo ſignificantes. At ille B
epiſtolam præuenit ſupplicatione ſimulata,& pœnitentia promiſſa,quam omnes me ſuſcipere pe
tebant,præter me. Ego enim videbar mihi clare cognouiſſe hominem ad omnia dicenda & facien
da facilem. Et expectabam & prædicebam,quòd ex vulgari cauſa ad naturam reuerſurus eſſet ;
quem ſane par erat timidiorem fore,vbi coram Eccleſijs inclinatus fuiſſet,multo magis quam ſi
nihil ſuſpectum ipſi relinqueretur. Propter hæc equidem in ſententia perſeueraſſe propoſueram ,
velut qui ſimul & erga Deum magis pium & erga ciues magis vtile conſilium iniuiſſem. At enim
impudens eſt reſiſtere vnum multis ſenioribus iuniorem,his qui in ſacerdotio vitam conſumpſe-
runt,eum qui ſuperiore anno nondum rem attigit. Ceſſi rogantibus,vt nondum litteras circūmit-
terem,ſed certis conditionibus ſuſciperem,vt non amplius inſaniret contra æquales, vt mentem
ac intelligētiam præ affectione vitæ perficeret.Si quidem(inquam)intra terminos manebis, quos
poſuiſti: & nunc pro peccato tuo precabimur,& de cetero comprecabimur.Si vero pactas cōditio
nes recuſaueris:pœna te manet,& ad omnes publicabitur,in tantum tempus producta , quantum
ad inemendabiles mores tuos redarguendos ſufficiet.

LVIII. Hæc ita placuerunt:& ipſe experimentum ſe daturum dixit, & nos idem conſumpturos eſſe. C
Dedit,& ſumpſimus: largius inſuper expleuit excommunicationis cauſas:nondum tūc auſus erat
bonorum proſcriptionem,nondum adhuc eadem aggreſſus erat.Quot per hæc oberrant?Quot ex
his qui nuper opulenti erant,per hęc inopes degunt? Sed pauca hæc ad bene ac illuſtri loco natum,
ſed male perditum Magnum.Iacet filius viri illuſtriſſimi,qui omnibus ſuis bonis inſeruiuit ciuita
ti. Verum iuuentute illius,matris ſenecta miſerabilior eſt: eo quod ex duobus filijs alter fuga la-
pſus eſt propter Andronicum,& neque nouit vbi terrarum ſit:alterum vbi in terram condidit,no-
uit. Heu leges quæ ſimul iniuria afficiuntur,propter quas imperium obtinent ſuæ ipſorum ciuita
tis,præter quas ob principatum pecunias ad vſuram accipiūt . Horum igitur alios curatores Deus
eſſe vult:nobis autem ſatis eſt,puros eſſe inter puros,ſi modo poſſimus intra cancellos ſacros ma-
nere,& ab impuris potiſſima occludere.]hactenus ad Epiſcopos Syneſius.

LIX. At quamnam Andronico iniunxit Syneſius pœnitentiam,& ab homine ob delicta perpetra-
ta ſatisfactionem exegit? inter alia illud quidem, quod maximū omnium æſtimari debet,dum eū
a tribunali depoſuit,in quo in Deum & homines multa deliquerat.Quanta hæc auctoritas Epiſco
porum,vt male iudicantes Præſides ceſſare imperet? Id enim aſſirmat ipſe Syneſius in breui epi- D
ſtola de eo data ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum,hoc ipſo anno;nam ſequenti contigit
ipſum Theophilum non amplius in humanis eſſe. Epiſtola autem ſic ſe habet,cum Andronicū ei-
dem ipſe commendat:

LX. Perijt iuſtitia ex hominibus. Andronicus & prius iniuria affecit,& nunc iniuria afficitur. Eccle
Syneſii Epiſtola ad Theophilum de Andronico. ſiæ vero mos eſt,exaltare quidem humilem,humiliare vero ſublimem. Hunc itaque Andronicum
odiſti quidem ob ea quæ fecit;quare etiā progreſſus eſt,vt ad hæc deuenerit. Miſerere autem nūc
ob id,quòd cū his qui in execratione ſunt,conuerſatus eſt:nam & eos qui nunc in poteſtate ſunt, p
pter ipſum offendimus. At horrendum eſt,ſi numquam in felicibus conſiſtemus,ſed cum flenti-
bus ſemper lacrymabimur. Nos igitur hic ipſum tribunali exemimus,& de cetero multo paucio-
res calamitates ipſi fecimus. Et ſi pietas tua ipſum cura dignum ducet;hoc ego maximum ſignum
ſuſcipiam,quod non penitus homo ille reprobatus ſit a Deo.]hucuſque ad Theophilum Syneſius,
b Euagr. lib. 1. c. 15. cuius Epiſcopalis functio antiquorum ſententijs commendatur:inter alios enim Euagrius [b] hęc
de eo:Qualis autem & quam eximius vir euaſerit,argumento ſunt tum epiſtolæ ab eo poſt ſacer-
dotij ſuſceptionem eleganter & ornate compoſitæ,tum liber ille quem dedicauit Theodoſio, tum E
aliæ præclaræ illius quæ extant lucubrationes.]hæc Euagrius. Apparet enim ex his,Syneſium phi
loſophum ad Eccleſiam venientem,non tantum(quod aiunt)barbam & pallium intuliſſe,ſed ſa-
cerdotali conſtantia & vigilantia ita ſibi creditam Eccleſiam gubernaſſe,vt neophytus licet, tamē
ſeniores exemplo docuerit.

LXI. Quæ vero de eo Sophronius [c] Hieroſolymitanus Epiſcopus ſcribat, dignam memoria hi-
c Sophron. Prat. ſpirit. c. 195. ſtoriam hic reddamus,quam ipſe omni fide bene ſignatam poſteris tradidit,his ſcilicet verbis: Cū
Alexandriæ eſſemus, Leontius Apamienſis,vir religioſus & fideliſſimus,venit ex Pentapoli; mul
tis enim iam annis Cyrene moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogij ſancti Alexandrini Pa-
De Euagrio Philoſopho ad fidē perducto. triarchæ,eiuſdem Cyrenenſis vrbis futurus Epiſcopus:Cumq. familiari colloquio eſſemus vſi ,
narrauit nobis,dicens: Fuit temporibus Theophili beatiſſimi Patriarchæ Alexandrini Cyrene Epi
ſcopus Syneſius philoſophus:qui cum veniſſet Cyrenem,reperit illic philoſophum quemdā,Eua
grium nomine,qui ſodalis ſuus in ſtudijs liberalibus fuerat,amicum ſibi chariſſimum,ſed religio-
ne,Gentilem

A ne Gentilem,& culturæ idolorum maxime deditum. Eum Epiſcopus Syneſius ab idololatria trāſferre ad culturam Chriſti ſatagebat,curamq.ingentem eius rei ſibi aſſumpſerat pro charitate,quā erga ipſum a principio habuerat. Ille vero minime id patiebatur,neque illius doctrinam admittere volebat. Epiſcopus tamē præ nimio ad illum amore,nec ſic quidem tædio victus deſiſtebat diebus illum ſingulis hortari & inſtruere,ac inducere vt Chriſto crederet,ipſiusq.ſacramenta ſuſciperet. Cumq.ille quotidie iſta monita date perſiſteret,dixit ad eum ſemel philoſophus: Vere, mi domine Epiſcope,cum ceteris quæ mihi diſplicent in Chriſtianis,hoc eſt,quod conſummationem huius ſæculi futuram dicunt:& poſt conſummationem,omnes qui ab initio ſæculi fuerunt homines,in iſto corpore reſurrecturos,carnemq.hanc incorruptibilem recepturos & immortalem,atq. ita in perpetuum victuros:ſicq.eorum quę in corpore geſſerunt,præmia percepturos: eum etiam qui miſeretur pauperi,fœnerari Deo;& qui diſperſit in pauperes & inopes,in cælo ſibi theſauros reponere,& centuplicata quæ erogauerit,in regeneratione cum æterna vita a Chriſto eſſe reddenda. Quæ omnia cum dicuntur,deceptio & irriſio & fabula mihi videntur.

Epiſcopus autem Syneſius aſſeuerabat omnia Chriſtianorum vera eſſe,nihilq. omnino ha- LXII.
B bere falſum,vel veritati contrarium;idq.multis documētis aſſerebat, & perſuadere illi nitebatur. Poſt multum vero temporis,cum illum induxiſſet Chriſtianū fieri,baptizauit ipſum & filios eius, cunctoſq.domeſticos illius. Ceterum non multo poſtea quam baptizatus fuerat, dedit Epiſcopo auri tria centenaria in vſum pauperum,dicens: Accipe aurum iſtud,& diſtribue illud pauperibus,& fac mihi cautionem manu tua,quod Chriſtus mihi ipſum reddet in futuro ſæculo. Qui ſuſcepto auro,prompte illi,vt petebat, cautionem fecit. Vixit itaque poſt baptiſmum annos aliquot philoſophus;ac tandem infirmatus eſt ad mortem. Cum vero morti proximus eſſet,dixit filijs ſuis. Quando curabitis funus meum,chartam iſtam in manibus meis ponite,& me cum illa ſepellite. Mortuo autem illo,fecerunt filij, ſicut eis ipſe præceperat, ſepellieruntq. eum cum chirographo.

Tertia autem poſt ſepulturam die apparuit Epiſcopo Syneſio nocte quieſcenti,dicens: Veni LXIII. *Miraculum de ſubſcripto chirographo.*
ad ſepulchrum,vbi iacen,& accipe chirographum tuum. Accepi enim debitum,& ſatisfactum mihi eſt. Atque vt certior eius rei fias,propria me ſubſcripſi manu. Ignorabat enim Epiſcopus quod chirographum illud conſepeliſſent ei. Mane autem facto,accerſitis filijs eius,dixit: Num aliquid
C cum patre veſtro in monumento poſuiſtis? Illi putantes quod eos de pecunijs interrogaret, dixerunt ei: Nihil,dominę,præter pannos conſuetos. Quid igitur? numquid vel chartam aliquam conſepeliſtis ei? Tunc recordati filij (ignorabant enim quod de chirographo diceret) dixerūt ei: Ita ſane,domine. chartam enim quamdam moriens dedit nobis,& ait: Quando ſepelietis me, chartam iſtam mihi in manibus date,nullo penitus ſciente. Tunc dixit illis Epiſcopus ſomnium,quod nocte illa viderat. Sumensq.illos cum clericis ac primarijs ciuitatis, acceſſit ad philoſophi tumulū. Quo aperto, inuenerunt iacentem philoſophum, chirographumq. manu Epiſcopi conſcriptum ſuis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex eius manibus aperuerunt,inueneruntq.in eo nouiter manu philoſophi ſubſcriptum ita.

EGO EVAGRIVS PHILOSOPHVS TIBI SANCTISSIMO DOMINO SYNESIO EPISCOPO SALVTEM. ACCEPI DEBITVM IN HIS LITTERIS MANV TVA CONSCRIPTVM. SATISFACTVMQ. MIHI EST. ET NVLLVM CONTRA TE HABEO IVS PROPTER AVRVM QVOD DEDI TIBI ET PER TE CHRISTO DEO ET SALVATORI NOSTRO.

D Qui vero conuenerant,hoc videntes,obſtupuerunt,& per multas horas clamauerunt, Kyrie LXIIII.
eleiſon,glorificantes Deum,qui facit mirabilia,& talem tantamq.promiſſionum ſuarum euidentiam dat ſeruis ſuis. Aſſerebat & hoc idem dominus Leontius, cautionem illam manu philoſophi ſubſcriptam ſeruari vſque hodie,atque in ſacrario ſanctæ Cyrenenſis eccleſiæ cuſtodiri:& quicumque ſacrarij cuſtos ingrederetur,hanc illi cum ceteris vaſis ſacris aſſignari cuſtodiendam cū omni diligentia,atque eum deinceps ſucceſſori ſuo integram illam inuiolatamq.reconſignare.] hactenus Sophronius ex Leontio de Syneſio & Euagrio.

Hic autem memoria repetenda ſunt,quæ ſecundo Annalium tomo ex Clemente Alexādrino, LXV. *Philoſophi qui fidem Chriſtianam conſequi digni habiti.*
S. Auguſtino,& alijs dicta ſunt: philoſophiam, licet in multis aduerſari videatur Chriſtianæ religioni,conducere tamen plurimum ad eamdem capeſſendam: quod quamplurimis exemplis quæque tempora demonſtrarunt,quibus ſingulis celeberrimi philoſophorum Chriſto nomen dedere: ex eis vero illos tantum reſilijſſe conſtat,quos magia,vel vitæ turpitudo, ingenſve mentis tumor, vel alij perditi mores labefactaſſent. Quos enim veri amātes philoſophia ſurſum e vulgo abreptos altius ſubleuaſſet,vitaq.ſapientiæ conſona comprobaſſet,non deſpexit Deus, ſed cæleſti deſuper
E lumine,quo fidei ſacramenta perciperent,illuſtrauit; vt modo de Syneſio & Euagrio vidimus: quibus accedant,quæ & hoc eodem tempore De Gennadio rerum naturalium ſcientia aptime imbuto,de immortalitate tamen animæ dubitante,S. Auguſtinus [a] accidiſſe teſtatur his verbis,ad Euodium ſcribens: a Aug. epi. 100.

Frater noſter Gennadius,notiſſimus fere omnibus,nobiſq.cariſſimus medicus,qui nūc apud LXVI. *Gēnadius quomodo animæ immortalitatē edoctus.*
Carthaginem degit,& Romæ ſuæ artis exercitatione præpolluit; vt hominem religioſum noſti,atque erga pauperum curam impigra miſericordia,faciliimoq.animo benigniſſimum; dubitabat tamen aliquando (vt modo nobis retulit) cum adhuc eſſet adoleſcens & in his eleemoſynis feruentiſſimus,vtrum eſſet vlla vita poſt mortem. Huius igitur mentem & opera miſericordiæ quoniam Deus nullo modo deſereret; apparuit illi in ſomnis conſpicuus iuuenis & dignus intendi;eiq. dixit: Sequere me. Quem dum ſequeretur,venit ad quamdam ciuitatem,vbi audire cœpit a dextera parte ſonos ſuauiſſimæ cantilenæ vltra ſolitam notamq.ſuauitatem. Tunc intento quidnam eſſet; ait,hymnos eſſe beatorum atque ſanctorum. Siniſtra autem parte quid ſe vidiſſe retulit, non ſatis memini.

memini. Euigilauit,& ſomnium fugit;tantumq.de illo,quantum de ſomnio cogitauit. Alia vero A
nocte ecce idem ipſe iuuenis eidem rurſus apparuit;atque ab illo verum cognoſceretur, interroga
uit. Reſpondit iſte,quod eum bene planeq.cognoſceret.Tunc ille quæſiuit,vbi ſe noſſet. Nec me-
moriæ defuit quid iſte identidem reſponderet;totumq.viſum illud,hymnoſq.ſanctorum,ad quos
audiendos eo duce venerat, qua recentiſſimos recordabatur,facilitate narrauit.Hic ille percon-
tatus eſt: Verumnam id quod narrauerat, in ſomnis vidiſſet, an vigilans ? Reſpondit : In
ſomnis. At ille : Bene (inquit) recolis : Verum eſt, in ſomnis illa vidiſti : ſed nunc etiam
in ſomnis te videre ſcias. Hæc cum audiſſet iſte,ita eſſe credidit, atque id reſponſione firmauit.
Tunc qui hominem docebat, adiecit,& ait : Vbi eſt modo corpus tuum ? Ille reſpondit: In
cubiculo meo.Scis ne (inquit ille)in eodem corpuſculo nūc illigatos eſſe & clauſos & otioſos ocu
los tuos,nihilq.illis oculis te videre?Reſpondit:Scio.Tunc ille:Qui ſunt ergo(inquit)iſti oculi,qui
bus me vides?Ad hoc iſte non inueniens quid reſponderet,obticuit.Cui hæſitanti, ille quod his
interrogationibus docere moliebatur,aperuit:& continuo:Sicut(inquit)illi oculi carnis tuæ vtiq.
in dormiente atque in lectulo iacente non vacant,nec aliquid operantur;& tamen ſunt iſti,quibus
me intueris,& iſta vteris viſione:ita cum defunctus fueris,nihil agentibus oculis carnis tuæ, vita B
tibi inerit qua viuas,ſenſuſq.quo ſentias.Caue deinceps ne dubites vitam manere poſt mortem.
Ita ſibi homo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationem : Quo docente, niſi prouidentia &
miſericordia Dei?]vtpote qui ſic naturali exemplo inſtructus eſt, vt mente cæleſtis fulgore gra-
tiæ illuminatus, a claritate in claritatem transformatus ſit (vt ait Apoſtolus [a]) tanquam a
a 2.Cor.3. Spiritu Domini.

LXVII. b Luc.13.

Sed quod in his verſetur oratio,patere,quæſo,lector,vt exemplo Euangelici [b] patrisfamilias
qui profert de theſauro ſuo noua & vetera,veteribus recentia cōiugamus:erit enim vt ex his quæ
breuiter dicturi ſumus,magnam capias animi voluptatem.Haud namque in explorata referam,
ſed quæ complurium eruditorum virorum ſcimus aſſertione firmata,immo & a religioſis viris ad
populum pro concione ſæpe narrata.Ego vero a quo accepi,auctorem proferam,nempe integer-
De Michaele Mercato Seniore & Marſilio Ficino. rimæ fidei virum,Michaelem Mercatum Miniatenſem S. R. E. Protonotarium,probitate mo-
rum atque doctrina ſpectatum:ipſe enim narrauit de auo ſuo,eodem,quo ipſe nomine nuncupa-
to,Michaele Mercato Seniore;cui cum Marſilio Ficino nobiliſſimi ingenij viro ſummo intercede
bat amicitiæ cōſuetudo,parta & aucta philoſophicis ſacultatibus,in quibus Platonem ambo affe C
ctabantur auctorem.Accidit autem aliquando,vt ex more,quidnam poſt obitum ſuperſit homi-
ni,ex eiuſdem Platonis ſententia,ſed non ſine tamen trepidatione deducerent,quæ labantia Chri
ſtianæ fidei ſacramentis ſuffulcienda eſſent:eo enim argumento extat eiuſdem Marſilij ad ipſum
Michaelem Mercatum erudita quidem epiſtola de Animi & Dei immortalitate.Cum vero inter
differendum eorum progreſſa longius fuiſſet diſputatio;eam ad calcem perductam illo clauſerūt
corollario,vt iuncta ſimul dextera pacti fuerint,vter eorum ex hac vita prior decederet(ſi liceret)
alterum de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem.Quibus inter ſe conuentis,ambo iurati ab inui
cem diſceſſere.Interlapſo autem haud breui temporis ſpatio,euenit, vt cum ſummo mane idem
Michael Senior in philoſophicis ſpeculationibus vigilaret;ex inopinato ſtrepitum velociter currē
tis equi,eiuſdemq.ad oſtium domus curſum ſiſtentis audiret, vocemq.ſimul Marſilij clamantis :
O Michael,o Michael,vera,vera ſunt illa.Ad vocē amici Michael admiratus,aſſurgens,feneſtrāq.
aperiens,quem audierat,vidit poſt terga,ad curſum iterum acto equo candido,candidatum:proſe
cutus eſt eum voce,Marſilium,Marſilium inuocans;proſecutus & oculis:ſed ab eis euanuit.Sic ip-
ſe noui caſus ſtupore affectus,quid de Marſilio Ficino eſſet,ſolicitius perquirendum curauit(de- D
gebat ille Florentiæ,vbi diem clauſit extremum)inuenitq.eumdem illa ipſa hora defunctum, qua
eo modo auditus & viſus eſt ſibi.Quid tum ipſe?licet enim antiquæ probitatis vir eſſet,innoxiāq.
& proficuam omnibus vitam hactenus excoluiſſet(prout decebat vere philoſophum)ex eo tamen
tempore,vale dicens philoſophicis diſciplinis,ſolius Chriſtianæ philoſophiæ ceteris eminentioris
propenſior cultor effectus,quod reliquum fuit temporis,mundo defunctus,ſoli vitæ futuræ vixit,
ſpecimen edēs abſolutiſſimi omnibus numeris Chriſtiani,qui inter philoſophos ſui temporis ma
gna cum laude claruerat nulli ſecundus.Ad hæc autem,Syneſij,Euagrij,& Gennadij occaſione di
greſſi ſumus,ad declarandum non a Deo deſpectos vere philoſophos.

LXVIII. c Suid.in Syneſ.

Numerat Suidas [c] Syneſij lucubrationes,ſed quas ante Epiſcopatum elaborauit, ad gram-
maticam & philoſophiam ſpectantes,necnon Panegyricas orationes,inter quas in laudem Theo
doſij dictam Euagrius receoſet orationem,de Regno ad Arcadium,de Studiorum ſuorum ratio-
ne,de Prouidentia,de Inſomnijs,de Caluitie,& alia plura quæ non extant. Scripſiſſe præterea li-
d Syneſ.epiſt. 154. bros venatorios,ipſe de ſe teſtatur [d], necnon commentarium de Inſtrumento Aſtronomiæ,vt ad
e Syneſ.epiſtol. 157. Orum ipſe ſcribens affirmat [e]. Quamdiu autem ſederit,ignoratur. Porro poſt eius obitum in E
Eccleſiam Ptolemaidis Pentapolis reperitur ſubrogatus eius germanus Euoptius, ad quē eiuſdē
Syneſij extant litteræ,quarum ante ſuo loco meminimus.Ad quem quidem Euoptium,virum pe-
reruditum,extat ſcriptio illa S.Cyrilli contra reprehēſiones Theodoreti.At de Syneſio hactenus.
Iam vero quæ ſunt anni huius reliqua proſequamur.

LXIX. *Theodotus Epiſcopus Antiochenus.*

Hoc item anno defuncto Alexādro Epiſcopo Antiocheno,cum ſediſſet annos ferme quatuor,
in locum eius ſubrogatus eſt Theodotus.Id vt affirmemus,in primis admonent litteræ Attici Cō
ſtantinopolitani Epiſcopi datæ anno ſequenti ad Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum,cum ſuc-
ceſſit in locum Theophili anno ſequenti vita functi:in quibus de ipſo Theodoto iam Epiſcopo An
tiocheno mentio habetur.Vnde intelligas eos errare, qui ad Bonifacij Papæ tempora Alexandri
f Theodoret li. 5.c.37. vitam perducunt.Porro de Theodoto hæc Theodoretus [f]: S.Alexandro vita defuncto, Theodo
tus continentiæ velut margarita,Eccleſiæ præſulatum obtinuit,vir manſuetudine inſignis,& accu
rata vitæ inſtitutione egregie exornatus:qui ſectam Apollinarianam, oratam vt ſe cum reliquo
Chriſti

Digitized by Google

A Chriſti grege iungeret,ceteris Eccleſijs omnibus aggregauit.]hæc de Theodoto Theodoretus,ſatiſq.ad eius laudem.

IESV CHRISTI ANNVS 412. INNOCENTII PAP. ANNVS 11. HONORII 18. THEODOSII 5. IMPP.

QVadringenteſimus duodecimus annus,duobus Auguſtis Cõſulibus,Honorio nonũ & Theodoſio quintum,deletis ope diuina tyrannis,feliciter inchoatur. Cuius primo menſe idem Honorius,quod primum ad Chriſtianam religionem ſpectare ſciebat,qua nihil antiquius habuit, obſtinatos animo Donatiſtas illos,qui poſt euictam in proxima Collatione a Catholicis cauſam adhuc in ſchiſmate pertinaciter remanerent,diuerſis pœnis,dato reſcripto,mulctauit: atque primum eccleſias,ac cetera earum bona illis indulgentia Principis anno ſuperiori ante Collationem B ad demulcendum eorum animos reddita,Catholicis reſtituenda eſſe præcepit:laicos inſuper pecuniarijs pœnis pro conditione cuiuſque puniuit;clericis vero exilium irrogauit;illiſq.legata, Catholicæ Eccleſiæ deberi præcepit.Sed reddamus hic ipſum reſcriptum ad Seleucum Præfectũ Prætorio datum,nonnihil tamen antiquitatis carie deprauatum:ſic enim ſe habet [a]:

I. *Honorij pietas.*

a L.52.de heret. Cod.Theod.

II. *Reſcriptum cõtra Donatiſtas.*

Caſſatis quæ pragmatici,vel adnotatione manus noſtræ potuerint impetrari; & manentibus his quæ etiam dudum ſuper hæc definita ſunt,& veterum Principum ſanctione ſeruata: Niſi ex die prolatæ legis omnes Donatiſtæ tam ſacerdotes,quam clerici,laiciq.Catholicis ea,quæ ſacrilege deſciuere, reddiderint:tum Inluſtres ſingillatim pœnæ nomine Fiſco noſtro auri pondo quinquaginta cogantur inferre,Spectabiles auri pondo quadraginta, Senatores auri pondo triginta, Clariſſimi põdo viginti,Sacerdotales auri pondo triginta,Principales auri pondo viginti,Decuriones auri põdo quinque,Negotiatores auri pondo quinque,Plebeij auri pondo quinq. Circũcelliones argenti pondo decem:Qui niſi a conductoribus,ſub quibus cõmanent,vel procuratoribus executori exigendi fuerint præſentati,ipſi teneantur ad pœnam:ita vt nec domus noſtræ homines ab huiuſmodi cenſura habeantur immunes. Vxores quoque eorũ maritalis ſegregatim mulcta con- C ſtringat.Eos enim quos nequaquam illata damna correxerint, facultatum omnium publicatio ſubſequetur.Seruos etiam dominorum admonitio, vel colonos verberum crebrior ictus a praua religione reuocabit,ni malint ipſi ad prædicta diſpendia(etiã ſi ſint Catholici)retineri.Clerici vero miniſtriq.eorum,ac pernicioſiſſimi Sacerdotales ablati de Africano ſolo,quod ritu ſacrilego polluerunt,in exilium viritim ad ſingulas quaſque regiones ſub idonea proſecutione mittantur:eccleſijs eorum,vel conuenticulis,prædijſq.(ſi qua in eorum eccleſias hæreticorum largitas praua contulit)proprietati,poteſtatiq.Catholicæ(ſicut iamdudum ſtatuimus)vindicatis. Dat.III. Kal. Febr.Rauennæ,Honorio VIIII.& Theodoſio V.AA.Conſſ.]hactenus verba reſcripti.

III. *De Honorij reſcripto.*

Cuius quidem Honorij ſanctionis pluribus in locis S.Auguſtinus meminiſſe videtur. Nam quod ad caput illud ſpectat de irrogato exilio clericis Donatiſtis,hæc habet contra Gaudentium [b]: Mitiora in vos conſtituit Imperator propter manſuetudinem Chriſtianam:exilium vobis voluit inferre, non mortem:ſed vos homines docti conſiderantes quid debeatur merito,& quid minus ſit in ſupplicio,non de iudicio illius,ſed de veſtro additis mortem]cum ſcilicet voluntarie ipſi more ſuo eam oppeterent. Ad hanc quoque legem idem S.Auguſtinus viſus eſt alludere voluiſſe, D cum ſcribens ad Bonifacium inter alia hæc ait [c]: Quicquid ergo nomine eccleſiarum partis Donati poſſidebatur,Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ipſis eccleſijs ad Catholicam trãſire iuſſerunt.]& quàm id æquiſſime,ſubdit:Cum ergo nobiſcum ſint plebes earumdem eccleſiarum,nobiſcum pauperes,qui ab eiſdem poſſeſſiunculis alebantur; ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcere aliena:ſed intrent in vnitatis ſocietatem,vt pariter gubernemus nõ illa tantum quæ dicunt ſua,verum etiam quæ dicuntur & noſtra.Scriptum eſt enim [d]; Omnia veſtra ſunt,vos autem Chriſti.]& alibi pro concione ad populum [e]; Leguntur(inquit)manifeſtæ leges,vbi præceperunt Imperatores,vt qui præter Eccleſiæ Catholicæ cõionem vſurpant ſibi nomen Chriſtianũ, nec volunt in pace colere pacis auctorem,nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere.]& in fine: Veniant ad Catholicam,& nobiſcum habebunt non ſolum terram,ſed etiam illum qui fecit cælum & terram.]Quod etiam ex huius legis præſcripto,relicta ex teſtamento Donatiſtis deberent accipi a Catholicis:hinc ipſe ſuperius ex perſona ipſorũ:Modo deficientes vbique,quid nobis proponunt, non inuenientes quid dicant? Villas noſtras tulerunt,fundos noſtros tulerunt:proferunt teſtamenta hominum.Ecce vbi Gaius eis donauit fundum Eccleſiæ,cui præerat Fauſtinus. Cui Epiſcopus E præerat Fauſtinus? Eccleſiæ.Quid eſt,Eccleſiæ? Eccleſiæ dixi,cui præerat Fauſtinus,ſed non Eccleſiæ præerat Fauſtinus,ſed parti præerat.Columba autem Eccleſia eſt,&c.]oſtendens iure negari bona Eccleſiæ ijs qui non ſunt in Eccleſia.

b Augu. contra Gaudent.lib.2.c.19.

c Auguſt. epiſt. 50.

d 1.Corin.3.

e Auguſt.in Ioã. tract.6.in fin.

IV. *Donatiſtæ acrius ſæuiunt.*

f Auguſt.epiſt. 169.

Ceterum qui reſilierant poſt Collationem ab ineunda cum Catholicis vnitate proterui,tantũ abfuit vt his pœnis adigi potuerint e ſchiſmate redire ad Eccleſiam,vt maiori obdurerint obſtinatione,& crudeliore furore ſæuierint. Docent hæc quidem S.Auguſtini litteræ [f] hoc ipſo anno(vt dicemus)ad eumdem Marcellinum Cognitorẽ datæ,quibus mala perpetrata ab eis aduerſus Reſtitutum & Innocentium ſignificantur; cum ne in eos captos atque confeſſos pœnam mortis irroget,ipſe S.Auguſtinus rogat;vbi hæc de ipſorum delictis,quorum ante alia occaſione fecimus mẽtionem Circumcelliones illos & clericos partis Donati,quos de Hipponenſi Eccleſia ad iudiciũ pro factis eorum publice diſciplinæ cura deduxerat,a tua nobilitate comperi auditos & plurimos eorum de homicidio quod in Reſtitutum Catholicum presbyterum commiſerunt,& de cæde Innocentij alterius Catholici presbyteri,atque de oculo eius effoſſo,& de digito præciſo fuiſſe confeſſos.

feſſos. Vnde mihi ſolicitudo maxima incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legum A
ſeueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoq. his litteris obteſtor fidem tuam, quam habes in Chriſto, per ipſius Domini Chriſti miſericordiã, vt hoc nec facias, nec fieri omnino permittas, &c.] plutibus enim argumentis id ab eo extorquere conatus eſt. Sed & commendat eiuſdem in quæſtionibus exhibitam manſuetudinem, vbi ait: Noli perdere paternam diligẽtiam, quam in ipſa inquiſitione ſeruaſti, quando tantorum ſcelerum confeſſionem, nõn extendẽte equuleo, non ſulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruiſti: qui modus coertionis ita magiſtris artium liberalium, & ab ipſis parentibus, & ſæpe etiam in iudicijs ſolet ab Epiſcopis adhiberi.] atque demum ad perſuadendum huiuſmodi vtitur argumentu: Poſtremo (inquit) pro Eccleſiæ vtilitate miſſus es: hoc Eccleſiæ Catholicæ, aut (vt modum diſpenſationis meæ non ſupergredi videar) hoc Eccleſiæ ad Hipponenſium regionum diœceſim pertinenti prodeſſe, hoc expedire conteſtor. Si non audis amicum petentem, audi Epiſcopum conſulentem: quamuis
Epiſcopi imperant Præfectis quoniam Chriſtiano loquor, maxime in tali cauſa non arroganter dixerim, audire te Epiſcopum conuenit iubentem.] Hæc cum audis, lector, in mentem reuoca quæ dicta ſunt anno ſuperiori de Syneſio Epiſcopo & Andronico Libyæ Pentapolis Præfecto; nimirum verbis & exemplis decla- B
ratum in eadem cauſa, iiſdemq. perſonis demonſtratum, Epiſcoporum eſſe, Præfectis quę pia, quę ſancta & Chriſtianæ ſunt legi conſentanea, imperare. Præfecti erant ambo, iusq. habentes gladij, Andronicus & Marcellinus; ambo Epiſcopi, Syneſius & Auguſtinus: eadem cauſa de ſontium quæſtionibus atque ſupplicijs, in qua in vtroque ipſorum ius Epiſcoporum in præcipiendo Præfectis oſtenditur: verum & in puniendis etiam eiſdem & anathemate percellendis, in Syneſio vidimus declaratum.

V. *Acta de ſceleribus Donatiſtarum publicanda.* Sed & illud a Marcellino S. Auguſtinus exigit, vt confecta Acta publica de Donatiſtarum confeſſis criminibus & criminoſis conuictis publice exponerentur, ad ipſorum omnium Donatiſtarum ignominiam, vt ſic manifeſtatione ipſorum ſcelerum erubeſcerent; nam alijs litteris hoc eodem anno in eadem cauſa datis [a] hæc habet: Geſta quæ promiſit præſtantia tua, vehementer expecto, & in Eccleſia Hipponenſi iam iam cupio recitari, ac ſi fieri poteſt, per omnes eccleſias etiã
a Aug. epi. 158. in noſtra diœceſi conſtitutas: vt audiant homines, pleneq. cognoſcant confeſſores iniquitatis, non Dei timore extorquente pœnitentiam, ſed iudiciaria diligentia crudeliſſimorũ pectorum aperiẽte duritiam, ſiue illorum qui de homicidio, & de excæcato ac debilitato presbyteri corpore con- C
feſſi.] & paulo poſt de publicatione eorumdem Actorum in loco iudicij faciẽda, ſubdit: Quod autem ſcripſit eximietas tua, dubitare te, vtrum in Theopropia debeas eadem Geſta iubere proponi: fiat, ſi poteſt illuc frequens confluere multitudo: alioquin alius locus celebrior prouidẽdus eſt, non tamen vllo modo prætermittendum.]

VI. *Macrobius Epiſcopus Donatiſta Dux Circumcellionũ.* Quibus ipſis litteris idem S. Auguſtinus, quomodo pergerent iidem efferati Donatiſtę ſæuire, narrat his verbis: Modo Macrobius Epiſcopus eorum ſtipatus cuneis perditorum vtriuſque ſexus hac atque illac circumit, aperuitq. ſibi baſilicas, quas poſſeſſorum quantuluſcumque timor clauſerat, & paulo poſt: Cum ipſo etiam eſt ille Donatus diaconus rebaptizatus, qui cum fuerit colonus Eccleſiæ, verſatus eſt in illa cæde præcipuus. Qui tales non cum eo ſunt, quãdo & ille cum ipſo eſt? &c.] At tantum abeſt vt nouis his Donatiſtarum facinoribus S. Auguſtinus a rogando pro eis qui vincti detinebantur in carcere feriendi, retraheretur; vt etiam cumulatiori manſuetudinis menſura gratiam pro ſceleribus penderet. Etenim pro eiſdem etiam ad Proconſulem litteras dedit, qui-
b Aug epiſ. 127. bus eum abſtinere a gladij pœna pluribus exorauit [b]. Sed quid his amplius addidit? Audi quid
c Aug. epiſ. 178. in dicta ad Marcellinum epiſtola [c] de Proconſule ſcribat: Si autem nec litteris meis ad hoc cõſen- D
ſerit: hoc ſaltem præſtet, vt in cuſtodiam recipiantur; atque hoc de clementia Imperatoris impetrare curabimus, ne paſſiones ſeruorum Dei, quæ debent eſſe in Eccleſia glorioſæ, inimicorum ſanguine dehoneſtentur. Scio enim in cauſa clericorum Anaunenſium, qui occiſi ã Gentilibus nunc martyres honorãtur, Imperatorẽ rogatũ facile conceſſiſſe, ne illi qui eos occiderãt, & capti iam tenebantur, pœna ſimili punirentur.] hæc Auguſtinus pro perditis Donatiſtis: ideq. conteſtatur, qđ ſi ne ſic quidem a Proconſule audiatur, ſaltem id obtineret, vt tres eiuſmodi epiſtolæ pro illis a ſe datæ, Actis Proconſularibus ad futuram memoriam iungerentur: licet quatuor eodem argumento
d Aug. epi. 158. 159. 174. in eadem cauſa extent Auguſtini [d] epiſtolæ, duæ ad Marcellinum, ad Proconſulem vna, ad Apringium [e] Iudicem vna. Agebat Proconſulem in Africa hoc anno Donatus, vir quidem ob vitam
e Aug. epi. 160.
f Aug. epiſt. 28. integram magni nominis, vt alia ad eum ab Auguſtino data epiſtola [f] docet.

VII. *De Macedonij conſultatione.* Cum vero non vnus Auguſtinus tantum, ſed alij quoque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi ſolerẽt apud Iudices pro condemnatis facinoroſis intercedere: Macedonius & ipſe Iudex, ius gladij habens, eumdem Auguſtinum litteris interpellauit, num acquieſcendum eſſet precibus Epiſcoporũ reis pœnam dimitti poſtulantium; præſertim ſi probabilis ſit coniectura, eoſdem in deterius prola- E
g Apud. Auguſt. epiſt. 53. pſuros. Extant [g] ipſæ Macedonij litteræ ad Auguſtinum, cuius etiam ad illum reddita epiſtola [h]
h Aug epiſt. 54. legitur argumento diſerte conſcripta: quas tu ipſe, ſi lubet, conſule, ſimulq. S. Ambroſij eadem tra-
i Ambroſ. epiſt. 76. ctantis epiſtolam ad Studium [i] ſcriptam. Commendat autem idem Auguſtinus [k] eiuſdem Macedonij Præfecti in promulgandis aduerſus Donatiſtas edictis exhibitam lenitatem, dum hæc re-
k Auguſt. epiſt. 52 in fine. citat; & laudat ipſum in edicto eſſe præfatum: Pro vobis hoc agitur; pro vobis ſacerdotes incorruptæ fidei, pro vobis Imperator Auguſtus, pro vobis nos quoque eius Iudices laboramus: & alia multa in eodem edicto ita poſuiſti, vt te appareat in terreni Iudicis cingulo non parua ex parte
Manſuetudo Chriſtianorũ Præſulum. cæleſtem Rempublicam cogitare.] Exhibebantur eiuſmodi manſuetudinis officia tum a Iudicibus, tum in primis ab Epiſcopis, vt quos ſcirent ſeueritate legum obſtinatius obrigeſcere, facilitate, comitate & benignitate, omni denique ſtudio eos demerere pro viribus laborarent. Prædicata eſt autem ab ipſis etiam Donatiſtis Genethlij Epiſcopi Catholici animi manſuetudo, & gratia illis exhibita: de quo Auguſtinus: Inde neſcio quomodo ventum eſt ad commemorationem

beatæ

A beatæ memoriæ Genethlij Epiſcopi, quòd neſcio quam conſtitutionem datam contra illos compreſſerit, & effectum habere non ſiuerit.] At de is ſatis.

VIII. *Acta contra Donatiſtas publicari iuſſa.*

Quid præterea in eadem Donatiſtarum cauſa actum ſit, accipe. Vt de his iugis memoria penes Catholicos perſeueraret, eadéq. ſemper recens dimanaret in aures ſchiſmaticorum; illud factum eſt, vt in quibuſdam Eccleſijs Africanis eadem Acta publice in eccleſia Quadrageſimæ tempore recitarentur: atteſtatur id quidem S. Auguſtinus, dū id ipſum vt faciat, a Deuterio Epiſcopo exigit, vbi ait [a]: Præſentibus vobis, fratrem & coepiſcopum meum Deuterium obſtringo, vt quemadmodum fit apud Carthaginem, apud Tagaſtam, apud Conſtantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes Eccleſias, ſic etiam deinceps facere non pigreſcat: Vt annis omnibus, per ieiuniorū dies, id eſt Quadrageſima ante Paſcha, quando vobis maxime ieiunantibus plus vacat audire, eadem Geſta Collationis per annos ſingulos, vniuerſa a capite in finem ex ordine recitentur.] hæc Auguſtinus; qui & in eo laborauit, vt eamdem Collationem, quo ab omnibus ſine tædio legeretur, redigeret in epitomen, quam Breuiculum nominauit, vt ipſe teſtatur [b], abſolutam hoc anno, vt tradit in dicta epiſtola ad Marcellinū [c]; vbi de ſuis huius temporis lucubrationib. agens, hæc ait:

a Aug. de geſtis cum Emerito.

b Auguſtin. Retract. lib. 2. ca. 39.

c Auguſt. epiſt. 158.

B Cum enim ab eorū hominum neceſſitatib. aliquantulū vaco, qui me ſic angariant, vt eos nullo mō liceat euitare, nec contemnere oporteat: non deſunt quæ dictanda propono, ſic in articulis temporum conſtituta, vt dilationem non ferant. Sicuti mihi fuit breuiatio Geſtorū Collationis noſtræ ſatis operoſæ, cum viderem neminem ſe velle tanto aggeri litterarum legendo committere. Sicut mihi fuit etiam epiſtola ad ipſos laicos Donatiſtas de hac eadem Collatione noſtra, quam modo aliquot lucubrationibus terminaui. Intelligit enim S. Auguſtinus de libro, cuius eſt titulus, Ad Donatiſtas poſt Collationem. Quanam autem occaſione ille ſcriptus fuerit, modo dicendum.

IX. *Concilium Cirtenſe indictū.*

Quod enim Donatiſtæ Epiſcopi in eadem Collatione anno ſuperiori victi penitus & confutati, non tantum non acquieuiſſent, ſed obſtinatiores atque pugnaciores abſceſſiſſent, & publica vi alij graſſati eſſent, alij vero verbis & ſcriptis complura ſparſiſſent mendacia, nempe corruptum a noſtris fuiſſe Iudicem, ſe vero ab eodem compreſſos, neque loqui permiſſos, & alia id genus complura fingentes, quibus populus Donatiſta reuocaretur, ne relicto ſchiſmate, ad Eccleſiam Catholicā ſe transferret, ſed contineretur in impietatis officio: res tanta haud diſſimulanda, contemnendaq. Patribus viſa eſt. Quamobrem hoc ipſo anno, menſe Iunij, ea de cauſa prouinciale Epiſcoporum

C Concilium Cirtæ in Numidia celebrare decernunt, cui interfuerunt Siluanus, qui eius prouinciæ Primatem agebat, Auguſtinus & alij eius prouinciæ Epiſcopi, vt ex Actis eius conuentus & epiſtola inde ſcripta apparet. Sed quid accidit? Cum Numidæ Epiſcopi ad Synodū vocarentur, & inter alios idem S. Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis: ipſe in itinere conſtitutus, cum Tubutſicum perueniſſet, nactus eſt ibi Fortunium eius ciuitatis Epiſcopum partis Donatiſtarum, cum quo ſibi cōgrediendum fuit, publice diſputando de his quæ ſpectarent ad communem cauſam inter Donatiſtas atque Catholicos; quid autem ea Collatione in via obiter habita actum ſit, ex eiuſdem S. Auguſtini ſcriptis intelligemus: eius extant ea de re datæ litteræ ad Donatiſtas, in quarum exordio hæc leguntur [d]:

d Auguſt. epiſt. 163.

X. *Collatio Auguſtini cū Fortunio.*

Fortunium, quem Tubutſicum habetis Epiſcopum, per eamdem ciuitatem, quamquam feſtinantiſſime, cum ad Cirtenſem Eccleſiam pergeremus, experti ſumus, ita omnino, vt de illo ſoletis benigniſſime polliceri. Eam ipſam quippe veſtram de illo nobis ſermocinationem cum ei renūciaremus, volentes eum videre, non abnuit. Venimus itaque ad eum: quia ætati eius id a nobis deferēdum videbatur potius, quam exigendum vt ipſe ad nos veniret prior. Perreximus ergo, comitantibus non paucis, quos forte aggregatos nobis illud tempus inuenerat. Cum autem apud eum cōſediſſemus, rumore diſperſo, non parua præterea turba cōfluxit. Sed in tota illa multitudine perpauci apparebant, qui vtiliter ac ſalubriter agi cauſam illam, & tantam, reique tātæ quæſtionem prudenter & pie diſcuti cuperent. Ceteri vero magis ad ſpectaculum, quaſi altercationis noſtræ prope theatrica conſuetudine, quam ad inſtructionem ſalutis, Chriſtiana deuotione cōuenerant. Quapropter nec ſilentium nobis præbere, nec intente nobiſcum atque modeſte ſaltem & ordinate colloqui potuerunt, exceptis (vt dixi) paucis, quorum religioſa & ſimplex apparebat intentio. Itaq. libere pro ſui cuiuſque animi motu immoderate loquentiū, omnia ſtrepitu turbabantur; nec euincere ſiue nos, ſiue ipſe rogando, interdum etiam obiurgando potuimus, vt nobis modeſtum ſilentium præberetur.

XI. *Collatio integra a notarijs ſcribi non valuit.*

Res tamen vtcumque agi cœpta eſt, & aliquot horas in alterno ſermone protraximus, quantum vocibus interquieſcentibus varie tumultuantium ſinebamur. Sed in ipſo diſputationis exordio, cum videremus ea quæ dicebantur, ſubinde labi de memoria vel noſtra, vel eorum, quorum ſalutem maxime curabamus: & vt eſſet nobis cautior, modeſtiorque tractatio, ſimul vt & vos atq.

E alij fratres qui abſentes erant, quid inter nos actum eſſet, legendo cognoſceretis; poſtulauimus, vt a Notarijs verba noſtra exciperentur. Vbi diu ab illo, vel ei conſentientibus reluctatum eſt; poſtea tamen ipſe conceſſit. Sed Notarij qui aderant, atque id ſtrenue facere poterant, neſcio qua cauſa excipere noluerunt. Egimus ſaltem, vt fratres qui nobiſcum erant, quamquam in hac re tardius poſſent, exciperent; pollicentes nos ibi eaſdem tabulas relicturos. Conſenſum eſt. Cœperunt verba noſtra excipi, & aliqua ab inuicem ad tabulas dicta ſunt. Poſtea inordinatas obſtrepentium interpellationes. Et propterea noſtram quoque turbulentiorem diſputationem Notarij non valentes ſuſtinere, ceſſerunt, nobis ſane non deſiſtentibus, & vt cuique facultas dabatur, multa dicentibus. Ex quibus omnibus verbis noſtris quantum recordari potui cauſæ totius actionem, dilectionem veſtram fraudare nolui. Poteſtis enim ei litteras meas legere; vt vel approbet, vera me ſcripſiſſe; vel ipſe vobis, ſi quid melius recolit, incunctanter inſinuet.] hæc præfatus Auguſtinus, ſummam initæ inter eos Collationis eadem ad eos epiſtola complexus eſt, quam maiori otio tu lector conſulere potes. Quæ enim ibi poſita eſt controuerſia de ſpurio Concilio Sardicenſi,

nos eum de eo ſuo loco egimus,pluribus pertractauimus. A

XII.
[a] Auguſ.contra Creſcon.lib.3.c.34.

Sed in his hic non prætermittendum,tum ea epiſtola,tum etiam dum contra [a] Creſconiom agit,duobus potiſſimum argumentis coarguiſſe S.Auguſtinũ; Concilium illud ab aduerſario eitatum,non fuiſſe Catholicorũ Epiſcoporum:Primo quidem,quod in eo Iulius Romanus Epiſcopus legeretur eſſe damnatus:& ſecundo,qđ litteræ Synodales ab eo datæ legerentur ſcriptæ ad Epiſcopum Carthaginenſem,non aũt(vt moris erat)ad Romanum Pontificẽ.quib.intelligas,male audiſſe apud antiquos,quicquid contra Romanum Pontificem dictum,factumve editum legeretur.

XIII.
Rom. Pontificis auctoritas cognita.
[b] Aug epi.162.

Sed quo loco habitus,& quantæ æſtimationis eſſe deberet ipſe Romanæ Eccleſiæ Pontifex; idem S.Auguſtinus ad eoſdem ad quos ſcripſit dictam,de Collatione cum Fortunio epiſtolam,nẽpe ad Eleuſium,Glorium,Felicem,& alios,cum eodem argumento,de cauſa nimirum Donatiſtarum litteras dedit,hæc habet inter alia [b]: Cum(inquit de Cæciliano)ſe videret & Romanæ Eccleſiæ,in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus,& ceteris terris, vnde Euangelium ad ipſam Africam venit,per communicatorias litteras eſſe coniunctum,&c.]arguens ob id Catholicum Cæcilianum eſſe cognitum & probatum,quòd Romano Pontifici communicatorijs litteris (vt dictum eſt ſuperius)iungeretur. Porro erant illæ pacis,concordiæ,& vnitatis ſymbolum,& lon- B ge diuerſi generis ab ijs quæ ad Gentiles vel hæreticos a Catholicis ſcriberentur;de quibus in hac ipſa epiſtola Auguſtinus eius exordio ait:Factum eſt,vt etiam ad nonnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus non communicatorias literas,quas iam olim propter ſuam peruerſitatẽ ab vnitate Catholica,quæ toto Orbe diffuſa eſt,non accipiunt,ſed tales priuatas, qualibus nobis vti etiã ad Paganos licet.]Sed iter iam Auguſtini Cirtam verſus cum Alypio, qui præſens fuit Collationi cum Fortunio,proſequamur.

XIV.
Cirtenſe Concilium.
[c] Apud Auguſ. epiſt.152.

Conuenerunt(vt diximus)Numidæ Epiſcopi Cirtæ ciuitatis,non alia ex cauſa,quàm vt conſilium inirent,decernerentq.quonam pacto occurrendum eſſet calumniantibus Donatiſtis, & conantibus mendacijs irritam reddere Collationem anni ſuperioris. Quid autem inter eos *tranſactum* ſit;& communi ſententia decreuerint;licet Acta ipſa perierint,Synodalis tamen epiſtola inde ſcripta extat ad Donatiſtas:De qua quidem illud in primis admonendum putamus,vbi in fine ipſius ſic legitur [c]: Hæc ad vos ſcripſimus decimooctauo Kalendas Iulias,pijſſimo Honorio VIII. Conſ.]manifeſte in numerum errorem irrepſiſſe,cum octauus pro nono Conſulatus ſit poſitus;qđ quidem mendum ex eadem ipſa epiſtola redarguimus. Dum enim in ea mentio habetur Collatio- C nis habitæ anno ſuperiori Carthagine ſub Marcellino,quomodo adnotari epiſtola illa potuit ſub octauo Honorij Conſulatu,qui incidit in annum ante Vrbis excidiũ? Quod vero paulo poſt Collationem eamdem Cirtenſem Synodum eſſe habitam,ex litteris ad Marcellinũ datis apparet;nonus Conſulatus pro octauo,& non alius reſtituendus erit. Porro in epiſtola illa Synodali ad laicos Donatiſtas data cauſa huius cogendi Concilij aperitur his verbis:

XV.
Lucubrationes Auguſtini poſt Collationẽ contra Donatiſtas
[d] Aug.epi.158.

Cum in auribus noſtris fama crebreſceret,hoc vobis veſtros Epiſcopos dicere,Cognitorem pmio fuiſſe corruptum,vt contra eos ſententia proferretur:vos autem iſta facile credere,ac propterea multos veſtrum adhuc nolle acquieſcere veritati:placuit nobis,cogente Domini charitate,ex Concilio noſtro hæc ad vos ſcripta dirigere,quibus primitus admoneremini,illos vobis victos atque conuictos hæc mendacia iactare.Qui etiam in ſuo mandato,quod pro illa Collatione fecerũt, & ſuis nominibus atq.ſubſcriptionibus firmauerunt,nos illic Traditores & perſecutores ſuos eſſe dicentes,in falſitate atq.mendacio manifeſtiſſimo detecti atq.conuicti ſunt,&c.]plura enim,certaq.ſubdit,quibus ipſi Epiſcopi Donatiſtæ apertiſſimi eſſent redarguendi mendacij.Hæc quidem Patres ex Synodo. Priuatim autem S.Auguſtinus Breuiculum ſcripſit,ſed ante dictam epiſtolam D datam ad Marcellinum [d], in qua(vt vidimus)mentio habetur de epiſtola ad laicos Donatiſtas, necnon de Breuiculo.Poſtea vero elucubrauit eadem ex cauſa S. Auguſtinus commentarium ad eoſdem laicos Donatiſtas,Poſt Collationem,inſcriptum;cuius eſt exordium:Quid adhuc Donatiſtæ ſeducimini ab Epiſcopis veſtris,&c.]Quæ omnia ſimulatque abſoluiſſet, ſe ſcripſiſſe dictam ad Marcellinum epiſtolam,Auguſtinus ipſe teſtatur.

XVI.
[e] Apud Auguſt. epiſt.1.& 3.
Voluſiani mater laborat pro filii conuerſione.
Genus Voluſiani & ætas.

Sed & ſubdit,dediſſe ſe tunc duas epiſtolas,alteram ad ipſum Marcellinum, ad Voluſianum vero alteram:extant ambæ [e], atque dignæ vt in eis aliquantiſper oratio immoretur: etenim pro dignitate argumenti ipſæ ad Voluſianum datæ litteræ primum locum inter multiplices eiuſdem Auguſtini epiſtolas meruerunt. Erat Voluſianus Gentilis homo,inter Romanos nobilitate nulli ſecundus,& philoſophicis diſciplinis imbutus,inter primos philoſophos adnumetãdus, cuius mater Chriſtiana femina religioſiſſima erat: quæ occaſionem nacta profectionis Marcellini in Africam,apud ipſum ſolicite egit,vt ageret eum Auguſtino(quem fama ſciret omnium diſertiſſimũ) vti ſcriptis Voluſianum filium ad fidem Chriſtianam amplexandam,omni ſtudio adhibito, conaretur adducere.Quænam autem fuerit mater Voluſiani,nobis hactenus incompertum eſt. Simus E tamen,Voluſianum vſq.ad obitum in Ethniciſmo inflexo animo perſeuerantem, patruum fuiſſe Melaniæ Iunioris;per quam ad fidem Chriſti capeſſendam iam diem obiturus tandem perſuaſus eſt,vt ſuo loco dicturi ſumus. Putamus quidem fuiſſe Voluſianum fratrem matris Melaniæ Iunioris,quam Albinam nomine dictam fuiſſe meminimus;patris vero nomen ignoratum, q. filius fuit Melaniæ Senioris:ſæpe enim patruus inuenitur pro auunculo vſurpatus: vt nihil obſtet quin matris eius potius fratrem fuiſſe dixerimus.

XVII.
[f] Smet.antiquar Inſcrip. pag.58. nu.9.11.12.

Quod autem ad genus & familiam Voluſiani pertinet:extant quidem de his memoriæ in veteribus inſcriptionibus [f], vt de Voluſiano Præfecto Vrbis ſub Valentiniano Imperatore,in quibus & nomen eius inſcribitur, Caius Cœionius Rufius Voluſianus. Vt autem hunc eumdem cum illo fuiſſe dicamus,tempora non repugnant;vtpote qui ſub Valentiniano iuuenis erat, ſub Honorio & Theodoſio ſenex vixerit & obierit.Hunc enim Proconſulatum in Africa geſſiſſe puerũ, Rutilius Numatianus,intima illi coniunctus amicitia,docet his verſibus:

Iamque

A *Iamque alijs Romam redeuntibus hæret eunti*
Ruſius Albini gloria viua patris:
Qui Voluſi antiquo deriuat ſtemmate nomen,
Et Reges Rutulos, teſte Marone, refert.
Huius facundæ commiſſa Palatia linguæ
Primæuus meruit Principis ore loqui.
Rexerat ante puer populos pro Conſule Pœnos:
Æqualis Tyrijs, terror, amorque fuit.
Sedula promiſit ſummos imitatio faſces:
Si fas eſt meritis fidere, Conſul erit.] hæc ipſe. Erant Rutilius & Voluſianus ambo Gentiles, & tum rei litterariæ, tum etiam religionis arctis vinculis amicitia mutuo fœderati. Porro alium Rufium Voluſianum, præter hunc de quo agitur, æq. eruditione ac nobilitate pollentem, huius temporis inuenimus neminem: vt plane fateri quodammodo cogamur, vnum eumdemque eſſe cum eo de quo agimus; quem quidem diſertiſſimum fuiſſe, ex Auguſtini atque Marcellini lit-
B teris ſatis perſpectum habetur. Quæ autem hoc anno inter ipſum Voluſianum & Auguſtinũ mutuis ſcriptis tranſacta ſint, videamus.

XVIII. *Auguſtinus laborat in cõuerſione Voluſiani.*

Interpellatur igitur S. Auguſtinus litteris Marcellini, & ipſe matris Voluſiani precibus fatigatur, qui & ad eius conuerſionem addixit animum: cum alioqui præſens eum ipſe Marcellinus, vt cum eo diſſereret, & Chriſtianum faceret, conuenire ſoleret. Nam ipſe in litteris ad Auguſtinum [a]: Eſt (inquit) nobis cum eodem Voluſiano quotidiana pro viribus noſtris & pro ingenij paupertate diſputatio: ſanctæ ſiquidem matris eius precatione compulſus, cura mihi eſt eum frequenter ſalutandi gratia conuenire: licet vicem in hac parte reddere etiam ipſe dignetur.] Degebat (vt apparet) Voluſianus Carthagine, vbi & Marcellinus manebat. Prouocauit, aperuitq. Auguſtinus illi viam, vt de Chriſtianæ fidei veritate ſolicitius inquireret. Vnde ad eum primis litteris [b]: De ſalute tua (inquit) quam & in hoc ſæculo & in Chriſto eſſe cupio, ſanctæ matris tuæ votis ſum fortaſſe etiam ipſe non impar.] hortatur enim eum diuinas Scripturas legere, & ſi quid in illis oboriatur q̃ſtionis, ad ſe ſcribere. His acceptis litteris [c] Voluſianus, initi ante congreſſus mentionẽ faciens, ex alterius perſona, quæ in fide Chriſtiana ſibi viderentur abſurda, declarat, eademq. ſoluenda ꝓ-
C ponit: nimirum, videri ſibi Deo indignum, carnem ſuſcepiſſe humanam, aliaque ad hæc ſpectantia operatum. Atque ad poſtremũ de ipſo Auguſtino, magnæ etiam apud Gẽtiles famæ, Voluſianus hæc ſubdit: Intereſt famæ tuæ, vt quæſita nouerimus. Vtcumque abſque detrimento cultus diuini in alijs ſacerdotibus toleratur inſcitia: at cum ad Antiſtitem Auguſtinum venitur, legi deeſt, quicquid contigit ignorari.] hæc ipſe.

a Apud Auguſ. epiſt. 4.
b Aug epiſt. 1.
Voluſiani mater pro filij ſalute ſolicita.
c Aug. epiſt. 2.

XIX.

Quæ autem ad hæc humanarum rerum ſapientiſſimo Auguſtinus reſcripſerit, ipſa quæ extat tanto auctore digna epiſtola patefacit [d]: ex qua ipſum vehementer Auguſtinum eſſe admiratũ, Marcellinus [e] teſtatus eſt: ad quem vt rurſus Auguſtinus ſcribat, idem rurſus hortatur: qui & nouas illi ſoluendas quæſtiones ab eo expetitas proponens, ſignificat Voluſianum Apollonij Tyanæi & Apuleij magorum ſtudioſum fuiſſe: vt non mirum ſit, ſi tardius, & nonniſi in extremo vitę ſpiritu contigerit ipſum fieri Chriſtianum. Sed expetijt rurſus ab eodem ſancto Auguſtino Marcellinus, vt illi quoq. obiectioni reſpondeat: Cur ſub Chriſtianis Principibus tot tantaq. mala inuaſerint Romanum Imperium? Præſtitit hæc quidem (vt dictum eſt) diſertiſſime Auguſtinus, qui & ad menſuram addidit culmen, dum hanc Gentilium calumniam garrula loquacitate vbique ia-
D ctatam, egregio commentario illo (vt diximus) de Ciuitate Dei, ſtatuit confutandam. Quod igitur ad Voluſianum pertinet: vt ſic in cultu deorum ad obitum vſq. manſerit, praua mens eius ob cultum magorum in tranſuerſum acta, in cauſa fuit: quod vero tandem diuinæ gratiæ in credendo cõpos fieri, & fidei ſigillo per baptiſmum muniri in fine meruerit, matris eius pro ſalute ipſius ardẽtiſſimæ ad Deum preces feliciter impetrarunt: ſed quomodo id acciderit, ſuo loco dicendum erit.

d Aug. epiſt. 3.
e Apud Auguſt. epiſt. 4.
Auguſtinus reſpondet quæſtionibus Voluſiani.

XX.

Hæc vero de litteris ad Voluſianum & Marcellinum hoc anno eſſe tranſacta, ex alia illa poſt Collationem data præſenti anno ad eumdem Marcellinum [f] epiſtola (vt diximus) demonſtratur; vbi & de alia anni huius lucubratione, quam tunc elaborabat, iſta ſubdit; Nunc in manib. habeo librum ad Honoratum noſtrum de quæſtionibus quibuſdam quinq. quas mihi propoſuit, & per litteras intimauit.] Eo ipſo tẽpore (idem ait Auguſtinus [g]) quo contra Donatiſtas vehemẽter exercebamur, & cõtra Pelagianos exerceri iã cœperamus: amicus quidã mihi miſit quinq. a Carthagine quæſtiones, &c.] extat de his epiſtula [h] ad Honoratum, immo (vt ait in fine ipſius) prolixus liber. Ex quinq. autem illis quæſtionib. vna erat ſpectans ad hæreſim Pelagianã de Gratia noui Teſtamenti. Carthaginem enim eiuſmodi q̃ſtiones per Cæleſtium primarium Pelagij diſcipulũ ſunt
E allatæ hoc ipſo anno, atq. pugnaciter defenſæ, ſed cũ auctore etiam iudicio Eccleſiaſtico condẽnatæ. Quomodo autem iſta ſe habuerint, enarremus: ſed primũ temporis certa ratio demonſtretur.

f Aug. epiſt. 158.
Auguſtini huius anni ſcripta.
g Aug. Retract. lib. 2. c. 36.
h Aug epiſt. 120.
Quando Cæleſtius Carthaginem venit.

XXI.

Cum enim Synodus Carthaginenſis celebrata anno Domini quadringenteſimo decimoſexto ſub Theodoſii ſeptimo Conſulatu cum collega Palladio (vt ſuo loco dicetur) anno ab hinc ferme quinto, epiſtolam habeat Synodalem datam ad Innocentium Romanum Pontificem, in eaque dicatur ante annos ferme quinq. iudicium ſuper Cæleſtio Pelagiano agitatum: ad hunc ipſum annũ illud referendum eſſe, nemo non videt. Sunt hæc verba epiſtolæ Concilij Carthaginenſis [i]: Factum eſt, vt recenſendum peteremus, quid ante ferme quinquennium ſuper Cæleſtij nomine hic apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatum.] hæc ibi. Nec eſt etiam quod huiuſmodi terminus ferme quinquennij ab anno ſuperiori numerari debeat. Nam (vt diximus) adhuc, quod auctores minime proderentur, ſine auctorum nomine hæreſis impugnabatur. Præterea nulla penitus memoria eſt, vt eo anno, quo ab Epiſcopis totius Africæ celebrata eſt magna illa Collatio, ibidem, eodemq. anno exercitatum fuerit iudicium contra Cæleſtiũ. Merito ergo ex aſſertione Car-

i Aug. epiſt. 90.

thaginenſis Concilij,hoc anno Cæleſtij cauſam ponimus.Hæc ad tempus inſinuandum ſatis. A

XXII. Sed quid aduerſus Cæleſtium hoc anno actum eſt Carthagine,inueſtigemus.Periere Acta ipſa hoc anno in Epiſcopali iudicio Carthagine habita,ex quib.tantummodo ſupereſt fragmentum a S.Auguſtino contra Pelagium & Cæleſtiũ recitatum de Peccato originali,quod nos hic reddendum putauimus.Sed ante ſciendũ,aduerſus Cæleſtiũ diſputaſſe Paulinum diaconum;quod eadẽ Acta produnt,quæ ſic ſe habent,præmiſſis his quæ S.Auguſtinus ea recitaturus ita præfatur [a]:

a Aug.de pecca to origin. contra Pelag.lib.2.cap. 3.

Cæleſtius quidem in hoc extitit errore liberior,vſq.adeo,vt neque,in Epiſcopali iudicio apud Carthaginem damnare voluerit eos qui dicunt quod peccatum Adæ ipſum ſolum læſerit, & non genus humanum:& quod infantes qui naſcuntur,in eo ſtatu ſint,in quo Adam fuit ante præuaricationem.]& paulo poſt ita deſcribit Acta iudicij Carthagine habiti: De Geſtis enim Eccleſiaſticis Carthaginenſibus hic eius verba deſcripſimus.

XXIII. *Acta Iudicij Epiſcopalis cõtra Cæleſtium.*

Aurelius Epiſcopus dixit.Sequentia recitentur,*libelli videlicet Cæleſtij*.Et recitatum eſt:Quod peccatum Adæ ipſi ſoli obfuerit,& non generi humano.Et cum recitatum eſſet,Cæleſtius dixit:Dixi de traduce peccati me dubium eſſe,ita tamen,vt cui donauit Deus gratiam peritiæ,conſentiã: quia diuerſa ab eis audiui,qui vtiq.in Eccleſia Catholica conſtituti ſunt presbyteri. Paulinus diaconus dixit:Dic nobis nomina ipſorum.Cæleſtius dixit: Sanctus presbyter Ruffinus, Romæ qui manſit cum ſancto Pammachio.Ego autem audiui illum dicentem quod tradux peccati non ſit.] B

Ruffinus detectus Dux Pelagianorum.

Ecce tibi,qui latere diu conatus eſt Ruffinus,à ſuo diſcipulo publice proditur:vt hac ex parte Cæleſtio plurimũ debeamus,quod qualis Ruffinus viſus eſſet, retecta facie,eiecta ſuperimpoſita larua,iuſto Dei iudicio,omnibus notum fecerit:vt hoc vno teſte ſatis poſſit intelligi,quam iuſte S.Hieronymus in hominem ſæpe commotus ſit,quamq.vera certaq. eſſent quæ de ipſius doloſis artib. ſcriptis prodidit.At obſerua & illud,citari a Cæleſtio non Pelagium ipſum,ex quo hæreſis nomen accepit,ſed Ruffinum,vt coryphæum,atq.ſectæ anteſignanum.Diſce & Ruffini in occultanda impietate dexteritatem:quippe qui cum talia ſentiret,atq.ſuis intimis communicaret, tamen ad cõciliandum ſibi nomen abſque vlla ſuſpicione Catholicum, Romæ apud S. Pammachium virum maxime pium atque diſertum habitare aliquando delegit.Sed reddamus pauca quæ reliqua ſunt publicorum Actorum:

XXIV. *Acta Iudicij Carthaginenſis contra Cæleſtium.*

Paulinus diaconus dixit:Eſt aliquis alius? Cæleſtius dixit:Audiui & plures dicere.Paulinus diaconus dixit:Dic nomina ipſorum(*talia cum Ruffino ſentientium.*)Cæleſtius dixit: Non tibi ſufficit vnus ſacerdos? Et poſt aliqua,alio loco:Aurelius Epiſcopus dixit:Reliqua libelli legantur. Et recitatum eſt:Quod infantes qui naſcuntur,in eo ſtatu ſint,in quo fuit Adã ante tranſgreſſionem.vſq. ad finem libelli minoris ſuperius inſerti.Aurelius Eps dixit:Docuiſti,Cæleſti,aliqñ(vt dixit diaconus Paulinus)quod infantes qui naſcuntur,in eo ſtatu ſint,in quo Adã ante tranſgreſſionẽ? Cæleſtius dixit:Exponat quid dixit,ante tranſgreſſionem.Paulinus diaconus dixit:Tu nega hoc te docuiſſe. Vnũ eſt ex duobus:aut neget ſe docuiſſe:aut iã dãnet iſtud.Cæleſtius dixit,iã dixi, exponat quo mõ dixit,ante tranſgreſſionẽ.Paulinus diaconus dixit:Nega te illa docuiſſe.Aurelius Epiſcopus dixit:Rogo quid collegerim ego ex huiuſmodi obiectione,dico, Adam conſtitutus in Paradiſo,quod ante dicatur interminabilis factus,poſtea per tranſgreſſionem præcepti factus eſt corruptibilis.Hoc dicis,frater Pauline? Paulinus diaconus dixit:Hoc,domine. Aurelius Epiſcopus dixit:Status certe infantum hodie baptizandorum vtrum talis ſit,qualis fuit ante tranſgreſſionem Adæ;an certe de eadem origine peccati,de qua naſcitur,tranſgreſſionis culpam trahat? Hoc vult diaconus Paulinus audire. Paulinus diaconus dixit:Vtrum docuit hoc,an non,neget. Cæleſtius dixit:Iam de traduce peccati dixi,quia intra Catholicam conſtitutos plures audiui deſtruere,nec nõ & alios aſtruere;licet quæſtionis res ſit iſta,nõ hæreſis. Infantes ſemper dixi egere baptiſmo,ac debere baptizari.Quid quæris aliud?]hactenus Acta iudicij Carthaginenſis ex Auguſtino. C D

XXV. *Cæleſtij hæreſiarchę fraudes.*

b Aug. de perfect.iuſt.

Sed quid eſt quod Cæleſtius ait,hæreſes a ſe editas,aſſertiones fuiſſe quæſtionis,& nõ hæreſes? Attende vafrum conſilium. Vt enim ſuas ipſius prauas ſentẽtias,aduerſantiaque fidei Chriſtianę hæreſum capita promulgaret,ita ea libello tractauit, quaſi per quæſtiones veritatem inquireret: idque ea fecit arte,vt ab hæreſis crimine ſe excuſare poſſet.Extant ipſæ quidem quæſtiones,ad S. Auguſtinum ab Eutropio & Paulo in Gallijs Epiſcopis,quas acceperant in Sicilia,miſſæ [b]; quibus ſingulis ipſe reſpondet,ac confutat.Ex his etiam cum illud proditur,noluiſſe Cæleſtium damnare eos qui dicerent peccatum Adæ ipſum ſolum læſiſſe,nec transfuſum in poſteros;cumque ex dictis ipſius manifeſte innotuerit,Ruffinum illius fuiſſe erroris præcipuum aſſertorem:vtique affirmandum eſt,eodem Epiſcopali iudicio vna cum Cæleſtio condemnatum quoque fuiſſe Ruffinum.Damnatus autem eodem iudicio Cæleſtius quid agit? ſubterfugia captans, appellandum putauit Innocentium Romanum Pontificem:ſed hæc ſpecie tenus,ne illo iudicio ſtringeretur. ceterum quod ſciret Innocentium æque ſibi aduerſantem fore experturum, appellationem minime proſecutus eſt:ſed eo defuncto,ad eius ſucceſſorem Zoſimum Romam ſe contulit, vt ex eiuſdem Paulini libello Zoſimo Papæ oblato conſtat,quem ſuo loco reddemus. At de rebus contra Cæleſtium hoc anno Carthagine geſtis,ſatis. E

XXVI. *Pelagij hęreſis primo damnata Romæ.*

c Proſper de In gratis.

Quod audis de Cæleſtij Carthagine primo iudicio;haud velim exiſtimes ipſam Pelagianam hæreſim in Synodo Carthaginenſi primum fuiſſe damnatam.Etenim S.Proſper hæc ſpectans oculis,conſtanter affirmat,primitus contigiſſe Romæ damnari. cecinit enim hoc ipſum his verſib. [c]

Adfuit,exhortante Deo,prouiſa per Orbem
Sanctorum pia cura Patrum,non diſpare motu
Conficiens diros iaculis cæleſtibus hoſtes.
Hiſdem namque ſimul decretis Spiritus vnus
*Inſonuit.Peſtem ſubeuntem prima * recidit*
Sedes Roma Petri: quæ paſtoralis honoris

* primo

A *Factæ caput mundo,quicquid non poſſidet armis,*
Religione tenet.] hæc Proſper.

More maiorum igitur factum eſt,vt noua emergens hæreſis primum omnium a prima ſede examinaretur,atq.pariter damnaretur:de qua antiqua in Eccleſia conſuetudine cõſule quæ a nobis ſuo loco ſuperius dicta ſunt.Sed quando damnata?non quidem in Pelagio,ſed in Iouiniano primario hæreſiarcha:Pelagius enim ſub pallio latebat Catholico,ſub quo diu Romæ delituit:detectus vero abijt in Siciliam;indeq.(vt diximus)nauigauit in Palæſtinam.Ceterum ante hæc tempora eas hæreſes fuiſſe Romæ damnatas,non autem auctores ipſos,intelligas;quòd illi(vt diximus)nondum ſe prodidiſſent,latentes adhuc ſub tegmine ouis lupi.In Iouiniano enim hæreſiarcha olim damnatam fuiſſe Pelagij hæreſim Romæ,S.Hieronymus [a] teſtatur,vbi alloquens Pelagium ipſum ſub perſona Critoboli,ait:Non erubeſcis exploſam atque damnatam Iouiniani ſententiam ſequi? Et ille enim his teſtimonijs,tuiſq.nititur argumentis:immo tu illius inuenta ſectaris;in Oriente docere deſiderans,quæ olim Romæ,dudum in Africa condemnata ſunt.]hæc ipſe.Quod igitur inuenti ſunt errores Cæleſtij atq.Pelagij in Iouiniano hæreſiarcha fixas habere radices,in ipſum conuerſa
B eſt iuſta Imperatoris vindicta.Etenim ſub huius anni Cõſulibus datum ipſius Honorij reperitur ſcriptum [b] aduerſus Iouinianum hæreſiarcham,de eius relegatione in inſulam Boam,quod alia occaſione a nobis ſuperius recitatum eſt. Ad hæc vſque tempora,magno Eccleſiæ detrimento, licet ſæpe reiectus,permanſit tamen in Italia dogmatiſtes impurus.Poſtea autẽ in inſulam deportatus, numquam amplius auditus eſt.De cuius obitu ex Paulo presbytero Gennadius [c] hæc habet:Meminit Iouiniani hæretici,& voluptatum & libidinum prædicatoris;cui in tantum continẽtis vitæ & caſtæ inſtitutio contraria fuit,vt inter luxurioſas epiſtolas* animã eructaret.] hæc ipſe.

a Hiero. contra Pelag. libr. 2. in princ.
Iouinianus relegatus in inſulam.
b l 53.de hæret. Cod.Theod.
c Gẽnad.de Vir. illuſtr.c.75.
* epulas

XXVII.

Curæ fuit præterea Honorio Imperatori,vt reliqui in Africa exiſtentes hæretici pœnis grauiſſimis afficerentur,ita aduerſus eos ad Heraclianum Comitem Africæ reſcribendo [d]:

d l.56.de hæret. C.Theod.

Sciant cuncti,qui ad ritus ſuos hæreſis ſuperſtitionibus obrepſerũt ſacroſanctæ legis inimici, plectẽdos ſe pœna & proſcriptionis & ſanguinis,ſi vltra conuenire per publicũ exercendi ſceleris ſui temeritate temptauerint:neq.vera diuinaq.reuerentia contagione temeretur.Dat. VIII. Kal. Septembris,Honorio X.* & Theoſio VI.* AA.Coſſ.]Hic vero admonendum putamus lectorem, irrepſiſſe mẽdum in numerum horum Conſulatus,vt loco decimi,nonus,& pro ſexto quintus Cõ
C ſulatus reſtituendus ſit:ratio enim euidens eſt.nam ante decimum Honorij & Theodoſij ſextum Conſulatum,qui poſt triennium contigit,Heraclianus(vt ſuô loco dicetur)iam tyrannus factus,e medio ſublatus erat.Contra vero accidiſſe videmus,vt reſcriptum [e] illud Honorij de nece Heracliano inferenda,datum inueniatur ſub huius anni Conſulibus:cum conſtet eius tyrannidem nequaquam hoc anno cœptam,ſed poſt ipſius Conſulatum(quem geſſiſſe liquet anno ſequenti) vt tradit Oroſius [f]. ſicque videas inuerſum prorſus eſſe numerum Conſulatus,& reſtituendum eſſe,vt in margine poſitus eſt.hæc quidem ex ijs quæ de eodem dicentur inferius, manifeſtiora reddentur.reſtituenda ſunt igitur ſub ſuis data reſcripta Conſulibus;ne ex illapſis erroribus, rerũ geſtarum veritas confundatur.

* IX
* V.
e l.21.de pœnis C.Theod.
f Oroſ.li.7 c.42.

XXVIII.

Adiecit pius Imperator pro rebus & perſonis Eccleſiaſticis dare reſcripta [g], ne ſcilicet bona Eccleſiaſtica diuerſis alijs præter canonicam penſionem teneantur obligata muneribus, neve clerici apud alios iudices quam Epiſcopos iudicio poſtulentur.Voluit enim Honorius Eccleſiaſticũ iudicium Epiſcopis in omnibus illibatum ſeruari,& vt ſacroſanctum inuiolatum cuſtodiri.Porro non clerici tantum,ſed & laici,& qui inter eos magiſtratibus fungerentur, ſi quid in Deum pec-
D caſſent,vel iura Eccleſiaſtica violaſſent,habebant Epiſcopos iudices,qui Eccleſiaſticorum confectione Actorum,ipſorum cauſas iudicabant.Quorum iudicium tanti ponderis æſtimabatur, vt licet iniuſtam excommunicationis ſententiam reos aliquando ſubire contigiſſet; haud tamen contemnendam putarent;ſed ad alios talia paſſi Epiſcopos recurrerent,agentes ſupplicibus votis, vt iniuſte lata ſententia,ab eo qui eam tulerat,ſcinderetur. Eſt de his exemplum egregium apud S. Auguſtinum in epiſtola [h] ad Auxilium.

g l.40.41 de Epiſc.& cleric. C.Theod.
Iudicia Epiſcoporum aduerſus omnes in Deũ delinquẽtes.
h Aug.epiſ. 75.

XXIX.

Sed quod in his verſamur:illud huius temporis Eccleſiaſtici iudicij moris inſinuandum putamus.Cum criminis accuſatus,haud adeo plene,vt damnari poſſet,conuinceretur,neque eius innocentia ita perſpicua appareret,vt abſolui reus penitus poſſet;conſueuiſſe huiuſmodi tum reum,tũ actorem,per iuramentum purgandos,ad ſepulchra ſanctorum martyrum mitti,illorũ præſertim, quorum virtus in miraculorum editione omnibus nota eſſet. Habes de his in primis exemplũ ab eodem S.Auguſtino deſcriptum ad ſuos Hipponenſes [i] de iudicio Bonifacij presbyteri.Quid autem in ambiguitate iudicij ipſe decreuerit,audi:Elegi(inquit)aliquid medium,vt certo placito ſe ambo conſtringerent,ad locum ſanctum ſe peregrinaturos,vbi terribiliora opera Dei non ſanam
E cuiuſque conſcientiam multo facilius aperirent,& ad confeſſionem vel pœna vel timore compellerent. Vbiq.quidem Deus eſt,& nullo continetur vel includitur loco,qui condidit omnia,& eum a veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari;vt in occulto audiens, in occulto etiam iuſtificet & coronet. Veruntamen ad iſta quæ hominibus viſibiliter nota fiunt,quis poteſt eius cõſilium perſcrutari,quare in alijs locis hæc miracula fiant,in alijs non fiant?Multis enim notiſſima eſt ſanctitas loci,vbi beati Felicis Nolenſis corpus conditum eſt:quo volui vt pergerent, quia inde nobis facilius fideliuſq.ſcribi poteſt,quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum.] hæc Auguſtinus,Nolam ad S.Felicis ablegans reum & accuſatorem.

Purgatio per iuramẽtum ad reliquias martyrum.
i Aug.epiſt.137.

XXX.

Mediolani quoque eam viguiſſe conſuetudinem iurandi ſuper loculum ſanctorum martyrum,idem S. Auguſtinus ſubdit his verbis: Nos nouimus, Mediolani apud Memoriam ſanctorum,vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur; furem quemdam, quia ad eius locum venerat,vt falſum iurando deciperet,compulſum fuiſſe confiteri furtum,& quod abſtulerat, reddere.]hæc ipſe.

Martyrum reliquiæ vindices veritatis.

XXXI. Fuiſſe Romæ etiam eamdem conſuetudinem,& perduraſſe adhuc temporibus Gregorij Pa- A
pæ,ipſe ſuis ſcriptis ſæpius fidem facit.nam de baſilica ſanctorum martyrum Proceſſi & Marcinia
a Greg.hom.32. in Euang. ni,vbi eorumdem condita erant corpora,hæc habet [a]: Ad extincta namque eorum corpora vi-
uentes ægri veniunt,& ſanantur:periuri veniunt,& a dæmonio vexantur:dæmoniaci veniunt,& li
b Greg. Turon. de Glor.martyr. c.38. berantur.]hæc ipſe. Cõfirmat id exemplo de S.Pancratio Romæ in periuros acerrimo vltore Gre
gorius Turonenſis [b]. ſunt etiam de his alia innumera exempla; ſed hæc modo ſatis. Iam vero
quæ reliquæ ſunt anni huius res geſtæ,proſequamur.

XXXII. Hoc eodem anno,iiſdem Conſulibus,Proſper [c] Aquitanus hæc præſens ſpectans oculis, tra-
c Proſper in Chron. dit,Gothos ab Italia penitus recedentes,ſub Athaulpho Rege Gallias inuaſiſſe: confirmat id ip-
Gothi inuadũt Gallias. ſum Caſſiodorus,Magna quidem Dei vindicta,contigit hoc ſæculo vniuerſum ferme Romanum
Imperium dedi barbaris incutſandum,deprædandum,ac cæde hominum deuaſtandum. cuius qui-
d Pſalm.118. dem diuini iudicij pondus etſi graue videri poſſit;ſi tamen vbiq.delinquentium ſcelera in alteram
libræ lancem conijcias,nihil eſt quod mireris,ſed potius cum Propheta occinas [d]: Iuſtus es Do-
mine,& rectum iudicium tuum.]Hæc autem vt aperte percipias,prouoco te ad octo libros hoc ar-
gumento,hoc ipſo tempore,hac etiam ex cauſa a Saluiano Epiſcopo Maſſilienſi conſcriptos:a quo B
in primis ſicut generatim,ita iſta ſummatim accipe [e]: Ipſa(inquit)Dei Eccleſia,quæ in omnibus
e Saluian de vero iud. & prouid. Dei lib.3. debet eſſe placatrix Dei,quid eſt aliud quam exacerbatrix Dei? Aut præter pauciſſimos quoſdam
qui mala fugiunt,quid eſt aliud omnis cętus Chriſtianorum,quam ſentina vitiorum? Quotũ enim
quemque inuenies in Eccleſia aut non ebrioſum,aut non helluonem,aut adulterum,aut fornicato
rem,aut raptorem,aut ganeonem,aut latronem,aut homicidam? & quod his omnibus peius eſt,
præter hæc,cuncta ſine fine.Interrogo enim Chriſtianorum omnium conſcientiam:ex his vel fla-
gitijs vel ſceleribus,quæ nunc diximus,quotus quiſque hominum non aliquid eſt eorum? at quo-
tus quiſque non totum?

XXXIII. Facilius quippe inuenies,qui totum ſit,quam qui nihil.Et quod diximus,nihil, nimis fortaſſe
grauius videatur eſſe cenſuræ.plus multo dicam.Facilius inuenias reos malorum omnium,quam
non omnium;facilius maiorum criminum,quam minorum,id eſt, facilius qui & maiora crimina
cum minoribus,quam qui minora tantum ſine maioribus perpetrarit.In hanc enim probroſitatẽ
morum prope omnis Eccleſiæ plebs redacta eſt, vt in cuncto populo Chriſtiano genus quoddam
ſanctitatis ſit,minus eſſe vitioſum.]addit his alia plurima, in quibus diutius immorari, inſtituti C
ratio haud ſinit.Sed non prætermittẽndum quod firmiter aſſeuerat, adeo excreuiſſe magiſtratuũ
iniquitate pauperum oppreſſionem in Romano Imperio,vt optabiles viſi ſint barbari venientes,
f Saluian. lib.5. immo & complures eos præuenerint ad ipſos confugiendo.nam ait [f]: Interea vaſtantur paupe-
res,viduæ gemunt,orphani proculcantur;in tantum,vt multi eorum & non obſcuris natalibus or-
ti & liberaliter inſtituti ad hoſtes fugiant,ne perſecutionis publicæ afflictione moriantur, quæren
tes ſcilicet apud barbaros Romanam humanitatem,qui apud Romanos barbaram immanitatem
ferre non poſſunt.]hæc & alia plura Saluianus:qui & paruo negotio palam facit & definit, longe
præſtantioribus moribus enituiſſe his temporibus barbaros,quam Romanos.

XXXIV. Sed hæc generatim ad omnes(vt diximus)ſpectant,quæ huius tẽporis inſpector & ſcriptor vir
ſanctiſſimus poſteris tradidit. Verum quod peculiariter ad Gallias pertinet, quas hoc anno Go-
thus,ante Burgundio,Vuandalus,Francus,Hunnus, & reliqua barbarorum colluuies ad radices
vſque depaſta eſt:quales Gallorum horum temporum mores fuerint,idem auctor Galliarum ac-
cola pluribus proſecutus eſt,atque in primis ſuorum Aquitanorum,in quos primo barbaricus fu
ror irrupit;de quibus ipſe: In omnibus q̃ppe Gallijs ſicut diuitijs primi fuere,ſic & vitijs. Nuſquã D
enim improbior voluptas,nuſquam improbior vita,nuſquam corruptior diſciplina. Hanc pro mu
neribus ſacris dederunt Domino retributionem,vt in quantum beneficijs ſuis ille ad ſe illexerat
ad propitiandum,in tantum illi flagitijs ſuis laborauerint ad exacerbandum. An forte falſum eſt,
& odioſe potius quam vere iſta dicuntur? Non oratoria probatione,qua vti alij in cauſis ſolent,v-
tar,vt producam quoſcumque ad probandũ,aut paucos,aut extraneos,aut minus idoneos teſtes:
ipſos interrogemus,a quibus acta ſunt.falſum ſit quod diximus,ſi negarint:fatentur enim, & qui-
dem(quod eſt grauius)ſic fatentur,vt in ipſa confeſſione non doleant:idem enim nunc eſt animus
in fatentibus,qui in agentibus fuit:ſicut tunc non puduit flagitia committere,ſic nunc omnino nõ
pœnitet flagitioſa feciſſe.Exceptis tamen perpaucis ferme ſanctis,atque inſignibus viris, qui (vt
quidam de numero ipſorum ait)

——*ſparſis redemerunt crimina nummis.*] intelligit enim Eucherium Lugdunenſem,
Salonium Viennenſem,ad quem ſcribit,Hilariũ Arelatenſem, & eius prædeceſſorem Honoratũ,
g Salu.lib.7. Proſperum Regienſem cognomento Aquitanum,& alios alumnos monaſterij Lerinenſis [g]. Ex-
ceptis,inquam,his(ſubdit ipſe)quos loquor, vtiq. etiam in illa tunc generali admodum colluuio-
ne vitiorum,recte minorum criminum reos fuiſſe credimus qui corrigi a Diuinitate meruerunt: E
non enim penitus Dominus lædit ſuum,cui propitiatio ſeruatur. Et quid plura? puto quod ſemper
Deum & in ipſo errore reſpexerit,a quo obtinere potuit ne diutius erraret.

XXXV. Ceteri autem,& plurimi ferme ac nobiliſſimi,prope idem omnes, pene vnus gurges omnium
gula,pene vnum lupanar omnium vita. Et quid dicam de lupanarib. minoris etiam criminis lupa
nar puto:meretrices enim quæ illic ſunt,fœdus connubiale nõ norunt,ac per hoc non maculãt q̃d
ignorant:impudicitiæ enim piaculo ſunt obnoxiæ,ſed reatu tamen adulterij non tenentur. Adde
huic,quod & pauca ferme ſunt lupanaria,& paucæ q̃ in his vitã infeliciſſimam damnauere mere-
trices. Apud Aquitanos vero q̃ ciuitas in locupletiſſima ac nobiliſſima ſui parte nõ quaſi lupanar
fuit? quis potentũ ac diuitum non in luto libidinis vixit? quis non ſe barathro ſordidæ colluuionis
immerſit? quis coniugij fidem reddidit? immo quantum ad paſſiuitatem libidinis pertinet, quis
non coniugem in numerum ancillarum redegit, & ad hoc venerabilis connubij ſacramenta de-
iecit,

A iecit, vt nulla io domo eius vilior videretur in maritali deſpectione, quam quæ erat princeps matrimonij dignitate?] & de viris; Quis autem Aquitanorum diuitum non hoc fuit, quem non ſibi ancillæ impudiciſſimæ aut adulterum aut maritum iure dixeruot? Equi enim emiſſarij (vt Scriptura ait [a]) in feminas facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui inhiabat.] addit & plura alia. At exhorreſcit ſtylus iam, ac reſilit, atque refugit vlterius in turpitudinum cloacam intingi. a Hierem. 5.

Sed attendamus lacrymas Aquitaniei viri ſanctiſſimi Aquitaniæ ſtragem lugētis, Proſperi inquam, qui eodem argumento carmen lugubre cecinit, cum inter alia de Aquitanicis ſuis [b]: XXXVI. b Proſp. in prolog. lib. de prouid. Dei.

Cumq. auimum patriæ ſubijt fumantis imago,
Et ſtetit ante oculos quicquid vbique perit:
Frangimur immodicis, & pluribus ora rigamus:
Dumq. pios azimus, vertimur in querulos.] lugebat iſta ipſe decem annorum ſpatijs: nā inferius:

——— Heu cęde decenni
Vuandalicis gladijs ſternitur & Geticis.
B *Non caſtella petris, non oppida montibus altis*
Impoſita, aut vrbes amnibus equoreis
Barbarici ſuperare dolos atque arma furoris
Eualuere omues: vltima pertulimus.] hæc & alia plura de patriæ clade. Huic iunge alium nobiliſſimum Aquitanum, qui priuatas eſt proſecutus ſuas calamitates, notis quidem lugubribus & carminibus luctuoſis, dum incenſa patria ex ditiſſimo euaſit pauperrimus, neceſſarijs egens, & profugus cum ſuis Vaſatas conceſſit.

Ceterum ſciendum eſt, eodem quoque auctore, haud hanc fuiſſe improuiſam Gothorum inuaſionem: ſed eum iuncti fœdere eſſent Attalo, vt amici & auxiliares excepti ſuot: cum continuo, illo ſpreto, in rapinas & incendia vrbium conuerſi ſunt. vnde ipſe de ſe Paulinus Coſulāris agens: XXXVII.

Pars ego magna fui, quorum priuatus & ipſe
Cunctis quippe bonis proprijs, patriaq. ſuperſtes.
Namque profecturi Regis pręcepto Athaulphi,
C *Noſtra ex vrbe Gothi fuerant in pace recepti,*
Non aliter nobis quam belli iure ſubactis
Aſpera quoque, omni vrbe, irrogauere, cremata, &c.] hæc Paulinus Conſularis in carmine Euchariſtico, cui titulus falſo habetur inſcriptus nomioe S. Paulini Nolani Epiſcopi.

At quiſnam iſte Paulinus fuerit auctor carminis Euchariſtici; ex ootis quibuſdam, quas ibi de ſuo genere & ætate reliquit impreſſas, aliquid ſaltem poſſumus opinari. Exploſo igitur illorum errore, qui hunc ipſum putarunt eſſe Pontium Paulioum, poſtea Nolanum Epiſcopum, eo quod nomine & patria conueoire videantur, nempe quod Paulini nomine & ipſe appellatus, & Burdigalę educatus, diuq. verſatus ſit; cum re vera compluribus differentijs diſcrimineutur ab inuicem: noſtra hae de re opinario illa eſt, vt eſiſtimemus, huoc de quo agimus Paulinum, natum eſſe Paulino illo parente, de quo extat in eius obitu Parentale carmen Auſonij [c]: qui fuit maritus filiæ ſororis eiuſdem Auſonij, vt ipſe in eo teſtatur: quippe qui loco generi (vt idem ibi ait) ipſi Auſonio fuerit, vnde & auus Auſonius dictus filiorum eius, inter quos Paulinus, de quo agitur, adnumeratur; cum tameo potius proauus dicendus fuiſſet, Paulinus vero pronepos nominandus. XXXVIII. *De Paulino Iuniore.* c Auſon. Parent. 24. *Paulinus Auſonij pronepos.*
D Conſentiunt quidem plura, vt iſtud ipſum dicamus. Nam quod ad genus ſpectat, hæc de eo Auſonius.

Stirps Aquitania mater tibi: nam genitori
Coſſio Vaſatum municipale genus.]

Sed audi Paulinum filium in dicto carmine Euchariſtico [d]: d Paulinus in carm. Euchariſt. extat tom. 9. Biblioth. ſanct.

Exacto laribus patrijs, tectiſq. crematis,
Obſidio hoſtilis vicina excepit in Vrbe
Vaſatis, patria maiorum & ipſa meorum.]

Sed & quod ſe auum habuiſſe Conſulem dicit, cum trium eſſet annorum, vbi ait [e]: e Paulin. ibid.

Tunc & auus primum illic † ſit mihi cognitus auni
Eiuſdem Conſul, noſtra trieteride prima.] † nempe Burdigalæ

his ipſum Auſonium Conſulem intelligere, temporis quoque certa ratio manifeſtat. Dum enim ſubdit poſt multa, annorum ſe fuiſſe ætatis triginta, cum barbari rupto cum Romanis fœdere, ſeſe in Italiam infudere; plaue numerando ab anno tertio ante Conſulatum Auſonij, quo ſe natum dicit, vſque ad eius ætatis trigeſimum, inuenies hunc eſſe annum Domini quadringeoteſimum ſextum, vel ſeptimum, quibus vidimus Alaricum Italiam tētare cœpiſſe. quo pariter anno cum ſe patre orbatum dicat, relicta adhuc ſuperſtite matre; vtique conſentiunt quæ de odem patre Paulino Auſonius habet, dum ait, defunctum eſſe, cum anoum ſuę ætatis ſeptuageſimum ſecundum impleſſet, oimirum decem & octo Olympiadas, vt ait his verſibus:

E

Inter concordes vixiſti fidus amicos
Duodeuiginti functus Olympiadas.] *Paulini patris ætas.*

ex quibus etiam licet Auſonij Conſulis æſtimare longæuam ætatem, qui ſuperſtes vixit marito filiæ ſororis, licet ætate pares fuiſſe ſuperius dicat his verſibus:

Aequæuus Paulinus mihi: natamq. ſororis
Indeptus thalamo, ſit mihi pene gener.]

ex qua cum quatuor liberos idem Auſonius Paulinum ſuſcepiſſe dicat [f], recenſeatq. duorum nomina defunctorum, Paulini & Dryadiæ, dicatq. duos matri remanſiſſe ſuperſtites; æque hæc conueniunt f Auſon. Parent. 23.

ueniunt noſtro Paulino:qui ſe,defuncto patre,relictum ait cum fratre parum liberali homine, A quocum fuit paterna hereditas litiganda. Tot igitur in vnum conuenientibus ſignis,nemo me,puto,vanum coniectorem fuiſſe redarguet.

XXXIX. Porro huic Paulino,cuius eſt carmen Euchariſticum, duo incidere parum digna nobilitate ſua,quorum alterum excuſat,alterum purgauit pœnitentia. Etenim conſpirationis cum Attalo tyranno ſuſpicione laborauit,quod ab eo,cum imperaret creatus fuerit Comes Priuatarum largitionum;quod ſic ipſe excuſat [a]:

a Paulinus in carm.Euchariſt.

Attalus abſentem caſſo honorarat honoris
Nomine,Priuata Comitiuam largitionis
Dans mihi,quam ſcirer nullo ſubſiſtere cenſu.] & paulo poſt:
Vnde ego non partes infirmi omnino tyranni,
Sed Gothicam fateor pacem me eſſe ſecutum.] hoc ſic ipſe primum excuſat. Alterum vero deterius, quod perperam factum diluit per pœnitentiam,illud fuit,quod ad improbata fidei dogmata Chriſtianus homo diuerterat.nam de ſe ait: B

Paulinus redit ad Eccleſiã ex hæreſi.

Sed tua magna manus,diuina & prouida virtus
Conſilium ſanctorum cuncta operanda peregit,
Suadentum mihi tum morem ſeruare vetuſtum,
Quem ſemel inuectum maiorum traditione,
Nunc etiam ſeruans Eccleſia noſtra teneret.
Confeſſuſq.agitur . . . .
Propoſita ſtudui conſtrictus viuere lege,
Non digno fortaſſe pians commiſſa labore:
Sed rectam ſeruare fidem non inſcius ipſe,
Errorum diſcendo vias per dogmata praua,
Quę reprobans ſociata alijs nunc reſpuo culpis.
Poſt autem exacta iam trieteride quinta,
Rite recurrente ſtatuto tempore Paſcha,
Ad tua,Chriſte Deus,altaria ſacra reuerſus.
Te miſerante,tua gaudens ſacramenta recepi.] &c. C

Sed quibuſnam hic hæreſis vinculis tamdiu obſtrictus permanſit?Quod ipſe dicat errores illos ſociatos fuiſſe cum alijs culpis:equidem facit vt exiſtimem,hunc Priſcillianiſtarum fuiſſe turpibus hęreſibus implicitum.Etenim teſtificatione Seueri & aliorum vidimus in ea prouincia clariſſimos viros ac feminas a Priſcilliano & eius ſectatoribus fuiſſe ſeductos: quos merito diuina ſecuta eſt vltio,vt per barbaros bonis fuerint ſpoliati,ac complures ipſorum vita priuati.Conſideraſti ne,lector,prouinciarum clades ſuboriri ſolitas poſt emergentes hæreſes;& quod vbi Gallia a Priſcillianiſtis & a Vigilantio hæreſiarchis infecta eſt nefandis hæreſibus,mox ipſam deprædandam traditam eſſe barbaris?Quid ergo miraris,ſi noſtro tempore Gallias peſſumdari videas?Sed reliqua proſequamur.

XL. Erat his temporibus ad expellendos per Conſtantinum immiſſos in Gallias barbaros(vt vidimus anno ſuperiori)Conſtantius dux exercitus Honorij Imperatoris, cuius primordia Deus præclaris victorijs illuſtrauit:felix plane,felicioribuſq.progreſſionibus exaltandus,ſi tantam molem ſolidis pietatis fundamentis conſolidaſſet.Sed dum aduerſus ſanctos Epiſcopos aggreſſus eſt inire certamen,expertus eſt pariter Deum ad poſtremum ſuis conatibus aduerſarium. Sed quid D hoc eodem anno in ſanctiſſimum Epiſcopum egerit,audiamus Proſperum rem geſtam paucis narrantem : Eodem tempore(inquit)*nempe ſub his Conſulibus*,Heros vir ſanctus & beati Martini diſcipulus,cum Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret,a populo ipſius ciuitatis inſons & nullis inſimulationibus obnoxius pulſus eſt,inq.eius locum Patroclus ordinatur amicus & familiaris Conſtantis * Magiſtri militum,cuius per ipſum gratia quærebatur.Eaq.res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum cauſa fuit.]hæc S.Proſper. Quomodo autem diu laborandum fuit Romanis Pontificibus Bonifacio atque Leoni,ſuo loco dicturi ſumus.Iam vero res Orĩetalis Eccleſiæ inuiſamus.

Heros Arelatenſis Epiſcopus pellitur.
* Conſtantij

XLI. Hoc eodem anno ijſdem Conſſ.Theophilus Alexandrinus Epiſcopus ex hac vita migrauit,cũ ſediſſet annos vigintiſeptem.De eius ex hac vita tranſitu mira hęc ex Iſidoro diacono Ioannes Damaſcenus recenſet [b]: Theophilus ob illud peccatum (*quod ſcilicet numquam Ioannis Chryſoſtomi nomen paſſus eſſet in eccleſia recitari*)non poterat animã agere,donec allata ei fuit imago Chryſoſtomi;quam ille cum adoraſſet,ſpiritum emiſit.]Sic quidem Deus magna ſuæ diſpenſatione miſericordiæ operatus eſt,vt tantus vir Catholica Eccleſia(vt vidimus)ob expulſionem Origeniſtarum E & alia benemeritus,non decederet ex hac vita abſque eius delicti pœnitentia,cuius cauſa(vt vidimus)indignationem quoque Romani Pontificis incurriſſet.Sed & apud Vitas Patrum hæc de eodem [c]: Sanctæ memoriæ Theophilus Archiepiſcopus,cum moriturus eſſet,dixit:Beatus es Abba Arſeni, quia ſemper hanc horam ante oculos habuiſti.]Reliquit ſui ingenij monumẽta poſt ſe Theophilus,quæ Gennadius numerat,vbi ait [d]: Scripſit aduerſum Origenem vnum & grande volumen,in quo omnia pene eius dicta & ipſum pariter damnat:ſimiliter docens,non a ſe eum primum,ſed ab antiquis Patribus & maxime Heracla fuiſſe & a presbyterio eiectum, & de eccleſia pulſum,& de ciuitate fugatum.Sed & Antropomorphitas hæreticos,qui dicunt Deum humana figura & membris conſtare diſputatione longiſſima confutans,& diuinarum Scripturarũ teſtimonijs arguens,& conuincens eos,oſtendit Deum incorruptibilem & incorporeum iuxta Patrum fidem credendum.]& poſt alia Paſchalem etiam recurſum ,quem Magna apud Nicæam Synodus, poſt nonaginta & quinque annos agi in tempore & die & Luna,ſecundum ſuum ſtatum inuenerat,

Theophili Epiſcopi Alexandrini obitus.
b Damaſcen. de Imagin.lib.3.circa fin.
c Vit.ſanctorum Patrum de compunct.
d Genna.de Vir. illuſtr.c.10
Theophili ſcripta.

additis

A additis quibuſdã ipſius feſtinitatis rationibus & expoſitionibus, Theodoſio obtulit. Legi & tres
de Fide libros ſub nomine eius titulatos: ſed quia lingua inconſonans eſt, non valde credidi.] hęc
Gennadius.

His addimus, ſcripſiſſe Theophilum de Sacris myſterijs, vel de Sacris ſupellectilibus Eccleſiæ XLII.
Dei: quem quidem librum Eccleſiæ vtiliſſimum fuiſſe intelligere potes ex fragmento epiſtolæ S. *Theophili li-*
Hieronymi ad ipſum Theophilum datæ, cum commentarium illum Latinitate ab ipſo rogatus *ber de ſacris*
donauit: quod in Collectione veteri diuerſorum auctorum legitur verbis iſtis [a]: In opere tuo vti *ſupellectilibus.*
litatem ſpectauimus Eccleſiarum, eruditi teſtimonijs Scripturarum, qua debeant veneratione ſan a Extat in Hæreſologia.
cta ſuſcipere, & altaris miniſterio deſeruire; ſacroſq. calices & ſancta velamina, & cetera quæ ad
cultum Dominicæ pertinent paſſionis, non quaſi inanima & ſenſu carentia, ſanctimoniam non
habere: ſed ex conſortio corporis & ſanguinis Domini, eadem qua corpus eius & ſanguis, maieſta
te veneranda. Suſcipe igitur librum tuum, immo meum, & vt verius dicam, noſtrum: cumq. mihi
faueris, tuus fautor eris. Tibi enim meum ſudauit ingenium, & facũdiam Græcam Latinæ linguę
nolui paupertate penſare. Neque vero, ut diſerti interpretes faciunt, verbum verbo reddidi: nec
B adnumeraui pecuniam, quam mihi per partes dederas; ſed pariter attendi, vt nihil deſit ex ſenſi-
bus, cum aliquid deſit ex verbis. Epiſtolam autem tuam idcirco in Latinum verti, & huic volumi-
ni propoſui; vt omnes qui legerint, ſciant, me non temeritate ac iactantia, ſed præceptis beatitudi
nis tuæ ſuſcepiſſe onus vltra vires meas. Quod an conſecutus ſim; tuo iudicio derelinquo: certe ſi
imbecillitatem reprehenderis, voluntati veniam commodabis. Vale.] hæc tibi ſint, lector, pro li-
bro Theophili, qui excidit vna cum integra Hieronymi epiſtola; qua maiore ex parte temporis b Meminit Trithem. de Vir. illuſtr.
edacitate corroſa, vix pauca hæc ab eius faucibus eruta, poſteritati ſarta tecta relinquimus.

Scripſiſſe fertur librum de Hæreſibus in Epiphanium [b]. extãt etiam complures eiuſdem Ec XLIII.
cleſiaſtici canones [c], tres præterea Paſchales epiſtolæ, a S. Hieronymo Latinitati redditæ: cũ alio-
qui per ſingulos annos ſingulas dare ſoleret, vt ex breui hac ad eum Syneſij epiſtola poſſumus in- c Extat in Bibliothec. ſanct. to. 1.
telligere, quæ ſic ſe habet [d]: d Syneſ. epi. 9.

Vtinam profunda & plena ſenecta te expectet, ſanctiſſime & ſapientiſſime Theophile: nam & XLIV.
in alijs vitæ commodus fueris, ſi ſerueris; & maximum additamentum contigit Scholæ Chriſti *Paſchales*
ex Panegyricorum librorum numero, qui in annos tecum angeſcit. Sic ſane quæ hoc anno dimiſſa *Theophili.*
C eſt oratio, & iocunde affecit ciuitates, & profuit partim magnitudine ſentẽtiarũ, partim gratia ver
borum.] hactenus Syneſij epiſtola, qua Panegyricas orationes non dubium eſt vocare Paſchales
illos tractatus, quorum tres tantum habemus a S. Hieronymo in Latinum verſos, illos ſcilicet ad-
uerſus Origenem editos. Sed & in his obſerua S. Hieronymi prudentiam, abſtinuiſſe ipſum a ſin-
gulorum poſt editorum tractatuum, quam cœperat, verſione, poſtquam Theophilus Romano Põ
tifici de reſtituendo in Diptycha Ioannis Chryſoſtomi nomine obniti cœpit.

Ad poſtremum autem hæc de eodem Theophilo minime prætermittenda ſunt: quod licet ei XLV.
ob Ioannis Chryſoſtomi cauſam a Romano Pontifice (vt vidimus) fuerit communio denegata; ta
men quod conſtiterit in obitu emendaſſe, quod viuens pertinax deliquiſſet; commemoratione re-
rum ab eo bene geſtarum aduerſus Origeniſtas, recepta eſt poſt obitum eius memoria in Eccle-
ſia Catholica cum honore. etenim S. Leo Papa in epiſtola ad Marcianum Imperatorem ita de eo
[e]: Sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ Eccleſiæ vrbis Epiſcopus, &c.] Idemq. in epiſtola e Leo epiſt. 64.
ad Epiſcopos [f] Galliarum hæc de Eccleſia Alexandrina: Poſtea (inquit) recentioribus a noſtra æ f Leo epiſt. 52.
tate temporibus, Athanaſium, Theophilum, & proxime Cyrillũ probatiſſimos Præſules habuit.]
D Sed & Paulus Emeſenus Epiſcopus, ſequeſter pacis inter Ioannem Antiochenum & Cyrillum Ale
xandrinum Epiſcopos tempore Neſtorij hæreſis, hæc inter alia pro concione ad populum Alexan
drinum: Eſt (inquit) patris veſtri hæc doctrina: eſt vobis hic theſaurus auitus, beati Athanaſij dog
mata, magni Theophili doctrina, columnarum videlicet rectæ doctrinæ.] iſta ille: vt plane
videas Theophili nomen poſt obitum magna æſtimatione retentum. Sed de Theophilo hactenus.

Poſt triduum autem ab ipſius Theophili obitu ſubrogatus eſt in locum eius Cyrillus ipſius XLVI.
fratris filius, non ſine cõtrouerſia, cũ alij peterẽt Timotheum archidiaconũ, cui fauebat ſtudebat *Cyrillus ele-*
que Abundantius Præfectus militum. hæc ex Socrate [g]. Simulac autem Cyrillus Alexandrinus *ctus Epiſcopus*
Epiſcopus creatus eſt, ad eam Eccleſiam ab omnibus hæreſibus expurgãdam adiecit animũ; atq. *Alexandriæ.*
qui hactenus Alexandriæ tolerati fuerant, Nouatianos ab ipſorum eccleſijs expulit. Meminit ho- g Socr. lib. 7. c. 7.
rum omnium ſubinfenſe Socrates & ipſe quidem ſecta Nouatianus, cum ait [h]: Poſt mortẽ Theo h Socrat. ibid.
phili Cyrillus in ſede Epiſcopali collocatus Epiſcopatu potitus eſt, maiorẽq. principatum, quam
vmquam Theophilus habuiſſet, pariter ſibi aſſumpſit. Etenim ex illo tempore Epiſcopus Alexan
drinus, præter ſacri cleri dominatum, rerum præterea ſæcularium principatum acquiſiuit. Quapro
E pter Cyrillus ſtatim eum Nouatianorum eccleſias, quæ erant Alexandriæ, occuliſſet, non modo
omnem ſacrum theſaurum, qui in illis fuit, penitus abſtulit, verum etiam Theopemptum illorum
Epiſcopum omnibus ſuis fortunis priuauit.] hæc Socrates, ſed ob eius ſectæ patrocinium fide
ſuſpectus.

Cum autem, viuente Theophilo, cuius quodammodo vinculis tenebatur obſtrictus Atticus XLVII.
Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ne in tabulas Eccleſiaſticas nomen Chryſoſtomi reſtitueret, ob *Atticus reſti-*
id ſecluſus a communicatione Romani Pontificis (vt dictũ eſt ſuperius) permaneret, ſicut & ipſe *tuit nomen*
Theophilus vſque dum vixit: eo ex hac vita ſublato, idem Atticus faciliorẽ ſe præbuit, admonitus *Chryſoſt. in di*
nouo Theophili caſu, & periculo concitati in ipſum populi: qui inſuper ad eadem quoque vota Cy *ptycha.*
rillum nuper creatum Epiſcopum Alexandrinum, quantumlibet renitentem, pertraxit tamen; fa-
ctumq. eſt, vt ab vtroque Chryſoſtomi nomen ſacris Diptychis, totius Orientis & Occidentis cõ
ſenſu, magna gloria redderetur, ſed & ipſæ pariter totius Orbis Eccleſiæ mutuo inter ſe pacis fœ
dere iungerentur: licet obtorto (vt dicitur) collo ad id Atticus perductus fuerit, obtemperans Im
peratori

peratori id cupienti,& populo expetenti. At præſtat audire,quibus progreſſibus res tam lõgo tẽ- A
poris ſpatio pertractata,optimum ex ſententia finem fuerit conſecuta. Quomodo autem hæc ſe ha
buerint,referant nobis atque omni fide ſignificant litteræ Attici atque Cyrilli hac de cauſa vltro
citroq. datæ,quas hic tibi integras deſcribemus:habent enim horum temporum rerum geſtarum
hiſtoriam,multaq. alia notatu digna. Sed primum quam ad Cyrillum Atticus epiſtolam dedit,ſic
ſe habet [a]

a Apud Niceph. lib. 14. c. 26.

XLVIII. *Epiſtola Attici ad Cyrillũ de reſtituendo Ioannis nomine.*

Atticus Cyrillo felicitatem. Incidimus eo quo non putaueramus,& acquieſcimus neceſſitate
in eo quod minus ex noſtra ſententia proceſſit,vtilitatẽ iuſtitiæ præponentes. Etenim cognitioni
bus noſtris ad populi concordiam inclinati canonibus quidem Patrum detrimentum nullum af-
ferimus,exactæ autem verborum obſeruationi vniuerſi Orbis pacem præferimus. Non ignoro
equidem & beatum Paulinum,cum Eccleſiaſticas ederet cõſtitutiones,ſapiẽter occaſionibus pro
uida diſpenſatione vſum eſſe. Scio etiam,qui in ſanctorum numero cenſetur,patrem tuum Apoſto
licum Theophilum,in confuſione & turba a Græcæ ſuperſtitionis ſtudioſis excitata, exactam ad
breue tempus obſeruationem paci poſthabuiſſe. Maximæ enim quæque vrbes pelago fluctibus ex
agitato perſimiles,ex ſententia ciuium non tam ſumma legum & conſtitutionum obſeruatione, B
quam expeditiſſimis conſilijs atque iudicijs ad pacem & concordiam facientibus,regi atque ad-
miniſtrari ſolent. Qua vero de cauſa litteras haſce ſcribam,accipe. Nouit ſanctitas tua,ac potius il
lis ipſis oculis,quibus,qui in ſanctis eſt,pater noſter Theophilus conſpexit,qualis & quam ingẽs
turba magnam hãc inuaſerit vrbem;atque in ea vt ſanctior fides & pietas (ne funditus erueretur)
periclitata ſit:adeo etiam,vt populus maiore ex parte per factionem ſciſſus,extra muros conuen-
tus egerit:& plerique ſacerdotes & collegæ noſtri Epiſcopi a mutua communione deſciſcentes,bo
nam plantationem Domini Ieſu Chriſti,parum abeſt,quin euulſerint,pacis commoditate ſcilicet
aliquantulum diſtracta. Sed enim multo ſane labore,multo ſudore,& periculis multis deſperatio-
nis plenis, plurima & maxima quæque communium Patrum noſtrorũ atque etiam pietatis tuæ
precibus & conſpiratione ſopita ſunt mala;& turba quidem illa conquieuit, concordia vero & ſe
rena tranquillitas in Orbis vniuerſi Eccleſijs obtinet.

XLIX. Cum vero nonnulli nomen tantum beati Ioannis in myſticis tabulis inſcribi vellent: beatus
Epiſcopus Alexander,Antiochenum iſtum dico,Conſtantinopolim venit,& multa ore confidenti
verba fecit,vehementerq. excitare populum voluit,vt vel nobis inuitis,neceſſario eius quem dixi C
mus,nomen ita inſcriberetur. Quam rem accurate prorſus pietati tuæ miniſtri Dei, religioſiſſi-
mi diaconi,Petrus & Aedeſius expoſuerunt. Præterijt longum tempus;& nos neceſſitate,ea quæ a
populari rerum adminiſtratione prouenit,premi inſpiciebamus,neque tamen quicquã ſchiſma-
tis & diſſidij reliquias curabamus:cum ad nos ex Oriente Dei amantiſſimus Acacius litteras de
dit,religioſiſſimum Antiſtitem Antiochiæ Theodotum a populo,vt nomẽ Ioannis in Faſtos refer-
ret,coactum eſſe;vt veniam rei,quam neceſſitate ille adductus feciſſet,daremus,petens. Et tum bo
nus ille qui litteras ad nos pertulit presbyter, cauſam aduentus ſui indicans,rem hanc in vulgus
magnæ vrbis propalauit,& ſententiam datæ ad nos epiſtolæ populo vulgauit:adeo vt parum ab-
fuerint,quin tumultu plebis vniuerſæ repleta vrbs ſit. Ibi vero ego ibi demum perturbatus,& de re
bus maximis diſcrimen ſummum veritus,piiſſimum Imperatorem adij, & cum eo de pace & tran
quillo rerum ſtatu egi. Atque ille,nihil eſſe periculi aut incommodi, reſpondit, ſi defuncti viri no-
men,tranquillitatis,pacis,& populi concordiæ gratia inſcriberetur.

Theodotus Epiſcopus Antioch. coactus recitare nomẽ Ioan.

L. Itaque ego ea re perſuaſus (quomodo enim neceſſitate præuentus id non facerẽ?) ne religio-
nis noſtræ res ex multitudinis arbitrio,exemplo vno permiſſo,penderent,neve vrbem ipſam po- D
pulari adminiſtratione aſſueſaceremus;nomen id in Album referri iuſſi. Quare (vt quidem puto)
neque in ſacros canones commiſi,neque iudicio Patrum fraudem feci. Mentio namque eius fit cũ
defunctis non ſolum Epiſcopis,ſed & presbyteris,diaconis,& laicis ipſis,mulieribuſque,cum qui
bus omnibus nobis ſacerdotij communio,aut earum rerum quæ in ſacra menſa myſtice percipiũ
tur,participatio non eſt. Magna enim eſt inter defunctos & ſuperſtites differentia;ita vt etiam li
bri propter differentem eorum,quorum memoria conſeruatur,ſtatũ diſcreti ſint. Nihil enim Da-
uidi obfuit honorifica Saulis ſepultura,neque Apoſtolis Arij impietatis ſectator Eudoxius ſub ea
dem ſacrificij ſanctiore ara poſitus,neque Paulinus & Euagrius Eccleſiæ,qui ſchiſmatis & diſſidij
duces in Eccleſia Antiochena fuere, quod poſt obitum non paucis hinc ab annis propter populi
pacem & concordiam myſticis tabulis ſunt inſcripti.

Atticus cogitur reſtituere nomen Ioann.

LI. Quamobrem ipſe quoque Ægypti Eccleſijs,Eccleſiarum Orbis totius pacificãdarum gratia,
vt mortui illius nomen inſcribant,præcipe. Ita enim cum Patrum canones non tranſgrediere,tum
Eccleſiarum ſimul omnium concordiam plurimi facies. Te vero ea nobis,quæ conuenit,reſcriptu-
rum eſſe ad communem conſenſum & fraternitatem reſpicientem,perſuaſum habeo. Fraternita- E
tem quę tecum eſt,omnem ego,quiq. mecum ſunt,ſaluere iubeo.] hactenus Attici ad Cyrillum epi
ſtola: qua quidem vides ipſum eructare adhuc amaritudinem,nondum purgato pectore cõcepto
ſemel odio in Ioannem;inuitumq. ac renitentem adactum,vt quem fuerat acriter perſecutus,eius
nomen in tabulas referri iuberet. Quod vero in Romanam Eccleſiam,a cuius iamdiu communio
ne reiectus fuerat,eſſet perinfenſus; Paulinum & Euagrium defunctos Epiſcopos,qui illi commu
nicarant,ſchiſmaticos nominat. Quæ autem inter hæc idem Atticus ſcripſerit ad Petrum & Aede
ſium diaconos,accipe [b]:

b Apud Nicep. lib. 14. c. 26.

LII. *Alia Attici epiſtola de iiſdem.*

Ad Dei amantiſſimum Cyrillum Epiſcopum fratrem noſtrum,vt decuit,per epiſtolam ſcrip-
ſimus ea quæ nomine Ioannis in Eccleſiaſticas tabulas relato acta ſunt. Nihilo vero minus & ad
pietatem veſtram ſcribimus,quæ melius quam alij res noſtras nouit;ad pacem videlicet & ad trã
quillitatem eas euaſiſſe de ſentẽtia piiſſimorum Principum & omnium deinde Oriẽtalium Epi-
ſcoporum,ipſorumq. adeo Occidentalium quoque de Ioanne ſacris tabulis non vt Epiſcopo, ſed
qui ali-

Digitized by Google

A qui aliquando Epiſcopus fuerit,inſerto,vt memoria eius propter cōem vniuerſi Orbis pacem coleretur. Scribimus autem,ne concordia (vt ita dicam) vbique obtinente,ſolis nobis ei non adſtipulātibus,ſimul & pijſſimis Principibus aduerſari videamur,& ſumme neceſſarijs rebus noſtris, vētis aliqbus aduerſis obortis, & Eccleſiæ Chriſti noceamus. De his hactenus.] Quid vero Cyrillus rem auerſatus ad Atticum reſcripſerit,litteræ ipſius declarant,quæ ſic ſe habent [a]:

a Apud Niceph. lib. 14. c. 27.

LIII. *Cyrilli epiſtola de non reſtituendo Ioānis nomine.*

Lectis,quæ a pietate tua ad me miſſæ ſunt,litteris: Ioānis nomen ſanctis inſcriptum eſſe tabulis,intellexi. Vbi vero eos qui inde ad nos venere,interrogaui;non in laicorum, ſed Epiſcoporum catalogo adſcriptum eſſe audiui. Porro diſpicienti mihi,atque animo repetenti,an qui hoc fecere, Nicænorum Patrum decretum ſequantur,& aliquantulum mentis luminibus in magnam illam Synodum intendenti,vniuerſum ſanctorum illorum Patrum collegium quibuſdam veluti oculis renuere,& viribus omnibus,quo minus ad rem eam comprobādam occurram, obſiſtere videtur. Quomodo namque inter ſacerdotes Dei cenſebitur,illorumve feret ſortem,cui ſacerdotalis dignitas abrogata eſt? Quomodo vero in catalogo ſacrorum miniſtrorū erit,qui Eccleſiaſticis mœnijs eiectus eſt? Aut enim profeſſione noſtra indignum eſt,vt ſacerdotij nomen nihil eſſe, & rem ipsā
B communem omnibus eſſe,quæ tamen eis ſolis qui ad eam vocati ſunt,aſſeruata eſt,dicamus: aut ſi magnum quiddam eſt,quod ſacerdotalem functionem a populi multitudine dirimit;non miſcēda quæ miſceri non poſſunt;ſed eorum quæ diximus,quoduis in ordine ſuo conſeruandum,& honore debito cohoneſtandum nobis erit. Quomodo igitur aut inter Epiſcopos laicus , aut inter germanos,& legitimos, qui talis non eſt, conſiſtet ? Honora, te hortor, eos qui magnarum & ſplendidarum recteq. actarum rerum tulere teſtimonium,ne contumelia ſanctum Patrum chorum afficias.

LIV.

Conſidera eos qui ſuperſtites adhuc in vita manent,quomodo rem hanc acceperint. An non illi dolore ſe omni repletos eſſe,recte dicant,ſi in eumdem cum eis ordinem is cui dignitas adempta eſt,referatur? Verum id pietati quoque tuæ perſuaſum eſſe puto. Quamobrem & illis & nobis mæroris abole cauſam,tolle omnem triſtitiæ occaſionem. Nā facile & expedite ea quæ præter opinionē accidunt,diſponere & adminiſtrare,boni & ſapientis eſſe dixerim: ſed tum demum,cum nihil detrimenti afferant. Non enim,quamuis gregem Chriſti propagare,frequentioremq. efficere ſtudeamus,examina hæreſum,ſi errorem ſuum non repudiant,recipimus: & proinde non omnino
C prompta quadam diſpenſatione facilem cum eis amplecti pacem debemus,aduerſus quos pugnare præſtet. Diſpenſationis ſanæ laudatæ opus fuerit, ſi quandoque ita a debita ratione deflectere videamur,vt in rebus vtilibus & commodis detrimentum euitemus. Sic & beatus Paulus omnibus factus eſt omnia,non vt exiguum quicquam lucrifaceret,partem autem quampiam damno afficeret,ſed vt omnes lucraretur. Videamus ergo eiuſmodi rerum inueſtigationi inſiſtentes,an nō plus huic cauſæ inſit mali,quam illa videatur habere boni. Tot iam præteriere anni,ex quo pietas thronum ſuum tenuit;neque quiſquam eſt,qui conuentus in eccleſia tuos vitet: Quin etiam ſi ab initio nonnulli diſſidendi amore ſe ipſos ab illis ſegregarunt: tamē & illi per vim & gratiam Chriſti reuocati ſunt. Ex magiſtratibus vero quis nō pietatis tuę dictis audiens eſt? quis ob hanc ipſam cauſam eſt,qui extra Eccleſiam maneat? nemo mehercule eſt: non enim hoc dat Deus.

LV.

Itaque quemnam ad ſalutem reuocans,aut ad legitimos in Eccleſia conuentus reducēs, quin omnem potius Eccleſiæ mœnibus eijeiēs, Ægyptum,& regionem etiam Auguſtalem,& Arcadiā, & Thebaidem,& Libyam,& Pentapolim,& tot Eccleſias dolore afficis? non vt quemquam lucrifacias: omnes namque lucrifecit gratia Saluatoris. Remitto te hac in re ad ipſam pietatis tuæ do-
D ctrinam. Ne contra te ipſum celebres & illuſtres eos,qui aduerſandi ſtudio in partes diſceſſere,neque vmquam iuſtum de ſcriptis iudicium accipiunt. An ita conniuere & ceſſare non pietas tua ſuſpicatur,vt non diligenter de præclara fama tua,& quomodo Saluatoris greges regantur , atque manu ducantur,inquiramus? Vna namque hæc,etiam ſi locorum intercapedine diſiuncti ſint,Epiſcoporum eſt cura. Sed enim ne in hoc prolixior eſſe,& pietati tuæ contraria ſentire videar: eſto vt pauci admodū adhuc ſint ſeditioſi,qui ſe pro illius malignitate periculo exponūt: apud nos aūt tot ſunt Eccleſiæ,quæ de Ioanne decreta obtinere debere contendunt. Quibus igitur ſuffragari æquum eſt ? Quinam vt lætentur,Deo placitum eſt ? illi ne qui Ioanni patrocinantur, cum tāta deſignauerit , an qui pœnam homini irrogarunt ei , qui cum alios dolore afficeret , pro nihilo duxit?

LVI. *Cyrillus in Ioannem minus æquus.*

Quod ſi concordiam Eccleſiarum conſeruare,minime contemnendum videtur: ſolue id,rogo, quod eam ſcindit: mitte gladium in vaginam ſuam: iube ex Epiſcoporum nomenclatura Ioannis nomen eximi. Nam ſi parui id facimus,& dicimus,Nō afferre dolorem Apoſtolorum choro Iudas proditor in eodem cum illis ordine cenſus: Iudæ autem nomine in eorum numerum relato, quo
E deinde loco Matthias nobis ponetur? Cum igitur nemo,Matthia eiecto,Apoſtolorum choro Iudam adſcripſerit: maneat & ſeruetur hortor,poſt celebris memoriæ Nectarium,ſecundus laudatiſſimi Arſacij gradus: ne quid per vim perperam & illegitime inductum,memoriā beati viri explodat. Sed pauci fortaſſe hoc ægre ferunt (permitte autem mihi,vt libere quæ volo, dicam) omnes equidem ſaluos fieri optem. Si quis vero imperitia ſua ab Eccleſia ſecedit,& illius conſtitutionibus refragatur: quæ eiuſmodi hominis eſt iactura? An non ipſe quoque Saluator nos id ipſum docens,& formam in omnibus præponens , conducibilia quidem ad eos qui eum acceſſerunt locutus eſt , inobedientes autem & renuentes diſcedere permiſit ? Atque tantum abeſt vt aliquam talium hominum rationem habuerit , vt etiam ad ipſos dixerit diſcipulos : An & vos vultis abire?

LVII.

Obſequentibus ſane multam nos impendere curam,æquum eſt. Aduerſarius autem & inobediens maleuolentiam ipſe ſuam accuſet,medicinam odio habens. Audiet vero ille iuſtum Iudicē dicentem: Quandoquidem locutus ſum,& non obediuiſtis mihi;& extendi ſermones,& animum

non ad-

non aduertiſtis:& quæ ſequuntur. Nos quidem, qui docemus quibuſnam rebus quis laudem ſibi A
apud Deum paret, ſtudioſe admodum id facere atque inſtituere decet, atque cum Paulo reſiſtentibus
dicere: Obſecramus per Chriſtum, reconciliamini Deo. Inobedientes vero poteſtati Dei condemnare,
illud vſurpantes: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata; relinquamus eam, quoniam
peruenit in cælum iudicium eius. Conſequens igitur non eſt, propter aduerſos quorumdam ſermones
(ſi quidem prorſus aliqui ſunt) funditus Eccleſiaſticas ſanctiones conuelli, vt laicus ſacer-
dotali dignitate enitentibus adnumeretur, & honorem eumdem conſequatur. Neque enim communem
Orbis vniuerſi pacem, ſed conciſionem potius quidam vocent. Ego quidem tum demum
obtinere debere & nomen & rem ipſam pacis cenſeo, cum ſanctorum ſententijs non aduerſemur,
neque illorum decretis repugnemus. Quod ſi enim beatus Alexander, confidentis prorſus oris vir,
iuxta pietatis tuæ verba aliquos ex religioſiſſimis fratribus & collegis noſtris Orientalibus Epi-
ſcopis inani dictorum fuco decepit, & ad huius rei comprobationem raptos pertraxit: non propte-
rea morbus hic prorſus obtinere, & animos omnium depaſcere; ſed potius veluti quædam lippitu-
do Eccleſiæ oculum infeſtans, a vobis repurgari debet: vt illa rurſum directe ad Patrum decreta re-
ſpiciens, merito a Chriſto audiat: Oculi tui columbarum. B

LVIII. Accepi & ego a Dei amantiſſimo, qui ad extremam feliciter peruenit ſenectutem, Acacio litte-
ras: in quibus religioſiſſimum Antiochiæ Antiſtitem vi coactum a quibuſdam eſſe, vt Ioannis me-
moriam celebraret, aſſeuerat: atque illud aperte commemorat, valde eum virum ea in re dolore af-
fectum fuiſſe, viamq. qua tam præfecta audacia liberaretur, quæſiuiſſe; & litteras hac de cauſa a no-
bis & pietate tua, ne ſimul cum quibuſdam in eumdem errorem duceretur, neve huiuſcemodi cõ-
ſilia agitantibus cederet, impetrare voluiſſe. At nos, qui ad curam & medicinam faciendam voca-
ti ſumus (da enim hoc mihi vt pro animi mei dolore libere dicere poſſim) ne acceſſio vulne-
rum fiamus; ſed potius opinionem eam, qua temeritatem aliorum ſecuti eſſe videri poſſimus,
fugiamus.

LIX. Demiror vero hoc quoque, ſi Alexander quem diximus, ad dicendum promptus & copioſus,
& qui non paruo tempore iſtic vobiſcum verſatus ſit, aliquos ad hanc rem ſuaſione ſua adducere
non potuiſſe viſus eſt, quam tabellarius vnus efficere tantum (ſicuti rumoribus fertur) potuit, vt
populum commouerit, cauſamq. tempore longiore ſopitam denuo excitarit; quod omnino eſt in-
credibile. Verum ſit hoc quoque, & ita factum eſſe credatur. Sed noui pietatem tuam præclaram C
in eloquentia eſſe; docebit ea prorſus quæ opus eſt homines ad tumultum excitatos: vberem ha-
bes ſacrarum doctrinarum gratiam: perſuadebis, ſcio, pijſſimis etiã Principibus, vt more ſuo in ca-
nonum decretis acquieſcant. Quod enim vere pietatis ſtudioſi & Chriſti amantes ſunt cõſtitutio-
nibus ſuis Eccleſias adminiſtrari permittent; paternæq. virtutis æmulatores, maiorum exempla
imitabuntur. Ne igitur Iechonias reiectus, cum Dauide & Samuele Prophetis cenſeatur: neque
ſi quibuſdam inique placitum eſt, vt Eudoxij reliquias in eo quo ſcripſiſtis reponerẽt loco, propte-
rea nos quoque profanum, vt ſacrum, in Album referamus. Oportuit nãque a nobis res illius corri-
gi, non illum nobis præſcribere, & quæ poſt eum acta ſunt conſtituere.

LX. Atque hæc dicimus, non quod iacenti & mortuo illi inſultemus; non enim hoc det Deus: neq.
quod alienis (ſicuti ſcriptum eſt) lætemur malis; non enim Chriſtianorum hoc eſt conſilium & in-
ſtitutum: ſed qui id quod homini condolemus, ad vtilitatem Eccleſiæ cõferimus, canonibus illius
nihil præſtabilius eſſe ducentes. Si namque illos ſartos tectos conſeruare, atque exauctoratum in-
ter Epiſcopos cenſere liceret: recte profecto, qui id quo minus fieret, impedirent, feri atque imiti-
tes dicerentur. Quandoquidem vero altero obtinente, alterum conſiſtere non poſſe, neceſſe ſit: ſan- D
ctiones Eccleſiæ vincant, & ex ſacro catalogo qui ſacrorum miniſter non eſt, moueatur: hoc enim
Eccleſias ad pacem ſeruandam coniũgit; hoc animorum conſenſum omnem perficit. Itaque illud
nobis dato, vt pure nos conuentus agere & communicare cum pietate tua poſſimus: atque te vnius
eiuſq. defuncti amorem poſt eorum qui adhuc viuunt, dilectionẽ, ac potius poſt Eccleſiæ ſanctio-
nes habeas.] hucuſque Cyrilli ad Atticum epiſtola.

LXI. *Cyrillus reueritus Romanum Pontificem.* Conſideres hic velim, lector, quam infenſiſſimo animo Cyrillus in Ioanem Chryſoſtomum
fuerit, qui nec defuncto pepercerit, & acre bellum iam ornaret aduerſus eos qui pro reſtitutione
ipſius nominis laborarent; in quos hac epiſtola inuectus eſt: ſed cum hoc animo compoſitus eſſet,
haud tamen præ reuerentia auſus eſt aperte quicquam loqui aduerſus Innocentium Romanum
Pontificem, quem ſuperius ſuo loco diximus de reſtituendo Ioannis nomine fuiſſe præcipuum ar-
chitectum, auctorem, & in renitẽtes vltorem; ob quam cauſam ſedis Apoſtolicæ cõmunionis Theo-
philum eius prædeceſſorem expertem fecerat. Sed non permiſit Deus, eum qui recti quadam ſpe-
cie deceptus fuit, in eodem diutius errore verſari; quin eum cælitus per viſum admonuit. Quomo-
do id acciderit: recitatis his litteris nuper redditis, ſubdit iſta Nicephorus [a]: E

a Niceph. li. 14. cap. 28.

LXII. Hæc quidẽ Cyrillus de ſacro Chryſoſtomo & ſcripſit & ſenſit, præſumptæ opinioni inſeruiẽs,
quam dudum patruum ſuum Theophilum ſecutus conceperat. Quoniam vero diſſidium hoc qui-
dem ex zelo, quamuis non ſecundum ſcientiam, non autem ex inuidia, neque diabolica contentio-
ne manarit: non oportere virum & doctrina & virtute præſtãtem, hac vna in re claudicare, quo
minus ad ſummam perfectionem perueniret, Deo viſum eſt. Homines enim illi erant, & humanis
affectionibus obnoxij. Quapropter aliquanto poſt Cyrillus cum magno illo viro etiam poſt eius
mortem in gratiam redijt, erroremq. ſuum correxit, eum tum multis alijs concitantibus, tum ma-
xime Iſidoro Peluſiota, nunc reprehenſione, nunc admonitione eum cohortante.] extant ipſius
Iſidori ad Cyrillum eo argumento conſcriptæ litteræ, ſcitæ quidam & periucundæ, quæ ſic ſe
habent [b]:

b In Append. ad Liberat. diacon.

LXIII. Terrent me diuinarum Scripturarum exempla; & tamen quæ neceſſaria ſunt, compellor dice-
re, & ſcribere. Siue enim pater ſum, vt ipſe dicis: Heli [c] condemnationem metuo, quia peccantes
filios

c 1. Reg. 2.

Digitized by Google

A filios non coercuit. Siue filius tuus ſum, ſicut magis ſcio: pœnam Ionathæ [a] formido, qui patrem non prohibuit ventriloquam requirentem; & prior illo qui peccauerat, quia non prohibuit quod potuerat, in bello defunctus eſt. Vt ergo & ego nõ iudicer, ipſeq. non iudiceris a Deo: depone contẽtiones ob iniuriæ propriæ vltionem, quam tibi a mortuo deberi putas; ne viuentem Eccleſiam diſſipes, vt æternam diſſenſionem ei ſub pietatis prætextu concinnes.] recitat eamdem Nicephorus [b], eſtque inter alias Iſidori [c] epiſtolas nuper cuſas.

a 1. Reg. 28.
b Niceph. li. 14. c. 53.
c Iſidor. li. 1. ep. 370.

LXIV.

Quomodo autem per viſum idem Cyrillus ad meliorem frugem fuerit reſtitutus, hæc ab eodẽ accipe [d]: Non ſolum enim litteris Iſidori, ſed & diuina etiam & ſecretiore quadam reuelatione accedente, correxit. Videre namq. (inquit) viſus eſt, ſe ipſum ſacris ædibus expulſum a Ioanne, comitatu, & diuino quod circa eum erat ſatellitio maxime freto, & Matrem Domini pro ipſo deprecantem; atq. cum multa etiam alia, tum illud præcipue, quod pro ipſius gloria plurimum ille decertarit, ſicuti dicetur, referentem, vt in ſacra templa reciperetur, orare. Hanc viſionem eum S. Cyrillus cogitabundus animo ſecum volueret, ſe ipſum, quod in ſanctum virum inuectus eſſet, damnauit: & deinde ipſe quoque, re cognita, Eccleſiæ Chryſoſtomi addictus, virum eum admiratus eſt; B valdeq. ipſum, quod contra illum imprudens prorſus irritatus fuerit, pœnituit. Proinde diuerſum omnino a priore conſilio faciens, Synodum prouincialem coegit, & Ioannis nomen ſimul & ipſe & reliqui magnarum ſedium Antiſtites in ſacro Albo propoſuerunt.] hæc de reddito per Cyrillum Ioannis nomine in Diptycha ex Niceta Nicephorus.

d Niceph. li. 14. c. 28.
Viſio Cyrillo diuinitus oſtẽſa.
Cyrillus conciliatus Chryſoſtomo.

LXV.

Haud dubium diuina eum oportuit viſione admonitum, qui adeo ſe ea in re hactenus refractarium exhibuerat. Subdit vero ex eodem auctore iſta Nicephorus: Illi vero minus vere dicere videntur, qui Cyrillum libros alios magni Patris aboleuiſſe perhibent. Nam ſi qua ſcripta eius abolenda erant; hæc quæ adhuc extant, quòd conſilium inſtitutũq. eius in eis maxime expreſſum eſt, abolita oportuiſſet: niſi Deus vtilitatis hominum curã gerens ea conſeruaſſet.] ſed potuit fortaſſe Cyrillus, quæ apud ſe eſſent ſcripta Chryſoſtomi, incẽdio damnaſſe; quæ vero penes alios plures plura reperirentur exemplaria, haud valuit. Subdit Nicephorus: Hoc eum in arcana Nicetæ philoſophi (qui & Dauid dictus eſt) hiſtoria & apud alios item inuenerim, operi huic meo inſerendum eſſe quoq. duxi: ne cui ambigere in mentem veniat, quomodo tanta luminaria inimicitias mutuas exercentia, ambo ad ſummam ſanctitatẽ peruenerint, & Eccleſiæ columnæ extiterint, inimicitijs C huiuſmodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus.] hactenus auctor. Hæc quidem hoc anno ipſius Cyrilli ſedis exordio cœpta, in ſequentem quoque annum eſſe propagata videntur.

IESV CHRISTI ANNVS	INNOCENTII PAP. ANNVS	HONORII 19. THEODOSII 6. IMPP.
413.	12.	

I.

QVi ſequitur annus Chriſti decimuſtertius ſupra quadringenteſimum, vnius tantũ Lucij Conſulatu in Faſtis reperitur adſcriptus, necnon in reſcriptis Imperatorum: Quod quidem accidiſſe ſcias, non quod præter conſuetum morem vnus dumtaxat Conſul creatus fuerit; ſed quod eius collega, qui fuit Heraclianus Comes in Africa, tyrannus euaſit: cuius rei gratia expunctũ eſt ipſius nomen e publicis monumentis; quod vidimus ſuperius alias factum, cum abolito eamdem D ob cauſam Ruffini nomine, ſolus ſine collega relictus eſt Theodorus.

Heracliani Cõſulatus & tyrannis.

II.

De Conſulatu enim Heracliani aſſertores ſunt Oroſius atq. Proſper, ſuorum temporum ambo ſcriptores: nã hic in Chronico, ſic habet: Huius collega (*nempe Lucij*) in Conſulatu fuit Heraclianus (*non Herodianus vt plerique codices legunt*) qui nouarum in Africa rerum reus, & honorem amiſit & vitam.] Oroſius item hæc de ipſo habet [e]: Heraclianus interea Africæ Comes miſſus (*eo magiſtratu ab Honorio donatus, quod Stilichonem interfeciſſet*) cum idem Attalus vmbram geſtaret Imperij, Africam ſtrenue aduerſum Duces [*] ab eo miſſos tutatus, Conſulatum aſſecutus eſt: quo elatus ſupercilio, Sabinum domeſticum ſuum, virum ingenio callidum, induſtriaque ſolertem, & ſapientem nominandum, ſi animi vires tranquillis ſtudijs accommodauiſſet, generum allegit: cum quo quorumdam periculorum ſuſpiciones cũ patitur, fecit. Atq. aliquandiu Africana annona extra ordinem retenta: ipſe tandem cum immenſa, certe temporibus noſtris ſatis incredibili claſſe nauium Romam contendit: nam habuiſſe tunc tria millia ſeptingentas naues dicitur; quem numerum nec apud Xerſem quidem præclarum illum Perſarum Regem, nec Alexandrum Magnum, vel quemquem alium Regum fuiſſe, hiſtoriæ ferunt. Is ſimul vt agmine militum ad Vrbem per- E gens, littore egreſſus eſt, occurſu Comitis Marini territus, & in fugam verſus, arrepta naui, ſolus Carthaginem redijt, atque ibi continuo militari manu interfectus eſt. Sabinus gener eius Conſtantinopolim fugit; vnde poſt aliquantum temporis retractus, exilioque damnatus eſt.] hæc Oroſius. porro Heracliani interitum anno ſequenti contigiſſe ſub Conſulatu Conſtantij & Cõſtantis, Marcellinus tradit in Chronico. Extat Honorij Imperatoris aduerſus Heraclianum tyrannum huiuſmodi reſcriptum [f]:

e Oroſ. libr. 7. c. 42.
* Iudices
Apparatus Heracliani.
Heraclianus fugatus & occiſus.
f l. 21. de pœn. C. Theod.

III.

Heraclianum hoſtem publicum iudicantes, digna cenſuimus auctoritate puniri, vt eius reſecentur infauſtæ ceruices. Eius quoque ſatellites pari intentione perſequimur. Sed hanc omnibus priuatis atque militantibus licentiam damus, vt omnes prodendi in medium habent liberam facultatem. Nec inuidiam metuat, qui ad publicum deduxerit crimonoſum: cum illud ſpecialiter caueamus, ne vllus aliquem eorum aut ſubtrahendum iudicet, aut celandum: neve ex eorum facultatibus vel depoſita deneget, vel accepta non prodat. Dat. III. Non. Iulij, Rauennæ, poſt Conſulatum Honorij nonum & Theodoſij quintum.] ita quidem reſtituendũ pro Conſulatu decimo Honorij

Reſcripta in Heraclianum.

& Theodoſij ſexto, qui contigit poſt ſequentem annum. datum enim eſſe huiuſmodi ab Honorio reſcriptum hoc anno poſt fugam Heracliani, ſatis poteſt intelligi ex his quæ tum anno ſuperiori, quo reſcriptorum Cōſulatus inuerſos diximus, tum etiam ex his quæ ex Oroſio & Marcellino nuper hoc anno ſunt dicta: ſed id certius demonſtrat ſequens ab eodem Honorio Imperatore datum de abolendo nomine Conſulis Heracliani reſcriptum ad Adrianum Præfectum Prætorio [a]: A

a l. 13. de infirm. his quæ ſub tyran. C. Theod.

IV. Heracliani vocabulum nec priuatim nec publice vlla memoria teneat: ideoq. ſubmouenda eſſe cēſemus, quæcumq. ſub eo geſta eſſe dicuntur. Libertates quoq. (quoniam certum eſt ſcelere eius ſolemnitatem Conſulatus eſſe pollutam) in melius reuocamus: ſciatq. dominorum voluntas, iterandū eſſe, quod illo auctore aduertit ſtare nō poſſe. Semel tamen mutatæ conditionis beneficium implendum eſſe, præcipimus; & ita repeti manumiſſionum conſuetudines nunc iubemus, vt nullus ſub hac occaſione incipiat nolle quod voluit. Dat. III. Non. Aug. Rom. poſt Conſ. Honorij IX. Theodoſij V. AA. Conſſ.]

V. Sed quid lugubre accidit poſt cladem Heraclianam? illud dolendum, quod Marinus Dux exercitus traijciens in Africam, perduelles Imperij perſecuturus, Marcellinum illum Tribunū & Notarium, Cognitorem miſſum & ſequeſtrem conciliationis inter Donatiſtas atq. Catholicos, virū B eruditione ſpectatū & pietate inſignem, proditione Donatiſtarū, calumniā paſſum ſtuduiſſe parti Heraclianæ, occidi iuſſerit. hoc quidē eſt quod S. Hieronymus de eo ait [b]: Marcellinus ſub inuidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocēs cæſus eſt.] Sed quinā hi hæretici in Africa, niſi Donatiſtæ in ipſum infenſiſſimi? Ob id igitur titulo martyrij in Eccleſiaſticas tabulas referri meruit, & anniuerſaria memoria honeſtari: de eo enim ita in Romano Martyrologio VIII. Id. Aprilis: Carthagine S. Marcellini martyris, qui ob Catholicæ fidei defenſionem ab hæreticis occiſus eſt.]

Marcellinus Innocens occiditur.

b Hiero. contra Pelag. lib. 3.

VI. De eo etiam hæc Oroſius [c]: Marcellinum Marinus Comes apud Carthaginem (incertum eſt, zelo ſtimulatus, an auro corruptus) occidit. Qui continuo reuocatus ex Africa, factuſque priuatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiā conſcientiæ ſuæ dimiſſus eſt.] hæc Oroſius. Putauerunt enim Donatiſtæ, vna cum Marcellino ſe extinguere & abolere potuiſſe, quæ eo præſente confecta eſſent aduerſus ipſos Acta publica. ſed Honorius voluit eadem ſarta tecta atq. firmiter in perpetuum cuſtodita, cum anno ſequenti ad Iulianum in Africa Proconſulem aduerſus eos ita reſcripſit [d]:

c Oroſ. lib. 7. ca. 42.

d l. 55. de hæret. C. Theod.

VII. Notione & ſolicitudine Marcellini ſpectabilis memoriæ viri contra Donatiſtas geſta ſunt ea, quæ tranſlata in publica monumenta habere volumus perpetim firmitatem. Neque enim morte C Cognitoris perire debet publica fides. Dat. III. Kalend. Septembr. Cōſtantino & Cōſtante Conſſ.] Quantum vero Honorio Imperatori, Chriſtianoq. Senatui diſplicuerit obitus Marcellini; inde accipere potes, quod Marinus ipſe Dux, qui ob ingentem ſine ſanguine partam victoriam, atq. Africam Romano Imperio reſtitutam, ipſamq. Rempub. a ſæuiſſimo tyranno liberatā, nobilem fuiſſet iure conſecuturus triumphum; Romam reuerſus, non ſolum eo priuatus eſt, ſed exutus militia, in ordinem redactus, ad pœnitentiam pro expiādo graui ſcelere dumtaxat fuit in vita relictus; ſed & fuiſſet vindice legum gladio truncatus capite, niſi indecens viſum eſſet, ſanguine ſontis, inſontis martyris vlciſci ſanguinem. Sed de Marcellino hactenus.

Res geſtæ ſub Marcellino ſeruata integra.

VIII. Quod rurſus ad Heracliani tyrannidem pertinet: ad hanc plane referenda ſunt, quæ S. Hieronymus, tacito nomine, de eodem ſcribit in epiſtola ad Demetriadem; quam quidem hoc ipſo tempore datam eſſe, inde certum deduces argumentum, quòd idem S. Hieronymus in eadem epiſtola teſtatur, ſe ante annos circiter triginta ſcripſiſſe epiſtolam ad Euſtochium de Virginitate, quam ab ipſo elaboratam fuiſſe anno Domini trecenteſimo octogeſimotertio, ſuperius ſuo loco demonſtratum eſt. De Heracliani enim enormibus vitijs ex S. Hieronymo ſuperius diximus, cum de D Probæ, Iulianæ, & Demetriadis in Africam ex Vrbe appulſu egimus. Porro hoc tempore contigit ab eadem Demetriade edi egregium Chriſtianæ pudicitiæ ſpecimen, cum ipſa virgo oppignerata iam ſponſo, ex inopinato cum habitu mutans vitæ ſtatum, monaſtico habitu eſt profeſſa vitā monaſticam. Quam autem admirandi id fuerit exempli, haud intelliges, niſi in memoriam reuoces q̃ de horum nobiliſſimo genere ad calcem tomi quarti ſuperius dicta ſunt. Didicit hæc S. Hieronymus a clariſſimis feminis Gallicanis, quæ fugientes barbaros anno ſuperiori (vt vidimus) graſſantes in Gallias, nauigaturæ in Palæſtinam ad loca ſancta, vi ventorum in Africā iactatæ fuerunt. Factum vero egregium a S. Hieronymo ita deſcribitur [e]:

Egregium factū Demetriadis virginis.

e Hier epiſt. 8.

IX. Aiunt ſanctæ & nobiles feminæ, quæ eam (*nempe Demetriadem*) viderunt, quæ norunt, quas de littore Galliarum ad habitationem ſanctorum locorum, hoſtium per Africam compulit ſæua tempeſtas: noctibus & ſecreto, conſcijs tantum virginibus Dei, quæ in matris & auiæ comitatu erant, numquam eam linteaminum, numquam plumarum vſam mollicie, ſed ciliciolum in nuda humo habuiſſe pro ſtratu, iugibus faciem rigaſſe lacrymis, Saluatoris mente genibus aduolutam, vt ſuū reciperet propoſitum, vt impleret deſiderium, vt auiæ animum matriſq. molliret. Quid vltra differo? Cum iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur: ſecreto E & abſque arbitris, noctemq. habens pro ſolatio, talibus ſe fertur armaſſe conſilijs: Quid agis Demetrias? cur pudicitiam tanto pauore defendis? libertate opus eſt & audacia. Quæ ſic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiendo? Quæ tuorum vultum ferre non potes, quomodo ſuſtineres tribunalia perſecutorum? Si te virorum exempla non prouocant; hortetur, faciatq. ſecuram beata martyr Agnes, quæ & ætatem vicit & tyrannum, & titulum caſtitatis martyrio cōſecrauit. Neſcis, miſera, neſcis cui virginitatem tuam debeas?

Clariſſimæ feminæ ex Gallia extorres ob barbaros.

X. Dudum inter barbaras tremuiſti manus: auiæ matriſque ſinu & pallijs tegebaris: vidiſti te captiuam, & pudicitiam tuam non tuæ poteſtatis: horruiſti truces hoſtium vultus: raptas virgines Dei gemitu tacito conſpexiſti. Vrbs tua, quondam Orbis caput, Romani populi ſepulchrum eſt: & tu in Libyco littore exulem virum exul ipſa accipies? quam habitura pronubam? quo ducenda comitatu? ſtridor Punicæ linguæ procacia tibi Feſcennina cantabit. Rumpe moras omnes Perfe-

cta:

Digitized by Google

A cta [a] Dei dilectio foras mittit timorem. Aſſume [b] ſcutum fidei, loricam iuſtitiæ, galeam ſalutis: a 1. Ioan. 4.
procede ad prœliũ. Habet & pudicitia ſeruata martyrium ſuum. Quid metuis audire? quid formi b Ephe. 6.
das parentem? forſitan & ipſæ velint, quod te velle non credunt. His & alijs cõpluribus inflãmata *Demetrias ve*
ſtimulis, omnem corporis cultum, & habitum ſæcularem, quaſi propoſiti ſui impedimenta proie- *ſtes monaſti-*
cit: pretioſa monilia & graues cenſibus vniones, ardenteſq. gemmæ redduntur ſcrinijs: vili tunica *cas induit.*
induitur, viliori tegitur pallio, & inſperata auiæ genibus repente prouoluitur: fletu tantum & plan-
ctu, quæ eſſet, oſtendit.

Obſtupuit ſancta & grauis femina, Proba auia, alienum habitum in nepte conſpiciens: mater XI.
gaudio ſtabat attonita: vtraq. verum non credere, quod verum eſſe cupiebat. hæſit vox faucibus,
& inter ruborem & pallorem, metumq. atq. lætitiam cogitationes variæ nutabant. Succumbendũ
eſt huic loco; neq. narrare aggrediar, quod dicendo minus faciam. Ad explicandã incredibilis gau
dij magnitudinem, & Tulliani fluuius ſiccaretur ingenij, & contortæ Demoſthenis vibrateq. ſentẽ
tiæ tardius languidiuſq. ferrentur. Quicquid poteſt cogitare animus, quicquid ſermo poteſt expli-
care, illo in tempore factum eſt. Certatim in oſcula neptis & filiæ mater & auia ruunt: vbertim fle-
B ro præ gaudio, iacentem manu attollere, amplexariq. trepidãtem: agnoſcere in illius propoſito mẽ
tem ſuam, & gratulari, quod nobilem familiam virgo virginitate ſua nobiliorem faceret: inueniſſe
eam quod præſtaret generi, quod Romanæ vrbis cineres mitigaret.

Ieſu bone, quid illud in tota domo exultationis fuit? Quaſi ex radice fœcunda multæ ſimul vir XII.
gines pullularunt: exemplum patronæ & dominæ ſecuta eſt clientum turba ac famularum. Per om *Demetriadis*
nes domos feruebat virginitatis profeſſio, quarum cum impar eſſet in carne conditio, vnum erat *exẽplo auctus*
præmium caſtitatis. Parum loquor. Cunctæ per Africam Eccleſiæ quodam exultauere tripudio: *virginum nu-*
non ſolum ad vrbes, oppida, viculoſq. ſed ad ipſa quoq. magalia celebris fama penerrauit: omnes *merus.*
inter Africam, Italiamq. inſulæ hoc rumore repletæ ſunt, & inoffenſo pede longius gaudia cucurre
re. Tunc lugubres veſtes Italia mutauit, & ſemiruta vrbis Romæ mœnia priſtinum ex parte recepe
re fulgorem, propitium ſibi exiſtimantes Deum in alumnæ conuerſione perfecta. Putares extinctã
Gothorum manum, & colluuiem perfugarum atq. ſeruorum, Domini deſuper intonantis fulmine,
concidiſſe.] & paulo poſt: Penetrauit hic rumor Orientis littora, & mediterraneis quoq. vrbibus,
Chriſtianæ gloriæ triumphus auditus eſt. Quæ virginum Chriſti non huius ſe ſocietate iactauit?
C Quæ mater non tuum, Iuliana, beatum clamauit vterum?] hæc & alia Hieronymus, qui & de vir-
ginis dote ſumma Chriſto ſponſo collata ſubdit:

Fertur (inquit) & omnium Chriſtianorum laude celebratur: quicquid fuerat nuptijs præpara XIII.
tum a ſancta Chriſti ſynoride (*Proba ſcilicet ac Iuliana*) virgini traditum; ne ſponſo fieret iniuria: *Demetriadis*
immo vt dotata priſtinis opibus veniret ad ſponſum, & quod in rebus mundi periturum erat, do- *dos ingens col*
meſticorum Dei ſuſtentaret inopiam.] poſt hęc autem S. Hieronymus de eiuſdem generis nobili- *lata pauperib.*
tate plura, quæ nos alia occaſione ſuperius. Quod vero maxime omnium profuturum virgini exi-
ſtimauit, idem S. Hieronymus ea epiſtola ipſam admonuit, vt Origenianæ hæreſis venena vitaret:
cur autem hoc, dicemus poſtea. Cum vero exordia repetit delatæ ex Oriente Romam hæreſis, dũ
ſub Anaſtaſio Papa per Ruffinum aduectum eſt Romam Periarchon Origenis, hæc adijcit: Et quia
vereor, immo rumore cognoui, in quibuſdam adhuc viuere & pullulare venenata plantaria: illud
te pio charitatis affectu præmonendam puto, vt S. Innocentij, qui Apoſtolicæ cathedræ & ſupradi-
cti viri ſucceſſor & filius eſt (*nempe Anaſtaſii Papæ*) teneas fidem, nec peregrinam (quãuis tibi pru
dens, callidaq. videaris) doctrinam recipias. Solent enim huiuſcemodi per angulos muſſitare, &
D quaſi iuſtitiam Dei quærere: Cur illa anima in illa eſt nata prouincia? Quid cauſæ extitit, vt alij de
Chriſtianis naſcantur parentibus, alij inter feras & ſæuiſſimas nationes, vbi nulla Dei notitia eſt?
&c.] monet vehementer vt caueat Origeniſtas, eoſdemq. in Pelagianos nomine cõmutatos. Sed in
his illud conſidera: Quid eſt quod ſcribens ad virginem in Africa agentem, vbi adeſt S. Auguſtinus
tãtopere ipſius Hieronymi litteris cõmendatus, vt Innocentij Papæ fidem teneat & ſequatur, nec
meminit Auguſtini? niſi quod ſciret, illibatam eam in ſede Petri certius cuſtodiri; ſicq. e fonte ip-
ſo puro potius quam ex riuis aquam ſalutis petendam eſſe demonſtrans: quod ipſe exemplo & ver
bis docuit, cum de fidei veritate Damaſum Papam ſæpe conſuluit. Sed ad Demetriadem.

Hæc igitur profeſſa domi S. Demetrias, ſolemni ritu palam poſtea in eccleſia ex præſcripto Ec XIV.
cleſiaſtico more perfecit; de quibus iſta idem S. Hieronymus habet [c]: Scio quod ad imprecatio- c Hiero. eadem epiſt. 8.
nem Pontificis flammeum virginale ſanctum operuerit caput, & illud Apoſtolicæ vocis inſigne ce
lebratum ſit: Volo [d] autem vos omnes virginem caſtam exhibere Chriſto. Quando [e] aſtitit Re d 2. Cor. 12.
gina a dextris eius, in veſtitu deaurato, circumdata varietate. qua veſte polymita [f] & multarũ vir e Pſal. 44.
tutum diuerſitate contexta indutus fuit & Ioſeph, & Regum quondam vtebantur filiæ. Vnde & ip *Solẽnes ritus*
ſa ſponſa lætatur, ac dicit (*ipſa videlicet quę a Deo dicatur virgo*) Introduxit [g] me Rex in cubiculũ *conſecrationis*
E ſuum. Sodaliumq. reſpondet chorus: Omnis [h] gloria filiæ Regis intrinſecus.] hæc pauca refetat *virginis.*
ex antiquis in velandis virginibus Eccleſiæ cærimonijs S. Hieronymus. f Geneſ. 37. g Cant. 1.

Sed vnde tanta hæc Demetriadi? Exquirendus quidem eſt tantæ molis ſapientiſſimus archi- XV.
tectus. Fuit hic S. Auguſtinus, qui de ſancta virginitate cum illa ſermonẽ habuit, puto ante annũ, h Pſal. 44.
cum occaſione publicæ cum Donatiſtis Collationis Carthaginem ſe contuliſſet: ipſe enim Augu-
ſtinus in epiſtola, quam poſtea dedit ad Iulianam eius matrem, hæc habet [i]: Miniſterij noſtri, ad i Epiſt. 143.
iuuante gratia & miſericordia Saluatoris, in domo noſtra tãtus fructus exortus eſt, vt humanis nu
ptijs iam paratis, ſancta Demetrias ſpiritualem ſponſi illius præferret amplexũ, cui ſpecioſo præ fi
lijs hominũ ad habendã Spiritus vberiorem fœcunditatem, nec ad amittendã carnis integritatem
virgines nubunt. Neſciremus autem quemadmodum noſtra illa tunc exhortatio a fideli & nobili
virgine fuiſſet accepta, niſi nobis profectis, cum poſt paululum profeſſa fuiſſet ſanctimoniam vir-
ginalem, hoc ingens Dei donũ, quod per ſeruos quidẽ ſuos plantat [k] & rigat, ſed per ſe ipſum dat k 1. Cor. 3.
incrementum,

Digitized by Google

incrementum,uobis operarijs prouenisſe,veſtrarum litterarum lætiſſimo nücio & veraci teſtimo A
ojo diſceremus.]hæc Auguſtinus. Ipſæ namq. Proba & Iuliana reddiderût de his omnibus certio
rem quamprimum S.Auguſtinum,quem ſcirent magnopere adgauiſurum: donumq. ad eumdem
nuptiale miſerunt:quo ipſe accepto,gratulatorias has perbreues litteras reddidit [a]:

a Aug.epiſt.179.

XVI.

Auguſtini de conſecratione Demetriadis Epiſt.

Impleſtis gaudio cor noſtrum,tanto iucundius,quanto carius : tanto gratius , quanto citius .
Veſtræ namq.ſtirpis ſanctimoniam virginalem,quam,quacumq.innotuiſtis,ac per hoc vbique fa
ma celeberrima prædicat,velociſſimum volatum eius fideliore atq.certiore litterarum nuncio p̃-
uenistis;& prius nos feciſtis exultare de cognito tam excellenti bono , quam dubitare de audito.
Quis verbis explicet?quis digno præconio proſequatur,quantum incomparabiliter glorioſius ac
fructuoſius habeat ex veſtro ſanguine feminas virgines Chriſtus,quam viros Conſules mundus?
Nam volumina temporum ſi magnum atq.præclarum eſt nominis dignitate ſignare ; quanto eſt
maius atq.præclarius,cordis,corporis integritate tranſcendere?Magis itaq. gaudeat puella nobi
lis genere , nobilior ſanctitate , quod ſit per diuinum conſortium præcipuam in cælis conſecu-
tura ſublimitatem , quam ſi eſſet per humanum connubium prolem propagatura ſublimem.
Generoſius quippe elegit Aniciana poſteritas tam illuſtrem familiam beare , nuptias neſcien- B
do, quam multiplicare pariendo, & in carne iam imitari vitam Angelorum, quam ex carne ad-
huc numerum augere mortalium . Hæc eſt vberior fœcundiorq.felicitas,non ventre graueſcere,
ſed mente grandeſcere;non lacteſcere pectore,ſed corde candeſcere;non viſceribus terram,ſed cæ
lum orationibus parturire. Dominarũ honore digniſſimæ filiæ,perfruamini in illa quod defuit vo
bis:perſeueret vſq.in finem,adhærens coniugio quod non habet finem . Imitentur eam multæ fe-
minæ dominam,ignobiles nobilem,fragiliter excelſæ excelſius humilem. Virgines quæ ſibi optãt
Aniciorum claritatem,eligant ſanctitatem:illud enim quantalibet cupiditate quando aſſequẽtur?
hoc autem ſi plene cupierint,mox habebunt. Protegat vos incolumes & feliciores dextera Altiſſi
mi,dominæ honore digniſſimæ,& præſtantiſſimæ filiæ. Pignora ſanctitatis veſtræ, præcipue ipſam
ſanctitatem præcipuam debito veſtris meritis officio dilectione Domini ſalutamus . Velationis
apophoretum gratiſſime accepimus.]hactenus Auguſtinus.

XVII.

b Apud Ambr. epiſ.84.

S.Proſper laudes texuit Demetriadis.

Sed & S. Proſper quo celebrauit elogio Deo dicatam virginem Demetriadem?accipe: Valde
(inquit [b]) mirabile erat,& inter præcipua diuinæ gratiæ exempla adnumerandum , quod virgo
Anicia ſuper omnes ad faſtigium beatæ nobilitatis euecta, de cuius fœcunditate auis atq. atauis C
reſponſura poſteritas & familiæ votis expectabatur & patriæ,conuerſo repente animo, deſiderio
cæleſtium nuptiarum,declinaſti mortale coniugium: & vt omnem proſapiam tuam etiam huius
virtutis titulo conſecrares,primam ſtirpis tuæ perpetuam & virginem filio virginis ſpopondiſti.]
hæc & alia S.Proſper in epiſtola quam ad ipſam ſcripſit Demetriadem Deo ſacratam virginẽ. Vi-
des quot quantiſq. ſanctorum Patrum præconijs,ſpiritualium nuptiarum epithalamijs,Demetria
dis dicata Deo virginitas fuerit celebrata:vt intelligas quo pretio ſemper in Eccleſia fuerit ſancta
virginitas,ex qua ſublimis quæque nobilitas decorem accipit & ornamentum.

XVIII.

Pelagius ſcribit ad Demetriadem.

Sed quid accidit?crocitare importune graculus voluit inter canentes olores,& in tanta cæleſtiũ
nuptiarum feſtiua ſolatia conatus eſt inter lilia ſerpens latenter lubricus anguis irrepere . Pela-
gius enim etſi per præconem ſuum Cæleſtium propoſitis quæſtionibus(vt vidimus anno ſuperio
ri)hæreſis venena ſpargeret;ipſe tamen ſub ſanctitatis pallio adhuc latebat occultus:qui congratu
laturus nouæ Chriſti ſponſæ,quaſi ſponſale munus eidem exhibiturus,epiſtolam parænetică , ſeu
dixerimus potius librum(ita enim nominat Auguſtinus)ad ipſam miſit,quæ hactenus extat : ſed
cum apud ſanctos Hieronymum & Auguſtinum inter eorum opera edita reperiretur, a ſimplicio D
ribus eadem vel Hieronymi,vel Auguſtini credita eſt. verum licet eorum non eſſe,ſed hæretici po
tius hominis ſcriptio cognita fuerit:ſub incerti tamen adhuc auctoris titulo in reiectaneam appẽ
dicem ad eorumdem Patrum opera relata,tamq.quiſquiliæ & ſordes,in angulo manet [c]. Cete-
rum vere Pelagij eſſe,non ſolum Pelagij errores in ea poſiti Pelagianis omnibus communes indi
cant,ſed teſtificatione S.Auguſtini,immo & ipſius Pelagij,habetur expreſſum. Eſt autem epiſtolæ
ſeu libri ad Demetriadem(vtroque nomine eam vocatam inuenimus)eiuſmodi exordium:Si ſum
mo ingenio,parique fretus ſcientia,&c.]

c Apud S.Hier. & Augu.tom.2. in append.epiſt: 7.edit.Plantin.

XIX.

Pelagius clandeſtina infundit venena.

Quod autem proprium eſt hæreticorum,clandeſtinis,inſtar colubris,ſpiris irrepere;in eodem
quem ad Demetriadem librum ſcripſit,ſuum tacuit nomen : ſed voluit Deus , vt per aliam ab eo
ſcriptam epiſtolam,tum ſuum,tum & Iulianæ virginis matris nomen expreſſerit:id enim S.Augu
ſtinus in epiſtola ad ipſam Iulianam ſcripta docet,dum de eodem libro agit his verbis [d]: In quo
(inquit)quamuis nec ipſius,nec tuæ reuerentiæ nomen expreſſerit;tamen a matre virginis , vt ad
eam ſcriberet,a ſe poſtulatum eſſe,commemorat. In quadam vero epiſtola ſua idẽ Pelagius , vbi
& nomen ſuum apertiſſime ponit,nec nomen ſacræ virginis tacet,dicit ad eam ſe ſcripſiſſe; & eiuſ E
dem ſui operis teſtimonio probare nititur,ſe gratiam Dei,quam vel tacere vel negare aſſeritur, a-
pertiſſime confiteri.Sed vtrum ipſe ſit liber,in quo de ſpiritalibus diuitijs illa verba poſuit , vel v-
trum ad veſtram peruenerit ſanctitatẽ,reſcriptis veſtris petimus nos dignemini facere certiores.]
hæc ipſe:cum alioqui ſcriptum librum eſſe Pelagii,cum confutat poſitas in eo blaſphemas ſenten
tias,in libris de Gratia Chriſti Auguſtinus ſæpe affirmet,ſicut fecit in dicta epiſtola ad Iulianam,
in qua ponit verba Pelagij eadem atque refellit,vt inter alia cum in libro illo hæc leguntur:Scribi
mus enim,petente ſancta matre eius,immo iubente.]quæ quidem verba magnopere ipſius Augu-
ſtini animum perculerunt, veriti,ne tum mater tum filia Babylonis aureo calice potarentur.At nũ
id verum eſſet(quod haud ita exploratum haberetur,cum hæretici multa eiuſmodi fingere cõſue
uerint)id diſcere ab eis ipſe ſtuduit Auguſtinus.

d Auguſt. epiſt. 143.

Auguſtinus inſurgit contra ſcripta Pelagij.

XX.

Sed eſto,rogarit ac iuſſerit,vt ea ad Demetriadem ſcriberet,Iuliana Pelagium:haud tamen in
ſuſpicionem adducenda eſt hæreſis Pelagianæ.Quod enim hactenus Pelagij nomen,vtpote mona

chi,bene

A chi,bene audiſſet etiam apud ſanctos viros,& inter alios apud ipſum quoq.S.Paulinum Nolanum
Epiſcopum(vt ſuo loco ſuperius diximus)haud crimine hæreſis ipſa infamanda eſt Iuliana, ſi qd
ab eo ad virginem ſcribi,litteris poſtulauit:nam de ſacris filiæ nuptijs(vt vidimus)ad S. Auguſti-
num quoq.litteras dedit,& ad alios etiam(vt puto)magni nominis viros.Ceterum ipſe S.Auguſti
nus vt hæc accepit,ne hauſtum ex epiſtolæ illius lectione venenum mortem eiſdem afferret, eueſti
gio parauit atq.propinauit antidotum,ſcribens ad Iulianam , quæ ab ipſius Auguſtini ore pende- a Auguſt. epiſt.
bat,epiſtolam [a]; qua ſparſas in illo Pelagij libro hæreſes ſpongia terſit. 143.

Nec id ſibi ſatis eſſe Auguſtinus exiſtimauit,vna epiſtola confutaſſe Pelagij in eo libro cõſcri- XXI.
ptas hæreſes:ſed addidit alia,multuſq.fuit in his:nam libro poſtea ſcripto aduerſus Pelagiũ & Cæ *Cõfutatur vbi*
leſtium de Gratia Chriſti,eadẽ ſcripta ſæpe refellit, vbi eiuſdem epiſtolæ ſeu libri ſæpe meminit. *que ab Au-gu-*
Demum eo procaciæ ventum eſt,vt nec ipſe Pelagius negarit illum eſſe ſuum,ſed glorietur: nam *ſtino Pelag.*
ita de eo Auguſtinus [b]: *Sicut de gratia Dei ſentit in eo libro,quem ad ſacram virginem ſcripſit,* b Aug. de Gra-
cuius etiam commemorationem facit in litteris,quas Romam miſit.]citabat ipſum ſuum librum tia Chriſti li.1.
Pelagius,his ſcilicet verbis ab eodem Auguſtino [c] redditis:Legant etiam(inquit)quam ad ſacrã c.22.
B Chriſti virginem Demetriadem in Oriente conſcripſimus epiſtolam , & inuenient nos ita homi- c Eod. lib.c.37.
nis laudare naturam,vt Dei ſemper gratiæ addamus auxilium.]Sed quam perperam abuteretur il
le nomine patriæ,pluribus docet. Hæc & alia perlegens Beda [d], abſq.controuerſia epiſtolam il- d Bed in præf.in
lã ad Demetriadem,nouit Pelagij eſſe fœtum: ſicut & intellexit S. Proſperi eſſe epiſtolam illã ad Cantic.
eamdem virginem Demetriadem,quæ hactenus ſcripta in codicibus epiſtolarum S.Ambroſij,ipſi
tributa eſt S.Ambroſio,cuius eſt exordium [e]: Cum ſplendidiſſimæ ſanctimoniæ tuæ propoſitũ. e Apud Ambro.
&c]qua quidem nihil aliud vir ſanctiſſimus & fidei Catholicæ propugnator acerrimus conatus epiſt.84.
eſt,quam Pelagij aſſertionibus aduerſariam ſtabilire doctrinam,& confirmare ſolidã veritatem.

Quod rurſus ad Iulianam Demetriadis matrem ſpectat:quam procul abfuerit ab omni hære- XXII.
ſis ſuſpicione,qua videri poterat ex Pelagij litteris aſperſa fuiſſe; ipſa his verbis ad Auguſtinum
antea ſcribens profeſſa fuit [f]: Nouerit(inquit)ſacerdotium veſtrum, longe me ac domunculam f Apud Auguſt.
meam ab huiuſmodi perſonis eſſe diſcretam:omniſque familia noſtra adeo Catholicam ſequitur epiſt.143.
fidem,vt in nullam hæreſim aliquando deuiauerit, nec vnquam lapſa ſit, non dico in eas ſectas *Iulianæ fides*
quæ vix expiantur,ſed nec in eas quæ paruos habere videntur errores.] hæc ipſa, plane ſignificans *ſincera.*
C caruiſſe penitus domum ſuam hæreſibus illis , quibus Dei ipſius labefactaretur natura atque po-
tentia,vt Arianorum,Macedonianorum,& horum ſimilium, vel Manichæorum , quorum compa-
ratione reliquæ hæreſes parui cenſeri viderẽtur erroris:licet S. Auguſtinus ipſam poſtea docuerit,
haud fuiſſe Pelagij leues errores. Quæ igitur hactenus vna cum ſuis integra, puraque ab omni
hæreſis vel leuiſſima tinctura vixerat,ab Auguſtino admonita,eodem candore reliquum vitę tem
pus exegit.

Quod enim poſt hæc tempora plurimis annorum curriculis eadem Pelagiana hæreſis cũ eius XXIII.
ſectatoribus, Patrum ſcriptis,ſacriſque ſæpe Concilijs tum in Oriente,tum in Occidente, Romæ,
atque Carthagine & in Palæſtina celebratis,ſub Innocentio & ſucceſſoribus Vrbis Pontificib. fue
rit ventilata,confutata,damnata,atque proſcripta;neque poſthac de eadem Iuliana ſit aliqua que
rela:eadem qua antea,ſemper perſeueraſſe integritate,iure meritoque cenſenda eſt: ſicut & ſancta
Proba,quæ cum hoc tempore eſſet in Africa,ea bene vſa occaſione,ab eodem S. Auguſtino, quem *Auguſtinus q*
ſciret eximium in Eccleſia fulgere doctorem,de orando Deo ab ipſo commentarium perijt,quẽ & *ſcripſit ad Iu-*
conſecuta eſt [g]: itemque ipſa Iuliana eumdem Auguſtinum interpellans,de bono viduitatis ab *lianã & Pro-*
D eo tractationem accepit.id quidem poſt hæc tempora factum eſſe, quæ in fine eiuſdem commen- *bam.*
tarij idem S.Auguſtinus habet,declarant his verbis [h]: Ordinatiſſime quippe prouenit, vt matri g Auguſt. epiſt.
veſtræ iam grandæuæ de oratione epiſtolam ſcriberem;ad ipſam quippe maxime pertinet oran- 121.
do concertare pro vobis , quæ de ſe minus eſt ſolicita quam de vobis. & vt ad te potius quam ad h Auguſt de bo
illam hoc de continentia viduali opuſculum facerem ; quia tibi ſuperare adhuc reſtat , quod iam no viduitatis in
ætas illius ſuperauit. Virgo autem ſancta proles veſtra , ſi aliquid de ſua profeſſione deſiderat, fin.
ex laboribus noſtris habet grandem librum de ſancta virginitate,quem legat.] hæc ad Iulianam
Auguſtinus,quam & litteris Innocentij Papæ magnopere ſcias eſſe laudatam:quas ipſa eadem ex
cauſa,qua S.Auguſtinus ad eam ſcripſerat,eſſe datas intelligas. ſunt huiuſmodi, perbreues ipſæ
quidem [i]: i Epiſt. Rom.
Pontif. epiſt.11.

Singulare membrum Eccleſiæ,tuæ religionis amplitudinẽ exiſtere*, & a nobis reuerentiſſime XXIV.
coli,ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis multo nobiliorem Eccleſiæ de- *Innocentius*
uotionem impendis,& magis læta Chriſti agnitione,præceptis eius obtemperas,& de fide potius *Papa ſcribit*
exultas,quam tanti generis flore iactaris. Summæ virtutis eſt , viciſſe gloriam carnis ; & magnæ *ad Iulianam.*
E eſt Chriſti gratiæ,nobilitatem moribus ſuperaſſe,domina filia merito illuſtris. Certa igitur &* iſta * exiſtens
huius vitæ(quæcumq.ſunt)ſpatia æternis diuiniſq.officijs illuſtrare contende; vt qui inſignem te
præſtitit,reddat ſibi per ſæcula clariorem.] hactenus Innocentij Papæ ad Iulianam epiſtola.

Odoraris ne,lector,cur hanc Innocentius epiſtolam ſcripſerit,ac percipis quo eiuſdem argu- XXV.
mentum tendat?intelligis in ea,tamquam in pharetra,abſcondi ſagittam,ad feriendum Pelagiũ?
Quidnam virus ille in epiſtola ad Demetriadem,quod tantopere diſplicuit Auguſtino? accipe [k]: k Apud Auguſt.
Spiritales vero(inquit)diuitias nullus tibi,præter te,conferre poterit. In his ergo iure laudanda, epiſt.143.
in his merito ceteris præferenda es , quæ niſi ex te & in te eſſe non poſſunt.] hæc Pelagius. in
quem Auguſtinus: Cernis nempe , quanta in his verbis ſit cauenda pernicies.Nam vtique quod
dictum eſt, Non poſſunt eſſe iſta bona niſi in te : optime & veriſſime dictum eſt:iſte plane cibus
eſt. Quod vero ait, Nonniſi ex te: hoc omnino virus eſt,&c.]Innocentius igitur Romanus Pon-
tifex,cum ſibi innotuiſſet vulgata illa Pelagij ad Demetriadem epiſtola: & ipſe occurrit antido-
to, & quam mira arte compoſitum propinauit illud, cum vno ductu calami , quid ſentiendum

eſſet, quid ſancte pieq; Romana cuſtodiret Eccleſia, verbis illis ſignificauit: Magnæ eſt Chriſti gratiæ, nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia.] vidiſti verborum antitheſin? & tantæ vocis tonitrum conſideraſti, quo illam redditam cautiorem in pietatis officio contineret, & inſilientem lupum ſub ouina pelle conficeret? Sic igitur tum litteris Auguſtini & Proſperi, tum breui illa Innocētij Papæ epiſtola factum eſt, vt ſancta familia ab irrepente clanculo hæreſiarcha fuerit cuſtodita, atque in omnibus illæſa ſeruata. Inde etiam eueniſſe ſcias, vt ſcribens poſtea S. Hieronymus ad eādem virginem Demetriadem, illa de inhærendo doctrinæ Innocentij Papæ magnopere inculcarit, quæ dicta ſunt ſuperius, hic autem (quod rerum exigat argumentum) vtiliter repetenda: Illud (inquit) te pio charitatis affectu præmonendam puto, vt ſancti Innocentij, qui Apoſtolicæ cathedræ & ſupradicti viri ſucceſſor & filius eſt, teneas fidem, nec peregrinam (quamuis tibi prudens & callida videaris) doctrinam recipias, &c.] A

XXVI.

a Hiero. contra Pelag. lib. 3.

Præterea autem ſcripſit & idem Pelagius ad viduam quamdam, blanditijs eam atq. adulatione demulcens. ex qua epiſtola hæc S. Hieronymus recitat, atq. ſubſannat [a]: Eidem adulans viduę, non erubeſcis dicere, pietatem quæ nuſquam reperitur in terra, & veritatem quæ vbiq. peregrina ſit, in illa potiſſimum commorari.] & paulo poſt: Docere eſt hoc, an occidere? leuare de terra, an pcipitare de cælo? id mulierculæ tribuere, quod Angeli non audeant vſupare? Si autem pietas, veritas, atq. iuſtitia non inueniuntur in terris niſi in vna muliere; vbi erunt iuſti tui, quos abſq. peccato in terris eſſe iactabas?] B

Pelagij hereſis hoc anno penitus patefacta.

Quod igitur hoc anno Pelagius, qui hactenus per Cæleſtium, Sceleſtum dicendum potius, hæreſim (vt vidimus) aggreſſus fuerat promulgare; iā quid ſentiret, vulgata ea ad Demetriadem epiſtola, penitus innotuerit: inde accidit, vt ſub anni huius Lucio Conſule idem qui ſupra S. Proſper in Chronico tradat, Pelagij hæreſim hoc anno innotuiſſe, quam tamen in Cæleſtio ſcimus Carthagine fuiſſe damnatam. Reliqua autem de Pelagio dicemus anno ſequenti, & alijs, vt ratio temporis exiget.

XXVII.

b Ammian. libr. 28.
c Idem lib 18.
d Idem lib. 28.
e Oroſ. lib. 7. c. 32.
f Socr. li. 7. c. vlt.

Hoc eodem anno Burgundiones partem Galliæ Rheno proximam obtinuiſſe, idem Proſper teſtatur in Chronico, necnon Caſſiodorus. Hos olim a Valentiniano Imperatore ſolicitatos aduerſus Scotos inuadentes Romanum Imperium anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimo, ſub Conſulatu Valentiani atque Valentis tertium, auctor eſt Ammianus [b]; qui ait, Burgundios [c] fuiſſe populos in Germania confines Alemannis, eoſdemq. inter ſe mutuo pro finibus certare conſueuiſſe, [d] gloriariq. ſolitos ſe ſobolem Romanam, quemadmodum Bataui & Edui ſe Romanorum fratres dixere quadam oſtentatione barbarica. Quomodo vero ſint dicti Burgūdiones à Burgis, Oroſiū [e] conſule, licet dicta ab eo haud omnibus placeant. De ipſorum vero Burgundionum Chriſtianitatis origine ac tempore Socrates [f] agit, atq. Oroſius; ſed minime inter ſe conſentiunt: etenim qd ad tempus pertinet, alter ſub Honorio, alter ſub eius ſucceſſore Valentiniano Auguſto, eius nominis tertio, refert. ſed præſtat, mea ſententia, audire Oroſium, qui Honorij Imp. res geſtas cum proſequitur, de Burgundionibus iam ad Chriſti fidem conuerſis meminit, vbi hæc ait de ijſdem iam in Gallijs ſedem habentibus: Prouidentia Dei, omnes Burgundiones Chriſtiani modo facti, Catholica fide, noſtris clericis quibus obedirent, receptis, blande, manſuete, innocenterq. viuunt, non quaſi cum ſubiectis Gallis, ſed vere cum fratribus Chriſtianis.] hæc Oroſius. Ex quib. intelligas, C

g Socr. li. 7. c. 30.

h Oroſ. lib. 7. c. vlt. & li. 1. c. 1.

errore lapſum Socratem [g], qui eorum ad Chriſti fidem conuerſionem refert (vt diximus) ad tempora Valentiniani Tertij Imperatoris, qui ſucceſſit Honorio: nam iſta ſcripſit Oroſius (vt ipſe teſtatur [h]) viuente adhuc Honorio, ante octo annos quam Valetinianus imperaret, anno Domini quadringenteſimo decimoſeptimo: quod ex eo perſpicue colligitur, dum ibi in fine operis numerat ab origine mundi quinquies mille ſexcentos decem & octo annos, & Chriſtum natum tradit anno quinquemilleſimo centeſimo nonageſimonono. D

XXVIII.

i Socr. li. 7. c. 30.

De conuerſione Burgondionum.

Quomodo vero contigerit Burgundionum ad Chriſtianam religionem conuerſio, ab ipſo Socrate ita deſcribitur [i]: Rem plane memorabilem, eodem ferme tempore geſtam, hoc loco commemorabo. Eſt gens quædam barbara, locum trans Rhenum fluuium incolens, quos vulgo Burgundiones vocant. Iſti vitam a Republica gerenda remotam perpetuo degunt, ſunt autem fabri lignarij omnes, & ex ea arte mercedem, qua ſuſtentant vitam, acquirunt. Hunnorum gens crebro in eorum fines inuaſionem faciens, agros depopulata eſt, & complures illorum non raro trucidauit. Itaq. illi non ad hominem vllum auxilij petendi cauſa confugiunt; ſed Dei alicuius poteſtati ſe totos permittere, in animos inducunt. Ac cum mente complecterentur, Romanorum Deum illis q eum metuunt & reuerentur, firmum afferre præſidium: omnes communi conſenſu ad credendum in Chriſtum ſe contulerunt: atque ad ciuitatem quamdam Galliæ profecti, poſtulant ab Epiſcopo, vt Chriſtianorum baptiſmo donentur. Is cum illis ſeptem dies præſcripſiſſet ad ieiunādū, eoſque in fide erudiiſſet, octauo die lauacro baptiſmatis tinxit, & cum pace dimiſit. Illi vero animo fidenti contra tyrannos gradiuntur: nec ſpes eos ſefellit. Quippe Vptaro Hūnorum Rege nocte, cū ſe cibo nimio ingurgitaſſet, medio diſrupto, Burgundiones Hunnos duce carentes adorti, pauci cū permultis (tria enim millia contra decem impetum faciunt) commiſſo prœlio, victoriam conſequuntur. Ex illo tempore gens ea Chriſtianam religionem ardenti ſtudio excoluit.] hactenus Socrates. E

k Ammian. lib. 28.

Ceterum bellicoſiſſimos fuiſſe Burgundiones, & multitudine ac viribus præſtaſſe, tradit Ammianus [k]. Quod vero ad tempus huiuſmodi ipſorum conuerſionis ad fidem ſpectat: ante Anaſtaſium Papam dicenda eſſet contigiſſe Burgundionum Chriſtianitatem, ſi in omnibus legitima demonſtrari poſſet quæ extāt eius nomine epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ & Burgundiæ.

XXIX.

l l. 7. ne ſanct. baptiſm. iter. Cod. Theod. & Cod. Iuſtin. eod. tit.
m l. 6. ne ſanct. baptiſ. iter. Cod. Theod.

Hoc eodem anno in Oriente Theodoſius Imp. Eunomianos ſæpe damnatos, nouo reſcripto [l] exagitauit, ſimulq. Anabaptiſtas vltimo ſupplicio afficiendos. Idemq. aduerſus Nouatianos illos, qui ab alijs Nouatianis diuiſi ſchiſmate, Paſcha alio modo quam Nouatiani reliqui, cum Eccleſia Catholica celebrandum ſuſcepiſſent, ob idq. Protopaſchitarum ſibi nomē impoſuerant, pſcriptione & deportatione dānauit [m]. Porro horum Nouatianorum inter ſe his temporibus conflictātium

ſchimatis

A ſchiſmatis Socrates [a] meminit, noſq. ſuo loco ſuperius diximus, nimirum quod ij Paſcha alio modo celebrādum dicebant, nempe in azymis: quorum auctor Sabbatius erat, a quo Sabbatiani ijdē ſunt appellati. Accidit namque, ut hoc tempore (ſicuti vidimus) Nouatiani ipſi a Cyrillo Alexandrino Epiſcopo, & ab Innocentio Romano Pontifice exagitarentur, pellerenturq. ex eccleſijs, quas in hanc vſque diem tolerati in pace poſſederāt. Sed & diuino quoque iudicio ijdem oſtenſi ſunt eſſe repulſi, miraculo nempe illo, quod a S. Paulino deſcribitur in carmine ad Cytherium, vbi agit de Martiniano naufrago, vecto naue Nouatiani hominis, cum ipſa nauis abſque aliqua maris tempeſtate ſoluta compagibus, ebibens vndam digluditur a mari, Nouatianis omnibus atque ceteris infidelibus, qui in ea erant, pereuntibus, Catholicis fidelibus tantummodo liberatis, & qui illis inhęſerūt credentes: ita vt magno prodigio caſus ipſe omnes diſcreuerit, qui pij, quive impij eſſent. de his enim S. Paulinus hæc inter alia cecinit [b]:

a Socrat. libr. 7. cap. 9.

Nouatiani eiecti terra marique.

b Paulin. ad Cyther. epiſt. 42.

Et ecce varijs diuiduntur caſibus
Ad mortem, & ad vitam dati.
Quod ne putaretur forte permixtim bonis
B *Simul tributum, vel malis:*
Conſtat periiſſe Chriſtianum neminem,
Et interiiſſe perfidos.
Namque aut malignus corde Iudæus perit,
Reus aut ſuperbi ſchiſmatis.
Quemcumque Chriſti recta ſignauit fides,
Hunc vita cognouit ſuum.] &c. At de Nouatianis hactenus.

IESV CHRISTI ANNVS 414. INNOCENTII PAP. ANNVS 13. HONORII 20. THEODOSII 7. IMPP.

I.

QVadringenteſimus decimusquartus Chriſti annus, Cōſtantij, & Conſtantis patris & filij, C Cōſulatu adſcribitur Faſtis: ob res enim in bello aduerſus tyrannos & barbaros feliciter geſtas ijdem Conſulatum promeruere, necnon adſciti ab Honorio in collegas Imperij: ſed hæc poſtea. Conſtantij vero virtus hoc anno in expellendis e Gallia Gothis enituit. Hoc enim anno, qui quartus a capta ab ijſdem Gothis Vrbe numeratur (inquit Oroſius [c]) Cōſtātius Comes apud Arelatū Galliæ vrbem conſiſtens, magna rerū gerendarū induſtria Gothos Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniam coegit, interdicto præcipue atque intercluſo omni commeatu nauium, & peregrinorum vſu commerciorum.] hæc Oroſius, male tamen numerans ab Vrbe condita annos mille cētum ſexagintaocto, cum numerandus eſſet ſexageſimusſextus: ſicuti perperam agit numerans ſexageſimūquartum poſt milleſimum centeſimum, cum ab Alarico capta eſt Vrbs, cum ſexageſimusſecundus ſit numerandus ab ipſo, qui Chriſtum natum habet anno ab Vrbe ſeptingenteſimo quinquageſimoſecundo. Subdit autem idem Oroſius hæc de Gothorum ipſorū Rege Athaulpho: Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ ſtudioſiſſime inſiſteret, apud Barcinonem Hiſpaniæ vrbem dolo ſuorum (vt fertur) occiſus eſt.] ſed id anno ſequenti accidiſſe, Proſper affirmat. cuius corpus Barcinone ſepultum eiuſmodi fuit epitaphio honeſtatum [d]:

Gothi pelluntur e Gallijs.

c Oroſ. lib. 6. c. 43.

d Apud Ambroſ. Moral. libr. 11. Chronic. Hiſpa.

D BELLIPOTENS VALIDA NATVS DE GENTE GOTHORVM
HIC CVM SEX NATIS REX ATAVLPHE IACES.
AVSVS ES HISPANAS PRIMVS DESCENDERE IN ORAS:
QVEM COMITABANTVR MILLIA MVLTA VIRVM.
GENS TVA TVNC NATOS ET TE INVIDIOSA PEREMIT:
QVEM POST AMPLEXA EST BARCINO MAGNA GEMENS.

quibus habes, non ipſum tantum Regem Ataulphum, ſed & ſex eius filios tum a Gothis peremptos eſſe. Quod autem Romani in Gothos, quos pacis ſtudioſos & auxiliarios habere cœperant, copias mouerint, illa præceſſiſſe cauſa videtur, quod Attalus ille tyrannus, qui ab ijſdem Gothis Imperiū deponere coactus eſt, hoc anno (vt idem Proſper ait) eorumdem Gothorum conſilio tyrannidem reſumit in Gallijs: ſed anno ſequenti relictus a Gothis, captus Conſtantio viuus traditus eſt.

II.

Vt vero Gothi hoc anno expugnarentur atque fugarentur e Gallijs, tyrannusq. Attalus rediuiuus opprimeretur, Honorius Imp. præſtitit: dum enim pro religione certans in Africa expugnat hæreticos, Romanus exercitus in Gallijs ſuperat barbaros: vt plane viſi ſint beneficijs mutuo certaſſe E Deus optimus maximus, & Honorius Imperator, iſte hæreticos exagitando, ille barbaros atque tyrannos debellando. Sed reddamus hic datum ab eodem Honorio aduerſus Donatiſtas hoc anno reſcriptum [e]. cuius quidem ſanciendi, atque accelerandi, recentem præbuere cauſam ijdem diutiſſime tolerati impij Donatiſtæ, quorum arte (vt vidimus) ſanctiſſimus vir Marcellinus a Duce Romani exercitus anno ſuperiori fuit occiſus. Porro cum putarent vna cum eis morte periiſſe pariter Acta aduerſus eos in publica Collatione confecta: ea perpetuo in ſuo robore conſeruanda, idem Imp. hoc anno dato ob eam cauſam reſcripto ſanciuit [e]: recitauimus illud opportuniori occaſione ſuperius. Quod vero hoc eodem anno aduerſus eoſdem reſcripſit, ita ſe habet [f]:

Honorius exagitat Donatiſtas.

e l. 55. de hæret. Cod. Theod.

f l. 54. de hæret. Cod. Theod.

III.

Donatiſtas atque hæreticos, quos patientia clementiæ noſtræ nunc vſque ſeruauit, competenti conſtituimus auctoritate percelli, quatenus euidenti præceptione ſe agnoſcāt & inteſtabiles, & nullam poteſtatem alicuius *heredicatem* ineundi habere, ſed perpetua inuſtos infamia a cœtibus honeſtis & a conuentu publico ſegregandos. Ea vero loca, in quibus dira ſuperſtitio nunc vſque ſeruata eſt, Catho-

Epiſcopi & alij Eccleſiæ miniſtri Donatiſtæ quibus pœnis mulctandi.

Google

eſt, Catholicæ venerabili Eccleſiæ ſocientur: ita vt Epiſcopi, presbyteri, omneſq. Antiſtites eorũ A & miniſtri ſpoliati omnibus facultatibus, ad ſingulas quaſque inſulas atq. prouincias exulãdi gratia dirigantur. Quiſquis autem hos fugientes propoſitam vltionem, occultandi cauſa, ſuſceperit; ſciat & patrimonium ſuum Fiſci noſtri compendijs adgregandum, & ſe pœnam, quæ his propoſita eſt, ſubiturum.] hæc aduerſus Antiſtites eorum, reliquoſq. miniſtros: aduerſus vero reliquas perſonas iſta decreuit:

IV. *Laici Donatiſtæ quibus pœnis mulctandi.*

Damna quoque patrimonij, pœnaſq. pecuniarias euidenter imponimus viris, mulieribus, perſonis ſingulis, & dignitatibus pro qualitate ſui quæ debeant irrogari. Igitur Proconſulari, aut Vicariano, vel Comitiuæ primi ordinis quiſquis fuerit honore ſuccinctus, niſi ad obſeruantiam Catholicam mentem propoſitamq. conuerterit, ducentas argenti libras cogetur exoluere Fiſci noſtri vtilitatibus adgregandas. At ne id ſolum putetur ad reſecandam intentionem poſſe ſufficere: quotieſcumque ad communionem talem acceſſiſſe fuerit confutatus *, toties mulcta exigatur. Et ſi quinquies eumdem conſtiterit nec damnis ab errore reuocari: tunc ad noſtram clementiam referatur, vt de ſolida eius ſubſtantia ac de ſtatu acerbius iudicemus, &c.] addit de pœna pecuniaria ceteris inferioris ordinis pro cõditione euiuſque infligenda, deq. ſeruis & colonis verberibus coercendis. B Dataq. ponitur Rauennæ X. Kalend. Iulij, Conſtantio & Conſtante Conſſ. Miſit huius legis executorem in Africam Honorius Imperator Dulcitium Tribunum & Notarium (vt teſtatur Auguſtinus [a]) de quo paulo poſt dicturi ſumus.

* computatus

a Auguſtin. Retract. lib. 2. c. 59.

V. *Synodus Donatiſtarum.*

Cum autem huiuſmodi Honorij Imperatoris reſcriptum in Africa promulgatum fuiſſet: Donatiſtæ Epiſcopi, quid agendum ſibi eſſet mutuo conſulturi, quam celerrime conuentum congregant vicinorum Epiſcoporum. Conuenerunt ad hanc ipſorum Synodum pluſquam triginta Donatiſtarum Epiſcopi. Vbi apud eos tractata cauſa, nullum aliud apparet ipſos firmaſſe decretum, quã de non deſerendis eccleſijs, nec patiendo in inſulas externas ve regiones exules deportari: ſed cum vis Præfectorum ingrueret (o portentum!) anteuertere debere eorum conatus voluntaria morte ſic ratos, fore, vt vel ſi manus ſibi violentas inferre contingeret, a ſuis colerentur vt martyres; vel Iudicum commiſeratione, talia ab eis fieri exhorrentium, ſinerentur in ſuis ipſorum eccleſijs permanere. iſta ſunt quæ callidiſſimi illi in ipſorum Concilio ſtatuere. Hæc autem omnia ex Auguſtino perſpicua fiunt, quem contigit eiuſdem legis ſæpius meminiſſe. nam quod ad eam pertinet partem reſcripti, qua Imperator eadem proſequitur pœna qui eos occultarent, hæc ipſe C contra Gennadium [b]: Cum vos hoc tempore talem perſecutionem perpeti dixiſtis, qualis numquam fuit; id eſt vt loca deſint, quo confugere atque vbi latere poſſitis.] hæc de vetita eorum occultatione.

b Auguſtin. contra Gaudent. lib. 2. cap. 37.

VI. *Donatiſtæ ſe ipſos necant.*

De Concilio autem ab eis celebrato ſubdit mox iſta: Tamen Concilia faciatis; ordinetis Epiſcopos, etiam in eorum locum qui ſuis ignibus perierũt, iterum tales qui ſuis ignibus perire parati ſunt. In Concilium autem, tantæ (vt putatis & iactatis) perſecutionis tempore, amplius etiam q̃ triginta conuenire potuiſtis, vbi & Petilianus fuit, qui perſecutionis tempore nec duodecim conuenire potuiſſe clamabat.] De vno autem Donatiſtarum Epiſcopo, Donato nomine, ſeſe, ne duceretur in exilium, occidere ſæpe tentante, meminit idem Auguſtinus in epiſtola ad ipſum data, vt ab huiuſmodi furore impium reuocaret. nam ait [c]: Si poſſes videre dolorem cordis mei, & ſolicitudinẽ pro ſalute tua; fortaſſis miſereretis animæ, placens Deo in audiendo verbo.] & paulo poſt: Quid enim volumus, niſi te comprehendi, & præſentari, & ſeruari, ne pereas? Quod autem in corpore læſus es: ipſe tibi feciſti, qui iumento tibi mox admoto vti noluiſti, & te in terram grauiter colliſiſti.] & poſt multa: Modo quod te in puteum, vt morereris, miſiſti, vtique libera volũtate feciſti. D Sed quam crudeles eſſent ſerui Dei, ſi huic malæ tuæ volũtati te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquã miſiſti, vt morereris: illi te nolentẽ de aqua leuauerunt, ne morereris, &c.] contigiſſe quidem hæc his temporibus, ipſe Auguſtinus eadem epiſtola haud obſcure ſignificat, dum hæc poſt Collationem illam magnam eueniſſe declarat, & poſt editas leges aduerſus ipſos, quibus ij teneri, & ad exilium duci iuberentur. Fuiſſe alios ex ipſis Epiſcopos qui ſe ignibus tradidere, quæ ex eodem Auguſtino aduerſus Petilianum ſunt dicta, declarãt, cum ait, ſuffectos ab eis alios Epiſcopos in locum eorum qui ſe in ignem conijcientes periere.

c Aug. epiſt. 104.

Inſania Donati Epiſcopi Donatiſtæ.

VII. Cum autem frequentia eſſent eiuſmodi infauſta Donatiſtarum funera; hæc omnia in inuidiã Catholicorum redundabant, perinde ac ſi ipſi eos in mortem adigerẽt. aduerſus vero hæc ſic ipſe item Auguſtinus contra Gaudentium [d]: Mitiora (inquit) in vos conſtituit Imperator propter mãſuetudinem Chriſtianam: exilium vobis voluit inferre, non mortem. Sed vos homines docti, conſiderantes quid debeatur merito, & quid minus ſit in ſupplicio, non de iudicio illius, ſed de veſtro additis mortem. Rurſum vero de iiſdem hæc ad Bonifacium Comitem [e]: Qui autẽ (inquit) neſciũt E conſuetudinem illorum, putant eos modo ſe ipſos occidere, quando ab eorum inſaniſſima dominatione per occaſionem legum iſtarum, quæ pro vnitate ſunt conſtitutæ, tanti populi liberantur. Qui autem ſciunt & ante ipſas leges quid facere ſoleant, non eorum mirantur mortes, ſed recordãtur mores, &c.] Quod vero ſpectat ad pecuniariam pœnam ex eodem reſcripto laicis inflictam: ſic illa exigebatur, vt tamen eiſdem reddenda ſeruaretur, redderetur que, ſi ad Catholicam Eccleſiã redire vellent. hinc idem Auguſtinus hæc ait aduerſus Gaudentium [f]: Verum de his pecuniarijs laboribus facilior cauſa eſt. Ecce quotidie, ſi quis ad nos tranſitum facit, cum etiam illi quorum erant, ad pacem Catholicam tranſeunt, reddimus pecuniam, veſtem, fructus, vaſa, tuta, tecta veſtrorum.] hæc Auguſtinus.

d Auguſt. contra Gaud. lib. 1. c. 19.

Manſuetudo Chriſtianorum cum hereticis.

e Aug. epiſt. 50.

f Auguſt. contra Gaud. lib. 1. c. 38.

VIII. Quid autem eodem tempore tranſactum ſit inter Gaudentium Donatiſtarum Epiſcopum & Dulcitium Tribunum & Notarium miſſum in Africam ab Imperatore Executorem eiuſdem aduerſus Donatiſtas reſcripti, S. Auguſtinus declarat his verbis [g]: Per idem tempus Dulcitius Tribunus &

g Aug. Retract. lib. 2. c. 59.

Digitized by Google

Gaudentius Donatiſta paratus ſe cum ſuis incendere.

A bunus & Notarius hic erat in Africa Executor Imperialium iuſſionum contra Donatiſtas data-
rum. Qui cum dediſſet litteras ad Gaudentium Thamugadenſem Donatiſtarum Epiſcopum, vnũ
illorum ſeptem, quos in noſtra Collatione auctores ſuæ defenſionis elegerant, exhortans eum ad
vnitatem Catholicam, & diſſuadens incendium, quo ſe ac ſuos cum ipſa in qua erat eccleſia, conſu-
mere minabatur: addens etiam, ſi ſe iuſtos putarent, fugerent potius ſecundum præceptum Domi
ni Chriſti, quam nefandis ſe ignibus concremarent. Ille reſcripſit epiſtolas duas; vnam breuem, fe
ſtinante (vt aſſeruit) perlatore; aliam prolixam, quaſi plenius diligentiuſq. reſpondeos: has mihi ſu
pra memoratus Tribunus exiſtimauit mittendas, vt eas potius ipſe refellerem; quas ambas vno
libro re largui.] Extãt ipſæ ambæ epiſtolæ ab eodem Auguſtino eidem ſuo aduerſario libro intex
tæ. Si legeris, miraberis inſanire hominem de mente concepta inani martyrij gloria ex nece volun
taria comparati. Addidit autem Auguſtinus etiam ſecundum librum aduerſus eiuſdem Gaudẽtij
reſponſionem.

IX. Dulcitius conſulit Auguſtinum.

Auceps vero Dulcitius cui executio dati in Donatiſtas reſcripti mandata fuerat, territus vo-
luntarijs mortibus Donatiſtarum; quid ſibi agendum eſſet, litteris conſuluit Auguſtinum eodem
B tempore, quo aduerſus Gaudentium vt ſcriberet, eum rogaſſet. Quid autem ad ipſum hæc rogan
tem reſponderit, epiſtola ad eumdem Dulcitium ſcripta, ſuo ipſius exordio, declarat hic verbis [a]:

a Aug. epiſt. 61.

Quid ad Dulcitium Auguſtinus.

Non debui contemnere petitionem tuam, qua deſideraſti a me inſtitui, quemadmodum te opor-
tet hæreticis reſpondere, quorum ſalus in Domini miſericordia inſtantia quoque tuæ ſtrenuitatis
inquiritur. Quamuis enim ingentes eorum multitudines (vnde plurimum gratulamur) quid ſibi
beneficij conferatur, intelligant; quidam tamen eorum & Deo & hominibus miſerabili inſtinctu
furoris ingrati, niſi ſuis cædibus nos vaſtare non poſſunt, ſuo nos exitio terrere ſe credunt; aut læti
tiam ſuam quærentes de mortibus noſtris, aut triſtitiam noſtram de mortibus ſuis. Sed non debet
tot tantorumq. populorum ſalutem furioſus error hominum impedire paucorum. Quid eis veli-
mus, non ſolum Deus & prudentes homines, verum etiam ipſi, cum ſint nobis inimiciſſimi, ſen-
tiunt: cum enim ſua pernicie terrendos putant, non dubitant nos timere ne pereant. Sed quid fa-
ciamus, videntes quod multi, adiuuante Domino, per occaſionem veſtram, viam pacis inueniãt?
Numquid prohibere nos poſſumus, vel debemus ab hac vnitatis inſtantia; dum metuimus ne qui
dam duriſſimi & in ſe ipſos crudeliſſimi, non noſtra, ſed propria voluntate ſe perdant?] & paulo
C poſt: Proculdubio melius incomparabili numeroſitate plurimis ab illa peſtifera diuiſione & di-
ſperſione redintegratis atque collectis quidam ſuis ignibus pereant, quam pariter vniuerſi ſempi
ternis ignibus gehennarum merito ſacrilegæ diſſenſionis ardebunt, &c.] hæc Auguſtinus, qui eum
dem admonet, leuiterq. obiurgat, quod ad Gaudentium Donatiſtam ſcribens, honorificis verbis
nimis egiſſet cum hæretico. Sed quid poſt hæc? Equidem apparet mitius cum eis eſſe tranſactum,
quod non omnes Donatiſtarum Epiſcopi ſolum vertere iuſſi ſunt: plures enim eorum in Africa re
manſiſſe, quæ inferius dicenda erunt, demonſtrabunt. At de his modo ſatis. Sane quidem quod ad
Dulcitium pertinet; virum ipſum fuiſſe diſertũ, intelligere potes ex libro ad eum ſcripto de octo
quæſtionibus, vbi idem Auguſtinus meminit ſe ante ea tempora ſcripſiſſe Enchiridion ad Lau-
rentium.

X. Hæreſes illatæ in Hiſpanias a duobus Auitis

Hoc eodem anno contigit Pauli Oroſij legatio ex Eutropio & Paulo in Hiſpania Epiſcopis
ad S. Auguſtinum in Africam. Huius autem decernendæ legationis in cauſa fuere hæreſes, quæ
tunc temporis dire Hiſpanias infeſtabãt. nam præter Priſcillianiſtarum errores, quos ſingulos idẽ
Oroſius in libello conſultationis Auguſtino oblato enumerat; nouas addit hæreſes nuper inuẽtas,
D ex Origene & Victorino prognatas, allatas vero in Hiſpanias a duobus Auitis Hieroſolymis atq.
Roma profectis. Extat ipſe Oroſij conſultationis libellus ad S. Auguſtinum, in quo poſt recenſi-
tos dictos Priſcillianiſtarum errores Hiſpaniæ Eccleſias labefactantes, hæc ſubdit [b]: Tunc duo

b Apud Auguſt. ante eius librum aduerſ. Priſcillia.

ciues mei, Auitus, & alius Auitus, cum iam tam turpem confuſionem & per ſe ipſam veritas ſola
nudaret, peregrina petierunt: nam vnus Hieroſolymam, alius Romam profectus eſt. Reuerſi, vnus
retulit Origenem, alius Victorinum: ex his duobus alter alteri ceſſit; Priſcillianum tamen ambo
damnarunt. Victorinum parum nouimus, quia adhuc pene ante editiones ſuas Victorini ſectator
ceſſit Origeni. Cœperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi, quæ ex modica occaſione ve
ritas ipſa præcederet. Didicimus enim de Trinitate doctrinam ſatis ſanam; omnia quæ facta eſsẽt,
a Deo facta eſſe, & omnia bona valde, & facta de nihilo: tunc deinde Scripturarum ſolutiones ſa-
tis ſobrias. Omnia hæc ſtatim a ſapientibus fideli priſtinorum expurgatione ſuſcepta ſunt. Re-
manſit ſola offenſa de Nihilo. Credere enim perſuaſum erat, eſſe animam; non tamen perſuaderi
poterat, factam eſſe de nihilo: argumentantes, quia voluntas de nihilo eſſe non poſſit. Hoc pene
vſque ad nunc manet. Iſti vero Auiti duo, & cum his S. Baſilius Græcus, qui hæc, beatiſſime, do-
E cebant, quædam ex libris ipſius Origenis non recta, vt nunc perintelligunt, tradiderunt, &c.] recẽ
ſet enim Origenis errores ex eius Periarchon redditos, & alios ſuperadditos: nimirum antequã
Verbum carnem aſſumeret, omnium ordinum Angelorum ſumpſiſſe formam, cum in cælo ſingu
lis prædicaret.

XI.

Quiſnam nominatus ſuperius Victorinus fuerit, quiſve Græcus iſte Baſilius, qui in Hiſpaniã
veniens, Origenis hæreſes cum Auitis ambobus docere cœpit, nobis hactenus incompertum eſt.
De altero autem Auitorum ex S. Hieronymi litteris illud innoteſcit [c]: ipſum expetijſſe a S. Hiero

c Hier. epiſt. 59.

Auitus promulgator Hæreſis Origenis.

nymo, vt Origenis Periarchon ab ipſo pure tranſlatum ad ſe mitteret: quod per libenter Hierony
mus feciſſe demonſtrat in epiſtola ad eum ſcripta, qua etiam illud addidit, vt moneret eum, quos
cauere deberet Origenis errores. & in fine eiuſmodi cõteſtationem adiecit: Quiſquis igitur hos vo
luerit legere libros (*nempe Origenis Periarchon*) & calceatis pedibus ad terram repromiſſionis per
gere, necubi a ſerpentibus mordeatur, & arcuato ſcorpij vulnere verberetur, legat prius hunc li-
brum (*nempe ipſam epiſtolam ad Auitum datam, qua erroribus Origenis præfixit antidotum*) & antequã
ingrediatur

ingrediatur viam,quæ ſibi cauenda ſint,nouerit.]hæc S.Hieronymus. Quonam autem tempore A
iſta ad Auitum ſcripſerit,colligi poteſt ex eiuſdem epiſtolæ exordio,cum ait: Ante annos circiter
decem ſanctus vir Pammachius ad me cuiuſdam ſchedulas miſit,quæ Origenis Periarchon inter
pretata volumina continerent,&c.] Cum igitur decennium interlapſum dicat ab eo tempore,quo
Pammachius ab ipſo Hieronymo petijt ſincera reddi fide Latinę linguę,quæ Græce in Periarchō
ſcripſerat Origenes(quod factum eſſe ſuperius diximus anno Domini trecenteſimo nonageſimo
nono)affirmare opus eſt,dictam ad Auitum epiſtolam datam eſſe ante quinquennium,nimirum
a Chriſto nato quadringenteſimonono. Intelligis ex his,lector,quanto periculo libri legantur hę
reſes continentes;cum non ſatis ſit ad cauendum venenum,antidotum prægustaſſe. Etenim Auitus quamuis vna cum Origenis Periarchon accepiſſet ex Hieronymi epiſtola ſecurum remedium
tamen euomuit pharmacum,& potatum venenum viſceribus incluſum retinuit ad ſui certum miſer interitum.

XII. *Auguſtinus contra Priſcilliani & Origenis Hæreſes pugnat.*

Quod autem ad S Auguſtinum pertinet:non defuit officio,ſed accepto ab Oroſio conſultationis libello,breuiſſime quidē,at plane diſertiſſime aduerſus Priſcialliani atque Origenis errores
magna fiducia diſputauit,edito commentario ad eumdem Oroſium(vt inſcriptio præſefert) ad- B
uerſus Priſcillianiſtas & Origeniſtas. Extat eodem quoque argumento,nempe contra Priſcillianam hæreſim,eiuſdem Auguſtini epiſtola ad Ceretium [a]. Meminit & ipſe ſanctus Auguſtinus dictæ nuper lucubrationis aduerſus Priſcillianiſtas;deq. ipſo Oroſio ad Euodium ſcribens Epiſcopū
Vzalenſem,qui hoc tempore in Africa claruit,hæc habet [b]: Occaſionem quippe cuiuſdam ſanctiſ
ſimi & ſtudioſiſſimi iuuenis presbyteri Oroſij,qui ad nos ab vltima Hiſpania,id eſt ab Oceani lit
tore,ſolo ſanctarum Scripturarum ardore inflammatus aduenit,amittere nolui:cui vt ad illū quoque pergeret(*nempe Hieroſolymam ad S.Hieronymum*)perſuaſi.Huic etiam ipſi Oroſio ad quædam
interrogata,quæ illum de Priſcillianiſtarum hæreſi & Origenis quibuſdam opinionibus, quas
non recipit Eccleſia,permouebant, vno libro non grandi, quanta potui breuitate & perſpicuitate,reſpondi,&c.]addit de libris a ſe tunc ſcriptis aduerſus Pelagianos,& alijs lucubrationibus antea editis.

a Aug.epi. 253.
b Aug.epi. 102.

XIII.

Quod vero ad Priſcillianiſtas ſpectat:illud non omittendum,S.Auguſtinum repreſſiſſe Catholicos illos homines,qui ad inquirendos Priſcillianiſtas mendaciorum atque periuriorum inuolucris delitescentes,dicebant artem contraria arte deludendam eſſe; atque ob eam cauſam,ne ma C
gno fidei detrimento ijdem Priſcillianiſtæ occulti manerent, licere mendacijs mēdacia prodere,
nempe mentiri ſe quoque eſſe Priſcillianiſtas;vt qui vere eſſent Priſcillianiſtæ,detegerent,ſicq. ab
huiuſmodi prauis fruticibus expurgare poſſent Eccleſiam. Hæc vero cum S.Auguſtinus accepiſſet,execratus eſt facinus,quòd Chriſtiano homini nec in leuibus mentiri liceat:quamobrem aduerſus ea aſſerentes ad Conſentium librum ſcripſit contra mendacium [c].

c Aug. Retract. lib.2.c.60.

XIV. *Oroſii Hiſtoria.*

Permanſit autem hoc anno Oroſius apud S.Auguſtinum cupiditate diſcendi, ſequenti vero
(vt ſuo loco dicemus)nauigauit Hieroſolymam. Porro eidem Oroſio ipſe S.Auguſtinus iniunxit
opus,vt hiſtoriam ſcriberet aduerſus Paganos;quod ille officioſiſſime præſtitit,vt eiuſdem Oroſij
præfatio libris affixa docet. de quo iſta Gennadius [d]: Hic eſt Oroſius,qui ab Auguſtino pro diſcenda animæ ratione ad Hieronymum miſſus,rediens reliquias B.Stephani primi martyris tūc
nuper inuentas primus intulit Occidenti. Claruit extremo pene Honorij Imp.tempore.]Quando
autem Oroſius abſoluerit opus,quod,rogante S.Auguſtino,elaborandum ſuſcepit,ipſe his verbis
in fine declarat,vbi ait [e]: Explicui,adiuuante Chriſto,ſecundum tuum præceptum,beatiſſime pater
Auguſtine,ab initio mundi vſque in præſentem diem, hoc eſt, per annos quinque mille ſexcentos D
decem,& octo,&c.]hic eſt annus Domini ſecundum initam ab eo numeri rationem quadringenteſimus decimuſſeptimus.

d Gennad. de Vir.illuſtr.c. 39.
e Oroſi.lib. 7.c. vltim.

XV. *Quæſtionem de animarum origine Hieronymo ſoluendam mittit Auguſtinus.*

Habebat præ manibus hoc tempore S.Auguſtinus(vt ipſe in dicta ad Euodium [f] epiſtola tradit)libros de Ciuitate Dei,& ex eis quinque abſoluerat,necnon de Trinitate commentarios,longo tempore(vt ait)elaboratos:ſed & ſe abſoluiſſe ait Expoſitiones in tres pſalmos, ſexageſimum
ſeptimū, ſeptuageſimumprimum, & ſeptuageſimūſeptimum. Inſuper in fine eiuſdem epiſtolæ ad
Euodium habet,ſe mittere Oroſium ad S.Hieronymum, rogaturum de origine animarum quæ
ipſius ea de re eſſet firma ſentētia. occaſione enim quæſtionum, quæ per eius libellum ad Auguſtinum de hæreſibus Priſcilliani & erroribus Origenis refricatæ ſunt;cum quid de eo ſentiret, vt in
re magni momenti,ipſe Auguſtinus ſuam ſententiam ſuſpendiſſet(quod profitetur in fine libri
ad eumdem Oroſium aduerſus Priſcillianum & Origenem conſcripti) Hieronymo refudit tantæ
quæſtionis ſententiam,quem & Marcellinus antea(vt vidimus)eadem interrogatione pulſauerat.
Vide plane & admirare tanti Patris modeſtiam in non definiendo quæſtionem quæ tanti ponderis videretur,& eius animi demiſſionem atque candorem cum obſeruantia erga S.Hieronymum, E
vt nec vel leuis puluis offenſionis in eius corde reſederit penitus ex præteritis multorum annorum
diſſenſionibus.

f Aug epiſ. 102.

XVI. *Ex erroribus Origenis pullulantes rami.*

Sed quid poſt hæc accidit? illud quidem,vt cum prominens peſſimæ plantæ truncus,ex Origenis Periarchon productus,ſcriptis ſanctorum Patrum & decretis ſacrorum Conciliorum(vt vidimus)ſucciſſus eſſet;pullulauerint tamen ex eo hinc inde virgulta,S.Auguſtini falce poſtea succidēda. Etenim quod ait Oroſius in dicto conſultationis libello,ex Origene de damnatorum ad æternum ignem ſaluatione poſt aliquam purgationem,deq. etiā ipſius diaboli reſtitutione per Auitos
in Hiſpania prędicatis:licet in his quæ ad ſaluationem dæmonum ſpectant,minime aſſenſum fuiſ
ſe [g] apparet quidem,quod quæ de damnatis venia impertienda dicta eſſent,haud reiecta fuere,ſed
accepta a pluribus,ita tamen,vt pro diuerſitate animi cuiuſque ſententiæ,diuerſæ fuerint eorumdem aſſertiones,quas omnes recitauit atque confutauit idem poſtea Auguſtinus, qui poſt primā
reiectam eorum ſententiam,qui crederent damnatos fore omnino ſaluandos,iſta ſubdit [h]: Sūt

g Aug.de Ciui. Dei lib.21.c.17.
h Aug.ibid.c.18.

etiam,

A etiam,quales in collocutionibus noſtris ipſe ſum expertus,qui cum venerari videantur Scripturas
ſanctas,moribus improbandi ſunt;& agendo cauſam ſuam,multo maiorem quam iſti miſericor-
diam Deo tribuunt erga humanum genus. Dicunt enim de malis & infidelibus hominibus diui-
nitus quidem verum prædictum eſſe,quod digni ſunt pœna:ſed cum ad iudicium ventum fuerit,
miſericordiam eſſe ſuperaturam. Donabit enim eos (inquiunt) miſericors Deus precibus & inter
ceſſionibus ſanctorum ſuorum]cum in die Iudicij pro illis rogaturi ſunt Deum. & poſt multa re
cenſita quæ illi dicerent, vt hæc probarent,ſubdit [a] alia ab alijs iactari ſolita,his verbis;
Item ſunt alij, ab æterno ſupplicio liberationem nec ipſis ſaltem omnibus hominibus promit — a Aug.ibid c.19.
tentes,ſed tantummodo Chriſti baptiſmate ablutis,qui participes fiunt corporis eius, quomodoli — XVII. *De ſaluatione*
bet vixerint,in quacumque hæreſi vel impietate fuerint;propter illud quod ait Ieſus [b]: Hic eſt — *damnatorum*
panis qui de cælo deſcendit,vt ſi quis ex ipſo manducauerit,non moriatur, &c.]addit ad hæc & de — *errores.*
alia horum claſſe: Item ſunt qui hoc nec omnibus habentibus baptiſmatis Chriſti & eius corporis — b Ioann.6.
ſacramentum,ſed ſolis Catholicis,quamuis male viuentibus,pollicentur:quia non ſolo ſacramen
to, ſed re ipſa manducauerunt corpus Chriſti,in ipſo corpore conſtituti.]rurſus & de alijs addit [c]: — c Aug de Ciuit.
B Sunt autem qui propter id quod ſcriptum eſt [d]: Qui perſeuerauit vſque ad finem,hic ſaluus erit: — Dei lib.21.c.21.
nonniſi in Eccleſia Catholica perſeuerantibus,quamuis in ea male viuentibus,hoc promittunt.] — d Matth. 24.
atque demum [e]: Comperi etiam quoſdam putare eos tãtummodo arſuros illius æternitate ſuppli — e Aug.ibidem.
cij,qui pro peccatis ſuis facere dignas eleemoſynas negligunt,iuxta illud Apoſtoli Iacobi [f]: Iudi — f Iacob.2.
cium autem ſine miſericordia illi,qui non fecit miſericordiam. Qui ergo fecerit (inquiunt) quam
uis mores in melius non mutauerit,ſed inter ipſas ſuas eleemoſynas nefarie ac nequiter vixerit,
iudicium illi cum miſericordia futurum eſt,vt aut nulla damnatione plectatur, aut poſt aliquod
tempus, ſiue paruum,ſiue prolixum,ab illa damnatione liberetur.]Hi ſunt qui his temporibus ex
ſciſſo vtero Origenianæ viperæ progreſſi ſunt colubri, quos omnes S. Auguſtinus verbi Dei vir
tute confecit,aduerſus eoſdem accurate diſſerens in libris de Ciuitate Dei [g], quos (vt diximus) — g Aug.de Ciuit. Dei lib.21.c.23.
his diebus ipſe ſcribebat. — 24.25.26.27.

Hoc eodem tempore idem S. Auguſtinus (vt ipſe teſtatur in eadem dicta ſuperius epiſtola ad — XVIII.
Euodium [h]) aduerſus Pelagianos edidit commentarium illum,cuius eſt titulus, De Natura & — h Aug epi. 102.
gratia,ad Timaſium & Iacobum,quos ex Pelagij diſcipulis reddidit Catholicæ Eccleſiæ filios. At — *Timaſius & Iacobus diſci-*
C quomodo hæc ſe habuerint,ex eiſdem Auguſtini ſcriptis dicẽdum erit. Ac primum quid de eo cõ — *puli Pelagij*
mentario in dicta ad Euodium epiſtola dicat, cum de Oroſio & alijs huius anni ſcriptis recenſitis — *redditi Catho*
mentionem habuit; Scripſi (inquit) etiam grandem quemdam librum aduerſus Pelagij hæreſim, — *lici.*
cogentibus nonnullis fratribus,quibus contra gratiam Chriſti opinionem pernicioſiſſimam ille p
ſuaſerat.]ex his namque fuiſſe Timaſium & Iacobum, idem Auguſtinus in epiſtola ad Innocen-
tium [i] Romanum Pontificem tradit,vbi ait: Miſimus reuerentiæ tuæ librum, quem dederunt — i Aug.epiſt. 95.
quidam religioſi & honeſti adoleſcentes,ſerui Dei,quorum etiam nomina non tacemus;nam Ti-
maſius & Iacobus vocantur:qui (ſicut audiuimus,& iã noſſe dignaris) ipſius Pelagij exhortatione
ſpem quam habebant in ſæculo,reliquerunt,& nunc continenter Deo ſeruiunt. Qui cum eodem
errore tandem aliquando per qualemcumque operam noſtram, Domino inſpirante,caruiſſent,p
tulerunt eumdem librum,Pelagij eſſe dicẽtes:& vt ei reſponderetur, impendio rogauerunt. Factũ
eſt. Ad eoſdem reſcripta eſt ipſa reſponſio. Agentes gratias reſcripſerunt. Vtrumque miſimus, &
cui reſponſum eſt, & quod reſponſum eſt.] hæc ad Innocentium. De eodem quoque com-
mentario inter alios libros intellexiſſe putamus Hieronymum ad finem commentarij contra
D Pelagianos, dum de S. Auguſtini ſcriptis aduerſus eoſdem poſt alios nominatim recenſitus, hæc
habet [k]: Alios quoque ſpecialiter tuo nomini (*nempe contra Pelagianos expreſſe*) cudere dici- — k Hiero.contra
tur.] Meminit eiuſdem quoque commentarij idem Auguſtinus in epiſtola ad Ioannem,vbi de — Pelag.lib.3.in fi.
ambotum illorum Pelagij diſcipulorum Timaſij atque Iacobi conuerſione agit: miſitq. vna cum
epiſtola dictum Pelagij librum cum reſponſione & confutatione ad eoſdem. Perlibenter enim
eiuſmodi ſcriptionem ſuam idem S. Auguſtinus euulgandam curauit:nam eam tum Romam,tum
Hieroſolymam miſit:quod ijſdem in locis idẽ Pelagius mentita larua ſe Catholicũ exhibuerat, ef
fugiens eo modo Eccleſiæ,quã vt hæreſiarcha cõiiciebatur,ſniam anathematis. At de his modo ſa
tis:ſequenti autem anno pro tpis ratione de eodem Pelagio prolixior erit proſequenda narratio.

Hoc eodem anno collecta eſt prouincialis Synodus in Macedonia, ex qua pro confirmatione — XIX.
rerum geſtarum miſſa eſt legatio ad Innocentium Papam per Vitalem archidiaconum. Conſtant — *Synodus in*
quidem hæc ex litteris eiuſdem Romani Pontificis ad eos redditis [l], quibus ipſe eos nonnihil — *Macedonia.*
reprehendit,& ab eis haud recte facta reſcidit:in cuius exordio iſta habet: Aduerti,ſedi Apoſtoli- — l Innoc.epi. 17.
cæ,ad quam relatio quaſi ad caput Eccleſiarum miſſa currebat,fieri iniuriam,cuius adhuc in am
E biguum ſententia duceretur. Vnde de quibus iamdudum ſcripſiſſe me memini,nunc iterare for-
mam argumentis euidentibus relationis veſtræ geminata percontatio cõpellit,&c.] Vides ex his,
quãta effulgeret in ſede Apoſtolica cum auctoritate maieſtas,vt loco iniutiæ duceretur,ſi oporte
ret eadem ſemel impertita iterare mandata.

1. Hoc item anno,qui Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ſedis primus numeratur,die vigeſimaocta- — XX.
ua Iulij ab eodem facta eſt tranſlatio partis reliquiarum ſanctorum martyrum,nẽpe S. Marci Euã — *Tranſlatio re-*
geliſtæ,Cyri atque Ioannis,in Canopum,vbi iam ſedes vigebat idololatriæ. Licet enim deſtructũ — *liquiarum.*
fuiſſet quod illic famoſiſſimum erat idoli fanum,& a Theophilo eccleſia ſuperere&ta:dæmones ta
men adhuc ibidem permanſiſſe,infeſtatio ipſorum ſatis ſignificabat. Ceſſauit autem,penituſq. ex
tinctus eſt eorum conatus & vis euanuit,vbi eædem ſunt tranſlatæ reliquiæ;quibus illi victi, ſedes
antiquas prorſus relinquere coacti ſunt. Hæc habentur ſatis aperta ex Actis eorumdem ſanctorũ
martyrum Cyri atque Ioannis,in poſteriore Concilio Nicæno cognitis,& a S. Ioanne Damaſce-
no & alijs comprobatis.

I.
Inuentio reliquiarum S. Stephani Protomartyris.
a Bed. lib. de ſex ætat. Sigebert. & alij.
b Nicet. de martyrio & inuent. S. Stephani.

CHriſti annus quadringenteſimus decimusquintus, duobus Auguſtis, Honorio decimum &
Theodoſio ſextum Cõſulibus, feliciter illuxit Eccleſiæ: quo magnus ille protomartyr Stepha
nus rurſus in miraculis rediuiuus apparuit, faciens ſigna atque prodigia magna in populo, cũ eius
venerandum corpus (quod olim magno planctu humatum fuit) diuinitus facta reuelatione dete-
ctum, inuẽtum, atque tranſlatum eſt. Quod autem in primis ad tempus ſpectat: irrepſiſſe mendum
in Bedã [a], & erraſſe alios eum ſecutos, apparet, dum anno ſeptimo Honorij Imp. id factum, apud
eoſdem legitur: cum extent eiuſdem inuentionis Acta a Luciano presbytero ſcripta, in quibus ex
preſſe ponuntur dies & Conſules, quibus id accidiſſe hoc ipſo anno, apertiſſime declaratur; quod
& Marcellinus in Chronico abſque aliqua dubitatione confirmat. Ex quibus etiam corrigendus
eſt Niceta philoſophus [b], qui eamdem inuentionem refert ad tempora Conſtantini.

c Marcellin. in Chron.
d Niceph. li. 14. cap. 9
e Genad. de Vir. illuſtr. c. 46.
f Gennad. de Vir. illuſtr. c. 47.

His itaque de tempore cognitis; de Luciani epiſtolæ, qua cuncta narrantur, fide agendum eſt. B
Adſtipulantur quidem ipſi ex Græcis idem qui ſupra Marcellinus [c], Nicephorus [d], & alij re-
centiores auctores, Latinorum vero plurimi, ſed qui inſtar omnium eſt, Gennadius [e], eum hæc
ſua ætate facta poſteris certius cognouiſſe, qui ita de ipſo: Lucianus presbyter, vir ſanctus, cui re-
uelauit Deus temporibus Hnnorij & Theodoſij Augg. locum ſepolchri & reliquiarum corporis
S. Stephani martyris primi, ſcripſit ipſam reuelationem ad omnium Eccleſiarum perſonas Græco
fermooe.] hæc ipſe. ſubdit autem hæc de eius in Latinum tranſlatione facta per Auitum, & in Hi-
ſpaniam miſſa [f]: Auitus presbyter, homo Hiſpanus genere, ante relatam Luciani presbyteri ſcri
pturam in Latinum tranſtulit ſermonem, & addita epiſtola ſua, per Oroſium Occidentalibus edi
dit.] Quinam fuerit Auitus iſte, num alter duorum qui male audit in epiſtola Oroſij ad Auguſti-
num, quem vt hæreticum Origeniſtam Oroſius ipſe vitaſſet omnino, haud penitus dixerim. Rem
geſtam aggreſſuri, ab ipſius Auiti epiſtola ad Balchonium Brachareſem Epiſcopum ſumamus
exordium, a quo Latinis & Occidentalibus omnibus Luciani ſcriptio illa impertita eſt, digna qui
dem huius contextu hiſtoriæ, quod & ex ipſa quoque huiuſce temporis ſtatus Hiſpaniæ afflictatæ
a barbaris refereretur: C

III.
Auiti epiſtola ad Balchoniũ.

Beatiſſimo, dilectiſſimoq. ſemper in Domino Papæ Balchonio, atque vniuerſo clero & plebi
Eccleſiæ Bracharenſis, Auitus presbyter, ſalutem in Domino æternam.

Memores mei eſſe vos cupio & deprecor; ſicut & ego, in quantum valeo, memoriam veſtri ha
bere non ceſſo, tribulationibus veſtris meo dolore compaticos, & pro diſſidio patriæ noſtræ in lo
cis ſanctis inceſſabiles lacrymas fundens, vt aut vobis Dominus reſtituat libertatem, quos admo
nere voluit, aut illis tribuat manſuetudinem, quos præualere permiſit. Et ego quidem, beatiſſimi
fratres (teſte Domino noſtro Ieſu Chriſto loquor) frequenter volui venire ad vos, vt vobiſcum vel
mala tolerarem, vel bonis fruerer: ſed impeditum eſt deſiderium meum, per totas iam Hiſpanias
hoſte diffuſo. Veritus enim ſum, ne & ſancta loca relinquens, & ad vos forte non perueniens,
vbicumque interceptus, irrationabilis audaciæ pœnas luerẽ. Sed quoniam miſericors Deus, meo
voto, veſtroq. merito procurante, dignatus eſt indulgentiæ ſuæ gratiam, primum ut dilectiſſimus
filius & cõpresbyter meus Oroſius vſque ad has partes ab Africanis Epiſcopis mitteretur, cuius
mihi charitas & conſolatio veſtrum omnium præſentiam reddidit. Deinde vt in diebus ipſis, qui
bus iam ipſe reditum incredibili deſiderio parabat, beatus & vere ſanctus, corona gloriæ noſtræ D
in Chriſto Ieſu primus martyr Stephanus ſe reuelare & manifeſtare ſignis & virtutibus euidentiſ
ſime ſequentibus dignaretur: quem ego tantarum rerum ordinatoris Dei occaſione perceptum,
dignius duxi charitati veſtræ pręmittere, vt ipſe præſens aduocatus & patronus obſequentium ſi-
bi petitionibus dignaretur aſſiſtere, qui cum pateretur, etiam pro inimicis orare dignatus eſt.

IV.
Reliquię S. Stephani miſſę in Hiſpaniam.

Itaque beatiſſimi & dilectiſſimi fratres, memoriam veſtri inceſſabiliter agens, & tam cõgruẽ
tem ordinantis Dei diſpoſitionem videns, promptus fui de presbytero, cui reuelatum fuerat, par
tem aliquam inuenti corporis promereri; quam feſtinato expetitam, ſecretoq. perceptam, ad vos
dirigere non diſtuli. Quamobrem miſi vobis per ſanctum filium & compresbyterum meum Oro
ſium reliquias de corpore beati Stephani primi martyris, hoc eſt, puluerem carnis atque neruo-
rum, & quod fidelius certiuſq. credendum eſt, oſſa ſolida atque manifeſta ſui ſanctitate nouis pig-
mentis vel odoribus pinguiora. Vt autem nulla poſſit eſſe dubitatio; ipſam ad vos ſubditam ſcri-
ptis meis ſancti presbyteri, cui hæc reuelata ſunt, epiſtolam conſcriptionemq. tranſtuli, quam, me
pro fide veritatis plenius cognoſcendæ rogante & expetente, dictauit Græco primum ipſe ſermo-
ne, ſed per me poſtea in Latinum verſa eſt. Quæ & vos ſancti & beati fratres, quam veraciter ge- E
ſta ſunt, tam fideliter ſuſcepta habeatis, imploro. Certus ſum enim, quia ſicut ipſe beatus martyr
dignatus eſt nunciare, & pro ſalute mundi periclitanti ſe manifeſtare, auxilio & præſentia tanti
patroni, ſi vos tale pignus digno ſtudio diligatis, tuti ex hoc, quietique viuatis. Gratia Domini
noſtri Ieſu Chriſti &, ſancti Spiritus vobiſcum, dilectiſſimi in Domino. Amen.] hæc Aui-
tus Senior.

V.
Pauli Oroſii in Palæſtinam aduentus & profectio.

Ex qua quidem epiſtola in primis intelligas, recolaſq. memoria quæ anno ſuperiori de Paulo
Oroſio dicta ſunt, de eius nempe in Africam aduentu, & eiuſdem hoc anno Hieroſolymam profe-
ctione: reditum vero in patriam poſt inuentas & acceptas ſancti protomartyris reliquias anno ſe
quenti ſuo loco dicemus. Quæ vero ſpectant ad ea quæ S. Auguſtinus per eumdem Oroſium roga
uit S. Hieronymum doceri de altiſſima quæſtione originis animarum, poſt inſtitutam de inuentio
ne reliquiarum S. Stephani narrationem dicturi ſumus. Hic modo reddamus ipſius Luciani libel
lum, ſeu epiſtolam eo argumento conſcriptam, qua totius rei geſtæ ſeries exacte deſcripta recoli-
tur: quam

A tur:quam eum quatuor libris Vaticanis collatam,& fideliter,quantum licuit,emendatã cudimus.
Ne faſtidias tu,uelim,ſtyli ſimplicitatem,& ſimpliciorem ex Græco factam tranſlationem; cum
maxima quæque fidei ſacramenta Deus eiuſmodi ſimplici dicendi genere voluerit hominibus no a Apud Sur.to.
ta fieri.Sed rem ſic habet [a]: 4.

Lucianus miſericordia Dei indigens,& omnium hominum minimus, presbyter eccleſiæ Dei VI.
quæ eſt in villa Capbargamala,in territorio Hieroſolymorum,ſanctæ Ecleſiæ,& omnibus ſanctis *Luciani epiſto*
qui ſunt in Chriſto Ieſu in vniuerſo mũdo,in Domino ſalutem.]Cõſidera hic,lector, in inſcriptio *la circularis.*
ne prima illa verba conſultiſſime poſita:Lucianus miſericordia Dei indigens.]ita quidẽ,vt aduer-
ſariũ ſe demonſtret hæreſi Pelagianæ,q̃ tunc ibi graſſabatur:degebat enim hoc tempore Pelagius
ipſe Hieroſolymis;quocũ nullam ſe habere participationem vt omnib.oſtenderet auctor, prima
illa verborum ſuorum ſententia iugulat ipſam hæreſim Pelagianam.Sed reddamus epiſtolam:

Viſio quæ apparuit meæ puſillitati a Deo ter de reuelatione reliquiarum beati & glorioſi pro VII.
tomartyris Stephani & primi diaconi Chriſti,& Nicodemi qui in Euangelio [b] ſcriptus eſt,& Ga b Ioann.3.
malielis,qui in Actibus Apoſtolorum [c] nominatur:neceſſarium duxi pandere veſtræ in Chriſto c Act.5.34.
B dilectioni,imploratus ac magis iuſſus a ſancto Dei cultore patre Auito presbytero, vt ſecundum
fidem conſummatam interroganti quaſi filius obediens,ſicut cognoui,cum omni ſimplicitate im
piger integre indicarem omnem veritatem.

Die igitur paraſceue,hoc eſt,feria ſexta,tertio Nonas Decembris, Conſulatu Honorij decies VIII.
& Theodoſij ſexies Auguſtorum,adueniente nocte,dormiente me in cubili meo,in loco ſancti Ba *Viſio prima*
ptiſterij,in quo conſuetudo mihi erat dormire,& cuſtodire Eccleſiaſtica quæ erant in miniſterio; *quæ apparuit*
hora tertia noctis,quæ eſt prima cuſtodia vigiliarum,quaſi in extaſi ſemiuigilans, vidi virum ſe- *Luciano.*
nem,longum,dignum ſacerdotem,canum,barbam prolixam habentem,palliatum alba ſtola, cui
inerant gemmulæ aureæ habentes intrinſecus ſanctæ Crucis ſignum,& virgam aureã in manu te-
nentem. Venit & ſtetit ad dexterã meam,& aurea virga pulſauit me, ter vocans me nomine meo,
dicens, Luciane, Luciane, Luciane:& dixit mihi Græco ſermone: Vade in ciuitatẽ quæ dicitur Ae-
lia(quæ eſt Hieruſalem)& dic Ioanni qui eſt in ea Epiſcopus:Quamdiu clauſi ſumus,& non ape-
ris nobis?& maxime quod in temporibus tui ſacerdotij oportet nos reuelari?Aperi nobis feſtinan
ter monumentum,vbi in negligentia poſitæ ſunt reliquiæ noſtræ;vt per nos aperiat Deus & Chri-
C ſtus eius & Spiritus ſanctus oſtium clementiæ ſuæ in hunc mũdo. Periclitatur enim ſæculum ex mul
tis caſibus,qui fiunt in eo quotidie. Et non tantum ſolicitus ſum pro me, quantum pro his qui ſunt
mecum poſiti ſancti,& multi honoris digni.

Et reſpondi ei,dicens:Quis es tu,domine,& hi qui tecum ſunt? Et reſpondit mihi: Ego ſum IX.
Gamaliel,qui Paulum Apoſtolum Chriſti nutriui,& legem docui in Hieruſalem. Et qui mecũ in *Gamaliel ap-*
Orientali parte monumenti iacet,ipſe eſt dominus Stephanus,qui lapidatus eſt a Iudæis & princi *paret Luciano*
pibus ſacerdotum in Hieruſalem pro Chriſti fide,foris portam quæ eſt ad Aquilonẽ, quæ dicitur,
Ad Cedar:vbi die ac nocte iacuit proiectus,vt ſepulturæ non daretur,ſecundum mandatum impio
rum principum,vt a feris conſumeretur corpus eius. Ex Domini autem voluntate non tetigit eum
vnum ex his,non fera beſtia,non auis,non canis. Ego Gamaliel compatiens Chriſti miniſtro, feſti
naui habere mercedem in Domino,& partem cum ſancto viro fidei. Miſi per noctem,quantus po-
teram religioſos Chriſtianos & in Chriſto Ieſu fideliter credẽtes,habitantes Hieruſalem in medio
Iudæorum,& hortatus ſum eos,& neceſſarias ſubſtantias miniſtraui,& perſuaſi illis ire occulte,vt
portarent corpus eius meo vehiculo in villam meam,hoc eſt,Caphargamala,quod interpretatur,
Villa Gamalielis,viginti millia habens * a ciuitate:& ibi feci illi planctum fieri diebus ſeptuagin- * abſens
D ta,& poni eum in meo monumento nouo,in Orientali theca:& præcepi meis,vt quæcumq. neceſ-
ſaria erant pro eius planctu,de meo darent.

Ipſe autem dominus Nicodemus in alia theca poſitus eſt:qui venit ad Saluatorem Ieſum no- X.
ctu,& catechizatus eſt,ab eo audiens [d]: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,nõ po d Ioan.3.
teſt intrare in regnum cælorum. Et abiens baptizatus eſt a Chriſti diſcipulis. Et cognoſcentes Iu *Reuelatio reli*
dæi,amouerunt eum a principatu ſuo,& anathematizauerunt eum,& de ciuitate exulare fecerũt. *quiarum San-*
Hunc ego Gamaliel,quaſi perſecutionem pro Chriſto paſſum,ſuſtuli eum in agrum meum,& alui *ctorum.*
& veſtiui vſq.ad finem vitæ eius,& defunctum ſepeliui iuxta dominum Stephanum. Similiter Abi
bus filius meus dilectiſſimus,qui mecum baptiſmum Chriſti accepit ab eius diſcipulis, & viginti
annorum exiſtens,ante me mortuus eſt,in tertia theca excelſentiori iacet,in qua & ego ipſe poſtea
defunctus ſum applicitus. Mea vero vxor Ethna* habens nomẽ,& Ledemias primogenitus meus, * Anna
quia noluerunt eſſe Chriſti fidei cultores,in alia villa matris ſuæ ſepulti ſunt,hæc eſt in Capharſe-
melia.]Hic,lector,vt cuncta facilius aſſequaris,mente tecum quæ ſuo loco ſuperius dicta ſunt, Iu-
dæos in ſpeluncis,ibiq. excauatis in lateribus loculis,inſtar thecarum(vt contigit videre in cœme-
E terijs Romæ poſitis)corpora defunctorum condere conſueuiſſe. Pergit vero Lucianus:

Interrogaui autem ego Lucianus humilis presbyter,dicens: Vbi vos quæremus? Qui dixit:In XI.
medio Proaſtio,quod poteſt intelligi,agro ſuburbano;qui eſt proximus villæ ager,qui dicitur De- *Luciani conte*
lagabri,id eſt, Virorum Dei. Et euigilaui,& deprecatus ſum Dominũ,dicens: Domine Ieſu Chri- *ſtatio.*
ſte,ſi hæc viſio ex te,& non eſt illuſio;fac vt iterum ac tertio appareat mihi,quando vis & quomo-
do vis. Cœpi ergo ieiunare,& ſiccas eſcas ſumere vſque ad aliam paraſceuen. Et iterum dominus
Gamaliel eadem ſimilitudine,eodemque ſchemate apparuit mihi,ſicuti in prima viſione,dicens: *Secunda viſio*
Quare neglexiſti ire,& dicere ſancto Epiſcopo Ioanni? Et ego reſpondi: Timui,domine, mox ire a *Luciano oſten*
prima viſione,& hæc renunciare,ne viderer ſeductor eſſe. Deprecatus ſum autem, vt ſi a domino *ſa.*
miſſus fuiſſes ad me,denuo ac tertio appareres mihi. Dixit autem ad me: Acquieſce, acquieſce
mihi. Et iterum ait mihi: Quoniam requiſiſti de reliquijs ſingulorum, quomodo & vbi poſitæ
ſint,appone ſenſum, & vide diligenter quæ oſtenderentur tibi. Et dixi; Etiam domine. Et ſtatim

attulit quatuor calathos,tres aureos,& vuum argenteum:tres eorum pleni erant roſis; duo albas A
roſas,tertius rubicuudas habebat coloris ſanguinei:quartus vero calathus,qui erat argenteus,ple
nus erat croco beue olente.& poſuit eos ante me.Et ego dixi ei:Qui ſunt iſti,domine? Et dixit mi-
hi:Lipſana noſtra ſunt.Qui rubeas habet roſas,ipſe eſt dominus Stephanus, qui a dextris poſitus
eſt ad Orieutem ab introitu monumenti:ſecundus calathus,dominus Nicodemus eſt,poſitus con
tra oſtium:tertius vero calathus ipſe eſt meus:quartus vero calathus ille argenteus, Abibus filius
eſt meus,qui immaculatus ex vtero matris ſuæ exceſſit e mundo:propterea iu ſimilitudiuem argē-
ti mundiſſimi appa tuit:numquid uou vides crocum,qui in ipſo eſt, ſuauiſſimi eſſe odoris? & ipſe
coniunctus eſt meo calatho in excelſo loco,vbi ambo poſiti ſumus,quaſi gemini.Et cum hæc dixiſ
ſet,denuo ex oculis meis euanuit.

XII. Cumque expergeſactus fuiſſem,gratias egi Deo omnipotenti,& conſuetis ieiunijs operā dedi
Tertia viſio vſque ad tertiam reuelationem.In tertia igitur ſeptimana,eadem die & hora,veuit ſupradictus vir
facta Lucia- comminans & fremebundus,& dixit mihi:Quare vſque nunc diſſimulaſti,& noluiſti pergere,& di
no. cere Epiſcopo Ioanni,quæ tibi dicta ſunt & oſtenſa?Quam excuſatiunem habebis apud Deum,aut
quam veniam pro hoc contemptu ſperabis in die Iudicij? Numquid non vides quauta ſiccitas eſt B
& tribulatio in toto mundo,& tu negligenter agis?Numquid nou conſideras,quia multi meliores
te ſint per eremum ſancti viri,quos prætereuntes,per te voluimus iunoteſcere?Ideo namque te ex
alia in hac villa voluimus eſſe ſacerdotem,vt per te manifeſtaremur. Exurge igitur,& vade,& dic il
li,vt aperiat nobis,& ſaciat locum orationis,vt interceſſione noſtra miſereatur Dominus populo
ſuo.Et cum ad eius verba intremuiſſem,dixi:Non negligens ſui,domine mi,ſed præſtolabar tertiū
* ſiue aduentum tuum.Nunc vero hinc* craſtinā die pergam,omuia quæ mandaſti mihi,dicturus. Et
cum indignans aduerſum me ſtaret,videbar mihi quaſi in altero mentis exceſſu deueniſſe Hiero
ſolymas,& quaſi in conſpectu aſtarem Epiſcopo Ioanni,narrans ei omnem viſionem. A quo vide-
bat audire:Si hæc ſic ſe habent,vt dicis,cariſſime,& Dominus tibi reuelauit hæc temporib.noſtris:
oportet me colligere de poſſeſſione illa bouem illum maximum aratorem, qui & carro & aratro
aptus ſit;& dimittere tibi poſſeſſionem cum omnibus ceteris. Ad quem aio: Vt quid mihi poſſeſ-
ſio,domine mi,ſi non habeo bouē, per quem regatur & aretur poſſeſſio? Et dixit mihi Epiſcopus:
Ita placuit,cariſſime,quoniam ciuitas noſtra vehiculis miniſtratur,& vnum bouem illum maxi-
mum ad carrum minus habemus,quem tu diceris in poſſeſſione tua celare: oportet namque vt in C
ciuitate celeberrima ſit magis,quam in paruula poſſeſſione. Numquid non tibi ſufficiunt duo reſi
dui boues minores ad excoleudam terram vehiculo tuo?]Cum hæc,lector,de bobus intelligis di-
cta eſſe de ſanctis,in mentem reuoca a diuina Scriptura eiuſmodi factam eſſe collationem, & ab A
a Deut.25. poſtolo Paulo elucidatam interpretationem,cum illud declarat [a]: Non alligabis os boui trituran
1.Corinth.9. ti.]Subdit vero hæc Lucianus:

XIII. Cum hoc in extaſi,hoc eſt in exceſſu mentis audiſſem;ſtatim expergefactus,benedixi Dom
Lucianus con uum:& perrexi ad ciuitatem ad ſanctum Ioannem Epiſcopum. Et cum illi omnia quæ videram
uenit Ioannē renuuciaſſem:reticui de viſione bouis, expectaus quid audirem ab eo. Intellexeram enim, quia
Epiſcopum. S. Stephanus ipſe eſſet bos maximus: quia carri illi, de quibus dicebat, ſanctæ eſſent eccleſiæ;
& Siou prima eccleſia, ipſa eſſet carrus maior; & quia ſanctus Epiſcopus habebat a me petere
benedicti Stephani reliquias: ideo de viſione bouis Epiſcopo dicere nolui. Cumque hæc au-
diſſet Ioannes Epiſcopus, lacrymatus eſt præ gaudio, & dixit: Benedictus Dominus Deus Fi-
lius Dei viui. Si hæc (vt dicis, cariſſime) & audiſti, & Deus tibi reuelauit: oportet me inde
b Act.6.7. transferre B. Stephanum primum martyrem & archidiaconum Chriſti [b]: qui primus aduer- D
ſus Iudæos Dominica bella bellauit, & Deum in ſua maieſtate, in terris poſitus, in cælo vidit
ſtantem, & tamquam Angelus in concione hominum apparuit. Hæc autem omuia, vt vidi, ita
euenerunt, & conſona ſibi apparent vniuerſa. Dixit autem mihi ſanctus Epiſcopus: Vade, fo-
de in aceruo,qui eſt in ipſo agro;&,ſi inueneris,nuncia mihi.Et ego dixi ei: Perambulaui agrum,
& vidi aceruum minutorum lapidum in medio,vbi arbitratus ſum eos eſſe. Et dixit mihi Papa:
Iam dixi tibi:Vade & fode;& ſi inueneris,ſedens,cuſtodi locum,& manda mihi per diacouum, vt
veniam ad locum.Et ita me dimiſit.]Hic attende,lector,non ex diuiua reuelatione hæc de aceruo
lapidum locutum eſſe Ioannem,& opinatum eſſe Lucianum ſubter eum eſſe recondita ſanctorum
corpora,vbi non erant:ſed ex conſuetudine Hebræorum,qui aceruo lapidum conſueuiſſent conſi-
gnatas memorias poſteris tradere:cuius autiqui vſus plura in diuina etiam Scriptura exempla ſup
petunt.Sed pergit Lucianus:

Et cum veniſſem ad villam,miſi præcones,vt omnes habitatores villæ diluculo conſurgerent,
XIV. & foderent in aceruo. Eadem vero nocte apparuit ipſe dominus Gamaliel cuidam monacho,
Lucianus cu- nomine Nygetio*, innocenti & ſimplici viro,eadem ſimilitudine,qua mihi apparuit: & dixit ad E
rat inuentionē eum;Vade,dic Luciano presbytero:Vane laboras in aceruo illo:modo ibi non ſumus:ſed tunc ibi
reliquiarum. poſiti fuimus, cum lamentarentur nos ſecundum conſuetudiuem antiquorum: propter quod ibi
* Nugetio aceruus in teſtimonium planctus factus eſt. Sed quære nos in alia parte,quæ eſt Boran, & loco
qui dicitur Syra lingua Dabatalia,quod interpretatur in Græco, Ἀνδρῶν ἀγαθῶν,quod nos poſſumus
dicere,Virorum fortium.Diluculo vero conſurgeus ad hymnos;inueni monachum prædicantem
omnibus fratribus. Hymnis deinde dictis,cœpi dicere: Eamus ad aceruum illum,& fodiamus
in illo. Tum quidam dixerunt mihi: Audi primum quid dicat monachus Nygetius.Et aduoca
to monacho Nygetio,exquiſiui ab eo,quid eſſet quod vidiſſet.Ille autem vniuerſa ſigna,quæ vide-
Alia viſio o- ram, domini Gamalielis,dixit mihi; & quemadmodum vidiſſet contra Auſtrum agrum ſitum,
ſtenſa Nyge- & monumentum in eo quaſi neglectum & ruinoſum,ibi vidiſſet tres lectos aureos ſtratos, & v-
tio. num ex eis altiorem ceteris,in quo erant duo iacentes,vnus ſenex,& vnus iuuenis:& in alijs duo
bus lectis erant ſinguli. Et reſpondit qui erat in excelſiori lecto,& dixit mihi:Vade,dic presbytero
Luciano;

A Luciano. Quoniam nos domini loci fuimus: Si vis magnum & iuſtum inuenire; ipſe ab Orientali
plaga poſitus eſt. Et hæc audiens a monacho, glorificaui Deum, quoniam inuentus eſt alius teſtis
in reuelatione.

Nos igitur iuimus ad aceruũ, & fodientes nihil inuenimus. Cõuertimus aũt nos ad monumen- XV.
tum illud, vbi monacho ipſa nocte apparuerat: & fodientes inuenimus tres thecas, ſecũdum quod
apparuerat mihi in typo calathorũ. Inuenimus igitur altiſſimis litteris ſcriptum lapidem obrutũ,
habentem, Celiel, quod interpretatur, Seruus Dei, & Apaan, Dardan, quod interpretatur Nicode-
mus, & Gamaliel. hoc interpretatus eſt Papa Ioannes, ſicut audiui ab ipſo ſancto Epiſcopo.

Statim ergo renunciaui Epiſcopo, cũ eſſet in Lidda, quæ eſt Dioſpolis, Synodum agens.] Hæc XVI.
eſt, lector, illa Synodus Dioſpolitana, cuius meminerunt ſancti Hieronymus, Auguſtinus, & Pro- *Vocatur Ioannes ex Synodo ad reliquias.*
ſper, in fine anni huius (vt ex libello Luciani intelligis) celebrata, in qua coactus eſt Pelagius ſuas
hæreſes condemnare: dicemus nos de ea pluribus poſt recenſita hæc de inuentione Stephani proto
martyris & ſociorum. Ad hæc Lucianus:

Qui aſſumpſit ſecum (*Ioannes videlicet Epiſcopus Hieroſolymorum*) duos alios Epiſcopos, Eleu-
B therium de Sebaſte, & Eleutherium * de Hiericho: & venerunt ad locum. Qui cum aperuiſſent Do- * Euthonium
mini Stephani thecam: ſtatim terræmotus factus eſt, & tanta ſuauitas & fragrantia odoris inde e-
greſſa eſt, quantum nullus hominum ſe meminit vel audiſſe, vel ſenſiſſe: ita vt putaremus nos in
amœnitate paradiſi eſſe poſitos. Multitudo namq. populi aderat nobiſcum; inter quos erant pluri
mi infirmi varijs languoribus. Et ipſa hora mox de odore ſuauitatis eius ſeptuagintatres animæ
curatæ ſunt: ab alijs fugati dæmones: aliorum fons reſtinctus eſt ſanguinis: alij ſtrumis & furuncu-
lis liberati: alij a ſtringio * ſanati, alij a tertianis & quartanis: alios febris reliquit, alios morbus re- * ſiringio
gius: alij a cephalea curati & emicranea: nonnulli a viſcerum occulto dolore liberati: & multas a-
lias curationes ſenſerunt homines, quas enumerare longum eſt.

Et exoſculantes ſanctas reliquias, iterum clauſerunt. Et tunc cum pſalmis & hymnis portaue- XVII.
runt reliquias beati Stephani in ſanctam eccleſiam Sion, vbi & archidiaconus fuerat ordinatus; de *Translatio reliquiarum S. Stephani.*
relinquentes nobis de membris eius paruos articulos, immo maximas reliquias, terram cum pul-
uere, vbi omnis caro eius conſumpta eſt: cetera aſportauerunt. Ex his ergo reliquijs transmiſi bea
titudini veſtræ. Quas cum ſuſceperitis, orate pro exiguitate mea, vt dignus inueniar in conſpectu
C Domini, fultus beatiſſimi martyris Stephani meritis, & veſtris orationibus. Translatæ ſunt autem
reliquiæ ipſius martyris VII.* Kalendas Ianuarij: & tũc in tempore iugis & infinita ſiccitas erat. *VIII.
Sed eadem hora pluuia magna deſcendit, & abundanter inebriata eſt terra; & homines glorifica-
bant ibi Dominum propter ſanctum eius Stephanum, & propter cæleſtem eius theſaurum miſeri
cordiæ & pietatis, quem periclitanti ſæculo aperire dignatus eſt Ieſus Chriſtus Dominus noſter, q
cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.] hactenus Luciani epiſto-
la, ſiue libellus: ex quo in nonnullis Nicetas eſt corrigendus, cum eamdem hiſtoriam narrat [a]. Me- a Extat apud Metaph. die 2. Aug. & Lipom to. 6.
minit earumdem reliquiarum inuentionis S. Auguſtinus, cum ait [b]: Latuit tanto tempore corpus
eius: proceſſit, quando Deus voluit: illuminauit terras, tanta miracula fecit; mortuus viuos facit b Aug. de diuer. ſerm. 15.
mortuos, quia nec mortuus, &c.]

Vidiſti, lector, quot teſtibus primi Chriſti ſanguine teſtis Stephani meruerit inuentio cõſigna XVIII.
ri? Apparuit Gamaliel, non vni tantum Luciano, ſed & S. Nygetio monacho. ſatis hoc quidem, qđ *Dei Conſilium in reuelatione reliquiarũ S. Stephani.*
in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: ſed terra tremore teſtata id ipſum eſt, & cælum inſpe-
ratam diuque fruſtra expetitam dans pluuiam: fidemque fecerunt ſeptuaginta illi tres e diuerſis
D languorib. ſanitati priſtinæ reſtituti: ſed & dæmones ipſi ex aliquorum illorum corporibus fugati,
inuiti licet, virtutem martyris profiteri coacti ſunt. At hæc adeo multa, magna & inſignia, pauca &
perexigua eſſe intelliges, ſi conferas cum illis quæ in orbe Occidentali per eiuſdem protomarty-
ris reliquias voluit edi miracula, de quibus ſequenti anno dicturi ſumus. Vt plane magno Dei cõ
ſilio factum appareat, quod tepeſcente in nonnullis Chriſtiana fide, quæ hiſce (vt vidimus) præſer-
tim temporibus, Gentilium eſſet exagitata blaſphemijs, quod tẽpore Chriſtianæ religionis Vrbs
a barbaris capta eſſet, quæ tempore cultus deorum ſecura conſiſtens fuerat ipſis barbaris domina
ta: hoc, inquam, tempore Chriſtiani vnius ante quadringentos ferme annos vita functi tenuis pul
uis & oſſa tot tantaque præſtarent, vt ea ſola ſatis efficacia eſſe potuiſſent (etſi cetera ad fidei con-
firmationem edita miracula defuiſſent) non tantum ad titubantes conſolidandos, ſed & Ethnicos
omnes ad Chriſtianam religionem, reluctantes licet, dummodo non obſtinatos, omnino pertrahẽ
dos. At hæc anno ſequenti ſuo loco manifeſtius apparebunt.

Noua hæc & plane admiranda bella elegit Dominus ad expugnandos & confundendos aduer XIX.
ſarios ſuos. Expugnauit impietatem Iuliani Apoſtatæ Imperatoris reliquijs S. Babylæ martyris:
E vicit & proſtrauit Arianam impietatem reliquijs Geruaſij & Protaſij, Mediolani (vt vidimus) tẽ-
pore S. Ambroſij apparentium. Sed & ſanctorum martyrum reliquijs extinctam fuiſſe in Aegypto
idololatriam, anno ſuperiori vidimus. Quibus etiam armis modo vſus eſt Dominus ad Ethnicos
& hæreticos atque ſchiſmaticos expugnandos. Ecce tibi quam feliciſſimis auſpicijs progreſſus eſt
Stephanus; cũ videlicet coactus eſt impius Pelagius hæreſiarcha in Cõcilio Liddæ habito, quas ha
ctenus docuiſſet hæreſes, condemnare. Quomodo aũt hæc ſe habuerint, iã aggrediamur enarrare.

Dioſpoli (ipſa eſt Lidda antiquiori nomine dicta, ciuitas in Palæſtina) collecta eſt prouincialis XX.
Synodus Epiſcoporum eius regionis. Huius Synodi meminit S. Auguſtinus, vbi ait [c]: Per idem *Conciliũ Dioſpolitanum.*
tempus in Oriente, hoc eſt in Syria Palæſtina, Pelagius a quibuſdam Catholicis fratribus ad Epi-
ſcopalia Geſta perductus: eiſq. abſentibus qui de illo libellũ dederant, quoniã ad diẽ Synodi non c Aug. Retract. lib. 2. c. 47.
potuerunt occurrere, ab Epiſcopis quatuordecim auditus eſt: vbi eũ dogmata ipſa damnantem, q̃
inimica gratiæ Dei aduerſus eũ de libello legebatur, Catholicum pronunciauerunt.] hæc Auguſti- d Auguſ contra Iulian. l. 1. ca. 5.
nus. Idemq. alibi eoſdẽ Epiſcopos, qui Synodo interfuerunt, nominat, vbi ait [d]: Habemus alios O-

Episcopi qui Synodo interfuerunt.

rientales Epiſcopos quatuordecim, Eulogium, Ioanneni, Ammonianum, Porphyrium, Euthoniũ, A
Porphyrium, Fidum, Zoſimum, Zebænum, Nymphidium, Chromatium, Iouinum, Eleutherium, Clematium, quos vno loco ſimul inuentos in iſtum conſeſſum introducere valeamus, illos ipſos, q Pelagio Iudices præſiderunt: eumq. vt homines, nullo ex altera parte vrgente aduerſario, putantes Catholicum, tamquam Catholicum pronunciarunt.] hæc ipſe. Porro qui primus ordine recẽſetur Eulogius, hic fuit totius prouinciæ Palæſtinæ Metropolitanus Epiſcopus Cæſarienſis, qui ſucceſſit in locum Ioannis ſucceſſoris Gelaſij, de quo ſuperius quarto tomo Annalium mentio facta eſt. Secundus ordine Ioannes, hic eſt ille Epiſcopus Hieroſolymorũ, cuius mẽtio in recitatis nuper Luciani litteris habetur; penes quas etiã qui fuerint Eleutherius, & Euthonius, alias Eleutherius itidem dictus, innoteſcunt, nempe priorem Epiſcopum Sebaſtiæ (ipſa eſt Samaria) poſteriorem vero Hierichuntinæ ciuitatis Antiſtitem fuiſſe. Itidem alterum duorum Porphyriorũ exiſtimamus fuiſſe Gazenſem illum Epiſcopum ſanctitate celebrem, de quo plura ſuperius. Zebænus & ipſe titulo ſanctitatis clarus, Epiſcopus fuit Eleutheropolis, cuius mentio eſt apud Sozomenum [a]; ei enim reuelata diuinitus fuiſſe veneranda corpora ſanctorum Prophetarum Habacuc atq. Michææ, teſtatur. Qui vero Iouinus hic nominatus habetur, Palladius [b] auctor eſt, ipſum fuiſſe Epiſcopum B
Aſcalonis. reliquorum autem obſcura memoria eſt.

a Sozom. lib. 7. c. 18.
b Pallad. in Lauſiac. c. 42.

XXI.

Pelagius damnans ſuas hæreſes abſoluitur.

De rebus vero geſtis in Synodo, iam breuiter accepimus ab Auguſtino, nimirum ibi Pelagium damnantem ſuas hæreſes, & fidem Catholicam profitentem, fuiſſe abſolutum, Catholicaq. communicatione dignatum. Sed quod id doloſe egerit, hanc ob cauſam S. Hieronymus, cum huius conuẽtus meminit, miſerabilem Synodum appellat: ad Alypium enim & Auguſtinum ſcribens, hæc ait [c]: Quicquid enim in illa miſerabili Synodo Dioſpolitana dixiſſe ſe denegat, in hoc opere confitetur.] ſed Pelagio quidem ipſi miſerabilis fuit, vtpote in qua ſuam ipſius coactus eſt hæreſim condẽnare, cuius intrinſecus erat obſtinatus aſſertor. Ceterum vtcumque res acciderit, conſtat quidem in eo Concilio tunc erectum eſſe trophæum de hæreſis Pelagianæ proſtratæ victoria. Hinc igitur S. Proſper de eadem Synodo iſta cecinit [d]:

c Hier. epiſt. 79.
Qualis Synodus Dioſpolitana.
d Proſper lib. de Ingratis.

—— Non ſegnior inde Orientis
Rectorum cura emicuit: captumque nefandi
Dogmatis auctorem conſtrinxit lege benigna C
Commentum damnare ſuum: niſi corpore Chriſti
Abiungi, & ſancto mallet grege diſſociari.
Lene quidem hoc, nimiumque malo toleraſſe videtur
Iudicium: ſed ſancta fides examine in illo
Vicit oborturam diro de ſemine prolem.
Proſpectum namque eſt, diuino & munere cautum,
Vt licet inſtantem declinans beſtia pœnam,
Perfidiæ ſecum ſenſus tenuiſſet eoſdem,
Ipſa tamen proprium germen damnando necaret,
Ore malam extinguens ſobolem, quam protulit ore.]

Synodus Dioſpolit. damnat hæreſes Pelagij.

hæc S. Proſper de Synodo Palæſtina, in qua licet dolo effugerit pœnam ipſe Pelagius, hæreſes tamẽ eius ſunt penitus ab ipſo etiam auctore damnatæ. Rurſus vero de eadẽ Synodo Dioſpolitana idẽ Proſper agens, ita Pelagianos compellat [e]: Errauerunt Orientales Epiſcopi, in quorum iudicio Pelagius eos qui dicunt gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, vt Catholicus poſſet videri, anathematizare compulſus eſt?] Ceterum poſtquam eiuſmodi Acta Synodi de purgatione Pelagij D
Innocentio Romano Pontifici innotuerunt, nequaquam ipſe probare ac cõfirmare voluit, vt S. Auguſtinus teſtatur, cum ait [f]: Fefellit enim iudicium Palæſtinum ipſe Pelagius; propterea ibi videtur eſſe purgatus. Romanam vero Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſſimum ſcitis, fallere vſquequaque non potuit, quamuis & hoc fuerit vtrumq. conatus: ſed (vt dixi) minime valuit.] Et inferius recitat verba epiſtolæ Innocentij Papæ ad hæc ſpectantia, quæ ſic ſe habent: Vnde non poſſumus illorum Epiſcoporum (*qui ſcilicet eidem Synodo interfuerunt*) nec probare, nec culpare iudicium: cum neſciamus vtrum vera ſint Geſta; aut ſi vera ſunt, conſtet magis ſubterfugiſſe, quam ſe tota veritate purgaſſe.] ſubdit Auguſtinus: Videtis certe in his verbis, quemadmodum Papa beatiſſimus Innocentius non tamquam de incognito loqui videatur. Videtis qualem tulerit de illius purgatione ſententiam.] hactenus ipſe: qui poſtquã tandem accepit Acta eiuſdem Synodi Palæſtinæ, ſcripſit de illis librum ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, vt ipſe teſtatur, eumdem librum citans [g]: de quo etiam cum in Retractationibus meminit, ita ait [h]: Sed cum in manus noſtras eadem Geſta veniſſent, ſcripſi de his librum; ne illo velut abſoluto, eadem quoque dogmata putarentur Iudices approbaſſe, quæ ille niſi damnaſſet, nullo modo ab eis niſi damnatus exijſſet.] hæc Auguſtinus. verum perijt ipſe liber. E

e Proſper aduerſus Collat.
f Aug. de peccato orig. lib. 2. c. 8. 9.
Innocent. Papa noluit probare Synodum Palæſtinam.
g Aug. lib. 2. c. 14. de peccato origin.
h Aug. in Retract. lib. 2. c. 47.

XXII.

Sed videamus ſingula capita propoſita in eadẽ Synodo, ex libello aduerſariorum recitata, quæ Pelagius damnare, ne ipſe damnaretur, compulſus eſt. Inuenimus ea in Collectione Creſconij recitata poſt epiſtolam Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis ad Epiſcopos prouinciæ Bizacenæ, quam ſuo loco reddemus. Inſcriptio autem capitibus iſtis prænotata legitur, adiecta ab Africanis Epiſcopis perbreui præfatione:

Incipiunt capitula excerpta ex Geſtis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis eius, quæ in Palæſtina Synodo ſibi obiecta damnare compulſus eſt.

Quod ad Hieruſalem volentem colligere filios ſuos Dominus clamat: hoc nos clamamus aduerſus eos, qui filios volentes Eccleſiæ colligi, nolunt; nec ſaltem poſt iudicium, quod de ipſo Pelagio factum eſt, collegerunt: de quo damnatus exijſſet, niſi obiecta contra Dei gratiam dicta, quæ obſcurare non potuit, ipſe damnaſſet. Præter illa enim, quæ quoquo modo potuit, auſus

eſt

A eſt qualicumque ratione defendere, obiecta ſunt quædam, quæ niſi remota omni tergiuerſatione anathematizaret, ipſe anathema ſit factus.

Primo obiectum eſt enim, cum diceret, Adam mortalem factum; qui ſiue peccaſſet, ſiue non, mortuus eſſet. *Errores Pelagij ab ipſo in Concilio condẽnati.*

Secundo, quod peccatum ipſius ipſum ſolum læſerit, & non genus humanum.

Tertio, & quod infantes nuper nati, in illo ſtatu ſint, in quo Adam fuit ante præuaricationem.

Quarto, & quod per mortem, vel præuaricationem Adæ, non omne genus humanum moriatur: & quod non per reſurrectionem Chriſti omne genus humanum reſurgat.

Quinto, infantes, etiam ſi non baptizentur, vitam æternam habere poſſunt.

Sexto, & diuites baptizatos, niſi omnibus abrenuncient, ſi quid boni viſi fuerint facere, nõ reputari illis, nec eos habere poſſe regnum Dei.

Septimo, & gratiam Dei atque adiutorium non ad ſingulos actus donari, ſed de libero arbitrio eſſe, vel in lege atque doctrina.

Octauo, & gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari.

B Nono, & filios Dei non poſſe vocari, niſi omni modo abſque omni peccato fuerint effecti.

Decimo, & non eſſe liberum arbitrium, ſi Dei indigeat auxilio: quoniam in propria voluntate habet vnuſquiſque facere aliquid, vel non facere.

Vndecimo, & victoriam noſtram non eſſe ex Dei adiutorio, ſed ex libero arbitrio.

Duodecimo, & quod petentibus veniam, non detur ſecundum gratiam & miſericordiam Dei, ſed ſecundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint miſericordia.

Hæc omnia Pelagius ſic anathematizauit (quod ſatis Geſta ipſa teſtantur) vt nihil ad ea quoquomodo defendenda diſputationis attulerit. Vnde fit conſequens, vt quiſquis ſequitur Epiſcopalis auctoritatem iudicij, & in ipſius Pelagij confeſſione tenere debeat, quæ tenuit Catholica Eccleſia.] Sequitur Catholica Pelagij confeſſio poſt recenſita ex libello aduerſariorum capita in eum obiecta, quæ omnia confutauit. XXIII.

Primo, quod Adam, niſi peccaſſet, non fuiſſet moriturus.

Secundo, quod peccatum eius non ipſum ſolum læſerit, ſed & genus humanum. *Catholicæ aſſertiones aduerſus Pelagianos*

Tertio, quod infantes nuper nati, non ſint in illo ſtatu, in quo Adam fuit ante præuaricationẽ.

C Quarto, vt ad ipſos etiam pertineat quod breuiter ait Apoſtolus [a]: Per vnum hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. a 1. Cor. 15.

Quinto, quod infantes non baptizati, non ſolum regnum cælorum, verum etiam vitam æternã habere non poſſint.

Sexto, vt confiteatur, diuites baptizatos, etiam ſi diuitijs ſuis non careant, & ſint tales quales ad Timotheum deſcribit Apoſtolus, dicens [b]: Præcipe diuitibus huius mundi non ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum ſuarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum: diuites ſint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam: non eos a regno Dei poſſe priuari. b 1. Tim. 6.

Septimo, vt fateatur gratiam Dei & adiutorium etiam ad ſingulos actus dari, eamq. non dari ſecundum merita noſtra.

Octauo, vt re vera ſit gratia, id eſt, gratis data per eius miſericordiam, qui dixit [c]: Miſereor cu- c Rom. 9.

D ius miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſertus fuero.

Nono, vt fateatur filios Dei vocari poſſe illos, qui quotidie dicunt [d]: Dimitte nobis debita noſtra. quod vtique non veraciter dicerent, ſi eſſent omnino abſque peccato. d Matth. 6.

Decimo, vt fateatur eſſe liberum arbitrium, etiam ſi diuino indigeat adiutorio.

Vndecimo, vt fateatur, quando contra tentationes, concupiſcentiaſq. illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, ſed ex adiutorio Dei prouenire victoriam: non enim aliter verum eſt quod Apoſtolus ait [e]: Non volentis, non currentis, ſed miſerentis eſt Dei. e Rom. 9.

Duodecimo, vt fateatur ſecundum gratiam & miſericordiam Dei veniam pœnitentibus dari non ſecundum merita eorum: quemadmodum etiam ipſam pœnitentiam, donum Dei dixit Apoſtolus, vbi ait [f]: Ne forte det illis Deus pœnitentiam. Hæc omnia ſimpliciter ſine vllis fateatur ambagibus. f 2. Tim. 2.

Si quis contra auctoritatem Catholicam & ipſius Pelagij expreſſa Eccleſiaſticis Geſtis verba conſentit, atque in illa quæ his ſunt contraria veraciter credit; anathema eſſe tenendum eſt; niſi q̃ illis contraria ſunt, fido corde teneantur, & aperta confeſſione promantur.] hactenus ibi ex Actis XXIV.

E Synodi Dioſpolitanæ. Recitat iſtas aſſertiones ex Actis eiuſdem Synodi S. Auguſtinus agẽs de peccato originali [g], necnon in epiſtola [h] ad Paulinũ. Porro alij errores Pelagij redduntur ab eodem Auguſtino in eodẽ libro de peccato originali his verbis [i]: Quõ lex ſic mittat ad regnum, quẽadmodum & Euangelium. Quoniam fuerint homines ante aduentum Chriſti ſine peccato.] Deſideratur hic aliud caput eiuſdem hæreſis corollariũ, cuius idẽ S. Auguſtinus [k] ſic meminit: Deſtruunt rationes quas facit Eccleſia ſiue pro infidelibus & doctrinæ Dei reſiſtentibus, vt conuertantur ad Deũ; ſiue pro Fidelibus, ut augeatur in eis fides, & perſeuerent in ea. hæc quippe non ab ipſo accipere, ſed a ſe ipſis homines habere contendunt, gratiã Dei, qua liberamur ab impietate, dicẽtes ſecũdũ merita noſtra dari. Quod quidẽ Pelagius in Epiſcopali iudicio Palæſtino, dãnari metuẽs, dãnare cõpulſus eſt: ſed in poſterioribus ſuis ſcriptis hoc inuenitur docere.] hæc Auguſtinus. Erãt & aliæ blaſphemiæ Pelagij ſcriptis inſertæ, quæ nõ ſũt ad publicũ illud examẽ productæ: recitat vero eas S. Hieronymus in tribus illis dialogorum libris, quos contra Pelagianos conſcripſit poſt dictam Synodum Dioſpoli celebratam, vt S. Proſper [l] teſtatur, qui poſtquam eiuſdem Synodi memi-

g Aug. de pecca. orig. lib. 2. c. 11.
h Aug. epiſt. 106.
i Aug. de pecca. origin. lib. 2. c. 11.
k Aug. lib. de hæreſ. ad Quoduultdeum. c. 88.
l Proſper. de Ingrat.

di meminiſſet, mox iſta ſubinfert de ipſo S. Hieronymo: A

Tunc etiam Bethlei præclari nominis hoſpes,
Hebræo ſimul & Graio, Latioq. venuſtus
Eloquio, morum exemplum, mundiq. magiſter,
Hieronymus libris valde excellentibus hoſtem
Diſſeruit; noſciq. dedit, quo turbine veram
Vellent exortę lucem obſcurare tenebræ.]

hæc S. Proſper, & quidem ſcite aperit eiuſdem Hieronymi in ſcribendo conſilium.

XXXV. *Hieronymi cõſilium in ſcribendo dialogos contra Pelag.*

Etenim cum vidiſſet ipſe Hieronymus verſutum Pelagium captioſis artibus Synodum decepiſſe, & tamquam in ſcena, mentita larua, perſonatum hiſtrionem Catholici hominis ſpecie ſuperinducta luſiſſe, ſicq. veritatem offuſis tenebris obſcuraſſe: prudens illud excogitauit inuentum, vt dialogos ſcriberet, & ſub Critoboli nomine Pelagium ſignificaret, quem Catholicus homo, Attici nomine, exquiſitiſſimis interrogationibus cogeret latens intus venenum in medium perſpicuũ cunctis proferre; ſicq. palam omnibus demonſtraret, qualis ille eſſet, qui errores damnans, videri voluiſſet ab omnibus in Synodo probatus omnino Catholicus; nouũ ergo illud per dialogos ſcribendi genus arripuit, a ſe hactenus intẽtatũ, quod id res & tempus expoſceret. B Etenim inuidioſũ nimis acrodioſum, & forte etiam temerarium videri poterat, in hominem ex aduerſo concitatũ inſurgere, qui dãnatis omnibus præpoſitis damnandis hæreſibus, iam fuiſſet in ipſa Synodo conſenſu omnium abſolutus. Hinc etiam & prudẽtiſſime illud egit, vt numquam ea ſcriptione eiuſdem Synodi expreſſe voluerit meminiſſe; ne ſi ab illa acta probaſſet, Pelagium in ea abſolutum probaſſe pariter videretur; vel ſi damnaſſet, ipſe potius hæreſis redarguendus eſſet, qui damnantem hæreſes Synodum arguiſſet. Sic igitur generatim rem agens, non vnum abſolutum Pelagium inſectari videtur, ſed Pelagianos, dum vnius Pelagij caliginis denſitate repletas latebras aperit, cunctiſque eaſdem proponit aſpiciendas, dialogos illos edens, in quibus inter alia iſta præfatur Hieronymo ſane digna [a]:

a Hilar. aduerſ. Pelag. in præfa.

Aduerſus eos autem qui me dicunt hoc opus inflammatum inuidiæ facibus ſcribere: breuiter reſpondebo, numquam me hæreticis pepercisse, & omni egiſſe ſtudio, vt hoſtes Eccleſiæ, mei quoque hoſtes fierent.] hæc ipſe. Sed vnde inuidiæ calumniam aduerſarij impegerunt, niſi quod ante faciem eius fuiſſet ipſe Pelagius abſolutus?

XXVI. b Hiero. contra Pelag. lib. 1. *Feminis in Eccleſia non pſallendum.* c 1. Tim. 2.

Quæ autem ex eiuſdem Pelagij ſcriptis eruta, idem Hieronymus [b] foris expanſa omnibus intuenda proponat, audi. C Quod enim ille ad impeccantiam aſſerebat opus eſſe diuinę legis ſcientia, eademq. eſſe mulieres imbuendas; hinc in eum hæc ipſe Hieronymus: Verum tu tantæ es liberalitatis, vt fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies, vt in alio loco ſcripſeris, ſcientiam legis etiam feminas habere debere; cum Apoſtolus [c] doceat eſſe tacendum mulieribus in eccleſia, & ſi quid ignorant, domi viros ſuos debere conſulere. Nec ſufficit tibi dediſſe agmini tuo ſcientiam Scripturarum, niſi earum voce & canticis delecteris. Iungis enim & ponis in titulo, quod & feminæ Deo pſallere debeant. Quis enim ignorat, pſallendum eſſe feminis in cubiculis ſuis, & abſque virorum frequentia & congregatione turbarum?] hæc ipſe.

XXVII. d Hiero. contra Pelag. lib. 2. e Zachar. 9. f Hier. in Hieremiã lib. 4. c. 23.

Porro quod in eam dementiam ſuperbus iſte elatus fuerit, vt aſſereret eſſe hominis, vi liberi arbitrij non tantum non peccare, ſed etiam non tentari: hinc ipſe Hieronymus ex perſona Pelagij eiuſq. verbis hæc ait [d]: Alij clauſi cellulis, & feminas non videntes, quia miſeri ſunt, & verba mea non audiunt, torquentur deſiderijs: ego etiam ſi mulierum vallor agminibus, nullam habeo concupiſcentiam. de me enim dictum eſt [e]: Lapides ſancti voluuntur ſuper terram, & ideo non ſentio, quia liberi arbitrij poteſtate Chriſti trophæum circumfero.] D Huiuſmodi plane hæreticos viſus eſt idem S. Hieronymus alibi ſugillaſſe, dum ait [f]: Si nota feciſſent verba mea populo meo, non blãdientes eis, & adulatione perdentes, vt dicerent, Non habetis peccata, perfectam iuſtitiam poſſidetis, ſanctitas & pudicitia atque iuſtitia in vobis tantummodo reperiuntur: & ego non tradidiſſem eos in immunditiam & ignominiam, vt facerent quæ non conueniunt, & ſequerentur cogitationes ſuas peſſimas. Contemplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperantes ſalutem, gulæ ſe tradant & delicijs: veſcantur carnibus, frequentes adeant balneas, muſco fragrent, vnguentis varijs delibuti, quærant corporis pulchritudinem, &c.] Præſtringens in hunc modum S. Hieronymus Pelagium atq. Pelagianos, & haud dubium inter alios ſugillat Palladium Galatã Epiſcopum Helenopolis in Bithynia, de quo ſæpe ſuperius, cuius diſertis verbis meminit in præfatione in eoſdem libros aduerſus Pelagium ſcriptos, quod cum verſari ſoleret aſſidue cum feminis religioſis, magna tamen iactantia gloriaretur, quod omnis eſſet penitus concupiſcentiæ expers. ita quidem ipſe, cum præſertim in Aegypto uiſitans monachos, iunctus feminis peregrinaretur. Quo nomine redargatus eſt etiam per Epiſtolam ab Iſidoro Peluſiota, dignam illam quidem, quæ hic recitetur, vtpote tanti viri profuturum omnibus monumentum, ſic enim ſe habet [g]. *Palladio Epiſcopo.* E

g Iſid. epiſt. 284. lib. 2.

XXVIII.

Mulierum congreſſus, vir optime, quantum fieri poteſt, fuge. Nam eos qui ſacerdotij munere funguntur, ſanctiores ac puriores illis eſſe oportet, qui ad montes ſe contulerunt: ſiquidem illi & ſui, & plebis; hi autem ſui dumtaxat curam gerũt. Atq. illi in huiuſmodi dignitatis faſtigio collocati ſunt; omneſq. vitam eorum perſcrutantur & explorant: hi autem in ſpelunca ſedent, aut ſua vulnera curantes, aut vitia obtegentes, aut etiam coronas ſibi ipſis texentes. Quod ſi etiam, vt cum illis congrediaris, neceſſitas aliqua te obſtringat: Oculos humi deiectos habe, atq. ipſas quoq. quonam pacto ſpectandum ſit, doce: non enim dumtaxat docendum eſt, quonam modo cernere oporteat, ſed etiam, vt oportet, cernere. Cumq. pauca, quæ ipſarum animos aſtringere atque illuſtrare queant, locutus fueris: ſtatim euola, ne forte diuturna conſuetudo vires tuas emolliat, & infringat, atque velut horrendum quẽdam & elatum leonem nacta, comam quidem, quæ leonem vere leonẽ efficit, regiamque dignitatem ipſi conſeruat, amputet; dentes autem eripiat, atque vngues (quorũ adminiculo robuſtiſſimas etiam feras vincit) euellat, ac deinde deformatum ac ridiculum redditum,

A tum,animal inquam illud horrendum ac intolerandum ac vel ſolo rugitu montem percellens, pueris etiam ſe illudendum præbear.

Quod ſi a mulieribus honore affici cupis:(maxime quidem hoc ſpiritualem virum haud quaquam decet; vt vt)autem res ſe habeat,nihil tibi cum feminis cõmercij ſit,ac tum ab illis honorem conſequeris. Tum enim hoc præſertim nobis aderit, cũ a nobis minime quæretur:ſolet enim quiuis eos quidem a quibus colitur ac delinitur, aſpernari; eos autem a quibus aſſentatione minime demulcetur,admiratione proſequi.Ac muliębris natura huic potiſſimum affectui obnoxia eſt. Intolerandã enim ſe præbet,cum quis ipſi blanditur; ac contra eos omnium maxime ſuſpicit,& admiratur,qui maiore libertate præditi ſunt, amplioreque authoritate apud eos vtuntur. XXIX.

Quod ſi te frequenter cum ipſis verſari,nec vllo inde detrimento affici dixeris; id quidem fortaſſe mihi perſuaderi ſinam.At illud item velim omnibus fidem adhiberi, aquis lapides extenuari,ac rupem aquæ guttis continenter cadentibus excauari dicunt. Quorum verborum huiuſmodi ſenſus eſt:Quid rupe durius fingi queat?Quid item aqua mollius,& quidem aquæ guttula? & tamen aſſiduitas naturam vincit.Quod ſi natura,quæ egre dimoueri poteſt dimouetur;idq. quod B minime habebat perpetitur:qua tandem ratione voluntas quæ facile mouetur,a conſuetudine nõ vincatur & euertatur?] Hucuſque Iſidorus, optima ratione & exemplo deſtruens quod aſſererent illi voluntatem noſtram ſui natura poſſe, ſi velit, euitare peccatum abſque adminiculo gratiæ, immo nec etiam poſſe tentari ſi nolit: quandoquidem docuit Iſidorus vinci aſſiduitate naturam. XXX.

Rurſum vero de iiſdem prodigioſis Pelagij inuentis,dum omnes homines craſſioribus,vt monachos,vti veſtibus vellet,hæc ait [a]: Vnde adiungis gloriam veſtium & ornamentorum Deo eſſe contrariam?Quæ ſunt,rogo,inimicitiæ contra Deum,ſi tunicam habuero mundiorem,ſi Epiſcopus,presbyter,& diaconus, & reliquus ordo Eccleſiaſticus in adminiſtratione ſacrificiorum cum candida veſte proceſſerint?Cauete clerici,cauete monachi;viduæ & virgines periclitamini, niſi ſordidas vos atque pannoſas vulgus aſpexerit.Taceo de hominibus ſæculi,quibus aperte bellum indicitur,& inimicitiæ contra Deũ,ſi pretioſis atque nitentibus vtantur exuuijs.]hactenus ipſe:qui quidem poſt multa ex Pelagij ſcriptis in medium allata & confutata,poſtremo ad exterrendos aduerſarios,validiſſimum plane commilitonem, qui iam ante aduerſus eamdem graſſantẽ C impietatem gladium ſpiritus exeruiſſet,oſtentat,ipſum nimirum ſanctiſſimum atque doctiſſimũ Auguſtinum: dum recenſet ab eo aduerſus Pelagianos ſcriptos commentarios ad Marcellinum tres numero,quartum vero ad Hilarium;atque ſubdit:Alios quoque ſpecialiter tuo nomini cudere dicitur,qui necdum in noſtras venere manus.Vnde ſuperſedendum huic labori cenſeo,ne dicatur mihi illud Horatij:In ſiluam ne ligna feras.Aut enim eadem diceremus ex ſuperfluo:aut ſi noua voluerimus dicere,a clariſſimo ingenio occupata ſunt meliora.]hæc Hieronymus, plurimum (vt vides)deferens Auguſtino.At quænã eſſent quæ audiſſet ab eo cudi peculiariter contra ipſum Pelagium:certe inter alia librum illũ,cuius ipſum meminiſſe diximus in epiſtola ad Euodium [b], fuiſſe ſcimus,cuius eſt titulus,De Natura & gratia,de quo paulo ante pluribus egimus. Sed non hic finis S.Hieronymi aduerſus Pelagianos certaminum: pugnandum enim ſibi fuit aduerſus Anianum diaconum Pelagianum,qui contra epiſtolam ipſius Hieronymi ad Cteſiphõtem aduerſarios libros conſcripſerat.At de his inferius ſuo loco dicendum erit. XXXI.

a Hiero. contra Pelag. lib. 1.

Veſtimentorũ ornatus pro dignitate perſonę.

Hieronymus Gloriatur conſortio Auguſtini.

b Aug. epiſ. 102.

Sed ad Pelagium redeamus:Quem cum hoc anno in Palæſtina Synodo ſuas damnaſſe hæreſes & Catholicas aduerſus eas aſſertiones profeſſum fuiſſe,diximus:quomodo,inquies, rurſus auſus eſt in mediũ prodire, & eadem virulenta dogmata prędicare? Audi ex S. Auguſtino quibus D ſe ſpiris ſerpens inuoluens alia captauerit diuerticula: de ipſo enim atque Cæleſtio primario eius diſcipulo agens ipſe Auguſtinus,hæc ait [c]: In tantum inimici ſunt,*gratię Dei ſcilicet*, vt ſine hac poſſe hominem credant facere omnia diuina mandata. Cum ſi hoc verum eſſet, fruſtra Dominus dixiſſe videretur [d]: Sine me nihil poteſtis facere.Denique Pelagius a fratribus increpatus (*nempe in Concilio,quod diximus,Palæſtino*) quod nihil tribueret gratiæ Dei ad eius mandata faciẽda, correctioni eorum hactenus ceſſit, vt non eam libero arbitrio præponeret, ſed infideli calliditate ſupponeret,dicens ad hoc eam dari hominibus,vt quæ facere per liberum iubentur arbitrium, facilius poſſint implere per gratiam:dicendo vtique,Vt facilius poſſint;voluit credi,etiam,ſi difficilius,tamen poſſe homines ſine diuina gratia facere iuſſa diuina.Illam vero gratiã Dei,ſine qua nihil boni poſſumus facere,non eſſe dicunt niſi in libero arbitrio,quod nullis ſuis præcedentib. meritis ab illo accepit noſtra natura;ad hoc tantum exiſtimãtes ipſum adiuuantem per ſuã legem atque doctrinam,vt diſcamus quæ facere & quæ ſperare debemus.]hæc & alia Auguſtinus,affirmãs inferius eumdem Pelagium contrarijs ſcriptis ijs quæ in hac Synodo Palæſtina damnaſſet,quę ibi profeſſus fuerat,deſtruxiſſe. XXXII.

Pelagius quas damnauit, repetit Hereſes.

c Aug. ad Quoduultde. de hæreſi cap. 88.

d Ioan. 15.

E Accidit autem,vt cum hoc anno(vt vidimus)Pelagius in dicta Synodo Palæſtina ſuas,quibus infamabatur,hæreſes condemnaſſet;atq. ob eam cauſam ab Epiſcopis qui illi conuentui interfuerant,ad communionem acceptus eſſet:ipſe Ioannes Hieroſolymitanus Epiſcopus,quod diceretur amicus Pelagij factus eſſe,apud Occidentales male audire cœperit:hinc S. Auguſtino poſtea ſuppeditatum eſt argumentum,ad eumdem Ioannem ſcribendi [e], expoſcendiq. ab eodem eiuſdem Synodi Palæſtinæ Acta.extat quidem ipſa epiſtola:& licet ad quemnam Ioannem Epiſcopũ ſcribat,in titulo deſideratur;tamen ad Ioannem Hieroſolymitanum eam eſſe datam,quæ in ea habentur,perfacile docent. Doluit vehementer S. Auguſtinus,ſubdolum hominem Pelagium tectũ ouina pelle, lupum qui intus latebat,occultaſſe, & ſic inter oues lupum allectum a paſtoribus id neſcientibus confoueri:quamobrem,vt ipſum caueret,eumdem Ioannem certiorem reddendum putauit:ad quem etiam ipſius Pelagij ſecretum librum illum,quem ab eius diſcipulis Timaſio atq. Iacobo haud pridem ad fidem conuerſis acceperat, miſit cum aduerſaria reſponſione a ſe edita; XXXIII.

e Aug. epi. 252.

Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus admonetur a S. Auguſtino.

vt ex

vt ex his Pelagius Orientalibus plenius innoteſceret,detectumque omnes cauerent. A

XXXIV. Habet autem hæc in primis Auguſtinus ad eumdem Ioannem de ipſo [a]: Pelagium vero fra
a Aug.epiſt.151. trem noſtrum,filium tuum,quem audio quod multnm diligis:hanc illi,ſuggero,exhibeas dilectio
nem,vt homines qui eum nouerunt & diligenter audierunt,non ab eo tuam ſanctitatem exiſtimēt
falli. Nam quidam ex diſcipulis eius adoleſcentes honeſtiſſime nati,& inſtitutis liberalibus erudi
ti,quam habebant io ſæculo exhortationem dimiſerunt,& ſe ad Dei ſeruitium cootulerunt.In qui
bus tamen cum apparuiſſent quædam ſanæ doctrinæ aduerſantia,quæ Saluatoris Euangelio conti
netur,& Apoſtolicis ſermonibus declaratur;id eſt,cū inuenirentur contra Dei gratiam diſputare,
propter quam Chriſtiani ſumus,& in qua ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus;& admonitio-
nibus noſtris incipetent emendari:dederunt mihi librum,quem eiuſdem Pelagij eſſe dixerunt,ro-
gantes vt ei potius reſponderem,&c.]inferius rurſum de eodem Pelagio:Si diligitis Pelagium:di-
ligat etiam vos ipſe,immo magis ſe ipſum,vt oon vos fallat. Cum enim auditis eum confiteri gra
tiam Dei & adiutorium Dei,putatis hoc eum dicere, quod & vos qoi Catholicam regulā ſapitis;
quoniam quid in libro ſno ſcripſerit,ignoratis. Propter hoc ipſum librum miſi,& meum,quo ei re
Auguſtinus petit acta Dioſpolitana. ſpondi.]& poſt nonnulla:Peto etiam nobis tranſmittere,quibus perhibetur eſſe purgatus,Eccleſia B
ſtica ea Geſta,digneris:quod ex multorum Epiſcoporum deſiderio pero, quos mecum de hac re
fama incerta perturbat.]hæc ipſe de Actis huius anni Concilij Dioſpolitaoi. Petierat & id ante a-
lij litteris Auguſtinus,& non accepiſſe doluit, vbi paulo inferius ait: Proquibns Geſtis iam nobis
miſit non vllam quidem partem Geſtorum,ſed quamdam a ſe cōſcriptam veluti defenſionem ſuā
qua ſe dixit obiectis reſpondiſſe Gallorum.]Sed quando ea tandem Synodi Acta Auguſtinus acce-
perit,ſuo loco dicemus.

XXXV. Iam vero ad Oroſium,cui credita ſuot ab Auito ſacra protomartyris pignora in Occidentem
Quid S. Auguſtinus per Oroſium cum S. Hieronymo. deferenda(vt polliciti ſumus)ſe conuertat oratio,vt intelligamus quid per eum hoc anno venien-
tem Hieroſolymam S.Auguſtinus cum S.Hieronymo litterarum internuncio pertractarit.Atque
primum illud in memoriam reuocandum,agitatam eſſe his temporibus in Eccleſia perdifficilem
quæſtionem de animarum origine,de qua Marcellioum vidimus per litteras conſuluiſſe Hierony
mum & Auguſtinum. Porro eiuſmodi quæſtio ea occaſione oborta eſt,quod Origenes in ea admo
dum deliraſſet,cum dixiſſet animas ſicut Angelos in cælo peccaſſe,io corpora vero ad luendū ſup
plicium tamquam in carcerem quemdam eſſe demiſſas.quod cum veluti ingentem blaſphemiam C
Eccleſia Catholica condemnaſſet,inde de inquirenda animarum origine occaſio dimanauit.Au-
guſtinus igitur Chriſtiana modeſtia,licet de eadem quæſtione pluribus diſſeruiſſet,tamen(vt te-
b Aug.epi.102. ſtatur in epiſtola ad Euodium [b]) de hoc ipſo per Oroſium presbyterum conſulendum putauit
c Aug.epiſt.28. S.Hieronymum. Extat quidem ipſa epiſtola [c], in cuius exordio iſta habet,quæ declarant quaota
d 1.Theſſ.2. ea obſeruantia ipſe S.Auguſtinus coluerit S.Hieronymum:ait enim: Deum noſtrum,qui [d] nos vo
cauit in ſuum regnum & gloriam,& rogaui & rogo,vt hoc quod ad te ſcribo,ſancte frater Hierony
me,conſulens te de his quæ oeſcio,fructuoſum eſſe nobis velis.Quamquam enim te multo quam
ego ſum ætate maiorem,tamen etiam ipſe iam ſenex conſulo.Sed ad diſcendū quod opus eſt,nulla
mihi ætas ſera videri poteſt:quia etſi ſenem magis decet docere quam diſcere;magis tamen diſce-
re,quam quid doceat,ignorare. Nihil quidem moleſtius fero in omnibus anguſtijs meis,quas pa-
tior in difficillimis quæſtionibus,quam in tam longinqua tuæ charitatis abſentia, vt vix poſſim
meas dare,vel recipere litteras tuas per interualla non dierum,non menſium, ſed aliquot annorū:
Per Oroſiū S. Auguſtinus conſulit S.Hieronymum. cum,ſi fieri poſſet,quotidie præſentem te habere vellem,cum quo loquerer quicquid vellem. Nec
ideo tamen non debui facere quod potui,ſi non potui totum quod volui. Ecce venit ad me religio D
ſus iuuenis,Catholica pace frater,ætate filius,honore cōpresbyter noſter Oroſius, vigil ingenio,
paratus eloquio,flagrans ſtudio,vtile vas in domo Dei eſſe deſiderans,ad refellendas falſas perni
cioſaſque doctrinas,quæ animas Hiſpanorū multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius,
trucidarunt. Nam inde ad nos vſq. ab Oceani littore properauit,fama excitus, quod apud me poſ
ſet de his quæ ſcire vellet,quicquid vellet,audire. Neq. nullum cepit aduentus ſui fructum:primo
ne de me multum famæ crederet. Deinde docui hominem,quod potui:quod autem non potui,vn
de diſcere poſſet admonui,atq. vt ad te iret,hortatus ſum. Qua in re conſilium vel præceptum meū
cum libenter acciperet,rogaui eum,abs te veniens,vt per nos ad propria remearet.quam eius pol
licitationem tenens,occaſionem mihi credidi a Domino eſſe conceſſam,qua tibi ſcriberem de his
quæ per te ſcire cupio,&c.]hæc de profectione Oroſij & petitione ſua qua Hieronymum de ani-
marum origine Auguſtinus rogauit.

XXXVI. Contigiſſe autem hoc anno profectionem ipſius Oroſij in Palæſtinam ad S.Hieronymū, quę
recitata ſunt ex epiſtola Auiti perſpicue ſatis docent. Porro ea epiſtola S.Auguſtinus quamuis di-
ſertiſſime multa de quæſtione illa diſputet;ad finem tameo,ſe neſcire profitetur,atque addit: Mul E
ta enim alia ſimiliter neſcio, quæ cōnumerare nō poſſum.]Vides verecundiam Eccleſiaſtici tracta
e Aug ep. 29.& ep.102. Retract. lib 2.c.45. totis longe longius ab hæreticorum arrogantia cuncta ſe ſcire profiteotium abhorrētis. Quin etiā
(vt idem ipſe alibi [e] teſtatur)per eumdem Oroſium alia ſcriptione conſuluit ipſum S. Hierony-
f Iacob.2. mum de ſenſu illorum verborum epiſtolæ Iacobi [f]: Qui in vno offendit,factus eſt omnium reus.]

XXXVII. At quid S.Hieronymus,cum miſſa ab Auguſtino ſcripta perlegit? Eadem quoque ipſe mode-
ſtia,ne doctorem docere videretur,voluit tacuiſſe;excuſans, quod impedito alijs rebus,in enōda-
tionem quæſtionis minime ſibi incumbere licuiſſet;cum alioqui(vt ipſe teſtatur)timeret, ne ſi di
uerſa inter ſe ſentirent,hæreticis inde daretur occaſio detrahendi:ſic vitans ſcopulos,in quos olim
impingens pene fracta fuerat amicitia. Sed Auguſtinus modeſtiam modeſtiæ rependit, & verecū
diam verecundia compenſauit,dum viuente S. Hieronymo noluit quicquam amplius de ea quæ-
g Aug. Retract. lib.2.c 45. ſtione ſcriptis mandare,expectans fore aliquando vt tantus Eccleſiæ magiſter ſuæ petitioni per
Oroſium litteris ſemel factæ ſatisfaceret. Id enim in Retractationibus ipſe profeſſus eſt, vbi ait [g]:

Scripſi

Digitized by Google

A Scripſi etiam duos libros ad Hieronymum presbyterum ſedentem in Bethlehem, vnum de origine animæ hominis.]& inferius: Reſcripſit autem laudans eamdem conſultationem meam: ſibi tamen ad reſcribendum otium non eſſe, reſpondit. Ego vero, quouſque eſſet in corpore, hos libros edere nolui; ne forte reſponderet aliquando, & cum ipſa reſponſione eius potius ederentur. Illo autem defuncto, ad hoc edidi priorem, &c.] Extat vero ipſa S. Hieronymi [a] epiſtola, quam ad eumdem S. Auguſtinum per ipſum Oroſium reddidit, cuius exordium hic deſcribemus; vt ex eo, quæ dicta ſunt, firmius comprobentur. ſic enim ſe habet:

a Hier. epiſt. 92. apud Aug. epiſt. 30.

XXXVIII. *Hieronymi rerum ſtatus.* Virum honorabilem fratrem meum, filium dignationis tuæ, Oroſium presbyterum, & ſui merito, & te iubente, ſuſcepi. ſed incidit in tempus difficillimum, quando mihi tacere melius ſit, quã loqui; ita vt noſtra ſtudia ceſſarent, & iuxta Appium, canina exerceretur facundia.] hæc namque ſcripſiſſe videtur S. Hieronymus, cum in Synodo Dioſpolitana ſciſſet iam Pelagium abſolutum, & Epiſcoporum in ſe odium conuertiſſet, quod quem illi fidem Catholicam profitetem abſoluiſſent ipſe ſcriptis aduerſarijs laceraret: etenim ante datas has ad Auguſtinum litteras, aduerſus Pelagianos ſe dialogum ſcripſiſſe teſtatur, vbi hæc primum de ſua ipſius erga Auguſtinum obſeruantia:
B Mihi autem decretum eſt, te amare, te ſuſcipere *, colere, mirari, tuaq. dicta quaſi mea defendere. Certe & in dialogo, quem nuper edidi, tuæ beatitudinis (vt dignum erat) recordatus ſum, &c.] hæc enim ſequenti anno ipſum Hieronymum ſcripſiſſe oportuit. nam cum conſtet reliquias protomartyris Stephani ad finem anni huius inuentas, quas ab Auito accepit Oroſius reuerſurus in Occidentem: eius e Palæſtina diſceſſionem non ante opportunum nauigationis tempus ſequentis anni contigiſſe, certum eſt. Eadem quoque epiſtola ipſe Hieronymus eidem Auguſtino, nomine Euſtochij atque Paulæ, nempe Iunioris, Senioris vero neptis, ſalutem impertijt his verbis: Sanctæ ac venerabiles filiæ tuæ Euſtochium & Paula & genere ſuo & exhortatione tua digne gradiuntur, ſpecialiterq. ſalutant beatitudinem tuam.] Quid autem eædem Euſtochium & Paula ab aduerſarijs paſſæ ſint, ſequenti anno dicturi ſumus.

* ſuſpicere

XXXIX. *Difficillima queſtio de origine animarũ.* Quod vero ad propoſitam pertinet de animarum origine quæſtionem: non Auguſtino tantũ atque Hieronymo viſa eſt eadem perdifficilis, ſed ante eos Gregorius Theologus [b] eam eiuſmodi eſſe exiſtimauit, quam non ſatis ſint humanæ vires vt aſſequi valerent; cum quid definiret de eadem quæſtione totus ambiguus, rem integram Deo committendam tradit, qui ipſas creauit animas.
C Sed quod magis mireris; cũ per tot ſecula, totq. doctiſſimorũ patrũ ore verſata ea quæſtio fuerit; tamen adhuc temporibus Gregorij Magni Romani Pontificis indeciſa remanſerat; nec quid de ea eſſet definiendum, ipſe auſus eſt proferre ſententiam: ad Secundinum enim ſcribens hæc ait [c]: De origine animæ inter ſanctos Patres requiſitio non parua verſata eſt: ſed vtrum ipſa ab Adã (*per traducem ſcilicet*) deſcenderit, an certe ſingulis detur, incertum remanſit.] hæc ipſe. Ceterũ in S. Hieronymi ſententiam S. Eccleſia viſa eſt eſſe propenſior, qua dicitur eaſdem recẽs a Deo creari, atque infundi corporibus; quod profeſſus eſt ipſe in epiſtola ad Marcellinũ, de qua ſuperius dictum eſt; quam tamen ſententiam haud affirmare ſe audere, ipſe in epiſtola ad Hieronymum ſcripta teſtatus eſt Auguſtinus [d], cum petit ab ipſo id dilucidius explicari, vbi ait: Quid ſi ideo adhuc iſta neſcimus, & ea neque orando, neque legendo, neque cogitando & ratiocinando inuenire potuimus: vt probemur, non ſolum indoctos quanta charitate doceamus, verum a doctis etiam quanta humilitate diſcamus? Doce ergo, quæſo, quod doceam: doce quod teneam, &c.] hæc ipſe ad S. Hieronymum. Verum & ipſum Auguſtinum poſtea in Hieronymi ſententiam abijſſe conſtat; quam & aduerſus ei aduerſantes doctiſſime propugnauit, ſcriptis eodem argumento quatuor libris [e].

b Gregor. Nazi. in carm. de anima edit. Lauẽcl.

c Grego. lib. 7. epiſt. 53.

d Aug. epiſt. 28.

e Aug. Retract. lib. 2. c. 56. & de origin. anim.

XL. D Iam vero ex Palæſtina in Ægyptum oratio migret; & quæ hoc anno res geſtæ fuerint a Cyrillo Alexandrino Epiſcopo diſquiramus. Hoc igitur anno, iiſdem Conſulibus, hæc Alexandriæ contigiſſe, Socrates auctor [f] eſt, qui rem geſtam deſcripſit: ad cuius ingreſſum monendus es, lector, hiſtoriam a Nouatiano homine, in Cyrillum parum æquo ob pulſos (vt dictum eſt) Alexandria Nouatianos, ſcriptis perinfenſo animo traditam eſſe: vt non mireris, ſi ab eodem auctore audias Cyrillum ſæpe perſtringi, & in crimen vocari ſcelerum patratorũ. caute igitur a Socrate ſcripta perlege, cum de Cyrillo indigna prorſus offendis: ſic enim ſe habet [g]: Eodem tempore Iudæorum gens a Cyrillo Epiſcopo Alexandriæ hanc ob cauſam eiecta eſt. Populus Alexandrinus præter ceteros ſeditionibus delectatur, in quibus ſi quando ſit oblata illarum conflandarum occaſio, ſcelera eduntur prope intolerabilia: quippe ſine ſanguine numquam populi impetus ſedatur. Id temporis tumultus, non de cauſa aliqua neceſſaria, ſed de ſtudio ſaltatores ſpectandi (quod malum per omnes ciuitates ſerpit) in ipſa multitudine forte ciebatur. Nam die ſabbati ingens turba ad quemdam ſaltatorem ſpectandum confluxit. Et quoniam Iudæi, qui illo die feriantur, non legi audiendæ, ſed ſpectaculis & ludis ſcenicis contemplandis totos ſe dedebant; dies ille populi factionibus inter ſe mutuo dimicandi cauſa extitit.
E Ac quãquam populi diſcordia a Præfecto Alexandriæ quodammodo tum pacificata fuit: nihilominus tamen Iudæi, alteri populi factioni aduerſarij eſſe non deſtiterunt. Atque tametſi Iudæi Chriſtianis erant ſemper infenſi; tum tamen propter ſaltatores multo in eos infenſiores facti ſunt.

f Socrat. lib. 7. c. 13.

g Socrat. lib. 7. cap. 13.

Res geſtæ Alexandriæ.

XLI. Itaque cum Oreſtes Præfectus Alexandriæ πολιτείαι (ſic enim publica Præfecti edicta appellant Alexandrini) in theatro proponendam curaret, aderant etiam Cyrilli Epiſcopi neceſſarij, vt edicta a Præfecto publicata conſiderarent. Inter quos erat vir quidam, nomine Hierax, humilioris litteraturæ magiſter, qui attentiſſimus auditor Epiſcopi Cyrilli fuit, & in concionib. eius plauſum diligentiſſime excitare conſueuit. Hunc igitur Hieracem vt primum multitudo Iudæorum in theatro conſpicata eſt, extemplo vociferari cœpit, eum ob nullam aliam cauſam ad theatrum acceſſiſſe, quam vt populum ad ſeditionem concitaret. Oreſtes autem, etſi ante Epiſcoporum poteſtas illi odio propterea fuerat, quod per eos nonnihil de auctoritate eorum, qui ab Imperatore ad magiſtratus gerendos deſignati erant, admodum detractum fuit: tamen tum vel maxime, quod

Cyrillus

Iudæi in Chriſtianos contumelioſi.

Cyrillus videbatur in eius edicta curioſe inquirere. Proinde Hieracem palam in theatro compre A
hẽſum,grauibus diuexauit ſuplicijs.Qua re intellecta Cyrillus Iudęorum primarios accerſit:illis,
ſi contra Chriſtianos tumultus ciere non deſiſtant,debitas pœnas ſe irrogaturum minatur.At mul
titudo Iudæorum,cognitis Epiſcopi minis, multo maiore iracundiæ æſtu exardeſcere, machinaſ-
que ad Chriſtianis nocendum exagitare cœpit:quas quidem præcipuam cauſam Iudæos Alexã
dria exturbandi fuiſſe,iam oſtendam.

XLII. Iudæi graſſantur in Chriſtianos.

Iudæi cum teſſeram ipſi ſibi dediſſent,nimirum vt quiſque annulum ex cortice palmæ confe
ctum geſtaret,nocturnam pugnam contra Chriſtianos inſtituũt.Itaque nocte quadam per vniuer
ſas vrbis regiones a quibuſdam cõclamandum curant,totam eccleſiam Alexandri nomine nuncu
patam igni conflagrare.Quo audito,Chriſtiani,alius aliunde concurrunt,vt eccleſiam ab incen-
dio liberent.Tum Iudæi protinus,impetu in Chriſtianos facto, eos trucidant . Atque vt à ſuis,
annulis demonſtratis,manus abſtinebant;ſic Chriſtianos,qui ipſis forte obuiam facti erant,e me
dio tollebant.Vbi autem illuxit dies,ſceleris auctores minime obſcuri & incogniti fuerunt. Qua
de re Cyrillus grauiter commotus,cum ingenti manu ad Iudæorum ſynagogas (ſic enim eorum
templa vocantur)recta pergit,& ex Iudæis nõnullos neci dat,alios expellit e ciuitate,eorumq.for B
tunas a multitudine diripi permittit. Itaque Iudæi, qui vſque ab Alexandri Macedonis tempori
bus illam vrbem incoluerant,tum vniuerſi inde eiecti, alij in alia loca diſperſi vixerunt.

XLIII. Oreſtes Præf. in Cyrillum infenſus.

Adamantius ex numero Iudæorum,qui medicinam docebat,Conſtantinopolim profectus,ad
Atticum Epiſcopum ſe contulit.Qui poſtquam Chriſtianam religionem ꝓfeſſus erat, Alexãdriæ
denuo habitauit.Oreſtes illius vrbis Præfectus illud Cyrilli facinus valde iniquo animo tulit,ma
gnumq.cœpit dolorem,tam præclaram ciuitatem tanta hominum multitudine prorſus orbatam
eſſe.Quamobrem ad Imperatorem de rebus ibi geſtis refert.Cyrillus etiam Imperatori Iudæo
rum ſcelera per litteras ſignificat:& nihilominus tamen de amicitia concilianda(ad illud namq.
faciendum populus Alexandrinus illum impulerat)cum Oreſte agit.Verum vbi Oreſtes de ami-
citia ne audire quidem voluit:Cyrillus librum Euangeliorum(hunc enim illum reueriturum pu
tauit)ei manu porrexit.At cum Oreſtis animus ne hoc modo quidem deliniri poſſet,ſed inter eũ
& Cyrillum capitales inimicitiæ ſemper intercederent;hæc clades,quam deinceps commemota-
bo,inde conſecuta eſt.

XLIV. Pſeudo monachorum audax facinus.

Nonnulli ex monachis qui Nitriæ montem incolebant,ingenio feruentiore præditi,ſicut iam C
pridem idem ipſum declararunt,exorſi a Theophili temporibus,quando erant ab illo contra Dio
ſcorum & eius fratres inique armati:ſic ad id temporis quoque æmulationis ardore inflammati,
prompto & alacri animo pro Cyrillo dimicare conſtituerunt.Itaque viri ad quingentos numero
ex monaſterijs egreſſi,vrbem Alexandrinam contendere,Præfectum rheda circumuectum obſer
uare,eum adire,ſacrificum,Gẽtilem,& alijs pluribus contumelioſis nominibus appellare cœpe-
runt.Ille ſuſpicatus ſibi a Cyrillo inſidias collocatas eſſe:exclamare,ſe Chriſtianum eſſe,& ab At-
tico Epiſcopo Conſtantinopoli baptizatum.Verum vbi monachi eius verba videbantur contem-
nere;vnus forte ex illorũ numero,nomine Ammonius,caput Præfecti lapide percuſſit.Præfectus
illo vulnere inflicto,totus ſanguine manare.Quapropter Pręfecti apparitores,exceptis paucis,om
nes ſe clam inde ſubduxere,alius alio ſe in multitudinem abdere,præcauentes ne lapidum iactu in
terimantur.

XLV. Ammonius dat pœnas ſceleris.

Interim populus Alexandrinus frequens eo confluere,monachos Præfecti cauſa animo prõ-
pto vlciſci.quos omnes præter Ammonium in fugam vertunt:iſtum ad Præfectum deduxere.Præ
fectus palam(vti leges poſtulant) de eo quæſtiones exercuit,tormentis tantiſper afflictauit,dum D
extremum ſpiritum edidit.Quæ res non diu poſt ad Imperatorum aures perlata eſt . Quinetiam
Cyrillus eamdem rem illis,ſed ſecus expoſitam,omnino per litteras ſignificauit.Corpus quoque
Ammonij capit,inq.eccleſia quadam recondit,at non Ammonij,ſed Tamnaſij nomine nuncupa-
uit;& cum in eccleſia magnitudinem animi illius,vtpote graue certamen pro pietate perpeſſi,lau
de & prædicatione extuliſſet,iuſſit Martyrem appellari.Verum qui modeſtiores erant, etiam ex
ipſis Chriſtianis,Cyrilli ſtudium erga Ammonium minime approbarunt;nam exploratum ha-
bebant,Ammonium non in tormentis interiſſe,ne Chriſtum denegare cogeretur,ſed temeritatis
ſuæ pœnas dediſſe.Quocirca Cyrillus ipſe illud ipſius facinus ſilentio in obliuionem pedetentim
venire paſſus eſt.

XLVI.

At ne adhuc quidem acerba illa inter Cyrillum & Oreſtem ſuſcepta contẽtio ſedata:eſt quip
pe alia clades huic non diſſimilis,quam ſum iam narraturus,eam renouat.Mulier quædam Alexã
driæ,Hypatia vocata,filia Theonis philoſophi,hæc tantos in litteris fecit progreſſus,vt omnes phi
loſophos ſui temporis longe ſuperaret: ac non modo in ſcholam Platonicam a Plotino deductam
ſuccederet;verum etiam omnes philoſophorum omnium præceptiones & diſciplinas, omnibus E
qui eam audire volebant,explicaret.Quapropter quotquot philoſophiæ ſtudio incendebantur ,
vndique ad illam confluebant.Quinetiam propter grauem animi fidentiam , quam ex doctrinæ
fontibus hauſerat,etiam in conſpectum Principum ſumma cum modeſtia venire non dubitauit.
Neque illam pudebat in mediam hominum frequentiam prodire: omnes enim eam ob ſingularẽ
animi moderationem cum reuerentia quadam & verebantur,& ſuſpiciebant.

XLVII. Hypatia philoſophorum celeberrima necatur.

Itaque inuidiæ flamma tum contra eam incenſa eſt.Etenim cum crebrius cum Oreſte in col-
loquium veniret:populus Eccleſiæ illam cœpit inſimulare, quod Epiſcopo ad amicitiam Oreſtis
reconciliandam aditum penitus intercludebat.Proinde certi homines,qui erant natura paulo fer
uentiores,quibus Petrus lector in illa Eccleſia ducem ſe præbuit,vno conſenſu mulierem domum
alicunde redeuntem obſeruant;de curru quo vehebatur,deturbãt;ad eccleſiam,quæ Cæſareum di
citur,rapiunt:exutamq.veſtibus,teſtis acutis,ad necem vſque dilacerant,eius membra diſcerpũt,
diſcerptaq.in locum qui Cinaron dicitur,comportant,atque igni comburũt.Hoc facinus cum Cy

Digitized by Google

A rillo,tum Eccleſiæ Alexandrinæ non exiguam labem aſperſit infamiæ. Nam qui religionem Chri
ſtianam profitebantur,a cæde,pugnis & id genus alijs omnino alieni eſſe debent. Hæ res geſtæ sũt
quarto anno Epiſcopatus Cyrilli ad decimum Conſulatum Honorij & Theodoſij ſeptimum,men
ſe Martij,cum obſeruabantur,ieiunia.]hæc Socrates:in quo primum quod ad conſignatum tem-
pus ſpectat,errore ponitur ſeptimus Conſulatus Theodoſij,cum Conſulatu decimo Honorij:nam
ſextus ponendus eſt;ſiquidem ſeptimus eius Conſulatus non cum Honorij decimo contigit, ſed
ſequenti anno,cum ſolus abſque collega eo munere functus legitur. Quod vero quartum Cyrilli
hunc numerat ſedis annum,ipſum intelligas tantummodo attigiſſe:ſiquidem idem ipſe [a] teſta- a Socr.lib.7.c.7.
tur,ſub nono Honorij Conſulatu & Theodoſij quinto,XV. Kalend. Nouẽb.defunctum eſſe Theo
philum,ac triduo poſt creatum eſſe Cyrillum:qua ratione dicendum eſt,eumdem Cyrillum hoc
anno,dicta die Octobris,abſoluiſſe ſedis ſuæ annum tertium,& inchoaſſe quartum.

XLVIII. Quod vero ad Hypatiam ipſam pertinet:celeberrimam quidem omnium huius ſæculi philo-
ſophorum claruiſſe,ex Syneſio [b] philoſopho,de quo plura ſuperius,poſſumus intelligere, cuius b Syneſ.epi.10.
ad eamdem plures extant epiſtolæ,in quibus ipſam ſæpe magiſtram & dominam vocat. Plura de 15. 16. 33. 81.
B eadem Suidas,quam virginem æque caſtiſſimam prędicat;quam & amantem diſcipulum nouo in 124.154.
uento ab amore retraxiſſe tradit. Quid autem aduerſus huiuſmodi factioſos Theodoſius Impera
tor reſcripſerit,dicemus anno ſequenti,quo idem datum reperitur eſſe reſcriptum. hic autem quę
rurſus de Iudæis hoc eodem anno Socrates narrat,ordine deſcribamus. ait enim [c]: c Socrat. libr. 7. cap. 16.

XLIX. Breui tempore poſt Iudæi pro ſcelere nefario rurſus contra Chriſtianos ab ipſis admiſſo pœ-
nas perſoluerunt in loco quodam Chalcidem & Antiochiam interiacente,qui Inmeſtar dicitur. Iu
dæi cum more ſuo ludos facerent,& inter ludendum multa abſurda admitterent:tãdem præ ebrie *Quid Iudæi in*
tate e mentis poteſtate egreſſi,non Chriſtianos ſolum,verum etiam ipſum Chriſtum in ſuis ludis *Chriſtianos auſi.*
contumelia afficere cœperunt:Crucem etiam,eoſq.qui in crucifixo ſpem ponunt,habere ludibrio,
& propterea tale quod tam facinus moliri. Puerum ſcilicet Chriſtianum comprehẽdere cruci alli
gare,in ſublime ſuſpẽdere. Quo facto,primũ irriſione illudere,cachinos in eum tollere:poſt paulo
inſania correpti,illum vſque eo verberibus cædere aggrediuntur,quoad præ cruciatu vitam amit
tat. Hac de cauſa grauis inter eos & Chriſtianos concertatio oritur. Quinetiã Imperatores de faci
nore certiores fiũt. Qui per litteras prouinciæ illius magiſtratibus ſignificãt,vt facinoris auctores
C & conquirendos curarent,& debitis ſupplicijs coercendos. Itaque Iudæi qui ibi habitabant, pro
ſcelere quod ioco conſciuerant,ſerio pœnas luerunt.]hæc Socrates. At licet Theodoſij reſcriptum
hac de re datum non appareat, extat tamen aliud hoc anno ad Aurelianum præfectum Prætoriõ
miſſum,quo iuſſit præfecturam honorariam abrogari Gamalieli. Etenim quod Chriſtiani Princi-
pes de perfido hominum genere curaſſent bene mereri,Iudæi faſtu elati talia tantaq. adeo nefan
da aggredi auſi ſunt. Ipſum autem reſcriptum ſic ſe habet [d]: d l.22. de Iudæis Cod. Theod.

L. *De Gamaliele Iudæorum Præfecto.*

Quoniam Gamalielus exiſtimauit ſe poſſe impune delinquere, quod magis eſt erectus faſti-
gio dignitatum:illuſtris auctoritas tua ſciat noſtram ſerenitatem ad virum illuſtrem Magiſtrum
Officiorũ direxiſſe præcepta,vt ab eo codicilli demantur honorariæ præfecturæ:ita ut in eo ſit ho
nore, in quo ante præfecturã fuerat cõſtitutus:ac deinceps nullas cõdi faciat ſynagogas: & ſi quæ
ſint in ſolitudine,ſi ſine ſeditione poſſint deponi,perficiat:& vt in Chriſtianos nullam habeat co-
piam iudicandi. Et ſi qua inter eos ac Iudæos ſit contentio,a Rectoribus prouinciæ dirimatur. Si
Chriſtianum,vel cuiuſlibet ſectæ hominem,ingenuum,ſeruumve Iudaica nota ſœdare tentauerit
vel ipſe,vel quiſque Iudæorum,legum ſeueritati ſubdatur. Mancipia quoque Chriſtianæ ſancti-
D tatis,ſi qua apud ſe retinet,ſecundum Conſtantinianam legem Eccleſiæ mancipentur. Dat. XIII.
Kalend. . . . . Conſtantinop. Honorio X. & Theodoſio AA. Conſſ.]Hunc autem illum exiſtimo
Gamalielem Patriarcham Iudæum, cuius eſt mentio apud S. Hieronymum [e]. e Hieron. epiſt. 101.

LI. Qui igitur Iudæos audaces compeſcendos curauit Theodoſius Imperator, hæreticos quoque
nouis infrenauit edictis. Extat enim eiuſdem reſcriptum [f] hoc anno datum aduerſus iterum emer f l.57. de hæret. Cod. Theod.
gentes Montaniſtas,dictos hæreticos Cataphrygas. Eunomianos præterea magna pertinacia ba-
ptiſmum iterantes,alia edita [g] ſanctione compeſcuit. Quo pariter anno (vt Marcellinus [h] eſt g l.58. de hæret. Cod. Theod.
auctor) idem Theodoſius Imperator nouo facto hactenus intentato nobilitauit Imperium, cum
maiorem natu ſanctam ſororem in Imperij conſortium allegens,creauit Auguſtam, virginem ſa- h Marcellin. in Chron.
ne prudentiſſimam,ſicut nobilitate,ita & religione ceteris præferendam,ætatem ſapientia ſuperã
rem,agentem annos ſexdecim:nam ſub Conſulatu Theodori & Eutropij (eſt is annus Domini tre *Pulcheria*
centeſimus nonageſimus nonus)natam eſſe,idem auctor aſſirmat:licet Sozomenus ei tribuat qua *creatur Auguſta.*
tuordecim tantum annos,cum habenas capeſſiuit Imperii,qui hæc de ipſa habet [i]: Diuina potẽ
tia vniuerſi conditrix,tum ipſius Theodoſij,tum Imperij procuratricem conſtituit Pulcheriã ſoro i Sozom. libr. 9. cap. 1.
E rem:quæ quidem nondum annum decimumquintum agens,ſuper ætatem ſapientiſſima,ac diuinũ
ſpiritum accepit. Ac primum Deo virginitatem ſuam deuouit:deinde & ſorores ſuas ad idem vi- *Pulcheria vouit virginitatem.*
tæ inſtitutum educauit:ne forte virum quemquam alium Imperio ſubinduceret, ſed potius omnẽ
inuidiæ & inſidiarum occaſionem præcideret. Vt igitur ea quæ conſtituerat,conſignaret,ac Deum
ipſum & ſacerdotes,omneſq. ſubditos teſtes faceret voluntatis ſuæ;ex auro gemmiſq. pretioſis ad
mirabile quoddam donarium & ſpectaculum omnium pulcherrimum pro virginitate ſua & Im-
perio fratris,ſacram menſam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dicauit:idq. ipſum vt cunctis eſſet cõ
ſpicuum, in fronte eiuſdem menſæ litteris expreſſit.

LII. Poſtquam autem principatus curam ſuſcepiſſet,rectiſſime & magno cum decore Romanum
Imperium gubernauit,cum & bene conſuleret, & conſulta expedite perageret ac ſcriberet:diligen *Pulcheria qualiter Theodoſium inſtituit.*
tem enim operam impenderat,vt Romana,Græcaq. lingua proprie loqueretur ac ſcriberet. Rerũ
porro gerendarum diſpoſitionem fratris auctoritate fulciebat,atque id curabat, vt is pro ætate di
ſciplinis idoneis ex Imperatoriæ maieſtatis dignitate quam maxime inſtitueretur. Itaque eque-
ſtris

ſtris quidem pugnæ, ac reliquam in armis ac litteris ſcientiam ab earum profeſſoribus diſcebat: A
vt vero in proceſſu ornate ſe ac regulariter gereret, a ſorore erudiebatur; de qua videlicet hoc diſce
bat, quid in veſtitu, quid in ſedendo, quid in ingreſſu decorum eſſet; quomodo exhibere riſum; &
pro re nata tum amabilis, tũ formidabilis eſſe; & eos qui peterent, appoſite audire deberet. Haud
minime autem eum ad pietatem inſtituebat; aſſueſcens, vt & continẽter oraret, & eccleſias frequẽ
ter accederet, & donarijs & ac cymelijs templa honoraret, & in pretio haberet ſacerdotes ac cete
ros viros bonos, & eos qui ſapientiam Chriſtianorum legibus approbatam ſectarentur. Quinetiã
cum per doctrinas adulterinas videretur eſſe turbanda religio, ſtudioſe ac prudenter obſtitit: nam
quod noſtra memoria nouæ hæreſes non inſurrexerint, ipſam potiſſimum in cauſa fuiſſe compe-
riemus, ſicut in conſequentibus videbimus. Et ſane quam magna reuerentia Deum coleret, dice-
re longum foret. At quæ & quot templa magnifice illa conſtruxerit; quotque pauperum diuerſo-
ria & conuentus monaſticos inſtituerit, perennes his ipſis largita ſumptus ad ſuppeditandum in-
colentibus alimentum: ſi quis de harum rerum veritate experientiæ ſuæ credere malit, quam ver-
bis meis: comperiet me neque falſe, neque ad gratiam hæc ſcribere; ſi modo apud eius Curiæ Præ-
fectos cõſcriptam perlegerit harum rerum hiſtoriam, & ex Actis publicis æſtimet, an ſcriptis no- B
ſtris res geſtę conſonent.] hæc Sozomenus, reliqua vero ab eodem de ipſa memoriæ commendata
dicemus inferius, reddentes ſingula ſingulis annis.

LIII.
a Socrat. libr. 7. cap. 22.
Theodoſii iunioris immenſa religio.

Sed quantum profecerit ipſe Theodoſius conſuetudine & cura atque exemplo, educationeq.
ipſius maioris natu ſororis Pulcheriæ, ex Socrate [a] iſta accipe: Primum, tametſi in ipſa Regia na-
tus, educatuſq. erat; nihil tamen ex illa educatione omnino contraxit molliciei, tarditatiſve: ſed
adeo ſolers & prudens fuit, vt illis qui cum eo ſermones conferebant, multarum rerum experien-
tiam conſecutus videretur. Deinde tanta corporis & animi tolerantia fuit, vt tum algorem, æſtũ
que forti & virili animo, ſuſtineret, tum crebro ieiunaret, & maxime diebus Mercurij & Veneris,
quas Græci τετράδας καὶ παρασκευὰς ἡμέρας vocant. Atque hoc ab eo factitatum fuit, dum Chri-
ſtianam viuendi rationem cumulatiſſime explere contenderet. Eius Regia non diſſimilis fuit mo
naſterio. Nã primo diluculo ille ipſe cum ſororibus ſuis hymnos alternatim decantatos recitauit.
Quinetiam ſacras litteras memoriter pronunciauit. Nam cum Epiſcopis, perinde ac ſi ſacerdos iã
olim deſignatus eſſet, de ijſdem diſſeruit. Libros etiam, tum qui ſacra Dei eloquia complectebantur,
tum qui ab eorumdem interpretibus conſcripti erant, multo diligentius quã Ptolemæus Phi- C
ladelphus olim, in vnum colligendos curauit. Porro autem patientia & manſuetudine omnes lon
ge ſuperauit. Nam Imperator Iulianus quamquam ſtudium philoſophiæ profitebatur: tamẽ odiũ
contra eos, qui Antiochiæ eius nomen perſtrinxerant, minime compreſſit, ſed Theodoro vno ex il
lorum numero grauiſſima tormẽta impoſuit. At Theodoſius, ſubtilitate ratiocinationum Ariſto
telicarum penitus derelicta, philoſophiæ ſtudium rectis vitæ officijs ſedulo excoluit.

LIV.
Theodoſii virtutes.

Iram cohibere didicit, dolorem toleranter ferre; neminem qui eum iniuria affecerat, vlciſci: im
mo vero nemo vmquam illum ira incenſum aſpexit. Itemque cuidam ex neceſſarijs aliquando ſci
ſcitanti, cur neminem qui intuliſſet iniuriam, morte aliquando mulctaſſet, ſic reſpondit: Vtinam po
tius mihi poteſtas eſſet, eos qui mortui ſunt, ad vitam denuo reuocandi. ſed hæc alij tribuunt auo,
Maiori nempe Theodoſio, a quo probe dictũ nepos didicit & imitatione perfecit. ſubdit vero So-
crates: Alteri etiam de eadem re interroganti dixit; Non magna res eſt, neque ardua, vt qui humo
ſit, mortẽ oppetat: ſed eũ q̃ ſemel obierit, nemo omnino, licet ſe de eius morte maxime pœniteat,
niſi ſolus Deus poſſit ad vitam reuocare. Adeo firme iſtud ipſum ab eo obſeruatum fuit, vt ſi quiſ
quam crimen, quod eſſet capitis ſupplicio mulctẽdum, aliquando commiſiſſet, ne ad portas vſque D
ciuitatis verſus locum vbi mortis ſubiret ſuplicium, abduci paſſus eſt; quin miſericordia commo-
tus, illum reuocauerit. Accedit eo, quod cum Conſtãtinopoli in amphitheatro pugnas cum beſtijs
quodam tempore pro ſpectaculo ederet, populuſq. ſublato clamore poſtularet, vt aliquis ex eo
rum numero, quorum inſigniter eminebat audacia, cum fera beſtia decertaret; reſpondit: Annon
explorate cognitum haberis, nos ita aſſuefactos eſſe, vt nulla crudelia ſpectacula cõtemplari poſſi
mus? Quæ cum populus ex eius ore audiuiſſet, de reliquo a crudelitatis ſpectaculis abſtinere didi
cit. Quinetiam adeo pius fuit, vt omnes Dei ſacerdotes honorifice coleret, eoſq. potiſſimum, quos
intellexerat pietate in primis excellere.

LV.
Theodoſii pietas.

Fertur præterea ſaccum, quo Epiſcopus Chebrorum, qui Conſtantinopoli mortem obijt, in-
dutus erat, quæſiuiſſe; eumq. quantumuis ſordidatum, induiſſe; perſuaſum nimirum, ſe aliquid ex
mortui ſanctimonia inde percepturum. Quodam anni tempore proceloſo admodum & turbido,
conſueta ſtatutaq. ſpectacula, populo ea flagitante, in Circo edidit. Vbi autem Circus hominibus
refertus fuit, tempeſtas cœpit eſſe vehementior. ac cum magna vis niuis præceps delaberetur, tũ
Imperator præcipue declarauit quo animo erga Deum affectus eſſet: ſic enim populum per præ- E
cones compellauit: Quin multo ſatius eſt, vt neglecto ſpectaculo, omnes vno ore Deum precemur,
vt ab imminente procella conſeruemur incolumes. Vix hæc verba protulerat, cum omnes in Cir
co vno animorum conſenſu, ſummaq. cum alacrite Deo preces fundere cœperunt, totaque ciuitas
quaſi vna eccleſia fuit. Tum Imperator in media populi frequentia priuati hominis habitu ince-
dens, hymnos recitare exorditur, nec ſpes certe eum fruſtrata eſt: nam aer ſerenus factus eſt, & an
nonæ caritas Dei benignitate in omniũ rerum affluentia commutata. Si quando bellum concita-
batur, Dauidis exemplum imitatus, ad Deum confugit, pro certo perſuaſus eum bellorum admi

Pietas regit Imperium.

niſtratorem eſſe: precũq. ſubſidio adiutus, ea proſpere & feliciter geſſit.] hactenus Socrates: ex qui
bus plane intelligis, quantum valeat in recte adminiſtrando, ſecuroq. ſeruando Imperio erga Deũ
pietas, & exacte cuſtodita religio: cum tantam molem puer vnus atque puella ſumma tranquilli-
tate ab omni barbarorum & tyrannorum timore ſecuram (quod nec temporibus bellicoſiſſimo-
rum Imperatorũ conceſſum eſt) feliciter rexerint, Deo nimirum eiuſdem Imperij habenas ma-
nu appre-

Digitized by Google

A nu apprehendente,atq.ſua prouidentia moderante,atq.protectione cuſtodiente, poſito in eo ipſo Saluatore muro [a] & antemurale. At hæc dicta ſunt occaſione Pulcheriæ, Theodoſio bonorū omnium conciliatricis,ab ipſo hoc anno creatæ inſigni virtutum merito Auguſtæ;quam quidem ipſe Theodoſius ſuis a ſe dari ſolitis reſcriptis, Venerabilem Auguſtam,nominare conſueuit [b].

a Iſai.26.
b L.21. de luſtr. col.Cod.Theod.

LVI. At cū tantorum religione Principū, tot tantiſq.bonis Orientale Imperiū fuerit locupletatum; illud ad bonorū cumulū acceſſit additamentū, dum(quod Sozomenus iure conſiderat)præclara ſanctorū corpora Deus ad opitulationē Fideliū voluit e terra emergere,atq.non ſecus ac viuos perenneſq.gratiarū ſontes erūpere:ſic enim ait [c]:Interea Oriētale Imperiū hoſtib. liberatū fuit,eiuſque prouinciæ multo cū decore adminiſtrabantur, præter omniū ſniam:erat enim adhuc iuuenis Imperator. Sed Deus præſenti hoc Imperio maniſeſte declarari videbatur,qui non ſolū præter expectationem(quod ad hoſtes attinet)ita diſponeret,verum etiā multorum ſancta corpora manifeſtaret ex his qui olim ob pietatem illuſtres extiterunt. Cuiuſmodi vtriq.& illud eſt, quod tunc accidit in Zacharia vetuſto Propheta,& in Stephano diacono ab Apoſtolis ordinato. Vtriuſq.aūt inuentionis,cū miraculoſa ſit ac diuina,modū exponere,neceſſariū eſſe duxi.]hæc ipſe. Quoto autē B Theodoſij Iunioris Imperij anno Zachariæ corpus inuentū ſit, penitus ignorat:ſed qđ ab eodē auctore primo loco recenſeatur inuētio Zachariæ, inde opinādi manauit occaſio, vt ante S. Stephani & ſociorū corpora, Zachariæ reperiri cōtigerit. Nos vero, recēſita ſuperius,q̄ huius anni Cōſulib. cōſignata erat,inuētione S.Stephani,de Zacharia ex eodē auctore Sozomeno reddamus hiſtoriā.

c Soz.li.9.c.16.
Imperiū Theodoſii felix ob inſignem Principis pietatē.

LVII. Exordiar(inquit [d])a Propheta Zacharia. Cophar villa eſt in territorio Eleutheropolis Palæſtinæ. Huic Præfectus erat agri ipſius cōſeruus Calimerus quidā, dño quidē ſuo fidelis,ſed moroſus interim ac difficilis,& in conterminos agricolas iniquus. Quāuis aūt talis eſſet: Propheta īn ei vigilanti clara luce apparens,ſe ipſum reuelauit. Et horto quodā demonſtrato: Age q̄ſo(inquit)hic fodito,ab hac ſepe in hortū menſura ducta ad cubitos duos,iuxta viā q̄ ducit ad ciuitatē Betherebin. Reperies enim arcā duplicatā,ligneam interiorem in exteriori plumbea,& pp hanc arcā, vitreū itē vas aquis plenū,& duos etiā ſerpentes amplitudine mediocres,mites,& innoxios,adeo vt manſueti videri poſſint. Calimerus igitur ad locū indicatum ex Prophetæ mandato profectus,operi grauiter incubuit. Et cum ſecundū prædicta ſigna iā in opertum producta & recluſa eſſet arca ſacra:apparuit diuinus Propheta,candidam ſtolam indutus,vtpote qui(vt opinor) ſacerdos etiam C fuerit. Sub pedibus autem eius extra arcam iacebat puer regali apparatu ſepultus:habebat enim in capite coronam auream,& aurea in pedibus calciamenta,& veſtem pretioſam.

d Soz.li.9.c.vlt.
Zachariæ Prophetæ corpus inuentum.

LVIII. Diſquirentib. igitur tum ſapiētib. ac ſacerdotib. de iſto puero,quiſnam & vnde eſſet, & cur ſic ornatus eſſet? Fertur Zachariam,qui tum in Geraris conuentui monaſtico præerat,in vetuſtū qđdam,ſed non canonicum Iudæorum ſcriptū forte incidiſſe,quo tradebatur,quod Ioas Rex Iudææ non multo poſt quam Prophetam Zachariam interfeciſſet,in domum ſuam ingentem calamitatē acceperit. Quandoquidem ſeptimo poſt interfectum Prophetam die,filius admodum ipſi carus repente interijt. Colligens igitur ſe propter iram diuinam in huiuſmodi calamitatem incidiſſe, ſub illius pedibus puerum ſepeliuit,quaſi hac ratione ſeſe purgaret illis quæ aduerſus Prophetam deliquerat. Atq.hæc quidem ego ſic accepi. Propheta vero tametſi ſæculis jam plurimis ſub terra iacuiſſet:viuus tū adhuc apparebat,capite raſo,naſo oblongo,barba modice prominenti,capite breuiuſculo,oculos habens aliquātulū profundos ac ſupercilijs cōtectos.]hucuſq.Sozomenus: deſiderantur cetera quæ de inuentione S.Stephani ꝓtomartyris ſe fore dicturū pollicitus fuerat. Nō enim iſta tantum operi deſunt,ſed plurimorum annorum res geſtæ:ſiquidem in præfatione ipſe teſtatur,perduxiſſe ſcriptam a ſe hiſtoriam vſq.ad Conſulatum decimumſeptimum eiuſdem Theo- D doſij Imperatoris,nempe vſque ad annum Chriſti quadrigenteſimum vndequadrageſimum.

Hiſtoriæ Soz. terminus.

LIX. Hoc itē anno ſub eiſdē Cōſulib. S. Proſper in Chronico hæc accidiſſe in Occidente refert: Attalus(*qui Imperium ſemel abdicatum in Gallijs iterum ſumpſit*)a Gothis ad Hiſpanias migrantib. neglectus,& pſidio carens capitur,& Conſtantio Patricio viuus offertur.]de quo hæc etiā Oroſius [e]: Attalus itaq.tamquā inane Imperij ſimulacrum,cum Gothis vſq.ad Hiſpaniā portatus eſt. Vnde diſcedens [*] naui,incerta moliens,in mari captus,& ad Conſtantiū Comitē deductus,deinde Imperatori Honorio exhibitus,truncata manu,vitæ relictus eſt.]hæc Oroſius. Vides Chriſtiani Principis manſuetudinem erga tyrannū,dum perduellē Chriſtianæ religionis & Imperij,mille mortib. addicendū,tā leuiter mulctatum voluit. Pepercisſet omnino etiā,niſi iram militum timuiſſet. Hic tandem finis impij hominis Chriſtianæ religionis nequiſſimi proditoris,& vana deorū pollicitatione Imperiū ad Gentiliū cultū reſtituere ſatagentis,quiq.inſtar Iuliani,ablegato Labaro, in quo Chriſti nomen & ſignū fulgebat intextū,ad priſtinum Romanum vſum militaria ſigna reſtituta erexit, atq.in nummis expreſſit:nā loco Labari Victoriā,& pro Cruce puram haſtam effigiandam curauit,ipſamq.mediam Romam nouam,vt indicant hinc inde poſita in figura numiſmatis elementa.

Attali Tyranni caſus.
e Oroſ.lib.7.ca. 42.
* deſcendens

E

f



f Extat Romæ apud Læliū Paſqualin.

Poſt hæc narrata de Attalo, iſta ſubdit S. Proſper in Chronico ſub iiſdem Conſulibus: Athaul- A

LX. Athaulphi Gothorum Regis obitus.

phus (*ipſe Rex Gothorum, qui ſucceſſerat Alarico*) a quodam ſuorum vulneratus interijt: regnumque eius Vuallia filius, qui idem cupere intelligebatur, inuaſit.] Oroſius vero Segericum ſucceſſiſſe tradit Athaulpho, & poſt Segericum Vualliam adeptum fuiſſe Gothorum regnum. Ait enim hæc de Athaulpho [a]: Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ ſtudioſiſſime inſiſteret, apud Barcionem Hiſpaniæ vrbem dolo ſuorũ (vt fertur) occiſus eſt. Poſt hunc Segericus Rex a Gothis creatus, cum itidẽ iudicio Dei ad pacẽ pronus eſſet, nihilominus a ſuis interfectus eſt. Deinde Vuallia ſucceſſit in regnum, ad hoc electus a Gothis, vt pacem infringeret; ad hoc ordinatus a Deo, vt pacẽ confirmaret. Hic igitur territus maxime iudicio Dei, quia cum magna ſuperiori abhinc anno Gothorum manus inſtructa armis nauigijſq. tranſire in Africam moliretur, in duodecim millia paſſuum Gaditani freti tempeſtate correpta miſerabili exitu perierat: memor etiam illius acceptæ ſub Alarico cladis, cum Gothi in Siciliam tranſire conati, in conſpectu ſuorum miſerabiliter arrepti atque demerſi ſunt: pacem optimam cum Honorio Imperatore, datis lectiſſimis obſidibus, pepigit: Placidiã Imperatoris ſororem honorifice apud ſe honeſteque habitam fratri reddidit.] hæc Oroſius. B

a Oroſ. libr. 7. c. 43.

LXI. Gothi expilantes vrbem male periere.

In quibus illud primum obſeruatione dignum conſidera, Gothos illos, qui Vrbem deprædati ſunt, duplici naufragio breuiſſimi maris ſpatio fuiſſe punitos tum in freto Siculo, tum Gaditano, p̃ter alias clades, quibus confecti ſunt. Iſtud ipſum plane alijs poſtea diuerſis temporibus accidiſſe eiuſdem Vrbis inuaſoribus & prædatoribus, accuratus lector inueniet: nimirum, qui id facere auſi fuerunt, ſemper Dei vindicta haud tarda male perijſſe, prorſuſq. deletos eſſe. ſed & cladem Borbonicam, quæ hoc noſtro ſæculo accidit, in exemplum adducere poſſemus: verum quod prolixiorem requirant iſta ſermonem, ſuis locis relinquimus pertractanda.

LXII.

Quod vero ex Oroſio vidimus ſucceſſiſſe Athaulpho Segericum; quod breuiſſimo tempore regnum tenuerit, videtur a Proſpero prætermiſſus. Etenim quod a Vuallia dicit redditam *Gallã Placidiam* Honorio: id quidem ſequenti anno factum tradit ipſe Proſper in Chronico: vt ex his intelligas, hoc anno occiſo Athaulpho, & Segerico ſucceſſore cito e medio ſublato, Vualliam ſequenti anno iam adeptum adminiſtraſſe regnum, eodemque anno tentaſſe in Africam tranſitum, atq. paſſum eſſe naufragium. Nam quod ait, id accidiſſe ſuperiore anno a tempore quo illa ſcribebat: cum conſtet eius aſſertione, opus illud expleſſe (vt ait) anno ab origine mundi quinque milleſimo ſexcenteſimo decimooctauo: plane intelligis, ſecundum initam prius ab ipſo rationem ſupputationis, illa abſoluiſſe anno Domini quadringenteſimo decimoſeptimo, & quem ait annum ante illud tempus, perſpicue ſignificare ſequentem annum Domini quadringenteſimum decimumſextum. Subdit hæc autem de eiuſdem Vualliæ ſtudio erga Romanum Imperium [b]: Romanæ ſecuritati periculum ſuum obtulit, vt aduerſus ceteras gentes, quæ per Hiſpanias conſediſſent, ſibi pugnaret, & Romanis vinceret. Quamuis & ceteri Alanorum, Vuandalorum, Sueuorumque Reges eodem nobiſcum placito depacti forent, mandantes Imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacẽ habe, omniumque obſides accipe: nos nobiſcum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus: immortalis vero quæſtus erit Reipublicæ tuæ, ſi vtrique pereamus. Quis hæc crederet, niſi res doceret? Itaque nunc quotidie apud Hiſpanias geri bella gentium, & agi ſtrages ex alterutro barbarorum, crebris certiſque nuncijs diſcimus: præcipue vero Vualliam Gothorum Regem inſiſtere patrandæ paci ferunt.] hæc Oroſius: vt plane ex his videas quam abundanti menſura Deus Honorij Imp. religionem ſæpius compenſauerit. C

b Oroſ. eod. lib. 7. c. 43.

Hoc enim anno Honorius Imp. quos ſciret in Africa eſſe Gentiles, ab eis omnes ſumptus abſtulit, quibus illos ſuperſtitioni hactenus inſeruiſſe ſciuit. extat de his [c] reſcriptum eiuſdem Imperatoris his Conſulibus datum. D

c l. 1. tit. de Pag. Cod. Theod.

IESV CHRISTI ANNVS 416. INNOCENTII PAP. ANNVS 15. HONORII 22. THEODOSII 9. IMPP.

I. Concilia Carthaginenſe & Mileuitanum.

QVadringenteſimo decimoquinto Chriſti anno Theoduſius Auguſtus ſeptimum adijt Conſulatum, collegam nactus Palladium; Quo aduerſus Pelagianos celebratum eſt Conciliũ Carthaginenſe, vbi Pelagius atq. Cæleſtius hæretici damnati ſunt. Idemq. aliud eodem anno Mileui in Numidia aduerſus eoſdem Concilium habitum eſt. Ex ambabus Synodis ad Innocentium Romanum Pontificem litteræ Synodales ſcriptæ ſunt.

Dicturi cum ſimus de vtroque Concilio hoc eodem anno, eadem quoque ex cauſa celebratis, primum omnium, ex inſtituto, temporis ratio firmanda eſt, cum hac in re pleroſque ſciamus erraſſe. Vt igitur abſque ambiguitate certo certius aſſeramus, hoc anno vtramque Synodum in Africa habitam, alteram Carthagine, Mileui alteram, illam prius, hanc vero poſterius; ex dictis litteris ad Innocentium Papam ſcriptis, & alijs eiuſdem Pontificis ad eas redditis poſſumus perſpicue intelligere. Atque illud primum: paulo ante celebratam eſſe Synodum illam Carthagine, poſtea vero iſtam Mileui, inde affirmari poſſe videtur, dum in litteris Mileuitani Concilij ad Innocentiũ hæc habentur expreſſa in fine [d]: Hæc ad ſanctitatem tuam de Concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginenſis prouinciæ coepiſcopos noſtros, quos ad ſedem Apoſtolicam, quã beatus illuſtras, de hac cauſa ſcripſiſſe comperimus.] hæc ibi. Et ne putes, quas citant Patres litteras Carthaginenſis Concilij, alias voluiſſe intelligere ex alio Concilio iã diu ante præſentem annum datas, ac proinde non hoc anno illud celebratum fuiſſe, ſed eodem ferme tempore: accipe quod Innocentius Papa ad eus reſcribens affirmat, nimirum per eumdem legatum Epiſcopum ab vtraque Synodo, Carthaginenſi ſcilicet & Mileuitana, ſe litteras accepiſſe. ait enim [e]: Frater & E

d Apud Auguſt. epiſt. 82. & t. 1. epiſt. Ro. Pontif. inter epiſt. Innoc.

e Innoc. ep. 32. Apud Aug. epiſt. 93.

coepiſcopus

A coepiſcopus noſter Iulius dilectionis veſtræ litteras, quas ex Mileuitano Concilio cura fidei propenſiore miſiſtis, mihi inopinanter ingeſſit, Carthaginenſis etiam Synodi quærelæ parilis ſcripta ſubiungens, &c.]Factum namque eſſe videtur, vt Aurelius Carthaginenſis Epus de his quæ decreta eſſent in Concilio Carthaginenſi litteras ſcripſerit ad Romanum Pontificem, iuſſeritq. Iulium, quem ad eas perferendas legauit Epiſcopum, in Numidiam proficiſci, & e Concilio etiam Mileuitano, quod eadem ex cauſa collectum ſciebat, alias accipere ad eumdem Innocentium Papam litteras.

Cum igitur ex his appareat, eodem ferme tempore, eodemq. anno duo hæc fuiſſe in Africa Cõcilia celebrata, paulo tamen ante Mileuitanum Carthaginenſe: vt hoc ipſo anno ſub dicto Conſulatu Theodoſij atq. Palladij eadem eſſe habita affirmemus, inde euidens ſuppetit argumentum, qđ Innocentius Papa, his acceptis litteris Synodalib. ad eoſdem qui dederant reſcribens Epiſcopos menſe Ianuarij anni ſequentis ſub Conſulatu Honorij atque Conſtantij, demonſtrat hoc anno dictas Synodos eſſe habitas, ex quibus hoc anno eam legationem acceperit. monſtrant id enim quæ redditæ ſunt ab ipſo Innocentio ad Concilium Mileuitanum, cum datæ habeantur ſexto Kalendas
B Februarij, dictis Honorio & Conſtantio Conſulibus, quos cõſtat ſequenti anno eo munere inſignitos. Vnde ex his affirmari poſſe videtur, vtrumq. Concilium, primum Carthagine, deinde Mileui autumnali tempore celebratum: ex quibus ante hiemem legatio miſſa, ad Innocentium peruenerit hiemis tempore. quod enim menſe Ianuarij anno ſequenti mox ad eos reſcripſit Innocentius, haud pridem ſe eas accepiſſe demonſtrat, quibus etiam ſignificat Iulium ipſum legatum ex Carthaginenſi & Mileuitano Concilijs eas litteras attuliſſe.

II. *De tempore vtriuſque Concilij.*

Hæc cum adeo euidenti ratione ſubſiſtant, ex his primum corrige qui dixerunt Mileuitanum Concilium contra Pelagium atque Cæleſtium celebratum eſſe [a] Arcadio & Honorio Auguſtis Conſulibus, anno Chriſti quadringenteſimo ſecundo. Nam Mileuitanum illud Concilium longe diuerſum ab iſto, de quo agitur, eſt, vt ſuo loco ſuperius demonſtrauimus: ſiquidẽ eo tempore nulla erat Pelagij vel Cæleſtij in Africanis Eccleſijs mentio: conſtatq. illud præterea habitum a Xantippo Numidiæ Primate; præſens autem, de quo eſt ſermo, nulla de Xantippo habita mentione, primo loco poſitum habet Siluanum, vtpote eiuſdem prouinciæ Primatem. ſed accidit vitio librariorum, ſeu potius Collectorum incuria, vt duo hæc Mileuitana Concilia vnum idemque eſſe rati, ſimul in vnum conflauerint, effecerintq. ex duobus vnum, quod apparet typis excuſum [b], in cuius
C exordio præfixa habetur nota diei & Conſulis, quæ eſt prioris Mileuitani Cõcilij, cui interfuit (vt vidimus) Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus, & cetera quæ habentur, vſq. ad illa verba: Ideoq. pariter.] quæ vero hæc ſequuntur Acta, huius de quo agimus, ſunt Mileuitani Concilij, vſq. ad octauũ canonem: reliqui vero qui ſequuntur ad finem vſq. diuerſorum eſſe apparent Conciliorum Africanorum canones: ipſamq. ad finem appoſitam ſubſcriptionem longe diuerſam ab hoc Concilio Mileuitano, qui nomina legerit Epiſcoporum qui huic Synodo interfuerunt, intelliget: adeo vt vnum videas corpus ex diuerſis membris eſſe compactum, cuius caput, pedes & reliqua membra ſint ex alijs diuerſis corporibus compaginata: quæ niſi quis accurate perſpexerit, in ambages inextricabiles & nodos inſolubiles incidat neceſſe eſt.

III. [a] Extat t. 1. Cõcil. vet edit. pag. 481. *Mileuitanum Concilium poſterius cum priore confuſum.* [b] Item tom. 1. Concil.

His igitur elucidatis, iam de ipſis agamus Concilijs, ac primum de Carthaginenſi: cuius quidẽ celebrandi ea occaſio ante ſuppeditata fuiſſe videtur; quod Oroſius presbyter, qui anno ſuperiori (vt vidimus) profectus in Palæſtinam ad S. Hieronymum, cum ibi eſſet, menſe Decembris celebratam viderit Synodum Dioſpolitanam, in qua ſciſſet Pelagium cum decepiſſet inuolucro verbo
D rum Epiſcopos, ab eiſdem fuiſſe abſolutum, & in communicationem acceptum, aduerſus quem pariter ſciſſet S. Hieronymum ſcriptis editis reclamaſſe: ipſe, inquam, Oroſius hoc ipſo anno, veris tempore ſoluens e Palæſtina, in Africam ex condicto rediens, & cuncta referens, excitauit Africanos Epiſcopos ad hæreſim penitus debellandam, quam ipſi ante in Cæleſtio Carthagine (vt vidimus) condemnaſſent. Facile id fuit illis omnibus perſuadere, tum exemplo & cohortatione S. Hieronymi litteris ab eo redditis ad Auguſtinum, tum ex imminenti periculo, quod libere ſcirent agere vt Catholicum, iam abſolutum Pelagium in Concilio Palæſtino, cuius decreto reſcindi viderentur, quæ ipſi Epiſcopi Africani iam ante aduerſus Cæleſtium ſtatuiſſent. Adiecit ad hæc Oroſius, vt quas ſecum haberet datas ad ſe litteras Epiſcoporum Herotis & Lazari, eas Africanis Epiſcopis dederit inſpiciendas, ſcriptas haud dubium aduerſus Pelagium atque Cæleſtium. fuiſſe autem Herotem & Lazarum in Gallia Epiſcopos, magnoque ardore animi inſectatos eſſe ambos hæreſiarchas, quæ inferius dicturi ſumus, perſpicue declarabunt. Porro Gallorum animos aduerſus Pelagianos incenſos fuiſſe, S. Auguſtinus ſæpe teſtatur.

IV. *Occaſio cogendę Synodi Carthaginenſis.*

Hæc quidem haud a nobis inani intelliges eſſe imaginatione conficta, ſi Africanorum Epiſco
E porum hoc anno datas ad Innocentium Papam litteras exacte perlegeris. Nam abſoluto a Synodo Palæſtina Pelagio, ijdem Africani Epiſcopi ſunt conqueſti litteris illis, quæ Aurelij, Alypij, Auguſtini, & aliorum nomine hoc anno (vt dicemus) ſunt redditæ ad Innocentium [c], & alijs [d] ad eumdem a Mileuitana Synodo datis contra eoſdem Pelagianos, quibus & aduerſus eoſdem S. Hieronymi ſtudium commendatur, ſed & Pelagij libertas ex fraude comparata pariter nũciatur, his ſcilicet verbis: Pelagius vero (ſicut a quibuſdam fratribus noſtris miſſę loquuntur epiſtolæ) Hieroſolymis conſtitutus nonnullos fallere aſſeritur. Veruntamen multo plures, qui eius ſenſus diligentius indagare potuerunt aduerſus eum pro Chriſti gratia & Catholicæ fidei veritate confligunt, ſed præcipue ſanctus filius tuus & frater & compresbyter noſter Hieronymus.] hæc ibi. Et de editis ab Oroſio Gallorum Epiſcoporum epiſtolis, Synodales litteræ Carthaginenſis Concilij aperte docent his verbis in earum exordio [e]: Cum ex more ad Carthaginenſem Eccleſiam ſolemniter veniremus, atque ex diuerſis cauſis congregata ex nobis Synodus haberetur: compresbyter noſter Oroſius nobis litteras ſanctorum fratrum & conſacerdotum noſtrorũ dedit Herotis & Laza-

V. *Africani Epiſcopi excitati contra Pelagium.* [c] Apud Auguſ. epi. 95. & tom. 1. epiſ. Ro. Pontif. [d] Apud Auguſ. epiſt. 92. & tom. 1: epi. Rom. Pontif. [e] Apud Auguſt. epiſt. 90. & tom. 1. epiſtol. Rom. Pontif.

ri,quarum formam his conſtituimus eſſe ſubdendam,&c.] Qui autem conuenerunt Carthagine A Epiſcopi,numerati habentur ſeptuagintaſeptem.

VI.
Quæ acta ſint in Cõcilio Carthaginenſi cõtra Pelagium.

Cum igitur allatæ per Oroſium dictæ Gallorum Epiſcoporum litteræ Synodo exhibitæ eſſent, & cauſa Pelagij atque Cæleſtij tractanda propoſita eſſet in ipſo Concilio Carthaginenſi:ad pleniorem cauſæ cognitionem,iuſſa ſunt edi in Synodo Acta Eccleſiaſtica ante quinquennium (vt dictũ eſt)aduerſus Cæleſtium Pelagij anteguanum Carthagine quoque confecta.quibus diligentius inſpectis atque examinatis,conclamata eſt ibidem vtriuſque damnatio,niſi ijdem parati eſſent ſuas ipſorum hæreſes condemnare. Teſtantur id quidem litteræ ad Innocentium ab eadem Synodo datæ,quibus dicitur [a]: His ergo lectis,Pelagium & Cæleſtium auctores nefarij prorſus & ab omnibus nobis anathematizandi erroris aduertimus. Vnde factum eſt, vt recenſendum peteremus quid ante ferme quinquennium ſuper Cæleſtij nomine hic apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatum.]& paulo poſt,quid ſtatutum ſit,ſubdunt:Niſi hæc apertiſſime anathematizauerint, ipſos anathematizari oportere. Vt ſi ipſorum non potuerit,ſaltem eorum qui decepti ſunt ab eis, vel decipi poſſunt,cognita ſententia quæ in eos lata eſt,ſanitas procuretur.]hæc acta ſunt aduerſus Pelagium & Cæleſtium in Concilio Carthaginenſi;quæ per Iulium Epiſcopum,datis ad eum litte B ris,ſignificanda curarunt Epiſcopi eiuſdem Concilij Carthaginenſis Innocentio Romano Pontifici,ab eodem ijſdem litteris poſtulantes,quicquid ea de re fuiſſet decretum in Synodo, confirmari: expetierunt enim id ipſi verbis hiſce:Hoc itaque geſtum,domine frater,ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus,vt ſtatutis noſtræ mediocritatis etiam Apoſtolicę ſedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute multorum,& quorumdam etiam peruerſitate corrigenda.]hæc ipſi.

a Ead. epiſt. 90.

VII.
Timor Orthodoxorũ ne Synodus Palæſtina confirmaretur a Papa.

Quod inſuper timerent,ne ab eodem Romano Pontifice Acta Synodi Dioſpolitanæ in Palæſtina,quibus Pelagius,quaſi damnaſſet errores,fuerat abſolutus,confirmarentur: in ſua ipſorum ad eũdem Innocentiũ Papã ſcripta epiſtola Synodali addiderunt,vt ſi adduci ipſe non poſſet vt dãnaret hominem,quem probatum Catholicum Synodus abſoluiſſet, hæreſes ſaltem eius damnare minime recuſaret.nam ſubdunt:Si ergo Pelagius Epiſcopalibus Geſtis, quæ in Oriente confecta dicuntur,etiam tuæ venerationi iuſte viſus fuerit abſolutus:error tamen ipſe,& impietas quæ tam multos aſſertores habet per diuerſa diſperſos,etiam Apoſtolicæ ſedis auctoritate anathematizanda eſt. Conſideret enim ſanctitas tua,& paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus,quam ſit peſtiferum & exitiale ouibus Chriſti,quod iſtorum ſacrilegas diſputationes neceſſario ſequitur,vt nec C orare debeamus ne intremus in tentationem , &c.] Hæc ſunt quæ in Synodo Carthaginenſi aduerſus Pelagium atque Cæleſtium , eorumdemque hæreſes decreta fuerunt, quæ per Iulium Epiſcopum (vt dictum eſt) ad hoc legatum per litteras eidem Romano Pontifici ſignificanda curarunt.

VIII.
Africanorum Epiſcoporum Zelus aduerſus Pelagianos.

De huiuſmodi Africanorum Epiſcoporum aduerſus recens emergentem impietatem accenſo præ ceteris incomparabili zelo S. Proſper his agit carminibus [b]:

Tu cauſam fidei flagrantius Africa noſtræ
Exequeris:tecumque ſuum iungente vigorem
Iuris Apoſtolici ſolio,fera viſcera belli
Conficis,& lato proſternis limite victos.] & quod non vno Concilio,ſed duobus eadem in hæreſiarchas decreta fuerint,nempe Carthaginenſi atque Mileuitano,iſta mox ſubijcit:

b Proſp. de Ingrat.

Conuenere tui de cunctis vrbibus almi.
Pontifices,geminoque ſenum celeberrima cœtu
Decernis quod Roma probet, quod regna ſequantur.] niſi magis hæc intelligenda ſint D de gemino Concilio Carthaginenſi,nempe præſenti,& alio ſub Zoſimo papa,de quo ſuo loco dicendum erit. Quod inſuper eædem Synodi non præcipiendo tantum,damnandoq. hæreſes cũ hæreticis,ſacerdotalem exercuerint auctoritatem;ſed etiam in docendo exhibuerint magiſteriũ,conctas latebras captantium tenebras hæreticorum aperiendo,ac ſinnoſos omnes illorum greſſus cũctis palam faciendo,ne quis ab illis deciperetur:idcirco ſubdit hæc Proſper:

Quę decreta in Cõcilijs Africanis aduerſus Pelagianos.

Nec ſola eſt illic Synodorum exerta poteſtas,
Ceu quos non poſſent ratione euincere noſtri,
Vi premerent:Diſcuſſa artes,viruſque retectum eſt
Hæretici ſenſus:nullumque omnino relictum,
Docta fides quod non diſſolueret argumentum.
Condita ſunt & ſcripta manent,quæ de cataractis
Aeterni fontis fluxere,vndante meatu,
Et trecentenis procerum ſunt edita linguis.
Sic moderante ſuam legem bonitate ſeuera, E
Vt qui damnato vellent de errore reuerti,
Acciperent pacem pulſis quæ praua tenerent.] hæc S. Proſper, proculdubio alludens ad canones,qui in ijſdem Concilijs ſunt conſtituti,ſed deſiderantur.

IX.
Cõmendantur Aurelius & Auguſtinus.

Atque demum in laudem Aurelij,qui præfuit Concilio Carthaginenſi, & Auguſtini,qui magna pars fuit Concilij Mileuitani,hæc addit:

An alium in finem poſſet procedere ſanctum
Concilium,cui dux Aurelius,ingeniumque
Auguſtinus erat:quem Chriſti gratia cornu
Vberiore rigans,noſtro lumen dedit æuo,
Accenſum vero de lumine? Nam cibus illi,
Et vita & requies Deus eſt:omniſque voluptas
Vnus amor Chriſti eſt:vnus Chriſti eſt honor illi.

A *Et dum nulla ſibi tribuit bona, ſit Deus illi*
Omnia, & in ſancto regnat ſapientia templo.] hæc de Auguſtino & alia quæ inferius opportuniori occaſione reddituri ſumus. Sed tranſeamus ad Mileuitanum Concilium.

X.
Concilium Mileuitanum.

Conuenerunt igitur Mileui in Numidia ſexaginta & vnus Epiſcopi (tot enim numerati habẽtur in ipſorum epiſtola ad Innocentium Papam) ſed fortaſſe tum in Mileuitano, tum in Carthaginenſi non omnes recenſiti reperiuntur, cum ſanctus Proſper a trecentenis Epiſcopis dicat ea definita fuiſſe. Porro qui Mileui conuenerunt Patres, de damnanda hæreſi Pelagiana (vt factum ſciebant in Carthaginenſi Concilio) vnanimes in eamdem conſpirauere ſententiam. Extant eo argumento canones octo, perperam (vt dictum eſt) relati ad aliud Concilium Mileuitanum antea celebratum ſub Conſulatu Arcadij & Honorij, omneſque aduerſus eamdem Pelagianam hæreſim editi [a]. Dederunt præterea litteras ex eadem Mileuitana Synodo ad ipſum Innocentium Romanũ Pontificem, quæ extant [b], eodem plane argumento quo ſcripta fuit epiſtola Synodalis a Concilio Carthaginenſi: quibus primum illud ingerunt, motis eſſe in Eccleſia Catholica, grauis ponderis cauſas deferre ad Romanum Pontificem; ſic enim exordiuntur epiſtolam: Quia te Domi- B nus gratiæ ſuæ præcipuo munere in ſede Apoſtolica collocauit, talemque noſtris temporibus præſtitit, vt nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda, tacuerimus, quam ea tu poſſis vel faſtidioſe vel negligenter accipere: magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam, quæſumus, adhibere digneris.] hæc ibi.

a Conc. Mileu. 2.
b Apud. Auguſ. epiſt. 92. & to. 1. epiſt. Rom. Pontif.

XI.

Miſſæ ſunt eædem litteræ Concilij Mileuitani per eumdem Iulium legatum, qui miſſus fuerat a Concilio Carthaginenſi, vt litteræ Innocentij ad eos redditæ docent [c]. Porro de duorum Conciliorum litteris ad Innocentium ſimul datis hæc habet S. Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium [d]: Miſſæ ſunt itaque de hac re ex duobus Concilijs, Carthaginenſi & Mileuitano, relationes ad Apoſtolicam ſedem, antequam Geſta Eccleſiaſtica, quibus apud Epiſcopos prouinciæ Pelagius perhibetur eſſe purgatus, vel in manus noſtras, vel in Africam perueniſſent.] hæc ipſe. Sed obſerua antiquum loquendi vſum, per Apoſtolicam ſedem, præ dignitate & ſui excellentia, inteligi ſemper Romanam Eccleſiam. Subdit vero idem Auguſtinus: Scripſimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, præter Conciliorum relationes, litteras familiares, vbi de ipſa cauſa aliquanto diu- C tius egimus.] ita ipſe. At quænam ſunt iſtæ familiares litteræ? & quid opus poſt Synodicas adijcere familiares? Conſidera morem priſtinum. Quod enim quantumuis magnarum ſedium Epiſcopi cũ alijs ſuffraganeis maximo honore proſequerentur Romanum Pontificem, Apoſtolicæ ſedis primarium Antiſtitem: ſi quæ eſſent ſcribenda, quæ quoquo modo pertingerent atque quauis ex cauſa perſtringerent ipſum Romanum Antiſtitem: ne verenda patris retegere viderentur, non publicis illa credebant Synodicis, ſed priuatis iiſdemque familiaribus litteris, quaſi amici ad aures ſermone loquentis: quod modo videmus factum per Auguſtinum, vt ipſe teſtatur. ſunt illæ quidem ab Auguſtino ſcriptæ, nomine tamen quinque magnæ exiſtimationis Epiſcoporum, Aurelij, Alypij, ipſius Auguſtini, Euodij, atque Poſſidij.

c Innoc epi. 32.
d Aug. ep. 106.
Aliæ litteræ ad Innocẽtiũ.

XII.

Quæ autem illa eſſent, de quibus Innocentius ſecreto admonendus erat, ex eorumdem familiaribus litteris accipe [e]: Audiuimus (inquiunt) eſſe in vrbe Roma, vbi ille (*Pelagius videlicet*) diu vixit, nonnullos, qui diuerſis cauſis ei faueant: quidam ſcilicet, quia vos talia perſuaſiſſe perhibent: plures vero, qui eum talia ſentire non credunt: præſertim quia in Oriente, vbi degit, Geſta Eccleſiaſtica facta eſſe iactantur, quibus putatur eſſe purgatus, &c.] At non parua quidem calum- D nia hæc, qua Innocentius Papa vocaretur in crimen tacitæ cum Pelagio conniuentiæ. ſed calumnioſe iſta, ex more ſuo, ſparſerant in vulgus hæretici, quo gloriarentur ſe primæ ſedis Epiſcopi cõmunione fulciri: quod ab alijs ſæpe factum vidimus. Ceterum quod Pelagiani Romæ verſari dicerentur; id ſe neſciente accidere potuiſſe, ipſe Innocentius ad eos reſcribens, excuſat his verbis [f]: Seu hac illi in vrbe ſint; quod neſcientes, nec manifeſtare poſſumus, nec negare; cum etſi ſunt, lateant, nec aliquando audeant vel illum prædicantem iſta defendere, vel talia aliquo noſtrum præſente iactare; & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi poſſit agnoſci: ſiue in quouis terrarum loco degant, &c.] Quod vero pertinet ad iudicium Palæſtinum, quæ ſua ipſius ſit de eo ſententia, iſta ſubdit:

e Aug. epiſt. 95. & tom. 1 epiſto. Rom. Pontif.
De hæreticis Romæ conſiſtẽtibus quid Innocentius.
f Innoc. epiſt. 33. tom. 1 epiſt. Ro Pontif.

XIII.
Quid Innocentius de iudicio Palæſtino.

Nobis tamen nec perſuaderi poteſt eum eſſe purgatum: quamuis ad nos a neſcio quibus laicis ſint Geſta perlata, quibus ille auditum ſe crederet, & abſolutum. Quæ vtrum vera ſint, dubitamus; quod ſub nulla illius Concilij proſecutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re litteras, apud quos iſtius rei iſte præſtitit cauſas. Quod ſi de ſua ille potuiſſet purgatione confidere; hoc magis credimus quod egiſſet, quod multo verius eſſe poterat, vt illos cogeret E epiſtolis ſuis, quid iudicauerant, indicare. Verum cum ſint aliqua in ipſis poſita Geſtis, quæ obiecta partim ille vitando ſuppreſſit, partim multa in ſe verba retorquendo, tota obſcuritate confudit; aliqua magis falſis argumentis, quàm vera ratione (vt ad tempus videri poterat) purganit, alia negando, alia falſa interpretatione vertendo. Sed vtinam (quod magis optandum eſt) etiam ille ſe ad veram Catholicæ fidei viam ab illo ſui tramitis errore conuertat, vt cupiat velitq. purgari, conſiderans quotidianam Dei gratiam, adiutoriumque cognoſcens; vt videatur vere & approbetur ab omnibus manifeſta ratione correctus non Geſtorum iudicio, ſed ad Catholicam fidem corde conuerſo. Vnde non poſſumus illorum nec approbare, nec culpare iudicium, cum neſciamus vtrum vera ſint Geſta: aut ſi vera ſunt, illum conſtat magis ſubterfugiſſe, quam ſe tota veritate purgaſſe. Qui ſi confidit, nouitque noſtra dignum eſſe damnatione, quod dicat iam hoc totum ſe refutaſſe quod dixerat: non a nobis accerſiri, ſed ipſe debet potius feſtinare, vt poſſit abſolui, &c.] iam enim prædamnatum Pelagium fuiſſe Romæ ante iudicium Palæſtinum, auctoritate S. Proſperi ſuperius dictum eſt.

XIV.
Innocentij Papæ fides impolluta.
a Innocent. epi. 31.32.33.34. to. 1. epi. Rom. Pontif.
b Aug. epi. 106.
c Aug. epiſt. 47. Contra Iulian. lib. 1. c. 4. Retractat. lib. 2. ca. 50. de peccat. origi. lib. 2. c. 8.
d Profp. aduerſ. Collat.
e Gēnad. de Vir. illuſtr.

In hanc ferme ſententiam idem Innocentius Papa reſcripſit duas epiſtolas per eundem Iu- A
lium legatum, alteram ad Concilium Carthaginenſe, ad Mileuitanum vero alteram, quas vitandę
nimiæ prolixitatis gratia hic deſcribere prætermittimus. Inſuper priuatas dedit ad quinq. Epiſco
pos, a quibus item priuatas acceperat, necnon quartam ad Aurelium Epiſcopum Carthaginēſem,
reſpondens priuatis ab eo acceptis litteris, deditq. eamdem eidem Iulio; extant [a] ipſæ perſpicuæ
omnibus, quibus plane omnis e cordibus Africanorum Epiſcoporū ſuſpicio penitus ſublata fuit.
Nam S. Auguſtinus de ijſdem agens in epiſtola ad Bonifacium hæc ait [b]: Ad omnia nobis ille re-
ſcripſit eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem.] hæc ipſe; eadem
que ſæpe teſtatur [c]. Et vt in re ambigua, quam acerrimus inſectator Pelagianorum fuerit Inno-
centius, intelligere potes teſtificatione S. Hieronymi in epiſtola ad Demetriadē (de qua ſuperius)
cum eam Pelagij epiſtola pulſatam admonet, ne ſibi ſapiens videatur, ſed fidem ſectetur quā In-
nocentius Romanæ Eccleſiæ Pontifex profitetur. Laudat æque ac prædicat S. Proſper [d] eiuſdem
Papæ integritatem in fide incorrupta ſeruanda: cuius quoq. aſſertione liquet, eiuſdem Innocentij
ſententia damnatum fuiſſe Pelagium, & eamdem a ſucceſſoribus comprobatam: nā aduerſus Col-
latorem hæc ex verbis Zoſimi Papæ refert: Conſtituimus in Pelagium atque Cæleſtium per vene- B
rabilem Epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli ſede prolatam manere ſententiam, do-
nec apertiſſima confeſſione fateantur gratiam Dei, &c.] ſane quidem Gennadius [e] teſtatur, ab
Innocentio ſcriptum eſſe decretum aduerſus Pelagium, illudque poſt eius obitum a Zoſimo pro-
mulgatum.

XV.
Auguſtinus a duobus Concilijs præficitur ſcriptioni.
f Aug. epiſt. 110.

Quod autem ſpectat ad Africanos Epiſcopos: adeo vehementi ſtudio ad expugnandam Pela-
gianam hæreſim incubuerunt, vt poſt duo hæc Concilia eodem hoc anno Carthagine & Mileui in
Numidia congregata, S. Auguſtino delegauerint opus, ut ſuis ſcriptis nefandam hæreſim penitus
inſectaretur. teſtatur id quidem ipſe Auguſtinus (cum de populo ſuo conqueritur, quod non ſine-
rent eum a negotijs feriatum, vt iniunctæ poſſet inſudare prouinciæ) in Actis Eccleſiaſticis de in-
ſtitutione Eradij [f] ſucceſſoris. ait enim: Noſtis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non
permiſiſtis. Placuit mihi & vobis propter curam Scripturarum, quam mihi patres & fratres mei
coepiſcopi duobus Concilijs Numidiæ & Carthaginis imponere dignati ſunt, vt per quinq. dies
nemo mihi moleſtus eſſet. Geſta confecta ſunt: placuit, acclamaſtis: recitatur placitum veſtrum, &
acclamatio veſtra Paruo tempore ſeruatum eſt circa me: & poſtea violenter irruptum eſt, & non C
permittor ad quod volo, vacare. Ante meridiem & poſt meridiem occupationibus hominum te-
neor.] hæc Auguſtinus, quibus intelligas ingruentia negotia ſanctiſſimi Patris. Porro iniunctum ſi
bi ab Epiſcopis duorum Conciliorum opus quām nauiter atq. accurate impleuerit, ſua ipſius ſcri
pta eo argumento edita fidem faciunt: vt nihil vberius, doctiusve & eloquentius dici potuerit; ap-
pareatq. cum in alijs ſcriptis alios ſuperet, in tractatibus contra Pelagianos ſe ipſum penitus ſupe
raſſe. Ad hæc plane S. Auguſtini ſcripta S. Proſper alluſit, vbi poſt recenſita duo hæc aduerſus Pe-
lagianos Concilia in Africa celebrata, de ipſo Auguſtino iſta pergit verſibus dicere [g]:

g Profp. de Ingrat.
Quanta Auguſtinus aduerſus Pelagianos præſtiterit.

Iſtius ergo inter cunctos, qui de grege ſancto
Inſanas pepulere feras, induſtria maior,
Maius opus, totum præſtantius imbuit Orbem.
Nam quocumque gradum conuertit callidus hoſtis,
Quaque per ambages anceps iter egit opertas,
Huius ab occurſu eſt praeuentus, mille viarum
Inſidijs aditum non reperientibus vllum. D
Cumque foris rabies auidorum excluſa luporum
Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes:
Ne mentes vllarum ouium corrumpere poſſet,
Neu dubia, obliquis turbaret corda querelis,
Iſtius ore viri fecit Deus, iſtius ore
Flumina librorum mundum effluxere per omnem:
Quę mites, humileſque bibunt, campiſque animorum
Certant vitali doctrinę immittere riuos.] hæc S. Proſper de Auguſtino; cuius, cum iſta ex
duobus dictis Concilijs tractarentur, extat de his ipſis tunc geſtis data epiſtola ad Hilarium [h].

h Aug. epiſt. 94.
XVI.
Oroſius primus reliquias S. Stephani in Occidentē tulit.
i Aug. de diuer. ſerm. 32.
k Aug. de diuer. ſerm. 31.

Sed iam ad Oroſium redeamus, quem hoc anno cum reliquijs Protomartyris Stephani ventu
rum in Hiſpaniam, acceptis ab Auito litteris ad Balchonium Bracharenſem Epiſcopum, Hiero-
ſolymis receſſiſſe diximus, & vnde poſtremo ſoluerat, in Africam diuertiſſe. Id quidem tum quæ
ſuperius dicta ſunt, manifeſte declarant, tum etiam Marcellinus in Chronico, cum de eo hæc affir-
mat ſub anni huius Conſulibus: Oroſius presbyter, Hiſpanus genere, ſeptem libros hiſtoriarū de E
ſcripſit. Miſſus ab Auguſtino Epiſcopo idem Oroſius pro diſcenda animæ ratione ad Hieronymū
presbyterum, reliquias beati Stephani nuper inuentas, rediens, primus intulit Occidenti.] hæc ip-
ſe. Primus quidem ipſe tulit: nam & teſtificatione quoq. ſancti Auguſtini [i] certum eſt, ante hæc tē
pora numquam viſas, nec auditas ſancti Stephani reliquias in Occidentalibus oris, niſi vnum ex
lapidibus illis, quibus idem ſanctus percuſſus martyrium conſummauit, a nauta allatum Anconā,
ad mare Hadriaticum ſitam Italiæ ciuitatem; vt ſuo loco, cum de eius martyrio actum eſt, dixiſſe
meminimus. Quo in loco multa miracula edi ſolita, haurientibus Fidelibus mel de petra, oleum-
que ſaxo duriſſimo, idem S. Auguſtinus memoriæ prodidit [k].

XVII.
A quib. primā in Africa acceptæ reliquiæ S. Stephani.

Acceperunt ex ijſdem reliquijs partem ab Oroſio traditam, qui ex Palæſtina attulit, inter a-
lios ſanctus Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis, Poſſidius Epiſcopus Calamenſis, & Euodius Epi
ſcopus Vzalenſis, a quibus in Protomartyris memoriam erectæ fuerunt eccleſiæ, in ijſdemque ea-
dem ſacræ reliquiæ collocatæ, ab Euodio primum, inde a Poſſidio, ac poſtea ab Auguſtino,
vt

Digitized by Google

A vt ipſe teſtatur his verbis [a]: Nondum eſt autem biennium, ex quo apud Hipponem Regium cœpit eſſe iſta Memoria, *Stephani Protomartyris ſcilicet*: & multis (quod nobis certiſſimum eſt) non datis libellis de ijs quæ mirabiliter facta ſunt; illi ipſi qui dati ſunt, ad ſeptuaginta ferme numerũ peruenerunt, quando illa conſcripſi.] erant libelli ipſa facti miraculi certa ſcriptis mandata teſtificatio. ſubdit autem: Calamæ vero, vbi & ipſa Memoria prius eſſe cœpit, & crebrius dantur, & incredibili multitudine ſuperãt. Vzali etiam, quæ colonia Vticæ vicina eſt, multa præclara per eumdẽ martyrem facta cognouimus; cuius ibi Memoria, longe prius quam apud nos, ab Epiſcopo Euodio conſtituta eſt.] fuit hic clarus inter Africæ Epiſcopos, ad quẽ extant litteræ S. Auguſtini; vnuſque ex quinque illis Epiſcopis, quorum habentur priuatæ litteræ ad Innocentium Romanum Põtificem, quarum nuper mentio facta eſt.

a Aug. de Ciui. Dei lib. 22. ca. 8.

XVIII. *Multę memoriæ S. Stephani in Africa.*

At non hi tres tantum Epiſcopi ex reliquijs Protomartyris acceperunt, nec ab his ſolum erectæ ſunt Memoriæ S. Stephano, ſed ab alijs pluribus. Accepit enim & eas Proiectus Epiſcopus, detulitque ad Aquas Tibilitanas, ibiq. Memoriam extruxit eidem: itemq. Lucillus Epiſcopus, qui itidem in caſtello Sicinenſi eiuſdem Protomartyris memoriam pariter excitauit, quarum idem B meminit S. Auguſtinus [b]. Eſt mentio apud eumdem Auguſtinum alterius eiuſdem S. Stephani Memoriæ in Africa in agro Auduritano [c]. Vides, lector, ſanctorum Patrum de ſacrarum reliquiarum religioſiſſimo cultu antiquum vſum, vt cum reliquias martyrum nacti eſſent in eorum honorem eccleſias, ſiue intra eccleſias altaria erigerent, vbi conderent ſacra pignora, eiſdemq. Memorias Deo dicarent. Fecerunt hæc quidem inter alios qui tunc erant in Africa ſanctiſſimi atque doctiſſimi Epiſcopi, ne quis eos ſuperſtitioſos inclamet, & ſimplicitatis nomine ſugillare valeat: ſed profecto non id ipſi recens in Eccleſiam inuexerunt; verum quæ a maioribus tradita inuenerunt, vt piã ſanctaq. ſectati etiam opere impleuerunt: quæ Deus innumerorum operatione miraculorũ ad Gentilium retundendam impietatem & Hagiomachorum hæreticorum perfidiam conuincẽdam, atque obſtinati animi duritiem infringendam, voluit notis ampliſſimis perſpicua cunctis reddi, eademq. ab ijſdem, qui præſentes fuerant, religioſiſſimis Antiſtitibus omni fide teſtata relinqui.

b Augu. eod. lib. cap. 8.
c Auguſt. ibid.

XIX. *De memoria Vzalenſi erecta S. Stephano.*

Sed age mecum, lector, has luſtrare Memorias ne te pigeat; & quo ordine eædem dicuntur eſſe conſtructæ, eaſdem inuiſamus. Adeundaq. nobis erit in primis Memoria, quam primam omniũ C ab Euodio Vzalenſi Epiſcopo eſſe erectam ſancti Auguſtini aſſertione didicimus. Non ſic quidẽ ab Vzalẽſi Memoria inchoamus, quod prior ceteris eius Epiſcopus Euodius acceperit reliquias Protomartyris; ſed quod licet tardius nactus eſſet, ipſe tamen primus Memoriam eamdem erexerit. Etenim poſt biennium ab hoc tempore perlatas ad eum a presbytero eaſdem reliquias Hieroſolymis, prior liber de Miraculis illic editis fidem facit, vbi dicitur [d], tunc perlatas eas in eccleſiã fuiſſe, cum recitarentur publice litteræ Seueri Epiſcopi Minoricenſis inſulæ: quas ex Conſulibus in eis ſignatis ſcriptas fuiſſe poſt annum ſequentem apparet, de quibus ſuo loco acturi ſumus.

d Euod. de mirac. S. Steph. lib. 1. c. 2. apud Aug. tom. 10.

XX.

Quæ autem illuc ſunt perlatę reliquiæ, fuiſſe in ampulla ſanguinem cum tenuiſſimis, ariſtarũ inſtar, fragmentis oſſium, viſio ibi deſcripta declarat. quæ poſtea tempore Vuandalici belli per S. Gaudioſum Epiſcopum, facta migratione, eſt tranſlata Neapolim, vbi ad hãc quoque diem conſpicitur coruſcare miraculis: egimus de his in Notis ad Romanum Martyrologiũ [e]. Extant duo libri de Miraculis in dicta Vzalenſi Memoria ad reliquias eiuſdẽ Stephani editis tunc cũ agerentur, deſcriptis: qui quidem licet inſcribantur nomine Euodij Epiſcopi Vzalẽſis, & ita citari cõſue D uerint, ſicut & nos citaſſe meminimus; tamen non ab ipſo, ſed ad ipſum potius ſcriptos, accuratus lector inueniet [f]. ceterum ſcriptos fuiſſe conſtat ab aliquo eiuſdem Eccleſiæ clerico, atque ad omnes veritatis numeros elucubratos. Teſtatur & S. Auguſtinus de miraculis in eadem Memoria fieri ſolitis vbi primum ait [g]: Apud Vzalim, vbi eſt Epiſcopus frater meus Euodius, quanta miracula ibi fiant, quærite & inuenietis, &c.] recitat ibi de matre rogante Protomartyrem pro filio abſque baptiſmo defuncto, ad gratiam baptiſmi ſuſcipiẽdam reſuſcitato. Et in libris de Ciuitate Dei [h] egregiam narrat hiſtoriã de clariſſima femina, Petronia nomine, ab incurabili vlcere protinus libera reddita. Sed multo plura duobus illis libris complexus eſt auctor: in quibus quidem voluminibus præter recenſita ibi miracula, multa ſuppetunt memoria digna veteta monumenta; nempe inter alia illud, afferri & incendi ſolitos ad Memorias martyrum cereos [i].

e Die 2. Auguſt.
f Euod. lib. 1. c. 2. & 7.
g Aug. de diuer. ſerm. 32. 33.
h Aug. de Ciui. Dei lib. 22. c. 8.
i Euod. lib. 1. c. 2. 4. & lib. 2. cap. 1

XXI. *De feneſtella & foramine in ſepulchris martyrum.*

Inſuper & illud quidem agit obſeruatione dignum; cũ ſub altari ſacræ reconderentur reliquiæ, feneſtellam (ita enim nominat auctor [k]) in eo fieri ſolitam ad hunc vſum, vt per eam dimitterentur velamina, quæ admouerentur capſulæ in qua ſacra pignora clauderentur, quibus Deus ex virtute ſacrarum reliquiarum multa ſoleret operari miracula. Quod enim hic habet auctor, Feneſtel E la, in litteris Hormiſdæ Romani Pontificis (de quibus ſuo loco agemus inferius) Foramen appellatur, vbi agitur de altare S. Petri Apoſtoli, in quo non vnum Foramen inerat, ſed duo, ſuperius & inferius; illudq. extrinſecus poſitum, ad illud quod erat interius, perueniens: paucis autem, & nonniſi pro magno munere atque gratia, ad ſecundum Foramen concedebatur demitti ad ſanctificationem hauriendam velamina. cuius quidem vſus plurima exempla ſuppetunt: ſed de illis dicẽdum ſuis temporibus. Audi modo, quid de muto ex paralyſi facto idem ibi auctor enarret: Exuens (inquit) ſibi manicam tunicæ ſuæ, eo quod orarium non haberet, per feneſtellam Memoriæ ad interiora loca ſanctarum reliquiarum manu iniecta mittebat, atque exinde rurſum dexteram reducens ori ſuo admouebat, & linguam contingendo paulatim nodos loquendi gratia fidei perſoluebat, &c.] Illud etiam non prætereat, quod ibidem recenſetur, ſolitum fuiſſe puluerem colligi qui adiaceret loco vbi ſacræ reliquiæ conderentur, eodemq. curatos eſſe languores [l]. Itidem & de oleo [m] ſanctificato ad curationem morborũ teſtimonium habes, necnon vſum ſacrarum imaginum diuinitus comprobatum [n]:

k Eod. li. 1 c. 12.
l Ibid. lib. 1. c. 12.
m Ibid. lib. 2. c. 2.
n Ibid. lib. 2. c. 4.

Quod

XXII.

a Ibid. lib. 2. c. 2.

b Seuer. dialog. lib. 3.

Quod autem in eodem commentario, dum recenſetur diuina miracula in Megetia clariſſima femina per reliquias Protomartyris impetrata, mentio fit [a] de Auitiano eiuſdem Megetiæ ſocero, homine idololatra: in mentē venit Auitianus ille æque impius, cuius crudelitas nota facta eſt ſcriptis Seueri in rebus gæſtis [b] S. Martini; num idem ille ſit, cum nomine, moribus, & profeſſione conſentiant; qui etſi nunc in Gallijs ageret Præfecturam, accidere tamē potuit vt inuadentibus barbaris illas prouincias (ſicut de alijs pluribus vidimus) vna cum ſuis ipſe in Africam tranſmigrauerit. certe quidem id aſſerere, nihil eſt quod repugnet. A

XXIII.

Domnus & Domna.

Sed non prætereat, quod cum in eadem tractatione auctor ipſo exordio hæc profiteatur: Ipſorum quoque hominum verba, ſicut ab eis dicta ſunt, ſimpliciter ponere non debemus erubeſcere:] obſeruatione dignum eſſe, quod vox, Domnus, & Domna, ab eodem aliorum verbis frequentius repetitur, eademq. tributa clariſſimis viris ac feminis, necnon etiam ſanctis, vt ipſi ſancto Protomartyri Stephano; nam ibi ſæpe, Domna Megetia, ſæpius, Domnus Stephanus, & illud, Dōnus meus Vzalenſis, primarium virum loci illius intelligens: cum vero de Deo dicendum eſt, ipſe non Domnus, ſed Dominus ponitur: vt appareat, vſu loquendi, vocem Dominum tribui ſolitam Deo tantum, Domnum vero communem ſanctis, vel clariſſimis viris ac mulieribus, non Epiſcopis ſolum, vel ceteris inferioris ordinis clericis, vt alij putauerunt. ceterum nō id ipſum ſemper vbique & ab omnibus obſeruatum. At hæc modo obiter obſeruaſſe & attigiſſe ſatis. B

XXIV.

c Aug. de Ciui. Dei lib. 22. c. 8.

De alijs Memorijs & multitudine miraculorū S. Stephani.

Sed quod iam diutius te detinui in Memoria Vzalenſi, tranſeamus iam ad Calamenſem ſecundam ordine temporis ædificatam, ac etiam ad Hipponenſem; non quidem (quod nec Vzalenſi præſtitimus) vt cuncta in eis miracula edita, victi eorum multitudine, recenſere velimus, quod non valeamus: nam S. Auguſtinus id ſibi viſus implere non poſſe, de ijſdem Memorijs iſta præfatur [c]: Non hic poſſum omnia cōmemorare quæ ſcio: & proculdubio plerique noſtrorū cum hæc legēt, dolebunt me tam multa prætermiſiſſe, quæ vtique mecum ſciunt. Quos iam nunc, vt ignoſcāt, rogo, & cogitent quam prolixi laboris ſit facere, quod me hic nō facere, ſuſcepti operis neceſſitas cogit. Si enim miracula ſanitatum (vt alia taceam) ea tantummodo velim ſcribere, quæ per hunc martyrem, id eſt, glorioſiſſimum Stephanum, facta ſunt in Colonia Calamenſi & in noſtra; plurimi conficiendi ſunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt, ſed tantum de quibus libelli dati ſunt.] & paulo poſt de Calamenſi Memoria: Crebrius dantur, *libelli ſcilicet miraculorum*, incredibili multitudine ſuperans] eos ſcilicet, quos datos ſciret libellos de Memoria Hipponenſi, numero ferme ſeptuaginta, abſque alijs ibi editis miraculis, de quibus nullus ſcriptus libellus eſſet. De C Memoria eiuſdem Protomartyris ad Aquas Tibilitanas agens, magna populi multitudine dicit frequentatam fuiſſe; de qua hæc obiter tantū: Ibi ceca mulier, vt ad Epiſcopum portārem ſacra pignora duceretur, orauit: flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admouit protinus vidit: ſtupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem vlterius non requirens.] De Memoria vero Audiritana iſta ſubijcit: Puerum quemdam paruulum, cum in area luderet, exorbitantes boues, qui vehiculum trahebant, rota obtriuerunt, & confeſtim palpitauit expirans: hunc mater arreptum ad eamdem Memoriam poſuit, & non ſolum reuixit, verum etiam illæſus apparuit.] Subdit de quatuor alijs defunctis virtute eiuſdem S. Stephani reliquiarum reuocatis ad vitam: quę tantum miracula, omiſſis ceteris, hic deſcribere ſat erit. ait enim:

XXV.

De ſex defunctis reuocatis ad vitam.

Sanctimonialis quædam in vicina poſſeſſione, quæ Cappaliana dicitur, cum ægritudine laboraret ac deſperaretur, ad eamdem Memoriam tunica eius allata eſt: quæ antequam reuocaretur, illa defuncta eſt, hac tamen tunica operuerunt cadauer eius parentes: & recepto ſpiritu, ſalua facta eſt. Apud Hipponem Baſſus quidam Syrus ad Memoriam eiuſdem martyris orabat pro ægrotāte & periclitante filia, atque ſecum veſtem eius detulerat. Cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nunciarēt. Sed cum, orante illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redijſſet, iam ſuorum eiulatibus perſonātē; & veſtem filiæ, quam ferebat, ſuper eam proieciſſet; reddita eſt vitæ. Rurſus ibidem apud nos Irenæi cuiuſdam Collectarij filius ægritudine extinctus eſt; cumq. corpus iaceret exanime, atque a gementibus & plangentibus exequiæ pararentur: amicorum eius quidam inter aliorum conſolantium verba ſuggeſſit, vt eiuſdem martyris oleo corpus perungeretur: factum eſt, & reuixit. Itemq. apud nos vir Tribunitius Eleuſinus ſuper Memoriam martyris, quæ in ſuburbano eius eſt, ægritudine exanimatum poſuit infantulum filium ſuum: & poſt orationem, qui cum multis lacrymis ibi fudit, viuentem leuauit.] iſta ibi de quinque mortuis reuocatis ad vitam: de alio vero in dicta Calamenſi Memoria reddito item vitæ idē ſuperius agit; cui addit de alio ex morte animæ (quod maius videri poteſt) reuocato ad vitam, & relato in gloriam ſempiternā. reddamus hic ipſum: D

XXVI.

De Martiali ex Ethnico reddito Chriſtiano.

d Act. 7.

Fuit (inquit) ibi vir in ordine ſuo primarius, nomine Martialis, æuo iam grauis, & multum a religione abhorrens Chriſtiana. Habebat ſane fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. E Qui cum eum ægrotantem multis & magnis precibus & lacrymis rogarent, vt Chriſtianus fieret: prorſus abnuit, eoſq. a ſe turbida indignatione ſubmouit. Viſum eſt genero eius, vt iret ad Memoriam S. Stephani, vt illic pro eo, quantum poſſet, oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu & ſinceriter, ardente pietatis affectu. Deinde abſcedens, aliquid de altari florum, quod occurrit, tulit; eiq. cum iam nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt: & ecce ante diluculum clamat, vt ad Epiſcopum curreretur, qui mecum forte tunc erat apud Hipponem. Cum ergo audiſſet eum abſentem, venire presbyteros poſtulauit. Venerunt, & ſtatim ſe credere dixit. Admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus eſt. Hic quamdiu vixit, in ore habebat, CHRISTE ACCIPE SPIRITVM: cum hæc verba beatiſſimi Stephani [d], quando lapidatus eſt a Iudæis, vltima fuiſſe neſciret, quæ huic quoque vltima fuerunt: nam non multo poſt etiam ipſe defunctus eſt.] prætermittimus (quod alio tendimus) alia tunc temporis miracula edita, ab eodem Auguſtino tum in libris de Ciuitate Dei, tum

in ſermonibus

Digitized by Google

A in ſermonibus [a] recenſita, in quibus de alio mortuo catechumeno ad vitam reuocato agitur: vt plane numeres ex Auguſtino tunc temporis ſeptem mortuos Stephani reliquiarum virtute reuocatos ad vitam.

a Aug. de diuer. ſer. 32. 33.

XXVII. *Aduerſus Hagiomachos inuehitur Auctor.*

Huc accedant rebelles lumini, perfricta fronte Hagiomachi aduerſus ſanctorũ reliquias bellis gerentes: Quid habent quod his iuſte poſſint obijcere, quæ a tãto viro conſcripta, non in angulo ſed nota omnibus palam facta miracula, tum ad Gentiles confutandos habentur, iũ pro concione populo prædicata? quæ nec ex S. Auguſtino edita tantũ habes, ſed & ex duobus libris ad Euodium Epm Vzaléſem conſcriptis, quin & a Seuero Minoricẽſis Eccleſiæ Epiſcopo, publica epiſtola eodẽ argumento toto Orbe vulgata, quam ſuo loco inferius proditeri ſumus: adeo vt de veritate certa fide teſtata, omniq. teſtificatione firmiſſime roborata, nulla vel leuis quidem poſſit de mendacio ſuboriri ſuſpicio. Plane videre tunc fuit Stephanum primarium Eccleſiæ ſanctæ diaconum, more maiorum, ex eminentiori ſuggeſtu Euangelium, quod omnes crederent, populo decantare, fidemque Catholicam & Apoſtolicam præconio nunciare, eamdemque ſequentibus ſignis reddere obſignatam.

XXVIII. b Act. 6. 7.

B Sed quid? Edente rurſus Stephano [b] prodigia & ſigna magna in populo: renouantur rurſum aduerſus eum ab impijs antiqua certamina: rurſum inſurgunt ſynagogæ perfidorum, blaſphemię eum arguunt; iterum falſos ſubintroducunt teſtes: rapiunt iterum qui diſſecantur cordibus aduerſarij, ſtrident dentibus, continent aures, impetũ faciunt, eijciunt extra ciuitatem, atque tandem blaſphemiarum lapidibus obruunt: ſed occidi non poteſt, qui regnare ſe virtute miraculorum oſtendit in cælis: Cum ſemel impij occiderint corpus, non habent amplius quid faciant: iactent licet furentes odio in cælum lapides, eoſdem in ſuum ipſi caput excipient; quod ſcriptum ſit [c]: Qui in altum mittit lapidem, ſuper eius caput cadet.

c Eccle. 27.

XXIX. d Luc. 16.

Rogo te, lector, perpende, quanto Hagiomachi iſti etiam æternis mancipatis ſupplicijs, a Deo reiectis, inferno addictis hominibus ſint nequiores. Dixit vnus ex illis [d]: Si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent] vnum mortuum reuocatum ad vitam fidem certam facturum viuẽtibus putans: iſtis vero nec ſatis ſunt ſex e mortuis excitati virtute reliquiarum Stephani Protomartyris. Sed roget Deum iterum pro deploratis his miſeris Stephanus [e]: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum; (ſiquidem [f] aquæ multæ non valent extinguere charitatem, nec flumina obruũt C illam) vt potentiſſimis eius precibus omnes ex Saulo [g] conuertantur in Paulum.

e Act. 7. f Cantic. vlt. g Act. 7.

XXX. *Reliquia S. Stephani ad diuerſas Eccleſias miſſæ.*

Sed miſſis his, iam reliqua proſequamur. Diuiſit namque ipſe ſanctus, quas ab Oroſio accepit Auguſtinus reliquias Protomartyris Stephani, eiſdẽq. alias eccleſias impertiuit: extat enim eius epiſtola [h] ad Quintianum Epiſcopum, qua ſignificat eaſdem ad ipſum reliquias mittere. de alijs autem alio miſſis, præter ea quæ dicta ſunt ſuperius, ignoramus. Ceterum qui perlaturus eas in Hiſpaniam Oroſius accepit; cum licuit in eas reuerti prouincias, munus expleſſe ſuum certũ eſt: de quo conſtat, nauigatione appuliſſe in Minoricam inſulam, eiuſdemq. loci Epiſcopo Seuero ex eis partem aliquam reliquiſſe. Sed de his ſuo loco inferius dicturi ſumus.

h Auguſt. epiſt. 103.

XXXI. i Innoc. epi. 30. *Innoc. Pap. cũ Aurelio expoſtulat de immeritis ordinatis.*

Iam vero ad res Innocentij Romani Pontificis hoc anno geſtas reuocemus orationem. Cum enim ſciſſet, in Africa ab Epiſcopis quibuſdam immeritos ordinari: his occurrens, ſcribẽs ad Primatem totius Africæ Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem litteris [i] conqueſtus eſt, datis hoc anno, quarto Nonas Iunij. Certe quidem magnam fuiſſe penuriam clericorum in Africa, quæ ex litteris eiuſdem Aurelij ſuperius dicta ſunt, dum petijt vel a Romana, vel Mediolanenſi Eccleſia mitti in Africam ſacrorum miniſtros, ſatis oſtendunt. Emendanda autem epiſtola ipſa eſt in alterius Cõſulum nomine, dum alius quam Theodoſius Palladij collega ponitur. Elucet vero in ea epiſtola Romani Pontificis erga omnes Eccleſias cura propenſior, cum & erga tranſmarinas quoq. D prouincias paſtorali ſolicitudine vigilet. Quo etiam anno idem Romanus Pontifex ad conſultationes Decentij Epiſcopi Eugubini reſpondit [k], de quibus a nobis ſuperius alia occaſione tractatum eſt.

k Innoc. epi. 29.

XXXII. l Innoc. epi. 24. facta collatione cum alio ſcripto codice.

Quod igitur ſummi munere Põtificij vniuerſum circumſpectaret Catholicũ orbem, idem Innocentius Papa Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, epiſtola ad eum ſcripta, redarguit de his quæ in familiam ſanctarum virginum Euſtochij atque Paulę Iunioris ab impijs impie fuiſſent admiſſa. quænam iſta fuerint, ipſæ litteræ Innocentij ad ipſum Ioannem ſcriptæ declarant, quæ ſic ſe habent [l]:

* clementia

Innoc. admonet Ioannem Epiſcopũ Hieroſolymit.

Dilectiſſimo fratri Ioanni Innocentius. Direptiones, cædes, incendia, omne facinus extremæ dementiæ [*], generoſiſſimæ ſanctæ virgines Euſtochium & Paula deplorauerunt in locis Eccleſiæ tuæ perpetraſſe diabolum: nomen enim hominis, cauſamq. reticuerunt. Quod etſi ambiguum non ſit, & a quo commiſſum: oportuit tamen cuſtodire germanitatem tuam, & gregi illius ſolicitius prouidere, ne quid huiuſmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua laceſſit negli- E gentia admittere in gregem Domini, & tales agnos, quos incendio, armis & perſecutionibus nudas, debiles poſt ſuorum cædes & mortes vix viuere audiuimus. Nihil mouet pietatem illam ſacerdotij tui de tanta diaboli in te atque in tuos poteſtate admiſſa: in te, inquam: prorſus enim ſacerdotij grauitatem condemnat, tantum nefas in Eccleſia fuiſſe completum. Vbi prouiſiones tuæ? Vbi certe, ſi caſus euenerant, auxilia, vel cõſolationes? Cum plus ſe adhuc metuere dicant, quam conqueruntur eſſe perpeſſas. Altius cenſerem, ſi eſſent aliquid de hac re mecum apertius collocutæ. Vide, frater, antiqui hoſtis inſidias; & ſpiritu boni rectoris peruigila, vt hæc quæ ad nos opinione magis, quam accuſatione manifeſta delata ſunt, vel corrigantur, vel retundantur; ne ius Eccleſiaſticum de labefactatis cauſis eum qui non defenderit, præſtare compellat.] hæc ad Ioannem Innocentius, cum idem Ioannes ſuſpicione conniuentiæ de perpetrato ſcelere apud ipſum vehementiſſime pulſaretur, quod ſciret eum ſemper aduerſatum eſſe Hieronymo, eidemq. ſæpe ante negotium faceſſiſſe, ſub cuius regimine ſanctiſſimæ illæ feminæ erant.

Quæ paſſa Euſtochium & Paula.

Suſpicio

Digitized by Google

XXXIII. *Ioannes iure in ſuſpicionem adductus.*

Suſpicio,inquam,vehemens illa erat,quod cum(vt dictum eſt, & ex litteris ſancti Auguſtini A ſuperius declaratum)ipſe Pelagium foueret quaſi Catholicum,quem ante idem ſanctus Hieronymus ſcripta epiſtola ad Cteſiphontem,& poſt abſolutionem eiuſdem Pelagij in Concilio Palæſtino tribus dialogorum libris vehementer inſectatus eſſet; vindictæ cauſa in Bethlehemiticum monaſterium,ipſius nutu,ab impijs Pelagianis ea tam nefanda fuerint perpetrata,quorum gratia eædem ſacræ virgines apud Innocentium Romanum Pontificem conqueſtæ eſſent.Sed prædicanda plane illarum modeſtia,cum ſic detulerint, vt tamen delinquentium nomina tacuiſſe voluerint,quod eadem quoque virtute S.Hieronymus præſtitit in litteris eadem ex cauſa datis ad eũdem Romanum Pontificem,vt idem Innocentius ſignificat litteris eo argumento ad ipſum S.Hieronymum redditis,quæ ſic ſe habent:

Dilectiſſimo filio Hieronymo presbytero Innocentius Epiſcopus.

XXXIV. *Innocentius Papa conſolatur S.Hieronymum.* [a] *aſpicitur*

Numquam boni aliquid contentionem feciſſe in Eccleſia,teſtatur Apoſtolus:& ideo hæreticorum correctiones primum fieri iubet,magiſq.diuturna duci collatione.Quæ regula dum negligenter accipitur [a], malum non vitatur,quod cauendum eſt,ſed augetur.Tamen quoniam dolor gemituſq.tuus ita quatit viſcera noſtra,vt ratio non tractandi,conſulendiq.ſit:primum conſtãtiæ tuæ alloquor fidem.pro veritate quiſque iniuria,aut(vt dicis)periculo percelletur, qui expectat beatitudinem,multis ſæpe narraſtis;& tuæ verbis prædicationis,te bene memorem admonemus.Itaque excitati tanta malorum ſcena, arripere auctoritatem ſedis Apoſtolicæ ad omne comprimendum nefas feſtinauimus:ſed in quem inſurgeremus,nec nomine appellatum legimus,nec criminis aliqua ratione taxatum.Quod ergo poſſumus, condolemus.Si depoſueris aũt apertã manifeſtamq.in homines aliquos accuſationem:aut iudices competentes tribuam:aut ſi quid vrgentius,ſolicitiuſq.a nobis fieri poteſt,non retardabo,fili dilectiſſime.Tamẽ Epiſcopo fratri meo Ioãni ſcripſi,vt circumſpectius agat:ne quid circa Eccleſiam ſibi creditam adhuc tale aliquid fiat,quale præuidere & propellere ne accideret,vel ne accidat,etiam ipſi ſit & poſtea moleſtiſſimum.]huc uſque Innocentius ad ſanctum Hieronymum. B

XXXV. [a] *Innoc.epi.26. Innocent. epiſtola ad Aurelium.*

Idem vero Innocentius Papa ad Aurelium(Epiſcopum Carthaginenſem puto)cuius diligentia perlatas ipſas S.Hieronymi litteras accepiſſet,iſta paucis reſcripſit [a]:

Dilectiſſimo fratri Aurelio Innocentius.

Piiſſimam etiam ad nos perueniendi tuam affectionem bene compresbyter noſter credidit C Hieronymus.Compatimur gregis noſtri membro:& quod faciendum duximus,vel facere potuimus,ſumus velociter executi.Germanitas tua,frater cariſſime,citius litteras memorato reddere feſtinet.]hæc Innocentius ad Aurelium,ad quem litteras ſuperius recitatas Hieroſolymam mittẽdas dedit.Sæpe enim accidiſſe vidimus vt ex Africa Fideles nauigarent in Palæſtinam: his vero temporibus Innocentius item nomine presbyter(vt indicant litteræ ſancti Hieronymi ad Auguſtinum [b], de quibus dicemus inferius)eodem ſe contulit.

[b] *Hier epiſt.79.*

XXXVI. *Ioann. Epiſco. Hieroſol. obit & Praylij electio.*

At diuini quidem diſpenſatione iudicij factum eſt,vt inter hæc ipſe Ioannes Hieroſolymitanus Epiſcopus ad Dei tribunal rationem de omnibus redditurus,ex hac vita morte ſubductus,ſe ſiſtere cogeretur.Hoc namque anno eumdem Ioannem mortuum eſſe,inde perfacile intelligi poteſt,quod anno ſequenti eius in ſede ſucceſſoris ſunt redditæ litteræ ad Romanum Põtificem,quibus inter alia ſignificatur,iam ipſum Ioannem haud recens eſſe defunctum.Tenuit ipſe ſedem illam annis triginta:tot enim numerantur ab obitu S.Cyrilli eius prædeceſſoris. Subrogatus vero in eius locum fuit Praylius;ita enim nominatus reperitur in litteris Zoſimi Papæ anno ſequenti recitandis,ſicut pariter nominat eum Theodoretus,dum ait [c]: Poſt Ioãnem illum admirabilem D mortuum,Praylius,qui nomini ſuo pulchre reſpondebat (*ob manſuetudinem ſcilicet*) illius Eccleſiæ regimen capeſſit .] hæc ipſe . ex quibus omnibus corrigendum eſt Nicephori Chronicon,vbi loco Praylij,legitur Paulinus Ioannis ſucceſſor:vel alij emendandi,qui pro Praylio dixerunt Cyrillum.

[c] *Theodoret.li. 5 cap.27.*

XXXVII.

His Conſulibus(inquit Marcellinus Comes in Chronico)Atticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcripſit ad Reginas,*filias ſcilicet Arcadij Imperatoris*,librũ de Fide atque virginitate , opus valde egregium,in quo præueniens dogma Neſtorij impugnauit.]hæc ipſe.Mira quidem res:filiæ ipſæ quatuor Arcadij Imperatoris,Pulcheria,Placilla,Arcadia,atque Marina,omnes paribus votis excoluere cælibem vitam,virginitatem Deo dicantes,in Palatioq. perinde ac in monaſterio monaſticam vitam agentes:quarum omnium ſancta Pulcheria Auguſta & ſanctitate & prudentia præcipuum locum tenens,facta eſt ceteris ſancti inſtituti auctrix & moderatrix.

Filiæ Arcadij omnes virginitatem ſectatæ.

XXXVIII. [d] *l.25 .de Pagan. Cod.Theod.*

Reſcripſerunt hoc item anno Imperatores aduerſus Gentiles his verbis [d]: Qui profano Pagani ritus errore ſeu crimine polluuntur,hoc eſt,Gentiles,nec ad militiam admittantur,nec Adminiſtratoris & Iudicis honore decorentur.Dat.VIII.Idus Decemb.D.N. Theodoſio VII. & E Palladio Conſſ.] Quàm iuſto Dei iudicio factum apparet,vt Gentiles,qui ſibi in Attalo Imperium vindicare ſtuduerant;iidem ab omnibus excluderentur magiſtratibus atque militia.

XXXIX. *De Parabolanis reſcriptũ Imperatoris.* [e] *l.4.de Epiſco. & cler.C.Theo.*

Quod rurſum ſpectat ad Imperatorum reſcripta hoc anno data; Theodoſius Imperator ad reprimendos Alexandrinos tumultus, quos anno ſuperiori diximus excitatos , edidit ſanctionem. Quod enim ſciret Corpus eorum qui adſcripti erant ægrotantium curæ,in numerum haud mediocrem excreuiſſe,nec contemnendæ audaciæ eſſe,eoſdemq.omnes aduerſus Præfectos ſtudere Cyrillo,de his reſcripſit ad Monaxium [e] Præfectum Prætorio,illud admonens, ne Corpus illud excederet numerum quingentorum,eoſdemq.non ex diuitibus,ſed pauperibus allegendos; quos & vetuit publicum quodlibet adire ſpectaculum,neve ad Curiam accederent,niſi ſinguli, & vrgente neceſſitate. Hæc omnia cum hoc anno cauenda Imperator indixerit:certe quidem non aliunde, quam ex ſuperioris anni tumultibus iſta ſanxiſſe putatur.

XL. Vix enim credi poteſt,quæ eſſent vires Epiſcoporum Alexandriæ,cum illis ipſi homines fauerent,

Digitized by Google

A rent,quos idem Imperator nominat Parabolanos tum in præſenti edicto hoc anno dato, tum in alio ſub duodecimo Honorij Conſulatu edito [a]. Fuiſſe autem hos minoris ordinis clericos alle ctos,exordium dati hoc anno reſcripti inſinuare videtur, in quo iſta verba leguntur : Placet noſtræ clementiæ, vt nihil commune clericis cum publicis Actibus , vel ad Curiam pertinentibus habeant.]

a l.43.de Epiſc. & cler.C.Theod.

XLI. Ceterum quod ad ipſum nomen ſpectat,conſentiunt recentiores,vocem hanc,Parabolanos , vel,vt habet Iulius Firmicius,Parabolarios, ſiue Parabolos, vt habet Socrates & ex eo Caſſiodor[*], a voce Græca παράβολος deriuari,qua ſignificatur homo ad ſubeunda pericula præceps,quales pu tabantur qui curæ omnis generis ægrotantium, peſtis quoque tempore,præeſſent. Verum quod ex charitate eiuſmodi primo manauit officium,qua nulla maior videri poterat,cum poneret quis animam ſuam pro amicis ſuis;tranſiuit in factionem,cum ijdem pro Epiſcopis pugnaturi, negotium faceſſerent quoque Præfectis: cuius auertendæ rei cauſa Theodoſius,anni ſuperioris(vt vidi mus)malis admonitus,ea aduerſus eiuſmodi genus hominū ſtatuere opus habuit.Qui ergo diſſidia anni ſuperioris inter Oreſtem Præfectum & Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum ignorarūt,
B quorum cauſa hæc ſancita eſſe noſcuntur,pariter hallucinatos eſſe oportuit in eiuſdem ſanctionis interpretatione, Reſcripſit vero poſtea idem Theodoſius [b], vt ijdem qui ſub numero quingento rum fuerant ſua ſanctione reſtricti,quod curæ infirmorum non ſatis eſſe viderentur,ad ſexcentos excreſcerent,quibus in omnibus præeſſet Epiſcopus Alexandrinus.Sed de his hactenus.

b l.43.de Epiſc. & cler.C.Theod.

IESV CHRISTI ANNVS 417.	INNOCENTII PAP. ANNVS 16.	HONORII 23. THEODOSII 10. IMPP.

I. Qvadringēteſimus decimuſſeptimus Chriſti annus Honorio Auguſto vndecimum & Conſtā tio ſecundum Conſulibus aperitur:Quo Pelagius hæreſiarcha,cum accepiſſet non eſſe receptam ab Innocentio Romano Pontifice purgationem ſuam habitam in Concilio Palæſtino , ſed priori apud eum aſtrictum teneri damnatione;vt eum falleret, omnem adhibuit fallēdi artem:ete
C nim ipſe ad Innocentium Papam litteras dedit,quibus profiteretur,ſe vere eſſe Catholicum. De dit & alias de hoc ipſo Praylius Hieroſolymitanus,quibus legitime factam Pelagij purgationem ſignificaret. Adiectum,vt vna cum his mitteretur Romam,qui æque eſſet hæreſis infamatus Cæleſtius eius diſcipulus ſuam cauſam acturus,ſuoſq. accuſatores ad ſedis Apoſtolicæ iudicium,quaſi calumnijs exagitatus,prouocaturus:quo declararet ſe non aliter credere, quam quod Catholica teneret Eccleſia. Quantum autem opinari licet,cum his omnibus & ad hæc omnia videtur etiam legatus fuiſſe Palladius Galata Epiſcopus Helenopolitanus,quem Pellagio fauiſſe, teſtificatione S.Hieronymi ſuperius dictum eſt. Ipſe enim Palladius in dialogo quem ſcripſit de rebus S.Ioānis Chryſoſtomi,ipſo eius exordio de ſe teſtatur,veniſſe Romam ſub Zoſimo Papa. Sed agamus de ſingulis eodem quo geſta ſunt ordine,atque in primis de ipſis ad Innocentium Papam Pelagij litteris hoc ipſo anno e Palæſtina,vbi degebat,datis.

Pelagius dolo ſe purgare ſtudet apud Innoc. Pap.

II. Quod enim ipſe Pelagius Hieroſolymis habitare tandem elegerit: illud animi eius conſilium fuiſſe creditur,vt ibi moraretur,quo ex toto Orbe Chriſtiano concurrerent gentes;vt ibi errores docens,vniuerſam ſimul totius Orbis Eccleſiam macularet. Sed quod ad datas ab eo litteras ad
D Romanum Pontificem pertinet:S.Auguſtinus earumdem litterarum Pelagij Romam ad Innocen tium Papam miſſarum crebrius mentionem habens,tempus quo dedit,exacte ſignificat,dum eas ſcriptas ad Innocentium tradit,acceptas autem,eo tunc defuncto,ab eius ſucceſſore Zoſimo, hoc nempe anno,quo Innocentius(vt dicemus)ex hac vita deceſſit. Ipſe igitur agens contra eumdem Pelagium in commentario de peccato originali,hæc inter alia [c]: Quomodo autem Pelagius obre pere tentauerit ad fallendum etiam Apoſtolicæ ſedis Epiſcopale iudicium,in hac ipſa quæſtione de Baptiſmate paruulorum diligenter attendite. In litteris enim,quas Romam miſit ad beatæ me moriæ Papam Innocentium;quoniam eum in corpore non inuenerunt,& ſancto Papæ Zoſimo da tæ ſunt,atque ad nos inde directæ:dicit ſe ab hominibus infamari,quod neget paruulis baptiſmi ſacramentum,&c.]Fuiſſe quidem eam Pelagij epiſtolam apologeticam pro ſui defenſione & excuſatione,idem Auguſtinus inferius declarat illis verbis [d]:

c Auguſt.de peccato orig c.17.

Pelagiu ſe excuſat & defendit apud Inno. Pap.

d Auguſt.ibid.c.21.

III. Iſta eius verba Romam pro magna eius purgatione tranſmiſſa , tam ſunt ambigua,vt poſſint eorum dogmati præbere latibula.]Idemq.rurſus Auguſtinus in libris ad Albinum & Pinianum atque Melaniam datis de Gratia Chriſti,earumdem Pelagij litterarum frequenter meminit : im-
E mo & alligaſſe eidem epiſtolæ fidei ſuæ confeſſionem,declarat his verbis [e]: Vt ergo hæc interim omittam:nempe ipſe Pelagius & litteras nuper & libellum Romam ſuæ fidei miſit, ſcribens ad beatæ memoriæ Papam Innocētium,quem defunctum eſſe neſciebat.] hæc ip ſe. Porro eumdem libellum,ſeu confeſſionem Pelagij,nos tandem nacti deſcribemus inferius opportuniori loco. Sed & ex S. Auguſtini etiam recitatis ſuperius verbis facile intelligi poteſt tempus ipſum,quo ad Albinum & ſocios libros illos conſcripſit,nempe anno ſequenti,vt ſuo loco dicemus.reliqua autem de Praylij Epiſcopi Hieroſolymitani epiſtola ad Innocentium Papam,& Cæleſtio ad eum venien te,agemus inferius,cum de Zoſimo Papa,qui Innocentio ſucceſſit,erit ſermo. Interea vero de ipſius Innocentij obitu,qui interceſſit,agamus.

e Augu.de Gratia Chriſti lib.1. cap.30.

IV. Hoc igitur anno,quinto Kalendas Auguſti idem Innocentius Papa diem obijt, cum ſediſſet annos quindecim,menſem vnum,& dies decem:ea enim die finem impoſuiſſe præſenti vitæ,nō ſo lum liber de Romanis Pontificibus tradit,ſed & Romanum Martyrologium fidem facit,dum ea dem ipſa die celebrat ipſius ad Deum tranſitum. Quod autem re vera hoc anno ipſe Innocentius mortuus

De obitu Inn. Papæ.

mortuus ſit, aduerſus aſſertionem eorum qui eum anno ſuperiori defunctum volunt: iſtud quidem A
euidenter demunſtraut litteræ eius hoc anno datæ ſub dictis Conſulibus Honorio atque Conſtantio ad Concilium Mileuitanum [a] ſexto Kalendas Februarij, quarum ante meminimus. Accedit

a Innoc. epi. 32.

prætcrea Marcellini Comitis auctoritas, qui ſub huius anni Conſulibus collocat Zoſimum Innocentio ſubrogatum. Porro hunc minime prætergreſſum eſſe annum Innocentium, litteræ Zoſimi Papæ datæ hoc anno manifeſte declarant. Rationem vero temporis ſedis ipſius Innocentij ex dictis ſuperius in eiuſdem ingreſſu facile colliges; intelligeſq. omni ex parte conſtare, quam nuper certo annorum, menſis, & dierum numero conſignauimus.

V.

Antequam autem ad ingreſſum Zoſimi deueniamus, quæ de eodem Innocentio ſcripta feruntur, abſque tamen temporis nota, hic ex more reddēda putauimus. In libro enim de Romanis Pōtificibus hæc in primis de eo habentur: Hic conſtitutum fecit de omni Eccleſia, & de regulis monaſteriorum, & de Iudæis & Paganis.] Quod hic dicitur, Conſtitutum de omni Eccleſia, idem eſt, ac decretum ad vniuerſalem Eccleſiam ſpectans: & illud ipſum putamus, cuius Gennadius his verbis meminit [b]: Innocentius vrbis Romanæ Epiſcopus ſcripſit decretum Occidentalium Eccleſiarū & Orientalium aduerſus Pelagianos datum: quod poſtea ſucceſſor eius Papa Zoſimus Latinis promulgauit.] hæc ipſe. B

b Gennad. de Vir. illuſtr. c. 43.

Decretum Innoc. Pap. aduerſus Pelagium.

Porro cetera decreta de regulis monachorum, Iudæis atque Paganis, deſiderantur. Subditur vero ibi: Multos Cataphrygas inuenit, quos in exilio Monaſterij relegauit. Hic inuenit Pelagium & Cæleſtium hæreticos, & damnauit eos; & hoc conſtituit, vt qui natus fuerit de Chriſtiana, denuo naſci debeat per baptiſmum, hoc eſt, baptizari: quos Pelagius damnabat.] hæc ibi: ſed perperam quidem dicta eſſe videri poſſunt, ſi ipſum Pelagium auſcultemus: etenim ſuis ad Innocentium literis conqueſtus eſt, quod de his calumnioſe infamaretur. recitat eius verba S. Auguſtinus, quæ ſunt huiuſmodi [c]: Dicit ſe ab hominibus infamari, quod neget paruulis baptiſmi ſacramentum, & abſque redemptione Chriſti aliquibus cælorum regna promittat. Sed non ſic illis hæc obijciuntur, vt poſuit: nam neque paruulis negant baptiſmi ſacramentum, neque abſque redemptione Chriſti aliquibus cælorum regna promittunt. Itaque vnde ſe queritur infamari, eo modo propoſuit, vt facile poſſit crimini obiecto, ſaluo ſuo dogmate, reſpondere. Obijcitur autem illis, quod non baptizatos paruulos nolunt dānationi primi hominis obnoxios confiteri, & in eos tranſiſſe originale peccatum regeneratione purgandum.] hæc Auguſtinus eademq. ſæpe in eo libro, quem ad Albinum ſcripſit de Gratia Chriſti [d]. Quod ergo ibidem dicitur, negaſſe Pelagium baptiſmum infantiū; ſic illud accipiendum eſt, quod ſi non verbis, re ipſa tamen damnaſſe videri poterat, dum peccatum negaret originale; cuius rei gratia neceſſarium etiam infantibus baptiſmum eſſe, Eccleſia ſemper tenuit, & Innocentius decreto firmauit. C

c Aug. de peccato orig. c. 17.

Quomodo dicēdus Pelagius negaſſe Baptiſmum paruulorum.

d Augu. de Gratia Chriſti capi. 30. 31.

VI.

De inſtitutione tituli Veſtinæ.

Rurſum vero de eodem Innocētio vbi ſupra: Eodem tempore dedicauit baſilicam ſanctorum Geruaſij & Protaſij ex deuotione teſtamenti cuiuſdam illuſtris feminæ Veſtinæ, laborātibus presbyteris Vrſicino & Leopardo ac diacono Libyano. Quæ femina ſupraſcripta teſtamenti paginam ſic ordinauit, vt baſilica ſanctorum martyrum ex ornamentis & margaritis venditis iuſtis æſtimationibus conſtrueretur: & conſtructa eſt vſque ad perfectum. Quo in loco beatiſſimus Innocētius ex delegatione illuſtris feminæ Veſtinæ Titulum Romanum conſtituit, & in eadem domo obtulit patenas argenteas duas, penſantes ſingulas libras viginti, &c.] pergit recenſere alia ſacra vaſa & fundos ac domos eidem Titulo adſcriptos. Quod vero ibi ſubijcitur: Hic conſtituit ſabbato ieiunium celebrari: quia ſabbato Dominus in ſepulchro poſitus eſt, & diſcipuli ieiunarunt.] non ſic quidem accipiendum eſt, vt huius decreti auctoritate ieiunij ſabbati ipſe auctor fuerit Innocentius: ſed quod de his reſcripſerit ad Decentium Epiſcopum Eugubinum, qui ieiunij ſabbati cauſā D
edoceri, datis litteris, expetierat. De eodem hæc ibi etiam [e]: Hic conſtituit baſilicam S. Agnetis martyris a presbyteris Leopardo & Paulino ſolicite ac digne gubernari & tegi & ornari.] & paulo poſt: Hic fecit ordinationes quatuor in Vrbe per menſem Decembrem, conſtituit presbyteros triginta, diaconos quindecim, & Epiſcopos per diuerſa loca quinquagintaquatuor.] hactenus de rebus ab eo geſtis ibidem recenſitis.

e Innocen. epiſ. 29. edit. Rom.

VII.

De epiſtolis S. Baſilij ad Innocentium.

Ad calcem vero illa explodenda eſt de Innocentio vulgata nonnullorum credulitas ex temporum ratione non adhibita male parta, qua feruntur duæ quæ extant S. Baſilij epiſtolæ ad Innocētium quemdam ſcriptæ, ad hunc ipſum Romanum Pontificem eſſe datæ. Quas quidem litteras germanas eſſe S. Baſilij non negauerim; ſed ad alium potius Innocentium Epiſcopum eſſe ſcriptas, ipſa temporis diuerſa ratio palam facit: cum longe poſt obitum S. Baſilij ſedere cœpiſſe Innocentiū, certum ſit. Sed vt hæc cuncta facilius innoteſcant, & vnde errandi occaſio ſumpta ſit appareat, eaſdem hic epiſtolas reddere haud otioſum putamus: prior autem ſic ſe habet:

VIII.

Baſilij prior epiſtola ad Innocentium.

Baſilius Innocentio Epiſcopo. Quem vero alium par erat & timidis fiduciam afferre, & dormientes excitare, quàm tuam, qui dominus noſter es, ſanctitatem? Qui perfectionem tuam in omnibus hac quoque in re demonſtraſti, quod ſuſtinueris ſubmittere te nobis qui abiecti ſumus. Dignatus es enim tu quoque miniſtrare nobis ſpiritualem iucunditatem, & præclaris litteris animos noſtros recreare, & tamquam puerorum infantiam magnitudinis tuæ vlnis excipere. Petimus igitur a bono animo tuo, vt preceris, vt nos quoque digni ſimus, qui percipiamus a vobis, qui magiſtri eſtis, vtilitates; accipiamus os & ſapientiā, vt audeamus reſpondere vobis, qui agimini a Spiritu ſancto: cuius te amicum eſſe, & diſcretionem eius habere verā audiētes, magnas gratias agimus de tua erga Deum firma & conſtanti charitate: orantes vt pars noſtra reperiatur vna cum veris adoratoribus, quorum e numero perſuaſum habemus eſſe perfectionem tuam. Idq. vt ita ſit oramus magnum illum & verum Epiſcopum, qui omnem terram ſui adoratione compleuit, Dominum noſtrum.] hactenus prior epiſtula: quæ cum adeo ſubmiſſo animo a Baſilio ſcripta appareat, qui erat Archiepiſcopus Cappadociæ; inde oborta eſt opinandi occaſio, vt non ad alium quā ad Innocētiū Romanū Pōtificē potuerit eſſe data. Poſterior aūt, q̄ ſeqtur, his verbis cōcepta legitur. E

Innocentio

Digitized by Google

A Innocentio Epiſcopo Baſilius [a]. Quanta ſum affectus lætitia, poſtquam litteras charitatis tuę IX.
accepi; tantam ex eo moleſtiā cepi, quod nobis curas graues & ſuper vires noſtras impoſueris, quo a Ex codice Car
modo in tanto locorum interuallo a tanto gubenatoris munere ſalui euadere poſſimus. Nam dū din Sirleti manu ſcripto.
vos Eccleſia habet, tamquam in proprijs fundamentis conquieſcit. Sed ſi Dominus aliquid de vi- *Baſilij poſte-*
ta veſtra diſponeret: quos vobis æquiparandos hinc ad fratrum curam mandare poſſet, id quod ꝑ *rior Epiſtola*
litteras poſtulaſti? Prudenter profecto dum viuis, eum videre cupiens, qui poſt te electum Domi- *ad Innocētiū.*
ni gregem recturus ſit; quod beatus Moyſes optauit & vidit. Poſtquam igitur & locus magnus &
fama celebris eſt, & opera tua nota, & tempora difficilia indigentia magno gubernatore ob con-
tinuas procellas & fluctuationes Eccleſiæ imminentes: haud tutum animæ meæ futurum eſſe exi-
ſtimaui, ſi hoc munus negligenter & perfunctorie capeſſerem; eorū præſertim quæ ſcripſiſti, recor-
datus, quod ſcilicet coram Domino tu mihi diem de neglectu Eccleſiarum dicens, contra me ſta-
turus es. Itaque ne tuum iudicium ingrediar, ſed potius te defenſionis meæ conſortem corā Chri-
ſto inueniam; totum presbyteratus in vrbe conſeſſum perluſtrans, pretioſum vas ſelegi, hominē
ſcilicet quondam nepotem beati illius Hermogenis, qui in Magno Concilio egregiam & ineffabi-
B lem fidem ſcriptis tradidit, Eccleſiæ multis annis presbyterum, honeſtis moribus compoſitum,
canonum peritum, accuratum in fide, commendatam & continentia ac exercitatione vſque
ad hæc tempora vitam ducentem; & ſi quod roboris in corpore ſupererat, ſumma vitæ duritie
perdomuit: qui ita mendicus eſt, & omnis in terra facultatis expers, vt nec pane quidem abun-
det, niſi quantum eius & fratrum qui cum eo ſunt, manibus ciſtas contexendo, ſibi ſuppe-
diret. Hunc ad te mittere in animo habeo, ſi nunc tali viro & tibi ſit opus, & non alio quo-
piam iuniore, qui ad mittendum huc atque illuc, necnon ad alios vſus vitæ neceſſarios exequen-
dum aptus ſit.

Propterea quamprimum dabitur occaſio, mihi ſcribere dignaberis; & hunc virum Dei electū X.
muneri peragendo idoneum, conuerſationibus reuerendum, cum manſuetudine docentem ad te
mittam: quem etiam ſtatim mittere potuiſſem, ſed quoniam tu præueniens, virum in alijs quidem
probum & nobis carum, a prædicto autem multo differentem efflagitaſti, meam opinionem tibi
apertam facere volui; vt ſi tali viro indigneris, aliquem vel ex fra[illegible]us, qui eum his ieiunij dieb.
ſuſcipiant, mittas; vel ſi non habes qui viæ vſque ad nos labores ſufferre valeat, nobis ſcribas.] ha-
C ctenus Baſilius ad Innocentium Epiſcopum.

In primis vero, quod ad Baſilium pertinet, nulla debet eſſe dubitatio hunc eſſe Baſilium Cæ- XI.
ſarienſem Epiſcopum: nam de Hermogene mentionem habet, quem eiuſdem ciuitatis Cæſa- *Auctor Epiſto*
rienſis Epiſcopum fuiſſe, idem Baſilius Cæſarienſis in ſuis epiſtolis (vt quarto Annalium tomo *larum Baſilius*
dictum eſt) aſſeuerat. Innocentium vero aliquem puto fuiſſe ex Epiſcopis Cappadociæ eidem Ba- *Cæſarienſis.*
ſilio ſubditis ætate & ſanctitate venerandum, qui probatum aliquem ad ſe mitti presbyterum ro-
gauit eumdem Baſilium, vt munere Corepiſcopi ipſi in functionibus Epiſcopalibus adiutor acce-
deret, qui poſt obitum eius in ſedem ſucceſſor eligi poſſet. Cuius autem ciuitatis Innocentius iſte
Epiſcopus fuerit, haud nobis compertum ſatis habetur: ſcimus tamen Baſilij ſedis tempore vixiſ-
ſe Innocentium, ad quem alia eiuſdem S. Baſilij extat epiſtola [b]. Meminit & S. Athanaſius in epi- b Baſi. epiſt. 3. in
ſtola ad Palladium de Innocentio in Cappadocia viro inſigni, necnon de ipſo Baſilio Epiſcopo Cæ addit.
ſarienſi: vt plane in eam ſententiam adducar, non alium illum eſſe Innocētium, quàm eum ad quē
S. Baſilius dictas ſcribit epiſtolas.

Hoc ipſo tempore poſt obitum Innocentij Papæ, antequam crearetur eius ſucceſſor Zoſimus, XII.
D vel decreta Innocentij aduerſus Pelagium promulgarentur, S. Auguſtinus ad Paulinum Epiſcopū *De Auguſtini*
aduerſus eiuſdem Pelagij errores conſcripſit. hunc fuiſſe S. Paulinum Nolanum, idem Auguſtinus *Epiſtola ad*
in commentario de Bono perſeuerantiæ ad Proſperum & Hilarium expreſſe teſtatur, cum eiuſdē *Paulinum.*
ſuæ ipſius epiſtolæ meminit [c]. id ipſum de Paulino Nolano affirmat S. Proſper [d], cum recenſet c Aug. de Bono
eiuſdem Auguſtini lucubrationes aduerſus Pelagianos editas, & inter alia dictam ad Paulinū No perſeuer. lib. 1. c.
lanum epiſtolam. Quod autem poſt obitum Innocentij hoc tempore data fuerit, illud certum eſt 21.
argumentum, quod eiuſdem Innocentij mentionem faciens, beatæ memoriæ Innocentium nomi d Proſp. contra
nat. Sed quod nondum creato Zoſimo ſucceſſore id acciderit, inde perſpicue etiam poteris intelli- Collat. prope fi.
gere, quod cum Apoſtolicæ ſedis decreta aduerſus Pelagium recenſet, nonniſi de ipſius Innocentij
litteris ad Africanos Epiſcopos redditis meminit; haud dubium dicturus de eiuſdem Innocentij
nouiſſimo decreto ſancito & per Zoſimum promulgato, ſi id factum ſciuiſſet, quod maxime ad rē,
de qua ageret, neceſſarium eſſe videret. Reddam autem ipſius ad Paulinum hic verba [e]: Miſſæ e Aug. epi. 106.
ſunt itaque hac de re ex duobus Concilijs Carthaginenſi & Mileuitano relationes ad Apoſtolicam
ſedem, antequam Geſta Eccleſiaſtica, quibus apud Epiſcopos prouinciæ Palæſtinæ Pelagius profi
E teretur eſſe purgatus, vel ad manus noſtras, vel in Africam perueniſſent. Scripſimus etiam ad bea-
tæ memoriæ Papam Innocentium, præter Conciliorum relationes, litteras familiares, vbi de ipſa
cauſa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo, quo fas eſt atq; opor
tebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem. Quæ omnia modo legere poteris, ſi eorum forte ad te vel nulla
vel non cuncta peruenerant: vbi videbis ſeruata erga hominem moderatione quæ debuit, ne dam-
naretur, ſi praua damnaret; ipſum tamen nouellum & pernicioſum errorem ſic Eccleſiaſtica aucto
ritate compreſſum, vt multum miremur eſſe adhuc quoſdam, qui per quemlibet errorem gratiæ
Dei conentur obſiſtere.] hæc ipſe.

Quod vero de his Auguſtinus Paulinum putauerit eſſe monendum, hanc inferius ſui in- XIII.
ſtituti rationem affert his verbis: Quod propterea commemorauimus, quoniam quidem apud *Nolę Pelagia*
vos, vel in veſtra potius ciuitate (ſi tamen verum eſt quod audiuimus) tanta pro iſto errore *ni nonnulli.*
quidam obſtinatione nituntur, vt dicant, facilius eſſe vt etiam Pelagium deſerant atque con-
temnant, qui hæc ſentientes anathematizauit, quam ab huius ſententiæ, ſicut eis videtur, veritate
diſcedant.]

diſcedant.]hæc ipſe. Sed vnde iſta contagio ſerpſit in Nolanam Eccleſiam? Inde quidem, quod an- A
tequam Pelagius palam detegeretur hæreticus,inſinuauerat ſe in eiuſdem Paulini amicitiã , a quo
& vt Dei ſeruus,quem præſeferebat verbis & habitu,amabatur, vt eiuſdem Auguſtini epiſtola ip-
ſius exordio docet. Quinetiam ad ipſum Paulinum Pelagius epiſtolam dedit , ſed qua ipſe videri
poſſet eſſe Catholicus, ne a tanto viro vt hæreticus reijceretur:etenim ipſe Pelagius in libello,quẽ
nuper ad Innocentium Papam pro ſua defenſione dedit,hæc inter alia ſcripſit: Legant(inquit) illã
epiſtolam,quam ad ſanctum virum Paulinum Epiſcopum ante duodecim fere annos ſcripſimus,
quæ trecentis ſere verſibus nihil aliud quam Dei gratiam & auxilium confitetur,noſq. nihil omni-
no boni facere poſſe ſine Deo.]hæc Pelagius,quæ recitat Auguſtinus [a] in commentario ad Albi-
num & ſocios de Gratia Chriſti.

a Aug. de Grat. Chriſti lib. 1. ca. 35.

XIV. Ceterum hæc aduerſus Pelagium ad Paulinum viſus eſt Auguſtinus ſcribere voluiſſe,non qui-
dem ipſius Paulini cauſa,tamquam illis indigeret,quem ſciret probe Catholicum & veritatis Ca-
tholicæ propugnatorem;ſed ad conuincendos eos qui Pelagij errores mordicus defendendos ſu-
ſcepiſſent;id fortaſſe etiam ipſo Paulino poſcente. Etenim de fide impolluta Paulini hæc idẽ ſan-
ctus Auguſtinus ad eum [b]: Oremus ergo pro illis,ſancte frater:cernis quippe nobiſcum quã ma- B
lo errore teneantur. Fragrant enim epiſtolæ tuæ odore ſuauiſſimo Chriſti,vbi germaniſſimus gra-
tiæ ipſius dilector & confeſſor appares. Sed quod diu tecum de hac re loquendum putauimus: Pri-
mo,quia iucundiſſimum eſt,fecimus:quid enim debet eſſe iucundius vel infirmis gratia qua ſanã-
tur,vel pigris qua excitantur,vel valentibus gratia,qua iuuantur? Deinde,vt ſi quid noſtra diſputa-
tione, Deo adiuuante, poſſemus,tua non fides,ſed fidei contra tales adminiculetur aſſertio: ſicut
nos quoque in hanc facultatem tuæ germanitatis litteris adiuuamur, &c.] laudat inſuper Paulinũ
idem ſanctus Auguſtinus,quod ſcriptis ſuis aduerſus Pelagianos errores ſit firmus aſſertor Catho-
licæ veritatis. At de Paulino hactenus.

b Aug. ep. 106.
Paulinus Nolanus Catholicæ veritatis aſſertor.

XV. Inter hæc autem accidit,vt Valerianus quidam nefandiſſimus Pelagianus ex Occidente mi-
grarit Alexandriam;vt cum ibi qualis eſſet,minime perſpectus haberetur, ſecurius degens, inſi-
nuaret ſe Cyrilli Alexãdrini Epiſcopi amicitiæ. cuius rei cauſa Euſebius quidam(puto Cremonẽ-
ſem illum S. Hieronymi ſcriptis haud modice illuſtratum)vt hominem eijceret, ad ipſum Cyril-
lum eiuſmodi epiſtolam dedit [c]:

c Ex eod Card. Sirleti manuſcr.

Domino ſancto,omniq. honore colẽdo ac beatiſſimo Papæ Cyrillo Euſebius in Chriſto frater. C
Gratias egi Deo meo,quod beatitudinis tuæ dulciora melle epiſtolaris officij eloquia prome-
rui: quia percutiẽti retinnire dignatus es,domine ſancte,omnique honore colende beatiſſime Pa-
pa. Vnde quæſo,vt libenter meæ paruitatis ſuſcipere ſermonem digneris;& libertatem ,quam in fi-
de Chriſti habere videmur,ſuperbiam non reputes. Alexandrina ſedes,ex quo Chriſti nomen vni-
uerſo Orbi innotuit,p̃ ceteris prouincijs,ſemper Italiæ Chriſti glutino cohæſiſſe cognoſcitur. Quo-
modo nunc,cum beatæ memoriæ Innocentius Pelagium,Cæleſtiumque cum ſuis capitibus condẽ-
nans,cunctis eos abijcientibus Orientalibus, Alexandrina Eccleſia in communionẽ receperit,quę
ſola & prima inter comprouinciales ſuos tales refutare debuerat? Sed ille eſt peſtifer,de quo ſancti-
tudini tuæ ante annum ſcripſeram,ſignifer & confœderatus eorum Valerianus ventriloquus, qui
gulæ operam præbens,quicquid otioſum ſuæ adulationis inuenerit,ibi ſanctos ac fideliſſimos nun-
ciat. Sed non illum liberum putet tua beatitudo:ſeruus eſt Ariminenſis poſſeſſionis illuſtriſſimi
Valerij Comitis:quem propter reuerentiam tui amoris,repetendum a te , interim fieri ſiluimus.
Magis orare pro nobis dignare,& tales a conſortio abijcere,ſcriptum recordatus Prophetæ ſancti:
Carnes ligatas in pallio * ſacerdos, cum pollutum non ſanctificet, a polluto ipſe contamina- D
tur : quę lex eſt probatio ſacerdotum. Sed dare veniam dignaberis meæ audaciæ & paruitati , vt
ſupra ante rogaui. Incolumem beatitudinem tuam,meique memorem inuiolabilis Trinitas tue-
ri dignetur,ſancte Papa.] hactenus Euſebius. Ceterum quod ad Cyrillum ſpectat;inſectatum
etiam ipſum eſſe Pelagianos in Concilio Epheſino,quæ de ipſo ſuo loco dicturi ſumus,ſatis aperte
declarant.

Euſebius monet Cyrillum de Valeriano Pelagiano.

XVI. Quod vero ad hunc ipſum Valerianum pertinet:equidem hunc illum ipſum fuiſſe conijcio,q
mendoſe apud ſanctum Hieronymum,loco Valerianus, Annianus legitur in epiſtola ad Alypium
& Auguſtinum [d]. Adiuuat coniecturam,quod ibidem etiam de Euſebio habetur mentio, qui
huius ſcripta ad S. Hieronymum miſerat,vt aduerſus ea ſcriberet. ſunt hæc enim verba ipſius Hie-
ronymi: Quod autem quæritis,vtrum reſcripſerim contra libros Anniani pſeudodiaconi Celeden-
ſis,qui copioſiſſime paſcitur,vt alienæ blaſphemiæ verba friuola ſubminiſtret ; ſciatis me ipſos li-
bros in ſchedulis miſſos a ſancto fratre noſtro Euſebio presbytero ſuſcepiſſe non ante multum tẽ-
poris;& exinde vel ingraueſcentibus morbis, vel dormitione ſanctæ & venerabilis filiæ veſtræ Eu-
ſtochij ita doluiſſe,vt propemodum contemnendos putarem,&c.]hæc ipſe ea epiſtola, quam poſt E
biennium eſſe ab eo ſcriptam,ſuo loco dicemus. Quod vero Annianum,ſeu potius Valerianum, S.
Hieronymus dicat fuiſſe pſeudodiaconum Celedenſem;abſq. dubio deprauatus eſt textus,cum de
Eccleſia Celedenſi nuſquam ſit mentio,habet alia lectio, Atelatenſis:ſed propius accedit,vt legen-
dum ſit loco Celedenſis, Cenetenſis. Verum miſſis his,iam ad ſucceſſoris Innocentij inſtitutionẽ
Zoſimi tranſeamus.

De Anniano ſeu Valeriano Celedenſi.
d Hier. epiſt. 79.

XVII. Poſt Innocentij obitum interlapſis diebus vigintiduob. interregni, Zoſimus natione Græcus,
Abrahami filius,ſubrogatus eſt die decimanona menſis Auguſti:quantum autẽ temporis ſederit,
ſuo loco in fine ipſius dicturi ſumus. Quid vero ipſius ſedis exordio acciderit, primo loco narre-
mus. Meminiſſe debemus, Cæleſtium Pelagij hęreſiarchæ anteſignanum, tamquã nouę hęreſis p̃-
mulgatorem,iam diu ante damnatum ab Epiſcopis Africanis in Concilio Carthaginenſi,appellaſ-
ſe Apoſtolicam ſedem. Verum quod ſe ſciret experturum Innocentium Papam ſibi aduerſantem,
appellationem nequaquam proſequi voluit:ipſo autem defuncto, ad ſucceſſorem illius Zoſimum na-
ſe con-

Zoſimi Pap. creatio.

A ſe contulit, vt ab ipſo audiretur, non quidem proſecuturus appellationem (vt in ſuo libello Paulinus teſtatur) elapſo iam appellandi tempore, ſed aduerſus accuſatores querelas illaturus. Quod vero etiam ſciret & ab ipſo Zoſimo fore damnandum, ſi qualis eſſet, detegeretur hæreticus; ea arte concinnauit ſcriptum a ſe libellum, vt non poſſet, etiam ſi Zoſimus vellet, ab ipſo reijci, ſed ſuſcipi cogeretur; vtpote qui poſt enarrata quæ de fide ſentiret, eiuſmodi ad finem appoſuit verba: Si forte (vt hominibus) quiſpiam ignorantiæ error obrepſerit; veſtra ſententia corrigatur.] recitat hæc quidem S. Auguſtinus [a]. — a Aug. de peccato orig. c. 6. 7.

XVIII. Adiecit autem prudenter Zoſimus ad explorandam hominis fidem, interrogare eum quã exactiſſime, ſi aſſentiretur epiſtolæ aduerſus errores Pelagij ab Innocentio prædeceſſore ad vniuerſam Eccleſiam datæ, cui ſe idem conſentire profeſſus eſt. Teſtatur id ipſum vbi ſupra S. Auguſtinus, & ad Bonifacium de Zoſimo Papa ait [b]: Inſuper etiam Cæleſtium ſe purgare molientem, ad cõſentiendum ſupradictis ſedis Apoſtolicæ, id eſt, Innocentij Papæ litteris, crebra interlocutione conſtrinxerit.] Qua de cauſa (vt idem ſubdit) accidit vt ipſe Zoſimus lenius cum Cæleſtio egerit, ſpem concipiens eum Eccleſiæ Catholicæ reſtituturum. Idemq. Auguſtinus paulo ſuperius æq. demon- — b Augu. contra epiſt. Pelag. libr. 2. c. 3.

B ſtrat, haud errasse Zoſimum Papam, dum ſcripſit Cæleſtij libellum eſſe Catholicum. agit enim de iiſdem aduerſus Iulianum Pelagianũ [c], probans Zoſimi factum, cum Cæleſtium lucrari cupiens, cum eodem benigne ſe geſſit. Cum tamen non ſic hominem ſuſceperit, vt ad Catholicam communicationem admiſerit. Immo adhuc eam adhiberi voluit, ne ab eo deciperetur, ex abundanti, cautelam, vt in Africam ſcriberet, vt ſi quid illi contra Cæleſtium quod proferrent haberent, Romã mitterent. Affirmat id namq. idem S. Auguſtinus, Zoſimum ſemper laudans & excuſans, dum ait [d]: A vinculis tamen excommunicationis nondum eſt creditus eſſe ſoluendus: ſed interpoſito duorum menſium tempore, donec reſcriberetur ex Africa, reſipiſcendi ei locus ſub quadam medicinali ſententiæ lenitate conceſſus eſt.] hæc S. Auguſtinus. ſed de his fuſius agemus inferius, cum calumnias Iuliani Pelagiani in Zoſimum, ex ipſius Auguſtini verbis parata defenſione, confutabimus. — c Auguſ. contra Iulian. Pelag. li. 6. c. 12. — d Aug. de peccat. orig. c. 8.

XIX. His de Zoſimi rebus geſtis cum Cæleſtio, ſubijcimus litteras eiuſdem Romani Pontificis ad Epiſcopos Africanos hoc anno eadem occaſione conſcriptas, quas nobis Vaticanus vetus codex exhibuit: vt ex ipſis, quæ de eodem Zoſimo S. Auguſtinus conſcripſit, intelligas, pariterq. Zoſimi ipſius ſenſum epiſtolæ ex eodem S. Auguſtino percipias, quæ ſic ſe habet:

C Zoſimus Aurelio & vniuerſis Epiſcopis per Africam conſtitutis dilectiſſimis fratribus in Domino ſalutem. — *Epiſtola Zoſimi ad Africanos de Cæleſtio.*

Magnum pondus examinis magna deſiderat, vt non ſit rebus ipſis quæ geruntur inferior libra iudicij. His accedit Apoſtolicæ ſedis auctoritas, cui in honorem beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem quamdam ſanxere reuerentiam. Orandum igitur, & inceſſanter orandum, vt cõtinua gratia, perenniq. adiutorio Dei pax ex hoc fonte in totum Orbem fidei & Catholicæ ſocietatis nullis nubibus interfuſcata mittatur. Charitas enim, quæ (ſicut ſcriptum eſt) Deus eſt, perfecta plenitudinis abundantia gratulatur: cum ſi quid vel ſuſpicionis habuerit fidei intentionis ſolicita, vel in longum perducta contentione aut emendatione corrigitur.

XX. Cæleſtius presbyter noſtro ſe ingeſſit examini, expetens ea, quæ de ſe Apoſtolicæ ſedi aliter q̃ oportuit, eſſent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes maioribus vinculis Eccleſiaſticorum negotiorum curam noſtram, ſolicitudinemq. diſtraherent: tamen ne paternitatis veſtræ de aduentu ac diſcuſſione prædicti diutius penderet expectatio, poſthabitis omnibus, die cognitionis reſedimus in ſancti Clementis baſilica, qui imbutus beati Petri Apoſtoli diſciplinis, tali magiſtro — *Conſiſtorium in S. Clementis Baſilica.*

D veteres emendaſſet errores, ratoſq. profectus habuiſſet, vt fidẽ quã didicerat, & docuerat, et martyrio conſecraret: ſcilicet vt ad ſalutiferã caſtigationem, tanti ſacerdotis auctoritas præſenti cognitioni eſſet exemplo. Omnia igitur quæ prius fuerant acta diſcuſſimus, ſicut Geſtorum huic epiſtolæ cohærentium inſtructione diſcetis. Intromiſſo Cæleſtio, libellum eius, quem dederat, fecimus recitari. Nec hoc contenti: Vtrum hæc quæ ſcripſiſſet, corde loqueretur, an labijs, ſæpenumero explorauimus, cum de occultis animorum ſolius Dei noſtri poſſit eſſe iudicium, cui non tantum cogitata, ſed cogitanda iam præſto ſunt. Quid voces eius contineant, compendioſius duximus ad ſanctitatem veſtram legenda cognoſci. Vnum ſane mouet nos, vt cum in præſenti ibi Cæleſtiũ haberitis, nihil liquido iudicatum ſit. Ad litteras Herotis & Lazari priori relatione deſtinata, equidem hoc feruore fidei præfeſtinatum eſſe, promptiſſimum eſt.

XXI. Sed cum de his interrogaretur, aſſeruit nullum ſibi de talibus contentionibus vmquam cum antedictis fuiſſe ſermonem, nec ante ſibi quam de ſe ſcriberent, viſum fuiſſe compertos; Lazarum ſane in tranſitu cognitum, Herotem vero etiam ſatisfactione interpoſita, quod ſecus de ignoto & abſente ſenſiſſet, cum gratia receſſiſſet. Iam caduca ad nulla fundamina criminationis ignotæ procul dubio iræ fuit, vt perſona talium, quæ tam ventoſa & leuis extiterat, quæreretur, ſi ſaltem illis — *De cauſa Herotis & Lazari Epiſcoporũ Gallorum.*

E loci ſui ratio vitæque conſtaret, vt fides abſentibus in abſentes debuerit adhiberi, tantumq. pondus in litteris eorum, vt auctoritatem teſtimonij mererentur. Patuit hos inobſeruatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias ſacerdotia vendicaſſe, quibus ſeipſi propria abdicauere ſententia; noſque licet & alia, tum eorum de ſe pœnitudinem ſecuti, ſacerdotali eos loco & omni communione ſubmouimus. Satis vrget cauſam, a talibus proceſſiſſe per litteras in abſentes eius accuſationem, qui ſe præſens tuetur, qui exponit fidem, qui prouocat accuſantem, numquam piguit in melius retorſiſſe iudicium. Adoleſcens & ſancti Spiritus executor, qui Suſannam ſeniorum falſitate damnatam, inuenit innocentem; reducitur a ſupplicijs caſta per puerum, quæ per grandæuos fingitur impudica. Non ergo omni (ſicut cautum eſt) ſpiritui credendum, ſed diu appenſius examinandum eſt, præſertim de fide hominis, vbi ſtatus eius & vita perpetua eſt. Nec Salomonem fefellit in puerperij rixa mentis * indago: non enim duabus feminis inter ſe iurgantibus vnum pignus in- — * veritatis

duxit,ſed ibi arbiter fide cunctabundus inuenit,vbi veræ pietatis intellexit affectum. Perquam ra A
rum ſit,vt longa & caſtigata cunctatione ad veri cubile perueniat. Optimæ mentis indicium eſt,
praua difficilius credere: nã plerique, quorum de ſe bonæ confeſſionis pignus adhibetur fides, in
nullius erroris abruptum neceſſitate coguntur,& irremediabile vulnus efficitur,quod deſperatur
ſanari.

XXII. *Inſtauratur iudiciũ inter Cæleſtium & accuſatores.*

Vnde in præſenti cauſa nihil præcox,immaturumque cenſuimus,ſed innoteſcere ſanctitati ve
ſtræ ſuper abſoluta Cæleſtij fide noſtrum examen;cui etiam prior libellus ab eo intra Africam te-
ſtimonio apud nos eſſe debuiſſet;ne inexploratis,famaq. iactantibus tam facile crederetur. Quare
intra ſecundum menſem aut veniant qui præſentem redarguant aliter ſentire,quam libellis & cõ
feſſione contexuit;aut nihil poſt hæc tam aperta & maniſeſta quæ protulit, dubij ſanctitas veſtra
reſediſſe cognoſcat. Ipſum ſane Cæleſtium & quoſcumque qui eo tempore ex diuerſis regionibus
aderant ſacerdotes admonui,has tendiculas quæſtionum & inepta certamina, quæ non ædificant,
ſed magis deſtruunt,ex illa curioſitatis contagione profluere,dum vnuſquiſque ingenio ſuo & in-
temperanti eloquentia ſupraſcripta abutitur:Cum in hoc etiam magnorum virorum nonnumquã
cum ipſis auctoribus ſcripta periclitantur poſt permultam temporis miſeriam, interpretantis ar B
bitrio: vt diuine profectum ſit [a]: Ex multiloquio non vitari peccatum. Et ſanctus Dauid [b] po-
ſtularet circumſtantiam labijs ſuis,oriq. cuſtodiam. Charitatem veſtram tam Apoſtolicæ ſedis au
ctoritate,quam mutua amoris affectione commoneo, vt iam ingenia veſtra ſanctarum omnium
Scripturarum,quæ ſecundum traditionem Patrum atque maiorum præcepta ſunt,præceptis, ob-
ſeruationibuſque ſufficiant. Quid illic non abundans? quid non Dei ſpiritu & vocibus plenum ſit?
niſi liber,vnumquemq. plus ſibi credere,ſuoque de ſe vti iudicio. Data. . . . Honorio Aug. XI.
& Flauio Conſt. Coſſ.] hactenus Zoſimi litteræ ad Africanos Epiſcopos de cauſa Cæleſtij hoc an-
no datæ.

a Prou. 10.
b Pſal. 140.

XXIII. *De cauſa Herotis & Lazari.*

Quibus plane intelligis Cæleſtium hominem verſipellem,inuoluentem cũcta mendacijs, quo
Catholicus valeret exiſtimari. Nam quod ad dogmata pertinet,qualis re vera eſſet,excuſſa larua,a
Zoſimo poſtea detectus eſt,oſtenſuſque Cæleſtius ſceleſtiſſimus hæreticorum. Quod vero ſpectat
ad Lazarũ & Herotẽ,quos adeo vehemẽter infamat:quã inſigniter & in his idẽ Cæleſtius mẽtitus
ſit,poſſumus ex his intelligere,quæ de altero ipſorum Proſper [c] affirmat,nempe de Herote,cum
ait: Heros vir ſanctus beati Martini diſcipulus,cum Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret,a po C
pulo ipſius ciuitatis,inſons & nullis inſimulationibus noxius,pulſus eſt,inq. eius locum Patroclus
ordinatur amicus & familiaris Conſtantij Magiſtri militum,cuius per ipſum gratia quærebatur:
eaq. res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum cauſa fuit.] hæc Proſper in Chro
nico,noſque ſuo loco ſuperius,quo facta ſunt anno,retulimus: hic autem ad conuincenda Cæleſtij
mendacia iterum recitaſſe non piguit. De Lazaro remanſit obſcura memoria,ſed ex Herote Laza
rum diſce: quos enim calumnia par inuoluit,eamdem decoraſſe æqualem virtutem putandum, cũ
nonniſi bonos conſueuerint odiſſe mali,& hæretici vexaſſe Catholicos. Sed ad res Pelagij hoc an-
no cognitas tranſeamus.

c Proſper in Chron.

XXIIII. *Pelagius ſe purgare videri voluit apud Zoſimum.*

Qui igitur eadem erant fuligine tincti,eadem ambo vſi ſunt ad fallendam ſedem Apoſtolicam
arte,Cæleſtius,atque Pelagius: ſicut enim ille,ita iſte in litteris, quas datas diximus ad Innocen-
tium Papam,& eo defuncto acceptas a Zoſimo ſucceſſore,nihil præterea magis conatus eſt,quam
ab ipſo Romano Pontifice videri atque probari Catholicus: id quidem litteris,idque libello fidei
profeſſionis eiſdem iuncto,dolo atque fallacia præſtitit: adeo vt non potuerit a Zoſimo reijci vt hæ
reticus; vtpote qui ſcriptis profeſſus ſit,ſe in omnibus paratum eſſe eadem de fide ſentire, quæ Ro D
manus Pontifex ſentiẽda proponeret. quibus perſuaſus Zoſimus,ſicut fecerat de Cæleſtio, ita etiã
de Pelagio iam Catholico(vt videri poterat)reddito,dedit litteras ad eoſdem Epiſcopos Africa-
nos,quarum exemplum ſumptum ex eodem Vaticano codice hic tibi quam fideliſſime exſcriben
dum putauimus,quod eſt huiuſmodi:

XXV. *Epiſtola Zoſimi Papæ de Pelagio.*

Zoſimus Epiſcopus Aurelio & vniuerſis Epiſcopis per Africam conſtitutis dilectiſſimis fratri
bus in Domino ſalutem.

Poſtquam a nobis Cæleſtius presbyter auditus eſt, & quid de fide ſentiret euidenter expreſ-
ſit;eadem quoque quæ in libello contulerat,repetitis crebro profeſſionibus,roborauit: de eius no
mine plenius ad dilectionem veſtram ſcripta direximus. Ecce epiſtolã Hieroſolymitani Epiſcopi
Praylij,qui in locum quondam ſancti Ioannis Epiſcopus eſt ordinatus,accepimus,qui cauſæ Pela
gij enixius adſtipulator interuenit. Litteras quoque ſuas idem Pelagius purgationem cõtinentes
abundantiſſime miſit: quibus & profeſſionis ſuæ fidem,quid ſequeretur,quidve damnaret,ſine ali
quo fuco,vt ceſſarent totius interpretationis inſidiæ,cumulauit. Harum recitatio publica fuit: om-
nia quidem paria,& eodem ſenſu ſentẽtijſque formata,quæ Cæleſtius ante protulerat, cõtinebãt. E
Vtinam vllus veſtrum,dilectiſſimi fratres,recitationi litterarum intereſſe potuiſſet. Quod ſancto-
rum virorum,qui aderant,gaudium fuit? Quæ admiratio ſingulorum? Vix fletu quidam ſe & lacry
mis temperabant. Tales etiam abſolutæ fidei infamari potuiſſe? Eſt ne vllus locus,in quo Dei gra-
tia vel adiutorium prætermiſſum ſit? quod quiſquis poteſt præter eamdem vel mente concipere,
nec illi ſupernæ ſententiæ ſubiectus,quæ de ſancto Spiritu lata eſt,quod neque hic,neque in futuro
venia vel remiſſione donetur?

XXVI. *Heros & Lazarus accuſatores Pelagij quales.*

Video etiam hunc Pelagium,Herote & Lazaro ſcribentibus,infamari. Ita ne, fratres dilectiſ-
ſimi,ad aures veſtras,qui ſint iſti turbines Eccleſiæ vel procellæ,nec opinione peruenit? Ita vero
vos latuit vita [*] horum atque damnatio? Et quamquam ſpecialis illos Apoſtolicæ ſedis auctori-
tas omni communione ſubmouerit: diſcite & in hac epiſtola, licet ſtrictim, hominum mores.
Vetus Lazaro conſuetudo eſt innocentiam criminandi: per multa Concilia in ſanctum Britium
coepiſcopum noſtrum Turonicæ ciuitatis diabolicus accuſator inuẽtus eſt. A Proculo Maſſilienſi

* vitia

in

A in Synodo Taurini oppidi ſententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo fit poſt multos
annos ſacerdos,tyrannici iudicij defenſor ciuitatis Aquenſium:cum contrairet afflicto, in ipſum
penetrabile * & ſacerdotale ſolium ſanguine innocentis pene reſperſum irrupit:ſtetitq.in eo hacte *
nus vmbra ſacerdotij,donec tyranno imago ſtaret Imperij:quo loco poſt internecionem patroni,
ſponte ſe exuit,& propria ceſſione damnauit.

De Herote vero omnia ſimilia,idem tyrannus,patronus cædis,turbæ presbyterorum contra XXVII.
dicentium,vincula & cuſtodiæ,& totius ciuitatis addictio,ſimilis pœnitentia de abdicatione ſacer
dotij.Mirum eſt ſi iſti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum ſeruitute nitentem fal-
ſis litteris percellere noluerunt,qui in fratres & coepiſcopos tanta machinati ſunt,qui tot tempe-
ſtates Eccleſiæ reddiderunt. Non decet Epiſcopalē auctoritatē,& præcipue prudentiam veſtrā,ad
leuium ſuſurrorum ſcripta pendere. Ecce Pelagius, Cæleſtiuſq. Apoſtolicæ ſedi in litteris ſuis & cō
feſſionibus ſuis præſto ſunt. Vbi Heros? Vbi Lazarus? erubeſcēda facta & damnationibus nomina. *
Vbi illi adoleſcentes Timaſius & Iacobus,qui ſcripta quædam, vt aſſerebatur...... * ....? Vos
conijcite,ſi,qui talia in ſede Apoſtolica confitentur,illa quæ de iiſdem a prauis ac leuibus auctori-
B bus ac dubio rumore iactata ſunt,oporteat credi. Amate pacem,diligite charitatem,ſtudete cōcor
diæ:nam ſcriptum eſt:Diliges [a] proximum tuum tamquam te ipſum. Qui magis alter alteri pro- a Marc.12.
ximi ſumus,quam omnes qui in Chriſto vnum eſſe debemus. Non omnis qui aures veſtras ventus
ingreditur,nuncius eſt veri. Ideoque animo præſule & in excubijs conſtituto ſemper opus eſt, ne
totum famæ,totum teſtibus liceat. Recenſete ſacras litteras & diuina tabularia:maximam partem
falſi teſtes occupauere,vbi ſanctorum aut accuſationem,aut pericula reperimus:maximā dico,im
mo totam,cum in ipſum Dominum noſtrum Saluatorem totius mundi hoſtiam & Pontificem ſa-
lutarem falſi teſtes inſurrexerunt,qui ſe eius blaſphemiam audiſſe confingerent. Aeſtimate quid
iam poſſit præterire fallaciam,quæ in Deum fidei,immo in ipſam fidem ac veritatem periurijs im
petum fecit.

Hæc ideo ſcripſimus,vt de cetero ſi qui abſentes,minuſq. noti de quolibet talia ex libidine mē
tientur,fixi ſint pedes veſtri aduerſus arietem fraudulentiæ. Vnde & [b] lucernam pedibus ſuis ac XXVIII.
lumen ſemitis ſuis vir ſanctus exorat? ſcilicet ne inter fallaces tenebras ſint cæca nobis & errabun- *De iudicio ex*
da veſtigia. Et in Euangelio: Numquid [c] lex noſtra iudicat hominem, niſi ab ipſo audierit prius *hibēdo magna*
& cogitauerit? Etiam in veteri Teſtamento: Non credas auditui vano,& non conſenſeris cum ini- *cautela.* b Pſal 118.
C quo fieri teſtis iniuſtus. Et ne forte multitudini detrahentium ante examinationem iudicij crede- c Ioan.7.
retur,addit,dicens: Non eris cum pluribus in malitia,& non accipies per eos peccatum. Et iterū
alibi: Priuſquam [d] interroges,ne vituperes quemquam:& cum interrogaueris,corripe iuſte. Et d Eccl.11.
iterum: Quæ viderint oculi tui,loquere. Et in Actibus Apoſtolorum aduerſus principes ſacerdotū
& ſeniores Iudæorum poſtulantes abſentis Pauli Apoſtoli damnationem, iuſtiſſimam ſententiam
Gentilis Feſtus Tribunus protulit,quam conuenit etiam nos in facie credentium obijcere verecū
diam,dicens [e]: Non eſt conſuetudo Romanis,damnare aliquem hominem,priuſquam is qui ac
cuſatur,præſentes habeat accuſatores,locumq. defendendi accipiat ad abluenda crimina. Si hāc e Act.25.
igitur moderationem extra ſeptum fidei noſtræ poſitus tenuit contra ſacerdotalem pudorem in-
clinatio,credulitas de abſentibus in abſentes:quotus quiſque immunis inuenietur a vulnere, ſi ad
omnem ferientis ictum credulum pectus aperitur?

Doceat nos terrena moderatio,quæ ſæcularibus arbitrijs & cauſis primum de ipſis iudicibus
eligendis,repudiandiſq. fit. Et quanta cunctatio,quot interpoſitæ dilationes? quoties adhibita cō- XXIX.
perendinatio etiam ſub ipſo fine certaminis ampliare iudicia cum innocenti reo? confugitur ad *Exemplo iudi*
D mare & extramarina documenta;vt fides,quæ in præſenti plerumque arctioribus ſtrangulatur an *cum ſecularium*
guſtijs,ſaltem eminus veniat. Hæc omnia mentior,niſi in patrocinium tuendæ innocentiæ reperta *cauſæ reorum*
ſint. Tolerabilius eſt enim innocentem,quemlibet tardius inueniri,quàm cito pro nocente damna *tractandæ.*
re. Graue fuit Lazaro & Heroti,litterarum ſuarum pediſſequos eſſe? An neſciebant dilectionē ve-
ſtram ad ſedem Apoſtolicam relaturam? Huc certo calumniæ compendio nauigaſſent. Vbi de Epi
ſcopatu abdicando agitur,maria terraq. luſtrantur,nec vlla ſuffragia prætermittunt:vbi vero inno-
centium fama percellitur,otioſi & delicati,ſiue accuſatores,ſiue teſtes(in vtroque enim fallentib.
nomen infame eſt)in cubilibus & lectulis ſuis litteris abutuntur;& totam Africam,vniuerſumque
tranquillum Catholicæ ſerenitatis innubilant ad libidines ſuas duæ peſtes. Ante tribunal Chriſti
omnes ſtabimus,nemo illic abeſſe poterit,nec Domini,cuius immenſitas omnibus locis ac rebus
interuenit,declinare iudicium.

Si Deo noſtro cordi fuit, propter oues perditas, Verbum carnem fieri,& ex Domino formam XXX.
ſeruientis induere,vt diu interceptam redderet libertatem: ſit vobis gaudium,eos quos falſi iudi- *Pelagius pro-*
ces criminabantur,agnoſcere a noſtro corpore & Catholica veritate numquam fuiſſe diuulſos. *batus Catholi-*
E Certe hoc quod noſtra expectatio deſiderabat,eluxit,vt damnanda damnarent,& ſequenda ſeque *cus.*
rentur. Si pater familias [f] reditu filij gratulabatur,qui mortuus fuerat & reuixit,perierat & inuen f Luc.15.
tus eſt;& iubet in vſum eius ſtolam mundam,hoc eſt,inſigne candidæ mentis afferri,& vitulum ſa
ginatum:quantum hæc vberior exultatio eſt fidei,non mortuos eſſe,nec periiſſe, de quibus falſa
vulgata ſunt? Miſimus igitur ad dilectionem veſtram exemplaria ſcripturarum, quas Pelagius mi
ſit:quarum lectionem nō ambigimus parem vobis in Domino de abſoluta eius fide eſſe lætitiam.
Dat. XI. Kalend. Octobris.]hactenus Zoſimus ad Africanos.

His ſubijciendæ fuiſſent ipſe Pelagij litteræ,quarum exemplaria ad eos eidem alligata epiſto XXXI.
læ ſe mittere eodem nuncio profitetur:ſed eas minime integras nacti ſumus;extant tamen eiſ-
dem a S. Auguſtino recitata fragmenta,quæ compaginare ſimul earū cupidus lector poterit. Red
demus hic tamen ipſum fidei ipſius profeſſionis libellum,quem(vt ſuperius dictum eſt) Pelagius
litteris iunxit,qui hoc titulo in eo codice reperitur exſcriptus:

Libellus fidei Pelagij ad Innocentium cum epiſtola tranſmiſſus. A

Libellus fidei a Pelagio miſſus ad Innocẽtium, acceptus & cognitus a Zoſimo Papa.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem, cunctorum viſibilium & inuiſibilium conditorẽ.
Ctedimus in Dominum noſtrum Ieſum Chtiſtum, per quem creata ſunt omnia, verum Deũ vni-
genitum, & verum Dei Filium, non factum, aut adoptiuum, ſed genitum, & vnius cum Patre ſub-
ſtantiæ, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, atq. ita per omnia æqualem Deo Patri, vt nec tempore, nec gra
du nec poteſtate poſſit eſſe inferior: tantumq. confiremur eſſe illum qui eſt genitus, quantus eſt il
le qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a Patre Filium diuina & ineffabili generatione,
aliquod ei tempus adſcribimus; ſed nec Patrem aliquando cœpiſſe, nec Filium. Nec enim aliter
confiteri poſſumus æternum Patrem, niſi confiteamur etiam coæternum Filium: ex Filio enim Pa
ter dicitur, & qui ſemper Pater fuit, ſemper Filium habuit.

XXXII. Credimus & in Spiritum ſanctum, verum Deum ex Patre procedentem, æqualem per omnia
Patri & Filio, voluntate, poteſtate, æternitate, ſubſtantia. Nec eſt proſus aliquis in Trinitate gra-
dus; nihil quod inferius, ſuperiusve dici poſſit; ſed tota Deitas ſui perfectione æqualis eſt: vt exce-
ptis vocabulis, quæ proprietatem perſonarum indicat, quicquid de vna perſona dicitur, de trib. di
gniſſime poſſit intelligi. Atq. vt confutantes Arium, vnam eamdemq. dicimus Trinitatis eſſe ſub- B
ſtantiam, & vnum in tribus perſonis confitemur Deum; ita impietatem Sabellij declinantes, diſtin
guimus, non ipſum ſibi Patrem, ipſum ſibi Filium, ipſum ſibi Spiritum ſanctum eſſe dicentes; ſed
aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus ſancti eſſe perſonam: non enim nomina tantummodo, ſed
etiam nominum proprietates, id eſt, perſonas, velut Græci exprimunt ὑποστάσεις, hoc eſt, ſubſiſtent
rias, confitemur. Nec Pater Filij aut Spiritus ſancti perſonam aliquando excludit: nec rurſus Filius
aut Spiritus ſanctus Patris nomen perſonamq. ſuſcepit: ſed Pater ſemper Pater eſt, Filius ſemper
Filius eſt, Spiritus ſanctus ſemper Spiritus ſanctus eſt. Itaque ſubſtantia vnum ſunt, perſonis ac no
minibus diſtinguuntur.

XXXIII. Ipſum aũt Dei Filiũ, qui abſq. initio æternitatem cum Patre & Spiritu ſancto poſſedit, dicimus
in fine ſeculorum perfectum noſtræ naturæ hominem ſuſcepiſſe ex Maria ſemper Virgine; & Ver
bum carnem eſſe factum, aſſumendo hominem, non permutando Deitatem: nec (, vt quidam ſcele
ratiſſime opinantur) Spiritum ſanctum dicimus fuiſſe pro ſemine, ſed potẽtia ac virtute creatoris
operatum. Sic autem confitemur in Chriſto vnam Filij eſſe perſonam, vt dicamus duas eſſe perfe-
ctas atq. integras ſubſtantias, id eſt, Deitatis, & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. C
Atque vt condemnamus Photinum, qui ſolum & nudum in Chriſto hominem confitetur; ita ana-
thematizamus Apollinarem & eius ſimiles, qui dicunt Dei Filium minus aliquid de humana ſu-
ſcepiſſe natura, & vel in carne, vel in anima, vel in ſenſu aſſumptum hominem his, propter quos aſ-
ſumptus eſt, fuiſſe diſſimilem: quem abſque ſola peccati macula, quæ naturalis non eſt, nobis con-
fitemur eſſe conformem.

XXXIV. Illorum quoque ſimiliter execramor blaſphemiam, qui nouo ſenſu aſſerere conantur, a tempo
re ſuſceptæ carnis, omnia quæ erant Deitatis in hominem demigraſſe, & rurſum quæ erant huma
nitatis in Deum eſſe transfuſa, vt (quod nulla vmquam hæreſis dicere auſa eſt) videatur hac confu
ſione vtraque exinanita ſubſtantia, Deitatis ſcilicet & humanitatis, & a proprio ſtatu in aliud eſſe
mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem confiteotur, vt nec Deum verũ, nec
hominem tenere credantur. Nos autem dicimus, ſuſceptum ita a Deo Filio paſſibile noſtrum, vt
Deitas impaſſibilis permaneret. Paſſus eſt enim Dei Filius non putatiue, ſed vere, omnia quæ Scri
ptura teſtatur, id eſt, eſuriem, ſitim, laſſitudinem, dolorem, mortem, & cetera huiuſmodi. Secundũ
illud, paſſus eſt quod pati poterat, id eſt, non ſecundum illam ſubſtantiam quæ aſſumpſit, ſed ſecũ- D
dum illam quæ aſſumpta eſt. Ipſe enim Dei Filius ſecundum Diuinitatẽ impaſſibilis eſt vt Pater,
incomprehenſibilis vt Pater, inuiſibilis vt Pater, inconuertibilis vt Pater. Et quamuis propria per
ſona Filij, id eſt, Dei Verbum ſuſcepit paſſibilem hominem; ita tamen eius habitatione ſecundum
ſuam ſubſtantiam Deitas nihil paſſa eſt, vt tota Trinitas, quam impaſſibilem confiteri neceſſe eſt.
Mortuus eſt ergo Dei Filius ſecundum Scripturas, ſecundum id quod mori poterat. Reſurrexit
tertia die. Aſcendit in cælum. Sedet ad dexteram Dei Patris, manente ea natura carnis, in qua
natus & paſſus eſt, in qua etiam reſurrexit: non enim exinanita eſt humanitatis ſubſtantia, ſed
glorificata, & in æternum cum Deitate manſura. Accepta ergo a Patre omnium poteſtate quæ in
cælo ſunt & in terra, venturus eſt ad iudicium viuotum ae mortuorũ, vt & iuſtos remuneret, & pu-
niat peccatores.

XXXV. *Condemnatio Origenis errorum.* Reſurrectionem etiam carnis confitemur & credimus: vt dicamus, nos in eadem in qua nunc
ſumus veritate membrorum eſſe reparandos; qualeſq. ſemel poſt reſurrectionem fuerimus affe-
cti, in perpetuum permanſuros. Vnam eſſe vitam ſanctorum omnium, ſed præmia pro labore di-
uerſa: e contrario pro modo delictorum, peccatorum quoq. eſſe ſupplicia. Baptiſma vnũ tenemus, E
quod ijſdem ſacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus, aſſerimus eſſe celebran
dum. Hominem, ſi poſt baptiſmum lapſus fuerit, per pœnitentiam credimus poſſe ſaluari. Nouũ
& vetus Teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quem ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ tradit
auctoritas. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipſo factas dicimus; anathematizantes omnes
qui animas quaſi partem diuinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eorum quoq. condemnamus errorem, qui
eas ante peccaſſe, vel in cælis conuerſatas fuiſſe dicunt, quam in corpora mitterentur. Execramur
etiam eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini a Deo præceptum eſſe, & man
data Dei nõ a ſingulis, ſed ab omnibus in communi poſſe ſeruari: vel qui primas nuptias cum Ma
nichæo, vel ſecundas cum Cataphrygis damnant.

XXXVI. Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium neceſſitate carnis mentitum eſſe dicunt, & eũ
propter aſſumptum hominem non omnia facere potuiſſe quæ voluit. Iouiniani quoq. damnamus
hæreſim, qui dicit nullam in futuro meritorum eſſe diſtantiam, noſq. eas ibi habituros eſſe virtu-
tes, quas

Digitized by Google

Condemnatio Iouiniani errorum.

A tes,quas hic habere neglexerimus. Liberum ſic eſſe confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio; & tam illos qui cum Manichæis dicunt hominem peccatum vitare non poſſe,quam illos qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare. vterq.enim tollit libertatem arbitrij. Nos vero dicimus,hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrij. Hæc eſt fides, Papa beatiſſime,quam in Eccleſia didicimus, quamq. ſemper tenuimus & tenemus. In qua ſi minus perite,aut parum caute aliquid forte poſitum eſt;emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & ſedem tenes. Sin autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur; quicumque me maculare voluerit, ſe imperitum,vel maleuolum, vel etiam non Catholicum,non me hæreticum comprobabit.] hactenus libellus Pelagij confeſſionis.

XXXVII.

Pelagius non potuit non recipi vt Catholicus.

Iſta mecum ipſe conſiderans, & ſingula accurate perpendens,obſtupeſco: quomodo impius hæreſiarcha,cum ſe ab Innocentio Papa fore damnandum ſenſit,mox,vt mentiretur ſe non eſſe lupum quem gereret,& agni in omnibus ſpeciem præſeferret,Catholica confeſſione tamquam ouinam pellem,qua totus Catholicus appareret,ſuperinduxit;atque adeo,vt ne pilum quidem ineſſe
B videri poſſet hæretici. Etenim eſto quod minus plene,quod ad ſingula capita ſuæ hæreſis condēnanda,eiuſmodi profeſſio aduerſarijs, Linceis oculis eius errores ſingulos perſcrutantibus, videri potuiſſet:in eo tamen quod ſententia illa ad finem poſuit coronidem totius cōfeſſionis,aduerſantium ora clauſit,ſtrepitumq.compeſcuit: vt nullus plane,qui in eum velut hæreticum iure mutiret, inueniri poſſet,dum uidelicet uerba illa ſubiunxit:Si minus perite,aut parum caute aliquid forte poſitum eſt;emendari cupimus a te,qui Petri fidem & ſedem tenes.]Quidnam reliquum accuſatoribus vt in eum afferre poſſent,qui ad normam fidei perfectionem expectare ſe profiteatur a Catholicæ ſedis Antiſtite? Vel quam Iudici in eum ſententiam ferre iam liberum eſſet,qui ſe eadē velle ſentire,quæ ipſe ſentiat,iam firmiter aſſeueret? Quomodo inter hæreticos relinquendus Pelagius erat,& non inter Catholicos adſciſcendus,qui Catholica profeſſione,Catholica ſapere declararit,& hæreticum eſſe non poſſe,conteſtatione illa appoſita ſignificarit? Eiuſmodi plane fuit techna Pelagij,vt non potuerit,ea confeſſione præmiſſa,vt hæreticus cōdemnari. vnde meritò,quod de Leuiathan habet diuinus ſermo [a], congrue de Pelagio dici poſſit: Quis reuelabit faciem indumēti eius?] certe nonniſi Deus.

a Iob 41.

XXXVIII.

Expedit hæreticorum pœnitentiam tarde recipere.

C Vidiſti,lector,vafriciem verſipellis hæreſiarchæ,ouina pelle vndique circumtecti,omnique ex parte ouem præſeferentis lupi admiſceri ſe eum grege conantis? Docuit plane rerum vſus,haud facile in Eccleſiam admittendos hæreticos,quantumlibet pœnitentiam præſeferant;ſed diu multūque ante probandos,atque diſcutiendos eſſe; vt & interdum expediat,ſimulata repulſa, ſimulate ne agant,cautius experiri etenim vere pœnitentes quo magis ſe vident reijci,eo inſtantius pulſant fores Eccleſiæ,miſerabilius ingemiſcunt,lamentabilius lugent,ſeq. dirius cruciant,bonis inſuper operibus vrgent,ac denique inuicta perſeuerantia cogunt ſibi Eccleſiæ oſtia reſerari. Sic namque negat pia mater quem habet præ manibus panem petentibus filiolis,vt prouocet eos ſecum longius ambulare:eadem quoque arte Dominus repulit Chananæam [b], & diſcipulis [c] ſe finxit lōgius ire. Quod vero ad Pelagium ſpectat,iuxta illud [d]: Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.] quam citiſſime detecta vafricie impoſtoris,omne conſilium eius euanuit. quomodo vero id acciderit,dicturi ſumus anno ſequenti.

b Matth. 15.
c Luc. 24.
d Iob 20.

XXXIX.

Cæleſtius non potuit non audiri atque ſuſcipi.

Eiuſmodi plane fuiſſe Cæleſtij libellum quem obtulit, ut tamquam hæreticus abijci minime valuiſſet,tum quæ recitatæ ſunt de ipſo epiſtolæ Zoſimi indicāt,tum etiam exemplum de Pelagio
D perſuadet. Sed habuit illud amplius fauorabile cauſa Cæleſtij,quod de accuſatoribus ſceleratis,eiſdemq. abſentibus,qui & aduerſus abſentem crimen obiecerint,videret iuſtiſſimam exceptionē ingeſſiſſe,deq. eo,quod abſque iudiciali ordine lata in ipſum in Concilio Carthaginenſi ſententia, quam iuſtiſſime videri poterat appellaſſe. Ceterum (quod eſt in ſacris oraculis [e]) ſicut tela araneæ fiducia eius.] etenim omnia eius conſilia ad lucem veritatis prorſus euanuerunt. quomodo autem id actum ſit,ſcies anno ſequenti ex ijs quæ de cauſæ vtriuſque meritis dicenda erunt; apparebitque vnicuique res attente conſideranti,quam veriſſimum eſſe quod fertur ſacra parœmia: Qui [f] nititur mendacio,paſcit ventum.] & illud Dauidicum conſecutum: Perdes [g] omnes,qui loquuntur mendacium.] Iam vero quæ ſunt reliqua rerum geſtarum anni huius proſequamur.

e Iob 8.
f Prouerb. 10.
g Pſal. 5.

XL.

Error illapſus de Paſchatis die.

Hoc eodem anno, vt Paſcha non ſuo legitimo die celebraretur in Eccleſia,errore ſupputationis Paſchalis temporis factum eſt. ſed quomodo diuino quoque miraculo compertus ſit error, ut non ſiuerit Deus quicquam in Eccleſia agi perperam,Paſchaſius Epiſcopus Lilibæi narrat his verbis in epiſtola ad ſanctum Leonem Romanum Pontificem data [h]: Non ergo (inquit) nō dies vna longius poſita terreat:ne,cum hoc euitamus,incurramus errorem,ſicut tempore beatæ recor-
E dationis domini mei,prædeceſſoris veſtri Zoſimi,Conſulatu Honorij Augusti vndecimo & Conſtantij ſecundo. Tunc enim,cum declinaretur ne decimo Kal. Maij dies Paſchæ teneretur, celebratum octauo die Kal. Aprilis,id eſt,pro emboliſmo communis eſt annus tentus, & error grauiſſimus eſt ortus;in tantum vt miniſterio certo,quod dono ſancti Spiritus miniſtratur,hæc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum,quia locus ipſe etiam ſancto atque a me venerādo fratri meo Libanio diacono notiſſimus eſt. Cuius myſterij miraculum tale eſt.

h Apud S. Leonem epiſt. 5.

XLI.

Quædam viliſſima poſſeſſio Meltinas appellatur, in montibus arduis ac ſiluis denſiſſime conſtituta. illic perparua atque vili opere conſtructa eſt eccleſia: in cuius baptiſterio nocte ſacroſancta Paſchali,baptizandi hora,cum nullus canalis,nulla ſit fiſtula,nec aqua omnino vicina, fons ex ſe repletur; paucisq. qui fuerint,conſecratis,cum deductoriū nullum habeat,vt aqua venerat,ex ſeſe deſcendit. Tunc ergo (ſicut ſupra diximus) cum ſanctæ memoriæ domino quondam meo ac beatiſſimo Papa Zoſimo (cum apud Occidentales error ortus fuiſſet) conſuetis lectionibus nocte ſacra diſcuſſis,cum presbyter ſecundum morem baptizandi horam requireret,vſque ad lucem aqua non

veniente

veniente,non conſecrati qui baptizandi fuerant,receſſerunt. Vt ergo breuiter narrem illa nocte q̃ A
luceſcebat in diem Dominicam,decimo die Kalend. Maij, fons ſacer hora competẽti repletus eſt.
Euidenti ergo miraculo claruit,Occidentalium partium fuiſſe errorem.]hæc Paſchaſius.

XLII.
a Caſſiod. Var. lect. lib. 8 epi. 33.
De fonte baptiſmatis in Lucania miraculũ.

Huic plane ſimile deſcriptum extat apud Caſſiodorum miraculum,quod hic deſcribere ratio
exigit argumenti hæc enim habet,dum agit de conuẽtu Leucotheæ in Lucania,fontemq. ibi irri-
guum ita deſcribit [a]: Eſt enim locus ipſe camporum amœnitate diſtenſus,ſuburbanum quondã
Coſilinatis antiquiſſimæ ciuitatis,qui a conditore ſanctorum fontium, Marcilianum, nomen ac-
cepit. Hic erumpit aquarum perſpicua & dulcis vbertas:vbi in modum naturalis antri,apſidis fa-
bricata concauitas ſic perſpicuos liquores emanat,vt vacuum putes lacum,quem non dubitas eſſe
pleniſſimum. Hic perlucidus vſque ad fundum patet,vt aſpectibus tuis aerem potius apparere
iudices,non liquorem. Aemulatur ſerenam diem aqua ſubtiliſſima: nam quicquid in imo geri-
tur,inoffenſa aeris claritate monſtratur.]& paulo poſt: Longa ſunt illius fontis memoranda deſcri
bere. Veniamus ad illud ſingulare munus,ſanctumq. miraculum. Nam cum die ſacratæ noctis pre
cem baptiſmatis cœperit ſacerdos effundere,& de ore ſancto ſermonum fontes emanare;mox in
altum vnda proſiliens,aquas ſuas non per meatus ſolitos dirigit,ſed in altitudinem cumuloſq. trãſ B
mittit. Erigitur brutum elementum ſponte ſua,& quadam deuotione ſolemni præparat ſe miracu
lis,vt ſanctificatio maieſtatis poſſit oſtendi. Nam cum fons ipſe quinque gradus tegat, eoſque tan
tum ſub tranquillitate poſſideat,alijs duobus cernitur creſcere,quos numquam præter illud tem
pus cognoſcitur occupare. Magnum,ſtupendumq. miraculum,fluẽta labentia ſic ad humanos ſer
mones vel ſtare,vel creſcere,vt eis credas audiendi ſtudium minime defuiſſe. Fiat venerabilis om
nium ſermone fons iſte cæleſtis. Habet & Lucania Iordanem ſuum. Ille exemplum baptiſmatis
præſtitit,hic ſacrum miniſterium annua deuotione cuſtodit. Quapropter & reuerentia loci & vti-
litas rei dare debet populis ſanctiſſimam pacem,&c.]hæc Caſſiodorus nomine Athalarici Regis
ſcribentis epiſtolam ad Seuerum.

Probe ex his intueris,lector,quam inſaniant deploratiſſimi Nouatores,dum baptiſmalis fon
tis benedictionem derident,quam tanto miraculo annis ſingulis repetito Deus voluit in Eccleſia
Catholica,vt ſibi placitam conſignari.

XLIII.
b Grego. Turon. de Gloria mart. lib. 1. cap. 24.
De fonte baptiſmalis in Luſitania miraculũ.

Sed quod in his verſamur,adijciamus his aliqua alia id genus miracula ab alijs antiquis au-
ctoribus enarrata:& in primis quæ Gregorius Turonenſis eodem ferme argumento ita deſcribit C
[b]: Eſt & illud illuſtre miraculum de fontibus Hiſpaniæ,quos Luſitania prouincia profert. Piſci-
na namique eſt apud Oſem campum antiquitus ſculpta,& ex marmore vario in modum crucis mi
ro cõpoſita opere,ſed & ædes magnæ charitatis ac celſitudinis deſuper a Chriſtianis cõſtructa eſt.
Igitur cum dies ſacer poſt curiculum anni decedentis aduenerit,quo Dominus confuſo prodito-
re,myſticam diſcipulis præbuit cœnam;conueniunt in locum illum cum Pontifice,ciues iam odo
rem ſacri præſentientes aromatis. Tunc data oratione,ſacerdos oſtia templi iubet ſimul muniri ſi
gnaculis,aduentum virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autem tertia(quod eſt ſabati)cõuenien-
tibus ad baptizandum populis,adueniẽs Epiſcopus cum ciuibus ſuis,inſpectis ſignaculis,oſtia re
ſerat clauſa. Ac mirum dictu, piſcinam quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam,ſed ita cu-
mulo altiore refertam,vt ſolet ſuper ora modiorũ triticũ aggregari:videaſq. huc illucq. latices flu-
ctuare,nec partem in aduerſam defluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificato,cõſperſo deſuper chriſ
mate,omnis populus pro deuotione haurit,& vas plenum domi pro ſaluatione reportat,agros vi-
neaſq. aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſine collecto nu-
mero hauriatur,numquam tamen vel cumulum minuit:licet vbi infans primus intinctus fuerit, D
mox aqua reducitur;& baptizatis omnibus,lymphis in ſe reuerſis,vt initio produntur neſcio,ita
& ſine clauduntur ignaro.

XLIV.
De profanante templum miraculum.

Quidam vero ex hæreticis Deum non metuẽs, neque venerationem præſtans huic loco ſancto,
neque credens corde miraculum,quod in eo Dominus ad corroborandam ſuorum fidem præſta-
re dignatus eſt,non ſilebo:Venit cum turba equorum ſolutiſq. impedimentis,quæ iuſſit in baſili-
cam poni,equitibuſq. in ea præſepia præparati,irridens miſer quæ de hoc loco narabantur ab in-
colis. Igitur media nocte prætereũte,a febre corripitur,ac pene exanimis,& tardius quam debue
rat,pœnitens,exclamat,equites ab æde expelli;erat enim ei,ſub Rege licet,magna tamen in illa re
gione poteſtas. Expulſiſq. e baſilica ſancta equitibus,ad ſe reuerſus cœpit dẽtibus proprium lace
rare corpuſculũ,nec prorſus retineri a ſuis ob nimiam poterat debacchationem. Tandẽq. oppreſ-
ſus inter ſuorum manus ſpiritum exhalauit.

XLV.
Perueſtigata miraculi veritas.

Denique Theodegiſilus huius Rex regionis,cum vidiſſet hoc miraculum, quod in his ſacra
tis Deo fontibus gerebatur,cogitauit intra ſe,dicẽs:Quia ingenium eſt Romanorum(Romanos
enim vocitant homines noſtræ religionis)vt ita accidat,& non eſt Dei virtus. Veniens vero ad an- E
num ſequentem,oſtium ſigillis ſuis cum Epiſcopi ſigillo muniuit:poſuitq. cuſtodes in circuitu tẽ
pli,ſi forte aliquem deprehendere poſſit fraudis alicuius conſcium,per cuius ingenium in fonti-
bus aqua ſuccederet;ſimiliter & alio fecit anno. Tertio vero conuocata virorum multitudine, foſ
ſas in circuitu baſilicæ fieri iuſſit,ne forte locis occultis lymphæ deducerentur in fontem: fuerunt
que foſſæ in profundo vicenum quinum pedum,in latitudine vero quindenum. Sed nihil abditum
potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens,& credo pro huius inquiſitionis temeritate,anni ſequẽ
tis diem,quo hoc myſterium celebrabatur,videre non meruit,eo quod arcanum virtutis diuinæ
inueſtigare præſumpſit. Habentur autem in ea reliquiæ S. Stephani Leuitæ.]hæc Gregorius,qui
in eodem fonte aliud editum ſubdit miraculum. Porro S. Stephani reliquias allatas illuc ab Oro
ſio presbytero,præter illa quæ ſuperius dicta ſunt,dicemus quoque anno ſequenti.

XLVI.
c Sophron. Prat. ſpirit. ca. 214. 215.

Sed nec caruit Oriens hiſce adeo inſignibus editis diuina virtute miraculis: Etenim Sophro-
nius eadem de Orientalibus oris ſcriptis tradidit in hæc verba [c]: Soruba(inquit)vicus quidam

eſt ad

A eſt ad radices montis, in quo ſita eſt Cocanenſium ciuitas. In eo baptiſterium eſt, quod in ſanctis Epiphanijs ſudat (*baptiſmus enim ibi eo tempore celebrabatur*) qui ſudor per tres horas continuis incrementis augetur, & poſt baptiſma peractum decreſcere incipit, & tribus alijs horis ſenſim deficit. Et in caſtello Cedebratis, ſub monte Aenoandro ciuitatis ſitum eſt baptiſterium, quod in prima Paſchali ſanctæ reſurrectionis feſtiuitate, cum ſit lapis vnus, ex ſe ipſo continuo impletur: duratq. aqua illa vſque ad Pentecoſtem; moxq. tranſacta Pentecoſte, euaneſcit. Vtraque vero iſta miracula in prouincia Lyciæ fiunt. Si quis autem hæc ita eſſe non credit; vſque ad Lyciam non grande iter eſt; pergat, & rei veritas fidem illi faciet.] hactenus ipſe; de hiſq. ſatis: vt intelligas eſſe Deũ in Iſrael, & in Eccleſia Catholica ſemper viguiſſe miracula, quibus veluti digito Dei, quæ vera ſit Eccleſia, conſignetur.

Miracula de fontibus in Lycia.

XLVII. Hoc eodem anno, ſub nominatis Conſulibus, Honorius (inquit Proſper) triumphans Romã ingreditur, præeunte currum eius Attalo, quem Lyparæ viuere exulem iuſſit.] hæc ipſe. ſed triumphi huius nullam præterea memoriam extare ſcimus, niſi in nummis [a] quibus repræſentatur Honorij Imperatoris imago, in quorum parte aduerſa effigies ineſt militaris, ſiniſtr. Victoriam, dextera Labarum tenens, captiuum ſupplantans, quo Attalus deſignatur, qui Chriſti virtute ipſe
B hoſtis Chriſtianæ religionis fuerit penitus debellatus. Sed in vno triumpho (ſi recte inſpicis) de pluribus hoſtibus debellatis celebrantur victoriæ, & glorioſa eleuantur trophæa: de Gothis in primis qui eum (vt vidimus) in Imperium euexere; de Gẽtilibus deorum cultoribus, qui omnibus fauere ſtudijs homini reſtituturo deorum cultum; de dijs ipſis, vanis reſponſis vanos homines inflammãtibus; ac denique de Ariana perfidia, cuius ſectæ ſymbolis cum Gothis Attalus arcto amicitiæ fœdere iunctus erat. Tot igitur tantiſq. victoriæ titulis decorari Deus voluit Chriſtianum Principem maxime pium, paulo ante barbarum atque Gentilium pedibus compreſſum, oppreſſum, ac pene protritum.

a Habet Adolp. in honor. pagin. 387.

IESV CHRISTI ANNVS 418. ZOSIMI PAP. ANNVS 2. HONORII 24. THEODOSII 11. IMPP.

C

I. CHriſti annus decimusoctauus ſupra quadringenteſimum Conſulatu Honorij duodecimo & Theodoſij octauo adſcribitur Faſtis. Quibus quidem Conſulibus (inquit Proſper in Chronico) Concilio apud Carthaginem habito ducentorum decem & ſeptem Epiſcoporum, ad Pontificem Zoſimum Synodalia decreta perlata ſunt: quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt.] hæc Proſper. Verum irrepſit error in numerum: nam idem ipſe aduerſus Collatorem ducentos quatuordecim Epiſcopos numerat. Sed quo potiſſimum anni huius tempore idem Carthaginenſe Cõcilium celebratum fuerit: inde certum argumẽtum deduci poteſt, hoc anno, ipſo primo veris initio eſſe collectum, eo quod ad idem ipſum, cum haberetur, extant Zoſimi Papæ litteræ datæ quinto Kal. Aprilis. Porro propagatum illud eſſe vſque ad menſem Maij, ſancita in eo decreta ſignificant. At quoniam eodem tempore, quo Carthagine illud ipſum Cõcilium habebatur Romæ iterũ cognoſcebatur cauſa Pelagij atque Cæleſtij: nos tũ de rebus Romę hoc anno geſtis, tum Carthagine in celebri illo Patrũ conſeſſu tranſactis ordine temporũ acturi ſumus.

Cõcilium Carthaginenſe in cauſa Pelagij & Cæleſtij.

II. Cum autem tractaretur Romæ cauſa Cæleſtij, placuit Zoſimo Papæ ex Africa vocare Paulinũ
D qui ei fuerat olim ſub Innocentio Papa aduerſatus in Concilio Carthaginenſi: qui præmiſit libellum aduerſus Cæleſtium. Interea vero iuſſus Cæleſtius ſuæ fidei profeſſionem edere, libellum Zoſimo obtulit; qui licet in omnibus reliquis potuiſſet videri Catholicus, in eo tamen reprehenſione non caruit, cum originale peccatum reperiri negaſſet. Verum quod petijſſet eodem libello doceri, ſi quid minus rectum pronunciaſſet: placuit Zoſimo, ſpe conuerſionis ipſius, cum eo mitius agere. Sed operam & impenſam perdidit, vt conſtat ex S. Auguſtini ſcriptis, necnon ex libello Paulini, vt modo dicturi ſumus.

III. Inter hæc autem qui conuenerant Carthagine, rem nauiter agunt: & ne eſſet quid ab aduerſarijs in eos obijci poſſet, profeſſi ſunt Patres ſe Innocentij Papæ conſectari atque amplecti decretum, quod anno ſuperiori ab eodem diximus promulgatum: quo vno ictu valido ſatis ijdem ſibi viſi ſunt Patres Pelagium, Cæleſtiumq. poſſe confodere, eorumq. errores prorſus extinguere. Hoc igitur communi decreto ſuffragio, dederunt litteras ad ipſum Zoſimum Romanum Pontificem; de quib. quidem S. Proſper his verbis meminit [b], cũ agit de Concilijs Africanis: Errauerunt ducenti quatuordecim ſacerdotes, qui in epiſtola quam ſuis conſtitutionibus protulerunt, ita Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem B. Zoſimum ſunt allocuti; Conſtituimus in Pelagium atque Cæleſtium per
E venerabilem Epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Petri ſede prolatam manere ſentẽtiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur gratiam Dei per Ieſum Chriſtum, &c.] Non extant ipſæ quidem litteræ Synodi Carthaginenſis, ſed nec quæ a Zoſimo ad eamdem tunc redditæ fuere, verum tantum illæ de cauſa proſequenda conſcriptæ.

Concil. Carthaginenſe ſequitur Innocentij Pap. decretu.

b Proſper. adue. Collat.

IV. Etenim qui conuenere patres Carthagine, ſubinfenſo tulere animo, admiſiſſe Zoſimum Papam ad audientiam Cæleſtium, quem etſi non alia, certe quidem hæreſis infamabat. deq. his alias dedere litteras, quibus apud eumdem Zoſimum querebantur: ſed nec ipſæ quidem extant. Certe litteras plurimas cucurriſſe inter Zoſimum Papam & Epiſcopos Africanos, S. Auguſtinus [c] teſtatur: idq. ex redditis a Zoſimo ad eos litteris probe poſſumus intelligere; deſcribemus nos hic eas ex codice Vaticano depromptas, quæ ſic ſe habent:

Querela Africanorum de appellatione Cæleſtij admiſſa.

c Auguſ. contra duas epiſt. Pela. lib. 2. c. 3.

Zoſimus Aurelio ac ceteris, qui in Concilio Carthaginenſi affuerunt, dilectiſſimis fratribus in Domino ſalutem.

Quamuis

Digitized by Google

Zoſimi Pap. epiſtola ad Cõcil. Carthaginenſe.

Sedis Apoſtolicæ & Romanorum Pontif. ſumma auctoritas.

Quamuis Patrum traditio Apoſtolicæ ſedi auctoritatem tantam tribuerit, vt de eius iudicio A
diſceptare nullus auderet, idq. per canones ſemper regulaſq. ſeruauerit, & currens adhuc ſuis legi
bus Eccleſiaſtica diſciplina Petri nomine, e quo ipſa quoque deſcendit, reuerentiam quam debet
exoluat: tantam enim huic Apoſtolo canonica antiquitas per ſentẽtias omnium voluit eſſe poten-
tiam, ex ipſa quoque Chriſti Dei noſtri promiſſione, vt & ligata ſolueret, & ſoluta vinciret; par po
teſtatis data conditio in eos, qui ſedis hereditatem, ipſo annuente meruiſſent. Habet enim ipſe
cum omnium Eccleſiarum, tum huius maxime, vbi ſederat, curam; nec patitur aliquid priuilegij
aut aliqua titubare aora ſententiæ, cui ipſa ſui nominis firma & nullis hebetata motibus conſti-
tuit fundamenta, & quæ ſine periculo temere nullus inceſſet. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus
caput ſit, & ſequentia omnium maiorum ſtudia firmauerit, vt tam humanis diuiniſq. legibus & di
ſciplinis omnibus firmetur Romana Eccleſia, cuius locum nos regere & poteſtatem nominis ob-
tinere non latet vos, ſed noſtis, fratres cariſſimi, & quemadmodum ſacerdotes, ſcite debetis: Ta-
men cum tãtũ nobis eſſet auctoritatis, vt nullus de noſtra poſſit retractare ſententia; nihil egimus
quod non ad veſtram notitiam noſtris vltro litteris referremus, dantes hæc fraternitati, vt in cõ-
mune conſulentes, non quia quid deberet fieri neſciremus, aut faceremus aliquid quod contra B
vtilitatem Eccleſiæ veniens diſpliceret; ſed pariter vobiſcum voluimus habere tractatum de illo
qui apud vos (ſicut ipſi per litteras dicitis) fuerit accuſatus, & ad noſtram qui ſe aſſereret innocẽ
tem, non refugiens iudicium ex appellatione priſtina, venerit ſedem, accuſatores ſuos vltro depo
ſcens, & quæ in ſe crimina per rumorem falſo dicebat illata condemnans: omnem eius petitionem
prioribus litteris quas vobis miſimus, putauimus ac nouimus explicatam; ſatiſq. illis ſcriptis, quę
ad illa reſcripſeratis credimus eſſe reſponſum.

V.
De litteris Carthaginẽſis Concilij ad Zoſimum redditis.

Sed poſt miſſæ per Marcellinum ſubdiaconum veſtrum epiſtolæ omne volumẽ voluimus: quo
aliquando perlecto, ita totum litteratum comprehendiſtis textum, quaſi nos Cæleſtio commoda-
uerimus in omnibus fidem, verbiſq. eius non diſcuſſis, ad omnem (vt ita dicam) ſyllabam prębue-
rimus aſſenſum: Numquam temere, quæ ſunt diu tractanda, finiuntur, nec ſine magna deliberatio-
ne ſtatuendum eſt, quod ſummo debet diſceptari iudicio. Idcirco nouerit veſtra fraternitas, nihil
nos poſt illas quas ſuperius vel litteras veſtras accepimus, immutaſſe, ſed in eodem cuncta reli-
quiſſe ſtatu in quo dudum fuerant, cum hoc noſtris litteris veſtræ indicauimus ſanctitati, vt illa
quæ a vobis ad nos miſſa erat obteſtatio, remaneret. Subſcripſi. Bene valete. Dat. XII. C
Kalend. Aprilis, Honorio Auguſt. XII. Conſſ. Accepta tertio Kalendas Maias.] hactenus litte
ræ Zoſimi.

VI.
De inſtaurato Romæ iudicio aduerſus Cæleſtium.

Quod vero litteris anni ſuperioris (vt vidimus) idem Zoſimus Papa Africanis Epiſcopis ſigni
ficauerat, inſtaurandum fore Romæ iudicium in cauſa Cæleſtij, qui ab illis damnatus recurrerat
ad Apoſtolicam ſedem: pariterq. admonuerat, vt ſi quæ contra ipſum aduerſarij haberent, profer-
rẽt: quamuis ipſe Cæleſtius (quod teſtatur S. Auguſtinus [a]) libello ſuo profeſſus eſſet, ſe correctu
rum ſi quid corrigendum in eo viſum fuiſſet ipſi Zoſimo Romano Pontifici: inſuper & conteſta-
tus fuiſſet, ſequi ſe velle quod ab Innocentio Papa ſua epiſtola definitum eſſet: Tamen (inquit idẽ
Auguſtinus [b]) hoc vt plenius & manifeſtius in illo fieret, expectabatur ex venturis ab Africa litte
ris, in qua prouincia eius aliquanto calliditas euidentius innotuerat. Quæ Romam litteræ poſtea-
quam venerunt, id continentes, non ſufficere hominibus tardioribus & ſolicitioribus, quod ſe ge-
neraliter Innocentij Epiſcopi litteris conſentire fatebatur; ſed aperte eum debere anathematiza-
re quæ in ſuo libello praua poſuerat: ne, ſi id non feciſſet, multi parum intelligentes, magis in libel
lo eius illa fidei venena a ſede Apoſtolica crederent approbata, propterea quod ab illa dictũ erat, D
eum libellum eſſe Catholicum: quam emendata, propter illud quod ſe Papæ Innocentij litteris cõ
ſentire ipſe reſponderat. Tunc ergo cum eius præſentia poſceretur, vt certis ac dilucidis reſponſio
nibus vel aſtutia hominis, vel correctio diluceſceret, & nulli ambigua remaneret: ſe ſubtraxit & ne
gauit examini.] hæc ipſe. verum poſtea coactus eſt, quid ſentiret, publice interroganti Zoſimo re-
ſpondere: ſed de quibus, in primis accipe. Illi quidem ipſi Africani Epiſcopi, qui conuenerunt Car
thaginem, non ſolum litteras ad Zoſimum Papam dedere aduerſus Cæleſtium, verum & libellum
inter alia miſere Paulini diaconi Carthaginenſis aduerſus Cæleſtium ſcriptum, quo capita om-
nia continebantur, de quibus foret interrogandus ipſe Cæleſtius; quo apparere liquidius poſſet,
hæreticus ne, an Catholicus (quod profitebatur) omnino eſſet. Compulſus eſt etiam a Zoſimo Pa-
pa de fidei ſuæ profeſſione Cæleſtius, hoc anno, in hoc poſteriori iudicio, dare libellum. dedit illũ
quidem; & licet manifeſtum continere videretur errorem; tñ qm̃ & his verbis conteſtationem p̃-
miſerat, eius exordio hæc ita ſcribendo: Si forte, vt hominibus, quiſpiam ignorantiæ error obrepſe
rit; veſtra ſententia corrigatur] (iſta erant ipſius verba, quæ recitat S. Auguſtinus [c]) haud libe-
rum fuit ex errore damnare hominem, qui ſe quod Apoſtolicæ ſedi diſpliceret, ex eius ſententia E
emendaturum, ſcripto pollicitus eſſet. Quamobrem in eo Zoſimus totus fuit, vt adhibito vulneri
oleo, curaret hominem, damnantemque ea quæ in libello perperam effutijſſet, Catholicum reddi
tum, Catholicæ compaginare poſſet Eccleſiæ; a qua aberrans, totum fere Catholicum orbem diſ-
ſenſionibus miſcuiſſet. Hæc quidem ita ſe habuiſſe, nos non coniectura aliqua e longe petita pro
ferimus, ſed teſtificatione S. Auguſtini, immo ex Actis publicis, vnde ipſe cuncta ſe accepiſſe teſta
tur; vt cum primo de oblato a Cæleſtio libello, cuius fragmentum recitat, iſta narrat [d]:

VII.
De libello Cæleſtij oblato Zoſimo.

In libello autem quem Romæ edidit, qui Geſtis ibi Eccleſiaſticis allegatus eſt, ita de hac re lo-
quitur, vt hoc ſe credere oſtendat, vnde hic dubitare ſe dixerat: nam verba eius iſta ſunt: Infantes
autem (inquit) debere baptizari in remiſſionem peccatorum, ſecundum regulam vniuerſalis Ec-
cleſiæ, & ſecundum Euangelij ſententiam, confitemur: quia Dominus ſtatuit regnum cælorum nõ
niſi baptizatis poſſe conferri: quod quia vires naturæ non habent, conferre neceſſe eſt per gratiæ
libertatem.] ſubdit vero hæc ad verba Cæleſtij Auguſtinus: Si nihil de hac re deinceps diceret, quis
non eum

[a] Aug. de pecca. orig. c. 7 & contra epiſt. Pelag. ad Bonif. libr. 2. c. 2. & contr. Iulian. lib. 6. c. 12.
[b] Auguſ. contra epiſt. Pelagi. ad Bonif. lib. 2. c. 3.
[c] Aug. de pecca. orig. c. 6. in fin.
[d] Auguſti. ibid. c. 5. 6.

A non eum crederet confiteri etiam infantibus in baptiſmo originalia peccata dimitti, dicẽdo eos in remiſſionem peccatorum baptizari oportere?] & paulo poſt: Attendite itaque quid Cæleſtius aperriſſime dixerit, & ibi videbitis quid vobis Pelagius occultauerit. Cæleſtius quippe adiungit, & dicit: In remiſſionem peccatorum baptizandos infantes, non idcirco dicimus, vt peccatum ex traduce firmare videamur, quod longe a Catholico ſenſu alienum eſt: quia peccatum non cum homine naſcitur, quod poſtmodum exercetur ab homine; quia non naturæ delictum, ſed voluntatis eſſe demonſtratur. Et illud ergo confiteri congruum, ne diuerſa baptiſmatis genera facere videamur; & hoc præmunire neceſſarium eſt, ne per myſterij occaſionem ad Creatoris iniuriam malum antequam fiat ab homine, trudi dicatur homini per naturam.] hæc in libello Zoſimo oblato Cæleſtius, quo palam fecit ſe negare originale peccatum. quæ recitans Auguſtinus, hæc ſubdit:

Hunc ſenſum ſuum vobis aperire Pelagius vel timuit, vel erubuit, quem diſcipulus eius palã ſine vllis obſcuritatis ambagibus apud ſedem Apoſtolicam profiteri non timuit, nec erubuit. Sed multum miſericors memoratæ ſedis Antiſtes (*Zoſimus ſcilicet*) vbi eum vidit ferri tanta præſum- VIII.
B ptione præcipitem, tamquam furentem, donec (ſi poſſet fieri) reſipiſceret, maluit eum ſenſim ſuis interrogationibus & illius reſponſionibus colligare, quam diſtricta feriendo ſentẽtia, in illud abruptum, quo iam propendere videbatur, impellere. Ideo autem non dixi, aperte ceciderat, ſed propẽdere videbatur; quia ſuperius in eodem libello ſuo de huiuſmodi quæſtionibus locuturus, ante prędixerat: Si forte, vt hominibus, quiſpiam ignorantiæ error obrepſerit: veſtra ſententia corrigatur. Hanc eius prælocutionem venerabilis Papa Zoſimus tenens, egit cum homine, quæ falſæ doctrinæ ventus inflauerat, vt ea quæ illi a diacono Paulino fuerant obiecta, dãnaret, atque vt ſedis Apoſtolicæ litteris, quæ a ſanctæ memoriæ ſuo prædeceſſore manauerant, præberet aſſenſum.

Zoſimus reuocare nititur Cęleſtium ab errore.

At ille noluit quidem diaconi obiecta damnare: ſed beati Papæ Innocentij litteris non eſt auſus obſiſtere; immo ſe omnia, quæ ſedes illa damnaret, damnaturum eſſe promiſit: atque ita velut phreneticus, vt requieſceret tamquam leniter fotus, a vinculis tamen excommunicationis nõdum eſt creditus eſſe ſoluẽdus, ſed interpoſito duorum menſium tempore, donec reſcriberetur ex Africa, reſipiſcendi ei locus ſub quadam medicinali ſententiæ lenitate conceſſus eſt. Quoniam re vera ſi depoſita peruicaciæ vanitate, quod promiſerat, vellet attẽdere, & eaſdẽ litteras, quibus ſe cõ- IX.
C ſenſurum eſſe reſponderat, diligenter legeret, ſanaretur. Sed poſteaquam ex Africano Epiſcoporũ Concilio reſcripta directa ſunt, quid fuerit conſecutum, vt iuſtiſſime in eum ſentẽtia proferretur, cuncta legite, quia cuncta tranſmiſimus.] hactenus de cauſa Cæleſtij Auguſtinus: ex quibus plane intelligis certa fide teſtatum, quæ fuerint partes Zoſimi Romani Pontificis in hoc iudicio, nempe inſtar medici Euangelici curare hominem qui inciderat in latrones vulneribus confectum, oleum primo infundendo, indeq; vinum: vt nihil penitus omiſerit, quod & paſtoris eſſet Chriſtianæ manſuetudinis & miſericordiæ, & quod infracti iudicis eſſet ſedentis in Apoſtolico throno, dum adhuc indignum noluit excommunicationis vinculo ſoluere.

Zoſimus Paſtoris ac Iudicis munera egregie explet.

At quoniam Paulini libellum Carthagine miſſum coram Zoſimo editum eſſe, vt ex eo Cæleſtius interrogaretur, quæ ſunt recenſita declarant: licet idem libellus non extet; tamen in alio libello qui ab eodem Paulino ad eumdem Zoſimum datus eſt extremo loco poſt damnatos Pelagium atque Cæleſtium, pro gratiarum actione, nõnulla intexta ſunt de examine adhibito ab ipſo Pontifice, eum Cæleſtius præſens cauſam dicturus ſiſtere ſe iudicio cogeretur: quem hic reddere ex eodem Vaticano codice, operæpretium duximus, eſt huiuſmodi; X.

D Beatitudinis tuæ iuſtitiam obſecro dñe Zoſime Papa venerabilis. Nũquã fides vera turbatur, & maxime in Eccleſia Apoſtolica, in qua prauæ fidei doctores, vt deprehenduntur facile, ita veraciter puniuntur, vt moriãtur in illis niſi correxerint, quod deterius ꝑpetrarãt; vt illis vera ſit fides, quã Apoſtoli docuerunt & Romana cũ omnib. Catholicæ fidei doctoribus tenet Eccleſia. Quod ſi, vt ceteri auctores hæreſeos, qui iam dudum ab Apoſtolica ſede, vel à Patribus iudicati, & extra ſinum matris Catholicæ Eccleſiæ effecti perpetua morte pereunt; etiam hi qui nunc deprehenſi sũt, vel deprehendentur, in perfidia ſua permanent; ſpirituali gladio, quo interimantur, tradantur: vt nunc Pelagius, Cæleſtiuſque, qui a beatæ memoriæ præceſſore tuæ beatitudinis Papa Innocentio (ſi rectam reſpuant fidem, & in ſua peruerſa doctrina perdurent) damnati ſunt. Cuius ſententiam ſecura beatitudo tua, Cæleſtio, cum a ſede Apoſtolica audiretur, inter cetera præcepit his verbis;

Libellus Paulini Diaconi ad Zoſimum poſt damnatos Pelagium & Cæleſtium.

Damnas ergo illa omnia, quæ in libello Paulini continentur, hoc eſt, de quæſtionibus? Et in alio loco: Cognouiſti quales litteras dederit ſedes Apoſtolica ad fratres & coepiſcopos Africanæ prouinciæ? Et adiectum; Damnas illa omnia, quæ damnauimus, & tenes quæ tenemus? Et iterum; Illa omnia damnas quæ iactata ſunt de nomine tuo? Et iterum; Vel ea quæ in libello ſuo expoſuit XI.
E Paulinus? Et cum me diceret, poſſe ex his quæ illi obiecta ſunt, hæreticum approbari: ſancto repletus Spiritu, Apoſtolica auctoritate reſpuiſtis inſanientis & calumniantis verba, huiuſmodi proferendo ſententiam, qua ipſe Catholicus approbaret; illum, ſi ſanari vellet, curares; quæ huiuſmodi eſt: Nolo nos circuitu ducas: Damnas ea omnia quæ tibi obiecta a Paulino, ſiue per famam iacta ta ſunt? Cui non ſufficit iſta ſententia? Quis hãc tam ſalubrẽ, tam amplectibilem, tam piam reſpuetet alius, niſi qui a fide deuius eſt? Et ille qui ſuperius profeſſus fuerat, ſe quæcumque illi obiecta fuerant, ſi contra fidem vindicares, eſſe damnaturum, audit; Damna. et non ſolum non damnat, ſed ad iniuriam tantam * ſedis contendit. Vnde non ignorat iam Eccleſia Romana reum ſuum, qui tam audaci ſpiritu auſus eſt contradicere, & non damnare, quæ beatitudo tua damnari decreuit.

Iudicium Zoſimi Papę de Cęleſtio.

* tantæ

Ego tamen Deo & Chriſto Domino gratias ago, quod Eccleſiæ ſuæ cauſam ita agi voluit, vt ſedes Apoſtolica, a qua oportuit ore duorum Pontificum hæreſim condemnari, ea damnanda præcepit, quæ a me Cæleſtio fuerint obiecta: cuius ego non damnationem, ſed correctionem ſemper XII.

optaui

Digitized by Google

optaui & opto:cui nunc iam non mecũ,ſed cum vniuerſa Dei Eccleſia cauſa eſt,ſicut data ad bea A
titudinem tuam ſcripta teſtantur,cum contra Apoſtolicam ſententiam venire nititur, negando
originale peccatum,quod in omnes homines pertranſijt,& vſque ad finem mundi tenet heredita
tem Adæ illius,qui primus peccauit:quod in infantibus niſi per ſacramentum baptiſmi dimitti-
tur,vitam æternam & regnum cælorum habere non poſſunt. Contra quæ etiam magiſter ſuus liti-
gat Pelagius,qui illa ipſa damnauit in iudicio Orientali,quæ iſte in ſedis Apoſtolicæ cœtu cona-
tur adſtruere. Habet aduerſum ſe etiam veteres Eccleſiarum doctores Catholicos plurimos Oriẽ
tales & Occidentales,Meridianæ partis & Septemtrionalis,qui in libris ſuis illum de originali pec
cato(ſi ſanari deſiderat)poſſunt docere. Habet B. Cyprianum martyrem,B. Ambroſium confeſſo
rem,Gregorium Nazianzenum,B. Papam Innocentium. Habet etiam nunc qui in corpore ſibi
colluctentur,ſi ille tamẽ hos tanto certamini habiles iudicat,aut certe qui vos ſequi debeat,ſi vult
magis recta diſcere,quam praua docere. Habet(quod primum eſt)beatitudinem tuam,cuius il-
lum oportuerat obedire ſententiæ, cum audiret;Damna. Habet poſtremo ipſos lactentes,quibus
miſereri debeat,ſi ſibi non vult;quibus(vt verbis martyris vtar)non propria,ſed aliena dimittun
tur peccata. B

XIII. Vnde oro beatum Apoſtolatum tuum,vt hunc meum libellum ſuſcipi iubeas,quo gratias re-
feram tantæ ſedi,& ſententijs iuſtiſſimis pro parte mea latis:quem idcirco direxi, quia me licet
ſermone Baſiliſcus ſubdiaconus a tua beatitudine cum Geſtis ſedis Apoſtolicæ directis,Cartha-
gine conuenit quarto Non. Nouembris die,vt adeſſem ad Apoſtolicam ſedem,& tuæ iudicio ſan
ctitatis ad quam me fugiſſe,ſuggeſtum eſt,nec defuturum fore,promittere,ſi aduerſum me & nõ
pro me fuiſſet lata ſententia. Vbi tunc igitur nihil agere potui,quia is qui ad ſedem Apoſtolicam
prouocauerat,defuit,quem oportuerat vtique merita ſuæ appellationis adſtruere; maxime cum
nihil agente appellatore,ſecundum etiam humanas leges,ſuperior eſt ſemper ille qui vicit. Quid
enim iam mea intererat,vt etiam apud veſtram reuerẽtiam prauæ eius doctrinæ adſtipulator exi-
ſteret,de quo congaudere poſſem,ſi damnatis his quæ illi a me obiecta fuerant,ſic ea per Apoſto-
licæ ſedis iudicium roborari,meruiſſet abſolui,nec prius ſe ordinari quàm purgari pateretur? Sed
vulpecula fraudibus fuit ſemper ſtudens,ingenium ſuum mutare neſcit. Non ſe credit poſſe de-
prehendi,quoniam confidentiam ſemper in foueis habuit,in quibus demerſum caput conſcientiæ
ſuæ nititur occultare. Quod iam diutius latere non potuit;ſed manifeſtius publicatum,ſpirituali C
per tuam beatitudinem gladio reſecatur,ne amplius ferinis dentibus grex Domini ſecetur in par
tes,quem paſtor bonus ſolicita & peruigili cautela cuſtodis. Hunc autem libellum direxi beatitu
dini tuæ per Marcellinum ſubdiaconum Eccleſiæ Carthaginẽſis. Dat. ſexto Id. Nouembris....]
hactenus Paulini libellus pro gratiarum actione miſſus ad Zoſimum,quo res geſtæ ab ipſo Zoſi
mo aduerſus Cæleſtium magna ex parte perſpicuæ redduntur. Quæ autem aduerſus Pelagium
Zoſimus egerit,iam ex maiorum aſſertione narremus.

XIV. Certe quidem ſcriptorum eius temporis teſtificationibus laudatur eiuſdem Pontificis ſtudiũ
aduerſus etiam Pelagium hæreſiarcham exhibitum:nam inter alios S. Proſper hæc per ironiam
habet [a]: Errauit ſacroſancta benedictio ſedis Petri,quæ ad vniuerſum Orbem Papa Zoſimus ore
ſic loquitur: Nos autem,tamen inſtinctu Dei,&c.]fuerunt eiuſmodi litteræ aduerſus emergentem
hæreſim ſcriptæ ab ipſo Zoſimo Papa ad vniuerſam Eccleſiam;quas ipſi qui conſidebant Cartha
gine Epiſcopi Africani,redditis ad eumdem litteris,ſummopere laudarunt: nam ſubdit paulo
poſt ipſe Proſper: Errauerunt Africani Epiſcopi ad eumdem Papam Zoſimum reſcri-
bentes,eumq. in ſententiæ huius ſalubritate laudantes,cum aiunt: Illud vero,quod in litteris tuis, D
quas ad vniuerſos curaſti eſſe mittendas,poſuiſti dicens: Nos autem,tamen inſtinctu Dei(omnia
enim bona ad auctorem ſuum referenda ſunt,vnde naſcuntur)ad fratrum & coepiſcoporum no-
ſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus,&c.]& poſt multa: Africanorum Conciliorum decretis
beatæ recordationis Papa Zoſimus ſententiæ ſuæ robur adnexuit,& ad impiorum detruncationẽ
gladio Petri dexteras omnium armauit Antiſtitum.]hæc Proſper.

a Proſp. contra Collat.

Quid Zoſimus aduerſus Pelagium.

XV. Sed & S. Auguſtinus hæc ait de Pelagio [b]: Fefellit enim iudicium Palæſtinum,propterea ibi
videtur eſſe purgatus;Romanam vero Eccleſiam,vbi eum eſſe notiſſimũ ſcitis,fallere vſquequa-
que non potuit:quamuis & hoc fuerit vtcũque conatus;ſed(vt dixi)minime valuit. Recoluit enim
beatiſſimus Papa Zoſimus,quid imitandus præceſſor eius de ipſis ſenſerit Geſtis, *Palæſtinis vide
licet.* Attendit etiam,quid de illo ſentiret prædicanda in Domino Romanorum fides,quorum ad-
uerſus eius errorem pro veritate Catholica ſtudia conſonantia concorditer flagrare cernebat.] &
paulo poſt: Cum venerabili Papæ Zoſimo Synodus Africana reſpondit,quod veſtræ charitati cum
ceteris inſtructionibus miſimus.] hæc Auguſtinus ad Albinum & Pinianum nobiles Romanos
Hieroſolymis agentes. Addit inferius [c], eumdem Zoſimum Papam litteris ſuis,quas ad vniuer E
ſas Eccleſias dedit,attexuiſſe eiuſdem Pelagij blaſphemias,quas vitarent Fideles omnes. Recitat
idem Auguſtinus fragmentum earumdem aduerſus Pelagij hæreſim Zoſimi litterarum de pecca
to originali in epiſtola [d] ad Optatum. Porro vtriuſque,nempe Pelagij & Cæleſtij, damnationẽ
ſic conſtat fuiſſe conceptam,vt niſi correcti agerent pœnitentiam,damnati toto orbe Chriſtiano
penitus cenſerentur. Meminit Cæleſtinus Papa de epiſtola Zoſimi aduerſus Pelagianos data, dũ
ſcribit ad Epiſcopos Galliarum,itemq. Gennadius [e] Maſſilienſis,& Poſſidius.

b Aug. de pecca. orig. cap. 8.

c Aug de pecca. orig. c. 22.

d Auguſt. epiſt. 157.

e Gennad. li. de Eccleſiaſt. dogm.

XVI. Accidit autem & tunc illud Romæ,vt cum aduerſus Pelagium atque Cæleſtium in ſacro Pa-
trum conſeſſu coram Zoſimo ſententia lata eſſet,Sixtus Romanus presbyter,qui poſtea Pontifex
Cæleſtino ſucceſſit,primus omnium in eoſdem palam inclamauerit anathema:idq. S. Auguſtinus
ea de cauſa ab eo factum affirmat,quod more ſuo Pelagiani mentientes,de Sixto ſparſiſſent calum
niam,ipſum nimirum fauere Pelagianis,iactantes habere ſe Sixtum amicum atque patronum:ad
quam quidem diluendam calumniam,ſanctus presbyter magnis ſumptis ſpiritibus ad debellan
dam eam

Sixtus presbyter validius inſurgit in Pelagium.

A dam eam hæreſim cum auctorib.atq.ſectarijs inſurrexit.habes hæc omnia ſatis expreſſa in epiſto
la ad ipſum reddita a S Auguſtino,vbi hæc in exordio [a]: Quod enim fatendũ eſt charitati tuæ, tri   a Aug epi. 105.
ſtes eramus nimis,cũ ſama iactaret,inimicis gratiæ Chriſti te fauere: ſed vt hæc triſtitia de noſtris
cordib.tergeretur,primo te priorem anathema eis in populo frequentiſſimo pronunciaſſe,eadem
fama non tacuit.Deinde cũ litteris Apoſtolicæ ſedis de illorũ dãnatione ad Africã miſſis tuæ quo
que litteræ ad venerabilẽ ſenẽ Aureliũ conſecutæ ſunt,q̃ tametſi breues erant,tuũ tñ vigorẽ aduer
ſus eorũ errorẽ ſatis indicabant.Nunc vero cũ apertius & latius quid de illo dogmate contraq. ſen
tires,in litteris tuis fides ipſa nobiſcũ Romanæ Eccleſiæ loqueretur;non ſolũ illud omne triſtitiæ
nubilũ fugit de cordib.noſtris,ſed ẽt tñ ibi lætitiæ lumen effulſit,vt nihil egiſſe in nobis videretur
ille mæror & timor,niſi ſucceſſurorũ ampliorẽ flagrantiã gaudiorum.]hæc Auguſtinus ad Sixtum.
Qui ẽt & illud ad ſui purgationẽ adiecit,ut aduerſus eoſdẽ Pelagianos,quib.amicus dicebatur,cõ
mentariũ ſcripſerit.Teſtatur id quidẽ ipſe Auguſtinus [b], laudans hac de re animi ipſius conſiliũ.   b Aug.epi. 104.

Accidit poſt hæc,vt quidam ex clero Romano obnitentes Zoſimo Papæ, ab eodem fuerint ex   XVII.
communicati:qui furore perciti, ad Imperatorem Honorium de Zoſimo conqueſturi ſe contule-
B runt;quos idem Pontifex,datis litteris ſignificauit,ſententia excommunicationis damnatos,a ne-   c Zoſim.epiſto.
mine ſuſcipiendos:extant ipſæ [c] commonitionis Zoſimi litteræ, quas ad presbyteros & diaco-   2.lib.epiſt.Rom.
nos Rauennam ſcripſit.Fuiſſe hos fautores Pelagij,quos idem Zoſimus rebelles & perturbatores   Pontif. t
omnium vocat,poſſumus intelligere.Cũ igitur(vt dictum eſt)Romæ a Zoſimo Papa & ſacro col-
legio clericorum Pelagius atq. Cæleſtius damnati eſſent,ab eodemq.Zoſimo ad vniuerſos Catho
licæ Eccleſiæ Epiſcopos de ipſorum condemnatione litteræ conſcriptæ eſſent;mox eas conſecutũ   *Honorius Im-*
eſt Honorij Imperatoris reſcriptum aduerſus eoſdem hæreticos. Accepimus illud e latebris anti-   *pe.reſcribit cõ*
quitatis erutum a viro diſertiſſimo piæ memoriæ Henrico Grauio profeſſore Louanienſi, dum Ro   *tra Pelagium*
mæ ageret ſub Gregorio XIV.Rom.Pontifice,iam ante vocatus a Sixto.nactus eſt ipſe ex codice   *atq; Cæleſtiũ.*
monaſterij S. Vedaſti Attrebatenſis. Et licet mendis nonnullis abundet: meretur tamen ipſa vene-
randa antiquitas etiam pannis attrita cultum. Eſt autem ipſum huiuſmodi:

Impp.Honorius & Theodoſius Augg. Palladio Præfecto Prætorio.

Ad conturbandam Catholicæ ſimplicitatis lucem puro ſemper ſplendore radiantem, doloſæ   XVIII.
artis ingenio,nouam ſubito enieuiſſe * verſutiam,peruulgata opinione cognouimus:quæ fallacis   * emerſiſſe
C ſcientiæ obumbrata mendacijs,& furioſo tantum debacchata luctamine, ſtabilem quietem cæle-   *Honorij Imp.*
ſtis conatur attrectare fidei,dum noui acuminis commendata vento,inſignem notã plebeiæ æſti-   *lex aduerſus*
mat vilitatis,ſentire cum eunctis;ac prudentiæ ſingularis palmam fore,cõmuniter approbata de-   *Pelagianos.*
ſtruere.Cuius impiæ commentationis auctores Pelagium,Cæleſtiumq.percrebuit extitiſſe.Hi pa
renti cunctarum rerum Deo,præcipuæq.ſemper maieſtati,& ter omnipotenti vltra omne princi-
pium tranſeunti tam trucem inclementiam ſæuæ voluntatis aſſignant,vt cum formandi mundi o-
pificem curam ſumeret,qualitatemq. hominis ſtruendi profunda ſpiritus conceptione liberaret,
fundati muneris * fidei anteferret exordium,& mortem præmitteret naſcituro,non hanc inſidijs   *
vetiti fluxiſſe peccati,ſed exegiſſe penitus legem immutabilis conſtituti:ad declinandum leti exi-
tialis incurſum nihil prodeſſe abſtinentiam delinquendi,cuius ita vis putatur adſtricta,vt non poſ
ſit aboleri deinceps:primitiui hominis errorem,in quem captæ mentis inops rationis cæcitas ir-
ruiſſet,dilapſum ad poſteros non fuiſſe,tantumq.apud eũ,quem malæ ſuadæ gratiæ infelix rapuiſ-
ſet illecebra,tranſgreſſionem interdicti extitiſſe & diſcriminis: Cum euidens Catholicæ legis om-
nifaria teſtetur auctoritas,illum interitus omnium fuiſſe veſtibulum,quem diuinæ præceptionis
D ſedulum liqueat corrupiſſe mandatum. Aliaq.quamplurima,quæ ſermo reſpuit,lex refutat, quæ p
petue cum ſit recordari etiam ſub diſpoſitione plectendi:quæ maturato remedio & celeritate feſti
na oporteat intercipi,ne corroborato vſu nequitiæ adoleſcentes vix valeant coerceri.Siquidem au
res manſuetudinis noſtræ recens fama perſtrinxerat,intra ſacratiſſimam vrbem noſtram,aliaque
loca hoc peſtiferum virus quorũdam inoleuiſſe pectoribus,vt interrupto directo credulitatis tra-
mite,ſciſſis in partes ſtudijs diſſerendi,monſtra impacatæ diſſenſionis inducta ſint;nouoq. ſcanda
li fomite concitato,beatiſſimæ Eccleſiæ hactenus nutet intentata tranquillitas,alijs iter aliud anci
piti interpretatione ſectantibus. At * abſoluta ſanctorum apicum claritas, ac dilucide quod ſequi   * Et
vniuerſitas debeat,explanans,pro captu verſipellis ingenij profanam nouorum more anſerum mo
uentibus quæſtionem, Palladi parens cariſſime atque amantiſſime.

Ob quam rem illuſtris tua auctoritas victura in omne æuũ lege nos ſtatuiſſe cognoſcat, vt pul   XIX.
ſis ex Vrbe primitus capitibus dogmatis execrandi, Cęleſtio atq. Pelagio:Si qui huius de cetero ſa   *Quę ſtatuãtur*
crilegij ſectatores quibuſcumq.locis potuerint reperiri,aut de prauitate damnata aliquem rurſus   *aduerſus Pela*
proferre ſermonem:a quocumq.correpti,ad competentem iudicem pertrahantur:quos,ſiue cleri   *gianos.*
E cus ſiue laicus fuerit,deferendi habeat poteſtatem,& ſine præſcriptione aliqua perurgendi, quos
relicta communis ſententiæ luce, nouæ diſputationis tenebras introferre deprehenderit, contra
Apoſtolicam ſcilicet diſciplinam,Euangelicamq.claram & ſine errore ſententiam,vafra rudis ſe-
ctæ calliditate pugnantes,inuoluenteſq.ſplendentem fidem veri *,ambagibus diſſerendo.   *

Hos ergo repertos vbicumq.de hoc tam nefando ſcelere conferentes,a quibuſcumq.iubemus
corripi,deductoſq.ad audientiã publicam,promiſcue ab omnib.accuſari,ita vt probationem con
uicti criminis ſtylus publicus inſequatur,ipſis inexorati exilij deportatione dãnatis. Decet enim
originem vitij a conuentu publico ſequeſtrari,nec in communi eos celebritate conſiſtere,qui non
ſolum facto nefario deteſtãdi,verum etiam exemplo venenati ſpiritus ſunt cauendi. Iuuat autem
per oẽ pene Imperiũ noſtrũ, qua mundus extenditur,huiuſmodi ꝓmulgata diffundi: ne ſcientiæ
fortaſſe diſſimulatio paſtum præſtet errori,atque impune ſe quiſque putet audire,quod condem-
natum vigore publico,ſeſe finxerit ignorare. Data prid. Kalendas Maias, Rauennæ, DD.NN.Ho
norio XII.& Theodoſio VIII.AA.Conſſ.] hactenus ſanctio Honorij Imperatoris.

Digitized by Google

XX. Ad hoc ipſum Imperatoris reſcriptum alluſiſſe viſus eſt Iulianus Pelagianus, dum ait aduer- A
ſus Catholicos [a]: Si pro vobis potius ab Imperatore reſponſum eſt:cur non in medium proſilitis
& hoc publicis poteſtatibus allegatis, vos eſſe monſtrantes, quorum Chriſtianus Princeps appro-
bauit fidem?]hæc ipſe inſultans, cauillare conatus ipſum reſcriptum, ſed & exprobrans Catholicis
quod ab Imperatore auxilium petijſſent. Hunc vero ita petulanter agentem S. Auguſtinus aduer-
ſarijs ſcriptis egregie confutauit. Meminit eiuſdem quoq. Honorij Imp. edicti Poſſidius [b], editū
que ab eo affirmat, poſtquam ab Apoſtolica ſede cognouit Pelagium atque Cæleſtium eſſe dam
natos: ait enim: Et hoc tale de illis Eccleſiæ Dei Catholicæ prolatum iudicium etiā pijſſimus Im
perator Honorius audiens ac ſequens, ſuis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere,
conſtituit. Vnde nonnulli ex eis ad ſanctæ matris Eccleſiæ gremium, vnde reſilierant, redierunt, &
adhuc alii redeunt, innoteſcente & præualeſcente aduerſus illum deteſtabilem errorem rectæ fidei
veritate.]hæc Poſſidius, qui egregiam aduerſus eoſdem a S. Auguſtino nauatam operā cōmendat.

a Apud Auguſ. contra Iulian Pelag. libr. 3. c. 1.

b Poſſid. in Vit. S. Aug. c. 18.

XXI. *Roma primū, inde Carthagine dānati Pelagius & Cæleſtius.*

Ceterum poſt damnatos Romæ a Zoſimo Pelagium atque Cæleſtium, & poſt promulgatam
in eoſdem Honorij ſanctionem, Concilium Carthaginenſe ſequenti die errores Pelagii condem-
naſſe, inde patens deducitur argumentum: quod cum teſtificatione Poſſidij certum ſit, Honorij le- B
gem aduerſus eos latam fuiſſe poſtquam ijdem Romæ damnati eſſent: conſtetq. ipſum edictum
Honorij datum (vt vidimus) hoc anno ſub dictis Conſulibus pridie Kal. Maias; ipſa autem editio
canonum facta legatur Kalendis Maijs, ſub qua etiam die repetiti ibi habentur canones Concilii
Mileuitani aduerſus Pelagianam hæreſim conſtituti: plane liquet dicta die in eo Concilio eam hæ-
reſim eſſe damnatam.

XXII. Cum igitur Pelagius cum ſuis Romæ a Zoſimo Papa damnationis ſententiam accepiſſet, ſpar
ſiſq. per Chriſtianum orbē eiuſdem Pontificis aduerſus eoſdem ſcriptis litteris, earumdem aucto-
ritate vbique locorum Fideles populi contra Pelagianos anathema inclamarent: qui in errore ob-
ſtinatiori animo remanſerunt, odio tabeſcentes, exulcerati inuidia, non habentes quid iam detecti
facere poſſent, ad calumnias concinnandas ſtylum exacuerunt. Præſtitit id in primis, qui poſt Pe-
lagium atque Cæleſtium ſectæ illius habebatur anteſignanus, Iulianus Epiſcopus Capuanus; qui
patrocinium hæreſis & hæreticorum ſuſcipiēs, pro ipſis aduerſus Orthodoxos quatuor libros edi-
dit, atque duas epiſtolas, quarum alteram Romam miſit, alteram nomine decem & octo Epiſco-
porum ſcripſit ad Theſſalonicenſem Epiſcopum, meminit horum omnium S. Auguſtinus [d]. At C
quid his inter alia? e ſtomacho concoctas odio in Zoſimum Papam, Romanum clerum, atque ip-
ſum S. Auguſtinum calumnias virulentas euomuit: quas omnes ipſe confutat Auguſtinus. nam in
primis quod ad Zoſimum ſpectat, hæc ait [e]: Quale eſt autem, quod beatæ memoriæ Zoſimum A-
poſtolicæ ſedis Epiſcopum (vt in tua prauitate perſiſtas) præuaricationis accuſas? qui non receſſit
a ſuo prædeceſſore Innocentio, quem tu nominare timuiſti, ſed maluiſti Zoſimum, quia egit primi
tus lenius cum Cæleſtio; quoniam ſe in his ſenſibus veſtris, ſi quid diſpliceret, paratum eſſe dixe-
rat corrigi, & Innocentij litteris conſenſurum eſſe promiſerat.]& alibi [e]: Innocentij ſucceſſorem
crimine præuaricationis accuſas; quia doctrinæ Apoſtolicæ & ſui deceſſoris ſententiæ noluit refra
gari. Sed de hoc interim taceo, ne animum tuum, quem ſanare potius cupio, laudibus tui damnato
ris exulcerem.]hæc ipſe: quibus apparet cum Pelagio atque Cæleſtio damnatum quoq. fuiſſe a Zo
ſimo ipſum Iulianum Epiſcopum Capuanum. At de eius calumnia in Zoſimum hactenus.

Calumniæ Iuliani Pelagiani aduerſus Zoſimum Papā.

c Aug. ad Bonifac. contr. Pelag. lib. 4. c. 1. & 5.

d Aug. contr. Iulian. li. 6. c. 12.

e Auguſ. contra Iulian. lib. 1. c. 4.

XXIII. Quid inſuper idem Iulianus cum ſuis in Romanum clerum effutierit, ipſe etiam S. Auguſtinus
alibi docet his verbis [f]: Quinetiam Romanos clericos arguunt, ſcribentes, eos iuſſionis terrore
perculſos, nō erubuiſſe præuaricationis crimen admittere, vt contra priorem ſententiam ſuam, qua D
Geſtis Catholico dogmati affuerant, poſtea pronunciarent malam hominum eſſe naturam. Im-
mo vero Pelagiani ſpe falſa putauerant, nouum & execrabile dogma Pelagianum vel Cæleſtianū
perſuaderi quorumdam Romanorū Catholicis mentibus poſſe: quando illa ingenia quamuis ne
fando errore peruerſa, non tamen contemptibilia, cum ſtudioſe corrigenda potius quam facile dā
nanda uiderentur, aliquanto lenius quam ſeuerior poſtulabat Eccleſiæ diſciplina, tractata ſunt.
Tot enim & tantis inter Apoſtolicam ſedem & Afros Epiſcopos concurrentibus & recurrentib.
ſcriptis, Eccleſiaſticis etiam Geſtis de hac cauſa apud illam ſedem Cæleſtio præſente & reſpondē-
te confectis: quæ tandem epiſtola venerandæ memoriæ Papæ Zoſimi, quæ interlocutio reperitur,
vbi præceperit credi oportere, ſine vllo vitio peccati originalis hominem naſci? nuſquam prorſus
hoc dixit, nuſquam omnino conſcripſit. Sed cum hoc Cæleſtius in ſuo libello poſuiſſet, inter illa dū
taxat, de quibus ſe adhuc dubitare & inſtrui velle confeſſus eſt; in homine acerrimi ingenij, qui ꝑ-
fecto ſi corrigeretur, plurimis profuiſſet, voluntas emendationis, non falſitas dogmatis approbata
eſt. Et propterea libellus eius Catholicius dictus eſt, quia & hoc Catholicæ mentis eſt, ſi qua for-
te aliter ſapit quam veritas exigit, non ea certiſſime definire, ſed detecta ac demonſtrata reſpuere. E
Non enim hæreticis, ſed Catholicis Apoſtolus loquebatur, vbi ait [g]: Quotquot ergo perfecti, hoc
ſapiamus: & ſi quid aliter ſapitis, id quoq. Deus vobis reuelabit. Hoc in illo factum eſſe putabatur,
quando ſe litteris beatæ memoriæ Papæ Innocentij, quibus de hac re dubitatio tota ſublata eſt,
conſentire reſpondit, &c.] quæ ſuperius dicta ſunt.

f Aug. ad Bonif. contr. epiſt. Pelag. lib. 2. c. 3.

g Philip. 3.

XXIV. Sed quid in Auguſtinum idem ipſe Iulianus Pelagianorum aduocatus? Audi hæc ipſum Augu
ſtinum referentem [h]: Dicis me quoq. ipſum innouaſſe ſenſus meos, & initio conuerſionis meæ
hoc ſenſiſſe quod tu. Sed fallis, aut falleris, ſiue calumniando ijs quæ nunc dico, ſiue non intelligen
do, vel potius nō legendo ea quæ tunc dixi, &c.] plurib. enim aduerſus ſe ab eo iactatas calumnias
confutat. Sed de his hactenus: reliqua enim præterimus, vt cum calumniatus eſt Iulianus Catholi
cos omnes eadem ſapere quæ Manichæi, ex eo quod dicerent humanam vitiatam eſſe naturam.

h Augu contra Iulian li. 6 c. 12.

Iulianus idem calumniatus S. Auguſtinū.

XXV. At parum fuit Pelagianis calumnijs agere: verum quo magis & Romani Pontificis auctorita
te, & lege Imperatoris ſeſe perſtringi ſentirēt, eo audacius correpti furore, in Catholicos inſiliere.

Quid

A Qoid enim in humilis conditionis viros admiſerint, ex his quæ in Conſtantium virum clariſſimũ Vicaria Præfectura perfunctum perpetrarunt, poteſt intelligi; de quo pauca tantum hæc Proſper hoc anno ſcribit in Chronico [a]: Hoc tempore Conſtantius ſeruus Chriſti ex Vicario, Romæ habitans, & pro gratia Dei Pelagianis reſiſtens, factione eorumdem multa pertulit, quæ illum ſanctis confeſſoribus ſociarunt.] hæc Proſper.

Conſtantius quæ paſſus a Pelagianis.

a Proſp. in Chronic. his Conſul.

XXVI.

Auguſtinus ſcribit aduerſus Pelag.

Sed quæ ſunt reliqua de rebus Pelagianorum proſequamur oratione. Sanctus Auguſtinus, qui (vt ait Poſſidius) decem annos aduerſus Pelagianam hæreſim infatigabili ſtudio laborauit, præter alias complures lucubrationes aduerſus eam editas, hoc anno, nempe poſt damnatam Romæ eamdem hæreſim, duos edidit libros, alterum de Gratia Chriſti, alterum vero de Peccato originali, amboſque ad Albinum, Pinianum, & Melaniam Iuniorem ſibi notos Hieroſolymis degentes; vt vbi Pelagius de ſua purgatione ſecurus ſedem conſtituerat, quo maiori facilitate hæreſi ſua Orbem inficeret, ibi ad ſalutem omnium paratum aduerſus venena diſtraheretur antidotũ: illuc enim religionis ergo Chriſtiani frequenti cœtu concurrere ſoliti erant. De iiſdem vero libris hæc ipſe Auguſtinus [b]: Poſteaquam Pelagiana hæreſis cum ſuis auctoribus ab Epiſcopis Eccleſiæ B Romanæ, prius Innocentio, deinde Zoſimo, cooperantibus Conciliorum Africanorum litteris, cõuicta atque damnata eſt; ſcripſi duos libros aduerſus eos, vnum de Gratia Chriſti, alterum de Peccato originali.] hæc ipſe.

b Aug. Retract. lib. 2. c. 50.

XXVII.

Diſſenſiones de gratia & libero arbitrio Adrumetinorũ monachorum.

Porro cui hactenus aduerſus Pelagianos pugnandum fuit: nouum iam ac plane contrarium priori certamen incubuit, nempe aduerſus eos qui negarent penitus liberum arbitrium, ſed omnia Dei gratiæ tribuerent. Erant hi ex monaſterio Adrumetino, qui (inquit ipſe Auguſtinus) quod grauius eſt, negabant in die Iudicij Deum eſſe redditurum præmium ſecundum opera hominum. Contra vero alij ibi ſic defendebant liberum arbitrium, vt negarent Dei gratiam, aſſerentes eam ſecundum merita noſtra dari. Scripſit igitur ipſe S. Auguſtinus ad vtramq. partem confutandam duos commentarios [c], alterum de Gratia & libero arbitrio, de Correctione vero & gratia alterum, ambos ad Valentinum & monachos Adrumetinos: ad quos etiam extant datæ duæ epiſtolę, in quarum poſteriori, hoc anno ſe eã ſcripſiſſe, ſignificare videtur his verbis: Quod Papæ Zoſimo de Africano Concilio ſcriptum eſt, eiuſque reſcriptum ad vniuerſos totius Orbis Epiſcopos miſſum, & quod poſteriori Concilio plenario totius Africæ contra ipſum errorem breuiter conſtitui C mus, & ſupra memoratum librum meum, quem modo ad vos ſcripſi, hęc omnia & in præſenti legimus cum ipſis, & per eos miſimus vobis.] vocat poſterius Concilium illud, quod hoc anno eſt celebratum, ſic ab eo dictum reſpectu prioris, cuius idem meminerat, ſub Innocentio Papa Carthagine celebrati. Vides, lector, ſimulac pullularunt infructuoſi palmites negantiũ liberum arbitriũ, continuo ab Auguſtino fuiſſe conuulſos, ſicut & alios malos frutices, ex quibus recentiorum Nouatorum praua dogmata plantæ adulterinæ oborta ſunt.

c Extant t. 7. cũ duab. epiſtolis.

XXVIII.

De Telepteuſi Concilio Bizacenæ Prouinciæ.

Hoc anno, qui primus eſt poſt Conſulatum Honorij vndecimum & Conſtantij ſecundum, mẽſe Februarij celebratum habetur Concilium Telenſe: ita quidem mendoſe legitur, ſed Teleptenſe reſtituendũ eſt. erat Telepte prima ſedes prouinciæ Bizacenæ, cui Donatianus nomine Epiſcopus pęrat, qui huic Concilio præfuiſſe legitur; quem & inuenies ſubſcripſiſſe Concilio Mileuitano, eodem ſedis titulo, nimirum: Donatianus Teleptenſis primæ ſedis ſubſcripſi] qui item reperitur nominatus in Concilio Carthaginenſi hoc anno Kalendis Maijs habito: nam ibi in fine hæc de electis iudicibus: De prouincia Bizacena cum ſancto ſene Donatiano Primate, Creſconius, Iocũdus, & Aemilianus] quos inuenies recenſitos in dicto Concilio Teleptenſi, nempe Creſconium, Iocundum, & Iulianum loco Aemiliani Epiſcopos qui Concilio interfuerunt: vt non ſit quod dubites, D Telenſe, eſſe reſtituendum, Teleptenſe. In quo quidem Concilio nihil aliud præterea factum reperitur, niſi quod ad cauſæ, de qua controuerſia vertebat, definitionem, iuſſa eſt recitari decretalis epiſtola Siricij Romani Pontificis ad Africanos Epiſcopos data: vt plane intelligi poſſit, quanta eſſet obſeruantia Africanæ Eccleſiæ erga decreta Romanorum Pontificum, cum in Concilijs primo loco datæ olim ab illis epiſtolæ recitari iuberentur; quod & antea factum Vincentius & Fortunatus legati teſtati ſunt. Quid præterea ibidem actum ſit, nihil apparet.

XXIX.

S. Auguſtinus legatus a Zoſimo Papa.

Contigit inſuper hoc ipſo anno, vt S. Auguſtino & alijs Epiſcopis iniungeretur legatio a Zoſimo Romano Pontifice in Cæſaream Mauritaniæ. Fidem ſane facit huius rei ipſe Auguſtinus in exordio epiſtolæ ad Optatum, in qua hæc habet [d]: Illæ litteræ, quas ad Mauritaniam Cæſarienſem miſiſti, me apud Cæſaream præſente venerunt, quo nos iniuncta nobis a venerabili Papa Zoſimo Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo Eccleſiaſtica neceſſitas traxerat.] Porro Poſſidius ait, non Auguſtino tantum, ſed alijs Epiſcopis commiſſam fuiſſe huiuſmodi legationem; quos illos puto, quorum nomina recitantur in ipſo exordio Geſtorum cum Emerito. Quid autem ibi agi contigerit, idem S. E Auguſtinus his narrat verbis [e]: Orta eſt nobis neceſſitas pergendi in Mauritaniam Cæſarienſem. Ibi apud ipſam Cæſaream Emeritum Donatiſtarum Epiſcopum vidimus, vnum ſcilicet eorum ſeptem, quos pro ſuæ cauſæ defenſione delegerant (*Donatiſtę videlicet tempore Collationis Carthagine olim habitæ*) & qui in eadem cauſa maxime laborauerat. Quæ cum illo egerimus, præſentibus Epiſcopis eiuſdem prouinciæ & plebe Cæſarienſis Eccleſiæ, in qua ciuitate & ciuis & memoratorum hæreticorum Epiſcopus fuit, Eccleſiaſtica Geſta teſtantur, quæ in meis habentur opuſculis. Vbi non inueniens quid reſponderet, totum ſermonem meum, quem de ſolis Maximianiſtis in aurib. eius & omnium qui aderant explicaui, tamquam mutus audiuit. Hic liber, vel hæc Geſta ſic incipiunt: Glorioſiſſimis Impp. Honorio XII. & Theodoſio octauum Conſſ.] eſt hic quidem præſens annus. Extantq. ipſa Acta [f] integra, conſignata iiſdem Conſulibus, XII. Kalend. Octobris: quorũ meminit & Poſſidius, qui interfuit, aitque [g]:

d Aug. epi. 157.

e Aug. Retract. c. 51.

f Auguſt. lib. de Geſt. cum Emerito.

g Poſſi. in Vit. S. Aug. c. 14.

XXX.

Poſtea in Cæſarienſi Mauritaniæ ciuitate conſtitutus venerabilis memoriæ Auguſtinus quo eum venire cum alijs eius coepiſcopis, ſedis Apoſtolicæ litteræ compulerant, ob terminandas vide

licet alias Eccleſiæ neceſſitates. Hac ergo occaſione prouenit, vt Emeritum eiuſdem loci Donatiſtarum Epiſcopum, quem ſuæ ſectæ præcipuum in illa Collatione habuerunt defenſorem, videret, & cum eodem publice in eccleſia, populo adſtante diuerſæ communionis, ex hoc ipſo diſputaret & prouocaret Geſtis Eccleſiaſticis; vt quod forte (ſicut dicebat) proſequi potuit in Collatione, ſed permiſſus non fuerat, in præſenti ſine alicuius poteſtatis prohibitione aut potentia ſecurus dicere minime dubitaret: & in ſua ciuitate, ſuis omnibus præſentibus ciuibus, fiducialiter propriam defendere communionem non denegaret. Iſte nec hac hortatione, nec ſuorum parentum & ciuium inſtanti petitione id facere voluit: qui ei pollicebantur, ſe ad eius redituros communionem, etiam cum diſcrimine patrimoniorum, ſalutiſque ſuæ temporalis, ſi modo Catholicam ſuperaret aſſertionem. A

XXXI. *Quid Cæſareæ S. Auguſtin. cum Emerito.*

At ille amplius dicere illis Geſtis nihil voluit, nec valuit, niſi tantum: Iam illa (inquit) Geſta continent apud Carthaginem inter Epiſcopos cōſecta, vtrum vicerimus, an conuicti fuerimus. Et dum a Notario, alio loco, vt reſponderet admoneretur, & reticeret, eius cunctis manifeſtata diffidentia, Eccleſiæ Dei augmenta ac firmamenta prouenerunt.] hæc Poſſidius. Exprobrat id ipſum pluribus S. Auguſtinus agens aduerſus Gaudentium [a], retunditq. hominis dicacitatem, cum tū ipſe, tum alij Donatiſtæ cfutirent, non licuiſſe in Collatione illa Carthaginenſi, vel metu armatorum, vel gratia præſidentis magiſtratus, proſequi cauſam: quam modo tali occaſione, vbi nullus metus, omniſq. adeſſet ſecuritas, in ciuitate propria, impellentibus licet ſuis, omnino tacuerit, canſæ diſſidens, quam fouebat iniquam. Quo tempore (ipſe inquit Auguſtinus [b]) ſcripſit etiam librū de Correctione Donatiſtarum, propter eos qui nolebant illos legibus Imperialib. corrigi.] eſt hæc epiſtola ad Bonifacium Comitem ſcripta [c]: B

a Auguſ. contra Gaudent. libr. 1. c. 14.

b Aug. Retract. lib. 2. c. 48.

c Aug. epiſt. 50.

XXXII. *Auguſtin. corrigit prauum Cæſarienſium vſum.*

d Aug. de Doct. Chriſt. li. 4. c. 24.

Quid præterea magna ciuium vtilitare idem S. Auguſtinus egit, cum Cæſareæ eſſet, ipſe alibi alia occaſione narrat his verbis [d]: Denique cum apud Cæſaream Mauritaniæ populo diſſuaderē pugnam ciuilem, vel potius pluſquam ciuilem, quam Cateruam vocabant: neq. enim ciues tantū modo, verum propinqui & fratres, poſtremo parentes ac filij lapidibus inter ſe, in duas partes diuiſi, per aliquot dies continuos certo tempore anni ſolemniter dimicabant, & quiſq. (vt quemque poterat) occidebat. Egi quidem granditer, quārum valui, vt tam crudele atq. inueteratum malum de cordibus & moribus eorum auellerem, pelleremq. dicendo. Non tamen egiſſe aliquid me putaui, cum eos audirem acclamantes, ſed cum flentes viderem: acclamationibus quippe ſe doceri & delectari, flecti autem lacrymis indicabant. Quod vbi aſpexi, immanem illam conſuetudinem a patribus & auis, longeq. a maioribus traditam, quæ pectora eorū hoſtiliter obſidebat, vel potius poſſidebat, deuictam, antequā re ipſa id oſtenderetur, credidi. Moxq. ſermone finito, ad agendas Deo gratias corda atq. ora conuerti. Et ecce iam ferme octo vel amplius anni ſunt, propitio Chriſto, ex quo illic nihil tale tentatum eſt.] hactenus de his ipſe. C

XXXIII. *Balationes S. Auguſt. in ſectatus.*

e Auguſ. de tempor. ſerm. 215.

Irrepſerant & alij ex Gentilium ritu in Africanam Eccleſiam praui vſus, quos idem S. Auguſtinus verbi Dei falce ſuccidit, vt inter alios illi de quibus ſic ipſe ad populum [e] pro concione: Iſti enim infelices & miſeri homines, qui balationes & ſaltationes ante ipſas baſilicas ſanctorū exercere nec metuunt, nec erubeſcunt, etſi Chriſtiani ad eccleſiam venerint, Pagani de eccleſia reuertuntur; quia iſta conſuetudo balandi de Paganorum obſeruatione remanſit. Et iam videte qualis eſt ille Chriſtianus, qui ad eccleſiam venit orare, & neglecta oratione, ſacrilega verba Paganorum non erubeſcit ex ore proferre. Videte tamen, fratres cariſſimi, ſi iuſtum eſt, vt ex ore Chriſtianorū, vbi corpus Chriſti ingreditur, luxurioſum canticum quaſi venenum diaboli proferatur.] hæc ipſe, ex cuius quoque prædicatione balationes ſublatæ fuerunt, quas ſaltando more Gentilium exercebant: ſaltatio tamen remanſit; ſed vocem balandi, pro ſaltando, vulgus retinuit. D

XXXIV. *Quas ſuperſtitiones abolere conatus S. Auguſtinus.*

Rurſus vero de alia ex idololatria manante, ſed iam proſcripta conſuetudine ita ad eumdem populum: Et licet credam, quod illa infelix conſuetudo, quæ de Paganorum praua obſeruatione remanſit, iam nobis caſtigantibus, & de locis iſtis ſuerit, Deo inſpirante, ſublata; tamen ſi adhuc agnoſcatis aliquos illam ſordidiſſimam turpitudinem de hinnicula vel ceruula exercere, ita duriſſime caſtigate, vt eos pœniteat rem ſacrilegam commiſiſſe. Et ſi quando Luna obſcuratur, adhuc aliquos clamare cognoſcitis; & ipſos admonete, denunciantes ei, quam graue ſibi peccatū faciunt, quando Lunam, quæ Deo iubēte certis temporibus obſcuratur, clamoribus ſuis a maleficijs ſacrilego auſu ſe defenſare poſſe confidunt. Et ſi adhuc videris aliquos ad fontes, aut ad arbores vota reddere, & (ſicut iam dictum eſt) ſortilegos etiam & diuinos, vel percantatores inquirere, philacteria etiam diabolica & characteres, aut herbas vel ſuccos ſibi aut ſuis appendere; duriſſime tanta eorum peccata increpantes, dicite, quia quicumq. fecerit hoc malum, perdit baptiſmi ſacramentum. Et quia audiuimus, quod aliquos viros vel mulieres ita diabolus circumueniat, vt quinta feria nec viri opera faciant, nec mulieres lanificium: coram Deo & ſanctis Angelis eius conteſtamur, quia quicumq. hoc obſeruare voluerint, niſi per prolixam & duram pœnitentiam tale ſacrilegium emendauerint, vbi arſurus eſt diabolus, ibi & ipſi damnādi ſunt. Iſti enim infelices & miſeri, qui in honore Iouis in quinta feria opera nō faciunt, non dubito quod ipſa opera die Dominico facere nec erubeſcunt, nec metuunt. Et ideo quoſcumq, tales eſſe cognoueritis, diriſſime caſtigate. Et ſi ſe emendare noluerint, nec ad colloquium, nec ad conuiuium veſtrum eos venire permittite. Si vero ad vos pertinent, etiam flagellis cædite: vt vel plagam corporis timeant, qui de animæ ſuæ ſalute non cogitant.] hæc ipſe; de quo & ſuperius diximus, ab ipſo ſublatum fuiſſe in feſtis ſanctorum martyrum vſum citharæ, conuiuia, atque choreas; de quibus amouendis adhuc eiuſdem ſermones extant ad populum habiti [f]. E

f Aug. de diuerſ. ſerm. 115. de S. Cypr. ſer. 5. & in Pſal. 32. conc. 1.

XXXV.

Inſectatus eſt pariter abuſus illos, quos ex negligentia quorumdā Chriſtianorum ſenſim illabi cognouit, eoſdemq. ipſo ſui ortu conuellendos curauit; nimirum de illis qui negligerent intereſſe ſacris Miſſis, qui ve recederent antequam abſoluerentur, quiq. ſermones in eccleſia miſcerent,

dum

A dum Miſſæ dicebantur: ſed & in eos qui quererentur de prolixitare Miſſarum: de his enim iſta ha-
bet [a]: Adhuc quoque (quod valde dolendum eſt) conqueri vobiſcum volo, quia ſunt aliqui, & ma- *In abuſus Auguſtinus declamat.*
xime potentes huius mundi, qui cum veniunt ad eccleſiam, non ſunt deuoti ad laudes Dei celebrã-
das, ſed cogunt presbyterum, vt abbreuiet Miſſam, & ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem a Aug de temp. ſerm. 251.
Eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam & auaritiam, &c.] Vides morem priſtinum canendi
omnes Miſſas; & conſidera vnde introductum ſit, vt eædem etiam voce ſubmiſſa dicantur; & vnde
pariter euenerit, vt in ipſo introitu Miſſæ, dicta antiphona, qui ſequitur pſalmus non ipſe integer
ex more priſtino, ſed vnus tãtum ipſius verſus dicatur. At in ipſa Romana Eccleſia, nõ vt pſalmus
vnus dumtaxat ante Miſſam præcineretur, ſed integrum Pſalterium cum antiphonis pſalleretur,
Cæleſtinus Papa (vt ſuo loco dicemus) cõſtituit. Sed de his hactenus, in quæ diuertimus occaſione
ipſius Auguſtini legationis ad Eccleſiam Cæſarienſem a Zoſimo Papa ipſi ac collegis Epiſcopis
creditæ. Quo tempore certum eſt eumdem ſcripſiſſe epiſtolam ad Optatum de origine animæ, &
aduerſus Pelagianos: id quidem ex eius ſcriptionis exordio redditur manifeſtum [b]. Vt plane mi- b Auguſt epiſt. 157.
rum ſit conſiderare res omnes ab eodem Auguſtino hoc anno geſtas atque conſcriptas, quarũ fa-
B cta eſt a nobis ſuperius mentio. vnde idem ipſe ad Albinum & ſocios [c]: Inter occupationes no- c Aug. de Gratia Chriſti ca. 1.
ſtras, multo apud Carthaginem, quam vbicumque alibi denſiores, &c.]

Hoc item anno Zoſimus Papa ad Gallos, Hiſpanos, & Afros decretalem epiſtolam dedit ad- XXXVI.
uerſus eos, qui ad ſacerdotium confeſtim proruunt abſque alia præuia miniſtratione in ſingulis, *Zoſimi Papæ decretum de miniſtris Eccleſię ordinandis.*
qui ſacerdotium præcedunt, ordinibus; definiens quantum temporis in quolibet ordine quis de-
beat miniſtrare. non extant ipſæ quidem litteræ, ſed eadem repetit in epiſtola [d] eodem argumen-
to conſcripta hoc eodem anno ad Heſychium Epiſcopum Salonitanum.

Contigit hoc etiam anno conuerſio Iudæorum inſulæ Minoricenſis, virtute ſacrarum reliquia-
rum S. Stephani Protomartyris, quas Oroſius (vt dictum eſt) acceptas Hieroſolymis ſecum in Hi- XXXVII.
ſpaniam vexit. Acciderunt quidem res admirandæ, toti Chriſtiano orbi factæ perſpicuæ ex litteris *De certa fide epiſtolę Seueri Epiſcopi de miraculis S. Stephani.*
Circularibus Seueri eius inſulæ Epiſcopi ad omnes Eccleſias datis, & publice vbiq. lectis; quas in-
ter alios accepiſſe liquet Eundium Epiſcopum Vzalenſem in Africa, & coram populo eas recita-
re feciſſe: id enim inſcriptus ad ipſum liber teſtatur his verbis [e]: Eodem namq. die, quo ingreſſę
ſunt eccleſiam beati Stephani ſanctæ reliquiæ, in ipſo principio canonicarum lectionum, epiſtola
C quoq. ad nos delata cuiuſdam Epiſcopi, Seueri nomine, Minoricẽſis inſulæ, de pulpito in aures Ec- d Zoſim. epiſt. 2. to 1. ep. Roman. Pontif.
cleſiæ cum ingenti fauore recitata eſt; quæ continebat glorioſi Stephani virtutes, quas in inſula me-
morata per præſentiam reliquiarum ſuarum in ſalutem omnium illic credentiũ perfecerat Iudæo- e Euod. de Mirac. S. Steph. li. 1. c. 2. apud Augu. to. 10. edit. Plantin.
rum. Vnde ex hac recitatione talium factorum ſuorum, tamquam extenſione manuum ſuarum, ac-
clamãtibus & exultantibus Fidelibus, ipſe dicere videretur: Ecce habetis martyrem.] hæc ad Eun-
dium, cuius eſt apud S. Auguſtinum [f] honorifica mentio, ad quem etiam extant datæ complures
eiuſdem Auguſtini epiſtolæ, & ipſius ad eum ſcriptæ.

Datum eſt autem nobis eiuſdem Protomartyris gratia, vt inter ſcribendas Vaticanæ bibliothe- f Aug. de diuerſ. ſerm. 32. 33. & de Ciuit. Dei li. 22. c. 18.
cæ antiquitates, eamdem repererimus Seueri epiſtolam integram in nullo detrimentum paſſam:
quam (quod neſciamus ab alio editam) hic integram deſcribere, vt egregium antiquitatis monu-
mentum, dignum exiſtimauimus. ſic enim ſe habet:

Sanctiſſimis ac beatiſſimis dominis, Epiſcopis, prebyteris, diaconibus, & vniuerſæ fraternita- XXXVIII.
ti totius orbis terrarum, Seuerus Epiſcopus miſericordia Dei indigens & omniũ vltimus, in Chri- *Epiſtola Seueri Epiſcopi.*
ſto Redemptore noſtro æternam ſalutem.] intelligis conſuetum huius temporis ſymbolum Ca-
D tholicorum, qui vt ſe longe abeſſe a Pelagiana ingruente hæreſi demũſtrarent, ſe in ipſo titulo gra-
tia & miſericordia Dei indigere profitentur. Sed ipſam reddamus epiſtolam:

Cum Dei opera reuelari & confiteri honorificum eſſe, Raphael Archangelus [g] moneat: profe- XXXIX.
cto ſilere vel celare opera Chriſti, periculoſum eſt: in quibus tamen adnumerandis maior eſt gra- g Tob. 12.
tia, ſi communi & ſimplici ſermone referãtur. Celatur enim quodammodo ſpecioſiſſima pulchri-
tudo virtutis, ſi abundantiori eloquio circumdata fuerit atq. fucata. Quapropter ego quoque ma-
gnalia, quæ apud nos Chriſtus operatus eſt, non cõpoſito, ſed veridico ſermone referre aggredior.
Inſula Minorica, vna ex Balearibus inſulis eſt, quarum nomen cunctis populis, ſæcularium quoq.
auctorum litteris, peruulgatum eſt. Hæc inter Mauritaniam Cæſarienſem & Hiſpaniam medio ꝓ-
pemodum æquoris ſpatio ſita, anguſtis admodum terminis clauditur, longitudinem triginta, lati-
tudinem vero tria millia paſſuum habens. Quæ nunc idcirco commemoraui, vt agnoſci poſſit, con-
temptibilia [h] mundi a Domino non ſolum in hominibus, ſed etiam in locis eligi. In hac itaque in- h 1. Cor. 1.
ſula, quæ omnium terrarum paruitate, ariditate, aſperitate poſtrema eſt, duo parua oppida, quibus *Quæ miranda ſint Minoricenſis Inſulæ.*
a Pœnis indita nomina, e regione fundata ſunt: Iammona ad Occaſum, Magona ad Orientem ſpe-
E ctat. In his mihi omnium mortalium vltimo nuper ſacerdotalis officij pondus impoſitum eſt. Sed
Iammona antiquum a Deo munus etiam nunc retinet, vt Iudæi habitare in ea nequaquam poſ-
ſint. Multos ſiquidem id temere audentes, aut ægritudine præuentos, aut repulſos, aut morte ſubi-
tanea extinctos, aut etiam fulmine trucidatos tradit vetuſtas: adeo vt celebris huius rei fama ipſis
quoq. Iudæis, ne id vltra temere audeant, metum fecerit. Nec hoc fide indignum ducimus, cum et
lupos, vulpeſq. & omnia noxia animalia deeſſe videamus: cum earum quæ ad veſcendum bonæ
ſunt, ferarum copia magna ſit. Illud etiam magis mirum eſt, quod colubri & ſcorpiones ſunt quã-
plurimi, ſed amiſerunt omnino nocendi violentiam. Cum igitur Iammonam nullus Iudæorum, q.
lupis ac vulpibus feritate atq. nequitia merito comparantur, ne hoſpitij quidem iure accedere au-
deat: Magona tantum veluti colubris & ſcorpionibus (vt tradebatur) feruebat, vt quotidie ab his
Chriſti Eccleſia morderetur. Sed antiquum illud beneficium carnale, nuper nobis ſpirituale reno-
uatum eſt; vt illa (ſicut ſcriptum eſt [i]) generatio viperarum, quæ venenatis ictibus ſæuiebat, ſu- i Luc. 3.
bito diuina virtute compulſa, mortiferum illud virus incredulitatis abiecerit.

XL. De reliquijs S. Stephani in inſula Minori ca relictis.

Namq. diebus pene iſtis, quibus ego tanti ſacerdotij nomen, licet indignus, adeptus ſum: preſ A
byter quidam ſanctitate præcipuus, a Hieroſolyma veniens, Magonæ non longo tempore mora-
tus eſt. qui poſtquam tranſuehi ad Hiſpanias, ſicut deſiderabat, nequiuit, remeare ad Africam de
nuo ſtatuit. [erat enim Hiſpania obſeſſa hoc tempore a Gothis, quod ſuo loco eſt demonſtratum:
& hic presbyter Hiſpanus erat Oroſius. Sed pergit:] Tunc beati Stephani reliquias, quæ nuper reue
latæ ſunt, cum ad Hiſpanias portare conſtituiſſet: ipſas, ſine dubio martyre inſpirante, in memo-
a Luc. 12. rati oppidi eccleſia collocauit. Quo facto, protinus ille ignis, quem Dominus [a] venit mittere in
terram, & quem valde ardere cupit, charitate eius accenſus eſt. Statim ſiquidem tepor noſter incal
b Luc. 24. uit, & factum eſt cor noſtrum (ſicut ſcriptum eſt [b]) ardens in via. Tunc enim ille in fide iam ar-
debat zelus, tunc ſpe ſaluandæ multitudinis erigebat. Deniq. ſtatim interciſa ſunt etiam ſalutatio
nis officia, & non ſolum familiaritatis conſuetudo diuulſa, ſed etiam noxia inueteratæ ſpecies cha
ritatis ad odium temporale, ſed pro æternæ ſalutis amore tranſlata eſt. In omnibus plateis aduer-
ſus Iudæos pugnæ legis, in omnibus domibus fidei prœlia gerebantur.

XLI. Conflatum bellū inter Chriſtianos & Iudæos.

Iudæorum populus maxime cuiuſdam Theodori auctoritate & potentia nitebatur, qui nō ſo-
lum inter Iudæos, verum etiam inter Chriſtianos eiuſdem oppidi & cenſu & honore ſæculi præci- B
puus erat, ſiquidem apud illos legis doctor, & (vt ipſorum vtar verbo) pater patrum fuit; in ciuita-
te autem cunctis Curiæ munijs exolutus, & Defenſor iam extiterat, & iam nunc patronus munici
pium habebat. Chriſtiani autem vt corde, ita etiam & viribus humiles, ſed veritatis robore ſupe-
riores, patroni Stephani patrocinium deprecabantur: donec vtrique exercitus, cum iam diem cer-
taminis condixiſſent, datis tunc inducijs diſceſſerunt, Iudæis id magnopere expectantibus, vt ſcili
cet Theodorus, in cuius ſe omnis ſynagoga viribus acclinabat, ex Maioricēſe inſula reuerteretur,
ad quam forte viſendæ poſſeſſionis gratia perrexerat. Qui quidem, ſtatim vt ad eum miſſa legatio
eſt, remeans, auctoritate ſua multos terruit, ſed non extinxit, ſed conſopiuit contentionis incendiū:
maiore ſiquidem illico exardeſcens violentia, etiam vicinum oppidum fidei flamma corripuit.
f Prouer. 18. Et vt illud Salomonis [f] impleretur: Frater fratrem adiuuans exaltabitur ſicut ciuitas firma & al-
ta: ſtatuerunt multi famuli Chriſti, laborem itineris minime recuſantes, cunctas animi vires huic
bello tradere.

XLII.

Pendente igitur prœlio, nos quidem qualia præparauerimus arma, ſubditum huic epiſtolæ cō
monitorium probat; quod quidem non pro quorumdam inſtructione edi voluimus (quippe quia C
ea penitus egemus, & quam a beatitudine veſtra magis ſperamus) ſed vt animaduerti poſſit, non
minimam nos ſolicitudinem ſecundum modulum poſſibilitatis noſtræ ſuſcepti habuiſſe certami
nis; Chriſtum vero, cuius regnum non in ſermone, ſed in virtute eſt, nobis ne verbum quidem pro
ferentibus, ſuis omnia viribus conſummaſſe, & abſque vllo ſudore certaminis exercitui ſuo hanc,
Iudæi prompti ad bellum. quam nemo aut optare audebat, aut ſperare poterat, victoriam conceſſiſſe. Iudæi igitur exemplis
ſe Machabæi temporis exhortantes, mortem quoq. pro defendendis legitimis ſuis deſiderabant.
Itaque nō ſolum libros reuoluere, ſed etiam ſaxa, ſudes, iacula, omniaq. telorum genera ad ſynago
gam cōferre cœpere, vt Chriſtianorum aciem virtute ſancti Spiritus munitam (ſi ita res poſceret)
etiam corporis viribus propulſarent.

XLIII.

Interea dum hi apparatus gererentur, magnoq. altrinſecus ſtudio futurum inſtituitur bellū;
vtrinq. exercitus inenarrabilibus & abſolutiſſimis ſomnijs commouentur: quorum ſi nullam pe-
nitus facerem mentionem, non minimam videbor partem diuinæ gloriæ operuiſſe. Sic enim S. A-
d Act. 16. poſtoli Pauli ſomnium Lucas [d] ſacræ hiſtoriæ inſeruit, dicens, virum Macedonem aſtitiſſe in vi-
ſione noctis, orantem vt iuuaretur ab eo; & hac Apoſtolum viſione præmonitum, itineris alio deſti D
nati curſum ad Macedoniam conuertiſſe. Quanto itaq. Domini noſtri Ieſu Chriſti maior eſt glo-
ria, quod id minimis atq. indignis famulis reuelare dignatus eſt, quod etiam beato Apoſtolo de-
monſtratum Scriptura celare noluit? Igitur breuitatis cauſa, ne beatitudini veſtræ faſtidium for-
taſſe gignatur, duo tantum ſomnia inſeram.

XLIV. Viſione per ſomnium Fideles admoniti.

Apud nos deuota quædam religioſiſſima, nomine Theodora, quæ & virginitate corporis, & re
ligione propoſiti, & nominis interpretatione typum portare Eccleſiæ mereretur, vidit in viſione
noctis viduā quādā nobiliſſimā ad me, qui non pro merito, ſed pro diuini muneris largitate ſacer
* præmiſiſſe dotio fungor, inſertas litteras per ſe miſiſſe *, quibus mihi cunctos agros ſuos ad ſeminandum ſup
pliciter offerret. Simili etiam ſomnio me quoq. vltimum peccatorum ad ſeminandum præcingere
& commonere dignatus eſt. Vidua enim quædam altera nobiliſſima, quam ſynagogæ ſpeciem ha
buiſſe non dubium eſt, me, vt agros ſuos incultos ſuſciperem, eoſq. quando tempus ſementis vrge
ret, diligenter excolerem, deprecabatur. Quæ eſt autem altera nobiliſſima vidua, niſi illa, quæ Chri
ſtum impie perimendo, ſemetipſam crudeliſſime viduauit? Hoc ſomnium vtriuſq. vnum eſt. Ante
triginta ferme quam impleretur dies, & vidiſſe nos, & licet abſolutionem eius ignoraremus, tamē E
fratribus indicaſſe, manifeſtum eſt.

XLV.

Apud Iudæos quoque miro diuinæ diſpenſationis ordine, vt & nominis Theodori, & officij
mei in vno homine ſocietas conueniret, Theodorus qui ſummus ſacerdos perfidi populi erat, ſom
nium, quod viderat, non ſolum Iudæis, ſed etiam propinquæ cuidam matrifamilias primariæ ip-
Viſio Theodori Iudæi. ſius ciuitatis, multiſque etiam alijs Chriſtianis, ante non parum quam adimpleretur tempus, his
ſermonibus propalauit: Eunti mihi (inquit) in ſynagogam, duodecim viri manus obuias obtule-
runt, dicentes: Quo vadis? leo illic eſt. Cum ergo, audito leonis nomine, trepidare cœpiſſem;
locum tamen, dum fugam paro, vnde introſpicerem, reperi, & vidi monachos illic mira ſua-
uitate pſallentes: maior mihi pauor illico adiectus eſt; & niſi in cuiuſdam nomine Ruben in-
greſſus fuiſſem domum, & inde ad matrem propinquam curſu præcipiti conuolaſſem, nequaquā
curam mortiferi terroris euaſiſſem. Illa me exanimem ſinu ſuo confouens, a diſcrimine pariter &
a metu eripuit. Hoc eius ſomniū valde clarum eſt, & interpretatione non indiget. Quis enim leo,
niſi

A niſi ille de tribu Iuda radix [a] Dauid? Quæ propinqua illa, niſi de qua ſcriptum eſt [b]: Vna eſt ꝓpinqua mea? Illud ergo ſolum videbatur obſcurum, quod in domum Ruben Iudæi, a leone cum terreretur, ingreſſus eſt: quod quidem nobis poſtmodum ab ipſo leone, qui terruit, vt ſaluaret, euidentiſſime expoſitum eſt: quod dehinc ſuo explicabimus loco. Nunc autem cœptæ rei ordinem proſequar.

[a] Apoc. 5. [b] Cant. 6.

XLVI.

Seuerus prouocat Iudæos.

Ex Iammonenſi ciuitate ad profectionem famulorum Chriſti multitudo conuenit, quæ in ipſo oppido putabatur conſiſtere: tantaq. difficillimi itineris laborem alacritate confecit, vt triginta millia paſſuum iucundius tranſuolaret, quam ſi ad ſuburbanum aliquod amœniſſimum ad cõuiuia epulaturi vocarentur. Igitur Magonam peruenimus. Statim ego, miſſis clericis, aduentum meum Iudæis nunciaui, & vt ad eccleſiam ſanctam accedere dignarentur, popoſci. Illi autem inopinatum nobis nuncium remittentes, mandauerunt, eccleſiam ſibi (ne, credo, polluerentur) ingredi die eadem nõ oportere: eſſe enim diem ſabbati, cuius feſtiuitatem ſuis illi actibus corrupiſſent. Rurſum ego expetiui, vt me ad ſynagogam, ſi mallent, opperirentur, quandoquidem ingreſſus eccleſiæ pollutio videretur; non vtique eos a nobis in die feſti ſabbati ad opus ſeruile compelli; B futurum autem honeſtiſſimum de lege conflictum, nec excitandas lites & fabulas eſſe miſcendas: aut, ſi non aſtute certamen fugerent, & ſimplicem afferrent excuſationem, oſtenderent præceptum, quod in eo die ſermonem conferre, prohibitum ſit. Ad hæc cum illi in omnibus contradictionem obſtinatiſſimam retuliſſent, tandem illius leonis terrore compulſi, ad domum, in quam hoſpitio acceſſeram, confluxerunt. Ibi ego: Quæſo (inquam) fratres, quare quaſi aduerſus latrones, præſertim in ciuitate Romanis legibus ſubdita, aceruos ſaxorum, omniaq. armorum genera congregaſtis? Nos acquirere cupimus, vos perdere deſideratis? Non eſt (quantum arbitror) æquum, vt tam varia lite alterutrum laboremus: vos vero (vt video) ſititis noſtrum ſanguinem, nos vero veſtram ſalutem.

XLVII.

Proceſſio cum cantu.

Ad hæc illi paululum territi, negauere factum: noſtris affirmantibus ita ſe habere, etiam cum iureiurando renitebantur. Tunc ego, vt nodum cœptæ contentionis abſcinderem: Vbi res (inquã) oculis probari poteſt, iuratione quid opus eſt? eamus igitur ad ſynagogam, & verum pro vitio an veritate veſtra nitatur aſſertio, vobiſmetipſis teſtantibus comprobabitur. Pergere igitur ad ſynagogam cœpimus, & hymnum Chriſto per plateam ex multitudine lætitiæ canebamus: pſalmus autem, quem mira iucunditate etiam a Iudæorum populis decantabatur, hic fuit [c]: Perijt memoria C eorum cum ſtrepitu, & Dominus in æternum permanet. Sed antequam ad ſynagogam perueniremus, quædam Iudææ mulieres (ordinatione credo Dei) audaciam præſumentes, vt ſcilicet noſtrorum lenitas incitaretur, lapides in nos ex ſuperiori loco immaniſſimos iactare cœperunt: qui (mirũ dictu) cum ſuper cõfertiſſimam multitudinem, grandinis inſtar, deſcenderent, neminem noſtrorum non ſolum ictu, ſed nec tactu quidem vexauere. Ihic agnis ſuis leo ille terribilis manſuetudinem paululum abſtulit: omnes ſiquidem, reclamantibus nobis, ſaxa corripiunt, & paſtoris commonitione poſthabita, eum vnum potius conſilium cunctis zelus potius Chriſti quam ira ſuggereret, lupos cornibus impetendos cenſuerunt; quamuis hoc illius, qui ſolus bonus paſtor eſt, nutu factum eſſe, nulli dubium ſit. Denique ne cruentam gregi ſuo videretur præſtitiſſe victoriam, nemo Iudæorum ſe contactum ſaltem fuiſſe, ne pro inuidia quidem (vt mos eſt) ſimulauit. Sane quoniam omnimodis debemus vitare mendacium, vnus ex omni Chriſtianorum numero inuentus eſt, qui cum Acham [d] illi ſimilis eſſe vellet, qui ſub Ieſu Naue de anathemate ſpolia concupiuit: nam ſeruus cuiuſdam Chriſtiani, ſolus, dum aliquid a ſynagoga diripere concupiſcit, in lapidem offenſionis incurrit. Quidam vero noſtrorum, quaſi aduerſus Iudæum, lapidem iniecit: qui capiti D eius illiſus, vt capitis ſui, id eſt, Chriſti, meminiſſet, admonuit: quod vulnus licet periculoſum non fuerit, tamen & illum rapinæ ſuæ confiteri concupiſcentiam compulit; & cunctos, ne ſimiliter laberentur præſenti terruit vltione.

[c] Pſalm. 9.

Iudæorum feminæ iaciunt lapides in Chriſtianos.

[d] Ioſ. 7.

XLVIII.

Iudæorum Synagoga incenſa.

Igitur poſtquam Iudæis cedentibus, ſynagoga potiti ſumus, nullus ex ea quicquam non dico abſtulit, ſed nec cogitauit diripere: omnia eius ornamenta, exceptis libris atque argento, cum ipſo pariete ignis abſumpſit: libros ſanctos, ne apud Iudæos iniuriam paterentur, ſuſtulimus: argentum vero, ne vel de præda noſtra, vel de ſuo diſpendio quererentur, ipſis reddidimus. Euerſa itaq. cunctis Iudæis ſtupentibus ſynagoga, ad eccleſiam cum hymnis perreximus: & auctori victoriæ noſtræ gratias referentes, effuſis precibus poſcebamus vt vera perfidiæ antra Dominus expugnaret, & tenebroſorum pectorum infidelitas coargueretur a lumine.

XLIX.

Cõuertitur Ruben.

Ruben quidam Iudæus a Domino, vt primogenitus omnium conſtitueretur, eſt electus: nam clamore ſanctiſſimo lætificans corda multorum, abſolui ſe a vinculis Iudaicæ ſuperſtitionis deprecabatur: ſtatimq. primitiuus Iacob factus, ſignum ſalutare ſuſcepit; & inde noſtris lateribus atq. conſilijs inhærens, obſtinatiſſimam cunctorum duritiem nobiſcum increpat. Triduum (ni fallor) E emenſum eſt, ex quo noſtri in oratione, & Iudæi in perfidia perſtitere. Poſt hæc venit Theodorus, multitudinis ſuæ agmine circumſeptus, ad locum, in quo ſoli ſynagogæ parietes (qui poſt hæc credentibus Iudæis ſunt ſubuerſi) ſupereſſe videbantur. ad quem locum Chriſtianorum pariter multitudo conuenit. Ibi Theodorus cum audacter de lege diſſerens, omnia quæ obijciebantur, irrideret, atque peruerteret: populus Chriſtianus videns, quod verbis ſuperari non poſſet humanis, auxilium de cælo implorauit. Omnes itaque pariter clamantes, cum ſummo vnitæ vocis fragore dixerunt: Theodore crede in Chriſtum. Mira indulgentiſſimi Domini miſericordia, adhuc parua petebantur, & maiora conceſſerat. Immo non mirum eſt de omnipotente miraculum. Ipſe etenim virtutem clamoris huius in auribus Iudæorum commutauit, qui olim effecit, vt quatuor leproſi [e] Regis Syriæ, qui Samariam obſederat, caſtris potirentur, & qui per Gedeon Madianitarum agmina conturbauit, deditq. trecentis [f] eius viris ingentem ſine labore victoriam, efficiens per terrorem, vt mutuis hoſtium multitudo vulneribus proſterneretur. Ita & nunc iſta vox longe aliter a circumſtantibus Iudæis ſuſcepta eſt, quam a noſtris immittebatur: omnes enim putauerunt dictũ:

Iudæorum miraculoſa diſperſio.

[e] 4. Reg. 7. [f] Iud. 7.

Theodorus,

Theodorus credidit. Itaque exiſtimantes principem perfidiæ ſuæ ad Chriſti fidem fuiſſe conuerſum; cuncti pariter trepidi, vbi timor non erat, terrebantur: mulieres eorum ſparſis crinibus, occurrentes cum ferali vlulatu nomen Theodori, repetitis vocibus, accuſabant, dicentes: O Theodore quid feciſti? Viri autem, alij ad deuios ſaltus & ſixutas montium confugere: alij per ipſius oppidi angiportus diſcurrebant, locum in quo deliteſcerent, inuenire cupientes. A

L. Ipſe Theodorus ſtupore perculſus, diuinam ſententiam in plebe ſua cernebat impleri. Fugit impius [a], nemine perſequente; ſed tamen non nemine: perſequebatur enim eos ille leo terribilis, qui de ſynagogæ loco (ſicut Theodoro fuerat reuelatum) per monachos rugitum emiſerat, quo reſiſtentes tremefecit inimicos. Stabat igitur Theodorus in loco prorſus eodem, quo ei pridem per ſomnium terror fuerat leonis iniectus: & cũ cauſam tantæ trepidationis inquireret, & nomen ſolũ modo noſtri leonis audiret, nullam illic (ſicut ferebatur) feritatem videns, tantum pſallentes monachos intuebatur: & ab omni ſuorum multitudine deſtitutus, atque elabi parans, etiam ipſe pedum viam proſpiciebat: quem cum horribili formidine apprehenſum, non ſolum colore vultus, verum etiam vocis officio deſtitutum Ruben ille ſanctiſſimus aſpexiſſet, propere accedit, & trementem blando ſermone compellans, ad Chriſti fidem cohortabatur: atque ingerens ei pro ſuffragio metus ſuæ credulitatis exemplum, domus figuræ, ad quam pauore leonis confugeret, quodãmodo ſatisfacere videbatur. B

[a] Prouerb. 28.

LI. Verum, vt & nos fideliter vniuerſa narremus; & vos, qui non eloquij ornatum, ſed veritatem quæritis, libentius audiatis: ipſius Ruben verba inſerens, nihil ex ſimplicitate dictorum eius ſubtraham. Aiebat enim: *Quid times, domine Theodore? ſi vis certe ſecurus & honoratus diues eſſe, in Chriſtum crede, ſicut & ego credidi. Modo tu ſtas, & ego cum Epiſcopis ſedeo. ſi tu crediderit, & tu ſedebis, & ego ante te ſtabo.* Hos ſermones Theodorus alta mente ſuſcipiens, ad nos ait: Faciam quod vultis: tenete (inquit) promiſſionem hanc. Sed permittite mihi, vt prius alloquar plebem meam, vt maiorem conuerſionis meæ etiam ex reliquis poſſim habere mercedem. Hæc eius ſponſio cum inexiſtimabili cunctorum exultatione ſuſcepta eſt: alij in eum amabiliter irruentes, os ipſius & colla mulcebant; alij eum vlnis mollibus amplectebantur; alij autem dexterã dexteræ adiungere, & ſermonem conſerere geſtiebant.

Theodorus aſſentitur fieri Chriſtianus.

LII. Perrexit igitur Theodorus ad atrium ſuum quolibet officio noſtrorum lætus, tamen anxietate non penitus carens. Nam licet in domum Ruben per promiſſionem ſuam iam venitetur, ingreſſus tamen & tunc trepidus erat, quia nondum ad propinquam venerat, quæ eum poſt triduũ materno ſuſcepit ſinu, & ab omni perturbatione trepidationis abſoluit. Nos autem ad eccleſiam cum hymnis ex more perreximus. Benedictus eſt pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis [b], qui dedit capiti noſtro aquam, & oculis noſtris fontem lacrimarum, vt ploraremus vulneratos populi noſtri. C

[b] Hier. Thre. 1.

LIII. Peractis ſiquidem myſterijs, eccleſiam egreſſi, non minimam in occurſum noſtrum Iudeorũ multitudinem conueniſſe inſpeximus. Omnes vnanimiter deprecabantur, vt Chriſti charactere a me, licet indigno paſtore, ſuſciperent. Reuerſi itaque ad eccleſiam, & toto corde Domino gratias referentes, illico in frontibus eorum ſignum ſalutis impinximus. Quæ autem cum his qui ad ſiluas ſiue ad antra cõfugerant, Chriſti virtute geſta ſint, quæ lingua effabitur? præſertim cũ vnuſquiſque eorum propriã cõuerſionis ſuæ habeat hiſtoriam. Sicut itaque impoſſibile nobis eſt, omnia dicere; ſic ingratum cuncta præterire. Quapropter vnum Chriſti miraculum, quod tum a Fidelibus probatiſſimiſq. viris comperimus, precibus veſtris adiutus euoluam.

Credentes Iudei Cruce ſignantur.

LIV. Duo quidam primarij Iudæorum, Meletius Theodori frater, & Innocẽtius, qui Hiſpaniarum cladem nuper effugiens, cum famulis ſuis ad hanc inſulam venerat (ſicut nunc ipſi etiam cum ſacramentorum terribili interpoſitione confirmant) ad vnam ſpeluncam vel potius rupem conuenerunt, aſſociando ſe duobus quibuſdam Iudæis humili loco ortis, qui iſtos communis fugæ principes legerãt. Igitur cum in loco eorum trepidi, anhelanteſq. paululũ reſediſſent, duos illos, qui ætate alacres & audaces erant, explorandi gratia ad oppidum remittentes, ſoli derelicti ſunt ibi. Tũc prior Meletius: Quid eſt (inquit) frater, quod verbum (ſicut docet religio noſtra) blaſphemũ auellere a corde meo nequeo? Ex quo enim fratrem meum conuerſum fuiſſe Chriſtianorum populus inclamauit, nihil aliud mihi in corde ſuggeritur, niſi hoc verbum, mihi vſque ad hunc diem penitus ignoratum, CHRISTE IN NOMINE TVO. Quanto magis pulſare hoc ab animo meo nitor, tanto violentius tenaciuſq. inhæreſcit. Ad hæc Innocentius: Non (inquit) fruſtra hic ſermo, quem cor tuum (vt apud cunctos probatiſſimum eſt) antea nec cogitauit, nec vnquam protulit, hic præſertim menti tuæ (vt aſſeris) tam violenter inſertus eſt. hoc ex Deo eſſe arbitror. Verumtamen elabora, obſecro, & fabulis his declinaris, interpellationem moleſtæ cogitationis expelle. Tunc Meletius ita obſtrepere, & confuſis clamoribus perſonare cœpit, vt eum cum ſua mente luctari non ſolum nutibus vultus, ſed etiam totius corporis indicio Innocentius cerneret. quod poſteaquam ne parum quidem proficere intellexit, & adiecit etiam illud, vt verba quædam profana & turpia loqueretur, & nunc naribus corrugatis, aerem ſorbens inhoneſtos ſtrepitus promeret, nunc fœtidis riſibus cachinnaretur: ſed hæc ab animo eius nomen Chriſti extinguere nequiuit inſania, quia iam cunctas eius medullas ſanitatis ignis peruaſerat. Quid ergo (inquit) Innocenti frater? in contrarium verba iſta vertuntur: abolitionem mihi nominis Chriſti nec ſcurrilitate verborum, nec ipſis poſſum obſcœni ſonitus extorquere blaſphemijs; aliud ſiquidẽ mihi reddi * ſentio, quod cordis mei auribus quas fruſtra obſtruere nitor, Chriſti nomẽ ingerere, inceſſabili clamore non deſinit. His Meletij verbis talia Innocentius retulit: Fratrem tuum Theodorum, doctrina honore, & ætate maiorem, ad Chriſti fidem conuerſum, his auribus audientibus, plebs Chriſtiana teſtata eſt. poterit ne fieri, vt etiam tu germani conſtrictus exemplo religionem Iudaicam deſeras? Quid ergo in hac terribili ſolitudine diutius tempus terimus? quãdiu etiam inopia victus laborare pote- D E

Nomen Chriſti nolẽti ingeritur diuinitus

* (mihi crede)

Digitized by Google

A te poterimus? Quid cauſæ eſt, vt fame tabeſcamus, areſcamus ſiti, obrigeſcamus algore? ad poſtre-
mum (quod iam patimur) noſtræ huius ſolitudinis horribili teneamur ſilentio? Numquid latronũ
vincula, numquid barbarorum gladios fugimus? numquid ſanguinem noſtrum plebs tanta mi-
ſericors, quam pro nobis flere cóſpeximus, concupiſcit? recordemur, obſecro, quem vmquam læſe
rit vi noſtrorum, vel ſaltem irrogauerit iniuriam. reuertamur ad innoxios, quos in nullo læſimus
inimicos; & quod Deo placuerit, fiat.

Ad hæc Meletius: Ego te (inquit) Innocenti frater, quem non ſolum Latinis, ſed etiam Græcis LV.
litteris eruditum ſcio, & legem iugiter meditari, oblitum reor, quod per Ezechielem Prophetam
Dominus ait [a]: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Si enim legiſti hoc, cur me fratris mei a Ezech. 18.
Theodori exemplo attrahi poſſe ad fidem Chriſti exiſtimas? Habet ille animam ſuam, ita
& peccatum ſuum: quod quidem peccatum mihi, ſi Dominum Deum non relinquo, non
nocebit. Teſtor autem illum, qui eduxit patres noſtros de terra Ægypti, me, ſi hiemis violen- *Meletius reluctatur.*
tia non obeſſet, abrepto quocumque nauigio, ad quaſlibet terras ſolum velle migrare: nec me poſ
ſeſſionum amor, nec affectuum charitas detineret, quorum facilis mihi iactura eſt, tãtum ne Deũ
B patrum meorum negare compellar. Quod autem conſilio inutili ad ciuitatem remeandum decer-
nis: miror te prudentiſſimum virum non animo præuidere, quid de nobis futurum cẽſeas, ſi Theo
dorus columna ſynagogæ noſtræ, in quo omnem fiduciam reponebamus, apoſtatare compulſus
eſt. Hoc ergo ſanius eſt, vt eamus ad agrum meum, nec nos vltra Chriſtianorũ oculis ingeramus:
poſſumus enim illic interim deliteſcere, donec oportuno tempore ad peregrina emigremus: quã-
doquidem in hac inſula ita apud cunctos odium noſtræ religionis increuit; vt qui patriam non
reliquerit, fidem patrum tenere non poſſit. Cur itaque non voluntarium ſuſcipiamus exilium, ad
quod (ſicut res indicat) odijs ciuium, etiam ſi nolumus, deſtinãdi ſumus? Hoc igitur cõſilio vtriuſ
que ſententia confirmata, laborem deſtinati itineris arripiunt.

Sed dum per anguſtiſſimum ingrediuntur callem, cogitationum tenebris lucem occæcantib. LVI.
oculorum: ipſum quem inſcij ſequebantur tramitem, perdiderunt, & in locis deſertis atque inuijs
remanſere. Cum autem ſcinderentur ſentibus, aut rupibus * arcerentur, poſtquam corpus ſuum * vepribus lacerarentur
longis fœdauere vulneribus, ad tantam primo quidem anxietatem, deinde etiam ad deſperationẽ
atque formidinem venere, vt compellerentur fateri, ſe ea iudicio Dei iuſto ob incredulitatem per
C peti. Igitur nomen Chriſti, quod ante ſe vltro ingerens repellebant, laceratis iam cruribus inuocã
tes, ſemitam, quæ eos contra voluntatem ac propoſitum ſuum ad oppidum retraxit, corripuerunt: *Chriſti nomẽ coguntur perfidi inuocare.*
ſed cum ad ciuitatẽ inuiti ac trepidi perueniſſent, curioſius omnia percunctantes, audierunt Theo
dorum etiam nunc Iudæum eſſe, nec vllam, ſicut exiſtimauerant, populi Chriſtiani pertuliſſe violẽ
tiam. Stupentes autem, & quod ipſis acciderat, non credentes, ad domum Theodori iter dirigunt:
vbi cum eos, iam pene exacto prandio, ille excepiſſet, illico inquirit cauſam, cur a ſe & a ciuitate
abſceſſiſſent; vniuerſumq. ordinem geſtæ rei, magis cum riſu, quàm cum admiratione cognoſcit.

Poſt triduum Theodorus cum concionari ad plebem ſuam, eoſq. ad fidem Chriſti prouocare LVII.
diſponeret: vltro ſe offerentium ad confeſſionem Iudæorum etiam ſeditionẽ pertulit. Nemo enim
eorum ferme erat, qui non ſe palam ſenſiſſe Chriſti potentiam conteſtaretur. Nam primo in con
cilio eorum adoleſcens quidam ipſius Theodori conſobrinus, nomine Galilæus, vt congruum (ſi- *Galilæi conuerſio.*
cut dictum eſt) nominibus myſterium geſtæ rei vſque ad finem deduceretur, cum ingenti inuidia
proclamare hoc cœpit: Conteſtor (inquit) vos omnes, me Iudæorum eſſe non poſſe in poſſeſſione;
ſiquidem in ea Chriſtianos conſortes habeo, quorum odijs, ſi in Iudaiſmo perſeuerare voluero, for
ſitan perimendus ſum. Ego igitur vitæ meæ periculo conſulens, ad eccleſiam iam pergam, vt necẽ,
D quæ mihi paratur, effugiam. Hæc Galilæus, cum ad tempus fugæ ſe pararet, quaſi vt cauſas con-
uerſionis ſuæ reddidiſſe videretur, de futuri ſæculi morte tunc nihil cogitans, veritatem inſcius lo
quebatur. Huic ſermoni, pene prætereuns vir honeſtus, & non ſolum inter Iudæos, verum etiam in
ciuitate vſque adeo præcipuus, vt etiam nunc Defenſor ciuitatis electus ſit, Cæcilianus vera Gali
læum dicere, ſeq. ſimilem habere cauſam, ſimilia formidare atteſtabatur: quibus verbis tantam ſu
pramemorato iuueni adiecit confidentiam, vt in conſpectu omnium curſu rapidiſſimo ad perci-
piendum fidei brauium ad Galilæi noſtri conuolaret auxilium, & ab humilitate noſtra, vt eiuſdẽ
inde nomine cenſeretur expeteret.

Cæcilianus autem cum eſſet Iudæorum pater, habito cum Florino fratre ſuo æque Iudæorum LVIII.
patre ſeniore cõſilio, huiuſmodi (ſicut agnouimus) verbis ſynagogam adorſus eſt: Ego (inquit) cũ *Conuerſio Cæciliani, Florini, & aliorũ.*
ſim in honore ſynagogæ poſt Theodorum primus, non ſicut iuuenis Galilæus, cunctos quaſi trepi
dus conſulo, conteſtorque; ſed potius adhortor atque commoneo denuncians, vt errore praui iti-
neris derelicto (ſi fieri poteſt) omnes pariter ad fidem Eccleſiaſticam concurramus. Quod ſi vos
ad Chriſtum tanta virtus non attrahit, ego certe & Florinus frater meus, ſicut recuſantibus vobis
E tantam ſalutem vim inferre non poſſumus, ita nos cũ vniuerſa domo noſtra religionis huius, quã
aſtruere non valemus, ludibria deſerentes, Chriſtianorum numero fideiq. ſociabimur; qui numquã
vtique innumerabilibus Scripturarum teſtimonijs non ſolum te, frater Theodore, qui peritior re
liquis videris, ſed etiam cunctos conuincerent, niſi veritatem, quæ vinci non poteſt, ſectarentur.
Tali Cæcilianum ſenſu plebem ſuam affatum comperimus, multoſq. Iudæorum eadem die ad fi-
dem Chriſti cum ipſo concurrentes cum ineffabili exultatione ſuſcepimus.

Prodigia ſane, quæ de cælo tunc facta ſunt, ſicut eloqui digne non adeam *, ſilere non audeo. LIX.
Hora circiter ſeptima Miſſam Dominicam ſolemniter cœpimus celebrare: nam dum nos * addam
aduenientes ad Chriſti fidem Iudæos vel exhortamur, vel adnotamus (ſiquidem nomina eorum
ſcripſimus) populus autem tanti gaudij epulis ſaginatus carnalium non meminiſſet eſcarum, pars
diei maior excurrerat. Cum igitur in eccleſia, quæ paululum a ciuitate ſequeſtri in loco ſita eſt,
in qua S. martyris Stephani nuper reconditæ reliquiæ conquieſcunt, nobiſcum pariter plebs vni-
uerſa

Mirabilis viſio.

* *reſpiciente*

uerſa Miſſam opperiebatur;duo quidem monachi, quos Dominus teſtes ſuorum miraculorum A
prælegit,in campo qui ante fores eccleſiæ protenditur,in herbis accubabant. Vir autem honoratus,Iulius nomine,cum alio quodam de ciuitate eccleſiam petens,cum per ipſos præterire cœpiſſet,reſpondente * vno ex monachis (viſo mirabili ſigno)conturbatus,confuſum emiſit clamorē; conuerſusq.ad ſe,protenſa manu,quæ verbo explicare non poterat,quid videret oſtendit. Erat globus quidam candidiſſimi luminis,proceritate ſui ſtaturam quaſi hominis adæquans,inſtar vaſculorum quæ vulgo Orcæ appellantur,tantæ vero claritatis & fulgoris,vt viſum fuit,quod fratri qui id prior notauit(ſicut ipſo referente cognouimus)Sol decidere videretur. hoc ſicut iſtis viſum eſt quaſi trans baſilicam, in qua vniuerſus nobiſcum populus conſederat,lento lapſu demittebatur; verum ita propinquum putauere,vt ſe idem frater ſtupore percitus curſu præriperet, exiſtimans id poſt baſilicam decidiſſe:ſed ab illo retractus fratre,greſſum inhibuit:ille enim ita quidem etiā ſibi viſum,tamen longius fuiſſe non quaſi certus,ſed vt æſtimans,aſtruebat. Mulieres autem quædam tunc Iudææ,inter quas matrona Meletij illius,cuius ſupra mētio habita eſt,de cœnaculo perſpicientes ita ſibi id ipſum viſum affirmabant,quaſi ſupra baſilicam decidiſſet. Verum hoc,vtrum Angelus,an ipſe Stephanus,quod viſum eſt,fuerit,incertum eſt. B

LX.

Grando inſtar mannæ.

a Exod. 16.

b Exod. 13.

Eadem diei hora circiter quarta,id eſt,paulo antequam hoc ſignum demonſtraretur,grando minutiſſima,quam incolæ inſulæ illius gentili ſermone Abgiſtinum vocant,non vſquequaque copioſa defluxit:hæc,cum odor ex ea mellis fragrare cœpiſſet,a multis quos per viam verberauerat, deguſtata,dulcior melle comperta eſt. Multi itaque ſapientes,cum eadem die filios [a] Iſrael ab Ægypto perfidiæ ſuæ atque a ſeruitute egreſſos viderent,hæc quæ facta ſunt, ſignis illis quæ in Exodo legimus,comparabant huic populo,qui Deum credulo corde intuens,verum etiam Iſraelis nomen meruit,mana crederent innouari:columnam quoque ignis,quæ patres in eremo præcedebat, vt etiam filijs a vera Ægypto atque fornace(ſicut ſcriptum eſt [b]) ferrea egreſſis,ducatum præberet ad vitam,oſtenſam fuiſſe exiſtimarunt. Et re vera(ſicut lectione Exodi atteſtatur) ſimilitudo ſignorum minime diſcrepat. Nam & illud quod niuem fuiſſe credidimus,ſemen coriandri minuti adæquabat,mellis ſaporem ferebat:& hoc quod apparuit,columnæ igneæ ſpeciem habuiſſe,manifeſtum eſt. Vtrumque autem ſignum etiam Iammonæ conſiſtentibus fratribus reuelatum fuiſſe cognoſcimus:nam & pluuiam mellis multi,quibus intellectus requirendi & per guſtus agnoſcēdi datus eſt,probauere:& columna candidiſſimi illius luminis multorum,quos dignos Dominus C
iudicauit,ſe ingeſſit aſpectibus. Vnde intelligi datur, Iudæos per vniuerſum Orbem fidei lumine viſitandos:quoniam quidem nobis qui in hac inſula,atque in hoc paruulo(vt ita dixerim) Orbe conſiſtimus,tantus cæleſtis gratiæ ſplēdor illuxit,vt vſque ad extremos terræ veſtræ terminos ſignorum viſio perueniret.

LXI.

Theodoro ad Eccleſiam veniente, alij eū ſecuti.

Sequenti igitur die ſumma omnium expectatio,vt Theodorus ſponſioni ſuæ ſatisfaceret,admonebat:qui cum iuſtis(quantum videbatur)allegationibus cunctorum vota crederet differenda,dicens matronam prius ſuam,quam in Maioricenſi reliquiſſet inſula,huc ſe velle deducere;ne forte ſi abſque conſenſu ſuo virum ſuum conuerſum fuiſſe agnouiſſet,(ſicut ſolet)pertinax perfidia eſſet,perſuaſione matris præcipue ſuæ,quæ adhuc ſupererat,& conſilijs dementata,& a coniugio viri religione diſcederet. Cum hæc Theodorus Chriſtianis iam acquieſcentibus propalaſſet Iudæis,qui conuerſi fuerant,acerrima commotione reſiſtentibus amputata dilationis mora, ad matris propinquæ ſinum feſtinus ipſe,vt in ſomnis viderat,cōuolauit. Poſt quem omnis, tamquā remoto obice,ad Eccleſiam ſynagoga confluxit. Mirum dictu,inueterati illius legis doctores ſine vlla altercatione verborum,ſine vllo Scripturarum certamine crediderunt.tātum percunctati,an uellent fidem Chriſti ſuſcipere:credere ſe in Chriſto,& Chriſtianos fieri cupere profitebātur. Cē D
tum quidam & duos(ut aſſerunt)ætatis atque perfidiæ ſuæ habens annos,ſine trium commutatione uerborum,ſpe futuræ uitæ alacer,decrepitus,optare ſe ut in fine temporum ſuorum per fidem Chriſti ad ſpiritualem reuerteretur infantiam;nobiſq.putrefacta iam ſenio mēbra,ut quantocyus per baptiſmum regeneraretur, ingeſſit.

LXII.

* Lectorij

Mira Dei opera in conuerſione Arthemiſiæ.

Fuerunt quidam Iudæi,qui prætereuntes,illuc appulſi,oportunitatem temporis atque uentorum aucupabantur:qui,nauigandi conceſſa oportunitate,credere maluerunt. Tres igitur tantum feminas, ſed nobiliſſimas Iudæorum, ad uirtutis ſuæ gloriam dilatandam, in duritie perfidiæ ſuæ Chriſtus permanere aliquantulum paſſus eſt. Arthemiſia ſiquidem Lectorij *, qui nuper hāc prouinciam rexit,& nunc Comes eſſe dicitur,filia,coniugis Meletij conuerſione commota, cum una ferme amica & nutrice & paucis ancillis domum uiri ſui deſerens,ad quamdam ſpeluncam, licet in uinea,tamen remotiore paululum loco ſita,oblita femineæ infirmitatis euaſit. Erat in ea paruum nouumq.torcular,lacusq.nouus factus figuram quodammodo gerere credentis populi videbatur;non enim iſtos ſicut vtres veteres,ſed ſicut nouos lacus muſtum noui Teſtamenti recepiſſe,& credimus,& videmus. In eo igitur loco cum per biduum matrona a viro ſuo offenſa inexorabilis permanſiſſet;vt primum tertia dies illuxit,famulæ aquam haurire imperauit:quam cū odore & ſapore mellis dulcedinem referre ſenſiſſet,primo quidem miniſtræ ſuccenſere cœpit; & cur in eodem vrceo mel iniecisset,indignans,inquirebat:poſtquam autem,vt quaſi negantem conuinceret,ad lacum pergit,de quo paululum cōcauis manibus hauriens,reperit aquam,qua per biduū vſa fuerat,in mellis ſuauiſſimi uerſam dulcedinem:aduocans itaque cunctas quæ aderant,vt guſtarent rogat,ne forte fallax ſapor in faucibus tantum ipſius ſuauitatem mentiretur. Omnes guſtantes,mira oblectatione affectæ ſunt,vt non aquam mellis ſapore delibutam,ſed mel ſinceriſſimum ſolum aquæ ſimilitudinem cenſerent. Stupore igitur percitæ,dum ad ciuitatem reuerti parantur, curioſius agentes,etiam rorem qui in herbis plurimis erat,deguſtatum ſimilem repererunt. Pergens itaque ad ciuitatem matrona memorata,hæc marito retulit,& per eum omnibus indicauit; ſtatimq.ad Chriſti fidem ſine reluctatione conſenſit. E

Verum

Digitized by Google

A Verum eadem die, qua Meletij vxor amaritudinem incrudelitatis abijcere ex melle compulſa eſt, eadem inquam die, qua memorata filia Iſrael, quaſi in deſerto poſita, illum antiquum [a] Mara lacū, iniecto Crucis ligno, obdulceſcere perſenſit: ita mirifico vereq. cæleſti omnis Eccleſia odore fragrauit, vt præſentiam Spiritus ſancti, quam & ante iam aliquoties, ſed pauciſſimi ſenſeramus, fraternitas pene vniuerſa ſentiret: & mirum cunctis illud fuit, quod per eoſdem dies ſerena propemodum iugiter permanente, creberrimi imbres demittebantur, & paulatim venientes ad fidem Chriſti Iudæos pluuia præcedebat: ita vt hoc animaduertentes, vulgo inter nos & quaſi iocularirer diceremus: Ecce iam pluuit, ſcitote quoſcumque Iudæos ad Chriſti fidem acceſſuros. Mirum dictu, frequenter, dum adhuc talia loqueremur, a quibuſdam Iudæis fidei ianua pulſabatur: nec immerito, ſicut ſcriptum eſt [b]: Pluuiam voluntariam ſegregabit hæreditati ſuæ Dominus. Deſuper erant feminæ, quæ in odorem vnguentorum Chriſti currere recuſabant.

LXIII. — a Exod. 15. — *Myſtica pluuia quid præſe ferret.* — b Pſal. 67.

Innocentij illius, cuius ſupra fecimus mentionem, matrona cum prole ſua, venerabilis (ſicut fama eſt) vidua, illico vt Innocentium ſororis coniugem conuerſum eſſe conſpexit, nauim conſcendit, non ſolum permittentibus, ſed etiam ſuadentibus nobis; quia ad fidem Chriſti nec verbis, nec B miraculis flecterentur. Vxor autem Innocentij per quatuor fere dies verbum ſalutis, quod ingerebamus, obduratis auribus recipiebat. Hæc cum omnem reſpuens medicinam, inſanabili incredulitatis valetudine opprimeretur, nulliſq. Innocentij coniugis vel minis, vel precibus, vel lacrymis moueri poſſet; vniuerſa, Innocentio rogante, ad domum in qua habitabat, fraternitatis multitudo conuenit, habens magnum dolorem animi, quod tantæ lætitiæ plenitudini vna mulier obſiſteret, quia iam ſoror eius manifeſte putabatur. Cum igitur diu caſſa verba ſurdis auribus ingerentes, nihil profeciſſemus; ad cognitum orationis præſidium conuolauimus; preceſq. quas humana repellebat impietas, ad cæleſtem miſericordiam vertimus. Itaque vſque in horam tertiam ferme hymnorū & orationum prœlijs aduerſus Amalech [c] hoſtem Ieſu ducis noſtri ſudauit exercitus. Inde cum iam pene (quod fatendum eſt) deſperantes, abſceſſionem moliremur; reſumptis rurſum viribus orationem cunctis indiximus; ſoloq. ſtrati, diu fleuimus: & cum in conſummatione orationis, Amen, populus acclamaſſet; & illa credere ſe, & Chriſtianam fieri velle, ſubiunxit. Nos itaque, hac etiam a diaboli laqueis eruta, læti ad habitacula noſtra perreximus.

LXIV. — *Cōuerſio vxoris Innocētij.* — c Exod. 17.

Sequenti, id eſt, octaua, demum die, qua veneramus Iammona, remeare ſtatuimus, optima pręC clare victoriæ gaudia reportantes: ſed cum iam in procinctu itineris conſtituti, ciuitate digrederemur, Dominus populo ſuo, quaſi pro viatico, gaudium, quod ſolum deeſſe videbatur, adiecit. Affinis ſiquidem Innocentij illa vidua de pelago reducta eſt: quæ ſubito ſe meis genibus aduoluens, fidei noſtræ auxilium cum lacrymis deprecabatur. Cui ego: Cur (inquam) mulier tanta animi leuitate fratres tuos deſerere voluiſti? Ad hæc illa: Et Iona [d] (inquit) Propheta a facie Domini fugere voluit, & tamen voluntatem Dei, licet inuitus, impleuit. Suſcipe ergo tu non ſolum me, ſed & iſtas orphanas, & Chriſto eas nutri. Et hoc miſerabiliter acclamās, duas filias ſuas paruulas mihi cum fletibus ingerebat. Quis nō præ gaudio fleuit? Cui non extorſit lacrymas lætitiæ magnitudo? Suſcepi plane ouem, quam ex omni numero ſolam erraſſe putabamus; eamq. cum gemino fœtu ad Chriſti ouilia reuocaui.

LXV. — *Conuerſio Matronę cū filiabus.* — d Ioan. 1.

Sane per hos octo, quibus hæc geſta ſunt, dies, ante initium Quadrageſimæ, Paſchæ a nobis celebrata eſt feſtiuitas: quingentas ſiquidem & quadraginta animas ad Eccleſiam conſtat adiectas. Inane autem & ſuperuacaneum non reor, vt cum multa propter infinitam copiam prætermiſero, in fine commemorem, neminem ex tanta Iammonenſis populi multitudine, qui per triginta milD lia paſſuum ante tot dies venerat, aut curam domus ſuæ, aut prouiſionem ſubſtantiæ, aut deſiderij affectum huic operi prætuliſſe. Illud magis mirum, magiſq. gaudendum eſt, quod ipſam Iudaicæ plebis terram diu inertem, nunc autem reciſis incrudelitatis vepribus, & recepto verbi ſemine, multiplicem fructum iuſtitiæ germinare conſpicimus: ita vt nobis in ſpe tantorum noualium gaudeamus, vnde inſignem perfidiæ eruimus ſiluam, illic fertiliſſima fidei opera pullulare. Primum enim ipſa ſynagogæ fundamenta euertere, deinde ad nouam baſilicam conſtruendam non ſolum impendia conferunt, ſed etiam humeris ſaxa comportant. Hæc beatitudo veſtra die quarto Nonarum Februalium virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti arrepta, octo diebus ab eodem conſummata eſſe cognoſcat, poſt Conſulatum domini Honorij vndecimum, & Conſtantio iterum victore. Quā obrem ſi indigni & peccatoris verbum dignanter admittitis, zelum Chriſti aduerſum Iudæos, ſed propter Deum, eorumdemq. perpetuam ſalutem, ſuſcipite. Forſitan enim iam illud prædictū ab Apoſtolo venit tempus, vt plenitudine Gētium ingreſſa, omnis Iſrael ſaluus fiat. Et fortaſſe hāc ab extremo terræ ſcintillam voluit Dominus excitari, vt vniuerſus orbis terrarum charitatis flagret incendio.] hactenus Seueri Epiſcopi epiſtola: miſſa enim (vt diximus) hæc ad cunctos Chriſti E fideles, inter alia loca, etiam Vzali in Africa, vbi Euodius Epiſcopus erat, lecta eſt, vt ante meminimus.

LXVI. — *Quingenti & quadraginta Iudæi ad fidē conuerſi.*

His autem quam citiſſime per vniuerſum Chriſtianum orbem vulgatis, Honorius Imperator legem [e] tulit, qua Iudæos vetuit honoribus & magiſtratibus fungi, militiæq. cingulo, ſi qui accepiſſent, exui: ratus nimirum, exemplo Minoricenſium Iudæorum, conuerſionem ipſorum eiuſmodi vexatione eſſe tentādam. Sed & illud accidit, vt cum eædem Seueri Epiſcopi litteræ per omnes Eccleſias legerentur, Chriſtianorum pariter omnium incenderentur animi ad conuerſionem Iudæorum aggrediendam, iiſdemq. initijs auſpicandam, qua cœpiſſe ſcirent Minoricenſes, nempe incenſione ſynagogarum ipſorum. Tolerabilis viſa eſt magiſtratibus eiuſmodi ex pietate prouenicns vis illata. Sed cum nec ob eam cauſam Iudæi conuerterentur, ijdemq. apud Imperatorem queri minime deſiſterent, opus fuit tandem conſulere illis; factumq. eſt, vt poſt annos demum quatuor, Imperatores ſancirent edictum, quo eiuſmodi ſynagogarum prohiberent incenſionem, & bonorum deprædationem. Sed quod nec ſic deſiſterent, qui ſemel ſumpta licentia hoc aggreſſi fuerāt

LXVII. — e L. 24. de Iudæis Cod. Theod.

Chriſtiani,

a ll. 25. 26. 27. de Iudæis Cod. Theod.

Chriſtiani, alijs eodem anno editis ſanctionibus [a] oportuit cohiberi. Extant ipſa edicta, ptimum que ſic ſe habet [b]: A

LXVIII. b l. 25 de Iudæis Cod. Theod.

Placet in poſterum nullas omnino ſynagogas Iudæorum vel auferri paſſim, vel flammis exuri. Et ſi quæ ſunt poſt legem recenti molimine vel ereptæ ſynagogæ, vel eccleſijs vendicatæ, aut certe venerandis myſterijs conſecratæ, pro his loca eis, in qnibus poſſint extruere, ad menſuram videlicet ſublararum præberi. Sed & donaria, ſi qua ſunt ſublata, eiſdem, ſi necdū ſacris myſterijs ſunt dedicata, reddantur: ſin redhibitionem conſecratio veneranda non ſinit, pro his einſdem quantitatis pretium tribuatur. Synagogæ de eetero nullæ prutinus extruantur, veteres in ſua forma permaneant.] hæc Imp. XV. Kal. Mart. Aſclepiodoto & Mariniano Coſſ. Sequuntur duæ leges eodem argumento ſub iiſdem Conſulibus datæ quas, ne nimis prolixi videamur, prætermittimus recēſere: Ceterum, quod non idem eſt conſecutus euentus, plane noinm factum eſt, non ſynagogæ conflagratione, ſed Protomartyris virtute in oſtenſione ſignorum Minoricenſes Indæos ad fidem eſſe conuerſos, vt ex dicta epiſtola ſatis exploratum habetur.

LXIX. *Zoſimi Papæ obitus.*

Ad calcem vero anni huius, nempe ſeptimo Kalendas Ianuarij, iiſdem Conſſ. Honorio XII. & Theodoſio VIII. Zoſimus Papa diem obijt, cum ſediſſet annum vnum, menſes quatuor, & dies ſeptem: hæc enim de tempore ſedis Zoſimi certiſſima ſupputatione colliguntur. Etenim enm nó ante annum ſuperiorem ſedere cœpiſſe, ex Conſulibns, quibus notatæ ſunt litteræ Innocentij Papæ datæ anno ſuperiori ad Concilium Mileuitanum, ſatis perſpicue demonſtratum eſt: eumdemque nec poſt præſentem annum fuiſſe ſuperſtitem, tum Acta Concilij ſexti Carthaginenſis ſequenti celebrato ſub Bonifacio Zoſimi ſucceſſore, tum etiam eiuſdem Bonifacij Papæ epiſtola data anno pariter ſequenti ſub Conſulatu Monaxij ad Epiſcopos Galliæ, ſatis manifeſte declarāt. quamobrē certum eſt, errare eos, qui Zoſimi ſedi tribuunt tres annos, eumq. non ante annum ſequentem deceſſiſſe volunt; cum & in libro de Romanis Pontificibus ipſum nonniſi annum ſediſſe & menſes duos ac dies vndecim legatur: licet ibi de numero menſium & dierum errorem ineſſe, quæ dicta ſunt de tempore obitus Innocentij doceant. Mortnus igitur dicta Decembris die Zoſimus, ſepultus eſt via Tiburtina apud corpus S. Laurentij martyris, vt apparet ex eodem libro de Romanis Pontificibus, in quo & de rebus ab eo geſtis hæc leguntur [c]: B

c Concil. tom. 1. in Zoſimo.

LXX.

Hic cōſtituit multa in Eccleſia: Vt diacones leuas tectas de pallis linoſtimis haberent. Et per parochias conceſſit licentiam benedicendi cereum Paſchalem. Et præcepit vt nullis poculum in publico propinaretur, niſi tantum in cellis fidelium maxime clericorum. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem, ordinauit presbyteros decem, & diaconos tres, & Epiſcopos per diuerſa loca numero octo.] hęc ibi. Quod autem ad cereum Paſchalem ſpectar, perperam acceperunt nonnulli, vt a Zoſimo putarint primo inuentum eſſe eius vſum; cum illud tantum a Zoſimo inſtitutum eſſe dicatur, vt idem cereus, qui in maioribus tantum baſilicis incendi ſoleret, æque ſingulis parochijs concederetur. Ceterum antiquiorem fuiſſe in Eccleſia Paſchalis cerei benedictionem & ſymbolicum ſacramentum, Prudentius, qni de eo hymnum cecinit, docet. C

LXXI. *Zoſimi Papæ res geſtę.*

Conſtat etiam eumdem Zoſimum hoc anno tres Legatos a Latere miſiſſe Carthaginem, Fauſtinum Epiſcopum Porentinum in Picœno, & Aſellum atque Philippum presbyteros ob diſſenſionem quamdam Africanorum Epiſcoporum cum Romano Pontifice obortam de proſecutione appellationum ad Apoſtolicam ſedem. Quoniam vero inter hæc ipſum Zoſimum contigit mori, remq. deuolui ad Bonifacium Zoſimi ſucceſſorem: quid in hac cauſa geſtum ſit, dicemus anno ſequenti, quo ſimul perdifficilem pertractabimus controuerſiam ad quinquennium inter vtramque partem ardenti ſtudio agitatam.

LXXII. *De electione Bonifacij, & Eulalij ſchiſmate conflato.*

Mortuo itaque Zoſimo, non amplius vna die ſedes vacauit, non autem vndecim, vt aliqui dixerunt: nam litteræ Symmachi Præfecti ad Honorium Imperatorem datæ hoc anno, quarto Kalēdas Ianuarij, de Bonifacij Papæ electione id ſatis euidēter demonſtrant. reddemus eas ex codice Vaticano vna cum alijs ſecundum ordinem temporis vltro citroq. datis de ſedanda diſſenſione in clero obotta; cuius pars minor, facto ſchiſmate, elegit Eulalium archidiaconum contra Bonifaciū presbyterum. Porro viuente adhuc Zoſimo, fluctuatum eſſe in Eccleſia Romana, & ob eam cām excommunicatos nonnullos ex clericis fuiſſe, ipſos vero profectos Rauennam ad Honorium Imperatorem, iam ſuperius ex litteris eiuſdem Zoſimi ad Rauennates clericos datis, enarratum eſt. Quomodo autem huiuſmodi ſchiſma conflatum ſit, audiamus ex Symmachi relatione ad Honoriū Imperatorem, & alijs litteris Romanæ Eccleſiæ presbyterorum ad eumdem Auguſtum datis, ſuo loco inferius ordine temporum recitandis. Modo vero reddamus litteras Symmachi [d] primo loco conſcriptas: D

d Habet has & alias inferius reddendas codex Vaticanus

Exemplum relationis Symmachi Præfecti Vrbis ad Honorium Auguſtum Rauennæ conſtitutum.

LXXIII. *Relatio Symmachi ad Honorium Imp.*

Quæcumque in Vrbe geruntur, me tacere non conuenit pro debito famulatus, quem maieſtati veſtræ ſemper exhibeo. Cum diu Epiſcopus Zoſimus graui incommodo laboraret, vſque adeo vt frequenter mortuus iactaretur: accidit vt ſecundo die poſt ingreſſum meum vita decederet. Statim (vt conuenerat) populum alloquendo commonui, vt cum quieto clericorum tractatu omnia finirentur, nec ſe rebus diſponendis miſceret turbatio popularis: ſiquidem certum eſſet, in eligendo Epiſcopo Dei omnipotentis expectandum eſſe iudicium. Domini Imperatores Honori & Theodoſi pij, felices & inclyti victores ſemper Auguſti. Admonui, & Corporatos officij quoque interminatus ſum, ac Maiores deterrui regionis, ne quis quietem Vrbis veſtræ turbare tentaret: quod ita cuſtoditum eſt, vt ſine ſtrepitu omnia finirentur. E

LXXIV.

Verum cum vir ſanctus Eulalius ad eccleſiam Lateranenſem de exequijs prioris Epiſcopi a populo & a clericis fuiſſet adductus: ibi per biduum cum maxima multitudine & cum pluribus ſacerdotibus remoratus eſt, vt expectaretur dies conſuetus, quo poſſet ſolemniter ordinari. Cum

hic ita

A hic ita eſſent, ſubito aliquanti presbyteri cum Bonifacio eiuſdē ordinis ad Theodoræ eccleſiā, collecto populo, properarunt: ibique habito tractatu, ipſum ordinare Epiſcopum velle cœperunt. Qđ vbi comperi; omnes qui pariter erant, ad me vt venirent, presbyteros depopoſci: ac reſidens cum clariſſimo viro Tribuno Sereniano, eos admonui, ne quid temere fieri paterentur, aut contra ſacræ legis ordinem venirent, aut contra conſuetudinis rationem. Sed tanta pertinacia reſtiterunt, vt quicquid minarum fuerit, facere minime dubitarent. Nam etiam presbyterum Bonifacium in eccleſia Marcelli ordinandum eſſe duxerunt, atq. cum eo ad ſancti Petri baſilicam proceſſerunt. Et quoniam pietatis veſtræ eſt, de hac parte ferre iudicium: ſtatim pro competenti ſolicitudine, veſtram maieſtatem credidi conſulendam: vt quod de hac parte pietas veſtra decernat, præcepto veſtri numinis euidenter informet, &c. Dat. quarto Kalend. Ianuarij.]

LXXV.

Ex his autem litteris, & alijs, quas idem Symmachus eodem argumento ad Honorium Imperatorem dedit, ſatis manifeſte apparet, ipſum fouiſſe Eulalij cauſam aduerſus Bonifacium: dum non ſolum potiora iura fuiſſe Eulalij quam Bonifacij, ſed tamquam res in aperto eſſet, vt nulla poſſet dubitatione præpediri, eumdem Eulalium legitimum eſſe Romanum Pontificem, Bonifacium B vero ſpurium, litteris ſignificauit. vt non miteris, ſi idem Symmachus recitatæ nuper epiſtolæ ſententiam illam addiderit: Quoniam pietatis veſtræ eſt, de hac parte ferre iudicium, &c.] quod ſcilicet Imperatoris eſſet muneris, cum conſtat de legitime electo Romano Pontifice, eum qui ſe poſtea tyrannice intruſiſſet, expellere, ſicq. paci conſulere, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ proſpicere. Quapropter ipſe Honorius, dum putauit eſſe verum quod Symmachus relatione ſuggeſſit, pro tuendo in ſede Eulalio, & expellendo Bonifacio, reſcriptum dedit, quod nos ſuo loco reddituri ſumus.

Quæ iura Imperatoris tempore ſchiſmatis.

LXXVI.

Vbi vero Imperator, litteris pro Bonifacio datis a Romanis presbyteris, rem ſe aliter habere cognouit; tunc quod Imperatoris erat munus perſoluit, & iudicium (vt decebat) exercuit. Sed num pro arbitrio ipſe ex duobus electis Epiſcopis, quem vellet, ſedere iuſſit? minime gentium. Verum potius conuocatis Epiſcopis, rem voluit ab illis cognoſci, atq. eorum ſententijs definiri: nempe vt cauſa perſpecte cognita, qui potiora iura foueret, legitimū Romanæ Eccleſiæ eſſe Pontificem, iidē declararent. Quomodo autem id egregie idem Imperator curarit, dicemus ex ordine temporis anno ſequenti.

Hoc eodem anno, iiſdem Coſſ. VI. Nonas Iulias, natus eſt Placidius Valentinianus ex Galla C Placidia & Conſtantio Cæſare viro eius. hæc Marcellinus [a] atque Sozomenus [b].

a Marcellin. in Chro. hoc anno.
b Soz. lib. 9. c. 16.

IESV CHRISTI ANNVS 419.	BONIFACII PAP. ANNVS 1.	HONORII 25. THEODOSII 12. IMPP.

I.

QVi ſequitur Chriſti annus quadringenteſimus vndeviceſimus, Conſulatu Monaxij atq. Plintæ notatur: qui quidem, ob conflatum inter clericos Romanos ſchiſma, ærumnoſus admodum Romanæ Eccleſiæ fuit. Etenim conculcata iuſtitia, fauore Symmachi extollebatur Eulalius: vnde Bonifacius vehementer depreſſus eſt, coactuſque deſerere S. Petri baſilicam, atq. cum ſuis extra Vrbem in baſilicam S. Pauli ſecedere. Inter hæc autem Honorius Imperator mendaci relatione eiuſdem Symmachi Vrbis Præfecti nonnihil in Bonifacium commouetur, quaſi poſt electionem D Eulalij in ſedem ſe tyrannice intruſiſſet, artipuiſſetq. violenter quod alienum eſſe conſtaret. Quamobrem veritus ne his turbis ipſa ciuitas contrarijs diſciſſa ſtudijs, in contrarias ſcinderetur factiones, bellumq. ciuile conflaretur; quantocyus in tanto diſcrimine Vrbi poſitæ occurrere ſtuduit. Vigebat namq. adhuc memoria cædium tempore ſchiſmatis Vrſicini aduerſus Damaſum patratatum; & quot annis fuerit laboratum, vt audacia ſchiſmaticorum penitus coerceretur; quantúque in his inſudandum fuerit prædeceſſoribus Imperatoribus. Ne igitur Vrbs rurſum talia pateretur, neve Romana Eccleſia tanta iterum clade cum dedecore afficeretur: ſimulac legit Symmachi relationem, qua certior reddebatur Eulalium iuxta canones, ſeruatis ritibus omnibus, legitime electum, Bonifacium contra intruſum eſſe; vt in re certa, quæ nullo indigeret examine, vel Epiſcoporum conſultatione, aduerſus Bonifacium, qui ſignificabatur inuaſor, & contra omne ius faſque ordinatus, reſcriptum dedit ad eumdem Symmachum. Extant quidem ipſæ Honorij Imperatoris litteræ datæ Rauennæ tertio Nonas Ianuarij, quibus decernit ordinationem Eulalij eſſe legitimam, mouetque Bonifacium eſſe coercendum, vtque ſi acquieſcere nolit, ex Vrbe pellatur. miſit ad hoc ipſum Romam cum his litteris Aphrodiſium Tribunum & Notarium. Litteræ autem Ho- E norii ſunt huiuſmodi:

Bonifacius ex agitatur a ſchiſmaticis.

II.

Geſtis omnibus recenſitis, laudanda ſublimitatis tuæ relatione perclaruit in ordinatione venerabilis ſacerdotij quietem veterem paucorum inſolentia attemptare voluiſſe. Nam cum poſt abſceſſum venerabilis viri Zoſimi, circa meritum Eulalij ordine ſubrogandi communi iudicio conueniens multitudo ſonuiſſet, ac plena erga ſe omnia, quæ regula Catholicæ poſceret diſciplinæ, ſucceſſoris confirmatio cuſtodiret: vehementer miramur aliquos extitiſſe, qui ſolemnitate contēpta, circa ordinationem alterius feſtinarent. In quorum caſtigandum factum manſuetudinem noſtrā rite oporteret inſurgere, niſi hoc tantum gerere decerneremus, eos ad veniam pertinere, quod lapſum ciro proprium contuentes, ad deprecandi ſuffragium ſunt relapſi, ignoſci ſibi ſuper id quod vim perpeſſi conqueſti ſunt, poſtulantes. Conuenire ergo votum & ſtudium noſtrum circa Eulalium ſacræ legis Antiſtitem, ſublimitas tua clementiæ noſtræ auctoritate præſenti cognoſcat; cui competens numerus ordinantium legitimus, ſolemnitas temporis, locique qualitas recte venerandum nominis apicem contulerunt.

Honorius Impe. deceptus relatione Symmachi reſcribit pro Eulalio.

Cum autem Bonifacio conſtet omnia defuiſſe,ſuperflue expectatam ſententiam noſtram eſ- A
III. ſe ſenſimus:cum factum ſuum ipſi,qui præſumpſerant,admotis damnaſſe precibus videantur. Ab
ſoluta itaque decernimus iuſſione,extraordinaria præſumptione ſummota, Bonifacium interdi-
cta confeſtim Vrbe prohiberi(erit verecundiæ eius,vt morem gerens cæleſtibus conſtitutis,ſpon
te diſcedat)Pertinacius reſiſtentem,inuitum præcipimus expelli.Plebeię ſane ſeditionis auctores
cum ſocijs ſuis ſublimitas tua,Symmache parens cariſſime atq.amantiſſime,ſtatuat attineri, atq.
in eos congrue vindicari,vt res temere præſumpta non tranſeat impunita.In qua re Aphrodiſium
Vicarium Tribunum & Notarium dirigi a noſtra manſuetudine placuit,vt præſente eo,quæ ſtatui
mus,celerius impleantur,quatenus quies populi nulla perturbatione vexetur,& pacata eum ve-
neretur vniuerſitas, quem ſecundum veterem conſuetudinem obſeruata ſacræ legis myſteria ſu-
ſceperunt. Dat.III. Non. Ianuarij, Rauennæ.]hactenus epiſtola Honorij Auguſti ad Symmachum
Vrbis Præfectum:hæc enim(vt dictum eſt)ſcripſiſſe Honorium Imperatorem,ſatis apparet, quod
falſis præuentus relationibus, Eulalium eſſe legitimum Romanum Pontificem, Bonifacium vero
inuaſorem alienæ ſedis,& quietis publicæ perturbatorem eſſe,Symmachi litteris percepiſſet. Ve
rum re deinde(vt ſe re vera haberet)optime nota atque comperta,in contrariam mox ſententiam B
abijt:& aduerſus Eulalium reſcribens, Bonifacio fauit.Sed de his agemus inferius:modo contex-
tum rerum geſtarum proſequamur.

His Romam allatis litteris,Symmachus Præfectus Vrbis hæc omnia nunciaturus Bonifacio,
IV. eum per miniſtrum ſuum accerſit;qui vna cum ſuis continebat ſe in baſilica S.Pauli extra Vrbem.
ad quē acceſſurus Symmachi miniſter,a populo verberatur.Hæc cum Symmachus accepiſſet,pu-
blicari primum iuſſit litteras Imperatoris pro Eulalio aduerſus Bonifacium datas , inde Vrbis o-
ſtia claudi,ne Bonifacius in Vrbem redire poſſet;qui interim ab apparitoribus ſeruatur illæſus.In
ter hæc autem Eulalius agens in Vrbe,ad ſancti Petri baſilicam accedens,ibi ſacra egit,ſuorumq.
immenſa lætitia ſuſceptus eſt.Hæc omnia ex litteris Symmachi,quas ad Honorium poſtea ſcripſit,
accipiuntur.Sunt vero huiuſmodi:

Exemplum relationis Symmachi ad Principem.

V. Vbi primum ſacer ſermo pietatis veſtræ expectationem populi celeritate præuenit; omne
Relatio Symmachi de reb. proxime geſtis. quod ſibi diuerſitas voluntatum vſurpauerat de Epiſcoporum electione ſummouit, ac diuina pro-
uiſione inter initia reſecauit , quod tarditate imperitæ multitudinis , creſcentibus ſtudijs, diffi- C
cilius potuiſſet auferri, Domini Imperatores.Ob quam rem ſtatim debito famulatu implere,quæ
fuerant imperata,properaui;eo quod felicitati clementiæ veſtræ adſcribendum eſt,res noui exem
pli,& maximæ contentionis,magniq.certaminis,vt ſine commotione populi cœpta fuerat,ita ſal-
ua clementia veſtra cum totius multitudinis quiete finita eſt. Nam cum eo tempore ad me ſacra
perlata eſſet auctoritas,quo ſancti diei erat celebranda ſolemnitas;ſtatim(vt oportebat) miſſo Pri
miſcrinio,Bonifacium ad me venire admonui,quod præceptum fuerat,agniturum , ac ſe a proceſ-
ſione,quam ſibi inhibitam didicerat,abſtineret.qui conuentione contempta,proceſſit, atque eum
quem direxeram, dedit populo verberandum.

VI. Quod vbi nunciatum eſt,habito cum Vicario Tribuno Sereniano tractatu,ad S.Paulum, quo
Rurſum falſa refert Symmachus. conuenerat,& ſacra exemplaria pro cautela direxi,ne quid in iniuriam publicam de præceptis im
miſſa multitudo temptaret;& partem Officij pariter deſtinaui.Sed neutrum fieri paſſus, cū ad Vr
bem vellet pariter cum populo remeare;ſtatim ad portas,tam contubernales,quā apparitores oc-
currerunt,qui eum(vt ſtatutum fuerat)Vrbem veſtram ingredi prohiberent. Verum ipſos quoq.
contemnendos credidit,atque violenter ingreſſus,a certa Vrbis parte pluribus occurrentibus, eſt D
repulſus,nec permiſſus quod cogitabat implere.Quod vbi turba,quæ comitabatur, aſpexit , ſine
aliquo tumultu diſperſa eſt.Ipſe vero extra murum deductus,non longe ab Vrbe remoratur: qui
ne occulte per noctem ingreſſus Vrbem,ad eccleſiam conuolaret,& rurſus populi ſtudia commo-
ueret,communi tractatu pro competenti ſolicitudine , contubernales & apparitores quatuor illic
ſine iniuria eius obſeruare diſpoſui,expectans quid pietas veſtra decernat,vt quies poſſit,quæ ha-
ctenus ſeruata eſt,perdurare. Circa partem vero Eulalij Epiſcopi venerabilis viri , qui eo die pene
cum omni multitudine ad S.Apoſtoli Petri baſilicam ſolemnia celebrabat,vbi primū pietatis ve-
ſtræ præcepta ſunt publicata,fuit totius lætitia ciuitatis. Vnde ea quæ populus Romanus publico
* gaudio diuerſis acclamationibus,agens gratias maieſtati veſtræ *,credidi publicanda, & relatio-
ni meæ vniuerſa ſubieci:vt agnoſceret pietas veſtra,& quanta quiete Vrbis totius correcta ſint , q̄
male fuerant admiſſa temeritate paucorum;& quanta gratia ſuſcepta ſint,quæ clementia veſtra di
uino iudicio & perſeuerandæ religionis reuerentia decernenda credidit , & pro quiete Romani
populi in perpetuum ſeruanda conſtituit. Dat.ſexto Id.Ianuarij.]

VII. Inter hæc autem,qui erant ex Bonifacij parte presbyteri,quod ſcirent Imperatorem Honoriū E
mendaci eſſe deceptum relatione Vrbis Præfecti Symmachi:ſtudent,vt quanto citius fieri poſſit,
idem Imperator de veritate certior redderetur:quamobrem ad eum dant litteras, quibus res ge-
ſtas,quomodo re vera ſe habuerint,certa fide narrarunt.

Extant in eodem codice Vaticano ipſæ litteræ,ſiue preces Romanorum presbyterorū ad Ho-
norium Imperatorem pro Bonifacio in hunc modum conſcriptæ:

XIII. Petimus clementiā veſtram,pijſſimi & clementiſſimi Impp. Honori & Theodoſi ſemper AA.
Libellus ſupplex presbyterorum Rom. ad Honorium Imp. Poſt abſceſſum S.Zoſimi Papæ Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ(vt fieri mos volebat,atq.ipſa reli
gionis diſciplina dictabat)plures in vnum conuenimus ſacerdotes, vt de cōſtituendo ſucceſſore cō
muni iudicio tractaremus.Sed quoniam Lateranenſem eccleſiam,obſtructis pene omnib. ingreſ-
ſibus,archidiaconus Eulalius,contemptis impie ſummi ſacerdotis exequijs,diaconib.& pauciſſi-
mis presbyteris ac multitudine turbatæ plebis obſederat:altero die ad eamdē eccleſiā , vbi prius
ab omnibus fuerat conſtitutum, habita omnium collatione properauimus:ibiq. participato cum

Chriſtiana

Digitized by Google

A Chriſtiana plebe conſilio,quem Deus iuſſit,elegimus.Nam venerabilem virum Bonifacium,vete *Bonifacus qualis & qualiter electus.*
rem presbyterum,in lege doctiſſimum,ac bonis moribus comptobatum,& (quod eum magis or-
nabat)inuitum,acclamatione totius populi ac conſenſu meliorum ciuitatis aſſeruimus,diuinæ in-
ſtitutionis ordine conſecratum. Nam ſubſcribentibus plus minus ſeptuaginta presbyteris, aſtan * bene electionē
tibus nouem diuerſarum prouinciarum Epiſcopis,benedictionem * competenti tempore conſtat
fuiſſe celebratam;ac prius omnia quæ ſolemnitas exigebat,celebrata ſunt.

Sed cum prædictus Eulalius,qui antea per tres conſacerdotes noſtros fuerat ex multorum au- IX.
ctoritate conuentus,ne quid ſibi temere præter conſcientiam cleri maioris aſſumeret,circumuen *Eulalij temeritas & Tyrānis.*
tis pauciſſimis presbyteris,male acceptis his,ac diuerſæ cuſtodiæ mancipatis, qui ad prohibendū
cum litteris venerant,exhibito etiam cum alijs Oſtienſi Epiſcopo,quem prope mortuum conſtat
accitum(nam tractum eſſe nolentem,ſenis ægritudo teſtatur)in locum ſibi non debitum,incuſto-
dito religionis ordine,per ambitum proruiſſet: cœpit factū ſuum per homines diſciplinæ inſcios
ac religionis ignaros indecenter tueri;æſtimans humanis perturbationibus ſe confundere ſenten-
tiam poſſe diuinam. Et quoniam clementiam veſtram conſtat falſidica relatione deceptam,vt ne
B ſcio quid in iniuriam diuini numinis ſanciretis(nam diuinum eſt,quicquid tantorum firmat ele-
ctio) Petimus pietatem veſtram,vt remoueri priora conſtituta iubeatis,atq. Eulalium, qui in locū
ſurrepſit alienum,ad Comitatum ſereuitatis veſtræ cum auctoribus ſuis debere adduci. Nos enim
profitemur S. Papam Bonifacium noſtris cum ſacerdotibus affuturum : relictis ſingulis Titulis,
presbyteri omnes aderunt,qui voluntatem ſuam,hoc eſt,Dei iudicium proloquantur. Iubeat etiā
veſtra clementia,omnes adeſſe,quos cauſa conſtringit;eijci etiam ciuitate nolentes,qui ſe non pa
tientur adduci. Innenietis,cum cœperit agitari interna diſcuſſio,quod omnibus diuinis legib. ab-
horreat,verum etiam diſplicere poſſit humanis:quo hoc conſecuti agamus æterno Imperio veſtro
maximas atque vberes gratias.]hueuſque preces presbyterorum ad Honorium Imp.Qui pruden
ter quidem(quod viderent Symmachum Præfectum ſtudere Eulalio, ipſumq. Bonifacium ab eo
pulſum ex Vrbe)cauſam ipſam rogant ad ipſum Imperatorem perferri,quod aliter non liceret in
libertatem vindicare Bonifacium oppreſſum fauore potentium:fore ſperantes,vt iuſſu Imperato
ris(quod poſtea factum eſt)delecti Epiſcopi cauſam electionis cognoſcerent.

His acceptis ſupplicibus litteris a Romanis presbyteris,Honorius Imp.reſcribens ad Symma X.
C chum Vrbis Præfectum,monet,vt agat tam cum Bonifacij quam etiam cum Eulalij parte,vt am- *Honori⁹ Imp. ad ſe aduocat vtramq. partem.*
bo ſe Rauennam conferant ad ſextum Id.Februarij. Præterhæc etiam ſcripſit idem Honorius ad
ſacerdotes diuerſarum prouinciarum,vt omnes Rauennæ præſto eſſent,quo de tanta controuer-
ſia diſceptarent. Reſcriptum autem ad Symmachum per Aphtonium datum XVIII.Kal.Februa-
rij eſt huiuſmodi:

Poſt relationem ſublimitatis tuæ delatam manſuetudinis noſtræ auribus,presbyterorum alle XI.
gatio cauſam nobis non ſuperuacuæ deliberationis iniecit. Ideo decet,ambiguitate ſepoſita,fide- *Reſcriptū Honorij ad Symmachū P.V.*
lem rerum ordinem cominus experiri:quamque partem prætermiſſus geſtę rei ordo arguat,quam
ſeruatis adiuuet,multis coram conſentibus,approbari:vt vtriuſque facti ſimul qualitate perpen-
ſa,& circa vnam rite definita conſiſtat,& circa aliam temere aſſumpta non maneat,Symmache pa
rens cariſſime & amantiſſime. Ob quam rem illuſtris & præcelſa magnitudo tua,ſuſpenſis omni-
bus quæ ſuperius ſunt decreta,nullique interim præiudicio comparato,auctoritate præſentis ora
culi,vt vtrumque,hoc eſt, Bonifacium & Eulalium religioſiſſimos viros inſtantia digna conueni-
ret,vt intra diem ſextum Iduum Februarij Rauennatum ciuitatem pręſentiam ſuam maturare nō
D differant:omnibus atque * admonitis,qui auctores vtriuſque ordinationis exiſtunt,vt amota excu * æque
ſatione,non deſint,vt facto quiſque erga alterum proprio prolatis Eccleſiaſticæ inſtitutionis exē-
plis,defenſor exiſtat;ſeque purgato,alium magis in legem Catholicam deliquiſſe,præſumpta im-
meriti electione conuincat,iudicium de ſtatu ſuo quiſque,ſi adeſſe neglexerit,ſortiturus,nimirum
intelligi improuide,immo illicite ſe feciſſe,quod coram non audeat defenſare. Nos quoque ex di
uerſis prouincijs competentem numerum ſacerdotum ſcriptis noſtræ ſerenitatis accimus: vt rem
deductam in dubium abſoluat nobis coram diſceptatio plurimorum. Cum autem omnia futuro
integra ſunt iudicio reſeruata, de tranſactis ſibi blandiri neminem decet: præſentis etiam iudicij
docebit exemplum,quod in eiuſmodi negotijs obſeruari debeat in futurum. Dat. XVIII. Kal.Fe-
bruarij per Aphtonium.]Quæ autem Romæ acta ſint per eumdem Aphtonium, relatio Symma-
chi ad eumdem Honorium data declarat his verbis:

Cum vir clariſſimus Aphtonius Decurio ſacri Palatij veſtri cum cæleſti præceptione ad Vr- XII.
bem venerabilem conueniſſet,omni genere feſtinaui,quatenus præceptis numinis veſtri obedien *Symmachi P. vrb. littera de Aphtonio miſſo.*
tiam commodarem. Nam ſtatim conuentis proceribus ſacra iuſſio publicata, & ad religioſos vi-
E ros Bonifacium & Eulalium miſſa conuentio eſt,Domini Imperatores. Clericos quoque eorum
præcepi pariter admoneri,vt nihil futuro,cognoſcente pietate veſtra,deeſſet examini. Vnde hæc
omnia Geſtorum ſerie comprehenſa,ad plenam inſtructionem,ſubter annexui. Verum poſtquā
pars vtraque populi diuerſis ſeditionibus exagitaretur,ſingulos admonitione miſſa conueni, ne
ad vnam eccleſiam conuenirent,& quod fieri non licebat,inter ſe multitudo confligeret. Sed hoc
illis viſum eſt,credo,ſuſpectum,quo quietem ſuadendam credidi hominibus perturbare volenti-
bus ciuitatem:ob quam rem ambæ partes calumnioſiſſime crediderunt conteſtationibus appetē
dum,vt errorem ſuum compoſitis mendacijs excuſarent. Quod ne in aliquo clementiam veſtram
lateat,eadem quæ obtulerunt,Actis inſerta tranſmiſi,ſine quicquam ſuppreſſum eſſe quererentur.
Supereſt, vt apud clementiam veſtram nullius partis ſtudijs famuli veſtri apperantur abſentia,
qui ſemper maieſtati veſtræ puris ſeruitijs approbati,ne ab impugnatione † & fauore ambarum † locus obſcurus.
partium,vt decebat,crediſiſſe putandum. Dat. VIII. Kal.Februarij.]

Sic igitur(vt dictum eſt)Honorius Imp.tum Eulalium,tum etiā Bonifacium ad ſe Rauennā XIII.

Digitized by Google

acceſſit,quo ſtudia partium conquieſcerent,dum quid de alterutrius electione legitima decernē- A dum eſſet,ſcirent alieno arbitrio terminandū.Ceterum quod noſſet Imperator maxime pius res Eccleſiaſticas Eccleſiaſtice atq.à iudicibus Eccleſiaſticis eſſe tractādas,mox datis litteris,Rauennam conuenire iubet Epiſcopos.Quibus,vbi illuc conueniſſent,Honorius ſcripta commonitione, eis ſignificauit,ne cum ipſis ſederent Iudices,qui Bonifacij electioni præſtn fuiſſent;ne ijdem fautores alterius partis,Iudices etiam eſſe viderentur.Porro ipſa Honorij admonitio,quā Commonitorium appellare conſueuerunt,ſic ſe habet:

Admonitio Honorij Imp. ad Synodum.

* expetebat

Omnia quidem clementia noſtra in præſenti beatitudini veſtræ congrua ordinatione mandauit,vt ſequeſtratis omnibus,veſtro indicio quid obſeruari propter quietem populi deceat,ſineretis.Meminimus quoq.hoc a nobis in primis,quod æqnitas expectabat *,eſſe mandatum:Vt hi Epiſcopi,quos interfuiſſe eorum ordinationibus conſtat,& poſtea ſubſcripſiſſe, ſine iniuria ſui, & manente reuerentia,Iudices non ſederēt, nec vllum præſtare teſtimonium poſſent;ne non tam nouam prolaturi ſententiam,quam ſeruaturi factum præteritum viderentur.Hi ergo(ſicut ſuperius diximus)ab ea diſceptatione ſe abſtinere debebunt.Illud quoq. ſimiliter cuſtodiendum beatitudo veſtra cognoſcat:nulli parti præiudicium comparatum,quod a nobis antea claruerat conſtitu- B tuni.Cum & celeriter deſtinata iuſſa propter qnietem populi, pietatis noſtræ ſecuta auctoritate, ſummota ſint:nihil hinc aut vindicare pars altera poterit,aut altera formidare.Attendentes ergo iudicium Dei,quod in tali cauſa vobiſcum ſimul reſidere manifeſtum eſt, examinatis omnibus, id vos cuſtodire decet,quod,infundente cæleſti Spiritu,habere Chriſtianæ legis integram reuerentiam poſſit.]quæ ſequuntur,ſunt exarata alio charactere.

XIIII. Achilleus Epiſc.Spoletin' iubetur loco Pōtificis ſacra agere.

Hæc Synodns inter ſe diſſentiens præſentem cauſam terminare non potuit.Vnde venerabilis Imp.Honorius ad Maias Kalendas hoc credidit negotinm differendum:& interim propter dies q imminebant ſanctæ Paſchæ,vtroſque,Bonifacium ſcilicet & Eulalium ab Vrbe iuſſit abſcedre, & Spoletinum Epiſcopnm Achilleum Romæ ſacra myſteria celebrare:Symmachoq.Præfecto Vrbi hoc idem ſuis ſcriptis inſinuat.

XV. Reſcriptū Honorij de Achilleo Epiſc.Spoletino.

* nouerit

Magnarum deliberationum non debet citum eſſe indicinm;nec temere proferenda ſunt, quæ ſeruanda in perpetuum ſanciſitur.Sæpe de Epiſcopis Vrbis æternæ altercatione partium ſub examine ſacerdotum cōceſſa cognitio eſt:ſed ne quod ſeſtinum celeritate iudicij proferatur, id clemētiæ noſtræ ſedit arbitrio.At quoniam vicinitas ſanctorum dierum Epiſcopi præſentiam poſtnla- C ret,nec in Vrbe ſacratiſſima fas eſt Paſcharum p̄ſertim dies ſine ſacerdote celebrare:idcirco,Symmache parens cariſſime atq.amantiſſime,illuſtris magnificentia tua Achilleū nos elegiſſe cognoſcat,quem a ſauore partium cōſtat eſſe alienum,qui myſteria ſacræ obſeruationis impleret. Tranſactis vero ſeſtis diebus,ex iudicio ſacerdotnm,quæ debeant cuſtodiri,conſilio maturiore tractabimus.Monemus ſane,vt regionnm primatibns euocatis,diſciplinæ publicæ,quietique proſpicias: quibus decretorum noſtrorum præcepta inbeas aperiri:Ne quis ſcilicet vllum tumultum, neque ſeditionem audeat commouere:quam ſi quis inſana perſuaſione conquiret,non in eos tantum qui in perturbatione fuerint deprehenſi,ſed in regionum quoque Priores * . . . vindicandum. Nouimus enim quietem publicam facile cuſtndiri,ſi incentorum cupiditates & fomenta ceſſauerint.] hactenus ibi,quibns ſubijciuntur litteræ eiuſdem Imp.ad dictum Achilleum Epiſcopum Spoletinum his verbis:

XVI. Honorij Imp. Epiſtola ad Achilleum.

Quoniam de Romano ſacerdotio propter anguſtiam temporis,quam dierum ſolemnitas fecit,quæ abeſſe Epiſcopos a ſuis Eccleſijs non ſinebat,dilatum conſtat eſſe iudicium: recte noſtra ſerenitas credidit ordinandum,vt beatitudo tua ad venerabilem Vrbem congrua deuotione feſti- D net,quatenus S.Paſchæ dies,ea qnæ conuenit quiete,cum ſolemnitate conſueta,populis repræſentes:nec conſuetudini obſit,quod differri Synodum multiplex neceſſitas fecit. Illud ſane in primis ac præcipue commonemus,ne vnquam vlla illorum mentio fiat,de quibus conſtat ſuſpenſos eſſe iudicio.]hactenus Honorius ad Achilleum.

Dedit tunc idem Honorius Aug.ad Senatum quoq.de recipiendo Achilleo eiuſmodi litteras:

XVII. Epiſtola Honorij Imp. ad Senatum.

Simus,Patres Conſcripti,a vobis cunctationem noſtram non poſſe reprehendi,quibus ſemper in re omni probatur Conciliorum iudicijque maturitas. Nec ſane de ſummis cita debuit & potuit eſſe ſententia;quam vt æternam,ita probabilem ex omni parte decet eſſe perfectā.Inter Epiſcopos,quos in Vrbe ſacratiſſima fauētium ſtudia & partium voluntas elegerat, ab omnibus qui aderāt ſacerdotibus iuſſeramus audiri:& aliquoties iterata cognitio eſt.Verum cū longiores moras examinatio tantæ cognitionis afferret,& plura inquiſitio Iudicum diligens inueniret, quibus finis citus non poſſet imponi,& feſtorum dierum celebritas celeritatem definitionis expoſceret:ne quid temerarium promeremus,rem omnem credidimus differēdam. Miſſus itaque eſt Achilleus vir religioſns Epiſcopus Spoletinæ ciuitatis,per quem ſanctorum dierum celebritas imploretur. E Amplitudinis veſtræ eſt,popularium mentes ad quietem conſilij ſalubriter retinere,cum probabilem ac neceſſariam dilationem noſtram dubitare nequeatis.Dat.Idibus Martij.]Ad populum vero ita ſcripſit idem Auguſtus:

XVIII. Honorij Imp. ad populum Epiſtola.

* Concilium

Fidei curam,Quirites optimi,maximam iudicantes, nihil feſtinum aut immaturum credidimus proferendum. Ea enim in cauſa religionis decerni cenſemus,quæ ſine errore ac reprehenſione ſententiæ ab omnibus comprobentur.Itaque cum in cognitione,quam de Epiſcopis,qni in Vrbe fuerant conſtituti,ſub iudicio ſacerdotum intentionis hæreret ambiguum,nec,naſcentibus ſubinde cauſis,finis certantibus ſtudijs poſſet imponi,ac diu de rebus varijs deliberatio noſtra penderet;futuram cognitionem ad integrum ſacerdotum numero pleniore conſilium *, omne negotium conſtituimus differendum;vt cauſa ex omni parte librata,tranſactis Paſchæ dieb.terminum quē æquitas & religio poſcebat,acciperet.Simul,qa de ſacerdote nihil poterat definiri, tēporarie elegimus q reuerenda ſacris diebus myſteria celebraret;vt ibi,Quirites,ad honorem ſacræ Vrbis

præſto

Digitized by Google

A præſto eſſet ſolemnitas ſacerdotis. Quare imitati patientiam veſtram, placidis animis quæ pro pace publica ſuademus, accipite: ſanctorum cultus dierum debita tranquillitate tranſcurrat: quietem publicam ſeditio nulla perturbet: fauor proprius circa nullum qui notetur, appareat. Decet enim, ſuſpenſis ſenſibus, omnia noſtro integra reſeruare iudicio; nec furore quodam, ſed debita probitate expectare potius quam poſcere ſacerdotem. Quod ſi prauos incentores ſecuti, turbarum tumultus potius quam quietem ac modeſtiam legeritis, quibus fauetis, monſtrabitis: non ſolum vobis, ſed & auctoribus veſtris, quorum conſilijs inhæretis, periculum ſalutis, ad quod nos compelliris, imminebit. Neque enim venia dignus eſt, qui ab improbitate humanitatis noſtræ monitis non poteſt retineri. Dat. Idibus Martij.]

Dum iſta agerentur in Vrbe; qua ad dirimendam tantã cauſam plenior Synodus haberetur, Honorius Imperator ſtudioſiſſimus Chriſtianæ concordiæ, Epiſcopos alios hinc inde ad dilatam Synodum ſtatuit congregare: qua de re ad diuerſos ſanctiſſimos Epiſcopos litteras dedit; inter alios vero ſcripſit etiam ad S. Paulinum Nolanum Epiſcopum, quem ob egregiam ſanctitatem doctrinamq. plurimi faciebat: eum enim & ante ob eãdem cauſam litteris ad Synodum accerſierat; XIX. *Honorius Imper. alios vocat Epiſcopos ad Synodum.*
B ſed morbo ille detentus minime accedere valuit: modo vero, vt omnino veniat, his rogat litteris, quibus quantæ eſſet Paulinus æſtimationis, probe intelligere poſſumus. Epiſtola autem Honorij ad eum data ſic ſe habet ex eodem petita codice:

Sancto ac venerabili Patri Paulino Epiſcopo. Tantum fuit apud nos certa ſententia, nihil ab his ſacerdotibus, qui ad Synodum conuenerant, poſſe definiri, cum beatitudo tua de corporis inæqualitate cauſata, itineris non potuit iniuriam ſuſtinere. Et propter abſentiam ſancti viri non quidem obtentura, interim tamen vitia gratulantur, cum praua & vetus ambitio & cum benedicto viro ſanctæq. vitæ diu velit habere certamen, vt contra hæc Apoſtolicæ inſtitutionis bona, de præſumptis per vim parietibus exiſtimet confidendum. O vere digna cauſa, quam nonniſi coronæ tuæ beata vita deſignat. Dilatum itaque iudicium nunciamus, vt diuina præcepta ex venerationis tuæ ore promantur, qui ea ſecutus impleſti: nec poteſt alius eorum præceptorum lator exiſtere, quam qui dignus Apoſtolicis diſciplinis eſt approbatus. Specialiter itaq. domine ſancte, merito venerabilis pater, iuſtus Dei famulus, diuinum opus, contempto labore, tributũ hoc nobis viſitationis tuæ (ſi ita dicendũ eſt) munus indulge: vt poſtpoſitis omnibus, quantum temperantia & his tranquillitas XX. *Epiſtola Honorij Imp. ad Paulinũ Nolan. Epiſc.*
C ſuffragantur, Synodo profuturus, ſine intermiſſione etiã deſiderijs noſtris & benedictioni, quã cupimus, te præſtare digneris.] hæc ad Paulinum Honorius. Idemq. ad Africanos Epiſcopos eadem ex cauſa has litteras dedit, quibus eos vocauit ad Synodum Idibus Iunij Spoleti habendam:

Serenitas noſtra in omnibus cauſis, tamen præcipue in his quæ ad venerabilem religionem pertinent, propenſum cupit habere iudicium. De ſacerdotio Vrbis æternæ exorta contentione, etiam trans maria credimus eſſe nunciatum, quod a paucis non potuit terminari. Ideo multorum cõſtat neceſſarium eſſe iudicium. Quapropter ſanctitas veſtra, quos vitæ bonum & legis doctrina commendat, intra diem Id. Iuniarum ad Spoletinam ciuitatem, amputatis excuſationibus, properare dignetur: vt id quod veritas & religionis norma dictauerit, Deo pariter cunctorũ mentibus inſpirante, ſententia iudicetur; ne diutius Apoſtolicæ ſedis ſacerdotium differatur.] hæc ad Epiſcopos Africæ. Priuatas vero idem Imperator ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem his verbis ſcriptas litteras dedit: XXI. *Honorij epiſtola ad Epiſ. Africanos de Synodo Spoleti cogenda.*

Aliam quidem veniendi cauſam optaueramus eueniſſe, vt deſiderato benedictionis tuæ frueremur aſpectu. Sed quia aduerſus Papam vrbis Romæ ambitio reprehendenda certamen indixit, XXII. *Epiſtola Honorij ad Aureliũ Epiſc. Carthaginenſem.*
D & ſanctam vitam in Epiſcopo æſtimat non requirendam; cœptum ſuper hac diſcuſſione iudicium non minor numerus ſacerdotum, quam Synodi conſuetudo depoſcit, in plures doctiſſimoſque viros, quorum ſanctitas tua princeps eſt, prorogauit. Neque enim præmia caſtitatis & meriti, ſummotis vitijs, quæ reſpuit diuinæ religionis ſacroſancta præceptio, per alios quam tales viros oportuit reuelari. Et quamuis ſufficerent domini germani mei Aug. Principis ſcripta: poterunt * etiam in ea tantũ, quibus aduentum ſanctitatis tuæ pariter adiunxi. Quæſo itaque, domine ſancte pater merito venerabilis, vt duplex beneficium tribuatis, & deſideratę nobis benedictionis tuæ, & neceſſarij pro habitudine iudicij proferendi, intermiſſis omnibus (Dominum intuens) de eius ſacerdote firmando labor veniendi non debet recuſari, pręſtare dignetur.] hęc ad Aurelium Imperator: qui & alias addidit ad celebriores Africę Epiſcopos, nempe ad S. Auguſtinum & alios hic deſcriptos, ea de re ſingulas ſingulis litteras dans, iiſdem tamen verbis conſcriptas: nomina autem omnium, ad quos Honorius ſcripſit, hęc ibi recitata leguntur, Auguſtinus, Alypius, Euodius, Donatianus, Siluanus, Nouatus, & Venerius. litterę vero ſunt huiuſmodi: ** proderunt potuerunt locus obſcurus*

E Perueniſſe ad venerationem tuam, certa eſt pietas noſtra, certamen aduerſus Papam vrbis Romę, vitia cum caſtitate pugnare, & huiuſce rei tam diuturnum eſſe conflictum, vt inter tot ſacerdotes, qui ad Synodum conuenerunt, quibuſdam diſſenſionibus nondum potuerit, Apoſtolica præceptione firmata, ita * præferri, quam tantum ſe interdum bene ſcire † aſtipulanti quoque ea parte, quæ diſceptat, ſine dubitatione conſenſiſſet: vt plane fuerit manifeſtum, expectari tuæ indiciũ ſanctitatis, in cuius præſentia promenda ſententia differretur, qui merito vitæ præcedens, recte etiam ex tranſmarinis regionibus, vt iudicare poſſis, expecteris. Sed quamuis ſacra domini germani mei Auguſti Principis ad Italiæ Synodum euocans auctoritas non negligenda prouenerit, ſocianda ſpecialiter etiam ſerenitatis noſtræ ſcripta iudicamus: quibus precor, vt deſiderabilem aſpectum benedictionis tuæ ſine excuſatione concedens, omnipotenti Deo gratum iudices hunc laborem, & pro proximo ſacerdote, & pro ſanctæ vitæ meritis ſententiam prolaturus, remunerationem vexationis huius in præmio diuino intelligas conſtitutam. Dat. III. Kal. Aprilis, Rauennæ.] hæc ipſe. XXIII. *Litterę Honorij ad diuerſos Epiſcopos Africanos.* ** vita † locus obſcurus*

XXIIII. Quod autem ait, alias ante litteras eſſe datas ad ipſos Epiſcopos per germanum ſuum, Hono A rius Imperator Conſtantium intelligit, cui ob pręclaras res geſtas aduerſus tyrannos ſororem ſuā Gallam Placidiam dedit vxorem; eumdemque in collegam Imperij cooptatum, germani habuit loco. Ceterum non Africanos tantum, ſed & Gallos Epiſcopos Honorium præſentes Synodo eſſe voluiſſe ipſe teſtatur alijs litteris inferius recitandis.

XXV. *Cur Synodus celebrari deſiit.* Quod autem indicta Synodus fuerit intermiſſa, nec ad effectum perducta, Eulalij temeritas cauſa fuit; iuſtoq. Dei iudicio factum eſt, vt ſuis operibus, abſq. alio nouo iudicio & tot ſanctorum Patrum fatigatione, in ſemetipſum ſententiam ſuæ repulſionis, licet nolens, ipſe proferret: quomodo autem id acciderit, Symmachi Præfecti Vrbis relatio ea de re ad Conſtantium miſſa declarat, quam decimo Kal. Aprilis ſcripſit his verbis:

XXVI. *Relatio Symmachi ad Conſtantium.* Quæcumque ſubito, nullo opinante, proueniunt: nec ad culpam Iudicis referri poſſunt, & populum rationis ignarum inſperata nouitate perturbant. Vir namque religioſus Eulalius quintodecimo Kalend. Aprilis Vrbem, me neſciente, meridianis horis ingreſſus eſt: quem credidi aliquod ſecum pertuliſſe præceptum. Verum eodem die circa veſperum Spoletinus Epiſcopus, miſſis litteris, me credidit admonendum, quod ſacra ad ſe manantia in Vrbe die ſancto Paſchæ iuſſus ſit cele B brare. Quod præceptum ante penitus ignoraui, domine ſemper illuſtris & in cūctis magnifice, meritoque ſublimis ac præcelſe patrone. Quod cum mihi prius S. Eulalij innotuiſſet aduentus; ſtatim parendum credidi inuictiſſimi Principis imperatis. Verum cum interdicto die Vrbem S. Achilleus eſſet ingreſſus, cōmotio extitit populorum: vt ab vna parte multitudo armata ferro & telis ad forum militari habitu conueniret. Et cum, conuocatis proceribus, proceſſiſſem, vt habito tractatu pro quiete Vrbis, populum alloquendo compeſcerem; primo ad conuentum venerunt; deinde cum expectaretur S. Achillei præſentia, vt quæ iuſſa fuerant publicaret: multitudine reſiſtente, venire non potuit.

XXVII. *Eulalii temeritas.* Et cum ad forum Veſpaſiani tam ego, quam vir ſpectabilis Vicarius, perurgente populo, fuiſſemus ingreſſi, vt quietem vtriuſque partis multitudini ſuaderemus: ſubito armati ſerui telis & ſaxis, aliquanti etiam ferro, populum partis Eulalij aggreſſi ſunt, qui inermes conuenerant, vt quod præceptum de Epiſcopo Spoletino eſſet, agnoſcerent: quoſq. ita ſanciauerunt qui parati aduerſus imparatos venerant, vt me quoq. & virum ſpectabilem Vicarium crederent appetendos, dum ſeditioſo furore nullam admittunt penitus rationem; niſi ad liberandū nos Diuinitas affuiſſet, egreſſiq. per ſecretiorem partem ictum ſaxorum & impetum conſpirantis multitudinis vitaremus, mi- C nime potuiſſemus euadere: quorum maiorem partem in ſeruis conſtat fuiſſe, ex quibus aliquanti agniti atque tenti ſunt audiendi. Vnde quid partium mearum fuit, excellentiæ veſtræ ſuggerere properaui: vt certum finem, rebus cognitis quæ geſta ſunt, magnitudo veſtra decernat.

XXVIII. Cū ita S. Eulalius fuiſſet ingreſſus, & tertia die ſecutus eſſet Epiſcopus Spoletinus, nec aliqua ad me data virtutum veſtrarum, quæ ſequerer, præcepta veniſſent; perturbatio totius plebis, quæ in ſe & in periculum Iudicum ſæuiret, exorta eſt: & in celeri reſponſo ante diem venerabilem Paſchæ quid fieri debeat, iuſſeritis, minantur ſe populi inuicem pugnaturos, dum de Lateranenſi baſilica alterutrum ſe exiſtimant excludendos. Ne quid igitur aduerſi, quod ſublimitatis veſtræ felicitas auertat, eueniat: peto vt euidenti præcepto excludi furioſæ contentionis periculoſam pertinaciam cenſeatis. Data decimo Kalend. Aprilis.] Eulalius itaque, qui contra decretum Imperatoris ante definitum iudicium per Epiſcopos ad Synodum cogendos auſus eſt ingredi Vrbem, & publicæ ſeditionis occaſionem præbere, ſe ipſum ea inuaſione effecit indignum (vt dicetur inferius) Romanæ Eccleſiæ Pontificatu. D

His perceptis, Conſtantius in hunc modum reſcripſit ad Symmachum:

XXIX. *Conſtantii reſcriptum ad Symmachum vrb. præf.* Vt certa poſſimus quæque cognoſcere, & factionum auctores fideli nuncio & inſpectore non lateant, Cancellarium noſtrum Vitulum direximus, vt domini inuictiſſimi Principis affatus atq. iudicium ad eximietatem tuam & ad populum celeri feſtinatione deferret. Illudq. monemus, vt quicquid ſacris auctoritatibus continetur, nulla temeritate violetur; & quæ præcepta ſunt, effectui celeri mandētur inſtantia: ne Auguſti clementia, quod nunc agnoſcit distuliſſe, commoto maieſtatis ſuæ vigore emendare non differat.] hæc Conſtantius.

Cum itaque ipſius Cōſtantij opera, de his ſingulis quæ in Vrbe per Eulalium geſta eſſent, Honorius Imp. certior factus eſſet: reſcribens ipſe Imperator ad Symmachum Vrbis Præfectum, mādat Eulalium pelli ex Vrbe, ac in ceteros delinquentes iuxta conditionem cuiuſq. ſtatus animaduerti. In hunc enim modum de his Honorius Imperator VII. Kal. Aprilis ſcripſit ad Symmachū:

XXX. *Honorii Imp. reſcriptum aduerſus Eulalium.* Cum ad ſanādum primæ perturbationis errorem, hoc genus conſilij clementia noſtra reparandæ pacis cupida reperiſſet; vt donec de confirmatione Vrbani ſacerdotij ſententia procederet abſoluta, vterque eorum, quorum cauſa tumultus antea concreuiſſet, a ſacratiſſima Vrbe conuer- E ſatione ſeiunctus futuri iudicij expectatione penderet, & ſpatio, quo cōtineretur alteruter, euidenter expreſſo: æquo animo diſſimulare non poſſumus, præceptis clementiæ noſtræ publicum pene bellum, quo calcarentur, indictum: mouendi eius caput Eulalium, qui iuſſa tranſcendit, extitiſſe, ſecundum ordinem præceptorum pauliſper abeſſe non paſſum, Symmache parens cariſſime. Vnde ſublimitas tua hoc nos ſtatuiſſe cognoſcat, vt & ſalubris ſuperior ordo præcepti, & moderata Synodi ordinatio deberet cuſtodiri: quod aliter fieri non poſſe cenſemus, niſi Eulalius omnimode vrgeatur: vt omni celeritate ab Vrbe diſcedens, inſolenti populo præſens incitamenta non præbeat, nec innocentibus cauſa mortis exiſtat: cui eſſe dubium non debebat, ſi in hac præſumptionis obſtinatione durauerit, non ſolum de ſtatu ſuo iudicium iam prolatum, verum etiam de ſalutis diſcrimine proferendum: culpæ enim nullam veniam iam meretur, quam, cum prædicitur, non cauetur: Nihil ex hoc excuſationis habiturum, quod eo inuito, a plebe aſſerat retentari. Si qui autem ex numero clericorum cōicandum Eulalio, iudicio pendente, cenſuerit; pari ſe ſciat

ſententia

Digitized by Google

A ſententia eſſe damnandum: Laicos vero, qui poſt interdictam manſuetudinis noſtræ communionē Eulalio putauerint expetendum, honeſtioris loci pœnam proſcriptionis, ſeruos vero capitis eſſe ſubituros, nec ab hoc periculo dominos exuendos; primates vero regionum, niſi ſpiritum plebis inconditæ domuerint ac frenarint, ſciant ſe raptos, vltimo iudicio eſſe ſubdendos. Spoletinus autē Epiſcopus (ſicut dudum fuerat definitum) ſanctis Paſchæ diebus ordinem feſtæ ſolemnitatis implebit, cui ad celebranda myſteria Lateranenſem eccleſiam ſoli patere decernimus, reliquis, qui hoc præſumere voluerint, propulſatis. Sane vt prædictus ſacerdos Spoletinæ ciuitatis in loco eius ſanctorum myſteriorum ordinem completurus ſuſcipi debeat, admonemus. Per omnes vero Titulos & loca, quæ conuentu celebri frequentantur, hæc quæ ſtatuimus, proponentur: vt vniuerſis liqueat, & noluiſſe nos turbidum aliquid perpetrare, & ad hoc vt turbara componi debeant, opperiri. Sciat ſane ſublimitas tua, Primiſcrinium, & reliquum Officium, quod tuis actibus obſecundat, non ſolum grauiſſimæ mulctæ diſpendijs affligendum, ſed & ſupplicium capitis ſortiturū, niſi enixa opera commodata, ſtatutis clementiæ noſtræ præbere maturarit effectum. Dat. VIII. Kal. Aprilis, Rauennæ.] hactenus reſcriptum Honorij.

B De his autem hæc in libro de Romanis Pontificibus in Bonifacio: Eulalius eo quod ordinatus fuiſſet in baſilica Conſtantiniana, & introiuit in Vrbem, & baptizauit, & celebrauit Paſcha in baſilica Conſtantiniana: Bonifacius vero (ſicut conſuetudo erat) celebrauit baptiſmum Paſchæ in baſilica ſanctæ martyris Agnetis. Hoc audito Auguſti vtrique miſerunt, & eiecerunt Eulaliū; & miſſa auctoritate, reuocauerunt Bonifacium, & conſtituerunt Epiſcopum: Eulalium vero miſerunt foras in Campaniam.] hæc ibi. De rebus vero per Eulalium perperam geſtis relatio Symmachi habet, quæ his verbis deſcribitur in eodem codice Vaticano: XXXI.

Domino ſemper illuſtri & per cuncta magnifico, meritoq. ſublimi ac præcelſo Conſtātio Symmachus.

Vbi primum ſacra Domini noſtri inuictiſſimi Principis præcepta perlata ſunt, ſtatim (vt conuenerat) debitum tribui famulatum. Sed Eulalius ea obſtinatione, qua ſine præcepto ſacro Vrbē ingreſſus eſt, etiam egredi conſtrictus per omnes poteſtates, pari pertinacia detrectauit. Nam veſpertinis horis per Officium Vrbanum, id quod præceperat inuictiſſimus Imperator, ea die, qua perlatum eſt, ei innotuiſſe agnoſcitur, domine ſemper illuſtriſſime & ſacratiſſime, magnifice, meritoq. ſublimis, ac præcelſe patrone. C Quo lecto, mandauit ſe diligentius tractaturum: nec tamen inſtāter admonitus exire curauit. Alia vero die rurſum per omnem appatitionem etiam nocturnis horis admonitus, collecta multitudine, Lateranenſem baſilicam auſu temerario credidit inuadendam. Verum habito tractatu cum proceribus, omnibus Officijs deſtinatis, vt pelleretur, iniūctum eſt. Nā & vir ſpectabilis Vicarius ad eādē baſilicā ire decreuerat: ſed primo accedere prænimio terrore non potuit. Ego aūt tam Corporatis directis, quam omni Officio, ideo illuc ire non potui, ne quis mihi æmulus faceret religionis inuidiam. Tamen ſalua excellentia veſtra, irruentibus pluribus Corporatis & Maioribus regionum, qui præceptis Imperialibus ſeruiunt, de eadem eccleſia fugatus Eulalius, de Vrbe expulſus eſt, atque adiunctis apparitoribus, illuc directus, vbi iuſſus fuerat reſidere. Mandatum etiam, vt vir religioſus, ſanctus Achilleus Epiſcopus cum quiete quæ iuſſa ſunt, illo eiecto, ſine ſtrepitu populi, pro ſanctorum dierum reuerētia celebraret. Nam ad cuſtodiam baſilicæ Lateranenſis apparitores appoſui, ne cui alij redderetur. Partis quoque Eulalij aliquanti capti clerici ſeditionis auctores, de quibus quid iubeatur expecto. Et quoniam de his interim quæ geſta ſunt, vniuerſa virtutibus veſtris credidi ſuggerenda: quicquid ſequentibus diebus D pro quiete Vrbis quam veſtra felicitas regit, ſuggeſtum fuerit, ſigillatim pro rerum fide & ordine melioribus indicijs nunciabo.] hactenus relatio Symmachi ad Conſtantium, qui de iiſdem certiorem facere Honorium Imperatorem minime cunctatus eſt. Cum vero omnia quæ temeritate Eulalij in Vrbe geſta eſſent, Honorius Imperator ſatis aperte percepiſſet, ad Symmachum huiuſmodi litteras dedit:

XXXII. *Relatio Symmachi ad Conſtantium.*

Pellitur ab Eccleſia atque vrbe Eulalius.

Moderatione præcipua egit noſtra ſerenitas, ne locum poſſet inuenire præſumptio. Dei enim iudicio venerabilium ſacerdotum eſt dilata cognitio: vt quicquid religio, quicquid veritas poſtulabat, abſque vlla perturbatione hæc diſceptatio tranquilla decerneret. Sed per Eulalium vſurpatione contra ſententiam venerabilis Synodi multa illicite commiſſa fuiſſe, relationis textus edocuit: qui præſentia ſua cauſam furoris populo ſumminiſtrans, totū perire voluit, quicquid moderatio noſtra conſeruat. Nam cum ordinatione noſtra, & ſententia Epiſcoporum, quorum in Synodo maior ſe multitudo collegerat, conſenſu et partium & profeſſione id fieri definitū eſſet; vt ſciret ſe ſpecialiter eſſe damnatum, quicumque ad incitandum populum Vrbem fuiſſet ingreſſus: oblitus ſui, probauit ex preſenti facto, quale videatur habuiſſe principiū. Quoniam ergo recte hunc, poſt E tot admiſſa, Vrbe conſtat eſſe depulſum; ad quam eum accedere non debere, clementiæ noſtræ & Epiſcoporum videretur ſtatuiſſe iudicium: Bonifacium venerabilem virum Epiſcopum, ad cuius moderationem auctoritatem noſtram recte cenſuimus iungendam, Symmache parens cariſſime & amātiſſime, ſublimitas tua Vrbem ingredi debere, nos ſtatuiſſe cognoſcat: vt ſub eius gubernaculis religioſæ legis reuerentia moderatione ſolita compleatur. Data III. Nonas Aprilis. Accepta ſexto Idus Aprilis.]

XXXIII. *Honorii epiſtola ad Symmachum Vrbis Præfectum.*

De Bonifacio in Vrbem reſtituendo.

Poſt hæc autem Bonifacius pacifice in Vrbem redijt; de cuius ingreſſu hæc babet relatio Symmachi Præfecti ad Imperatorem his verbis:

Quæcumque Deo auctore firmantur merito diuino pietatis veſtræ iudicio firmantur. Nuper namque, cum ad me famulum veſtrum ſacra clementiæ veſtræ emanaſſet auctoritas, quaſi ambiguitate ſummota, venerabilis viri Bonifacij Epiſcopi maieſtas veſtra ſacerdotium roborauit. Tam grata vniuerſis, quæ iuſſa ſunt, extitere, vt hoc & ordo ampliſſimus & Romanus populus comprobaret, Domini Imperatores Honori & Theodoſi, pij, felices, inuicti, triumphatores ſemper Auguſti. Nam

XXXIV. *Relatio de Bonifacio in ſedē reſtituto.*

ſti. Nam cum ſtatuta cæleſtia per me eſſent recitata populis,& edictis ex more poſitis publicata, A
tantus feruor & lætitia totius extitit ciuitatis, vt ſcilicet & religionem redditam,& præſtitam quie
tis ſecuritatem omnes gratulatione congrua teſtarētur. Interiecto itaque biduo, Vrbem ſuprame
moratus venerabilis Epiſcopus, omni accurente plebe, ingreſſus eſt, ſicut ſerenitas veſtra conſti-
tuit: Officij quoque mei obſequia minime defuerunt; nec iam aliqua diſſenſio remanet populorũ;
& omnes diuino iudicio,& maieſtatis veſtræ acquieuerunt volũtati. Ceſſantibus ergo ſtudijs, om
nes quod præcepto Dei admoniti ſtatuiſtis, ſentire cœperunt; atque acclamantibus quæ ſubiecta
ſunt, gaudij ſui cauſas plebs Romana teſtata eſt, ac ſerenitati veſtræ gratias in dies ſingulos agere
non deſiſtit; quorum prouiſio ſicut pacem Vrbis tuetur, ita quietem Vrbis reſtituit, populoq. con
cordiam.] hæc Symmachus. Ceterum licet iſta iuſſerit Honorius Imperator; tamen ex Synodo du
centorum & quinquagintaduorum Epiſcoporum Eulalium eſſe depoſitum habet liber de Ro-
manis Pontificibus, verum non ex tranſmarinis Eccleſijs, vt litteræ paulo poſt deſcribendæ de-
clarant.

XXXV. En habes, lector, de ſchiſmate Eulalij, ab eius ortu vſque ad exitum ex epiſtolis vltro citroq.
datis compaginatam hiſtoriam. ſed quæ poſt hæc ſecuta fuerint, ex alijs rurſum epiſtolis idem co B
dex Vaticanus certam cognitionem exhibet: quibus in primis ſignificatur, quod inter hæc Hono-
rius Imperator, cum pacata cuncta ſedataq. comperiſſet; confeſtim, ne Epiſcopi trãſmarini in Ita
liam nauigare fatigarentur, primum ad Largum Proconſulem Africæ ſcripſit ſeptimo Idus Apri
lis his verbis.

Victor Honorius inclytus Imperator ſemper Auguſtus Largo Proconſuli.

XXXVI. *Reſcriptũ Honorij ad Largũ Proconſulem.*

Inter omnes curas, nec illa nos minus ſolicitat, quam pertinere ad ſacerdotium iudicamus.
Cum enim de confirmando Epiſcopo Vrbis æternæ cõtrouerſia tractaretur; atque hi qui in vnum
poſiti erant Epiſcopi de tanto negotio, paucos ſe exiſtimauerint ad ſentẽtiã proferendam: placue
rat (ſicut ſacri apices cucurrerunt) vt ex Africanis & Gallicanis prouincijs plures Epiſcopi com-
mearent. Ea videlicet ratione, ne medio tempore quicquam præſumeretur: id quod noſtra ſenten
tia ordinauerat, & quod ſtatuiſſe Synodi ſententia videbatur. Sed his omnibus deſpectis, Eulalius
ſola vſurpatione moram credidit occupandam; quem (ſicut decebat) noſtra auctoritate cõſtat ex
pulſum, ac ſanctum Bonifacium Epiſcopum roboratum. Et quoniam cõſumptum negotium eſt,
incongruum noſtra clementia iudicauit, ſi Epiſcopi nauigationis & itineris iniuriam pateren- C
tur. Vnde ſciat ſpectabilitas tua Synodum fuiſſe ſolutam. Admone igitur, præmiſſis ſacris affa-
tibus, auctoritate tua ſingulos ſacerdotes, vt ſciant hãc ordinationem eſſe ſeruandam, quæ conti-
net, vt quiſque in Eccleſia ſua orationibus vacet, vt cõuenit; propterea quod cauſa optimo iudicio
iam terminata videatur. Data ſub die VII. Idus Aprilis.] hæc Imperator ad Largum Procõſulem;
qui mox ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum ſcripſit his verbis, eadem ſignificans, quæ ac-
ceperat litteris Imperatoris:

XXXVII. *Largi Proconſulis ad Aurelium epiſtola.*

Domino parenti honorabili Aurelio Epiſcopo Largus. De merito ſacerdotis quem ſuis Do-
minus idoneum probauit, ſcias ſublatum eſſe certamen. Sanctum igitur ac venerabilem virum Bo
nifacium vrbis Romę Epiſcopum firmauit clementia Principalis, cuius electione dudum ſanctita
rem tuam præcepit acciri, ſicut ſacri teſtantur affatus ſui cum veneratione prolati. Oportet igitur
populos Eccleſiaſq. tuas feſtinanter inuiſas, cui nauigationis eſt dempta neceſſitas. *& alia manu;*
Incolumem te Domini fauor præſtet annis compluribus, domine pater merito honorabilis.] hæc
Largus Proconſul ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem: qui in eamdem ſententiam (vt ac-
ceperat ex Honorij Imp. litteris) ad ceteros abſentes Epiſcopos antea conuocatos ad Synodũ ſcri D
pſit epiſtolas: ne videlicet, re iam abſoluta peregrinationis fatigarentur itinere.

XXXVIII. *Bonifacius cõſulturus futuris malis ſcripſit ad Imp.*

Bonifacius itaq. regreſſus in Vrbem, quæ ſuarum partium erant, obire ſolicita cura nõ deſtitit
atque illud in primis, vt ſchiſmate conſciſſam Eccleſiam conſolidaret, ciueſq. in mutuã concordiã
reſtitueret atque firmaret. Cum vero in his plurimum laboraſſet, in morbum incidit grauẽ, adeo
vt nonnihil periculi obitus immineret. Sed Dei ope aliquantulum conualeſcens, cum didiciſſet
experimento male eſſe conſolidatam Eccleſiæ Romanæ concordiam; eam quibus poſſet admini-
culis fulcire curauit: & conſulens in futurum, ne poſt ſuum obitum grauiori ſciſſura eadem diſtra
heretur Eccleſia, de his ſolicitus in hunc modum ſcripſit ad Honorium Imperatorem:

Bonifacius Epiſcopus Honorio Imperatori:

XXXIX. *Bonifacij epiſtola ad Honorium Imp.*

Eccleſiæ me, cui Deus noſter meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputauit,
cura conſtringit, ne cauſas eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detineat, propter con-
uẽtus, qui a ſacerdotibus vniuerſis,& clericis,& Chriſtianæ plebis perturbationib. agitãtur, apud
aures Chriſtianiſſimi Principis deſim. Siquidem ſecus quam oporteat, eueniat, non vos id facere,
qui cuncta æqua moderatione componitis: ſed nos per noſtram tacentem deſidiã videbimur, qđ E
ciuitatis quietem, Eccleſiæ pacem peruertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis rebus diuinæ
cultor religionis, Domino fauente, præſideas: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam
certum eſt diuinis ſemper rebus animo promptiore fauiſſe) firmo ac ſtabili iure cuſtodiatur, quod
per tot annorum ſeriẽ,& ſub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura
conſtrinxit, ideſt (vt fidens vtar licitis) vt ſub ueſtræ imperio clementiæ minime quæ ſunt illici-
ta formidentur. Ipſa enim Eccleſia deuotionem tuam (Chriſtianiſſime Imperator) meo quidem
ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu, quam Chriſtus Deus noſter veſtri fidus victor & gu-
bernator Imperij vni deſponſatam ſibi & intactam virginẽ ſeruat; ne in eam aliquos patiamini in
ſidiantium procellarum fluctus inlidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ rumore turbari,
glorioſiſſime & tranquilliſſime Imperator Auguſte.

Bonifacius Papa Honorio cõmendat Eccleſiam.

XL. Ipſa ergo (quæ vni deſponſata, veſtra tamen mater eſt) Eccleſia, hac pietatem veſtram lega
tione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat; præterita, præſentiaq. repetit: Vobis (inquit) glo
rioſe

Digitized by Google

A rioſe imperantibus,creuit meus,qui modo tuus eſt populus,tam fidus Deo,quã tibi,qui es Prin-
ceps Chriſtianus.Ecce enim inter ipſa myſteria,inter preces ſuas,quas pro veſtri felicitate depen
det Imperij,teſte(apud quem & de cuius ſede agitur)S.Petro,ſolicitis pro religionis obſeruan-
tia vocibus clamat: eum ſolicita petitione miſcetur oratio,ne hos in varias res ſemel euulſa di-
ſtrahat a cultu ſolito,tentatore ſolicitante,diſcordia.Augeretur pluribus,Princeps Chriſtianiſſi-
me,mater Eccleſia,niſi apud te ſuarum eſſet ſecura cauſarũ; & niſi in oppreſſionibus idolorum,
in hæreticorum correctionibus,fide tua,diuino cultu patiret cum Imperio ſemper florente,viciſ-
ſet.Habet refugium,pium tuæ manſuetudinis animum,cum ſuæ religionis veneratione cõiunctũ;
cum quicquid huic proficiat,vos agatis,& conferatis fratribus & conſacerdotibus meis probatiſ-
ſimis viris,a me & ab omnibus,qui Eccleſiam faciunt,huiuſmodi legatis:quibus precamur,ſacræ
cauſam religionis proſequentibus,in Vrbe veſtræ mãſuetudinis hoc animo,quo poſtulatis annui
tis,in perpetuum ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ conſulatis.Dat.Kalendis Iulijs.]

His Bonifacij litteris perceptis,Honorius Imperator ad eumdem in hunc modum reſcripſit:
Victor Honorius inclytus triũphator ſemper Auguſtus,ſancto ac venerabili Bonifacio Papæ

XLI. *Quæ reſcripſit Honorius ad Bonifacium.*

B Vrbis æternæ.Scripta beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione ſuſcepimus:quibus recenſi
tis,egimus omnipotenti Deo maximas gratias,quod ſanctimoniam tuam poſt longum incommo
dum optatæ redditam didicimus ſanitati.Et ideo reuertentibus venerabilibus viris,gaudium no
ſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus,ac petimus,vti quotidianis orationibus Apoſtola
tus tuus ſtudium ac votum ſuum circa ſalutem atque Imperium noſtrum dignetur impendere.Il
lud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce,quod ſanctimonia tua de Eccleſiarum aut
populi perturbatione ſolicita eſt:quæ vt ne aliqua ratione poſſit euenire,ſatis clementia noſtra cre
dit eſſe prouiſum.Denique beatitudine tua prædicante,id ad cunctorum clericorum notitiam vo
lumus peruenire,vt ſi quid forte religioni tuæ(quod non optamus)humana ſorte contigerit,ſciãt
omnes ab ambitione eſſe ceſſandum.At ſi duo contra fas temeritate certãtes,fuerint ordinati;nul
lum ex his futurum penitus ſacerdotem:ſed illum ſolum in ſede Apoſtolica permanſurum , quem
ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuerſitatis conſenſus elegerit.Vn
de id obſeruandum eſt,vt omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ
admonitione cuſtodiant,nec aliquid,ſeditioſis conſpirantibus,tentare conentur:cum certum ſit,
nulli partium ſua ſtudia profutura.]hæc Honorius Imperator ad Bonifacium,de futura ſede vacã
C te ſolicitus. Etenim Eulalius vna cum ſuis apud Antium non longe ab Vrbe exul agebat in eccle
ſia S.Hermetis,operiens obitum Bonifacij longa ætate & mala valetudine fracti ac debilitati. Ve
rum ipſum Eulalium Nepeſinæ Eccleſiæ poſtmodum factum fuiſſe Epiſcopum,habetur in Ponti
ficali volumine.

Hæc autem omnia de cauſa Eulalij & Bonifacij hactenus ſcriptis epiſtolis & reſcriptis Impe
ratorum certa atque adeo explorata fide reddita memoria repetens,riſum contine,lector, dum
audis,quod qui inter Nouatores profitetur [a] hiſtoriæ patrem,ait,Eulalium a minori parte cleri &
populi electum,tantæ fuiſſe modeſtiæ,vt ſponte cederet, licet ipſe ſciret ad ſe Pontificatum iure
pertinere:Boniſacium vero ſuperbum & impium,alienam ſedem inuaſiſſe.Vides quem ſectentur
infelices ab Eccleſia deuiantes hiſtoricum.ſed ſinamus,ſententia Domini,cæcum & ducem cæco
rum in his & alijs innumeris in qualibet ferme pagina delirantem:nos cœpta proſequamur.

XLII. *Deliramenta Centuriatorũ.* a Illyricũ in ſua hiſtoria iſta delirantem ſugillat auctor.

Hanc ipſam quidem diſſenſionem Romani cleri in nouo creãdo Epiſcopo poſt Zoſimum,Pe-
lagiani hæretici,atque in primis Iulianus Epiſcopus Capuanus in Catholicos obiectare conſueue
runt:ad quem hæc reſpondens S.Auguſtinus [b], eiuſmodi illudit dilemmate: Memento ſane quẽ
D admodum de conſtituendo Epiſcopo diſſenſionem populi Romani inſultabũdus obiectas : quod
abs te quæro vtrum homines ſua fecerint voluntate.Quod ſi negas,quomodo liberum defendis ar
bitrium?Si autem fateris,quomodo eam vocas vltionem Dei,atque a veſtro dogmate exorbitas,
dum putari diuinitus vindicatum affectas?An tandem aliquando cõcedis,quod obſtinatiſſima cõ
tentione negaueras,occulto Dei iudicio fieri,vt in ipſis hominum volũtatibus inueniatur aliquid,
quod & peccatum ſit,& pœna peccati?Hoc autem niſi in iſta tua ſententia ſapuiſſes; nullo modo
factum hominum,vltionem Dei eſſe dixiſſes.Sed quando ante annos plurimus tale tibi quiddam
de beato Damaſo & Vrſicino contigit,nondum Pelagianos Eccleſia Romana damnauerat.] hæc
Auguſtinus:ex quibus plane colligitur,in his Romanæ Eccleſiæ perturbationibus,cum dire exa-
gitaretur Eulalij ſchiſmate,eumdem Iulianum Epiſcopum,Pelagianorum patronum,ea pro hære
ſi ſtabilienda habuiſſe ſcripta præ manibus,quorũ ante,cũ de Zoſimo ab eo calũniã paſſo egimus,
anno ſuperiore meminimus.Sed quod ratio temporis exigit,hic modo de eo pluribus agẽdum eſt.

XLIII. *De Iuliano Pelagiano in Ro. Eccleſiam inſultante.* b Auguſt.lib. 6. contra Iulianum Pelag. c.12.

Diximus ſuperius,duas ab eodem Iuliano epiſtolas eſſe ſcriptas,eaſdemq.cũ hæreſibus etiã
calumnijs refertas,quibus cum Orthodoxos omnes, tum præſertim Eccleſiam Romanam pro-
E ſcidit:quarum alteram Romam,Theſſalonicam vero alteram miſit . In ea vero Romam allata [c]
portentoſis Catholicam Eccleſiam calumnijs infamauit,dum in primis diceret, Catholicos om-
nes aſſerentes ex Adæ peccato naturam eſſe corruptam,ſapere cum Manichæis:inſuper dicere eoſ
dẽm,mentitus eſt,nuptias non eſſe ex Deo;quod & S.Auguſtinum ſenſiſſe,calumniatus eſt;necnõ
etiam eoſdem affirmare,prolis generationem ex diabolo;eſſe itidem eos aſſerere, Patres veteris
Teſtamenti numquam a peccato fuiſſe per emendationem liberatos;quodq. dicerent, Apoſtolos
immoderata libidine pollutos,immo & Chriſtum Dominum noſtrum non fuiſſe immunem a pec
cato,itemq.baptiſmum non dare omnem indulgentiam peccatorum.Hæc & alia,quæ dicemus,
ille canis impudens non eſt veritus calumnioſe impingere Eccleſiæ Orthodoxæ.

XLIV. *Calumniæ quibus Iulianus ſugillaret Eccleſiam Catholicam.* c Auguſt.contra epiſtol.Pelag.ad Bonif.lib.1.

Quidnam amplius?In epiſtola [d] ad Theſſalonicenſes data ipſe Iulianus vna cum decem &
octo ſuę ſectę Epiſcopis excitare conatus eſt omnes Oriẽtales Epiſcopos,vt aduerſus Manichæos
(ita namque Catholicos nominabat)inſurgerent:ad quod vt eos magis magiſq.pelliceret , tum

XLV. d Auguſt.contra epiſtolam Pelag. ad Bonif.lib.1.

Quę Orientalibus aduerſus Catholicos Pelagiani inſinuarunt.

Zoſimum Papam tum Romanum clerum præuaricationis redarguit.Sed hæc ex S.Auguſtino ſa- A
tis diluta ſunt in Zoſimo anno ſuperiori.Adiecit inſuper mendaciſſime impius dicere,negare Ca
tholicos liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum,aſſerere inſuper fatum ſub nomine gra
tiæ;atque eoſdem dicere,Deum acceptatorem eſſe perſonarum,legem vero datam non ad homi-
nis inſtitutionem,ſed ad maiorem damnationem;tradere etiam ipſos,Spiritum ſanctum auctorē
virtutis in veteri Teſtamento non fuiſſe;itemq.Prophetas & Apoſtolos minime ſanctos,ſed com
paratione aliorū minus malos extitiſſe,& in futura reſurrectione homines Dei mandata inceptu-
ros implere.hæc & alia in Orthodoxos vaniloquus ille congeſſit,vt colligitur ex commentarijs a
S.Auguſtino aduerſus eum conſcriptis. Ad poſtremum vero queſtus eſt nomine coepiſcoporum
ſuorum,Pelagij dogmata a ſimplicibus quibuſdam Epiſcopis proprijs in locis abſque conuentu
Synodali eſſe damnata:quærere vero ſe,vt tum Orientales,tum Occidentales ad hæc exacte inſpi
cienda in vnam vniuerſalem Synodum conuenirent.

XLVI. Accidit autem oportune,vt cum eiuſmodi blaſphemas atque mendaces Iuliani epiſtolas Ro
mam allatas Bonifacius Papa in manibus haberet;Alypius Epiſcopus Romam veniens,S.Ponti
ficem conueniret:qui ea bene vſus occaſione,per eumdem miſit in Africam eaſdem Iuliani epiſto B
las ad Auguſtinum,vt contrarijs eas ſcriptis cōfutaret:quod ipſe nauiter impleuit,ſcribens aduer
ſus eas libros quatuor diſertiſſimos,quos ad ipſum Bonifacium Papam Romam miſit,vt eius pro
a Auguſt. contra duas epiſt.Pelag. cap.1. barentur auctoritate.Profitetur id ipſe quidem ſuis ad Bonifacium ſcriptis Auguſtinus [a], & in
primis cum hæc habet de Alypij Romam aduētu,& de Bonifacij Papæ erga eum fraterna exhibi
ta charitate:Noueram(inquit)te quidem,fama celeberrima prædicante;& frequentiſſimis atque
veraciſſimis nuncijs,quanta eſſes Dei gratia plenus accepetam,beatiſſime atque venerande Papa
Bonifacius excepit Alypiū Epiſcopum Tagaſtenſem benigne ſatis. Bonifaci.Sed poſtquam te etiam præſentia corporali frater meus vidit Alypius, acceptoſq. a te
benigniſſime & ſinceriſſime,mutua miſcuit,dictante dilectione,colloquia;tecumq.conuiuens, &
patuulo licet tempore,magno tamen tibi iunctus affectu,ſe ſimul & me refudit animo tuo,teq.mi
hi reportauit in ſuo:tanto maior in me tuæ ſanctitatis eſt facta notitia,quanto certior amicitia.
Neque enim dedignaris qui non alta ſapis,quamuis altius præſideas,eſſe amicus humilium , &
amorem rependere impenſum.]& paulo poſt de eminentia Romanæ Eccleſiæ Pontificij;cum cō
mune eſſe dicat omnibus,illis quibus præſunt,bene fungi Epiſcopatus officio:ipſum tamen prę
eminentem celſiori faſtigio ſpeculæ paſtoralis pro omnibus inuigilare affirmat.vt plane declare- C
tur,quod ſi interdum contigerit tum ipſum Auguſtinum,tum alios nominaſſe Romanos Pontifi-
ces, collegas & fratres, nihil tamen imminutum,quin in eiſdem aſſerenda ſit ſumma ſuper alios
in munere paſtorali poteſtas.Quod vero ad Alypium ſpectat:per tranſitum ad Bonifacium ipſum
b Aug.de nupt. & concupiſcent. lib.2.c.1. veniſſe,ex his poſſumus intelligere,quæ ſcribit S.Auguſtinus ad Valerium Comitem,dum ait [b],
Alypium perrexiſſe Rauennam,vbi morabatur Honorius Imperator.

XLVII. *Auguſtinus mittit libros a ſe ſcriptos ad Bonifacium Pap.* De ea vero lucubratione aduerſus duas illas Iuliani epiſtolas elaborata,& ad ipſum Bonifa
cium miſſa,ita S.Auguſtinus ſubiungit:Hæc ergo,quæ iſtis(vt dixi) duabus epiſtolis illorum iſta
diſputatione reſpondeo,ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem,non tam diſcenda,quam exa-
minanda,& vbi forſitan aliquid diſplicuerit,emendanda,conſtitui. Indicauit enim mihi frater
meus(*Alypius videlicet*)quod eos illi dare ipſe dignatus es;quæ in tuas manus,niſi vigilantiſſima
diligentia fratrum noſtrorum,filiorum tuorum,venire non poſſent.Ago autem gratias ſinceriſſi
mæ in nos beneuolentiæ tuæ,quod eas me latere noluiſti litteras inimicorum gratiæ Dei,in qui-
bus repetiſti nomen meum calumnioſe atque euidenter expreſſum.]hæc Auguſtinus:qui ad calcē
c Augu. contra duas epiſt. Pela. lib.4.c.12. quarti voluminis de eorum conatu,vt ipſorum Synodus œcumenica cogeretur,hæc addit [c]:Verū D
iſtorum ſuperbia,quæ tantum ſe extollit aduerſus Deum,vt non in illo velit, ſed potius in libero
arbitrio gloriari,hanc etiam gloriam captare intelligitur,vt propter illos Orientis & Occiden-
tis Synodus congregetur.Orbem quippe Catholicum,quoniam,Domino eis reſiſtente,peruertere
nequeunt,ſaltem commouere conantur.Cum potius vigilantia & diligentia paſtorali poſt factum
illis competens,ſufficienſq.iudicium,vbicumque iſti lupi apparuerint,conterendi ſint,ſiue vt ſanē
tur atque mutentur,ſiue vt ab aliorum ſalute atque integritate vitentur.]hæc ipſe:quibus plane in
telligas,lector,quam deterioris conditionis ſint Nouatores Pelagianis;illis petentibus vniuerſa-
le Concilium,iſtis contra refugientibus,& omni licet humanitate & ſecuritate vocatis,intereſſe pe
nitus renuentibus:quippe qui non ſicut Pelagiani fucatas ſaltem habeant,quas prætendant ratio
nes,ſed omni impudentia ea iactent,quæ ſciant Apoſtolorum temporibus in hanc diem & decre-
tis Conciliorum & maiorum traditionibus & Patrum omnium ſententia eſſe damnata.Sed quod
ad Pelagianos pertinet , vtique haud poſt multos annos congregatum eſt Concilium œcu-
menicum Epheſinum , in quo pariter conſtat ipſos fuiſſe damnatos . At iam ad Bonifacium
redeamus. E

XLVIII. Quanta ipſe inuigilauerit diligentia,ne damnata ſemel Romæ hæreſis Pelagiana,eademque
d Proſp.aduerſ. collat.prope fin. inſtar hydrę pluribus aucta capitibus ſibilās,grauiori damno in Eccleſiam Catholicam ſerperet,
S.Proſper his docet verbis [d]:

XLIX. *Bonifacius laborat aduerſus Pelagianos.* Sanctæ memoriæ Bonifacius piiſſimorum Imperatorum Catholica deuotione gaudebat, &
cōtra inimicos gratiæ Dei non ſolum Apoſtolicis,ſed etiam regijs vtebatur edictis.Et quādo idē,
cū eſſet doctiſſimus,aduerſus libros tamen Pelagianorum beati Auguſtini Epiſcopi reſponſa po
ſcebat.]hæc ipſe.Sed obſerua obiter:quam clariſſimi,doctiſſimi,atque ſanctiſſimi viri Auguſtinus
& Proſper Bonifacium æque ſanctiſſimum atque doctiſſimum prædicant,quem & Romani cleri
ſanioris partis litteræ ad Imperatorem datæ commendant,& quem tandem ipſi Imperatores ſuis
e Illyricē in ſua hiſtoria ſugillat auctor. ſcriptis adeo celebrant;muſcæ [e] mortuæ tum imperitia & rerum geſtarum ignoratione,tum ob-
ſtinata malitia,atque iurata ad detrahendum ſemper Romanis Pontificibus inimicitia,eumdem
carpunt,ſubſannant,dicterijſq.perurgent,ſicut & alios frigida inuerſione nominum deridentes,
cum S.

A cum S. Bonifacium Malefacium, Innocentium prædeceſſorem Nocentium, ſucceſſorem vero Bonifacij Cæleſtinum Infernalem (vt de alijs modo taceamus) appellant. O prudentes hiſtorici, qui ſic conuerterunt hiſtoriam in Philippicas, atque graue ſedatumq. dicendi genus in inuectiuas atque furentium declamationes, vel potius inſulſas fatuaſq. deriſiones; ac deniq. ex hiſtoria, quę modeſta eſſe debet & verecunda, impudentiſſimas atque mordaciſſimas ſatyras reddiderunt! Sed ſinamus eos ad libitum furere, commiſeratione potius deplorandos, quam ſtyli acumine perurgendos.

L.

Iam vero ad certamen initum inter Iulianum Capuanum Epiſcopum & S. Auguſtinum redeamus. Iuuenis quidem ille erat & audax, licet eſſet honeſto loco natus, patre Memore [a], cui cum ipſo Auguſtino magna interceſſerat neceſſitudo: de eo enim hæc ipſe [a]: Ego certe beatæ memoriæ Memorij patris tui non immemor, qui mecum non paruam inierat amicitiam colloquio litterarum, teq. ipſum mihi cariſſimum fecerat; cum te viderem in libris tuis non antelucano conuiuio temulentum, ſed inſano conuicio turbulentum introduxi re ſedandum atque ſanandum non in alicuius philoſophi auditorium, ſed in ſanctorum Patrum pacificum honorandumque conuen-
B tum, &c.]

a Memorio
a Auguſ. contra Iulian. lib. 1. c. 4.

LI.
De Iuliani inſtitutione.

Sed ex quorum ſchola prodierit nouus hic dogmatiſtes, inſultans Romanæ Eccleſiæ, Auguſtino, & omnibus alijs Catholicis tractatoribus cõtumelioſus iuuenis, dignum eſt vt perſcrutemur. Extat quidem S. Auguſtini epiſtola [b] ad ipſum Memorium Epiſcopum (ita namque, pro Memore, Memorium, eius epiſtolæ auctoritate reddendum putamus) in qua & de ipſo Iuliano iam tunc diacono habetur mẽtio, quem filium communem appellat. Videtur vero ipſe Memorius fuiſſe Capuanus Epũs atque filium ſuum eidẽ Eccleſiæ mancipatũ diaconũ ordinaſſe, quem non ſacris (vt par erat) ſed ſæcularibus imbuendum curauerit diſciplinis, quas vetus loquendi vſus liberales appellat. Hinc videas eumdem Auguſtinum in eadem epiſtola ad Memoriũ data diſſerere pluribus, liberales diſciplinas non eſſe eas, quæ vulgo ita dici conſueuerunt, ſed tantum quas docuit Chriſtus ſuos in primis Apoſtolos. Petierat enim Memorius pro Iuliano ſex libros ab eodem Auguſtino ſcriptos olim de Rhythmo. Ad finem epiſtolæ, de eodẽ Iuliano cum meminit, hæc habet: Quẽ quidem, non audeo dicere, plus amo quam te: quia nec veraciter dico: ſed tamen audeo dicere, plus deſidero quam te. Mirum videri poteſt, quemadmodum quem pariter amo, amplius deſide-
C rem: ſed hoc mihi facit ſpes amplior videndi eum. Puto enim, quod ſi ad nos, te iubente vel mittẽte, venerit, & hoc faciet quod adoleſcentem decet, maxime quia nondum curis maioribus detinetur, & te ipſum mihi expeditius apportabit.] hæc Auguſtinus de charitate, qua adoleſcentem proſequebatur Iulianum. Qui adhuc iuuenis ſede auctus nobili, nẽpe Capuana (vt tradit Gẽnadius) faſtu tumidus, litterarumq. ſæcularium inflatus ſuperbia, erumpens in maledicta, eo modo ſanctiſſimum ſenem Auguſtinum ipſius amantiſſimum ſcriptis exagitauit. Quæ contrarijs ipſe Auguſtinus redarguit ſcriptis, ſic exorſus [c]: Contumelias tuas & verba maledica, Iuliane, quæ ardẽs iracundia libris quatuor anhelaſti, ſi me contemnere dixero, mẽtiar.] Poſt vero recenſitas ſanctorum Latinorum Patrum de propoſitis quæſtionibus ſcriptas ſententias, ad coercendam penitus hominis effrenem audaciam, iſta poſt multa ſubiunxit de præſtantia cathedræ Petri [d]: An ideo contemnendos putas (*recenſitos. ſcilicet Patres*) quia Occidentalis Eccleſiæ ſunt omnes, nec vllus eſt in eis commemoratus a nobis Orientis Epiſcopus? Quid ergo faciemus, cum illi Græci ſint, nos Latini? Puto tibi eam partem Orbis ſufficere debere, in qua primum Apoſtolorũ ſuorum voluit Domino glorioſo martyrio coronari. cui Eccleſiæ præſidentem beatum Innocentium ſi audire
D voluiſſes, iam nũc periculoſam iuuẽtutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Africanis reſpondere Concilijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes & Romana cũ ceteris tenet perſeueranter Eccleſia?] hæc Auguſtinus: quibus videas quanti ponderis & ſoliditatis exiſterent Romanorum Pontificum reddi ſolitæ ad conſultationes reſponſiones; & quomodo vna inſtar omnium ſatis eſſe ducatur ad conterendas hæreſes, & audacem iuuenem infrenandum Apoſtolicæ ſedis auctoritas.

c Aug. contra Iulian. lib. 1. c. 2.
d Auguſ. contra Iulian. lib. 1. c. 4.
De Iuliani Epiſco. Capuani Pelagiani audacia.

LII.

Sed quod ad petulantis hominis ſcripta pertinet: mira audacia progreſſus, primum omnium quatuor libros conſcripſit aduerſus S. Auguſtini commentarium de Nuptijs & concupiſcẽtijs; quẽ (vt ipſe tradit [e]) poſt damnatum Pelagium atque Cæleſtium elaborauit, ab illis prouocatus; ne, dum aſſertor eſſet originalis peccati, damnaſſe nuptias videretur. Aduerſus hũc, inquam, tractatũ, quem, monente Valerio Comite, Auguſtinus ſcripſerat, Iulianus quatuor libros virulentos euomuit [f], ex quibus capita quædam decerpta accipiens Valerius ipſe ad Auguſtinum miſit: cui data tunc eſt occaſio, vt contra ea pro ſua defenſione poſteriorem librum ad eumdem Valerium ſcriberet. Cum vero poſtea quatuor illos libros aduerſum ſe editos, integros accepiſſet, ipſe Augusti-
E nus in eoſdem contradictorios ſex libros conſcripſit, vt ipſe teſtatur [g] ad Claudium Epiſcopum, a quo ijdem quatuor Iuliani libri ad ipſum Auguſtinum miſſi fuerunt. Sed quid impetuoſus ille vẽtriloquus? Cum duorum librorum numero ſe ab Auguſtino ſuperatum eſſe videret, quippe quoniam aduerſus ſuos quatuor ab eo ſex editi fuerant: ipſe aduerſus hos ſex conſcripſit octo, eodem numero, quo fuerat ſuperatus, ipſe ſuperare conatus Auguſtinum; perinde ac non de veritate Catholica, cuius eſſent potiora iura, ſed de librorum numero altercatio eſſet. Talis quippe natura ſuperborum hæreticorum eſt, vt omni ex parte primas referre velint.

e Augu. contra duas epiſ. Pelag. c. 5.
f Auguſ. ibid. & Retract. lib. 2. ca. 53.
g Auguſt. Retr. lib. 2. c. 92.

LIII.

De his octo Iuliani libris fidem facit idem S. Auguſtinus ſcribens ad Quoduultdeum [h]: vnde erroris arguuntur Gennadius [i] & Honorius [k], dum ſeptem tantum a Iuliano libros eſſe cõſcriptos tradunt. Quomodo autem hos Auguſtinus ab Alypio redeunte Roma acceperit, ipſe docet his verbis: Hos enim cum Romæ accepiſſet frater Alypius, nondum omnes deſcripſerat; cum oblatam occaſionem noluit præterire, per quam mihi quinque tranſmiſit, promittens & alios tres ſe cito miſſurum, & multum inſtans ne reſpondere differrem. Cuius inſtantia coactus ſum remiſſius

h Aug. epi. 4. extat tom. 6. princ. edit. Plant.
i Gennad. de Viris illuſtr. c. 45.
k Hono. de Scriptor. Eccle. c. 45.

ſius

Auguſtini labor in recognoſcendis ſuis libris.

ſius agere quod agebam,vt operi vtrique non deeſſem,vni diebus,alteri noctibus, quando mihi ab alijs occupationibus hinc atque hinc venire non deſiſtẽtibus parceretur.]erat opus illud,quod præ manibus tum habebat,commentatius Retractationum:nam ſubdit:Agebam rem plurimum neceſſariam:nam retractabam opuſcula mea,&c.]ſed quando id contigit, dicemus ſuo loco inferius:ad plutes enim annos eiuſmodi negotium productum eſt. A

LIV.

a Proſp.in Chronic.
b Proſp.de Prædic.dimid temp. c.6 in fine.
c Gennadius de Viris illuſtrib. cap.45.

Ceterum quod Iulianum haud diu ſuperuixiſſe Gennadius dicat, dum eum deceſſiſſe tradit ſub Valentiniano & Conſtantio,quem ſequenti anno obijſſe ſcimus;ei minime poſſumus conſentire:quandoquidem auctoritate Proſperi [a] conſtat eum ſuperuixiſſe vſque ad vltima tẽpora Sixti Romani Pontificis,ſub quo vt reciperetur in Eccleſiam,ſimulauerit pœnitentiam:immo & eiuſdem Proſperi [b] auctoritate ſatis compertum babetur,ad Leonis Papæ tempora vitam propagaſſe.ſed & reperitur Iulianus inter alios Pelagianos Epiſcopos Occidẽtis inhæſiſſe Neſtorio tempore Concilij Epheſini.Rurſus vero de eodem Inliano Gennadius addit,ad aliam artem eſſe conuerſum,nimirum vt hypocriſi deciperet,quos non valuit doctrina ſeducere:nam ait [c]: Hic Iulianus eleemoſynis tempore famis & anguſtiæ indigentibus omnibus ſuis præerogatis,multos miſerationis ſpecie,nobilium præcipue & religioſorum illiciens,hæreſi ſuæ ſociauit.]hæc Gennadius.atque de Iuliano hactenus. B

LV.

Vitalis ex Pelagianis prodit hæreticus.

Quod vero pertinet ad dictam Alypij Epiſcopi legationem ad Honorium Imperatorem: licet ipſa cauſa minime habeatur expreſſa:tamen ex ijs quæ ſecuta ſunt,conijcere poſſumus tantum Epiſcopum pro rebus grauiſſimis illuc eſſe profectum,& quidem puto pro extirpandis latitantibus in Africa Pelagianis. Erant enim nonnulli,qui licet Pelagianos ſe eſſe minime profiteri auderent;tamen quæ ex hæreſi Pelagiana deducebantur, interdum aſſerere minime dubitabant. Sit in exemplum,quod ex S.Auguſtini litteris exploratum habetur de Vitali Carthaginenſi,qui licet Pelagij nomen fugere videretur,ex eius tamen doctrina dogma illud impium deducebat,vt diceret,non eſſe orandum pro idololatris,vel alijs non credentibus,vt crederent;ſed tantummodo illis eſſe proponendam doctrinæ veritatem;ceterum credere,vel non credere,ex eorumdem pendere arbitrio,non autem ex præueniente eos diuina gratia. Ad hunc curandum S.Auguſtinus eruditam ſatis dedit epiſtolam,quam illo titulo,Auguſtinus Chriſti ſeruorum ſeruus,inſcripſit.

LVI.

d Aug.epi. 107.
Mos antiquus orandi pro Catechumenis.

Cum vero eius hæreſim ipſe S.Auguſtinus impugnat,priſtinum Eccleſiæ morem inſinuat,nimirum,publice orare cõſueuiſſe Fideles in Eccleſia(quod hodie quoque ſeruatur)pro infidelibus, C & catechumenis:ait enim [d]: Exerce contra orationes Eccleſiæ diſputationes tuas;& quando audis ſacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei,orare pro incredulis,vt eos Deus cõuertat ad fidem,& pro catechumenis,vt eis deſiderium regenerationis inſpiret;& pro Fidelibus, vt in eo quod eſſe cœperunt,eius munere perſeuerẽt;'ſubſanna pias voces,&c.]Sed cur(inquies)pro catechumenis illa ab Eccleſia precatio mittebatur,vt eis Deus inſpiraret deſiderium regenerationis,nempe baptiſmi?id ob eam quidem cauſam, quod quamplurimi vel Chriſti ad baptiſmum expectarent ætatem,vt quoto ipſe anno vitæ ſuæ baptizatus eſt, & ipſi eodem initiarentur ſacramento;vel(quod deterius erat)ad obitum vſque illud differrent,vt ſic abſque macula vlla poſt obitum reciperentur in cælum.Aduerſus enim hos,vt errantes, quamplures tum Græcorum tum Latinorum Patrum leguntur declamationes,de quibus alias ſuperius dictum eſt.

LVII.

De legatione Alypij Epiſcopi.

Quod igitur eiuſmodi latentes reguli in Africa furtiue ſerperent,& periculum immineret ne Africana Eccleſia eius morbi contagione inficeretur:nullum reliquum iam videbatur remedium eſſe:niſi vt qui proterue nimis deſpicerent quæ duobus Concilijs in Africa aduerſus Pelagij atque Cæleſtij hæreſes cum Carthagine,tum etiam Mileui in Numidia habitis ſtatuta eſſent,quiq.eadem D re decreta Romanorum Pontificum Innocentij atque Zoſimi nihili facerent,ijdem legibus coercerentur Imperatorum;quod eſſe curatum honorifica publicaq.Alypij legatione putamus. Extat enim de bis Honorij Imp.reſcriptum ea de cauſa in Africam miſſum hoc ipſo anno ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem,quod habetur in Collectione Creſconiana,ſed in noſtro codice abſque die & Conſule,in exemplari vero quod accepimus a præclaro viro Henrico Grauio profeſſore Louanienſi,cum Romæ eſſet,huius anni Conſulibus notatum legimus,nempe Monaxio atque Plinta:eſt autem huiuſmodi.

Impp.Honorius & Theodoſius Augg. Aurelio Epiſcopo ſalutem.

LVIII.

Honorij ad Aurel. Epiſc. Cartha.reſcriptum aduerſus Pelagianos.

Dudum quidem fuerat conſtitutum,vt Pelagius & Cæleſtius nefandi dogmatis repertores ab vrbe Roma,veluti quædam Catholicæ veritatis contagia,pellerentur;ne ignorantium mentes ſæua perſuaſione peruerterent.In quo ſecuta eſt clementia noſtra iudicium ſanctitatis tuæ,quo conſtat eos ab vniuerſis iuſtæ ſententiæ examinatione eſſe damnatos.Sed quia obſtinati criminis pertinax malum,vt conſtitutio geminaretur,coegit:recenti quoque ſanctione decreuimus, vt ſiquis eos in quacumque prouinciarum parte latitare nõ neſciens,aut propellere,aut prodere diſtuliſſet, E præſcriptæ pœnæ velut particeps ſubiaceret.Præcipue tamen ad quorumdam Epiſcoporum pertinaciam corrigendam,qui prauas eorum diſputationes tacito conſenſu adſerunt,vel publica oppugnatione non deſtruunt (pater cariſſime atque amantiſſime)ſanctitatis tuæ auctoritate moneri conueniet,quatenus in abolitione præpoſteræ hæreſis,omnium deuotio Chriſtianorum cõſentiat. Religio itaque tua competentibus ſcriptis vniuerſos faciat admoneri, ſcituros definitione teſtimonij tui,hanc ſibi definitionem eſſe præſcriptam,vt quicumque damnationi ſupra memoratorũ (quo pateat mens pura)ſubſcribere impia obſtinatione neglexerint,Epiſcopatus amiſſione mulctati,interdicta in perpetuum,expulſi ciuitatibus,communione priuentur.Nam cum ipſi nos iuxta Synodum Nicænam confeſſione ſincera cõditorem rerum omnium Deum,Imperijq.noſtri veneremur auctorem;non patietur ſanctitas tua, ſectæ deteſtabilis homines in iniuriam religionis noua & inuſitata meditantes ſecretis tractatibus occultare ſacrilegium publica ſemel auctoritate damnatum. Vna enim eademq.culpa eſt eorum,qui aut diſſimulando conniuentiam, aut non

damnando

Digitized by Google

A damnando fanorem noxium præſtiterint. *Et alia manu.* Diuinitas te per multos annos ſeruet incolumem, pater cariſſime atque amantiſſime. Data V. Idus Iunias, Rauennæ, Monaxio & Plinta Conſſ.] ſequebantur hæc in codice: Eodem tenore etiam ad S. Auguſtinum Epiſcopum datum reſeriprum.]

His accepris, Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus ad Epiſcopos ſibi ſubditos dedit epiſtolam, cui huiuſmodi legebatur in codice inſcriptus ritulus:

Epiſtola S. Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi ad omnes Epiſcopos per Bizacenam & Azuritanam prouinciam conſtitutos de damnatioqe Pelagij & Cæleſtij hæreticorum. *LIX.*

Dilectiſſimis ac deſiderabiliſſimis fratribus ac conſacerdotib. Donatiano primæ ſedis, Ianuario, Felici, Palatino, Primiano, Gaiano, & alijs Gaiano, Ianuario, Victorino, & ceteris per tractum prouinciæ Bizacenæ & Azuritanæ conſtitutis, Aurelius Epiſcopus. *Aurelij Epiſcopi Cartha. epiſtola.*

Super Cæleſtij & Pelagij damnatione, eorumque dogmaribus participem ſanctã Dei dilectionem veſtram in plenario Concilio fuiſſe commemini, dilectiſſimi ac deſiderabiles fratres. Sed quoniam pro honore Dei, in cuius manu cor Regis eſt conſtitutum, glorioſiſſimorum Principũ Chri-
B ſtianorum fidem rectam & Catholicam cuſtodientium acceſſit auctoritas, quam per humilitatem meam vniuerſis coepiſcopis meis voluit intimari: idcirco honorabilem fraternitatem veſtram, miſſis exemplaribus, inſtruere feſtinaui, ne quid mali in aliqua parte prouinciæ ex ſupradictorum ſerpentina perſuaſione ab vniuerſali Eccleſia totius Orbis excluſa, fortaſſe ſubrepat. Ob hoc ergo tã neceſſaria concertario * Chriſtianorum Principum charitatem veſtram latere non debuit, * & ad me ab his datæ litteræ: quarum ſimul exemplaribus lectis, quemadmodum ſubſcribere vnuſquiſq. veſtrum debeat, dilectio veſtra cognoſcat, ſiue quorum Synodalibus Geſtis ſubſcriptio iam tenetur, ſiue qui non potuiſtis eidem plenario totius Africæ intereſſe Concilio. Quo cum in ſupradictorum hæreticorum damnatione omnium veſtrum fuerit integra ſubſcriptio: nihil omnino ſit, vnde vllius diſſimulationis, vel negligentiæ, vel occultæ forſitan prauitatis aliqua videatur merito remanſiſſe ſuſpicio. *Et alia manu.* Opto, fratres, bene viuatis mei memores. Data Kalen. Auguſti Carthagine, Monaxio & Plinta Conſſ.]

* conteſtatio
* de qua

Hoc eodem anno, menſe Maij habita legitur Synodus Carthaginenſis, quæ ordine quinta recenſetur, cui vna cum Aurelio & Apoſtolicæ ſedis legatis interfuerunt ex prouincijs Africanæ Ec- *LX.*
C cleſiæ delecti Iudices, ſiue legati, omnes numero vigintiduo: quod vero habetur in fine, ſubſcripſiſſe eidem Synodo Epiſcopos ducentos decem & ſeptem, ſic intelligendum eſt, quod quiſque ex illis poſtea ſubſcripſit in ſua Eccleſia eiſdem decretis, quibus ſuos legatos ab ea prouincia miſſos ſubſcripſiſſe ſciret. Quod autem huic Concilio interfuiſſe legantur Apoſtolici legati Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Potẽtinæ in Picœno, Philippus & Aſellus presbyteri: hi quidem anno ſuperiori a Zoſimo miſſi fuerunt; quo defuncto, in Africa vſque ad ſucceſſoris electionem permanſere; creato vero Bonifacio, eauſam proſecuti ſunt. *Conciliũ Carthaginenſe in cauſa Apiarij presbyteri.*

Vnde vero oborta ſit cauſa Zoſimo, vt hos Carthaginem legatos mitteret, exquirẽdum in primis eſt: quæ quidem ex Commonitorio (ita enim appellabant mandata legatis ſcriptis prodita) quod in hac Synodo reciratum fuit, poſſumus intelligere, quod continetur in Synodali epiſtola ab alio Concilio anno ſequenti celebrato ad Bonifacium Papam ſcripta, in qua de rebus geſtis in hac Synodo ita ſcribitur [a]: Quia rogatio ipſa poſcebat, vt apud Acta Eccleſiaſtica a fratribus noſtris Fauſtino coepiſcopo, & Philippo atq. Aſello compresbyteris quæreremus, vt promerent quicquid eis nobiſcum fuiſſet iniunctum agendum: nonnulla quidem ſine vllo ſcripto proſecuti ſunt verbis: ſed
D cum id potius flagitaremus, quod in litteris ferrent, Commonitorium protulerunt: quod recitatũ nobis, etiam Geſtis qui ſecum ad nos deferunt, eſt allegatum. In eis quatuor quidem nobiſcũ agẽda mandata ſunt: Vnum de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſiæ ſacerdotem: Alterum ne ad Comitatum Epiſcopi importune nauigent: Tertium de tractandis presbyterorũ & diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi a ſuis excommunicati perperam fuerint: Quartũ de Vrbano Epiſcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, niſi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret.] hactenus de mandatis a Zoſimo Papa legatis dicto Commonitorio impertitis. *LXI.*

a Extat in Concilio Africano c. 101 t. 1. Concil. *Mandata a Zoſimo PP. legatis data.*

Sed deſcribenda ſunt hic ipſa Commonitorij verba, quo cuncta facilius poſſint intelligi: extãt quidem ipſius duo præcipua capita, de quibus vertitur controuerſia, recitata in Concilio Carthaginenſi hoc anno habito. ibi enim hæc leguntur [b]: *LXII.*

b Concil. 6. Carth. c. 3.

Frarri Fauſtino, & filijs Philippo & Aſello presbyter Zoſimus.

Vobis commiſſa negotia non latent. Vos ita vt noſtra, immo quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta peragite; maxime cum & hoc noſtrum poſſitis habere mandatum: verba canonum, quę in pleniorem firmitatem huic Commonitorio inſeruimus. Ita enim dixerunt dilectiſſimi fratres in Concilio Nicæno, cum de Epiſcoporum appellatione decernerent [c]:

c Apud Concil. Sardic c. 7.

E Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint cõgregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe Epiſcopus videatur, & confugerit ad beatiſſimũ Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit vt renouetur examen: ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Romanum Epiſcopum, vt e latere ſuo presbyterum mittat: erit in poteſtate Epiſcopi Romani, quid velit, & quid exiſtimet. Et ſi decreuerit, mittendos eſſe qui præſentes cũ Epiſcopis iudicent, habentes auctoritatem eius a quo deſtinati ſunt: erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit ſufficere Epiſcopos, vt negotio terminum imponant: faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.] hæc canon. ſatiſque ad primum Commonitorij caput. *LXIII.*

De ſecundo autem capite, ne ad Comitatum Epiſcopi importune nauigent; nihil præterea, quam quod ſummatim haberi in epiſtola Carthaginenſis Concilij ad Bonifacium diximus, ibi re- *LXIV.*

citatum legitur, cum illud recitari petitum eſt a Nouato legato Mauritaniæ Sitifenſis, dum dixit: A Nunc meminimus, in hoc præſenti Commonitorio lecto, etiam de presbyteris, ſiue diaconib. contineri, qualiter ab Epiſcopis ſuis vel finitimis audiri debeant; quod in Nicæno Concilio minime legimus. Vnde hoc ipſum iubeat ſanctitas veſtra nobis recitari. Aurelius Epiſcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc quod depoſcitur. Daniel Notarius recitauit:

LXV. De appellationibus autem clericorum, id eſt, minoris loci, reſtat ipſius Synodi certa reſponſio. De qua re quid acturi ſitis, credimus inſerendum, quod taliter dictum eſt in Sardicenſi Concilio. Oſius Epiſcopus dixit: Quid me adhuc moueat, reticere non debeo. Si Epiſcopus forte iracundus (quod eſſe non debet) cito aut aſpere commouetur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit: prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat cõmunionem. Et ideo habeat poteſtatem eiectus, vt finitimos interpellet Epiſcopos, vt cauſam ſuã audiant & diligenter tractent: quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, quẽ aut iuſte, aut iniuſte eum eiecit, patienter accipiat vt negotium diſcutiatur, aut probetur, aut emẽdetur ſententia, &c.] hæc in Commonitorio Zoſimi ad legatos ex canone decimoſeptimo Concilij Sardicenſis. B

LXVI. Cum hæc autem recitarentur in dicto Concilio Carthaginenſi hoc anno celebrato: accidit, vt cum de fide citati Nicæni canonis de appellatione ad Apoſtolicam ſedem contentio oborta eſſet; non in Africanis tantum exemplaribus, ſed nec in alijs ab Oriente petitis, citatus canon inter decreta Nicæna potuerit reperiri: cuius rei cauſa apud Zoſimi ſucceſſores Bonifacium & Cæleſtinũ ijdem Africani Epiſcopi litteris conqueſti ſint, vt ad ipſos datæ Africanorum litteræ Epiſcoporũ ſignificant. Huius rei gratia totum exagitatum eſt veſparum examen, Nouatorum [a] inquam diuerſarum hæreſum ſectatorum incredibilis ſtrepitus, ſumma omnium commotio in ipſum Zoſimum excitata, & in Romanam Eccleſiam inſtar ingruentis grandinis contumeliarum vibrata iacula & maledicta, idum ſimul inclamant, ipſum Zoſimum ſummo ſcelere ſubripere tentaſſe Romanæ primatum Eccleſiæ, & quidẽ malis artib. nempe mendacio & falſatione Nicænorum canonũ: vt plane omnes hi ſimul iuncti dicant ipſum geſſiſſe ſpeciem Antichriſti. His adde quæ impietatis defenſor exaggerat, dicens, hoc vno facto cauſam Epiſcopi Romani funditus euerſam eſſe.

a Magdeburg. Cent. tom. 5. col. 1232 & Defenſor Molinæi.

Quę Nouatores in Zoſimũ.

Hæc & alia iſti, more ſuo, magna temeritate effutientes, quaſi deformi ſuperinducta larua, perterrent pueros, rudes inquam ac ſimplices: Tibi vero, lector, puto, riſum mouebunt, cũ videris tumentes montium inſtar fluctus in gracilẽ deficere ſpumã, & robuſtos hos pugnatores ex Cadmea C victoria de ſua ipſorum nece captare triumphũ: Te ipſum velim interea patienter finem æquo animo præſtolari, & veri amantem, perlectis omnibus, iudicium facere, & iuſtam ſententiam ferre.

LXVII. Hæc autem vt facilius aſſequaris, cunctæ res geſtæ ob oculos tibi primum ponendæ ſunt ordine temporum. Quoniam vero vnum idemque iudicium cœptum ſub Zoſimo Papa anno ſuperiori, etiam ad eius ſucceſſorum tempora Bonifacij & Cæleſtini eſt propagatum: neceſſario hic nos, q̃nam ſub Zoſimo, quæve ſub eius ſucceſſore Bonifacio, ac demum Cæleſtino Pontifice acta ſunt, cuncta exacte referemus, paululum ab inſtituto deflectentes, quo ſoliti ſumus annis ſingulis ſingulas in eis res geſtas reddere: rei enim magnitudo a nobis extorquet, vt quæ in vna eademque cauſa ſub tribus Romanis Pontificibus geſta ſunt annis pluribus, eadem eo quo tranſacta ſunt ordine referamus hoc ipſo anno, quo Carthaginenſe Concilium ea de cauſa habitum eſt: vt ita ipſa hiſtoria exacte ſimul perſpecta reddita, fit facile reliqua conſequi. Ignoratio enim hiſtoricæ veritatis plane egit, vt pugnantes aduerſarij aerem verberarint: quos & loquentes quæ ad rem non pertinent, omnino ſentias deliraſſe, atq. in eo deſipuiſſe penitus, dum ſic in hoc vno laborant, perinde D ac ſi vniuerſa Catholicæ Eccleſiæ moles ſuper hoc vno lapide innitat, quo euulſo, vniuerſa ſit prorſus machina collapſura: non conſiderantes, in huius tẽpli ſtructura ſibi inuicẽ inhærentes prægrandes lapides, oẽs æq. innixos eſſe ſuper immobile fundamentũ Chriſtũ Ieſum. Sed age res geſtas ordine proſequamur, atq. primũ quæ pceſſerint, vt opus fuerit Zoſimo tres legatos in Africã mittere.

LXVIII. Non vnam quidem tantum præceſſiſſe cauſam illam de reſtituendo presbytero Apiario, ipſa mandata impertita a Zoſimo legatis ſuis, expreſſa in Commonitorio, plane declarant: nam cũ de Epiſcopis appellantibus ad Apoſtolicam ſedem ſit primum mandatum, plane intelligi poſſe videtur, Africanos Epiſcopos ad Zoſimum appellaſſe: quod quidem Epiſcopi Africani litteris ſuis datis ad Cæleſtinum Papam his verbis inſinuare videntur [b]: Præfato itaq. debitæ ſalutationis officio, impendio deprecamur, vt ad veſtras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem vltra velitis excipere, &c.] hæc eos de Epiſcopis dicere, inferior qui ſequitur ſermo declarat. Præceſſerat nuper cauſa Cæleſtij, de quo anno ſuperiori dictum eſt: hic enim damnatus in Concilio Carthaginenſi (vt vidimus) prouocauerat ad Romanum Pontificem, & poſtea a Zoſimo eſt auditus. Acceſſit ad cumulum cauſa Apiarij presbyteri, qui ab Epiſco E po ſuo Vrbano excommunicatus, apud Romanum Pontificem ſe purgans, ab eodem fuerat redditus communioni; qui, & in eundem Vrbanum accuſationes grauiſſimas intulit. Appellaſſe inſuper aliquos Epiſcopos ſedem Apoſtolicã, quæ nuper dicta ſunt, ſatis oſtendunt. Hæc quidem omnia præceſſiſſe legationem a Zoſimo miſſam, litteræ Africanorum Epiſcoporum ad Bonifacium [c] & ad Cæleſtinum [d] datæ ſignificant. Sed & aliquid aliud præceſſiſſe oportuit, ſecundum ea quæ in mandatis habentur expreſſa, cum dicitur: Ne ad Comitatum Epiſcopi importune nauigent.]

Quæ præceſſerunt legationẽ

b Apud Concil. African. c. 105.

c Apud Concil. Afric. c. 101.

d Ibid. c. 105.

LXIX. Secundum igitur illas, quæ tunc inter vtramque partem controuerſiæ vertebantur, dicendum eſt mandata a Zoſimo Papa impertita eſſe legatis, eademque canonum auctoritate firmata, qui reperiuntur eſſe Concilij œcumenici Sardicenſis: vt quod ad primum ſpectat caput de appellatione Epiſcoporum ad Romanã Eccleſiam, ſeu potius appellationis proſecutione, de quo inſertus eſt Commonitorio [e] canon ſeptimus Concilij Sardicenſis, ſub titulo tamen Nicæni Cõcilij. Secũdum item mandatum, quod in eodem Commonitorio ſequitur, de non adeundo importune Comitatũ:

e Apud Concil. Carthag. 6. c. 3.

ſed

A ſed qua id auctoritate manderur, expreſſum ibi non legitur; quod nulla ea de re mota fuerit cōtrouerſia: eum tamen liqueat idipſum eiuſdem Concilij Sardicenſis auctoritate roboratum [a]. Etenim ſuggeſta in dicto Sardicenſi Concilio querela a Grato Epiſcopo Carthaginenſi de Africanis Epiſcopis crebro nimis ad Comitatum nauigantibus, & quidem non pro miſerabilibus perſonis oppreſſis ſubleuandis, ſed pro dignitatibus ſæcularibus cognatis vel amicis impetrandis: decretum tunc fuit, vt eum Epiſcopi Africani adituri Comitatum Romam peruenirent, ibi Romano Epiſcopo cauſas exponerent; qui eas examinet, num dignæ ſint quæ perferantur ad Comitatum; & ſi tales ipſi viſæ fuerint, eius quoq. impertito auxilio, ad Imperatorem deferrentur. Sed cur nihil aduerſus hæc, ſicut in alijs, obiectum fuerit ab eiſdem Epiſcopis Cōcilij Carthaginenſis, eam quidem puto fuiſſe cauſam, quod ijdem Epiſcopi Africani haud pridem, ſub ſeptimo Honorij Conſulatu, eadē nouo canone viſi ſunt penitus confirmaſſe, dum ſtatuerunt [b], vt ad Comitatum ituri, Formatam acciperent a Romano Pontifice, nec niſi ipſius arbitrio liceret illuc proficiſci.

a Concil. Sard. c. 8. 9. 10. *Quibus Canonibus cōfirmata mādata Legatis data.*
b Apud Concil. Afric. c. 72.

LXX. Quod vero ad tertium & quartum ordine poſita in Commonitorio mandata ſpectat de appellationibus clericorum aduerſus ſuos Epiſcopos (quod pertingebat cauſam Apiarij presbyteri cōtra B ſuum ipſius Epiſcopum Vrbanum Siccenſem) poſitus eſt pro mandati confirmatione in Commonitorio canon itidem Concilij Sardicenſis, idemque recitatus ex ſcripto in eodem Cōcilio Carthaginenſi [c]. Sed cum de hoc, ſicut & de primo, obiectum fuerit, non reperiri in Nicæno Concilio; coniectura eſt non leuis, vt loco Nicæni in textu (vt nunc legitur) fuerit emendatum Sardicenſis, quod ſciretur eſſe canonem vere Concilij Sardicenſis. Sed quid eſt quod ijdem Africani Epiſcopi Carthagine congregati, recitato eodem canone ex Commonitorio, eidem refragari viſi ſunt, tā quam incerti num eſſet ex Concilij Nicæni decretis, cum ex eodem canone Zoſimus videretur cōfirmare iura ipſorum, quibus ante ſtatuerant in Concilio Mileuitano [d], & renouauerant in Concilio Carthaginenſi [e], ne presbyteris, diaconis, & alijs inferioris ordinis clericis appellare liceret ad tranſmarina iudicia, ſed queſti de ſuis Epiſcopis, vicinos adirent Epiſcopos; & ſi ab eis quoque prouocandum putarent, Africana adirent Concilia, vel Primates, non autem quærerent iudicia tranſmarina? Hæc inquam cum ipſi ſtatuiſſent, quidnam aduerſus hæc præcepiſſe viſus eſt Zoſimus, cum ex canone Concilij Sardicenſis voluit, eiectis presbyteris vel diaconis a ſuo ipſorum Epiſcopo, poteſtatem impertiri, vt finitimos adire poſſent Epiſcopos? Hæc quidem quomodo ſibi C cohæreant, non ſatis video. Vnde non integra in ea Synodo Acta recitata haberi, opinari cogor; cū præſertim in praxi contrarium obſeruatum appareat. Etenim perſpicuum eſt, tum anno ſuperiori (vt vidimus) audiſſe Zoſimum Cæleſtium damnatum a Carthaginenſi Concilio, tum hoc ipſo anno audiſſe Apiarium ab Vrbano ſuo Epiſcopo excommunicatum. vt plane liqueat, Zoſimum minime probaſſe, quod ab Africanis Epiſcopis fuerat definitum, ne presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi appellarent iudicia tranſmarina. Plus ſane apud me valet quod ſcitur iterum factum, quam qđ fertur ſemel dictum: etenim certum eſt, multa in hoc deſiderari, quæ non inueniuntur expreſſa; cū præſertim litteris ad Cæleſtinum ijdem Epiſcopi Africani id ab eo contenderint, vbi aiunt [f]: Preſbyterorum quoque & ſequentium clericorum improba refugia (ſicuti te dignum eſt) repellat ſanctitas tua: quia & nulla Patrum definitione hoc derogatum eſt Eccleſiæ Africanæ:] hæc ibi, & cetera quæ ſequuntur de ſententia Nicænorum canonum. Iſta autem inculcaſſe voluimus, vt nonnulla in illis Actis deſiderari quiſque cognoſcat; quæ ſi extarent, conſona factis dicta ab illis eſſe facile intelligi poſſent.

c Concil. Carthag. 6. c. 6. *Quæ de Clericis appellantibus in commonitorio poſita ſunt.*
d Cōc. Mileuit. c. 22.
e Apud Concil. Afric. c. 92.
f Apud Concil. Carth. c. 105.

LXXI. His viſis, iam quid in ſingulis conuentibus, præſentibus Apoſtolicæ ſedis legatis, actum ſit, per D ueſtigemus, & num aliquid fuerit imminutum Romanæ Eccleſiæ auctoritatis. Quidnam autē in eo ipſo Concilio hoc anno Carthagine celebrato decretum ſit; ipſi Africani Epiſcopi in epiſtola, quam, defuncto hoc anno Zoſimo, dederūt ad eius ſucceſſorem Bonifacium Papam, declarant his verbis [g]: Litteris noſtris ad eumdem venerabilis memoriæ Zoſimum Epiſcopum datis inſinuari curauimus, vt ea ſeruare ſine vlla eius iniuria pauliſper ſineremus, vſque ad inquiſitionem ſtatutorum Concilij Nicæni.] hæc de potiori cauſa, nimirum de appellationis proſecutione. In cauſa autem Apiarij presbyteri quid geſtum ſit, ijdem ſuperius ibi docent, dum aiunt: Ille (*nempe Zoſimus*) ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cuius & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum non ſolum Siccenſi, verum etiam toti Africanæ Eccleſiæ non leue ſcandalum) de omnibus erratis ſuis veniā petens, communioni eſt reſtitutus. Prior autem coepiſcopus noſter Siccenſis Vrbanus, qđ in eo corrigendum viſum eſt, ſine vlla dubitatione correxit. Quia vero paci & quieti Eccleſiæ non tantum ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit; quoniam talia multa præceſſerant, vt vel ſimilia, vel etiam grauiora deinceps præcaueri oporteret: placuit nobis, vt de Siccenſi Eccleſia, retē E to ſcilicet honore gradus ſui, presbyter remoueretur Apiarius; & accepto epiſtolio, vbicumq. alibi vellet & poſſet, presbyterij munere fungeretur: quod eidem ipſi per litteras proprias poſtulanti ſine difficultate conceſſimus.] hæc Patres ad Bonifacium.

g Apud Concil. Afric. c. 101. *Res geſtæ in Synodo Carthag. hoc anno ſub Zoſimo.*

LXXII. Sed quod hic tantummodo attingunt de confeſſione Apiarij, ijdem hæc paulo apertius atque latius ſunt proſecuti in litteris poſtea ad ſucceſſorem Bonifacij Cæleſtinum, his verbis [h]: Triduano tamen laborioſiſſimo agitato iudicio, cum diuerſa eidem obiecta affictiſſimi quæreremus, vel moras coepiſcopi noſtri Fauſtini, vel tergiuerſationes ipſius Apiarij, qui nefandas turpitudines occulere conabatur: Deus iudex iuſtus, fortis & longanimis, magno impendio reſecauit. Tetriore quippe ac putidiore obſtinatione compreſſa, qua tantum liuidum * cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo noſtro eius conſcientiam coarctante, & occulta quæ in illius corde tamquam in volutabro criminum iam damnabat, etiam hominibus publicante; repente in confeſſione cunctorum obiectorum flagitiorum doloſus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilib. opprobrijs vltroneus ſe ipſe conuicit; atque ipſam quoque noſtram ſpem, qua eum & credebamus &

h Apud Conc. Afric. c. 105. *De vltronea confeſſione Apiarij.*
* luridum

optabamus de tam pudendis maculis poſſe purgari,conuertit in gemitus:niſi quoniam iſtam no- A
ſtram mæſtitiam vno tantum ſolatio mitigauit,quod & nos labore diuturnioris quæſtionis abſol-
uit,& ſuis vulneribus qualemcumque medelam(etſi inuita ac ſua conſcientia reluctante)confeſſio
ne prouidit.]iſta autem de Apiario quare ipſi tam explicite ad Cæleſtinum Papam Patres ſcripſe-
rint,paulo poſt dicturi ſumus. Hæc ſunt quæ hoc anno repetiuntur in Concilio Carthaginenſi corā
Apoſtolicæ ſedis legatis acta.

LXXIII. *De eadem cauſa agitata ſub Bonifacio.*

Zoſimo vero inter hæc morte ſublato,eodē pendente Concilio,Epiſcopi Africani(vt diximus)
de his omnibus dedere litteras ad Bonifacium,quem acceperunt fuiſſe Zoſimo ſubrogatum: qui-
bus cum de ſingulis eum redderent certiorem,addiderunt id ipſum repetere, quod ad Zoſimum
ſcripſerant,nempe omnia iura ſecundum mandata ſe integra ſeruaturos quouſque de Nicænis ca
nonibus fieret exactior exploratio. Rebus ſic ſtantibus, miſſi ſunt legati in Orientem,nempe Con
ſtantinopolim ad Atticum eius ciuitatis Epiſcopum,itemque Antiochiam, necnon Alexandriam
ad Cyrillum pro fideliſſimis exemplaribus Nicæni Concilij canonum . Antequam autem legati
redirent,contigit Bonifacium mori,& in eius locum ſuffici Cæleſtinum. Quid vero Epiſcopi Afri

De eadem cauſa agitata ſub Cæleſtino.

cani poſt explorata Græcorum exemplária, non inuentis in eis citatis a Zoſimo Papa canonibus, B
egerint:ijdem ipſi litteris datis ad Cæleſtinum inſinuant. Non quidem (vt hodie Nouatores) ar-
guerunt Zoſimum impoſturæ , dolumve malum atque fallaciam proclamarunt, neque ob eam
cauſam derogandum putarunt Eccleſiæ Romanæ iuribus . Sed quid ? ſummiſſo animo rogaue-
runt, vt maiori cautela Romani Pontifices ex Africa querelas ingerentes ſuſciperent, atque
maturiori iudicio cauſas tractarent, ne ſic iudicia rite ac probe facta perirent. At præſtat ipſo-
tum audire verba, quæ ſic ſe habent in epiſtola ad Cæleſtinum [a]: Præfato igitur debitæ ſalu-
tationis officio, impendio deprecamur , vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilius
admittatis,nec a nobis excommunicatos in communionem vltra velitis excipere : quia hoc etiam
Nicæno Concilio definitum, facile aduertet venerabilitas tua. Nam ſi de inferioribus clericis
vel laicis videtur ibi præcaueri; quanto magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari,ne in ſua prouin
cia a communione ſuſpenſi,a tua ſanctitate vti feſtinato,vel præpropere,vel indebite videātur cō-
munioni reſtitui ?] hæc ipſi : quibus vides eos non prohibere appellationes ad Romanam ſedem,
ſed tantum admonere ipſum Romanum Pontificem , ne (vt aiunt) facilius quam par eſt, nec fe-
ſtinato vel præpropere aut indebite agat : nam maturum quidem expoſcunt iudicium,non autem C
recuſant.

a Apud Concil. Afric.c.105.

LXXIV. *Epiſcopi Africani non derogant iuri appellationis.*

Cum ergo manifeſte videas eos non refragari appellationibus ad Romanam Eccleſiam,ſed tā
tum exigere,quod æquum iuſtumq. videretur,vt maturiori cauſæ tractarentur examine: Proinde
quod ſubdunt , vt vbi ſunt exorta,ibi ſint finienda negotia ob difficultatem proſecutionis iudicij
tranſmarini,ſed & quod ingerunt de non mittendis Legatis de Latere in Africam & executorib.
cum Potentibus:haud ante dictis aduerſari putes,vt appellationis iuri voluerint penitus deroga-
tum. Nam nequaquam illum recuſarunt proſecutionis cauſæ modum,qui eo canone ponitur pri
mo loco,nimirum vt ipſe Romanus Pontifex cauſam ipſam propinquis Epiſcopis per litteras de
legaret. Hæc autem quæ dicta ſunt,licet perſpicua ſatis haberi poſſint, clariora tamen reddentur
ex his quæ dicturi ſumus:vt etiam manu quiſq. tangat,quam quærit in quæſtione difficillima veri
tatem:quam non poſſit quiſque non fateri,niſi obſtinate procaciterque reſiliat.

LXXV.

Primum igitur quod ad appellandi ius pertinet:id quidem haud recens inſtitutum eſt , ſed ſi-
mul cum ipſa Eccleſia Romana connatum. Etenim cum,Orthodoxorum omnium ſententia , ipſa
in orbe Chriſtiano(vt ſuperius latiſſime demonſtratum eſt)obtineat principatum ; minores om- D
nes ad maiores,cum læſi ſunt,poſſe habere recurſum,& maiores minoribus præſto eſſe debere, cū
ius naturale,tum gentium,atque ius ſcriptum confirmat. Sed quod modo ad Africanam Eccleſiā
ſpectat , de qua nobis in præſentiarum ſermo: Cum qui apud eos claruere præſtantiſſimi Patres,
ijdemque Catholici & Catholicæ veritatis acerrimi vindices, vt ſanctiſſimi atque doctiſſimi viri
Cyprianus,Optatus Mileuitanus,& Auguſtinus , pari ſententia abſque aliqua dubitatione vel di-
ſcrepantia tradant,confirmentque,ac pluribus prædicent primatum Romanæ Eccleſiæ;æq.& ius
ad eam prouocandi,ex quadam neceſſaria aſſumptione,viſi ſunt eſſe profeſſi. Quod vero ad vſum
pertinet:niſi id antiquitus ſeruari ſolitum eſſet,haud S. Auguſtinus in cauſa Cæciliani iſta diceret
[b]: Erat Eccleſia(*Carthaginēſis ſcilicet*)etiam tranſmarinis vicina regionibus,& fama celeberrima
nobilis:vnde non mediocris vtique auctoritatis habebat Epiſcopum,qui poſſet non curare cōſpi-
rantem multitudinem inimicorum:cum ſe videret & Romanæ Eccleſiæ,in qua ſemper Apoſtoli-
cæ cathedræ viguit principatus,& ceteris terris,vnde Euangelium in Africam venit , per commu-
nicatorias litteras eſſe coniunctum;vbi paratus eſſet cauſam ſuam dicere,ſi aduerſarij eius ab eo il
las Eccleſias alienare conarentur.]hæc cum ipſe dicat,nonne fatetur,appellare illi licuiſſe ad Ro- E
manam Eccleſiam,ſi illud ei damnum & iniuria inferretur?nam quomodo fieri valuit,vt Africa-
nus Epiſcopus a coepiſcopis læſus in Africa,cauſam ſuam proſequeretur apud Romanam Eccle-
ſiam,niſi iure appellationis?

b Aug.epiſ.162.

LXXVI. *De Epiſcopis tēpore Auguſtini Ro. Pōt. appellantibus*

Sed quid vetera exempla quærimus?ſuppetunt quidem noua,quæ ſedente ipſo S. Auguſtino in
Numidia contigerunt,ac quidem minime dubia:haud enim horum eſt leuis aſſertio, quæ eodem
tanto Patre atque doctore teſtante,inculcante,in pluribus comprobante,adducemus in medium.
O mira Dei prouidentia in rebus Catholicæ Eccleſiæ moderandis ! Eo ipſo tempore,quo de Ni-
cæno canone ea inter Africanos Epiſcopos controuerſia agitabatur,caſum contigiſſe voluit, cuius
occaſione ipſemet S. Auguſtinus,quem dictis Concilijs Carthaginenſibus interfuiſſe diximus , cō
pulſus ſit exempla adducere,quibus demonſtraret Africanorum Epiſcoporum recurſus & appel-
lationes ad Romanam Eccleſiam,cum agit de Antonio Epiſcopo Fuſſalenſi;qui , relicto illi Epi-
ſcopatus honore,functionib. tamē fuerat interdictus Epiſcopi,ſic dānatus ab Africanis Epiſcopis,

vt mini-

A vt miniſtratione ceſſaret Epiſcopatus.cum iſte ſic priuatus,apud ſedem Apoſtolicam appellans,re
clamans dixit: Aut in mea cathedra ſedere debui,aut Epiſcopus eſſe non debui.]
Aduerſus hunc igitur S.Auguſtinus,qui vnus ex Epiſcopis fuit,qui eum ea ſententia condem LXXVII.
nauerant,reſpondens oſtendit,ſæpius accidiſſe, vt Epiſcopis Africanis priuatis adminiſtratione
Epiſcopatus,honor tamen cum nomine Epiſcopi eiſdem relictus fuerit;quod demonſtrat his ver-
bis [a]: Exiſtat exemplo,ipſa ſede Apoſtolica iudicante,vel aliorum iudicia firmante,quoſdam pro
culpis quibuſdam nec Epiſcopali ſpoliatos honore,nec relictos omnimodis impunitos: quæ, vt a
noſtris temporibus remotiſſima non requiram,recentia memorabo.Clamet Priſcus prouinciæ Cæ
ſarienſis Epiſcopus:Aut ad primatum locus,ſicut ceteris,& mihi patere debuit; aut Epiſcopatus
mihi remanere non debuit.Clamet alius eiuſdem prouinciæ Victor Epiſcopus,cui relicto in eadẽ
pœna,in qua & Priſcus fuit,nuſquam niſi in diœceſi eius ab alio communicabatur Epiſcopo: cla-
met,inquam: Aut vbique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui.
Clamet tertius eiuſdem prouinciæ Laurentius Epiſcopus,& prorſus huius vocibus clamet:Aut in
cathedra,cui ordinatus ſum,ſedere debui;aut Epiſcopus eſſe non debui.Sed quis iſta vituperet,ni-
B ſi qui parum attendit,nec multa omnia relinquenda,nec vno modo omnia vindicanda?]hæc S. Au
guſtinus,in his(vt ait)ipſa ſede Apoſtolica iudicante,vel aliorum iudicia firmante. Sed & cum v-
nius generis caſus & vnius tantum prouinciæ recẽſet ſedis Apoſtolicæ de Africanis Epiſcopis exhi
bita iudiciorum exempla,eademq.ipſa recentia:plane poteſt quiſq.ex his intelligere, quam cre-
bra atq.adeo frequentiſſima eſſe contigerit in alijs varijs atq.diuerſis multiplicibuſq.caſibus,tum
in ea prouincia cuius meminit,tum in alijs eiuſdem Africanæ Eccleſiæ,Apoſtolicæ ſedis iudicia: q̃
quidem haud ab ipſa Romana Eccleſia exerceri potuerunt,niſi cũ qui in Africa ſententia Epiſco-
porum damnati eſſent Epiſcopi,Romanum Pontificem appellaſſent,qui(vt idem dicit S.Auguſti
nus)aut aliter iudicaret,vel ab alijs iudicata firmaret.

Multiplices cauſæ ex Africana Eccleſia ad ſedem Apoſt. delatæ.

a Aug.epi.261. edit.Plant. to.2.

En vides frequentiam Africanorum Epiſcoporum ſedem Apoſtolicam appellantium.Sed cur LXXVIII.
modo reſilijſſe viſi ſint:vt cuncta probe intelligas,præſtat hic audire cauſam Antonij Epiſcopi Fuſ
ſalenſis,de qua S.Auguſtinus eam ad Cæleſtinum Papam ſcribit epiſtolam:extat enim ipſa, quam
conſulere cuiq.liberum erit.fiet plane,vt ex ea tum morem illum iam inolitum appellandi ad ſe-
dem Apoſtolicam,eiuſque ſedis auctoritatem intelligas,tum etiam interpreteris quæ ſubduriuſcu
C la viſi ſint ſcripſiſſe Patres Concilij Carthaginenſis in ea quam citauimus ad Cæleſtinum Papam
epiſtola,de non mittendo de Latere Legatum in Africam;vt maxime miteris,quam concinno or
dine cuncta ſibi reſpondeant;&(quod diximus) admirabili Dei factum ſit prouidentia, vt caſus
contingeret,quem & S.Auguſtinus ſcriberet,vt nulla poſſit obſcuritate velari,vel perplexitate in-
uolui,atq.dubitatione confundi,ſed cuncta dilucida atq.clara ſinceraque ob oculos poſita contẽ-
pleris:adeo vt tu ipſe,lector,quouis affectus ſis animo,atq.etiam ſi ab Eccleſiæ Catholicæ recto tra
mite procul aberres,non poſſis non fateri,quæ vera certaque ex epiſtolari hiſtoria deducta eſſe per
ſpexeris.Accipe igitur rei geſtæ ſummarium.

De cauſa Antonij Epiſcopi Fuſſalenſis.

Antonius Epiſcopus Fuſſalenſis ob enormia quædam ſcelera, agente contra eum S.Auguſtino, LXXIX.
qui ei ſedi ipſum præficiendum curauerat,ab Epiſcopis eius prouinciæ depoſitus fuit ab Epiſcopa
tus adminiſtratione,relicto illi tantum ſedis titulo.Appellat hic ad Bonifacium Romanum Ponti
ficem Zoſimi ſucceſſorem:ſimulque vafer homo ex Africa proficiſcens,elicuit in ſui cõmendatio-
nem litteras a Primate Numidiæ ad ipſum Romanum Pontificem,quibus ille ipſum veluti inno-
centem excuſaret. His acceptis Bonifacius Papa a Primate in Antonij Epiſcopi commẽdationem
D litteris magna cautela(quod ipſe S.Auguſtinus laudat)pro Antonio reſcripſit,eo adhibito tempe
ramento,ſi nulla videlicet ſurreptio interceſſiſſet:nam in litteris hæc appoſuit:Si ordinem rerum
nobis fideliter indicauit,&c.]Sed contigit inter hæc Bonifacium mori, & relinqui cauſam integrã
eius ſucceſſori Cæleſtino Pontifici;apud quem contra ſuum Epiſcopum Fuſſalenſes cauſam proſe-
quentes,querelas pariter eidem Cæleſtino Papæ ingeſſerunt aduerſus ipſum Auguſtinum, quod
perditiſſimum hominem dediſſet ipſis Epiſcopum. Hoc ipſo rerum ſtatu, cum ab aduerſario ia-
ctaretur fore miſſurum Cæleſtinum Papam executores,qui in ſedem ſuam,in ipſam videlicet Epi-
ſcopatus adminiſtrationem Antonium reſtituerent:ipſe Auguſtinus ad eumdem Pontificem ſup-
plices litteras dedit,in quibus poſt alia hæc ad finem [b]:

Bonifacij Papæ ſentẽtia de Antonio Epiſcopo Fuſſalenſi.

b Aug.epiſt.261. edit. Plant.

Accipe(inquit)nunc quæ poſt eius ſanctæ memoriæ viri(*nempe Bonifacij Papæ*)in Africa litte- LXXX.
ras geſta ſunt,& ſubueni hominibus opem tuam in Chriſti miſericordia multo auidius quam ille
poſcentibus,a cuius inquietudine deſiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas poteſtates,
& militares impetus,tamquam executuros Apoſtolicæ ſedis ſentẽtiam,ſiue ipſe,ſiue rumores cre
berrimi comminantur: vt miſeri homines Chriſtiani Catholici grauiora formident a Catholico E
E piſcopo,quam cum eſſent hæretici a Catholicorum Imperatorum legibus formidabant. Non ſi-
nas iſta fieri,obſecro te per Chriſti ſanguinem,per Apoſtoli Petri memoriam,qui Chriſtianorum
præpoſitos populorum monuit,ne violenter dominẽtur inter fratres.]hæc Auguſtinus:quibus pari
ter intelligas,quidnam ex Concilio Carthaginenſi ad eumdem Cæleſtinum Pontificem Epiſcopi
ſcribentes ſibi voluerint verbis illis [c]: Executores etiam clericos veſtros quibuſque petentibus*
nolite mittere,nolite concedere;ne fumoſum typhum ſæculi in Eccleſiam Chriſti,quæ lucem ſim
plicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert,videamur inducere.]hæc ipſi. Ex
quibus ſimul omnibus perſpicue ſatis,puto,intelligis,ſicut Auguſtinum,ita & reliquos Africanos
Epiſcopos non refugiſſe Apoſtolicæ ſedis iudicium,quod implorabant pro confirmandis a ſe latis
ſentẽtijs,defendendiſq.ab eas impugnantibus;nec rurſum executionem refugiſſe iudicij;ſed que-
ſtos eſſe de modo exequendi:exhorruiſſe nimirum mitti clericos cum militibus & magiſtratuum
apparitura. Quod quidem illud primum oſtendit,inſeruiſſe Præſides prouinciarum,& qui illis pa
rebant milites,Romanis Pontificibus,in exequendis Apoſtolicæ ſedis ſententijs: tantum abeſt vt
eas

c Apud Concil. Afric.c.105.
* Potentibus

Executioni ſẽtentiæ Apoſt. ſedis præſtant Magiſtratus auxilium.

eas impedirent,vel remorarentur,vel,vt Apoſtolicis ipſis litteris,Placet,ſubſcriberent, arrogarẽt. A
LXXXI. Ceterum repreheoſione veredignus oe fuerit modus ille cum apparitura militari exequendi
Apoſtolicæ ſedis ſententias:licet ſanctiſſimi viri de eo videantur eſſe conqueſti:haud tamen, quod
ad præſeotem cauſam pertinet,qois dixerit improbandum,ſi exacte cuncta conſideret. Etenim
Antonium calumniam eſſe paſſum,atque iniuſte damnatum,veriſimile fieri potuit,immo reddi ꝓ
pemodum certum,ſcribente pro eodem ad ſedem Apoſtolicam ipſo prouinciæ totius Primate, q
primus omnium in eum rulerat damnationis ſententiam. Dato igitur,vt ex Actis iudicialibus iu-
re riteque confectis iſte per Apoſtolicam ſedem foret in ſtatum priſtinum reuocandus :certe ſecũ-
a Aug. dicta ep. 261. dum ea quæ ibidem S.Auguſtinus [a] ſcribit de Fuſſalenſibus,id nonniſi manu militari expleri po
tuiſſe videbatur,quod Romanus Pontifex ſua ſententia definijſſet. Etenim cioes in eum adeo exa
cerbatos fuiſſe tradit,vt minime paſſuri eſſent ipſum amplius ſibi Epiſcopum præfuturum,immo
in aliqood etiam forent vi publica facinus prorupturi,ſi ipſis inuitis Antonius redderetur Epiſco-
pus.teſtatur quidem id ipſum Auguſtinus,his verbis agens de plebe Fuſſalenſi:Dolore iuſto,eũ ſi-
bi præeſſe,ferre omnino oõ poſſeot;& cum ſuo illiuſque periculo in aliquod ſcelus forſitan eruptu
ram impatientiam ſui doloris oſtenderent.]hæc ipſe,Certe quidem nonniſi ex caſibus hoinſcemo B
di emergentibos introductum oportuit,vt vbi non audiretur Apoſtolicæ ſedis præceptum ſimpli-
cibus litteris ſignificatum,ad illud exequendum a Romaoa Eccleſia clerici legarentur cum appa-
rituris,vt cogerent,quod iuſte videri poterat definitum,impleri. Porro rite,iuſte,pieque pro exe-
quendis aduerſus refractarios & repugnantes iuſtis ſeotentijs & Eccleſiaſticis ioſtitutis, implora
re licere ab Imperatoribus eorumq. Præfectis auxilium:non alium quempiam auctorem ciro, ſed
ipſum S. Auguſtinum appello,qui huius ſententiæ firmum aſſertorem atq. deſenſorem ſe præbuit
b Aug. epiſ. 48. pluribus in locis,& inter alia in epiſtola ad Vincentium [b], Ceterum quod ad Auguſtinum ſup-
plici epiſtola aduerſus Antoniũ apud Cæleſtinum agentem pertioet: factum qoidem fuiſſe ipſum
Auguſtinum voti compotem ipſiuſq. petitioni Romanum Pontificem annuiſſe, ſuo loco dicemus.
LXXXII. De quo altercatũ ſit inter Epiſcopos Africanos & ſedẽ Apoſt. Vidiſti ne adeo aperta ac perſpicua luce,lector,quam procul abſit(quod inſultantes iactant hę
retici)conatum eſſe Zoſimum Papam appellandi ius ab Africana Eccleſia ſuffurari;cum,teſte ip-
ſo Auguſtino,id iam antiquo atq. recenti vſu receptum,pluribuſq. in Africa frequentatum exem-
plis,præſcriptum fuiſſe conſtet? Sed cur(inquies) eioſmodi de appellatione oborta eſt controuer-
ſia? Haud quidem vere a quopiam dici poteſt,appellandi ius aliquando denegatum ,qood tot con C
ſtat exemplis ante & poſtea comprobatum:ſed potius perſpicue cernere eſt, de modo proſequen-
dæ appellationis obortum eſſe diſſidium:quod ſatis euidenter poſſumos intelligere ex ipſius Zo-
ſimi Papæ commonitorio,in quo vbi agitur de primo mandato,non de iore appellandi citatus eſt
caoon Concilij Sardicenſis,ſed de proſequendæ appellationis modo,nempe vt haber idem recita-
tus canon Concilij Sardicenſis ſeptimos,quo cauetur, vt ipſe Romanos Pontifex duplici via poſ-
ſit,ſi velit,appellantis ſubuenire iuſtitiæ,nimirum vel per litteras,ſcribendo Epiſcopis finitimæ re
gionis,vt diligenter de cauſa inquirant atq. definiant,vel mittendo Legatos a Larere in Africam,
qui præſentes cum Epiſcopis cauſam appellantium audiaot atq. iudicent:quorum poſteriorẽ mo-
dum refugiſſe vidimus Epiſcopos Africanos,non autem denegaſſe penitus ius appellandi ad Ro-
manum Pontificem. Etenim ratio in promptu eſt:nam ſi ius appellandi denegatum ab eis penitus
eſſet,non ille quidem ſeptimus canon,ſed quartus & quintus eiuſdem Concilij Zoſimo citandus
fuiſſet,quo potiſſimum de appellandi iure agitur,his ſcilicet verbis:
LXXXIII. Canones de appellatione. Quod ſi aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & potauerit ſe bonam cauſam
habere,vt iterum iudicium renouetur:ſi placet,S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus,&ſcriba D
tur ab his qui examinauerunt,vel etiam ab alijs Epiſcopis qui in propinquo morantur. Et ſi iudi
caret renouandum eſſe iudicium,det Iudices,&c.]ſequeoti item caoone ſic:
Addendum eſt(ſi placet)huic ſententiæ,quam plenam ſanctitate protuliſtis,vt cum aliquis E-
piſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum iodicio,qui in vicinis commorantur locis, & pro-
clamauerit agendum ſibi negotium in vrbe Roma:alter Epiſcopus in eadem cathedra, poſt appel
lationem eius qui videtur eſſe depoſitus,omnino non ordinetur,oiſi cauſa fuerit io iudicio Roma
ni Epiſcopi terminata.]
LXXXIV. Vides igitur qui fueraor citandi canones eiuſdem Concilij,ſi de appellandi iure fuiſſet inter
Africæ Epiſcopos & Romanum Pontificem oborta controuerſia,& non potius de modo proſequẽ
dæ appellationis. Sed & elicere id quoque potes ex ipſis litteris eorumdem Africanorum Epiſco-
porum ad Cæleſtinum,datis illis quidem(vt vidimus)poſt acceptos ab Oriẽte Nicænos canones;
dum ipſi non negant appellationem,cum proſecutiooem acceptent,nempe ſi velit Romanus Pon-
tifex per litteras eam delegare cauſam ipſis Africanis Epiſcopis,ſecundum videlicet priorem ꝓ-
ſequendæ cauſæ modum:ſed ægre ferre ſe dicunt proſecutionis modos,nempe vel cum Romæ ſum E
ma difficultate producendi eſſeot teſtes,vel io Africa per Legatos a Latere foret agenda cauſa: cui
poſteriori modo valde obnitebantur; ſicut & iniquo ferebant animo executores clericos cum ap-
paritura in Africam mitti,vt ex S.Auguſtino vidiſti:cum illud magis optarent,vt cum quis appel-
laret Apoſtolicam ſedem,ab illa delegaretur cauſa Epiſcopis illius prouinciæ;vt de Zoſimo Papa
vidimus delegante Eccleſiæ Cæſarienſis cauſam S. Auguſtino atque collegis.
LXXXV. Quod vero legati & clerici executores proterue nimis rem agere viderentur: hos à Romano
Pontifice mitti,moleſte ſe ferre ijdem ſignificarunt Epiſcopi Africani. Certe quidem de his agen-
Fauſtini legati cum Afric. Epiſcopis aſperitas. di apud Cæleſtinum tum publicis litteris Africanorum Epiſcoporum,tum priuatis ipſius Auguſti
ni,occaſionem dediſſe noſcitur legatorũ nimia in cauſa proſequenda aſperitas & inſolentia. Nam
in præſenti cauſa de Fauſtino legaro ijdẽ conqueſti ſunt litteris ad Cæleſtinum,ipſom non iã egiſſe
Iudicẽ,ſed patronum ſceleſtiſſimi Apiarij;& eo proferuiæ progreſſum eſſe,vt diuerſas coepiſcopis
c Apud Concil. Afric. c. 101. Africanis(vt aiunt)inferret iniurias. de quo antea conqueſti litteris ad Bonifacium [c] ſcripſerunt,
quod

Digitized by Google

A quod non eſſent typhum iſtum(vt aiunt)paſſuri:& in litteris ad Cæleſtinum [a] rogant,ne fumo- a Apud Conci. Afric.c.105.
ſum ſæculi typhum in Eccleſiā introduci permittat. Eſt namque typhus,idem quod faſtus & ar- b Plutarchus de Iſide.
rogantia:vnde & Plutarchus [b] nomen quoque Typhonis ab eadem Græca voce deducit. vſurpa
ta eſt eadem vox ab Auguſtino [c] etiam;licet alicubi mendoſe,typhus loco,plus,legatur:a S. Am c Auguſt .epiſt. 162.
broſio etiam,frequentius vero a S.Gregorio.

Cum igitur ex his omnibus,quæ dicta ſunt,ſatis ſuperq.liqueat,Zoſimum Papam optimam LXXXVI.
fouiſſe cauſam,nec quicquam alieni iuris vſurpare conatum eſſe,quo & prædeceſſores omnes ab
ſque vlla cōtrouerſia potiti eſſent,dum Africanorum Epiſcoporum appellationibus ad Apoſtoli-
cam ſedem detulerint,eiſdemq.ius dixerint,atque cauſas ipſas,de quibus contentiones obortæ eſ *De Canone Sardicēſi citato a Zoſimo ſub titulo Nicæni Concilij.*
ſent,abſoluerint:quænam,rogo,ſubeſſe potuit ratio doli mali & impoſturæ, vt ſuppoſuerit Nicæ-
no Concilio canonem Sardicenſem?cum præſertim qui ab eo citatus eſt canon,non minoris eſſet
auctoritatis atque præſtantiæ,ac ſi eſſet Cōcilij Nicæni.Vbi igitur nulla ineſſe potuit vel leuis fin
gendi ratio, nefas eſt præſumere fictionem.Quis enim ignorat paris auctoritatis fuiſſe Concilium
Sardicenſe atque Nicænū,cum ambo fuerint œcumenica,immo hoc amplius ab illo iſtud habue-
B rit,quòd illi ex Africanis Epiſcopis vnus tantum Cæcilianus interfuiſſe reperitur, Sardicenſi autē
cum Grato Epiſcopo Carthaginenſi triginta eiuſdem prouinciæ Epiſcopi præſto fuere;adeo ut,ſal
ua pace Catholica,nequaquam potuiſſent Sardicenſis Concilij canones non recipere?Si ergo do-
lus malus ſubeſſe minime potuit,alia plane exquirenda cauſa eſt, cur a Zoſimo ſub titulo Nicæni
Concilij citatus fuerit canon Concilii Sardicenſis. Coniecturæ locus patens eſſe debet, vbi ceſſat
omnis de impoſtura ſuſpicio. Vnde licet opinari,uel quod canon ille Nicæni Concilij fuerit cum
alijs tranſlatus in Sardicenſe;vel quod,cum id celebratum ſit pro corroboratione Nicæni Cōcilij,
idem reputatum cum illo fuerit:quod apud veteres adeo conſtans fuit,ut cum recenſerent Conci
lia generalia,poſt Nicænum ponerent Conſtantinopolitanum,prætermiſſo penitus Sardicenſe,q
tamen fuiſſe œcumenicum liquet.

Sed nec mirum eſt,quod nec nouum ſit,ſi vnus idemq.canon,uel plures ſub diuerſis Conciliis LXXXVII.
cenſeantur. Nam ne longe petita quæramus exempla;in promptu eſt,quod in Concilio Cartha-
ginēſi anno ſuperiori celebrato inſerti habentur canones Cōcilij Mileuitani. inſup & canones Cō
cilij Hipponenſis(ut diximus)tranſlati ſunt in poſteriora Concilia Carthaginenſia.Quid ergo im-
C poſturæ erit,ſi canones,qui poſiti reperiuntur ſub titulo Conciliorum Carthaginenſium, quis ci-
tauerit nomine Conciliorum Mileuitani,uel Hipponenſis? Num qui id faceret, exclamaueris im-
poſtorem?non puto,immo potius exactum canonum cognitorem, qui nouerit proprios fontes
unde manarint. Certe quidem plura de Concilio Nicæno ſunt exempla, aliquot eiuſdem Concilij
canones tranſlatos fuiſſe in Concilium Sardicenſe,nimirum quintum,decimumquintum, deci-
mum ſextum,& decimum ſeptimum,quos exſcriptos inuenies in Concilio Sardicenſi ſub numeris
primo,decimono,& decimoſexto.

Quod ſi neges ea de appellationibus ſtatuta fuiſſe in Nicæno Concilio;vnde negationem hāc LXXXVIII.
probare vales? Num illud vnum ſatis eſſe poteſt argumentum,quod codices Africani & aliqui Ec
cleſiarum Orientalium illis carent? Ego contra,Romanæ Eccleſiæ codices illos habuiſſe, teſtifica
tione Zoſimi,aſſeram.Modo æqua lance perpende,quibuſnam codicibus maior adhibenda ſit fi- *Quibus Codicibus maior adhibenda ſit fides.*
des:ſimul conſiderans,quæ longo tempore ſit paſſa naufragia Eccleſia Africana factione Donati-
ſtarum,qui cum Arianis fœdus inierant:quorum nequitia & illud quoque factum eſſe iam dixi-
mus,vt ipſum Concilium Sardicenſe,idemq.œcumenicum,cui & cum Primate Epiſcopo Cartha-
D ginenſi triginta Epiſcopi Africani interfuerunt,poſteris Africanis penitus interceptum fuerit, ut
omnino perierit,immo & nomen ipſum male apud eos audiens,reſpueretur,tamquam Cōciliabu
lum hæreticorum [d]. Conuerte rurſus oculos ad Orientis Eccleſias, & quibus per plurimos annos d Aug.epi. 165. ad Fortunatum, & contra Creſc. lib.3.c.34.
fluctibus iactatæ fuerunt,conſidera,Arianis Epiſcopis præſidentibus,expulſis penitus Catholicæ
communionis Epiſcopis:quibus omnibus malis caruiſſe Romanam Eccleſiam, iam ſuperius ex
rebus geſtis ſingulorum annorum ſatis perſpicue demonſtratum eſt. Ex quibus plane iure argu-
mentari liceat,fideliores habendos eſſe codices in Romanæ Eccleſiæ archiuo diligenti cuſtodia
aſſeruatos,quam quoſlibet alios diuerſarum prouinciarum. Haud enim recens eſt eiuſmodi argu
mentatio,ſed iam vetus,a maioribus vſurpata & ſolida fide recepta,cum contigit in diſceptationē
venire fidem codicum Romanorum & Orientalium;quādo ex integritate Romanæ Eccleſiæ char
tarum fuit perſpicue demonſtratum,ipſas ſacroſanctas Synodos œcumenicas apud Orientales ab
hæreticis eſſe corruptas,labefactatas,ac penitus in falſum ſenſum mutatas & deprauatas; quas &
ex Romanis codicibus oportuit in priſtinum veritatis candorem reſtituiſſe.Facit de his omnibus
certam fidem S.Gregorius [e] Papa,quem conſulas.Si igitur ea de Concilijs Epheſino & Chalce- e Gregor.lib. 5. epiſt.14.
E donenſi acciderunt, cum Eccleſiæ Orientales a Catholicis regerentur Epiſcopis:quid cenſendum
eſt,cum Ariani,in quorum manibus erant omnium Eccleſiarum codices & omnes vbique locorū
conſtructæ bibliothecæ,Orientalibus præerant Eccleſijs?num quis negabit talia accidere potuiſ-
ſe,immo & accidiſſe non facilius exiſtimabit?Sed ne hic eadem repetere cogamur,conſule quæ di
cta ſunt ſuperius tertio tomo,de cauſa,cur nomine Concilij Nicæni citati fuerint canones Conci-
lij Sardicenſis.

His denique & alijs perſuaſi Epiſcopi Africani,longe abfuit vt citatos a Zoſimo canones non LXXXIX.
repertos inter canones Nicæni Concilij,ſed ſub Concilio Sardicenſi,vt adulterinos reiecerint,&
vt adſcititios ſpurioſq. dānauerint;ſed eos potius vt legitimos ac fide dignos(vt par erat) habue-
runt. Cuius quidem rei locuples teſtis accedit Ferandus diaconus Carthaginenſis Eccleſiæ,qui in
huius ſæculi fine magno ſplendore claruit non Carthagine tantum,ſed in vniuerſa Eccleſia Africa
na.Hic quidem in ſuo Breuiario,ſeu Concordantia canonum,quā diligenter elucubratam trecen- f Breuiar. Ferrand. 149. 153. apud Creſconiū.
tis diſtinxit capitibus,eorumdem [f] canonum mentionem habet, recenſens eos ſub titulo Conci

Digitized by Google

lij Sardicenſis:immo ipſe recte interpretatus,alteri eorum huiuſmodi præfixit titulum [a]: De pro A
uinciali Synodo retractanda per vicarios Epiſcopi vrbis Romæ,ſi ipſe decreuerit.]ita ibi:vt plane
intelligas,nequicquam ab ipſis appellationis iuri,ſed nec executioni ipſius per vicarios nempe Le
gatos de Latere,faciendæ,eſſe derogatum,vel imminutum;cum modum dumtaxat illis diſplicuiſ
ſe,quæ dicta ſunt ſuperius,doceant.

a Conc.Sar.c.7.

XC. *Ex ſuis ſcript. Africani conuicti.*

Conſidera igitur,lector,cuncta quæ a nobis allata ſunt pro defenſione Zoſimi Papæ & iurium
Apoſtolicæ ſedis(quod ſincere ſine fuco & fallacijs rem agamus)non aliunde deprōpta eſſe, quā
ex teſtificatione ipſorum Africanorum virorum,ac potiſſimum S.Auguſtini,& aliorum qui huic
Synodo interfuerunt,aduerſantium Epiſcoporum,ex ſcriptis ab ipſis epiſtolis & alijs:quibus per
ſpicue intelligere poſſis,omnia rite,ſine dolo & impoſtura,omniaq. fideliter a Zoſimo & ſucceſſo
ribus Romanis Pontificibus eſſe tractata.Si ergo hæc ex aduerſantium domo petita rem adeo per
ſpicuam reddunt:quid ſi extarent ipſorum Romanorum Pontificum Zoſimi,Bonifacij,& Cæleſti
ni ad eorum litteras redditæ reſponſiones,cum & ſine ipſis penitus euincatur cauſa? Cum igitur
iam ex his quæ dicta ſunt,plena fide probatum habeas ius antiquum appellandi ab Africanis Epi
ſcopis ad Romanam Eccleſiam,illudq. frequentibus & antiquis recentioribus firmatum exem- B
plis,perſpicuūq; redditum non rem nouam tentaſſe Zoſimum & ſucceſſores, nec ſurreptos eſſe
(quod aiunt)ius appellandi,vſque adeo manifeſtum ſit:ipſæ certe(ſi poſſent) plane erubeſcerent
chartæ,quæ a Nouatoribus Zoſimum & Bonifacium ſtylo lancinantibus ſunt contumelijs exara
tæ.Sint ijdem ipſi iudices,ſi quod tamen veri cognoſcendi ſtudium,quod connatum eſt omnibus,
eorum inſidet animis;ſimulq. diſcant omnes,quam offuſa ſemel mente denſa caligine,& in tranſ-
uerſum acta odio atque liuore,feratur in præceps,dum ijdem ipſi quæcumque ignorant,blaſphe-
mant,& dente canino corrodunt.

XCI.

Sed nec parcendum illi,qui ignoratione rerum geſtarum,ex turbis his actus in fugam, quæſi
uit(quod pijs non licet)in mēdacijs latebras.Falſo enim exiſtimans poſtremis Africanorum Epi
ſcoporum litteris ad Cæleſtinum Pontificem datis eſſe conflatum ſchiſma, diuiſamq. penitus Afri
canam Eccleſiam a communione Romanæ:quid improbe improbus finxit impoſtor?(vehemen-
tius enim commoueor in eos,qui mendacijs labefactant,quam ſe putant ſuffulſiſſe Dei Eccleſiam,
columnam & firmamentum veritatis)quid inquam ille? Qui igitur ſemel errore ductus ſibi perſua
ſit hoc tempore ſciſſam penitus fuiſſe Africanam Eccleſiam a Romana(proh nefas!)quam enor C
me excogitauit commentum? Finxit Bonifacij Secundi Papæ nomine epiſtolam ad Eulalium Epi
ſcopum Alexandrinum de reconciliatione Eccleſiæ Carthaginenſis cum Romana,iam ante(vt ſi-
bi videbatur)ſchiſmate diſciſſa ab his temporibus Bonifacij ac Cæleſtini prædeceſſorum Roma
norum Pontificum. Addit etiam ea de re ab alio Eulalio Epiſcopo Carthaginēſi libellum ad ipſum
Bonifacium pro reconciliatione datum; necnon interceſſiſſe ad rem perficiendam tradit litteras
Iuſtini Imperatoris. Hæc quidem & alia mendaciorum frigidus concinnator, ſed callidus vete-
rator,ibi habet. Patienter audi,& ſcies meæ commotionis paulo poſt iuſtiſſimam cauſam.

De epiſtola cōficta Bonifacij Papæ nomine.

XCII. *Redarguitur falſitatis epiſtola nomine Bonifacij Papæ ſcripta.*

Agendum iampridem alias nobis fuit in Notationibus ad Romanum Martyrologium aduer
ſus eumdem impoſtorem;cuius quidem epiſtola cōmenticia adeo immenſa clades ea ex parte in-
fertur Eccleſiæ,vt niſi falſa omnino ea eſſe conuinci poſſet, plane ex Eccleſiæ Catholicæ albo ex-
pungenda fuiſſent ſanctorum Africanorum martyrum agmina, qui in perſecutione Vuandalica
pro fide Catholica magna gloria certātes,atque agonem ſumma patientia conſummātes,aſſecuti
ſunt martyrij palmā;delendiq. pariter forent ex Eccleſiaſticis tabulis præclariſſimi cōfeſſores,qui
per illud ſpatium annorum centum in Africana Eccleſia claruere doctrina atque vitæ ſanctitate cō D
ſpicui. Etenim ſi integro ſæculo,hoc,nempe a Bonifacio Primo vſque ad Bonifacium Secūdum,
Africana Eccleſia perſeuerauit in ſchiſmate; nihil eſt vt aliquis potuerit interea legitima imperti
ri corona martyrij,vel in aliquo confeſſionis præmio munerari;cum & ſententia Cypriani & ipſius
Auguſtini Africanorum Antiſtitum atque doctorum,certum exploratumq. ſit, nullam eſſe poſſe
ſchiſmaticorum coronam & præmium,quæ nonniſi dentur in Eccleſia Catholica elargiri. Vide,
rogo,in quod diſcrimen ille,quiſquis fuerit,adduxerit Eccleſiam:cum ſi eius ſtare poſſet epiſtola,
corruere neceſſe eſſet ea ex parte Dei illam ſtructuram,quæ tot ſanctorum martyrum & confeſſo
rum viuis eſt aucta lapidibus.

XCIII.

Cæterum toto cælo(vt dicitur)palam fecimus,& demonſtrauimus clariſſima omnino luce ab
homine vafro elaboratum eſſe commentum,dum oſtēdimus, nec hoc tempore ſub Bonifacio, Cæ
leſtinove,vel eorum ſucceſſoribus Romanis Pontificibus interciſam fuiſſe vel ad vnius diei tantū
ſpatium,vel horæ momentum,Africanæ cum Romana Eccleſia communionem; quod & tibi no-
tius fiet ex his quæ inferius ſingulis ferme annis dicturi ſumus:vt nulla prorſus dubitatio hac de
re animum tuum pulſare poſſit: Vnde plane intelligas epiſtolam illam eſſe falſiſſimā,ſiue eius ſpe E
ctes argumentum,ſiue explores quæ in ea auctor congeſſit alia aperta mendacia. His addas,quod
dum finxit Bonifacium Secundum eam ſcribere epiſtolam ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinū,
plane de Eulalio tum Epiſcopo Alexandrino manifeſtæ id redarguitur falſitatis, cum conſtet tē
pore Bonifacij Secundi præfuiſſe Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheum eius nominis tertium, ſiue
quartum potius dicendum,eumdemq. hæreticum,& a Romana Eccleſia alienum. Sed nec eſt qd
fingi poſſit aliquis alius Eulalius nomine præfuiſſe Eccleſiæ Carthaginēſi;cum tempore eiuſdem
Bonifacij,regnante Gelimere Vuandalorum Rege,nec vnus eſſet reperiri in Africa Catholicæ cō
munionis Epiſcopus. Inſuper dum inconcinnus effictor in eadem epiſtola meminit Iuſtini tunc
regnantis Imperatoris,quam aperte ſe mentitum eſſe ſignificat? etenim eo tempore Bonifacij nō
Iuſtinus,ſed Iuſtinianus regnabat in Oriente. Vides lector,quot quantiſq. certis demonſtrationi-
bus res tibi facta ſit nota,cum vel vna tantum ex adductis hic rationibus pluſquam ſatis eſſe po-
tuerit ad arguendam epiſtolæ falſitatem:& intelligis quanto periculo recipiantur indiſcuſſa quæ-

que Ro-

A que Romanorum Pontificum nomine edita. At de his hactenus.

Iam vero elucidatis, quæ in maximam controuerſiam ab aduerſarijs deducta erant atque de- XCIV.
fenſa: reliqua eiuſdem ſexti Concilij Carthaginenſis abſoluamus. In Concilio Carthaginenſi, ſiue
hoc, ſiue alio ſub eodem Bonifacio celebrato, editus eſt canon de libris canonicis diuinæ Scriptu-
ræ: extat adhuc, ſed neſcio quomodo relatus ſub Concilio tertio Carthaginenſi ſub numero qua-
drageſimoſeptimo, vbi ad finem de confirmatione canonis per Romanum Pontificem Bonifacij
iſta ſubijciuntur [a]: Hoc etiam fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel * alijs earum partium a Concil. Carth. 3. c. 47.
Epiſcopis pro confirmando iſto canone innoteſcat, quia a Patribus iſta accepimus in Eccleſia le- * &
genda. Liceat etiam legi Paſſiones martyrum, cum anniuerſarij dies eorum celebrantur.] hæc ca- *Canonem ſcri-*
non. Ex quibus vides, lector, quantum deferrent Africani Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ, dum eodem *pturæ diuinæ*
tempore, quo ea agitabatur controuerſia, nihil remiſerunt ſummiſſionis & reuerentiæ erga Roma *confirmat Ro-*
num Pontificem. Sed & illud conſidera, quod ſi in hagiographis ſuſcipiendis confirmationem re- *manus Pont.*
quirunt illi ab Apoſtolica ſede, quantum abeſt vt ob cauſam aliorum canonum ab ea voluerint
ſeparari? Quamobrem & illud accidiſſe diximus, quod licet canones illos citatos nomine Conci-
B lij Nicæni inter alios Nicænos canones minime reperiri contigerit; nihilominus eoſdem, ac ſi Ni
cæni fuiſſent, cuſtodiendos acceperunt. Porro canonem iſtum de ſacris libris fuiſſe (quod poſtu-
larant) a Bonifacio Romano Pontifice confirmatum, inde certum ducimus argumentum, quod S.
Auguſtinus ſcribens ad Quintianum hæc ait [b]: Vos ipſi prius nolite in ſcandalum mittere Ec- b Auguſt. epiſt. 235.
cleſiam, legendo in populis ſcripturas, quas canon Eccleſiaſticus non recepit.] & paulo poſt: Non
memineris in Concilio inſtitutū, quæ ſint Scripturæ canonicæ, quæ in populo Dei legi debeant?
Recenſe ergo Concilium; & omnia quæ ibi legeris, commenda memoriæ, &c.] hæc ipſe, vt de con-
firmatis ab Eccleſia ſacris libris.

Quod inſuper ad legendas Paſſiones martyrum in Eccleſia anniuerſaria die canon ſanciuiſſe XCV.
videtur: id quidem haud improbauit Rom. Pōtifex, licet minime Eccleſia Romana vſu receperit, *Acta Martyrū*
quod ſcilicet (vt teſtatur Gelaſius) ex eis aliqua ab idiotis, aliqua etiam ab hæreticis probarentur *quæ exploſa.*
fuiſſe compoſita. Sed hæc intellige de prolixioribus Actis ſanctorum martyrum quorum vix pau
ca reperiri contigit ſuo priſtino, quo ſunt ſcripta, candore atque ſimplicitate niteſcere, de quibus
hæc habet & ſextæ Synodi canon [c]: Quæ a veritatis hoſtibus confictæ ſunt martyrum hiſtoriæ, c Apud Theod. Balſam. ſext. Synod. c. 63.
C vt ſic martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent in infidelitatem deducerent, in Ec-
cleſia nō publicari iubemus, ſed eas igni tradi: qui eas autem admittūt, vel tamquam veris eis mē
tem adhibent, anathematizamus.] hæc ibi. Ceterum compendioſæ illæ Paſſiones martyrum, quas
continent Martyrologia, anniuerſaria quaque die, qua iidem paſſi ſunt martyres, tam apud La-
tinos quam Græcos antiquo vſu ſemper in Eccleſia recitari conſueuerunt. Sed redeamus ad
Synodum.

Decreta iam in eadem Synodo (vt dictum eſt) magna celeritate legatione in Orientem ad per XCVI.
quirendos Nicænos canones, duo inuenti delectique ſunt qui idem munus obirent, Innocentius *De Innocentij*
presbyter, & Marcellus ſubdiaconus Eccleſię Carthaginenſis: quorum prior Innocentius preſ- *legatione in O-*
byter miſſus eſt Alexandriam ad Cyrillum eius Eccleſiæ Epiſcopum, Marcellus vero ad Atticū *rientem.*
Conſtantinopolitanum Epiſcopum. hæc quidem ex redditis ab eis ad Synodum litteris perſpi-
cua fiunt, quibus Cyrillus diem Paſchatis anni ſequentis ad XVII. Kal. Maias annunciauit: cōſtat
quidem etiam ipſum (vt agebat Theophilus) annis ſingulis ſingulas ſcripſiſſe Paſchales epiſtolas.
Extant ipſę in Vaticana bibliotheca numero trigintaduæ, quas exſcribendas curauimus, & Latini
D tate donandas per Federicum Merium diligenter in opus incumbentem.

Quod rurſum ad Innocentium presbyterum ad Cyrillum Alexandriam miſſum pertinet: ip- XCVII.
ſum inde profectum eſſe Hieroſolymam, reddidiſſeq. S. Hieronymo litteras S. Auguſtini & Aly-
pij, ex eiuſdem ad eos reſpōſione perſpicue poſſumus intelligere. Inter alia autem iidem Auguſti
nus & Alypius ſuis litteris reddiderunt S. Hieronymum certiorem de damnatione facta hæreſis
Pelagianæ. Qua de re magna ipſe Hieronymus lætitia affectus eſt: vnde ad eos: Mihi (inquit [d]) om d Hier. epiſt. 79.
nis occaſio gratiſſima eſt, per quam ſcribo veſtræ reuerentiæ, teſtem inuocans Deum, quod (ſi fie
ri poſſit) aſſumptis alis columbæ, veſtris amplexibus implicarer, ſemper quidem pro merito virtu
tum veſtrarum, ſed nunc maxime, quia cooperatoribus & auctoribus vobis hæreſis Cæleſtiana iu
gulata eſt: quę ita infecit corda multorum, vt cum ſuperatos damnatoſq. eſſe ſe ſentiant, tamen ve
nena mentium non omittant; & quod ſolum poſſunt, nos oderint per quos putant libertatem docē
dæ hæreſeos perdidiſſe.] hæc ipſe. Meminit in eadem ipſe epiſtola de S. Euſtochio proxime defun
cta, & quidem (vt videtur hoc anno: nam anno ſequenti ab aduentu Innocentij presbyteri ſe eam
epiſtolam ſcripſiſſe teſtatur, qui hoc anno (vt dictum eſt) illuc ab Africanis Epiſcopis miſſus fuit.
E Sicq. & ſequenti anno eam ab ipſo epiſtolam ſcriptam apparet, ante quam haud pridem (vt ibi
ait) S. Euſtochium defuncta erat. fuiſſe quidem videtur illa nouiſſima omnium epiſtolarū ipſius:
nam anno ſequenti (vt dicemus) eumdem S. Hieronymum ex hac vita migraſſe, Proſper affirmat.

Ex his igitur (vt vides) conſignatum habes tempus migrationis clariſſimæ genere & ſanctita- XCVIII.
te celeberrimæ Euſtochij virginis, S. Paulæ filiæ, agentis Bethlehem vna cum matre annis viginti, e Hier. epiſt. 27.
poſt illius vero obitum annis quindecim, vt ex litteris [e] eiuſdem Hieronymi ad eam in matris *Tempus Euſto-*
tranſitu ex hac vita ſcriptis intelligi poteſt, dum ſub Conſolatu Honorii ſexto & Ariſteneti (qui eſt *chij Monaſti-*
annus Domini quadringenteſimusquartus) numerat commorationis eiuſdem Paulæ matris Be- *ca obſeruātia.*
thlehem annos viginti, a tempore videlicet quo vna cum filia Euſtochio illuc profecta erat: a quo
quidem tempore vſque in præſentem annum incolatus monaſterii Bethelhemitici ſuperſtitis Eu-
ſtochii filiæ anni intercurrerunt quindecim. ſicq. anni fient trigintaquinque monaſticæ obſeruan
tiæ eiuſdem Euſtochij in Bethlehemitica manſione, actis iam ante Romæ in ſancto propoſito vna
cum matre annis quinque.] hęc omnia liquent ex teſtificatione S. Hieronymi, caſtiſſimæ virginis
cum cæ-

Digitized by Google

cum cæleſti ſponſo nuptiarum ſpiritualium pronubi,morum excultoris,& fidiſſimi eius integri- A
tatis ad obitum vſque cuſtodis:cuius quidem ſcriptis,quæ qualis,quantaq. S. Euſtochium fuerit,
ſexcentis ferme locis,haud obſcuris notis declaratũ inuenies. Extitit ipſa plane terra bona & opti
ma,quæ tanto cultore digna fructum reddidit centuplum,& quidem in patientia:cuius ſpecimen
inſigne edidir illud nouiſſime,quo graſſatores paſſa,cædes & incẽdia, bonorumq. deprædationẽ,
& his omnibus acerbiores minas,conqueſta de his apud Romanum Pontificem, noluit nomina
recenſere ſceleratorum tanta ſacrilegia perpetrantium,nec eorum ad facinus impulſoris ediſſe-
re voluit accuſatrix;ſed ſignaculo Chriſtianæ manſuetudinis ac patientiæ illibatam virginitatem
& cuſtoditam quam exactiſſime diſciplinam monaſticam conſignauit,ſic nempe ſumma integri-
tate & ſanctitate totius vitæ tranſactæ periodum quam honeſtiſſime atque ſanctiſſime claudens.

XCIX. *De S. Euſtochij ad Deum tranſitu.*

Hic finis Iuliæ Euſtochij,immo principium vitæ,cum exoptatum diu nuptiarum tempus ad-
uenit,iam longe ante plurimos annos ab ipſo S. Hieronymo ei iugiter contemplandum ob ocu-
los poſitum,cum in nobili illa de inſtitutione virginis ſcriptione in ipſius ſublimi profeſſione vir
ginitatis tyrocinio elucubrata,ad finem iſta de eius fine philoſophatus,vel potius vaticinatus,ha-
a Hier. epiſt. 22. in fin. bet [a]: Egredere,quęſo,paulliſper de carcere,& pręſentis laboris ante oculos tibi pinge mercedẽ, B
quam nec oculus [b] vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit. Qualis erit illa dies, cum
b Iſai. 64. tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virgineis,cum poſt Rubrum mare, ſubmerſo
c Exod. 15. cum ſuo exercitu Pharaone,tympanum tenens pręcinet reſponſuris: Cantemus [c] Domino: glo
rioſe enim honorificatus eſt:equum & aſcenſorem proiecit in mare. Tunc Thecla in tuos læta vo
d Cant. 3. labit amplexus. Tũc & ipſe ſponſus occurret,& dicet:Surge [d] veni ſponſa mea,veni proxima mea,
ſpecioſa mea,columba mea;quia ecce hiems tranſiuit,pluuia abijt ſibi. Tũc Angeli mirabuntur,
e Cant. 9. & dicent:Quæ [e] eſt iſta proſpiciens quaſi diluculum,ſpecioſa vt Luna,electa vt Sol? Videbunt te
filię,& laudabunt Reginę,& concubinę prædicabunt. Hinc & alius caſtitatis chorus occurret; Sa
ra cum nuptis veniet,filia Phanuelis Anna cum viduis. Erunt in diuerſis gregibus carnis & ſpiri-
tus matres tuę. Lætabitur illa,quòd genuit:exultabit iſta,quòd docuit,&c.]hęc Hieronymus de fu
turo iam diu ante deſcripto Euſtochij ad Deum tranſitu:tale namque ante triginta & amplius an
nos de venturis cum ſponſo cæleſti eius nuptijs dulce præcinuit epithalamium,quod nos hic epita
phij loco poſuimus. Nõ enim lacrymis,ſed gaudijs,nec funeris,ſed triumphi pompa proſequi de
cet tantam virginem migrantem ad Chriſtum virginum ſponſum. C

C. *Euſtochij ætas*

Quot antẽ annos nata ſanctiſſima virgo deceſſerit,haud exceſſiſſe putamus ætatis annũ quin-
quageſimum:vtpote quam tempore S. Bleſillæ ſororis obitus (cuius ſuo loco & tempore quarto
f Hier. epiſt. 25. tomo meminimus)haud prouectæ ſatis ætatis fuiſſe,idem S. Hieronymus [f] teſtari videtur,vbi in
conſolatione Paulæ matris de eiuſdem Bleſillæ obitu ait:Parce ſaltem Euſtochio tuæ,cuius parua
adhuc ætas & rudis pene infantia.]Fuit autem ipſa inter quinque S. Paulæ filios tertio loco genita.
Erat Bleſilla omnium primogenita,ſecunda Paulina,tertia Euſtochium,quarta Ruffina, quinto
vero loco & vltimo Toxotius natus,vt ex teſtificatione eiuſdem Hieronymi ſatis liquet. Cum igi-
tur tempore profectionis S. Paulæ ex Vrbe Hieroſolymam ante annos(vt diximus)trigintaquin
g Hie. epiſt. 27. que,vt idem teſtatur [g], eſſet Ruffina quarto loco nata iam nubilis;quæ diximus de ætate Euſto
chij,confirmari poſſe videntur,vt quæ ante ipſam orta Euſtochium haud minor annis tunc quin-
decim fuiſſe dicatur. qua quidem inita de annis Euſtochij ratione,ipſam quinquagenariam deceſ
ſiſſe dicendum erit. Porro dies natalis ſanctiſſimæ virginis Euſtochij relatus reperitur a Romana
Eccleſia in tabulas Eccleſiaſticas quarto Kal. Octobris hoc elogio: Eodem die S. Euſtochij virginis
filiæ B. Paulæ;quæ ad Præſepe Domini cum alijs virginibus enutrita,præclaris meritis fulgẽs,mi-
grauit ad Dominum.]hæc ibi publica teſtatione,cum alioqui priuatis obſequijs omnes ferme ſa D
cræ virgines eam conſueuerint frequentare.

CI. *De S. Paula Iuniore.*

Sic igitur cum ex humanis Euſtochium deceſſiſſet,ſolatio amitæ remanſit Paula Iunior deſti-
tuta. Hæc(vt dictum eſt)nata eſt ex matre Læta atque Toxotio filio S. Paulæ,de cuius educatione
h Hier. epiſt. 7. ad eius matrem S. Hieronymus epiſtolam ſcripſit [h], dictaq. eſt ad diſcriminationem Paulæ Se-
i Hier. epiſt. 79. nioris eiuſdem auiæ iſta Paula neptis. de qua idem S. Hieronymus in dicta epiſtola ad Auguſtinũ
& Alypium in fine his verbis [i]: Paula veſtra neptis.]ſed melius ita in aliquibus ſcriptis codicib.
Paula neptis,veſtra]& quod ſequitur:miſerabiliter deprecatur,vt memores eius ſitis, & multum
vos ſalutat.]hæc de ipſa:quæ in eodem relicta monaſterio,quãdo diem extremum clauſerit, nobis
eſt hactenus in compertum. Par eſt autem credere,vt quæ(quod ſuo loco dictum eſt ſuperius)nata
eſt ex repromiſſione martyris,& ab ipſis incunabulis Deo dicata, tantarumq. feminarum ſancta
educatione nutrita,ac S. Hieronymi ſcriptis ab infantia ad ſummum virtutum exemplar inſtitu-
ta,finem egregia pariter clauſerit ſanctitate.

CII. *De Melania Iuniore & ſocijs.*

Sed & illud & ex eadem S. Hieronymi epiſtola velim obſerues,ipſum non Paulæ neptis tantũ E
nomine eiſdem Auguſtino atque Alypio Epiſcopis ſalutem impertire, ſed nomine etiam Albinæ,
Piniani,atque Melaniæ,quos ante ſeptem annos diximus verſatos in Africa,& poſtea vna ſimul ve
k Hier. epiſt. 79. niſſe Hieroſolymã. ait enim [k]: Sancti filij communes Albinus*,Apinianus *, & Melania plurimũ
* Albina * Pinianus vos ſalutant.]hæc ibi. Verum pro Albinus,Albina,& pro Apinianus,Pinianus reſtituẽdi ſunt,niſi ꝑ
ter Albinã matrẽ fuerit illic Albinus filius. Sed quando(inquies)hi Hieroſolymã peruenerũt? ante
l Extant apud Metaphr. die 31. Ianuar. & Sur. tomo 1. triennium. Et ne putes nos agere coniectura,vel diuinare;habes id ipſum expreſſe demonſtratum
in rebus geſtis [l] eiuſdem Melaniæ Iunioris:vbi cum dicatur eadem annis ſeptem in Africa com
morata;ſi reperias tempus eius Roma illuc profectionis,quam accidiſſe diximus anno qui præceſ
ſit Vrbis cladem,quadringenteſimonono;& ab eo tempore numeres ſeptem illos annos,inuenies
vtique ante triennium(vt dictum eſt)ipſam ac eius ſocios Hieroſolymam perueniſſe,& vna cum
m Pallad. in Lauſiac. c. 33. ea Albinam matrem Melaniæ Iunioris, vt eius acta reſtantur: fuiſſe namque hanc Albinam no-
mine coniugem filij Melaniæ Senioris, Palladius docet [m].

Digitized by Google

CIII.

A Ab ipſo autem Hieroſolymam aduentu poſt dies quadraginta defunctam eſſe Melaniam Se-
niorem, Palladius [a] tradit, licet de alijs nullam habeat mentionem: quos dum ait inferius [b] vi-
tam duxiſſe in Campania & in Sicilia; plane ignoraſſe viſus eſt, ex Auguſtino certum reddi eoſdē
in Africa degiſſe; neſciſſe pariter, ex S. Hieronymo palam fieri eoſdem Hieroſolymam profectos
eſſe: quæ omnia pluribus teſtantur Acta S. Melaniæ Iunioris. Quinetiam ex eodem S. Auguſtino cō-
ſtat, hos, cum Hieroſolymam perueniſſent, & Pelagium ibi agentem inueniſſent, ipſum admonuiſ-
ſe, vt ea omnino damnaret, quæ ab Orthodoxis aduerſus eum obijcerentur: ipſum autem, veluti
eis obtemperantem, ſcripſiſſe anathematiſmū aduerſus illos errores, qui ab Occidentalibus in eū
obiecti eſſent: ſed quam doloſe, quamq. veteratorie, S. Auguſtinus aperuit. Sed accipe modo quid
ipſe de his cum Pelagio agentibus ſcriptis tradat [c]: Scripſiſtis mihi, cum Pelagio vos egiſſe, vt
quæcumque aduerſus eum dicerētur, ſcripto damnaret; eumq. dixiſſe, audientibus vobis: Anathe-
mo, &c.] Miſerunt autem dicta a Pelagio ijdem Albinus *, Pinianus, atque Melania ad ipſum Au-
guſtinum: qui poſtea ſub Zoſimo Papa contrarijs ſcriptis oſtendit impij hæreſiarchæ fallacias.
Sed de his alias.

a Pallad. in Lauſiac c. 47.
b Idem c. 49.
Albinus & Pinianus admonent Pelagium.
c Aug de Chriſti grana lib. 1. c. 1.
* Albina

CIV.

B De rebus autem geſtis Melaniæ Iunioris, ac Piniani viri eius, ac ſociorum, eiuſdem Melaniæ
vitæ Acta declarant; nimirū peregriuatos eſſe in Ægyptum ad viſendos ſanctos monachos eremi
accolas, relicta Albina matre ob ingraueſcentem ſenectutem Hieroſolymis: inde vero redeuntes
Hieroſolymam, ſeorſum a coniuge Pinianum vitam excoluiſſe monaſticam, Melaniam vero ad
annos quatuordecim apud montem Oliueti clauſam in cella perſeueraſſe, duxiſſeq. ibi in anguſto
loco vitam Angelis ſimilem. Mira quidem hæc videbuntur ſed ſiquis legat, quæ de eiuſdem Mela-
niæ vitæ inſtituto, antequam Hieroſolymam proficiſceretur, cum adhuc in Italia ac Romæ potiſſi-
mum verſaretur, idem qui ſupra Palladius [d] ſcripſit, atque ea quæ de eiuſdem viuendi ratione
cum eſſet in Africa, eadem Acta habent; ſummum huiuſcemodi monaſticæ vitæ genus tum ip-
ſam, tum virum eius attigiſſe, haud valde mirabitur, cum ſe ab initio penitiſſime Deo am-
bo addixiſſent.

Melaniæ & Piniani vitæ inſtitutum.
d Pallad. in Lauſiac. c. 49.

CV.

Sed quid hoc item anno mirandum acciderit in Palæſtina, Marcellinus in Chronico, ſub ijſdē
Conſulibus Monaxio & Plinta, docet his verbis: Multæ Palæſtinę ciuitates, villæq. terręmotu colla-
pſæ ſunt. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſemper vbique totus, ſuper montem Oliueti Hieroſoly-
C mæ vicinum ſeſe de nube manifeſtauit. Multæ & tunc vtriuſque ſexus vicinarum Gentium natio-
nes tā viſu quam auditu perterritæ, atque credulæ ſacro Chriſti fonte ablutæ ſunt: omniſq; bapti-
zatorum in tunicis crux Chriſti Saluatoris Diuinitatis nutu extemplo preſſa refulſit.] hæc Mar-
cellinus, & alij. Cuius quidem rei adeo admirabilis occaſione, de tempore aduentus Domini ad
iudicandum cœpti ſunt vbique miſceri ſermones; quod ex Danielis [e] Prophetæ vaticinio iam prę-
nunciatus eſſet, aduētus Filij hominis in nubibus, & Zacharias [f] de ipſo loco eius aduentus ſup
montem Oliueti prædixerat. His inſuper accedebat etiam, quod memoria omnium retinerentur,
quæ ab Angelis dicta, a Luca [g] vero Euangeliſta conſcripta ſunt verba illa in eodem monte Oli-
ueti, vbi Chriſtus aſcendiſſet in cælū, & de ipſo Domino Ieſu ita prænūciata: Quemadmodum vi-
diſtis eum euntem in cælum, ita veniet. His, inquam, diuinis prædictionibus, & cælitus ea facta ap-
paritione, de venturi Domini ad iudicandum tempore inter diſertos viros diſceptari cœptum. Cu-
ius occaſione ſcripſiſſe videtur Heſychius [h] ad S. Auguſtinum de nouiſſima die; quæ, cum pręceſ-
ſiſſent (vt ait) tot ſigna, iam videretur inſtare. Cū & ipſe S. Auguſtinus [i] prolixa diſputatione, epi-
ſtola ad eumdem Heſychium reddita, itidem egit de nouiſſimi diei tempore: quam quidem hoc
D ab ipſo ſcriptam eſſe anno, ex eo redditur exploratum, dum numerans Domini annos ita ait: A na-
tiuitate Domini computantur anni ferme quadringenti viginti, a reſurrectione autem vel aſcen-
ſione eius anni plus minus trecenti nonaginta. Ceterum ipſe redarguit de his curioſum nimis ex-
ploratorem; cum tamen ipſe contra, diem illum haud inſtare demonſtret ex ſignis; cum lōge abeſ-
ſet, vt impletum dici poſſet, quod apud Matthæum ait Dominus [k]: Prædicabitur hoc Euangeliū
Regni in vniuerſo Orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio.] nam
ſubdit [l]: Sunt enim apud nos, hoc eſt, in Africa barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondū
prædicatum eſſe Euangelium, ex ijs qui ducuntur inde captiui, & Romanorum ſeruitijs iam miſcē-
tur, quotidie nobis ediſcere, in promptu eſt. Pauci tamē anni ſunt, ex quo quidam eorum rariſſimi
atque pauciſſimi, qui pacati Romanis finibus adhærent, ita vt non habeant Reges ſuos, ſed ſuper
eos Præfecti à Romano conſtituantur Imperio, & illi & ipſi eorum Præfecti Chriſtiani eſſe cœpe-
runt. Interiores autem, qui ſub nulla ſunt poteſtate Romana, prorſus nec religione Chriſtiana in
ſuorum aliquibus detinentur.] hæc Auguſtinus, cum de his agit. Sane quidem temporibus Genſe-
rici Vuandalorum Regis in Africa, in interiori Mauritaniæ parte in regno Capſur cœptum fuiſſe
E Euangelium prædicari, occaſione confeſſorum illuc relegatorum, Victor [m] affirmat.

Chriſti apparitio mirifica ſuper Montem Oliueti.
e Dan. 7.
f Zach. 14.
g Act. 1.
h Apud Auguſt. epiſt. 79
i Aug. epiſt. 80.
k Matth. 24.
l Aug ead. epiſt. 80.
Euangelium nondum toto Orbe diffuſum.
m Victor de perſecut. Vuand. lib. 1.

CVI.

Cum vero ſerperet venenum hæreſis Manichęorum in Gallijs hoc eodem tempore, Bonifacius
Papa hoc anno interpellatus libello accuſationis a clericis Eccleſiæ Valentinæ aduerſus Maximū
Epiſcopum Manichæorum ſectatorem, delegauit cauſam cognoſcendam Epiſcopis ſeptem pro-
uinciarum. Extat ipſa de his epiſtola Bonifacij data hoc anno Idibus Iunijs ſub Conſulatu Mona-
xij. Vides igitur accuſationes Epiſcoporum deferri ſolere ad Romanos Pontifices. Quomodo au-
tem Manichæi in Africa detecti fuerint, dicemus anno ſequenti.

CVII.

Hoc item anno, ijſdem Conſulibus, defuncto Chryſantio Epiſcopo Nouatiano Conſtantino-
poli, in locum eius ſuffectum eſſe Paulum, Socrates ſuorum Nouatianorum texens ſucceſſionem
Epiſcoporū affirmat: ſub quo de Iudæo hæc contigiſſe narrat [n]: Iudæus quidam veterator, Chri-
ſtianam fidem ſimulans, ſæpius baptizatus fuit: per quam fallaciā multas corraſit pecunias. Poſt-
quam autem multos ex varijs ſectis homines (Arianorum enim & Macedonianorum baptiſmum
receperat) dolo ludificatus, non habebat amplius quibus imponeret, tandem ad Paulum Nouatia-

n Socrat. libr. 7. cap. 17.
De Iudæo ſæpius baptizato.

num

num Epiſcopum venit: ait ſe magna cupiditate baptiſmi recipiendi flagrare; per eius manum vt il A
lud aſſequatur, orat. Paulus eius probat inſtitutum; verum ſe non prius illi baptiſmum daturum
ait, quam ſit fidei articulis inſtiturus, dieſq. quamplures ieiunijs vacauerit. Iudæus contra volunta
tem ieiunare coactus, acriter inſtare, vti baptiſmo donetur. Paulus quoniam illum tam obnixe ba
ptiſmum petentem mora nolebat offendere, parat res ad baptiſmum neceſſarias. Cumque ve-
ſtem candidam pro illo emiſſet, & alueum baptiſterij aqua impleri iuſſiſſet, Iudæum eo deduxit, vt
illi baptiſmum impertiret. Verum aqua vniuerſa, diuina quadam virtute, quæ oculis cerni præ
cipue non poterat, ſubito exhauſta eſt. At cum neque Epiſcopus, neque alij qui aderant,
accurate conſiderarent qua ratione id accidiſſet, ſed aquam per foramen, quod in imo alueo ſuit,
per quod etiam alias aquam ſolebant educere, effluxiſſe exiſtimarent; alueum baptiſmi de inte-
gro, foraminibus vndique in eo firme obturatis diligenter implent. At cum Iudæus eſſet ſecundo
in alueum baptiſterij deductus, aqua rurſus penitus euanuit. Itaque Paulus: O homo (inquit) aut
veteratoris partes agis aut baptiſmum ignorans recepiſti. Quare vbi ob miraculum a multis eo
concurſum erat, forte quidam Iudæum, de facie nouit, eumq. ab Attico Epiſcopo baptizatum vide
rat. Hoc miraculum per Paulum Nouatianum Epiſcopum editum fuit.] hactenus Socrates, & ip- B
ſe Nouatianus. Sed hæc diligentiori ſunt examine diſcutienda: extra enim Catholicam Eccleſiam
nulli dari poſſe miraculum, apud omnes in confeſſo eſt.

CVIII. *De certa ratione miraculi editi.*

Demus Socratem nihil eſſe mentitum (cum alioqui ſuſpecta ſit omnis de ſuis dogmatiſtis hæ
reticorum narratio) nihil eſt tamen quod ipſe tribuere iure poſſit, Epiſcopo Nouatiano miraculū,
quod potius tribuendum fuerat ſacramento, ſicut nec prophetia Caiphæ, ſed cum Pōtifex eſſet an
ni illius: verum namque reperiri apud hæreticos baptiſmum, iam totius Catholicæ Eccleſiæ ſentē
tia longe ante definitum fuiſſe liquet. Porro Nouatiani cum veriſſimi aſſertores eſſent ſanctiſſi-
mæ Trinitatis, cuius rei cauſa (vt dictum eſt) paſſi ſunt Chriſtiani Imperatores eos in ciuitatibus
commorari: æque probatum fuiſſe illorum baptiſmum ab Eccleſia Catholica, nulla eſt dubitatio
vel controuerſia. Non ſic quidem de Arianorum atque Macedonianorum baptiſmo accidit. Nam
cum Ariani additamento Eudoxij, ijdem facti ibi in Thracia ſunt Eudoxiani, eorum baptiſma, ſi-
cut & Macedonianorū, Catholica Eccleſia penit' reſpuit, in quo nulla eſſet aſſertio Trinitatis, ſub
qua conferri debere baptiſmum, Dominus ſuis mandauit Apoſtolis. Sed cur (inquies) cum bapti-
zatus eſt ab Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano, non euanuit aqua, ſicut cum initiādus ille erat C
a Paulo? Ea nimirum ex cauſa, quod tunc nulla fieret per reiterationem iniuria ſacramento, cum
ante collatum ſiue per Arianos, ſiue per Macedonianos, nullius eſſet momēti: nec ante quidem Iu
dæus ille baptiſmum eſt conſecutus, quam cum ab Attico eo initiatus eſt ſacramento. Stetit tunc
aqua, quia tunc primum verum baptiſmum collatum fuit. fluxit, cum in prioris iniuriam ſecūdū
baptiſmum, licet ignorans, Paulus præparaſſet. Ceſſit igitur miraculum illud in confirmationem
potius Catholicæ veritatis, quam ad Pauli merita illuſtranda, quem Socrates laudibus ornat.

CIX. *Aſclepiades Epiſcopus agit pro damnatis.* a *l. vlt. de pœnis. C. Theod.*

Contigit hoc ipſo anno itidem Conſtantinopoli, vt cum quamplurimi pœnam luituri eſſent,
eo quod opifices conficiendarum nauium ad barbaros tranſmiſiſſent; agente pro eis apud Impe-
ratorem Theodoſium Aſclepiade Epiſcopo Cherſoneſi, omnes liberati ſint; cum idem Auguſtus
eiuſmodi reſcriptum dedit [a]:

His qui conficiendi naues incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt, propter peritionē
viri reuerēdiſſimi Aſclepiadis Cherſonitanæ ciuitatis Epiſcopi, imminenti pœna & carcere libera
tis: capitale tam ipſis, quam ceteris ſupplicium proponi decernimus, ſiquid ſimile fuerit in poſte-
rum perpetratum. Dat. Conſtantinopoli, Monaxio & Plinta Conſſ.] Hoc quidem tempore ruptum D
fœdus inter Romanos & Perſas fuit: cuius rei cauſa Chriſtianos, qui apud Perſas agebant, grauı-
ter vexatos eſſe, anno ſequenti pro ratione temporis dicturi ſumus.

IESV CHRISTI ANNVS 420. | BONIFACII PAP. ANNVS 2. | HONORII 26. THEODOSII 13. IMPP.

I. *Conſtantius creatus Auguſtus.*

QVadringenteſimo vigeſimo Chriſti anno, Theodoſio Aug. nonum & Conſtantio Cæſare ter-
tium Conſulibus, idem Conſtantius auctus Imperio ab Honorio ex Cæſare Auguſtus eſt no
minatus. id S. Proſper in Chronico profitetur. Quo tempore Cæleſtius Honorij reſcriptis vna cum
hæreſi iam antea (vt vidimus) exagitatus, cum iterum ſeſe audax inferret in Vrbem, iterum cum
ſuis pelli Conſtantij Imperatoris reſcripto iubetur: quod acceptum ex vetuſto codice ab Henrico
Granio diſerto viro Louanienſi, vna cum alijs ſuperius redditis, hic edēdum curauimus. ſic enim E
ſe habet:

II. *Conſtantij edictum contra Pelagianos.*

Imperator Conſtantius Voluſiano Præfecto Vrbi. Cum te præteritæ ſuperſtitionis, tum recen
tis plena vanitatis iamdudum corrigi iuſſerimus, quotidianis inſinuationibus maior fieri nuncia-
tur. Et quoniam diſcordia animos commouet populorum: ea quæ iamdudum inſſeramus, præce-
ptionis iterati. Vnde his lectis, eximiera tua, omnes qui Dei inuident pietati, diligenter inquirat,
& eos faciat ſtatim e muris Vrbis expelli: ita tamen, vt ne intra centeſimum quidem lapidem ha-
beant licentiam conſiſtendi. Cæleſtium quoque magis ac magis ex Vrbe expelli mandamus. Cō
ſtat enim, ijſdem ex medio ſublatis, gratiam & concordiam tenere veterem firmitatem. Sane dein
ceps ſi tale quippiam fuerit nunciatum, Officium præſtantiæ tuæ capitali ſententiæ ſubdendum
eſſe cognoſcet. Non enim patimur impunitum eſſe, præcepta noſtra executionis negligentia pro
telari. Vale parens cariſſime & amantiſſime. *Et adiecta ſubſcriptio.* Impleatur quod iuſſimus; quia
hoc famæ tuæ expedit.] Poſt hæc vero, iſta quæ ſequuntur, in eodem codice legebantur:

Exemplar

A Exemplar edicti propoſiti a Voluſiano Præfecto Vrbi.

III. Voluſianus Præf. V. dixit: Hactenus Cæleſtium diuinæ fidei & quietis publicæ turbatorem iudicijs amica reis ſecreta ſubduxerunt. Iam leges etiam edicti perſequentur abſentem. Cui, quod primum eſt, æternæ Vrbis negatur habitatio; vt ſi vel in proximis fuerit diuerſatus, debitum non euadat exitum. Pro merito etiam temeritatis atq. auſus ſui cunctos huius edicti cautione præmonemus, ne quis iniquus noxio latebram putet eſſe præbendam: ne cum huiuſmodi ſit poſita pœna, ſupplicium ac ſtylum neceſſe ſit proſcriptionis incurrere, quiſquis reum diuinis humaniſque legibus apud ſe putauerit occultandum.] ita ibi, ac poſt hæc:

Edictum Voluſiani Præf. vrb.

Exemplar edicti Præfectorum Prætorio.

IV. Iunius, Quartus, Palladius, Monaxius, & Agricola iterum Præfecti Prætorio dixerunt: * . . . Pelagium atq. Cæleſtium Catholici dogmatis fidem ſæuis * tractatibus deſtruentes, ſententia Principalis inualuit, vt venerabili Vrbe ſummoti bonorum concilio * mulctarētur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis ſiniſtræ perſuaſionis erroribus credulum præſtet aſſenſum. Et ſi ille ſit plebeius, ac clericus, qui in caliginis huius obſcœna reciderit: a quocūq. tractus ad Iudicem, B ſine accuſatricis diſcretione perſonæ, facultatum publicatione nudatus, irreuocabile patietur exiliū: nā ſuperna maieſtas vt colligit ex ſecreti ignoratione reuerentiā, ita & ineptæ diſputationis iniuriā eximit per edictum.] hactenus ibi. Compreſſi nonnihil hiſce edictis Pelagiani, haud palā (vt antea fecerant) auſi ſunt prædicare blaſphemias. Meminit huiuſmodi contra Pelagium edictorū Photius in ſua Bibliotheca his verbis: Scripſit etiam Conſtantius Placidiæ vir, Valentiniani pueri pater, vt exilio mulctaretur Cæleſtius hæreticus. Scripſit aduerſus eū ſententiam Voluſianus Præfectus Vrbis. Hic vero Voluſianus auūculus fuit S. Melaniæ, Ethnicorum errores ſectatus, colens deos; in morte vero conuertitur, & a S. Proclo baptizatur Conſtantinopoli.] hucuſque Photius. ſed de his pluribus ſuo loco.

* Aduerſus * ſuis *Præfecti Præt. quid edixerint.* * conſortio

V. Hoc item anno, ad ſugillandam Gentilium impoſturam, pro animi arbitrio oracula falſa fingētium, accidit quod S. Proſper ſcribit [a] in libro de Prædictionibus, & nos ſuperius attigimus, de Cæleſtis templi demolitione facta Carthagine: Cum (inquit) a quodam Pagano falſum, vaticinium velut eiuſdem Cæleſtis proferretur, quo rurſum & via & templa priſco ſacrorum ritui redderentur: ille, ille inquam verus Deus, cuius prophetica vaticinia neſciunt omnino mentiri, nec fallere, ſub C Conſtantio & Auguſta Placidia, quorum nunc filius Valentinianus pius & Chriſtianus imperat, Vrſo inſiſtente Tribuno omnia illa templa ad ſolum vſq. perducta, agrum reliquit, in ſepulturam ſcilicet mortuorū, ipſamq. viā ſine memoria ſui Vuandalica nunc manus euertit.] hæc Proſper: q cum iſta dicat contigiſſe ſub Conſtantino Imperatore marito Gallæ Placidiæ, quem conſtat hoc anno imperare cœpiſſe, & ſequenti finē viuendi feciſſe, ad hæc plane tempora pertinere noſcuntur.

a Proſp. de prædict. par. 3. c. 38. *De Vrſo Tribuno demolītē in Africa tēpla.*

VI. Quod autem ex eodem Proſpero certum tempus habetur, quo nominatus ab eo Vrſus Tribunus Eccleſiæ negotia iuſſione Imperatoris Carthagine curabat: hic referenda ſunt quæ ſub eodem ibidem contigiſſe de Manichæis Poſſidius narrat his verbis [b]: Apud Carthaginem quoq. dum per quemdam domus regiæ procuratorem, nomine Vrſum, fidei Catholicæ hominem, ad quoſdā Manichæorum, quos Electos vel Electas dicunt, præſentes perueniretur, atq. ad eccleſiam ab eodē deducerentur, & perducerentur, ab Epiſcopis ad tabulas auditi ſunt. Inter quos etiam ſanctæ memoriæ Auguſtinus fuit, qui præ ceteris illam execrabilem ſectam nouerat, & eorum prodens eiuſmodi damnabiles blaſphemias, ex locis librorum quos illi accipiunt Manichæi, vſq. ad confeſſionem earumdem blaſphemiarum eos produxit: & quæ inter ſe illi ſuo more malo indigna & turpia D facere conſueuerunt, a feminis illarum, velut Electarum proditione, illis Eccleſiaſticis Geſtis declaratum eſt. Atq. ita paſtorum diligentia Dominico gregi & augmentum acceſſit, & aduerſus fures & latrones defenſio competens procurata eſt.] hæc Poſſidius.

b Poſſid. in Vita Aug. c. 16. *Quid Vrſus aduerſus Manichæos.*

VII. Sed iſtæ Manichæorum turpitudines in publica Acta relatæ, quænā fuerint, licet Poſſidius minime referat, narrat tamen ipſe Auguſtinus in libro de Hæreſibus ad Quoduultdeum: quæ quidem cum obſcœniſſimæ ſint, ſtylus promere erubeſceret, niſi eaſdem contingeret ab Auguſtino accipere, a quo mundo omnia munda, & per quem eum fluunt immunda, pura redduntur. Reddamus hic igitur eius verba [c]: Detecti (inquit) ſunt tamen ijdem Manichæi in eccleſia (ſicut ſcis) apud Carthaginem, iam te ibi diacono conſtituto. Quando inſtante Vrſo Tribuno, qui tūc Domini Regiæ præfuit, aliqui adducti ſunt; vbi puella illa nomine Margarita iſtam nefariam turpitudinem prodidit; quæ cū eſſet annorum nondū duodecim, propter hoc ſceleſtū myſterium ſe dicebat eſſe violatam. Tunc Euſebiam quamdam Manichæam, quaſi ſanctimonialem, id ipſum propter hoc ipſum paſſam, vix compulit confiteri, cum primum illa ſe aſſeruiſſet integram, atq. ab obſtetrice inſpici poſtulaſſet. Quæ inſpecta, & quid eſſet inuenta, totum illud turpiſſimum ſcelus, vbi ad exci- E piendum & commiſcendum concumbentium ſemen farina ſubſternitur (quod Margarita indicante abſens non audierat) ſimiliter indicauit. Et recenti tempore nonnulli eorum reperti, & ad eccleſiam ducti (ſicut Geſta Epiſcopalia, quæ nobis miſiſti, oſtendunt) hoc non ſacramentum, ſed execramentum ſub diligenti interrogatione confeſſi ſunt. Quorum vnus nomine Viator, eos qui iſta faciunt, proprie Catharistas, ideſt, Mundatores, vel Purgatores, vocari dicens, cum alias eiuſdem Manichææ ſectæ partes in Macarios & ſpecialiter Manichæos diſtribui perhiberet, omnes tamen has tres formas ſub vno auctore propagatas, & omnes generaliter Manichæos eſſe negare non potuit.] hactenus Auguſtinus.

c Aug. ad Quoduuld. de hæreſibus c. 46. *Turpitudines Manichæorū in acta relatæ.*

VIII. Eodem tempore in Africa noui erroris aſſertor emerſit Vincentius Victor, qui de animarum origine noua commenta excogitauit, nempe eas non ex nihilo, ſed ex diuina creatas eſſe ſubſtantia. At in primis per quos iſta cuniculos impius deriuarit, dicendum eſt. Et quod ad tempus ſpectat poſt damnatam Pelagianam hæreſim iſta ab homine prodita, S. Auguſtinus teſtatur, dum aduerſus eum agens, de Pelagianis hæc ait [d]: Nouellos hæreticos Pelagianos iuſtiſſime Conciliū Ca-

Vincētius Victor hæretic. d Aug. de anim. & orig. ad Petr. lib. 2. c. 12.

a Auguſt.lib.de anim.ad Vincen. Vict.l.1.c.1. tholicorũ,& ſedis Apoſtolicæ damnauit auctoritas.]Qđ vero ad Vincentiũ Victorẽ pertinet: quid A
de eo ad ipſum ſcribens idem Auguſtinus tradat [a], videamus: Cũ enim (inquit) quis eſſet Vincen
tius Victor, ab eis qui te nouerant,& forte aderant, requiſiſſem; audiui te fuiſſe Donatiſtã, vel po-
tius Rogatiſtam, nuper autem communicaſſe Catholicæ. Et cum gauderẽ tãtũ, quantũ de his ſole
mus quos ab illo errore liberatos eſſe cognoſcimus, immo vero multo amplius, quod ingenium
tuum, quo delectabar in litteris tuis, videbam non remanſiſſe apud aduerſarios veritatis: additum
eſt a referentibus, quod me inter illa gaudia contriſtaret, ideo te cognominari voluiſſe Vincentiũ,
quod Rogati ſucceſſorem, qui hoc nomine appellatus eſt, adhuc tamquam magnum & ſanctum
virum animo teneas,& ob hoc illius nomen tuum volueris eſſe cognomen] imitatus nimirum S.
Cyprianum, qui a ſui doctoris nomine Cæcilius cognominari voluit. Sed ſubdit: Nec defuerunt,
qui dicerent etiam hoc a te fuiſſe iactatum, quod ipſe tibi, neſcio qua viſione, apparuerit, atque ad
hos conficiendos libros, de quibus tecum agere iſto noſtro opuſculo inſtitui, ſic adiuuerit, vt ea ti-
bi ſcribenda, quantum ad res ipſas rationeſque attinet, ipſe dictaret.] hæc Auguſtinus, qui eius fi-
ctionem redarguit: quippe cum profiteretur deſeruiſſe Rogatiſtas, illorum ducem adeo propenſo
ſtudio coleret. B

IX. Sic igitur Vincentius vanis eluſus a dæmone viſionibus, elatus faſtu & arrogantiæ inflatus ſpi-
ritu, in docendo excellentiam æmulatus, ſcribendi contra S. Auguſtinum anſam arripuit. Quomo-
b Aug Retract. lib.2.c.56. do autem id acciderit, ipſe Auguſtinus ſic narrat [b]: Vincentius Victor in Mauritania Cæſarien-
ſi inuenit apud Hiſpanum quemdam presbyterum Petrum nonnullum opuſculum meum; vbi
Quanta ſibi Vincẽtius Victor arrogauit. quodam in loco de origine animæ ſingulorum, vtrum ex illa vna primi hominis ac deinde ex pa-
rentibus propagentur, an ſicut illi vni, ſine vlla propagatione ſingulæ ſingulis dentur, me neſcire
confeſſus ſum, verumtamen ſcire animam non corpus eſſe, ſed ſpiritum. Et contra iſta omnia
mea idem Vincentius Victor ſcripſit duos libros, &c.] Hos cum a Renato monachos miſſos
Auguſtinus accepiſſet, mox contrarijs ſcriptis inflatam nubem diſſoluit in aera: quatuor enim
conſcripſit libros aduerſus emergentem ab inferis hæreſim, ad Renatum primum, ſecundum ad
Petrum, duos autem reliquos ad ipſum Vincentium Victorem. Porro ipſe Petrus presbyter ab
c Aug. de orig. anim.lib.2.c.1. eo deceptus, illique adeo totus addictus eſt [c], vt ipſe licet ætate ſenex,& presbyter ſacramento,
illius tamen, etſi iuuenis atque laici, caput exoſcularetur, perinde ac ſi cælitus miſſum doctorem
inueniſſet. C

X. Accidit tamen quaſi miraculum (perraro enim eſt inuenire auctorem erroris vere recantare
Vincẽtius Victor errorem corrigit. palinodiam) vt idem Vincentius Victor ſuperarum ſe ſareretur ab Auguſtino, atque emendatio-
nis ſuæ litteras teſtes ad ipſum ſcripſerit. Ita quidem, quod S. Auguſtinus eũ primo lenitate deuin-
xit: nam audi ipſum [d]: Quem tamen iuuenem (*nempe Vincentium Victorem*) non præpropere de-
d Aug. Retract. lib.2.c 56. teſtandum, ſed adhuc docendum, quanta potui lenitate tractaui: & ab eo ſcripta reſcripta correctio
nis eius accepi.] Obſerua S. Auguſtini praxim, quomodo agere conſueuerit cum recens progrediẽ
Cum quib. hæreticis agendũ lenitate. te hæretico, antequam deſperata obſtinatione reſiliret ac penitus obdureſceret; nimirum ex Apo-
ſtoli pharmachia propinando illud primũ medicamentum: Si præoccupatus fuerit homo (ait Apo
e Galat.6. ſtolus [e]) in aliquo delicto; vos qui ſpiritnales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.] ita
quidem inſtar Euãgelici Archiatri, recenti vulneri oleum infundens ante vinum. Quam autem hu
ius diſciplinæ ipſe Auguſtinus fuerit tenaciſſimus cuſtos, ex eo etiam tu ipſe poteris facile intelli
gere, quod cum aliquando recens lapſum in Anthropomorphitarum hæreſim Epiſcopum quem-
dam paulo ſeuerius reprehendiſſet, epiſtola poſtea ad eum ſcripta, ab eo per Fortunatianum ve-
f Aug epiſt.111. niam petijt: ad quem ſcribens, hæc de ipſo habet eius exordio [f]: Sicut præſens rogaui,& nunc cõ D
moneo, vt fratrem noſtrum, de quo collocuti ſumus, videre & rogare digneris, vt ignoſcat mihi, ſi
quid durius & aſperius in ſe dictum accepit in epiſtola, quam me illo modo ſcripſiſſe non pœnitet,
quia dixi ipſius corporis oculos nec videre Deum, nec eſſe viſuros, &c.] Ceterum haud contemnẽ-
da viſa eſt ea opinio ex Anthropomorphitarum vanitate progreſſa: nam complures eam habuiſ-
g Aug epiſt 112. ſe tunc defenſores, idem Auguſtinus docet tum in epiſtola ad Paulinam [g] eodem argumento cõ
h Aug.epiſt.8. ſcripta, tum alia ad Italicam [h] data.

XI. Sed quod pertinet ad propoſitam S. Auguſtini de agendo cum hæreticis diſciplinam: vt plenio
rem ex eodem auctore ea de re inſtitutionem aſſequaris, de eodem Auguſtino dicta ſæpe ſuperius
in mentem reuoca; nimirum, quod etſi cum illis, qui prima tinctura errore imbuti ſunt, manſuetu-
dine ac animi demiſſione agendum putauit: idem ipſe tamen cum alijs in erroris ſouea diutius im
morantibus, nec inde educi facile patientibus, ſed ex maculis ijſdem iterum atque iterum infectis,
inueteratis, obſtinatis, & penitus refractarijs & cõtemproribus hæreticis ſeueritate agẽdum, vſq.
adeo ſæpius affirmauit, vt docuerit etiam eſſe eos vi compeſcendos, aduerſus eoſdem Imperatorũ
quoque auxilio implorato. Hæc ſunt quæ de S. Auguſtini vſu in agendo cum hæreticis hic ingeſſi- E
mus. Verum cum, increſcente in dies magis malitia hominum, ſæpe probarit euentus, quod haud
facile hæreticus audiat ſuauiter admonentis veritatem, ſed progredi ſoleat quiſque recedens a fi-
i Iob 41. de Catholica, Leuiathan inſtar [i], obſtinationis compactus ſquammis; ergaſtulo primum coerce
k Genef.4. re beſtiam errantem & in errorem mittentem, eamq. ibi curare, ſalubrius inuentum eſt: ſicuti pru
l Gennad de Viris illuſtr. in Leporio, cap. 59.& apud Hier. to.9. pag.363. dentia probe docuit medicos, a vinculis incipere curare phreneticum. Seueriori namq. cenſura &
atrociori pœna punienda eſſe delicta progreſſu temporis, quæ ante correcta non ceſſant, plane mo
net diuina ſententia in Lamech [k] lata,& delinquentis ore ita prolata: Septuplum vltio dabitur
de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties.] At de his ſatis.

XII. Sed attexamus aliud huic ſimile de reſipiſcentia hæreſis ſectatoris grande miraculum. Eo-
Leporius in errores lapſus. dem ferme tempore (certus autem annus ignoratur) hæreticorum omnium audaciſſimus, dicen-
dus & ipſe hæreſiarcha, Leporius, opera S. Auguſtini & Gallorum doctorum, ab hæreſi ad fidẽ Ca-
tholicam conuerſus eſt; de quo ita Gennadius [l]: Leporius adhuc monachus, poſtea presbyter, pr-
ſumens

A ſumens de puritate vitæ, quam arbitrio tantum & conatu proprio, non Dei ſe adiutorio obtinuiſſe credebat, Pelagianum dogma cœperat ſequi: ſed a Gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Auguſtinum emendatus, ſcripſit emendationis ſuæ libellũ, in quo & ſatisfacit de errore, & gratias agit de emendatione: ſimul & quod de incarnatione Chriſti male ſenſerat, corrigens, Catholicam ſententiam tulit, dicens: Manentibus in Chriſto in ſua ſubſtantia duabus naturis, vnam credendã Filij Dei perſonam.] hæc Gennadius. Porro hunc auctorem fuiſſe Neſtorio ſuæ ipſius hæreſis, Caſſianus affirmat in commentarijs, quos aduerſus eumdem Neſtorium de Incarnatione conſcripſit. nam & inter alia hæc habet, Neſtorium alloquens [a]: Ita ergo & tu Pelagianæ hæreſeos ſpinoſam ſabuli fidem oſtendis in germine, quod pater tuus habuiſſe traditur in radice? Leporius enim ille (vt Leporius diſcipulus ſuus dixit) Dominum noſtrum aſſerebat, Chriſtum factum eſſe per baptiſmum: tu in baptiſmo templum dicis factum eſſe per Spiritum. Non quidem ad plenum eadem verba ſunt, ſed ad plenum vna peruerſitas, &c.] De eius vero tum errore, tum pœnitentia, iſta ſuperius [b]:

a Caſſian. de Incarn. Verb. lib. 7.

b Caſſian. de Incarn. Verb. lib. 1.

XIII. *Leporij pœnitentia.*

Leporius enim tũc monachus, modo presbyter, qui ex Pelagij (vt ſupra diximus) inſtitutione, vel potius prauitate deſcendens, apud Gallias aſſertor prædictæ hæreſeos, aut inter primos, aut in-
B ter maximos fuit, a nobis admonitus, adeo emendatus ita male conceptam perſuaſionem magnifice condemnauit, vt non minus pene admiranda ſit correctio illius, quam illæſa multorum fides: quia primum eſt, errorem penitus non incurrere; ſecundum, bene repudiare. Is ergo in ſe reuerſus, non ſolum in Africa, vbi tunc erat atque nunc eſt, tam errorem ſuum cum dolore, quam ſine pudore cõfeſſus eſt; ſed etiam ad omnes admodum Galliæ ciuitates flebiles confeſſionis ac planctus ſui litteras dedit: ſcilicet vt vbi deuiatio eius prius cognita erat, illic etiam emendatio noſceretur; & qui teſtes erroris antea fuerunt, iidem poſtea correctionis eſſent. Ex cuius confeſſione, vel potius deploratione, nonnulla inferenda exiſtimauimus duplici ex cauſa, vt correctiones eorũ & nobis teſtimonio, & his qui nutant, exemplo eſſent; quorumq. errorem ſequi non erubuiſſent, eorum emendationem ſequi non erubeſcerent; & ſicut ſimili ægritudine infirmarentur, ita ſimili remedio ſanarẽtur, *Neſtoriani ſcilicet Leporij & Pelagianorum erroris ſectatores.* Is ergo, agnita opinionis ſuæ peruerſitate, & inſpecta fidei luce, ſcribens ad Epiſcopos Gallicanos, ita exorſus eſt:

XIV. *Leporij epiſtola de ſui erroris deteſtatione.*

Quid in me primum, o domini mei venerandi & beatiſſimi ſacerdotes, accuſem, neſcio: & quid in me primum excuſem, non inuenio. Sic imperitia & ſuperbia, ſic ſtulta ſimplicitas cum perſuaſio-
C ne noxia, ſic feruor cum intemperantia, ſic (vt verius dicam) cum ſui diminutione debilis fides, ſimul in me omnia recepta viguerunt, vt tot & tantis ſimul ſit & obediſſe, confuſio, & hæc eadem ab animo potuiſſe cedere, mihi ſtupenda gratulatio. Et poſt pauca ſubiungit: Si ergo minime percipiẽtes hanc potentiam Dei, ſenſu noſtro & propria ratione ſapientes, quaſi in inferiora ſe Deus agere videatur, ita hominem cum Domino natum eſſe dicamus, vt ſeorſum quæ Dei ſunt, ſoli Deo demus; & ſeorſum quę ſunt hominis, ſoli homini reputemus: quartam manifeſte introducimus in Trinitate perſonam, & de vno Filio Dei non vnum, ſed facere incipiamus duos Chriſtos: quod a nobis ipſe Dominus Deus Chriſtus auertat. Ergo confitemur Dominum ac Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnicum Filium Dei, qui ſibi ante ſæcula natus ex Patre eſt, nobis a tempore de Spiritu ſancto ex Maria ſemper Virgine factum hominem, natum Deum: & confitentes vtramque ſubſtantiã carnis ac Verbi, vnum eumdemque Deum atque hominem inſeparabilem ſemper pia fidei credulitate ſuſcepimus: & ex tempore ſuſceptæ carnis ſic omnia dicimus quæ erant Dei tranſiſſe in hominem, vt omnia quæ erant hominis in Deum venirent: & hac intelligentia Verbum factum ſit caro, non vt conuerſione, aut mutabilitate cœperit eſſe quod non erat, ſed vt potentia diuinæ diſpen-
D ſationis Verbum Patris numquam a Patre diſcedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatuſq. ſit Vnigenitus ſecreto illo myſterio, quo ipſe nouit: noſtrum namq. eſt credere, illius noſſe, &c.] recitat quæ reliqua ſunt libelli Leporij Caſſianus ad perfectam fidem de Verbi incarnatione pertinentia: vt mirum plane ſit, antequam a Neſtorio eadem hæreſis promulgaretur, inueniri eam a Leporio ſuo ipſius libello penitus confutatam, aſſertamque ea de re ſinceræ Catholicam fidem, qua & ſanctiſſima Virgo Maria Dei genitrix iure aſſeratur. Ad finem vero Caſſianus hæc ſubdit: Hãc ergo eius confeſſionem, id eſt, Catholicorum omnium fidem, & omnes Africani Epiſcopi, vnde ſcribebat, & omnes Gallicani, ad quos ſcribebat, cõprobauerũt.] at de Leporio hactenus. Magno quidem miraculo factum eſt, vt ipſe hæreſiarcha adeo ſincera, adeoq. vera confeſſione damnaret, quæ pugnaci diſputatione ante defendere conſueuiſſet. Præter Leporium hunc, alium inuenimus clariſſimum genere in S. Auguſtini [c] monaſterio profitentem. At hæc de conuerſis ſponte hæreticis ad pœnitentiam, vt ingentia miracula dicta ſunto.

c Aug. de diuerſ. ſerm. 50.

XV. *Perſecutio in Perſide.*

Iam vero ad res hoc anno in Oriente geſtas ab Africa reuocetur oratio. His quidem anni huius Conſulibus, perſecutio aduerſus Chriſtianos in Perſide ſæuijt: teſtantur id Socrates [d] & Mar-
E cellinus [e]: perduraſſe autem vſque ad biennium, ex his quæ tradit ipſe Socrates, poſſumus colligere, dum ait, ſub Conſulatu Honorij decimotertio & Theodoſij decimo, vna cum bello cum Romanis ſedato perſecutionem quieuiſſe. Ceterum quod ad tempus ſpectat, quo ea perſecutio perdurauit, redarguitur a Theodoreto [f] Socrates, cum ait eam propagatam eſſe ad annos circa triginta: quæ quidem ſententia ex his quæ S. Auguſtinus ſcribit, nonnihil roboratur, dum in decimooctauo libro de Ciuitate Dei hæc ait [g]: Quid modo in Perſide? Nonne in Chriſtianos ferbuit perſecutio, ſi tamen quieuit, vt fugientes inde nonnulli vſque ad Romana oppida peruenerint?] Hæc cũ ipſe tradat, & in fine eiuſdem libri ſe ea ſcribere dicat anno trigeſimo a Conſulatu Manlij Theodori, qui contigit anno Domini trecenteſimo nonageſimonono; plane conuincitur illa elucubraſſe anno Domini quadringenteſimo vigeſimonono, quo ea perſecutio an ceſſaſſet, haud ſatis exploratũ ſibi fuiſſe tradit.

d Socrat. lib. 7. c. 20.

e Marcellin. in Chron. ſub his Conſulib.

f Theodoret. li. 5. c. 38.

g Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. c. 12.

XVI.

At quonam autem Perſarum Rege indicta hæc perſecutio fuerit, dubitatum quoque fuit.

Quis Perſarũ Regum perſecutionem indixit.

Mortuo quidem Iſdegerde,ab eius ſucceſſore,e,filio Bararane fuiſſe excitatam,creditum eſt, ea A potiſſimum ratione,quod ipſe Iſdegerdes amicus Arcadii, Theodoſij eius filij tutelam quodammodo ſuſcepiſſe viſus,de Romano Imperio atque Theodoſio optime meritus fuit. ſenſit id quidẽ Socrates [a]. Theodoretus autem ſub ipſo Iſdegerde id factum affirmat [b], cui & adſtipulatur Cyrillus monachus in rebus geſtis [c] S. Euthymij.Sed cujuſnam partis ſint potiora iura,relinquimus lectoris arbitrio.

a Socrat.libr. 7. cap.38.

XVII.

b Theodoret. li. 5.c.38.

c Apud Metap. die 20.Ianuar j.

d Socrat.lib.7. cap.18.

Cauſa perſecutionis & belli Perſici.

Quænam autem de his Socrates ſcribat,ad verbum ſingula hic reddamus [d]: Iſdegerde(inqt) Rege Perſarum,qui Chriſtianos Perſiden incolentes minime fuerat perſecutus,mortuo,Bararanes eius filius ſuſceptis regni gubernaculis,a Magis ad eam rem impulſus,Chriſtianos acerbe exagitare,cruciatus & tormenta varia,Perſarum more,illis infligere cœpit.Itaque Chriſtiani qui inter Perſas habitabant,neceſſitate coacti,ad Romanos confugere,orare ne illos tam miſere opprimi patiantur.Atticus Epiſcopus illos ſupplices benigne excipere, omnem ſuam curam & cogitationem ad opem illis ferendam conuertere,Imperatori Theodoſio rem palam facere.Eodem tempore aliam etiam ob cauſam Romani forte aduerſus Perſas animo infenſi fuerunt. Nam Perſæ quidem & foſſores,quos a Romanis ad auri venas excidendas mercede conduxerant, noluerunt B illis reddere,& merces Romanis mercatoribus abſtulerunt.Quam offenſionem vehementer auxit Chriſtianorum ad Romanos perfugium.Nam Rex Perſarum illico mittit legatos,qui illos vt fugitiuos repetant.Romani autem eos qui auxilij cauſa ad ipſos confugerãt, nequaquam redderũt: immo uero non ſolum eos vt ſupplices conſeruare,animo conſtituerant; verum etiam omnibus opibus viribuſq.ad religionem Chriſtianam propagandam eniti,parati fuerunt.Quapropter cum Perſis bellum gerere,quam pati Chriſtianos miſere perire,maluerunt.]hæc de belli & perſecutionis cauſis Socrates,qui res eo bello geſtas proſequitur.Nos autem,quæ de perſecutione & cauſa ipſius a Theodoreto ſunt poſteris commendata,reddemus:qui ait [e]:

e Theodoret.li. 5.cap.38.

XVIII.

Perſecutio Regis Perſarum in Chriſtianos

Per idem tempus Iſdegerdes Rex Perſarum perſecutionem contra Eccleſiam concitauit,occaſione ex re geſta,quam ſum deinceps narraturus,arrepta.Audas Epiſcopus,vir multis virtutis generibus ornatus,zelo non opportuno ille quidem accenſus,Pyreum demolitus eſt:templa enim,in quibus πῦρ, id eſt ignis,eorum Deus colitur,Pyrea vocant Perſæ.De quo Rex per Magos certior factus,Audam accerſit:ac primum placide eum coarguit,& Pyreum denuo ædificare iubet. Qui cum ei contradiceret,negaretq.ſe illud facturum:Rex omnes eccleſias Chriſtianorum ſe diruturum minatur.Atque quod ante verbis minabatur,re ipſa perfecit.Nam vt primum Audã diuinũ C illum virum trucidari mandauerat,eccleſias deturbari iuſſit. Quod autem ad Pyrei euerſionem attinet,haud opportune quidem illud factum fuiſſe exiſtimo.Nam ſanctus Apoſtolus [f] Athenas aduentans,& ciuitatem ſuperſtitioſo ſimulacrorum cultu cæcatam videns,aram quamdam ab illis honoratam minime diruit,ſed verbo eorum ignorationem redarguit,& veritatem illis patefecit. Attamen quod Audas templum ſimulacri deturbatum extruere rurſum noluit,ſed interfici potius quam illud efficere;eum magnopere admiror;& corona dignum iudico. Nam par impietas eſt(mea quidem ſententia)ignem adorare,atque ei ædificare delubrum.Hinc igitur perſecutionis tempeſtas orta grauiſſimos & turbulentiſſimos fluctus contra pietatis alumnos concitauit. Quæ procella triginta annos continuos a Magis,velut a quibuſdam turbinibus,agitata durauit.Magos enim vocant Perſæ,qui Elementa in deos referunt:de quorum commenticijs fabulis alio in opere,in quo eorum quæſtiones diſſoluebamus,ſatis enucleate diſſeruimus.

f Act.17.

XIX.

* Bararanes

Dira tormenta in Chriſtianos exhibita,

Porro Gororanes * filius Iſdegerdis poſt mortem patris,vt regni paterni, ſic belli contra pietatem a patre commoti ſucceſſor extitit:quippe pater moriens hæc duo coniuncta filio reliquit. D Tormentorum autem genera,& noua cruciamenta pijs hominibus ab illis inflicta,vix dicendo explicari poterunt.Nam quorumdam manibus,aliorum autem tergis corium detrahunt: aliorum capita a fronte exorſi ad barbam vſque cute exuunt:deinde robuſtis vinculis a capite vſque ad pedes circumligare,& ſingulos calamos vi arcte conſtringere;vt partem cutis, ad quam motæ erant arundines,eo pacto grauiter lacerantes,acriores doloris morſus efficerent. Quinetiam lacus effodere,eos ſumma cum diligentia iungere,deinde ingentem ſoricum numerum in eos concludere: poſtremo pietatis athletas,eorum manibus pedibuſq.conſtrictis,ne beſtias abigant,ſoricibus velut alimentum obijciunt.Sorices autem fame oppreſſi,ſenſim carnes ſanctorum abſumunt,ſicque diuturnum & acerbum cruciatum illis afferunt.Itemque carnifices iſti a ſcelerato illo naturæ noſtræ inimico & veritatis hoſte edocti,tormẽta alia his quidẽ multo aſperiora excogitare.Sed tñ ne eo quidẽ modo athletarũ fortitudinẽ & conſtantiã retundere potuerunt:nã ſua ſponte accurrebãt, magno deſiderio mortis appetendæ,per quã aditus ad vitã immortalẽ patet,inflammati: quorũ duos treſve in memoriam reuocabo, quo per hos etiam aliorum fortitudo cognoſci queat.

XX.

Hormiſdæ nobilis Perſæ certamen.

Hormiſdam quemdam,virum in Perſis apprime nobilem,ex genere Achemenidarum oriundum,patre Præfecto,cum Rex eum Chriſtianum eſſe accepiſſet,ad ſe duci,& Deum Saluatorem p E negare iubet.At Hormiſda:Quod imperas Rex,neque iuſtum eſt(inquit)neque vtile. Nam quicumque didicerit Deum omnium gubernatorem facile contemnere,eumq.denegare,multo facilius Regem,quippe cum homo ſit,mortalis naturæ particeps,contempturus eſt. Quod ſi tuum imperium pernegauerit, o Rex,grauiſſimo dignus ſit ſupplicio:quanto magis meretur ille quidem,q omnium rerum effectorem pernegat? Rex autem, quem oportuerat ſapientiſſimam eius orationem admiratum eſſe,athletam generoſum diuitijs & honore ſpoliauit: deditque ei mandatum, vt omnibus veſtibus,ſolo ſubligaculo excepto, exutus, camelos qui erant in exercitu duceret.Cum vero dies complures iam præterijſſent,Rexque e tabulato deſpiciens,videret optimum illum virum & radiis Solis exuſtum & conſperſum vndique puluere:nobilitate ac ſplendore patris illius in memoriam reuocato,primum iubet eum adduci ad ſe,& induſio lineo veſtiri. Deinde arbitratus eius animã partim cruciatu præterito,partim humanitate erga eum declarata mollitam eſſe:

Nunc

A Nunc demum(inquit)obſtinatione depoſita,filium fabri negaro. At ille diuino zelo accenſus, in-
duſium dilacerauit:coque ad Regem proiecto,ſic eum affatur: Si me huius cauſa pietatis deſertorē
puras,habeas tibi donum cum impietate. Hac eius fortitudine perſpecta, Rex eum e Palatio nu-
dum exturbauit.

Porro idem Rex Suenem mille ſeruorum dominum,qui ei contradicebat(quippe fabricatorē XXI.
huius vniuerſitatis pernegare haudquaquam ſuſtinebat)primum percunctatur quis ex eius ſeruis *De Suenis inui*
ampliſſimus eſſet:deinde ei tradit reliquorum dominatum,ipſumque dominum Suenem illi ſerui *cta cōſtantia.*
re iubet:quinetiam domini ſui coniugem ei in matrimonium dat, ratus eo pacto ſe veritatis pro-
pugnatorem Suenem de ſententia deducturum. Verum ſpes eum fruſtrata eſt: nam Suenes domū
ſupra petram ædificatam habuit. Poſt hos Beniamin diaconum comprehendi,& in carcerem cōii
ci mandat. Biennio vero poſt legatus Romanus venit ad Regem de alijs rebus cum eo acturus: q
de diacono certior factus,impetrat ei a Rege liberationem. Rex autem iubet,Beniamin polliceri,
ſe doctrinam Chriſtianam cum nullo Mago cōmunicaturum. Legatus quidem recipit, Beniamin
Regis mandata effecturum. At Beniamin cum legatum hac de re ipſum admonentem audiuiſſet,
B reſpondit non poſſe fieri,vt doctrinam lucis,quam a Deo acceperat,non alijs impertiret: nam ab-
ſcondere talentum,quantum mereatur ſupplicij,hiſtoriam Euangeliorum aperte docere. Verum
Rex id temporis huius reſponſionis ignatus,iubet illum ex vinculis eximi. Qui quidem(vt ſole-
bat)homines ignorationis tenebris obcæcatos inde eripere,& ad lucem,quæ ſola intelligentia per
cipitur,educere non ceſſauit.

Anno autem poſt, res ab eo geſtę Regi indicantur:qui iubet eum adduci,& Deum,quem cole XXII.
bat,denegare. Tum ille ſciſcitatus a Rege,quo ſupplicio mulctandus ſit is, qui eius regnum deſe- *Beniamin Dia*
rat,& alterius ditioni ſe ſubijcere in animum inducat. Morte(inquit Rex)& pœna grauiſſima. Cui *coni immane*
rurſum ſapientiſſimus vir:Quo pacto igitur(inquit)coercendus eſt homo ille,qui effectorē & opi *martyrium.*
ficem omnium derelinquat,& vnum e conſeruis Deum conſecret,eiq. cultum vero Deo debitum
tribuat? Quibus verbis Rex grauiter commotus,viginti arundines præacutas per vngues manuū
ac pedum traijci iubet. Vbi autem vidit eum hunc cruciatum habere pro ludo,aliam rurſus arun
dinem in membrum genitale intrudi mandat;quæ ſæpius extracta,inſertaq. dolores ei incuſſit pla-
ne inexplicabiles. Poſt illud inflictum ſupplicium,impius ille & immanitate efferatus tyrānus vir
C gam robuſtam,craſſam,& propter ramos vndiq. eminentes valde aſperam in imam alui ſedem cō
iigi iubet:quo cruciatus genere generoſus Chriſti athleta oppreſſus extremum ſpiritum edidit.

Infinita fere id genus ſcelera ab illis impijs fuere admiſſa. Neq. cuiquam mirum videri debet, XXIII.
omnium rerum adminiſtratorem Deum eorum feritatem,impietatemq. toleraſſe. Etenim quot- *Eccleſia Dei*
quot Imperatores ante Imperium Conſtantini Magni regnarunt,contra veritatis profeſſores inſa *inuicta.*
na rabie furere non deſierant. Atq. Diocletianus ipſo ſalutari Paſſionis die cunctas eccleſias, quæ
in toto Romano Imperio erant,demolitus eſt. Verum vix nouem iam anni interceſſerant,cum &
illæ ipſæ denuo florere,atq. multo maiore amplitudinę & ſplendore,quam antea,enitere cœperāt,
& tyrannus ille vna cum impietate extinctus eſt. Atq. Dominus tum hæc bella contra Chriſtianos
excitanda fore,tum Eccleſiam inuictum iri prædixerat. Quinetiam ipſi rerum euentus nos docēt,
bellum plus commodi quam pacem ſolere nobis apportare:nam hæc nos molles, morosos,& timi
dos reddit,illud autem animos acuit,& res præſentis vitæ tamquam fluxas contemnere facit.] ha
ctenus de Perſica perſecutione Theodoretus.

Addit his Nicephorus Iacobi Perſæ certamen his verbis [a]: Infinita vero ab audacibus & im XXIV.
D pijs illis tentata ſunt:quale videlicet & illud eſt in Iacobo Perſa patratum. Is enim cum Chriſtia- a Niceph. lib. 14. c. 19. 20. 21.
nus antea fuiſſet,propter intercedentem ſibi cum Iſdegerde Rege Perſarum amicitiam, paternā
religionem reiecerat. Poſteaquam autem per matrem & coniugem rurſus ad fidem Chriſti admo *De Iacobi Per*
nitus reuertit,& eam rem Princeps ægre tulit:acerbā quamdam & propter nouitatem admiran- *ſæ martyrio.*
dam poſt multa ſupplicia ſubijt mortem. Nam vbi articulis & iuncturis quibusq. in commoda &
apta totius corporis membrorum conformatione,& manibus,brachijs,pedibus & ſuris ei reſectis,
reliquum nihil quam vna cum ventre caput ſolum habuit:quoniam ne tum quidem fidem in Chri
ſtum abiecit,& id ipſum poſtremo ferro amputatum eſt.] hæc de Iacobo Nicephorus.

Quod autem ad res bellicas pertinet:enituiſſe quidem diuinā virtutem in opem ferendo Chri XXV.
ſtianis aduerſus Perſas,quæ narrat Theodoretus [b] haud obſcure ſignificant, ac in primis in his b Theodoret. l. 5. c. 36.
quæ ipſo exordio rupti fœderis contigerunt,de quibus ita ipſe: Cum Perſæ,negotijs Romanorum
quibus diſtricti tenebantur,cognitis,contra vicinos ſuos ruptis fœderibus bellum facerent, neq.
quiſquam illis tum ab hoſtibus oppugnatis ſubſidio veniret(Imperator enim in pace iamdudum *Deus pugnauit*
facta confiſus,duces ſuós & milites ad alia bella gerenda miſerat)Deus immenſo imbre & maxi- *pro Theodoſio*
E ma copia grandinis in eorum exercitum demiſſa,tum eos prohibuit ab itinere vlterius faciendo, *aduerſus Per*
tum equorum curſum impediuit:adeo vt viginti diebus viginti ſtadia vſq. conficere non poſſent, *ſas.*
quoad duces Romani collectis ſuis in vnum militibus aduentarent.


Porro autem altero prœlio commiſſo,iſtos ipſos,cum iā vrbem Imperatoris nomine nuncupa XXVI.
tam obſidione cinxiſſent,ludibrio Deus expoſuit. Nam cum Gororanes amplius quam triginta
dies cum omnib. copijs vrbem hanc circumſediſſet,& multa inſtrumenta bellica ad vrbes capien-
das accommodata ad murum applicaſſet,& infinitas tentaſſet machinas,& alias turres extra mœ
nia extruxiſſet:ſolus diuinus Eunomius illius vrbis Epiſcopus ei reſtitit,& machinationū adiecta- *Eunomi' Epi*
rum impetū penitus repreſſit. At cum duces noſtri prœliari contra hoſtes renuerent, & obſeſſis o *ſcopus vindex*
pem ferre non auderent:iſte Epiſcopus ſe hoſtib. opponendo,vrbem ſeruauit incolumem. Nam *blaſphemia.*
cum vnus ex Regulis barbaris conſuetā blaſphemiam in Deum iaceret,& in morem Rhabſacis &
Sennacherib verba execrabilia funderet,furoreq. incitatus minaretur ſe ſacroſanctum Dei tem-
plum incendio vaſtaturum:ſanctus iſte vir rabiem eius non ferens,baliſtam Thomæ Apoſtoli no-

mine inſcriptam, ad pinnas muri ſtatui, & ingentem lapidem in ea imponi, nomineq. illius in quē A
barbari blaſphemiam coniecerant, eum emitti iubet: qui directo in illum Regulum delatus, & in
nefarium eius os impactus, vultum deformauit, caput comminuit, & cerebro diſperſit humum.
Quod cum vidiſſet Dux Gororantes, qui ſpe capiendæ vrbis exercitum collegerat, inde diſceſſit, ip
ſoq. rerum euentu ſe victum plane declarauit: atq. ob hanc cauſam metu perculſus, fœdera cum
Romanis percuſſit. Ad hunc modum ſummus omnium rector Deus fideliſſimi Imperatoris ſaluti
conſuluit, qui quidem & ſe famulum eius eſſe ingenue agnoſcit, & debitum Domino præſtat obſe
quium.] hactenus Theodoretus. Verum fœdus poſt ſequentem annum initum eſſe (vt diximus) So
crates tradit: perſecutionem autem nouis cauſis recrudeſcentem, amplioris temporis ſpatio pro-
pagatam fuiſſe conſtat.

XXVII. Quæ præterea de rebus ope diuina bene geſtis in eo prœlio Socrates narrat, his addamus. Vbi
a Socrat. lib. 7. cap. 18. enim alia nonnulla præmiſit, hæc habet [a]; Itaq. ſimulatq. Imperator Romanus intellexerat Per-
ſas maximas copias contra ipſum comparaſſe; ſpe tota belli adminiſtrandi in Deo collocata, maxi
mum exercitum ex aduerſo miſit. Imperatorem autem ſummum protinus a Deo beneficium acce
Diuina ope Perſæ repreſſi. piſſe, quod eius ope confidebat, ex hoc perſpicuum eſſe poterit. Cum enim Conſtantinopolitani B
anxio & ſolicito animo eſſent, & propter incertam belli fortunā ancipiti cura diſtracti: Angeli Dei
in Bithynia nonnullis, quos negotia neceſſaria ire cogebant, apparentes, iubent renunciare Con-
ſtantinopolitanis, vt bono animo ſint, precibus ſe dedant, & firmā in Deo ſpem ponant, Romanos
victores fore: ſe enim adminiſtratores belli a Deo miſſos dicebant. Quo audito, non ſolum ciuitas
confirmata fuit, verum etiam militum animi multo ad bellum facti alacriores.

XXVIII. Vbi bellum (vti docuimus) erat ex Armenia in Meſopotamiam tranſlatum, Romani Perſas in
Saraceni diuinitus ſuperati. vrbe Niſibenorum concluſos obſidione cingunt; turreſque ex ligno fabricatas, quæ machina qua-
dam voluebantur, mœnibus admouent: multos, qui ex mœnibus pugnare, eaq. defendere nitebantur,
tur, trucidant. Bararanes igitur Rex Perſarum certior factus, cum regionem Azazenorum vaſta-
tam, tum ſuos milites, qui erant in vrbe Niſibenorum concluſi, a Romanis obſeſſos: ipſe cum omni
bus ſuis copijs contra Romanos ire conſtituit. At quoniam Romanorum exercitum vehementer
formidabat, auxilium poſtulat a Saracenis, quibus id temporis præfuit Alamundarus, vir excelſo
animo & bellicoſo: qui infinita Saracenorum manu ſecum adducta, Regem Perſarum confidere iu
bet: quinetiam pollicetur, neque id adeo multo poſt, illi non ſolum ſubacturum Romanos, ſed An C
tiochiam, quæ eſt in Syria, traditurum. Verum eius promiſſio non ſucceſſit ex ſententia: nā Deus
adeo ingentem Saracenis incuſſit timorem, vt Romanorum copias in ipſos derepente irruiſſe exi-
ſtimarent: atque cum inter ipſos tumultuarentur, & non haberent quo aufugerent, ipſi ſe armatos
præcipitarunt in fluuium Euphratem, in quo homines circiter centum millia ſubmerſi ſunt. Sic cū
Saracenorum copijs actum eſt.] hæc Socrates, ſubditque alia, ſed breuitatis cauſa relinquimus. Vt
autem Perſæ in prœlijs poſteriores retulerint, preces quoque magni illius Simeonis Stylitæ inter-
b Theod. hiſt. ſanct. Patrum c. 26. ceſſere, de quo iſta Theodoretus [b]: Quinetiam ei aliquando viſæ ſunt duæ virgæ, quæ ferebantur
quidem de cælis, in terram autem cadebant Orientalem & Occidentalem. Hanc autem Perſicæ &
Simeō Stylita auertit furorē Perſarum. Scythicæ gentis in Imperium Romanorum inſurrectionem ſignificauit vir diuinus, & ijs qui ad-
erant effatus eſt viſionem: multiſq. lacrymis & precibus repreſſit plagas, quarum intentabātur mi-
næ in orbem terræ. Gens quidem certe Perſarum iam armata & parata ad Romanos inuadendos,
eis diuina aduerſante voluntate, a cœpto eſt retardata, & intrinſecus in malis proprijs occupata.]
& paulo poſt: Eius quoque fuit magna fama apud Regem Perſarum: vt enim narrauerunt legati
qui ad ipſum venerunt, diligenter ſciſcitabatur, quę eſſet eius vita, & quænam miracula. Dicunt au D
tem eius quoq. coniugem expetijſſe oleum dignatum eius benedictione, & tamquam donum ma-
gnum accepiſſe. Quinetiam omnes Regis aſſeclæ & a fama commoti, & multas in eum a Magis ac
cipientes calumnias, diligenter rogabant; & cum intellexiſſent, virum diuinum nominabant.]addit
his plura Theodoretus, & inter alia de Regina Iſmaelitarum, quæ cum eſſet ſterilis, cupida prolis,
miſſa legatione, precibus eius id impetrare rogauit: & iam facta voti compos, vna cum filio, quem
peperit, ad eum perrexit; impertitaque ab eo benedictione infanti, reuerſa eſt.

XXIX. Tot vero tantaque aduerſus ſuperbos Perſas obtenta, nonniſi virtute Chriſti opem ferentis
Romano exercitui parta, habes hic in effigie cuſi nummi ſatis expreſſum, in cuius aduerſa parte
cernitur Imperatoris imago dextera tenens Labarum Chriſti nomine inſignitum ex gemmis in-
texto, in quo virtus & fortitudo inſit exercitus, vt cirumducta docet inſcriptio.



E

XXX. At ſubijciamus his aliud vincendi genus, quo Chriſtiani non armis, ſed charitate dimicant, &
ſuperant hoſtes beneficentia, quam quidem pugnam a ſanctiſſimo viro Acacio Epiſcopo exhibitā
c Socrat. libr. 7. c. 21. Socrates narrat his verbis [c]: Acacius Amidæ Epiſcopus, ob facinus quoddam præclarum per id

tempus

A tempus ab eo geſtum, vehementer ab omnibus celebratus fuit. Cum Romani milites illos Perſas, quos in depopulanda Azazena captiuos ceperũt, nullo modo teddere Regi Perſarum in animum inducerent: captiui qui erant numeto circiter ſeptem millia (quæ res animum Regis Perſarum non parum diuexauit) fame propemodum conſumpti ſunt. Acacius igitur hanc militum miſeriam minime neglexit; ſed conuocatis ſuis clericis, ſic eos alloquitur: Deus noſter neque lancibus, neque poculis eget: nam nec comedit, nec bibit, quippe qui his rebus minime opus habeat. Quare cum Eccleſia multa monumenta aurea argenteaq. ex propenſa Fidelium in eam benignitate poſſideat: conſentaneum eſt, hiſce rebus milites captiuos e cuſtodia liberare, & fame prope enectos reficere, ſuſtentareque. Vbi hæc aliaq. id genus oratione percurreret, monumenta Eccleſiæ conflanda curauit, vendidit, pretiaque partim militibus pro captiuis redimendis dedit, partim ad eorum famem ſubleuandam impendit; poſtremo, viatico illis ſuperaddito, ad ſuum ipſorum Regem remiſit. Hæc res ab eximio illo viro Acacio geſta, Regi Perſarum magnam fecit mirationem, quod Romani his rebus vtriſque & bello & beneficijs hoſtes vincere laborabant. Fertur præterea, tum Regem Perſatum magno deſiderio Acacij videndi flagraſſe, quo hominis aſpe-
B ctu frueretur; tum Theodoſium Imper. Acacio præcepiſſe, vt Regis deſiderio ſatisfaceret,] hæc de Acacio Socrates.

Acacius Epiſcopus redimit Perſas captiuos.

XXXI.

Sed quomodo ex hoc bello Perſico & perſecutione in Chriſtianos concitata manauit occaſio, vt apud Saracenos fides Chriſtiana propagaretur; Cyrillus, qui eodem ſæculo claruit, omni fide poſteris tradidit, dum de Saracenorum duce agit; cui ob miſerationem erga Chriſtianos exhibitam datum eſt, ne apud Perſas perſeuerans cum ceteris gentis ſuæ periret. Sed audiamus eum, qui tem ſic aggreditur [a]: Erat apud Perſas quidam Græcus, *Gentilis ſcilicet*, nomine Aſpebetus, qui fuerat dux Tribus Saracenorum. Cum autem circa finẽ Regis Iſdegerdis mota eſſet a Magis perſecutio aduerſus Chriſtianos: illi ducentes hoc ſibi magno eſſe ſtudio contendendum, vt omnes venarentur Chriſtianos: omnes quotquot erant Tribuum apud ſe Præfectos, quinetiam illum quoque Aſpebetum, vt omnes vias diligenter cuſtodirent, conſtituunt, vt nullus Chriſtianus poſſet clanculũ confugere ad Imperium Romanorum. His itaque Aſpebetus, videns tantam in Chriſtianos incurſionem & inſaniam, motus miſericordia eorum calamitatis, non ſolum non prohibuit quo minus fugerent, ſed eis quoque manum præbuit adiutricem. Qua de cauſa accuſatus apud Iſdegerdem,
C & illius veritus crudelitatem, acceptis protinus ſuis facultatibus, cognationeq. cum puero Terebone, transfugit ad Romanos.

a Cyrillus in Vita S. Euthymij. apud Metaphra. die 20. Ianuarij, & Surd. tom. 1.

De Aſpebeto Duce Saracenorum tranſeũte ad caſtra Romanorum.

XXXII.

Quos cum accepiſſet Anatolius (is enim tunc erat vnus ex Præfectis Orientis) eum collocat in Arabia; & quæ illic Romanis ſuberat, Saracenorum Præfecturam tradidit in manus Aſpebeti; ſic aperte oſtendens ſinceram & omnis doli expertem fuiſſe eius acceptationem.] hæc quidẽ præſtitit Anatolius Præfectus Orientis, cuius etiam Procopius [b] meminit, atq. functum eſſe legatione ad Regem Perſarum pro conciliando inter Romanos & Perſas fœdere. Sed proſequamur ducem Saracenorum in caſtris Romanorum militantem. Cum ergo (ſubdit Cyrillus) ſic ad Romanos acceſſiſſet, eiuſq. filius Terebon cum eſſet adhuc impubes, atque adeo vere puer, percuſſus erat flagello dæmonis, vt qui dexteram partem corporis ex dimidio haberet ſiccam, mortuæque ſimilem, & qua minime operari poterat. hoc autem ei ſe habebat a capite vſque ad pedes: & cũ pater magnam partem facultatum conſumpſiſſet in medicos, Terebon ex arte illorum nullum accepit emolumentum. Poſtquam vero migrarunt in Arabiam, vidit puer in ſomnis aliquid, & viſionem expergefactus eam patri narrat. Ille autem cum ſtatim puerum accepiſſet, & multos ex his q
D eius imperio parebant barbaris, venit ad ſpeluncam Euthymij & Theoctiſti ſanctiſſimorum monachorum: nam vt eo veniret, præcipiebat quæ ei apparuerat viſio. Atque fratres quidem cum tantam vidiſſent multitudinem, inuaſit omnes animi angor & metus, nec ſciebant quid agerent. Sed B. Theoctiſtus cum illum timorem eieciſſet ex animo, accedit ad barbaros, & rogat cuiuſnam rei opus eos huc adduxiſſet.

De Anatolio Præfecto Oriẽtis.

b Procop. libr. 1. de bello Perſico.

XXXIII.

At illi: Venimus (dixerunt) ad videndum Euthymium. Beatus vero Theoctiſtus: At ille (inquit) nunc quieſcit & ſilet, neque vſque ſabbatum veniet in alicuius conſpectum, neque ad colloquium cum aliquo. Tunc Aſpebetus manus accipiens, oſtendit filium, qui erat ſemiaridus, & cuius pars dextera erat veluti mortua: deinde etiam filio annuit ſupercilijs. Ille autem incipiens, rem omnem ordine narrat: Cum ego (inquit) in Perſide hanc plagam accepiſſem, multis & medicinæ & magicæ artibus contritus, nihil amplius ex eis fructus percepi, niſi quod eas ſolum damnaui, vt in illis numquam poſſim magnam habere fiduciam. Deinde poſtquam in hanc Arabum venimus regionem, hic quoque rurſum cum priori luctabar certamine, & malis vexabar ſimilibus. Noctu autem apud me aliquando cogitans & conſiderans an vſquam ab hoc morbo aliquam inuenirem
E liberationem; quoniam ab ijs qui erant apud eos, nullam videbam mali curationem; ipſe ſic mecum colloquebar: O Terebon, vbi nunc ſunt quæ apud Græcos & Perſas eſſe feruntur medicinæ artes, & quæ ſunt in his nugæ, & quæ earum vulgo iactatur vtilitas? Vbi ſunt autem præſtigiæ aſtrologorum? Sunt omnia re vera fraudes & riſus manifeſtus, quæ nihil vmquam poſſunt efficere abſque vniuerſorum opifice & Domino.

S. Euthymius conuentus ab Aſpebeto.

XXXIV.

Cum hæc ergo apud me dixiſſem, ab eo petij morbi liberationem, & me ei viciſſim eſſe relaturum vitæ mutationem, & me Chriſtianum futurum, ſum pollicitus. Interea autem dum hæc fierent, & Deo hoc modo eſſem ſupplex, paulatim in ſomnum deductus, mihi videbar videre quemdam monachum, cui barba propendebat hiſpida, quiq. iam ſeneſcebat & canis erat conſperſus, me rogantem quiſnam eſſet morbus, & ſciſcitantẽ quidnam mali nobis incubuiſſet. Cum autem morbum ei oſtendiſſem: ille: Implebis ne (inquit) quæcumque Deo es pollicitus? Deinde cũ ego rurſum promiſiſſem, me prompto & alacri animo omnia confecturũ: ego ſum (inquit) Euthymius qui ad Orientalẽ ſolitudinem habito in torrente, qui eſt prope viã quæ tendit verſus Hierico, decẽ

Viſio oſtenſa Terabont.

millibus

millibus diſtans Hieroſolymis. Si vis ergo inuenire mali ſolutionem, veni ad me, & Deus te per A nos curabit. Hoc cum in ſomnis vidiſſem, & eſſem excitatus, patri ſtatim narraui. Et ecce omnibus poſtpoſitis (vt iuſſit viſio) huc nunc venimus: teq. valde & enixe rogamus, vt nobis oſtendas eum, qui per viſum nobis fuit indicatus, vere diuinum & admirabilem medicum.

XXXV. *Euthymius curat Tarabonẽ.* Hæc cum beatus audiſſet Theoctiſtus, & viſionem & apertum gratiæ Dei iudicium eſſet admiratus: Euthymio interrupit quietem ac ſilentium, & ei omnia recenſet ordine, pueri morbum, defectum eius qui illum eſſet curaturus, eius promiſſa quæ fecit communi Domino, ſomnium illud, viſionem quæ apparuit, & (vt ſemel dicam) narrat ſingula. Ipſe autem cum ſibi quoque perſuaſiſſet eam rem diuino quodam geri conſilio, ſtatim deſcendit ad barbaros. Cumq. vehementer oraſſet pro puero, & ei figuram crucis impoſuiſſet: nõ aliquo opus habuit tempore, neque vt in oratione diutius perſeueraret; ſed eũ valentem & omnino ſanum ſtatim effecit. Stupent barbari ad id quod factum fuerat; & citius quam eius qui laborabat corpus, eorum quoque curãtur animæ, vel potius animæ communiter ſanitatem accipiunt, & fiunt ſtatim fideles. Quocirca proni humi cadentes rogant illam ſanctam animam, vt Chriſti obſignarẽtur ſignaculo, & partem Chriſtianorum conſequantur & nomen. B

XXXVI. *Saraceni baptizantur.* Non erat autem virij pij & Deum amantis cunctari in his rebus; neque fuit Euthymij in his rebus vlla cunctatio: ſed cum vidiſſet eos corde potius quam ore ſacrum baptiſmum poſtulantes, iubet paruam piſcinam fieri in quodam angulo ſpeluncæ, quæ quidem conſiſtit vſque in hodiernum diem. Cumq. dixiſſet preces quæ dici conſueuerunt, & quæ lex in his poſtulat, feciſſet omnia: primum quidem baptizat Aſpebetum, eum Petrum nominans, deinceps Marin fratrem vxoris Aſpebeti, ambos claros genere, & inſignes diuitijs, vel diuitias potius ordinantes prudentia & virtute, vel potius ipſis diuitijs vtentes pro cauſa & inſtrumento exercẽdæ virtutis: deinde autem Terebonem, & poſt ipſos reliquos. Quos cum quadraginta dies detinuiſſet & monuiſſet, pietatemq. accurate docuiſſet, & omnibus modis ea firma & ſtabilita reddidiſſet, quæ pertinent ad ſalutẽ; eos dimiſit in pace, ſed non amplius Agarenos & Iſmaelitas, ſed a Sara oriundos, & certos heredes promiſſionis per diuinum baptiſmum.

XXXVII. Maris autem, qui fuit Terebonis auunculus, nõ amplius voluit retro reſpicere, neque amplius omnino ſuſtinuit recedere a monaſterio, cum ei omnes cõſecraſſet facultates, & parui feciſſet quæcumque ſunt in mundo, ac generoſo & excelſo animo non dignum duxiſſet deſiderium quod in ea C confertur, ſoli Deo cohæret, & per totam vitam ſub eo viuere ſtatuit magno duce & præceptore.] hucuſque de his Cyrillus. *Saracenorum primus Epiſc.* Quomodo autem per eumdem Aſpebetum fides Chriſtiana apud Saracenos propagata eſt, & eiſdem a Iuuenali Epiſcopo Hieroſolymitano præfectus eſt ipſe Epiſcopus, idem Cyrillus paucis rem proſecutus, narrat his verbis: Cũ vſque adeo multiplicarẽtur filij Agar, & ad veram traducerentur nobilitatem, & in diuerſas excreſcerent copias: mittit diuinus Euthymius ad Iuuenalem Patriarcham Hieroſolymitanum, poſtulans vt eis ordinaretur Epiſcopus. Ille vero mittit ad eũ Petrum patrem Terebonis, vt qui eſſet idoneus præeſſe animabus, & deducere, ad ſalutem. [quoto aũt Domini anno id cõtigerit, ſuo loco dicemus. Petrus ergo (pergit ille) ſic primus ordinatur Epiſcopus copiarum quæ erant in Palæſtina. Saracenorum autem multitudo non ſecus ac fluuiorum fluenta affluebant perpetuo; & qui nunc accedebant, adijciebãtur prioribus, & hi omnes ſignati baptiſmi ſignaculo connumerabantur cum grege Chriſtianorum. Sed de his, quæ dicta ſunt, ſufficiunt.] hactenus Cyrillus quam ſinceriſſime texens res præclare geſtas Euthymij.

XXXVIII. *Ex perſecutione Eccleſiæ lucrum.* Hæc de Epiſcopatus Saracenorum Petro collato, poſtea cõtigere, cum pleniſſime Chriſtianæ fi D dei dogmatibus eruditus, dignus habitus eſt, qui alios docere poſſet, & ex duce militiæ transformaretur in ſacerdotem atque paſtorem. Fructus iſti fuerunt Perſicæ perſecutionis, & ex fuſo martyrum ſanguine copioſi prouentus. Ita namque ſemper in Eccleſia accidere conſueuit, vt ex illata pſecutione fœcũdioribus palmitibus propagetur, vireſcat vulnere, ſurgat oppreſſione, creſcat excitione, anguſtijs dilatetur, & ex tenebris illuſtretur. Et vnde iſta miracula naturæ ordinem excedentia, & humanum captum longius ſuperantia? niſi quod non ſit Chriſtiana fides hominum prudens inuentum, ſed Dei virtutis opus, Diuinitatis conſilio ſtabilitum & in perpetuum confirmatum, cui cedant neceſſe ſit omnes aduerſariæ poteſtates, in nihilum redigantur, penituſq. deficiãt qui illud impugnant: ipſum vero inconcuſſum maneat, & crebrioribus ictibus preſſius ſolidetur, & vehementioribus motibus fundamento immobilius inhæreſcat. Sed iam quæ ſunt reliquæ anni huius res geſtæ, narrare pergamus, apponamuſq. coronidem ad res ſuperius enaratas migrationem ex hac vita ad æternam felicitatem S. Hieronymi, cuius nobilibus factis Annales noſtri ſingulis pene annis, quibus celebris vixit, ſunt illuſtrati.

XXXIX. *Hieronymi obitus & ætas.* Hoc igitur ipſo anno, ijſdẽq. Cõſulibus, S. Hieronymum e vita deceſſiſſe pridie Kal. Octobris E anno ætatis ſuæ nonageſimoprimo, Proſper teſtatur in Chronico. Ceterum quod ſpectat ad annos ætatis eius, diſſenſiſſe a Proſpero videntur nonnulli [a], qui maiorem annorum numerum eidem tribuerunt, nempe nonagintaocto, vel nonagintanouem; quos longe longius a veritatis ſcopo aberrare, quæ ſuperius a nobis dicta ſunt de ratione annorum ipſius, aperte ſignificant; cum & teſtificatione ipſiuſmet S. Hieronymi ſit demonſtratum [b], ipſum nec peruenisſe ad ætatem octoginta annorum, ſed natum annos ſeptuagintaocto vel nouem ex hac vita migraſſe. Ne vero hic iterum eãdem retexamus de Hieronymi ætate orationem, æquius eſt vt tu ea pro arbitrio conſulas, lector, quam vt cum faſtidio eadem repetita denuo ingeramus. Fractam quidem laboribus, morbis, ſolicitudinibuſq. ſenectutem geſſiſſe, quæ de eo annis ſuperioribus ſunt enarrata ſignificant: vt plane longe ſenior creditus ſit deceſſiſſe, qui duodeoctoginta annos ætatis tantum vixiſſe appareat.

a Bed. Martyrol. Ado, Vſuard. Sigibert. in Chron.
b Tom. 3. Annal. anno D. 372. edit. Rom. pag. 329. 330.

XL. Etenim longiorem eius ætatem opinandi, ipſe ſcriptis ſuis S. Hieronymus occaſionem præbuit: nam cum elaboraret commentarios in Amos Prophetam ante annos quatuordecim, ſe ma-

nu ſua

A nu ſua ſcribendi labores ferre iam vltra non poſſe teſtatur [a]. Et ante annos decem, nempe eo tempore quo Vrbs capta eſt, dum elucubraret explanationem in Ezechielem Prophetam, de ſe ait [b]: Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis ſenectute, aliquid ſuſtinentibus beati Iſaac, ad nocturnum lumẽ nequaquam valeamus Hebræorum volumina legere: qui etiã ad Solis dieiq. fulgorem litterarum nobis paruitate cæcantur. Sed & Græcorum commẽtarios fratrum tantum voce cognoſcimus.] ſicut & illud pariter, quod ante plures annos ad Paulinũ ſcripſit [c] de miſſo pileolo: Pileolum (inquit) textura breue, charitate latiſſimum ſenili capiti confouendo libenter accepi, & munere & muneris auctore lætatus.] hæc inquam ipſe de ſe ante decennium cũ ſcribat, iam effœta ſenectute defunctum eſſe, opinandi dedit occaſionem. S. Auguſtinus eundem ſenectute decrepitum deceſſiſſe teſtatur libris illis contra Iulianum vltimo loco ſcriptis, cum & hoc eum ornat elogio [d]: Nec S. Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendum arbitreris; qui Græco & Latino, inſuper & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalẽ tranſiens Eccleſiam, in locis ſactis atque in litteris ſactis vſque ad decrepitam vixit ætatem: cuius nobis eloquium ab Oriente vſque ad Occidentem, inſtar lampadis, reſplenduit.] Sed & Marcelli-
B nus [e]: Finem (inquit) vitæ fecit admodum ſenex, ibique (*Bethlehem ſcilicet*) ſepultus eſt, Catholicis quidem inexpugnabilis turris, hæreticis autem infatigabilis hoſtis tã propoſito vitæ ſuæ, quã librorum a ſe editorum aſſertionibus depugnans.] hæc ipſe. Sed rationem ipſius annorum ex eius ſcriptis melius colliges ſuperius recitatis.

a Hier. in Amos lib. 3. præf.
b Hier. in Ezec. pręf. lib. 7.
c Hier. epiſt. 153.
d Auguſt. contra Iulian. lib. 1. c. 7.
e Marcellin. in Chron. Coſſ. Arcad. & Ruff.
Hieronymus laudatus a maioribus.

XLI.
Quanta præterea effulſerit poſt obitum gloria in Eccleſia Dei, præter elogia Auguſtini, reuoca in memoriam illud Proſperi, quo ait [f]:

Hebræo ſimul & Graio, Latioq. venuſtus,
Eloquio, morum exemplum, mundiq. magiſter.] &c.

hoc etiam titulo magiſterij exornat eumdem Caſſianus [g], cum ait: Hieronymus Catholicorum magiſter, cuius ſcripta per vniuerſum mundum, quaſi diuinæ lampades rutilant, &c.] In quam ſententiã Caſſiodorus, poſt pclariſſimas de viro laudes, addit [h]: In Bethlehẽ otioſum habitaſſe nõ arbitror, niſi, vt in terra illa miraculorũ, ad inſtar Solis, eius quoque ab Oriente nobis lãparet eloquiũ.]

f Proſper. lib. de Ingratis.
g Caſſia. contra Neſtorium de Verb. incar. li. 7.
h Caſſiod. Inſti. diuin. lect. c. 21.

XLII.
Quæ autem S. Hieronymus reliquerit ſcriptorum monumenta, haud laborabimus numerare, cum eorum catalogus extet, ſpuriaq. a veris diligentia Mariani Victorij Reatini Epiſcopi ſegrega
C rit. Ceterum numerabimus nos ea tantum quæ deſiderari poſſe videntur. Fuiſſe namque ab eo elucubratum librum de Hæreſibus, S. Auguſtinus [i] teſtis eſt, ſed eum numquam inuenire valuiſſe doluit. Rurſus etiam ab eodem ſcriptum fuiſſe librum, in quo doctiſſime diſputarit de reſurrectione carnis, eumq. per Oroſium presbyterum allatum in Occidentem, ad Oceanumq. delatum, idem S. Auguſtinus affirmat [k] quem vt ad ſe deſcriptum mittat, idem ipſum Oceanum litteris rogauit. Inſuper adhuc deſideratur tranſlatio vigintiocto homiliarum Origenis, quam ſe elucubraſſe ipſe teſtatur [l]: ſed & alia complura ex eodem Latinitati donata Caſſiodorus affirmat. Perierunt eiuſdem homiliæ triginta, quæ in Lucæ Euangelium ſe ſcripſiſſe teſtatur, & tractatus ſeptẽ in Pſalmos. Inſuper Caſſiodorus [m] meminit epiſtolæ eiuſdem S. Hieronymi ad Anium, qua obſcuriſſimas elucidaſſe tradit quæſtiones. Itemq. ab eo ſcriptam refert explanationem de iudicio Salomonis. Itemq. Notationes in omnes Prophetas propter tyrones conſcripſiſſe aſſerit; poſtea vero copioſiores illas, quæ extant in eoſdem Prophetas explanationes elaboraſſe. Elucubraſſe etiam volumen in quatuor Euangeliſtas, in quo omnia ipſorum quæ eſſent propria diſſeruit: edidiſſe inſuper expoſitionem Apocalypſis libri, idem Caſſiodorus affirmat. Caremus quidem nos his omni-
D bus, quæ Caſſiodori tempore cum extarent, ipſe in Bibliotheca repoſuit.

Scripta S. Hieronymi quę nõ extant.
i Aug. lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum in fin.
k Auguſt. epiſt. 261.
l Hier. de Scrip. Eccleſ. in fin.
m Caſſiod. Inſti. diuin. lect. c. 2. 3. 7. & 9. eod. lib.

XLIII.
At nunc nobis de S. Hieronymo ingeſta ab imperitis & impoſtoribus ſunt explodenda mẽdacia, non quæ in ſcripta, ſed quæ irrepſerunt in Acta; dum nonnulli de rebus geſtis S. Hieronymi cõpluta confinxere commenta. Equidẽ (vt puto) ſicuti fecit olim presbyter Aſianus, qui amore Pauli (vt ex Tertulliano diximus) Periodos Pauli & Theclæ confinxit, ita & iſti amore Hieronymi plurima commenti ſunt: digni ſane & ipſi, vt eidem ab Eccleſia ſententiæ ſubijcerentur & pœnæ, quã ille tunc iuſte irrogatam ſubire coactus eſt. Auerſatus namque ſemper eſt candor Eccleſiaſticæ veritatis, & pudor Chriſtianæ ſimplicitatis exhorruit omne quod fictum, & reſpuit omne quod commenticium eſſe conſpexit; & exſecrata eſt omnino, atque acri ſemper inſectata eſt odio, ac ſeuera coercuit diſciplina omne mendacium cum eius auctore ſincera fides.

Vita S. Hieronymi mẽdacijs concinnata.

XLIV.
Sed vnde iſtis, iſtæc vt fingerent de S. Hieronymo, irrepſit in mentem? non aliunde quidem puto, quàm cum ſcirent aliorum ſanctorum Patrum Eccleſiæ doctorum res geſtas ab eruditis viris legi conſcriptas, vt Antonij, Athanaſij, Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Chryſoſtomi, Ambroſij, & Auguſtini, necnon S. Gregorij Romani Pontificis: haud æquo paſſi ſunt animo, vnius Hieronymi
E his omnibus haud imparis, ſed in aliquibus etiam anteferendi, res geſtas minime fuiſſe memoriæ proditas. Quãobrem diuerſi pro ingenij diuerſitate diuerſa excogitarunt inuenta, dũ vel Euſebij, vel Auguſtini, vel Cyrilli Hieroſolymorũ Epiſcopi nomine cõſcripſerunt epiſtolas, quibus res geſtas ex animi cuiuſque ſententia adinuentas atque commentas conſcriberent. Et ne vllus dubitãdi locus eſſet, eas ſubintroduxerunt perſonas, quas ipſi licet errantes putarint illis vixiſſe temporibus. Sed ex his ipſis mendaces detecti ſunt & impoſtores, ex quibus conati ſunt videri veraces. Quis enim (amabo te) audiens Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymorum nomen ad iſta referri tempora, quem ante annos triginta ipſius aſſertione S. Hieronymi conſtat eſſe defunctum, non ſtatim ea indignabundus exentiat?

De cõfictis Euſebij, Cyrilli, et Auguſtini nomine litteris.

XLV.
Sed & quod ex ipſa inſcriptione minime tẽporibus cõgruẽte, cuncta quæ in opere eſſent, arguerentur erroris, qui poſtea mendaciorum polinctor acceſſit, atque deliniens foris caſurum parietẽ, ad temporum ſuffulciendum mendacium ſatis putauit fore conſultum, ſi titulum ſic mutaret, vt loco Damaſi Papæ poneret Damaſum Epiſcopum Portuenſem, & pro Theodoſio Imperatore red

deret

Digitized by Google

deret Theodoſium Senatorem,hoc modo:Patri reuerendiſſimo Damaſo Portuenſi Epiſcopo, & A
Chriſtianiſſimo Theodoſio Romanorum Senatori Euſebius,&c.]Quis iſta non videat,& non ri-
deat adeo inconcinne compoſitam fraudem?ſicut & cum in multis alijs certam reperiet impoſtu
ram;vt cum ait, veſte muliebri illum Roma fugatum,inde profectum eſſe Conſtantinopolim : cũ
quæ ex eius ſcriptis dicta ſunt ſuperius,te ſatis monere poſſint, eo tempore quo ipſe receſſit ab Vr
be,eſſe profectum recta Hieroſolymam,& Gregorium Nazianzenum iam,antequam Romam re
dierit,audiuiſſe.

XLVI. *De epiſtola Auguſtini nomine ad Cyrillum.* Quid vero dicendum de epiſtola Auguſtini nomine ad eumdem Cyrillum Hieroſolymorum
Epiſcopum ſcripta?Quoties auctor cogit ipſum loqui mendacia,vt cum præter Latinam linguã,
quinque alias Hieronymus calluiſſe dicitur,nempe Hebræorum,Græcorum,Chaldæorum, Perſa
rum,atque Medorum;cum id penitus contrarium ſit his quæ de ſe ipſe Hieronymus,& de eodem
Auguſtinus vere teſtantur,nimirum nonniſi trium linguarum ipſum habuiſſe peritiam,videlicet
Latinæ,Græcæ,& Hebraicæ?Quid eſt etiam quod idem pius effictor tribuit Hieronymo inter alia
inſignia etiam virginitatis coronam,cum ipſemet S.Hieronymus ingenue fateatur ſe minime vir
a Hier epiſt.50. ginem:ad Pammachium enim cum ſcribit,hæc habet [a]: Virginitatem autem in celum fero,non B
quia habeam,ſed quia magis mirer quod non habeo . Ingenua & verecunda confeſſio eſt , quo
ipſe careas,in alijs prædicare,&c.]Quid alia plura ibidem aſſerta opus eſt confutare mendacia?

XLVII. *Vita S.Hieronymi mendacijs referta.* Addam pauca de ea quæ ordine ſequitur Cyrilli nomine epiſtola ad Auguſtinum de miracu-
lis S.Hieronymi.Inter alia quæ in ea auctor imperitus mendacia conſarciuit, illud maxime præ
ceteris intolerabile,cum imprudens,dum ſe putat eum laudare,vituperet , hæreſis adſtipulatorẽ
conſtituens,dum ait,tunc temporis vixiſſe Sabinianum hæreſiarcham,qui duas in Chriſto aſſere-
ret volũtates,& S.Hieronymum aduerſus eum ſcripſiſſe ad S.Auguſtinum epiſtolam.At quid hoc
aliud eſt,niſi reddere ipſum S.Hieronymum hæreticum Monotheliram,Sabinianum vero, quem
clamat hæreſiarcham,fuiſſe vere Catholicum?Quid inſuper illud quod mox ſubditur, Siluanum
fuiſſe Archiepiſcopum Nazareth,cum diutiſſime poſt contigerit Nazareth eſſe Eccleſiam Epiſco
palem?Quis igitur tales æquo ferat animo impoſturas?

XLVIII. Sed miſſis alijs confutatione dignis,quæ in dictis epiſtolis continentur;iam ad aliam menda-
ciorum aperiendam cloacam,renitens licet,inferatur oratio,ad eam inquam,quam in Vita eiuſdẽ
S.Hieronymi incertus auctor extruxit.In qua illud primum occurrit,quod admodum male con- C
ſultus ait,ipſum S.Hieronymum Romæ fuiſſe presbyterum ordinatum:cum teſtificatione ipſiuſ
met Hieronymi(quod ſuo loco ſuperius dictum eſt)ſatis certo liqueat ipſum initiatum eſſe pres-
byterio Antiochiæ a Paulino Antiochenæ ſedis Epiſcopo.Sed cuius fidei ſit quod ait,ipſum men-
tis & corporis cuſtodiſſe virginitatem,iam diximus:vel illud quod addit, tempore Liberij Papæ
multa ipſum ſcripſiſſe volumina,& emendaſſe Pſalterium.cum eiuſdem ipſius aſſertione S. Hiero
nymi conſtet hæc eſſe facta ſub Damaſo.Sed quæ inſcitia illa,dum Iulianum Pelagianum hæreti-
cum,aduerſus quem S.Auguſtinus commentarios edidit,Manichæum fuiſſe dicit;cum ex eius ſcri
ptis conſtet ipſum in primis aduerſatum Manichæis,quorum nomine ſugillauit falſo Catholicos,
dum aſſerunt originale peccatum?

XLIX. Quod vero ſpuria illa Acta Theclæ baptizati leonis fabula ornabãtur, ita & eiuſmodi indiſcre
tus S.Hieronymi laudator noluit curaſi leonis carere figmento:credidit vir ſimplex(niſi & iſta fin
xit)eſſe verum quod(vt ait)ab accolis Bethlehemiticis audiuit acceptum. Porro vel quæ audiuit,
Pro Geraſimo ſuppoſitus Hieronym. non recte percepit:vel qui narrauit, haud rẽ ſatis exploratam viſus eſt habuiſſe:vt Hieronymum
pro Geraſimo dixerit:nam iſta ipſa de leone in Palæſtina contigiſſe ſanctiſſimo viro Geraſimo ab D
b Sophro. Prat. ſpirit.c 107. bari,Sophronius Hieroſolymorum Epiſcopus narrat [b] veram hiſtoriam. Id vero rerum ignaro de
Hieronymo aſſerendi occaſionem tribuiſſe videtur,quod eiuſdem S. Hieronymi imago vna cum
leonis effigie antiquitus conſueuerit in Eccleſia pingi,vtpote hieroglyphicum eius in hæreticis in-
ſectandis infracti roboris,& vehementis in eos,inſtar leonis rugitus,clamoris. Quiſnam autẽ eius
concinnandæ Hieronymi Vitæ auctor fuerit,latet:ſcimus tamen Petrum diaconum cœnobij Caſſi
nenſis auctorem prodere cuiuſdam Vitæ ſancti Hieronymi,dum hæc ait in libello quem edidit de
Viris illuſtribus monaſterij Caſſinenſis:Sebaſtianus beati Benedicti monachus, Hieronymi do-
ctoris egregij Vitam deſcribens,legendam Eccleſiis tradidit,in qua quæ a puero inſtitutio, quale
in iuuentute ſtudium,quæ in ſenectute ei ſcientia fuerit,lucidiſſime ſatis demonſtrat.]hæc ipſe:nũ
autem ea ipſa Vita ſit quæ ſine auctore vagatur,haud facile affirmarim:abſit hæc me ſentire,& de
venerando monacho firmiter aſſeuerare.

L. Tu vero lector,his exploſis,res geſtas ſancti Hieronymi non aliunde requiras, quam a docto
viro Mariano Victorio Epiſcopo Reatino,qui eam tibi non aliunde quidem quam ex ipſius Hie
ronymi ſcriptis deprompſit:his tamen emendatis,quæ iure emẽdanda ſuperius tibi noſtri ſuggeſ E
ſerunt Annales.Detinuimus te,lector,longiori mora in his confutandis erroribus; ſed etſi fortaſſe
ſuperflue tibi;neceſſario mihi ad cauendam inuidiam ſunt ingeſta: ne me temere abſque aperta
demonſtratione,pro animi arbitrio,ab alijs ſcripta,& a pluribus legi ſolita, tumido exufflare fa-
ſtu,imperitorum ſchola conclamer.

LI. Hoc item anno Honorius Imperator aduerſus clericos extranearum cohabitatione infama-
c l.44.de Epiſc. & cle C.Theod. tos ad Palladium reſcriptum [c] dedit. Accidit namque , vt qui ſanctorum Patrum , ac ipſo-
rum præcipue qui Nicææ congregati ſunt , contempſere decreta , iuſte eos Imperatorum
coercendos edicto, Catholici Epiſcopi (vt alias ſæpe vidimus accidiſſe) curarint . Aduer-
ſus quoque raptores ſacratarum virginum ad eumdem Palladium Præfectum Prætorio idem Impe
d l.3.de rapt.vel matri. ſanctim. virg.Cod. Theo. rator reſcripſit [d].

IESV

A

IESV CHRISTI ANNVS 421.	BONIFACII PAP. ANNVS 3.	HONORII 27. THEODOSII 14. IMPP.

I. QVadringētesimus vigeſimusprimus qui ſequitur annus, Agricola & Euſtachio ſignatur Cōſ. Quo Conſtantius Auguſtus, qui anno ſuperiori ab Honorio in collegā fuerat aſſumptus Imperij, ex hac vita migrauit. teſtatur id Proſper in Chronico. Tradit Nicephorus [a], Conſtātium meditatum eſſe inferre Theodoſio bellum in Oriente, quòd ſuam imaginem, cum eſſet creatus Auguſtus, perlatam ex more Conſtantinopolim, recipere noluiſſet: ſed imminens bellum, eo mortuo, prorſus euanuit.

a Niceph. lib. 14. cap. 6.

II. Quo etiam anno (vt auctor eſt Marcellinus [b]) Theodoſius Imperator Eudociam Atticā Leōtij philoſophi filiam, liberalibus diſciplinis excultam, ſibi in matrimonium iunxit. Hæc enim (Socrates [c] tradit) Athenais antea dicta, cum ab Attico Epiſcopo Conſtātinopolitano baptizata eſt, B ab eodem fuit Eudocia nominata; quæ in laudem Theodoſij egregium poema a ſe conſcriptum de bello Perſico edidit; in quo etiam argumento plures verſatos eſſe ſcriptores, idem affirmat. Sed de Eudocia ſæpe inferius.

b Marcellin. in Chron.

Theodoſius Eudociam vxorem ducit.

c Socr. li. 7. c. 21.

III. Hoc eodem anno perſuaſione Attici Conſtantinopolitani Epiſcopi (vt creditur) Imperatoris animus erga pietatem propenſior inductus eſt ad legem illam ſanciendam, qua iura Epiſcopatus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ad Illyricum quoque extendi debere, promulgata [d] ſanctione cōſtituit, quæ ſic ſe habet:

Omni innouatione ceſſante, vetuſtatē & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui vſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias ſeruari præcipimus. Si quid dubietatis emerſerit; id oporteat non abſque ſcientia viri reuerendiſſimi ſacroſanctæ legis Antiſtitis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur, conuentui ſacerdotali, ſanctoq. iudicio reſeruari. Dat. prid. Idus Iulij, Euſtathio & Agricola Conſſ.] hactenus ſanctio. Sed plane commēticios ſuggeſſit Imperatori Atticus, quos dicit, priſtinos Eccleſiaſticos canones, ex quorū præſcripto ſe iſta C ſancire Theodoſius profitetur. Numquam enim antea vel in aliquo definitum apparet fuiſſe concilio, neque vſu rerum mōſtrari poteſt eſſe ſeruatum, vt Illyricorum Eccleſiæ ſubiectæ fuerint Epiſcopo Conſtantinopolitano; neque id poſtea obtinere potuiſſe per multos poſt annos Conſtantinopolitanos Epiſcopos, pluribus locis inferius apparebit. Vt vero veteris Romæ prærogatiuis Conſtantinopolis vteretur: id quidem non de his quæ ad iura Eccleſiæ, ſed Imperij pertinēt, nec Patrū canones, ſed Imperatorum leges conſtituerunt. Iſta autem & alia vſurpanti ſibi Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo tempore Concilij Chalcedonenſis obſtitit & penitus reiecit S. Leo Romanus Pontifex. Sed de his pro ratione temporis ſuo loco pluribus agendum inferius erit.

d l. 6. Cod. de ſacroſanct. Eccl. & l. 45. de Epiſc. & cler. Cod. Theo.

IESV CHRISTI ANNVS 422.	BONIFACII PAP. ANNVS 4.	HONORII 28. THEODOSII 15. IMPP.

D I. CHriſti annus quadringenteſimus vigeſimusſecundus Conſulatu Auguſtorum Honorij decimotertio & Theodoſij decimo aperitur: quo Bonifacius Papa Patroclum Epiſcopum, qui ſupre Conſtantij (vt dictum eſt ex Proſpero) ſedem vſurpauerat Arelatenſem, & adhuc alienæ Metropolis iura peruadens in Narbonenſi prouincia vacantis paſtore ſedis auſus eſt Epiſcopum ordinare, repreſſit; datiſq. litteris [e] ad Hilarium Narbonenſem Epiſcopum, iuſſit vt iure Metropolitani & præceptione Apoſtolicæ ſedis ad locum accedat, & quæ agenda ſunt videat, & ſedi Apoſtolicæ referat. Vides praxim crebris firmatam exemplis de ſumma Romani Pontificis in omnes Eccleſias & Epiſcopos poteſtate, vtpote qui præſideat ſuper omnes Epiſcopos Iudex, ne quis ius alienum vſurpet: quod & ex præſcripto Nicænorum canonum [f] ſe agere, iiſdem litteris docet, cum & verba canonis recitat, vbi ait: Nulli videtur incognita Synodi conſtitutio Nicænæ, quæ ita præcipit (vt eadem propria verba ponamus) Per vnamquamque prouinciam ius Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe poſſe ſubiectas: Quod illi (quia aliter credendum non eſt) ſeruandum, ſancto Spiritu ſuggerente, cenſuerunt.] hæc ipſe. Ex quibus quam perſpicue vides, ſic ex Nicæno Concilio quibuſcumque Metropolitanis ſuas ſeruatas cuſtoditaſque eſſe prouincias, vt tamen ſuper omnes Apoſtolica ſedes paſtorali ſolicitudine vigilaret, at- E que ius diceret. Nulla quidem verior atque certior eſſe poteſt canonum interpretatio, quam quæ vſu rerum, ingi obſeruatione probata cognoſcitur. Ex quibus manifeſte intelligis, quam perperam & imperite nimis ex Nicænis canonibus anguſtare Nouatores uelint Apoſtolicæ ſedis terminos intra unius prouinciæ limites. ſed de his ſuo loco ſuperius pluribus actum eſt, hic autem occaſione eiuſdem Nicæni citati a Bonifacio canonis. Hæc quidem acta, ſcriptaq. ab ipſo Bonifacio Papa ſunt hoc anno, quinto Idus Februarij, iiſdem Conſulibus. Quomodo vero tandem ſuæ temeritatis idem Patroclus pœnas dederit, ſuo loco dicturi ſumus.

Patrocli Epiſcopi Arelate meritas a Bonifacio coercetur.

e Bonif. epiſt. 3.

f Conc. Nic c. 6.

II. Sub iiſdem quoque Conſſ. hęc habet Proſper in Chronico: Exercitus ad Hiſpaniam contra Vuandalos miſſus eſt, cui Caſtinus * Dux fuit: qui Bonifacium, virum bellicis artibus præclarum, inepto & iniurioſo imperio ab expeditionis ſuæ ſocietate auertit. Nam ille periculoſum ſibi atque indignum ratus, ſequi quem diſcordem, ſuperbientemq. expertus eſſet, celeriter ſe ad portum Vrbis, atque inde ad Africam proripuit: idq. Reipublicæ multorum malorum cauſa fuit.] hæc Proſper.

* Craſtinus

De Bonifacio abdicante ſe ab exercitu.

Proſper. Quomodo autem diſpenſatione diuina poſtea factum ſit, vt qui Bonifacium ſpreuit, ipſe Caſtinus profugus ad eum ſeſe receperit in Africam, ſupplex ab eo auxilium petens, ſuo loco inferius narrabimus. Porro res præclare geſtas a Bonifacio aduerſus Vuandalos cum Tribunum ageret, S. Auguſtinus prædicat, vbi ait [a]: Quis crederet, quis timeret, Bonifacio Domeſticorum & Africæ Comite, in Africa conſtituto tam magno exercitu & poteſtate, qui Tribunus cum paucis fœderatis omnes ipſas gentes expugnando & terrendo pacauerat, &c.] Sed res hoc anno bene geſta eſt, dextereq. pugnatum aduerſus tyrannos, licet diſſenſerint inter ſe Duces. Hoc namque anno ſub iiſdem Conſſ. Maximum & Iouinum tyrãnos in bello victos & captos, indeq. abductos, occiſos eſſe, Marcellinus affirmat in Chronico. Tantis Deus muneribus decoraſſe voluit religionẽ Honorij Imperatoris. Sed redeamus ad Bonifacium, ſe ab exercitu ablegantem.

a Aug. epiſt. 70.

III. Erat Bonifacius genere Thrax, vt ex eiuſdem ad S. Auguſtinum litteris [b] conſtat, quas ſuo loco oſtendemus eſſe germanas. Hic Sebaſtiano Comiti & confeſſione poſtea claro (cuius multa cũ laude Victor [c] meminit) filiam ſuam matrimonio coniunxit. Fuiſſe autem Bonifacium inſignẽ pietate virum, ex litteris S. Auguſtini ad eum redditis facile poteſt intelligi. Cum enim ipſe, relicto exercitu, ablegans ſe a Caſtino ſuperbiſſimo Duce, in Africam ſe protinus contuliſſet, nihil antiquius habuit, quam vt inſinuaret ſe in Auguſtini amicitiam; a quo & humaniſſime acceptus eſt, enutrita vero & aucta eadem eſt amicitia conſuetudine literarum. Extat quidem eiuſdem Auguſtini ad Bonifacium data epiſtola parænetica [d]: qua cum vitam Chriſtianam breui compendio ſtringat, licere tradit homini Chriſtiano, pro publica pace tuenda, arma tractare; monet pariter qualiter in bello gerere ſe debeat; ſed & de caſtitate ſeruanda ſaluberrimam admonitionem ingeſſit, qua inter alia: Valde (inquit) turpe eſt, vt quem non vincit homo, vincat libido, & obruatur vino qui non vincitur ferro.] digna plane tanto magiſtro ſententia. B

b Apud Auguſt. epiſt. 10. in appẽ. to. 2 edit. Plant.
c Vict. de perſecu. Vuand. lib. 2.
Bonifacij cum Auguſtino amicitia.
d Auguſt. epiſt. 205.

IV. Dum vero moraretur ibidem in Africa Bonifacius, & verbis ac litteris tum Auguſtini, tum Alypij maxime foueretur, vitam plane Chriſtiano Duce dignam duxit: ſacris quoque dediſſe operã litteris, ex conſultationibus, quibus laceſſere conſueuit ipſum ſanctum Auguſtinum, oſtenditur. Porro eidem cupienti edoceri de Arianis & Donatiſtis hæreticis, cum abunde ſatisfaceret Auguſtinus, ſtatum præſentis temporis Eccleſiæ Africanæ longe melioris fuiſſe conditionis, quam antea, oſtendit his verbis [e]: Gratias ago Domino, qui apud nos, non quidem in omnibus, ſed valde in pluribus locis, & per alias Africæ partes ſine vllis iſtorum inſanorum mortibus pax Catholica cucurrit & currit, &c.] pluribus enim diſputare pergit, quam ſalubris ſit moderata coertio hæreticorum per Imperatorias leges adhibita. De rebus aliis, quæ in Africa inter Auguſtinum & Bonifacium tranſactæ ſunt, extant perbreues vtriuſque epiſtolæ vltro citroq. datę, ſed in appendice collocatæ, quas germanas eſſe (cuiuſuis fuerint) rerum geſtarum illorum temporum argumenta declarant: ſtylo tamen viſæ ſunt Auguſtini diſſimiles ob Laconiſmos, quibus in illis ſcribendis auctor eſt vſus. Verũ etſi Auguſtini non eſſe, quis certo probare poſſet: ſane quidem haud aſſereret commenticias, ſed potius alicuius alterius magni nominis Africanorum Epiſcoporũ litteras eſſe, puta Aurelij Carthaginenſis, vel Alypij Tagaſtenſis Epiſcoporum, iure cenſebit, quod eſſe germanæ certo certius cognoſcantur. ſed citentur nomine Auguſtini, cuius inſcriptione notantur. Quid autem nefandi acciderit in Africa, cum idem Bonifacius Gothis præeſſet militibus, S. Auguſtinũ ad eum ſcripta epiſtola declarat his verbis [f]: C

Res geſtæ inter Bonifaciũ et Auguſtinũ.
e Aug. epi. 50.
f Aug. epiſt. 1. in appendic. tom. 2.

V. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet ſobrietas & frugalitas. Bene enim agere, & illicita non prohibere cõſenſus erroris eſt. Quædam de eccleſia egreditur Chriſti virgo ſacrata, ebriã Gothi Herpe mentem & corpus incurrit. Habeat, quæſo, miles ſub Comite poſitus diſciplinam. Graue eſt enim, vt quem nõ vincit homo, vincat libido, aut volutetur vino qui nec vincitur ferro.] hæc ad Bonifacium, vtens eadem plane ſententia ſuperius recitata in alijs ad eumdem Bonifaciũ litteris [g]. Quibus acceptis Bonifacius, facinus gladio vindicare redditis his breuioribus litteris pollicetur: D

De raptore Sacræ Virginis Auguſtini querela.
g Auguſt. epiſt. 205.

VI. Tuæ [h] ſanctitatis epiſtolam admonitu me terrificante ſuſcepi. Etenim, venerabilis Papa, ſi thorus ille legitimus pauidos habet acceſſus; quo debet puniri ſupplicio, diuinas qui temerat rationes? Arguetur ergo profecto, qui diuina atque humana neglexit; & quem libido præuenit, gladius vltor abſumet. Eumque, quem inſobrium in tantis anguſtijs fama veridica publicauit, carceris perituтum quocũque ſupplicio cuſtodia retinebit.] His vero acceptis Auguſtinus litteris, quã tocyus alijs redditis, ne ille reus tanti criminis occideretur, occurrit, ita ad eumdem Bonifacium pari breuitate reſcribens.

h Aug. in appendic. epiſt. 2. 3.

VII. Ego quos diligo, arguo & caſtigo, non occidi deſidero, nec carcere pleno ſqualiore retrudi. Sola ſufficit admonitio: poterit enim, ſi ei id diuinitus concedatur, tempus pœnitẽtiæ condonari, qui Domini templum auſus eſt violare. Sit ergo ipſe qui fecit ſui arbiter voti: fas enim nõ eſt, vt reus Epiſcopi ſuggeſtionibus occidatur. Nam ſi in barbarorũ erroribus velimus (vt condecet) exercere vindictam, paucos reperiemus, nec ipſos animoſos ad pugnam fore.] hæc ipſe: ex quibus vide & admirare Epiſcopalem manſuetudinem longe longius ab effuſione etiam noxiorum ſanguinis abhorrentem. E

Exemplũ manſuetudinis Sacerdotalis.

VIII. Accidit inſuper, vt dum Gothi ſub Bonifacio militarent in Africa, Ariani ibidem inualeſcerẽt. Etenim cum Gothi ipſi Ariani eſſent, vnũ ſecum quoque ducebant, qui ſacra ipſis miniſtraret, Arianum Epiſcopum. erat hic Maximinus nomine, qui eo temeritatis progreſſus eſt, vt auſus fuerit S. Auguſtinũ ad diſputationem de fide laceſſere. Prouocauit quoque eumdem Auguſtinum Paſcẽtius Comes in Africa Exactor rerum Fiſcalium, itidem Arianus. De amborum autem procacia Poſſidius ſcribit, atque in primis de Paſcentio iſta [i]: Cum quodam etiam Paſcentio Comite domus Regiæ Ariano, qui per auctoritatem ſuæ perſonæ Fiſci vehementiſſimus exactor, fidem Catholicam atrociter ac iugiter oppugnabat, & quamplurimos ſacerdotes Dei ſimpliciori fide viuentes di-

i Poſſid. in Vita Auguſt. c. 17.

A tes dicacitate ac poteſtate exagitabat & perturbabat: præſentibus * honoratis & nobilibus viris apud Carthaginem ab illo prouocatus, idem S. Auguſtinus coram contulit. Sed idem hæreticus tã bulas atque ſtylum, quod magiſter noſter & ante congreſſum & in congreſſu inſtãtiſſime fieri volebat, ne adeſſent, omnino recuſabat. Et dum id pernegaſſet, dicens quod metu legum publicarum periclitari tabulis * ſcriptis nollet; atque interpoſitis, id placere Auguſtinus Epiſcopus cum ſuis qui aderant conſacerdotibus videret, vt abſque vlla ſcriptura priuatim diſputarent; collationem ſuſcepit, prædicens (vt poſtmodum contigit) quod poſt ſolutum conuentum eſſe cuiquam poſſet liberum arbitrium, forte dicere, nullo ſcripturæ documento ſe dixiſſe quod forte non dixerit, vel nõ dixiſſe quod dixerit.

* interpoſitis
Diſputatio Auguſtini cum Paſcentio.
* talibus

Et miſcuit cum eodem ſermonem, atque aſſeruit quid crederet, & ab illo quid teneret audiuit: & vera ratione & auctoritate Scripturarum probata docuit & oſtendit noſtræ fidei firmamenta: illius autem aſſerta, nulla veritate, nulla Scripturarum ſacrarum auctoritate ſuffulta docuit & fruſtrauit. Et vt a ſe inuicem partes digreſſæ ſunt, ille magis magiſq. iratus & furens, mẽdacia multa pro fide falſa iactabat, & victum eſſe a ſe ipſo proclamans multorum ore laudatum Auguſtinũ. IX.

Paſcentij Ariani vana iactantia.

B Quæ cum venerabilem uirum minime laterent, coactus eſt ad ipſum ſcribere Paſcentium, propter illius metum omiſſis nominibus conferentium; & in eis litteris quicquid inter partes dictum vel geſtum fuerit, fideliter intimauit; ad ea, ſi negarẽtur, probanda, magnam teſtium habẽs copiã, clariſſimos ſcilicet atque honorabiles, qui tunc aderãt, viros. Atque ille ad duo ſibi directa ſcripta vnum vix reddidit reſcriptum, in quo magis iniuriam facere quam ſuæ ſectæ rationem valuit declarare: quod a valentibus & volentibus legere comprobabitur.] hæc Poſſidius de cauſa Auguſtini cum Paſcentio. Ceterũ hæc fuſius percipi poſſunt ex ipſis Auguſtini tũc datis ad Paſcentiũ litteris [a], & epiſtola Paſcentij ad ipſum Auguſtinum conſcripta, ſimulq. ipſa collatione, ſeu potius parte ipſius ab ipſo Auguſtino ſcriptis mandata: ad quæ omnia lectorem reijcimus; quem admonemus, perperam in titulo poni, habitã eſſe Hippone & a Notarijs exceptoribus ſcriptam; cum Poſſidij ſententia conſtet, conueniſſe eos ad eam diſputationem Carthagine, & noluiſſe Paſcentium quæ dicerentur publicis mandari tabulis: collegit vero poſtea ipſe Auguſtinus quæ dicta in ea cõcertatione fuiſſent. Sed & ex Paſcentij dictis illud obſerua, hunc ita fuiſſe hominem Arianum, vt tamen noluerit talis videri, & ob id Ario infligeret anathema, profeſſus tamen ſe eſſe Auxẽtij, qui

a Aug. epiſt. 73. 74. 75. 76. 77.

C Mediolani ſedit, ſectatorẽ atq. diſcipulũ, vocans eũ hominem ſanctũ, omniſq. ſcientiæ virum. Sed & quõ ipſe Auxentius, latens licet, detectus fuerit ab Hilario Arianus, ſuo loco ſuperius dictũ eſt.

Quæ autem tunc acta fuerint eodem ferme tempore cum Maximino Epiſcopo Arianorum, Poſſidius poſt recenſitas res geſtas cum Auxentio ita narrat [b]: Cum ipſorum quoque Arianorũ Epiſcopo Maximino cum Gothis in Africam veniente, apud Hipponem, quamplurimis volentibus atque petentibus, & præclaris interpoſitis viris, cõtulit; & quid ſingulæ aſſeruerint partes, ſcriptum eſt. quæ ſi ſtudioſi legere voluerint, proculdubio indagabunt & quod callida & irrationalis hæreſis ad ſeducendum & ad decipiendum profiteatur, & quod Eccleſia Catholica de diuina teneat Trinitate. Sed quoniam ille hæreticus de Hippone rediens Carthaginem, de ſua multa in collatione loquacitate victorem de ſe ipſa collatione receſſiſſe iactauit & mentitus eſt, quæ vtique non facile a diuinæ legis ignaris examinari & dijudicari poſſent: a venerabili viro Auguſtino, ſequenti tempore ſtylo, & illius totius collationis de ſingulis obiectis & reſponſis facta eſt recapitulatio: & quã ille nihil obiectis referre potuerit, nihilominus demõſtratum eſt, additis ſupplementis, quæ tempore collationis anguſto cuncta inferri & ſcribi minime potuerũt. Id enim egerat nequitia hominis, vt ſua nouiſſima proſecutione multum longiſſima totum quod remanſerat X.

b Poſſid. in Vit. Auguſt. c. 17.
Diſputatio Auguſtini cũ Maximino Epiſc. Ariano.

D diei ſpatiũ occuparet.] hæc Poſſidius. extat hæc diſputatio, & liber S. Auguſtini ad diſputationem adiectus [c]. Cuius autem ſectæ Maximinus eſſet, audi ipſum iſta profitentem [d]: Si fidem meam poſtulas: Ego illam teneo fidem, quæ Arimini a trecentis & triginta Epiſcopis non ſolum expoſita, ſed etiam ſubſcriptionibus firmata eſt.]

c Auguſt. contra Maximinum libri duo. tom. 6.
d Auguſt lib. 1. contra Maximi. in princip.

Iam vero ad Bonifacium Comitem agẽtem cum Gothis in Africa reuocemus orationem. Cõtigit ibi id temporis pergraue aliud admitti facinus, non ab alio quidem quam ab ipſo Bonifacio; qui confugientem ad eccleſiam, inde abſtrahi iuſſit: ſed mox admonitus, illud pœnitentia expiauit: id quidem ex litteris Auguſtini eum redarguentis, & ipſius Bonifacij ab eo veniam petentis, fiet cuique manifeſtum. Auguſtini autem perbreuis ad eum tunc ſcripta epiſtola ſic ſe habet [e]: XI.

e Auguſt. epiſt. 6. in append.

Miror quomodo tam ſubito fidei murum aries ruperit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtigante, frater, hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus; poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonoſor XII.

Auguſtinus q̃ decernat in Bonifacium violantem Eccleſiæ iura.

E [f] Regem intende, qui cauſa ſuperbiæ in bouem eſt ex homine commutatus. Non vt confundam te, hæc ſcribo, ſed vt filium meum cariſſimum moneo. Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio vero domus tuæ a clericis ne ſuſcipiatur indixi: communionemq. tibi interdico, donec peracta pro auſibus vel errore a me definita tibimet pœnitentia, & tempore condonato, pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.] hæc ad Bonifacium Comitem Auguſtinus erectus ad vltionem ſceleris vigore ſacerdotali. Quid ad hæc reſpõdiſſe putas tantum Comitem, Ducem exercitus ſic ab Auguſtino flagris cenſuræ Eccleſiaſticæ verberatum? Audi redditam ad eum epiſtolam his ipſis verbis [g]:

f Dan 4.
g Apud Auguſ. epiſt. 7. in appen.

Humilis ſaluto, quod primum eſt. Suſcepi autem tremẽs ſanctitatis tuæ verba verberibus plena. Scio quod veniæ præparatur, qui ab Auguſtino perfectiſſimo ſacerdote corripitur: nec debet Epiſcopo denegari quod voluntas facit aut caſus. Ipſe enim ſibi denegat curam, qui ſuam medico non publicat cauſam. Hominem ergo, pijſſime pater, e liminibus eccleſiæ raptum tuis ſanctis aſpectibus iuſſio mea, furorq. ſubduxit. Alieno non ſunt facta iſta conſilio. Dei & ſanctorum eius XIII.

Bonifacius ſatisfacit pleniſſime Auguſtino.

regimine viuo. Illum itaque virum morte digniſſimum, quem (vt dixi) meus de eccleſiæ forib. furor abſtraxit, vitæ tuis iuſſionibus donamus illæſum. Agnoſco culpas. Indignæ meæ lacrimæ iungãtur tuis fletibus iuſtis, quo poſſit hęc nota nigro inſcripta titione deleri. Eccleſiæ mihi introitus nõ negetur: illic ſpero veniã, vbi admiſi culpam. Oblatio vero domus meæ (vt tua ſanctitas iuſſit) ad cæleſtis Regis menſam, eius manibus offeretur.] hactenus Comes: quibus diſcas quanta obſeruantia Principes atq. Præfecti prouinciarum olim coluerint ſacros Antiſtites & loca ſacra, vt ſi repentino caſu ea aliquando violari contigiſſet, eamdem mox culpam lacrymis & pœnitẽtia expiarent, arbitrio, cui reuerenter parerent, ſacerdotis. A

IESV CHRISTI ANNVS 423. BONIFACII PAP. ANNVS 5. HONORII 29. THEODOSII 16. IMPP.

I.
a Socrat. lib. 7. c. 23., & Marcell. & Caſſiodor. in Chron.
Honorij Imperatoris obitus.

SEquitur ordine temporis Chriſti annus quadringenteſimns vigeſimustertius, deſcriptus in Faſtis Conſulatu Mariniani & Aſclepiodoti, Romano Imperio Honorij obitu lugubris, qui decimooctauo Kalend. Septembris ex hac vita migrauit, vt Socrates [a], Proſper, Marcellinus, & Caſſiodorus aſſirmant. addit Paulus diaconus, eſſe defunctum Romæ, poſitumque in Mauſoleo iuxta corpus S. Petri Apoſtoli. Imperauit ab obitu Theodoſij patris annos vigintioctо, menſes quinque, & dies vndeuiginti. Vixit autem annos quadraginta vno minus, & menſem vnum expletum. Differuimus ſuperius aduerſus eos, qui Honorium ignauum fuiſſe ſugillant, quod ipſe numquam viſus fuerit in procinctu, per ſuos duces bella gerens. Sed non id a Rege requiritur: ſatis vero ſuperque ad laudem Honorij, quod nullus Chriſtianorum Imperatorum inuentus eſt, qui per ſuos duces extinxerit plures in Imperium graſſantes tyrannos, nec qui ingruentes barbaros ſæpius vicerit, Imperiumq. labans ac nouis motibus penitus periclitans crebrius reſtituerit: hæc enim quam vera certaq. ſint, quæ annis ſingulis ab exordio tomi huius dicta ſunt, facile indicant. B

Honorius religione potens.

Ceterum religione potius, quam armis, in omnibus ſemper aduerſus hoſtes certaminibus primas tuliſſe, & Deo pro ipſo pugnante, ferociſſimos viciſſe tyrannos, & pugnaciſſimos barbaros ſæpiſſime debellaſſe, ſuperius annis ſerme ſingulis pariter demonſtratum eſt: vt plane fuerit in ipſo perſpicue declaratum, longe præſtare, Imperatorem religione pollere, quam armis. C Quandoquidem vt tot tyrannos extinxerit, & barbaros pugnando ſæpius ſuperauerit, nequaquam ducum virtuti ea quis iure cenſeat tribuenda, quos ſerme omnes eſt expertus infidos & proditores, & in tyrannos eſſe conuerſos, aduerſus quos rurſus copiæ ducendæ fuerint, & ancipiti pugnandum certamine. Vt plane, ſi quis hæc accurate conſideret, intelligat fuiſſe miraculum, & nonniſi Deo protegente, quẽ ipſe bene culta pietate demeruit, eſſe factum, vt tam diuturnum Honorius Imperium poſſederit, impugnatus iugiter a barbaris atque tyrannis. quos omnes fultus diuino præſidio non ſolum euaſit, ſed & feliciſſime ſuperauit. Vnde & factũ eſt, vt omnia ferme eiuſdem Auguſti numiſmata cuderentur eiuſmodi ornata trophæis, nimirum cum eiuſdem Imperatoris imagine Victoria inſignita, pedeq. ſiniſtro proculcante tyrannum, dextera vero manu ſuſtinente Labarum nomine Chriſti decorum, cuius ope omnia dextrere eueniſſent, vt hic vides vnum ex ijs tibi formis expreſſum: quod haud facile, vel ſaltem tam frequenter in ceteris Imperatoribus ſit reperire, cum nec aliquis alius fuerit Chriſtianorum Principum, qui tot tantoſque tyrannos extinxerit.

b Apud Læl. Paſqual. Canon. S. Mariæ Maior.

b D





Ad huiuſmodi quidem ſimile genns imaginnm allnſiſſe viſus eſt Ioannes Chryſoſtomus, dum in Eutropium agens hæc ait: Quemadmodum & regiæ effigiei non tantum ornatus ex eo contingat, ſi ſolio Rex ſublimis ſedeat purpuratus & diademate redimitus, quantum ſi ſub pedibus quoq. regijs barbari manibus poſt terga reuinctis proni iaceant, &c.] E

II.
e Proſp. in Chronic. his Conſſ.
d Caſſi. in Chronic. his Conſſ.
Ioannes Tyrãnus inſurgit.
e l. a. de pignor. Cod. Theod. & l. 1. qđ iuſſu. Cod. Theod. & aliis.
Soc. lib. 7. c. 23.

Ante autem ſuum obitum Honorius hoc anno (vt habent Proſper [c] & Caſſiodorus [d]) Gallam Placidiam Auguſtam cum filijs duob. Valentiniano & Honoria, ob ſuſpicionẽ inuitatorũ hoſtiũ, miſerat in Orientem: vnde accidit, vt ipſo Honorio defuncto, nullus in Occidente eſſet, qui iure cognationis Imperium gubernandũ ſuſciperet. Ioannes igitur, qui anno ſuperi (vt apparet ex Impp. reſcripis [e]) Præfecturam Prætorij adminiſtrarat, vilis natalib. homo, qui militauerat ante inter Notarios, Imperium arripere auſus eſt, quod & tenuit vſq. ad annum poſt ſequentem. Quomodo autem hæc ſe habuerint, Socrates ita narrat [f]: Quamquam Theodoſins Imperator de morte Imperatoris Honorij certior factus eſſet, eam tamen alios celauit, aliaque cauſa alias commemorata de ea re complures fefellit. Mittit etiam clam milites Salonas, vrbem Dalmatiæ, vt ſi quis in partibus verſus Occidentem forte nouis rebus ſtuderet, p̃ſto eſſent qui eius conatus reprimerent. Quibus

Digitized by Google

A bus rebus ita comparatis,tandem mortem anuculi omnibus planam facit.Interea temporis Ioan-
nes,qui inter Scribas Imperatoris principem locum obtinuit,cum proſperum ſuæ fortunæ curſum
moderate ferre non poſſet,Imperium accipit,legatoſq. ad Imperatorem Theodoſium mittit, per
quos poſtulat vt Imperator declaretur.Theodoſius legatis eius in cuſtodiam traditis,ducem Ar-
daburium,qui in bello Perſico res plane maximas confeciſſet,ad Ioannem mittit.] ſed id poſt an-
num ſequentem factum,noſq. ſuo loco dicemus.

Quod ad ipſum Ioannem Imperium Occidentale inuadentem ſpectat:ipſo exordio Principa- III.
tus æq.aduerſus Dei Eccleſiam bellum parauit.Etenim ſimulac inuaſit Imperium, primum om-
nium,omnia ſimul ab ea priuilegia abſtulit,quæ a Chriſtianis Imperatoribus tum locis tum perſo *Ioannes iura*
nis Eccleſiaſticis collata fuerant;& inter alia omnem clericis ademit fori ſæcularis exemptionem, *Eccleſiæ tollēs*
quos omnes penes ſæculares Iudices cauſam dicere,& ab eis ſententiam expectare voluit. hæc qui *priuatur Impe*
dem omnia ab eo peracta,Valentiniani ſanctio,quæ ablata ab eo priuilegia reuocauit,edocet, quā *rio.*
ſuo loco reddemus.Iſtis ſibi malis ad ſuum interitum viam miſerum illum pateſeciſſe,infelix exi-
tus declarauit.His plane & alijs innumeris ſæpe contigit exemplis demonſtrari, religionis & Ec-
B cleſiaſticorum iurium defenſionem eſſe ſolidum ad ſuſtinendam molem Imperij fundamentum:
quo ſi careat,corruat ſit neceſſe;vt male conſultus ſuo damno Ioannes expertus eſt.

Contra vero vides Theodoſium,exemplo aui,ad Occidentale Imperium e tyrannorum mani IV.
bus vindicandum,arma primum ſpiritualia Deo potentia præparare,nimirum quæ ſunt impollu-
tæ religionis propenſiori cura peragere,aduerſantes illi hæreticos & alios hoſtes profligare:id ra-
tus ad victoriam de tyranno conſequendam maxime profuturum. Sic igitur pugnaturus aduer- a l.59.de hæret.
ſus fortiſſimum tyrannum barbarorum auxilijs præpotentem,contra hæreticos primum arma cō Cod.Theod.
uertit,iſta ſanciens [a]: V.

Manichæi & Phryges(quos Pepuzitas,ſiue Priſcillianiſtas [*], vel alio latentiori vocabulo ap- * Montaniſtas
pellant)Ariani itidem,Macedonianiq.& Eunomiani,Nouatiani,ac Sabbatiani,ceterique hæretici *Theodoſius cō*
ſciant,vniuerſa ſibi hac quoq.conſtitutione denegari,quæ illis generalium ſanctionum interdixit *tra hereticos*
auctoritas:puniendis,qui contra generalium conſtitutionum interdicta venire tentauerint. Dat. *leges ſancit.*
V.Idus Aprilis,Conſtantinop.Aſclepiodoto & Mariniano Conſſ.]hæc Imperator,& quidem Atti
co Epiſcopo Conſtantinopolitano hac ex parte religioſior:ſiquidem ille tolerandos eſſe Nouatia
C nos dicebat,permittendoſq.eos Conſtantinopoli conuentus agere,vt Socrates [b] ait, qui hanc ob b Socrat.libr.7.
cauſam ipſum in cælum extollit.Rurſum vero idem Theodoſius menſe Iulij iſtam in omnes hære- c.25.
ticos edidit ſanctionem.qua penitius aduerſus hoſtes ſibi numen conciliet:

De [c] hæreticis omnibus,quorum & errorem execramur & nomen,hoc eſt, de Eunomianis, VI.
Arianis,Macedonianis,ceteriſq.omnibus,quorum ſectas pijſſimæ ſanctioni tædet inſerere (quib. c l.60.de hæret.
cunctis diuerſa nomina,ſed vna perfidia)illa præcipimus debere ſeruari,quæ diui auus,& pater no Cod.Theod.
ſtræ clementiæ conſtituerant.Scituris vniuerſis,quod ſi in eodem furore permanſerint, intermina
tæ pœnæ erunt obnoxij,&c.Dat.VI.Id.Iulij, Conſtantinop. Aſclepiodoro & Mariniano Conſſ.]
Menſe vero Auguſti hæc idem Theodoſius addidit:

Omnis [d] dubiæ interpretationis ambages hac ſententia reſoluentes, publicari præcipimus, VII.
quod lex ſuper Eunomianis militare prohibitis,ceteriſq.execrabilium religionum & profeſſionū d l.61.de hæret.
ritibus promulgata cognoſcitur,nihil ad eos,qui cohortalini ſunt,pertinet.His enim ſunt appari- Cod.Theod.
toribus obligati,in quibus emēſis militiæ ſtipendijs,veterani Primipili munus ſuſtinere cogūtur.
Dat. VI.Id.Aug.Eudoxiop.Aſclepiodoto & Mariniano Conſſ.]hæc aduerſus eos, qui ex eo quod
D hæretici militare prohibiti eſſent,onera quoq. militiæ,perperam facta interpretatione, vitare ſtu
debant.Adiecit inſuper,vt cum dictis legibus hæreticos omnes æque perſtrinxerit,Manichæos [e] e l.24.de Pagā
tamen peculiari hoc item anno edita ſanctione exagitaret, quam breuitatis cauſa,hic deſcribere Cod.Theod.
prætermittimus.

Sed & Iudæos vetuit ſynagogas nouas ædificare [f], dato aduerſus eoſdem hoc itidem anno re VIII.
ſcripto.Qui igitur in omnibus Chriſtianæ religioni aduerſus omnes eius aduerſarios hæreticos, f l.27 de Iudæis
itemque Iudæos,legibus promulgatis,ita proſpexit:aduerſus quoque idololatras(ſi qui reſidui eſ Cod.Theod
ſent)bellum hoc item anno mouit,& quidem inceſſabili ſtudio: etenim Gentilium deorum cultū *Theodoſius*
iteratis legibus prorſus peſſumdatum voluit:ſiquidem in primis hoc anno,mēſe Aprilis in eos iſta *Imperator pa-*
ſanciuit [g]: *ganos exagitat*

Paganos qui ſuperſunt(quamquam iam nullos eſſe credamus)promulgatarum legum iamdu g l.22.de Paga.
dum pſcripta compeſcant,&c. Dat. V.Id.April.Conſtantinop.Aſclepiodoto & Mariniano Conſ.] Cod.Theod.
ac rurſum menſe Iunij in eoſdem:

Paganos qui ſuperſunt,ſi quando in execrandis dæmonum ſacrificijs fuerint comprehēſi,quā IX:
E uis capitali pœna ſubdi debuerint,bonorū pſcriptione & exilio coerceri iubemus. Dat. VI.Idus
Iunij,Aſclepiodoto & Mariniano Conſſ.]Hoc plane eſt quod de eodem Theodoſio Nicephorus h Nicephorus
ait [h]: Adeo religioſus Theodoſius fuit,vitamq.ſuam accuratiſſime ad diuinas leges compoſuit: lib.14.c.3.
quam ob cauſam quicquid fuit ex idolis reliquum,ita eſt funditus diſiectum,vt poſteris eius ne ve
ſtigium quidem prioris fraudis & ſeductionis cernere ſit datum: ſententiam vero de his ſuam in i Libr.de Rom.
conſtitutionem retulit.]hæc ipſe.Vides igitur,quibuſnam pius Imperator erga religionem obſe- Pontif.
quijs viam ſibi ad futuram percipiendam incruentam de tyranno victoriam ſtrauerit. *X.*

Hoc eodem anno, octauo Kalendas Nouembris [i], Bonifacius Papa moritur: id quidem S. *Bonifacij obi-*
Proſper [k] & Marcellinus [l] teſtari videntur,dum his Conſſ.ingreſſum referunt ſucceſſoris.ex q- *tus.*
bus plane corrigendi ſunt,qui ſedi eius triennium tantum, vel paulo amplius tribuunt. Etenim k Proſper in
quem conſtat ſedere cœpiſſe(vt ex eius epiſtola patet)ſub Conſulatu Honorij duodecimo & Theo Chron.
doſij octauo,quinto Kalendas Ianuarij,perueniſſeq.vſque ad anni huius octauum Kalendas No- l Marcellin. in
uembris,ſediſſe oportet annos quinq.minus duobus menſibus,& tribus diebus.In libro Pontifi- Chron.

Digitized by Google

cũ Romanorũ,poſt Bonifacij obitũ hæc legũtur: Petierunt clerus vel pſbyteri, Eulaliũ reuocari: A
quod tamen non conſenſit,Eulalium Romam ſcilicet reuerti:qui tandem io loco Campaniæ poſt
annum mortis Bonifacij defunctus eſt.]hæc ibi.Poſt hæc vero iſta ſequuntur:Hic Bonifacius con
ſtituit,vt nulla mulier aut monacha pallam ſacratam contingeret,aut lauaret, aut incenſum pone-
ret in eccleſia,niſi miniſter;nec ſeruum clericum fieri,nec obnoxium curiæ,vel cuiuslibet rei. Hic
fecit oratorium in cœmeterio S.Felicitatis martyris,& poſuit hæc, patenam argenteam penſantẽ
libras viginti,ſcyphum argentem penſantem libras decem, amam argenteam penſantem libras
tredecim,calices minores duos penſantes libras quatuor, coronas argenteas tres penſantes libras
libras quindecim.Hic fecit ordinationẽ vnam in vrbe Roma per menſem Decẽbrẽ,creauit preſ-
byteros tredecim,diacooos tres,Epiſcopos per diuerſa loca trigintaſex.Sepultus eſt via Salaria in
cœmeterio S.Felicitatis martyris iuxta corpus illius,octauo Kalendas Nouembris. Ceſſauit Epi-
a Bed.in Collectan.in fin. ſcopatus eius dies nouem.]hæc ibi.Citat Beda [a] libellum de miraculis Bonifacij Papæ;ſed cuius
Bonifacij,non dicit.recitat miraculum de puero Iudæo a patre in ignem iniecto,quod Eucbariſtiã
cum Chriſtianis accipiens,ſpiritus ardore ſuccenſus clamauerit ſe optare fieri Chriſtianum, deq.
eius matre puero opem ferente itidem in ignem ioiecta,& ſeruatis ambobus illæſis. Ex antiquis B
monumentis Vaticanæ baſilicæ,quæ collegit Petrus Manlius tempore Alexandri III.hos verſicu-
los io ſepultura eiuſdem Bonifacij ſculptos tradit:

Atria magnifici ſunt membris plena ſepulti
Sedis Apoſtolicæ Bonifacij Præſulis almi.]

XI. *Cæleſtinus Papa creatur.* Cum autem(vt dictum eſt)poſt obitum Bonifacij vacaſſet ſedes dies nouem,tertio Nonas No
uembris creatus eſt Cæleſtinus,patria Romanus, ex patre Priſco. Fuiſſe quidem pacificam eius
b Aug.epi.161. electionem,litteræ S.Auguſtini [b] ad ipſum ſcriptæ declarant,cui adgratulatur, his verbis exor-
diens: Primum gratulationem reddo meritis tuis,quod te in illa ſede Dominos noſter ſine vlla(ſi-
cut audiuimus)plebis ſuæ deſciſſione conſtituit.]hæc Auguſtinus. Verum qui Eulalij ſchiſmatici
c l.71.73.74.de hær.Cod.Theo. factionis erant,in eadem ſciſſione perſeueraſſe,nec vllo pacto cum Cæleſtino Papa communicare
voluiſſe,Valentiniani [c] reſcripta poſt annũ ſequentẽ data ſignificant,noſq.de his ſuo loco agemus.

XII. *Theodoretus creatus Epiſcopus Cyri.* Hoc eodem anno Theodoretus Cyri in Syria ciuitatis eſt creatus Epiſcopus.Id plane colliges
ex eius litteris [d] ad ſanctum Leonem Romanum Pontificem datis(vt ſuo loco dicetur ex certa
Cõſulũ nota)anno Domini qoadringenteſimo quadrageſimonono:vbi cum ipſe de ſe teſtetur,ha C
d Extant apud ipſum in fine operum. bete iam in ſede Epiſcopatus annos vigintiſex,vtiq.in hunc Chriſti annum neceſſe eſt reuoces ſe-
dis eius primordia. Vocatus eſt inuitus(vt ipſe teſtatur) ad illius præfecturam Eccleſiæ ex mona-
ſterio,in quo ab incunabulis aſſueuit.Nam ipſe de ſe in epiſtola [e] ad Nomum Conſulem,ſiue Cõ
e Theod.ep.81. ſularem,hæc habet:Illud adijciam(quandoquidem calumniatores me cogunt hæc dicere) quod
ante meam cõceptionem genitores mei me Deo offerre polliciti ſuot,& ab incunabulis iuxta ſuas
promiſſiones me Deo dedicarunt,& tali cibo me educauerunt.In monaſterio vero, quouſque Epi
ſcopus factus ſum,cõmoratus cũ eſſem,inuitus Epiſcopus ſum ordinatus.]hæc de ſe ipſe.Creatus
vero Epiſcopus,a Theodoto primũ,deinde a Ioanoe eius ſucceſſore Epiſcopis Antiochenis Antio-
chiæ retentus eſt,vt pro concione populum edoceret.teſtatur id ipſe.Pollebat enim mira dicendi
facundia,diuinis litteris necnon externis apprime imbutus, vt eius ſcripta contra Gentiles ſatis a
perte fidem faciunt;licet de homilijs,quas ad populum habuit,nec vna ſuperſit. Porro quod ipſe
ait,tot annis iuſſu Antiochenorum Epiſcoporum docuiſſe in eccleſia populum Antiochenum, non
ſic accipiendum eſt,vt Antiochiæ ſemper manſerit;cum conſtet ex ſuis ipſius ſcriptis,etiam in Ec-
cleſia ſua Cyri degiſſe:ſed potius aliquam anni partem in eo coocionandi munere Antiochiæ in- D
ſumpſiſſe,dicendum.

IESV CHRISTI ANNVS	CÆLESTINI PAP. ANNVS	THEODOSII IMP. ANNVS
424.	1.	17.

I. CHriſti annus quadringenteſimus vigeſimuſquartus Caſtini & Victoris Conſulatu deſcribi-
tur,ipſi priori Conſuli Caſtino funeſtus:etenim neſcio qua ex cauſa profugus factus, in Afri
cam nauigans,apud Bonifacium Comitem ibi cum copijs Gothorum agentem quæſiuit ſibi ſalu-
tem.Magna quidem diuini iudicij diſpenſatione factum eſt,vt ad eum coactus ſit confugere, quẽ
ſub ſe militantem deſpexit,& vt ab exercitu receſſerit,& in Africam venerit,cõpulit,vt ſuperiori an
no narratum eſt.Expunctum e Faſtis Conſularibus Caſtini nomẽ,inde poſſumus intelligere,qood
reſcripta Theodoſij Imp.hoc anno data,abſque Caſtini Conſulis nomine, Victoris tantum colle- E
f l.36 de erog. milit.ann. l. 14. de collat.l. 5. de donat.& alijs. gæ Conſulatu notata leguntur [f].
Extant litteræ Booifacij Comitis de fuga Caſtini in Africam,datæ ad S.Auguſtinum;quæ cum
breues ſint,& de rebus tunc geſtis oos admoneant,hic eas deſcribemus:ſic enim ſe habeot:

Domino [g] venerabili ſaucto patri Auguſtino Epiſcopo Bonifacius.

II. g Apud Aug. in append.epiſt.10. edit.Plant. Caſtinus ille,priuatus ex Conſule,vitæ meæ ac nominis(omnibus vt ootum eſt) perſecutor,
peiores committens ac fingens factiones,quaſi mearum a me geſtarum immemor donationum,
Italia fugiens,meis ſe in Africam defenſionibus tradidit committendum.Omitto, beatiſſime pa-
ter,olim mihi ab eodem ingeſtas miſerias,oſtenſa pericula:fugiens enim nunc vſque viuo. Thrax
natus,vix Scytham euaſi,duraui inuido ſub Conſule miles.Sed diuina potentia,quæ nouit plaoare
ſublimia,& altius eleuare proſtrata,fecit de ſuperbo quod voluit; & hoſtem meum,me quieto,vi-
ctoria mihi, qua nouit, addixit. Sufficit pro funere victi tanta deiectio,adorauit ſaracam clauus,
timuit Senator barbarum caput,tremuit militem dux.Doloris dicũtur iſta,pater ſancte cothurno.

Nam

A Nam veneror illuſtriſſimum Conſulem,& primum conſpicio Senatorem:ſed ne conſueta fallacia
mali erga me(vt ſolet)aliquid moliatur,putetq.ſe ſuis fraudibus Romanis ducibus profuturum,
& in meo verſetur exitio;integrum de ſuis ſenſibus det tuæ beatitudini ſacramentum,ſi nullus in
eius corde vertitur dolus.Ego autem,per omnia quæ ſancta ſunt,iuro,quoniam ſi apud eum ani-
mi repetero puritatẽ,eum incolumẽ ac ſublimem Italiæ Romæq.reddam,fruſtratis inimicis eius
& domitis.Hoſtis autem erit ſuæ animæ,ſi aliquid in eo ſiniſtræ partis inuenere.]hactenus Bonifa
cius,ad quem eiuſmodi habetur Auguſtini reſponſio:

Domino [a] inſigni meritoq.ſublimi filio Bonifacio Auguſtinus Epiſcopus. — a Ibid. epiſt. 11.

III. Vir illuſtriſſimus Caſtinus ſacramento ſe prodidit,qđ ſit ab omni culpa & erroribus alienus.
Quem tibi,vt dicit fœderatus ille Sonia,adhuc te in Palatio poſito,falſis ſuggeſtionibus cõcitabat
Sed ne totum quod tunc agebatur,mittatur in medium,detur prolixitati compendium.Dauid ille
opilio regnum,parcendo inimicis,obtinuit.Chriſtus pro Iudæis,qui eum crucis patibulo confi-
xerunt,Patrem ne iraſceretur rogauit,& indignis hominibus veniam miſericors cõdonauit.Cre
de igitur homini,qui mihi fidele tradidit ſacramentum,& quærit,me pollicitante,tua defenſione
B vitæ ſubſidiũ.Scio enim quod eius ſalutis mihi promiſſa cõplebis.]hæc Auguſtinus ad Bonifaciũ
timentem,ne ſub fugæ ſimulatione Caſtinus Conſul,iras tyranni in ſe ſimulans concitatas, Afri-
cam illi proditione ſubigeret,tentando fidem exercitus,& eum ab ipſo Bonifacio auertendo. His
vero huius anni exordio de Conſule Caſtino narratis,iã ad res Eccleſiaſticas ſtylũ admoueamus.

IV. Hoc ipſo anno,qui primus numeratur Cæleſtini Romani Pontificis,ſcripſiſſe ad eum S. Augu
ſtinus epiſtolam reperitur:cui cum in primis gratuletur de ipſius electione pacifice facta, quibus
ipſe vrgeretur moleſtijs,& a quibus ab eo liberari cupiat,ſignificat.Apoſtolicæ enim ſedis implo-
rat auxilium,ad quam iuſte damnatus iniuſte admodum appellauerat. Rem geſtam autem ſic
ipſe narrat [b]: — b Auguſt. epiſt. 261.

De ordinatione Antonij Epiſcopi Fuſſalẽſis.

In magna(inquit)tribulatione poſitus,hæc ad tuã beatitudinem ſcripta direxi.Quoniam vo-
lens prodeſſe quibuſdam in noſtra vicinitate membris Chriſti,magnam illis cladem improuidus
& incautus ingeſſi.Fuſſala dicitur Hipponenſi territorio confine caſtellum:antea ibi numquã Epi
ſcopus fuit,ſed ſimul cum contigua ſibi regione ad parœciam Hipponenſis Eccleſiæ pertinebat.
Paucos habebat illa terra Catholicos;ceteras plebes illic in magna multitudine hominum conſti
C tutas Donatiſtarum error miſerabiliter obtinebat,ita vt in eodẽ caſtello nullus eſſet omnino Ca-
tholicus.Actum eſt cum Dei miſericordia,vt omnia ipſa loca in vnitate Eccleſiæ cohærerent; per
quantos labores & pericula noſtra,longum eſt explicare:ita vt ibi presbyteri,qui eis congregan-
dis a nobis primitus conſtituti ſunt,expoliarentur,debilitarentur,excæcarentur,occiderẽtur.Quo
rum tamen paſſiones inutiles ac ſteriles non fuerunt,vnitatis illic ſecuritate perfecta. Sed quod
ab Hippone memoratum caſtellum millibus quadraginta ſeiungitur,cum in eis regendis,& eorũ
reliquijs,licet exiguis,colligendis,quæ in vtroque ſexu aberrabant, non minaces vlterius, ſed fu-
gaces,me viderem latius,quam oportebat extendi,nec adhibendæ ſufficerem diligẽtiæ,quam cer
tiſſima ratione adhiberi debere cernebam:Epiſcopum ibi ordinandum conſtituendumq.curaui.
Quod vt fieret,aptum loco illi congruumq.requirebam,qui & Punica lingua eſſet inſtructus:& ha
bebam de quo cogitabam,paratum presbyterum;propter quem ordinandum, ſanctum ſenem,
qui tunc Primatum Numidiæ gerebat,de longinquo vt veniret,rogans,litteris impetraui:quo iam
præſente,omniumq.in re tanta ſuſpenſis animis,ad horam nos ille,qui mihi paratus videbatur,
omnino reſiſtendo fruſtrauit.

V. D Ego autem,qui vtique(ſicut exitus docuit)differre potius debui,quam periculoſum præcipi
tare negotium;dum nolo grauiſſimum & ſanctiſſimum ſenem ad nos vſque fatigatum ſine effectu
propter quem venerat,tam longe ad propria remeare:obtuli non petentibus quemdam adoleſcen
tem Antonium, qui mecum tunc erat,in monaſterio quidem a nobis a paruula ætate nutritũ,ſed
præter lectionis officium nullis clericatus,gradibus & laboribus notum.At illi miſeri,quid futu-
rum fuerat ignorantes,offerenti eum mihi obedientiſſime crediderunt. Quid plura? factum eſt.
Eſſe illis Epiſcopus cœpit.Quid faciam?nolo apud tuam venerationem grauare,quem nutriendũ
collegi:nolo deſerere,quos colligendos timoribus & doloribus parturiui.Et quomodo vtrũq.agã,
reperire non poſſum.Res quippe ad tantum ſcãdalum venit, vt cum hic apud nos cauſas dicerẽt,
qui de illius Epiſcopatu ſuſcipiendo,tamquam bene ſibi conſulentibus obtemperauerant nobis,in
quibus cauſis cum ſtuprorum crimina capitalia,quæ non ab ipſis quibus Epiſcopus erat, ſed ab
alijs quibuſdam obiecta fuerãt,probari minime potuiſſent,atque ab eis quæ inuidioſiſſime iacta-
bantur,videretur eſſe purgatus:tam miſerandus factus eſt & nobis & alijs,vt quicquid a caſtella-
nis & illius regionis hominib. de intolerabili dominatione, de rapinis & diuerſis oppreſſionib. &
E conſtrictionibus obijciebantur,nequaquam nobis tale videretur,vt propter hoc vel ſimul cuncta
congeſta Epiſcopatu computaremus eſſe priuandum,ſed reſtituenda quæ viderentur ablata.

Antonij crimina.

VI. Denique ſententias noſtras ſic temperauimus,vt ſaluo Epiſcopatu,non tamen omnino impu
nita relinquerentur,quæ non deberent vel eidem ipſi deinceps iterumq.facienda,vel ceteris vnien
da [*] proponi.Honorem itaque integrum ſeruauimus iuueni corrigendo,ſed corripiendo minui
mus poteſtatem,ne ſcilicet eis præeſſet vlterius,cum quibus ſic egerat,vt dolore iuſto eum ſibi præ
eſſe ferre omnino nõ poſſent,& cum ſuo illiusq.periculo in aliquod ſcelus forſitan erupturam im
patientiam ſui doloris oſtenderent.Quorum talis animus etiam tunc,quando cum eis de illo Epi
ſcopi egerunt,euidenter apparuit,cum iam vir ſpectabilis Celer, de cuius aduerſum ſe præpotẽti
adminiſtratione conqueſtus eſt,nullam gerebat vel in Africa,vel vſpiam poteſtatem.]hæc ipſe.
Porro Celer hic,de quo ſcribit Auguſtinus,magiſtratu fungebatur in Africa;ad quẽ ipſe alias ſcri
bẽs [c], prouocat eũ cõtra Donatiſtas,vt illos reprimat.De eodem quoque Celere habetur mentio
in epiſtola [d] Auguſtini ad Marcellinum. Reperitur & Celer poſtea geſſiſſe Proconſulatum in Afri

Quid de Antonio decretum.
* imitanda

d Aug.epiſt.201.
e Aug.epiſt.158.

Digitized by Google

ca ſub Cōſulatu Felicis & Tauri. His igitur, quæ ad Antonij cauſā ſpectabāt, enarratis, implorans Auguſtinus Apoſtolicæ ſedis auxilium ſic pergit; A

VII. Sed quid multis moror? Collabora, obſecro, nobiſcum, pietate venerabilis domine beatiſſime, & debita charitate venerande ſancte Papa: & iube tibi, quæ directa ſunt, omnia recitari. Vide Epiſcopatum qualiter geſſerit: quemadmodum iudicio noſtro vſq, adeo conſenſerit communione priuatus, niſi prius Fuſſalenſibus omnia redderentur: Iam poſtea citra Acta æſtimantibus rebus ſolidos ſepoſuerit, vt ei communio redderetur. Quam verſuta ſuaſione ſanctum ſenem Primarem noſtrum, grauiſſimum virum, vt ei cuncta crederet, quem velut omnimodo inculpatum venerando Papæ Bonifacio commendaret induxerit, & cetera a me quid opus eſt recoli, cum memoratus venerabilis ſenex ad tuam ſanctimoniam vniuerſa retulerit? In illis autem multiplicibus Geſtis, quibus de illo noſtrum iudicium continetur, magis deberem vereri, ne tibi minus ſeuere quam oporteret, iudicaſſe videamur; niſi ſcirem vos tam propenſos ad miſericordiam, vt non ſolum nobis, q a illi pepercimus, verum etiam ipſi exiſtimetis eſſe parcendū. Sed ille, quod a nobis aut benigne aut

Antonij petulantia.

remiſſe factum eſt, in præſcriptionem vertere ac vſurpare conatur. Clamat: Aut in mea cathedra ſedere debui, aut Epiſcopus eſſe non debui. quaſi nunc ſedeat niſi in ſua: propter hoc enim loca illa B eidem dimiſſa atque permiſſa ſunt, in quibus prius Epiſcopus erat, ne in aliena cathedra contra ſtatuta Patrum tranſlatus illicite diceretur. Aut vero quiſquam ita eſſe debet ſiue ſeueritatis ſiue lenitatis exactor, vt qui nonniſi fuerint Epiſcopatus honore priuandi, nullo modo in eis aliquid vindicetur; aut in quibus aliquid viſum fuerit vindicādū, Epātus honore priuētur? Exiſtat exēplo, ipſa ſede Apoſtolica iudicante, vel aliorū iudicata firmante, quoſdā pro culpis quibuſdā nec Epiſcopatus ſpoliatos honore, nec relictos omnimō impunitos, &c.] hæc Auguſtinus, ſubdens & oſtendēs compluribus aliorum exemplis, aliquot Epiſcopos ita in Africa eſſe punitos, vt tamen honor Epiſcopatus ab eis non fuerit ablatus. His alia addit, quibus indicat, Antonium ab Africanis Epiſcopis ea ſententia condemnatum prouocaſſe ad Bonifacium Papam, qui in ea cauſa reſcripſerat pro Antonio, ſi tamen, ſicut ipſe expoſuerat, res ſe haberet.

VIII. Quod vero vulgo ferretur, affore executores ab Apoſtolica ſede directos in Africam, qui Antonium in ſedem ſuam reſtituerent: his auditis cum illi eſſent penitus conſternati, id ne accideret, idē

Timet executores mitti Auguſtinus.

Auguſtinus Cæleſtinum vehementer rogat his verbis: Non ſinas iſta fieri, obſecro te per Chriſti ſanguinem, per Apoſtoli Petri memoriam, qui Chriſtianorum præpoſitos populorum monuit, ne C violenter dominentur inter fratres, &c.] Quid autem ipſe Auguſtinus ſtatuerit animo, ſi peſſimum hominem contingeret in ſedem reſtitui per Romanum Pontificem, dolens ita ſubdit: Me ſane (qd confitendum eſt beatitudini tuæ) in iſto vtrorumq. periculo tantus timor & mæror excruciat, vt ab officio cogitem gerendi Epiſcopatum abſcedere, ſi per eum, cuius Epiſcopatui per imprudentiam ſuffragatus ſum, vaſtari Eccleſiam Dei, & (quod Deus auertat) etiam cum vaſtantis perditione perire conſpexero. Recolens enim quod ait Apoſtolus [a]: Si noſmetipſos iudicaremus, a Domino nō iudicaremur: iudicabo me ipſum, vt parcat mihi qui iudicaturus eſt viuos & mortuos. Si autem & membra Chriſti, quæ in illa regione ſunt, ab exitiali timore & triſtitia recreaueris, & meam ſenectutem hac miſericordia iuſtitiæ fueris conſolatus: retribuet tibi in præſenti & in futura vita, qui per te nobis in iſta tribulatione ſuccurrit, & qui te in illa ſede conſtituit.] hactenus Auguſtinus, ſummo (vt vides) animi angore confectus.

a 1. Cor. 11.

IX. Annuiſſe quidem Auguſtino Cæleſtinum Romanum Pontificem, inde certam capimus coniecturam, quod idem Cæleſtinus vehementer ipſum coluit Auguſtinum, & laudibus mirifice celebrauit (vt ex ipſius Cæleſtini litteris inferius dicturi ſumus) eiuſdemq. ſcripta ſarta tecta voluit in D Eccleſia eſſe defenſa & cuſtodita. Haud enim par eſt credere, Cæleſtinum hæc rogantem & enixius expetentem Auguſtinum, negando, in vehementiorem mærorem conijcere, quem dilexiſſe, & magno in honore habuiſſe, certum eſt. Quod inſuper conſtet poſt hæc perſeueraſſe Auguſtinum ſuæ Hipponenſi Eccleſiæ Epiſcopum præſidere; æque manifeſtum indicium eſt, ex animi eius ſententia Cæleſtinum in eadem cauſa reſcripſiſſe. Vidiſti, lector, Eccleſiaſtici iudicij praxim; & ex his, puto, in memoriam reuocaſti quæ ſuperius dicta ſunt de vſu appellationis ad Romanam Eccleſiam, & ſententia expectari ſolita ab eadem: vt nihil aduerſus huiuſmodi aliquando obniſi ſint Epiſcopi Africani, ſed tantum in eo refragati, quod miniſtri executores cum apparitura militari mitterentur. Sed & hæc interdum, cum opus eſt, iure ſancteque fieri, ex eiuſdem Auguſtini ſententia ſuperius eſt demōſtratum. Meminit aūt huius epiſtolæ Auguſtini ad Cæleſtinū Poſſidius in Indiculo [b].

Cæleſtinus Papa annuit Auguſtino.

b Poſſid. in Indic. c. 7.

X. Quod vero ad Ioannis tyranni conatum pertinet: tentaſſe hoc anno iungere ſibi Africam, cui (vt dictum eſt) Bonifacius præerat, ſed reſtitiſſe illum, Proſper in Chronico ſub huius anni Conſulibus docet his verbis: Ioannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello repoſcit, ad defenſionem ſuam infirmior factus.] ob id ſcilicet, quod milites miſit in Africam, eam ſibi vendicaturus iure belli prouinciam. Hæc plane etiam duabus breuioribus illis Auguſtini & Bonifacij epiſtolis ſignificantur, quarum prior Auguſtini ad Bonifacium ſic paucis ſcripta ſe habet [c]: E

Ioannes tētat Africam.

c Aug. epiſt. 4. in append.

XI. Africæ littus (vt audio) miles attigit tranſmarinus. Sed cuius meriti dux, qui a Catholica veritate diſſentit? Quid orem (ſicut oportet) ignoro. Adeſt quidem Africæ olim paratum in Italia bellum: ſed tamen non inuideo, fili cariſſime, Romaniæ; ſed dico quod ſentio. Non dabit, Diuinitate iuuante, Catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad Dominum; non militem timebis, non Gothum, non Hunnum.] hactenus ipſe, quod Bonifacius valde pius pugnaturus eſſet aduerſus milites, quos Ioannes tyrannus impius in Africam miſerat. Sed quæ ad hæc Bonifacius [d], audi:

Auguſtinus ad Bonifaciū.

d Apud Auguſ. ep. 5. in append.

XII. Scio quod ſit tua ſanctitas pro mea vita ſolicita: at * quæ aduerſus me tyrannus ille ordinauerit ac diſponat, antequam tuum ſacerdotium ſcriberet, noui. Obuiamus, ad mortem vltro tendentibus, quos noſtræ victoriæ (vt credimus) faciet Chriſtus addictos. Sed ſi erga me meoſque

* ſs

omnes

A omnes aliud voluerit ordinare Diuinitas: precare vt animam liberet Deus, & dabitur competens aduerſario ſecunda vice reſponſio. In pugna enim vtriuſque deſæuit furor. ſed Deus inſpiciet cauſas. Igitur ora, vt dixi; & vincet vna Trinitas nobis.] hæc Bonifacius dux exercitus, cum tenuiſſet expetitam a tyranno Africæ deditionem.

Bonifacius ad Auguſtinum.

XIII. Inter hæc autem aduerſus eumdem Ioannem tyrannum Theodoſius Imperator mittit exercitum in Occidentem, ſub duce ſelectiſſimo Ardaburio. ſed, Deo ſic diſponente, ne militum viribus, vel prudentiæ ducis, ſed diuinæ potentiæ adſcriberetur tyranni extinctio, factum eſt, vt res longe diuerſum ab optato atque ſperato finem fuerit conſecuta. Narrat rem paucis Socrates iſtis verbis [a]: Ardaburius cum Salonas veniſſet, tranſmiſit in Aquileiam; ventoq. aduerſo flante, in manus tyranni delatus eſt. Qui, illo comprehenſo, ſpem concepit, Theodoſium neceſſitate compulſum fore, modo Ardaburium ducem ſuum ſaluum vellet, vti ipſum crearet, declararetq. Imperatorem. His auditis, & Theodoſius, & exercitus etiam contra tyrannum miſſus, anxio & ſolicito animo fuit, ne quid mali Ardaburius a tyranno perpeteretur.] hæc Socrates. Quomodo autem, miſſo Aſpare filio Ardaburij, & pater eius eſt liberatus, & tyrannus extinctus, dicemus ſuo tempore anno
B ſequenti.

Ardaburius Dux a tyranno captus.
a Socrat libr. 7. cap. 23.

XIV. Quod ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ: Theodoretus, quem anno ſuperiori creatũ diximus Epiſcopum Cyri ciuitatis, octingentas (vt ipſe teſtatur [b]) ſub ſe parœcias habentis, cum regionem illam Marcionitis hæreticis confertam videret, ad eos ab errore liberandos primum omnium adiecit animum, ſicq. (vt ex ipſius litteris [c] patet) pluſquam decem millia ipſorum ad Eccleſiã Catholicam conuertit; cum vel vnum ex eis ipſum eſſe lucratum, quaſi miraculum videri poterat: nã facilius eſt inuenire Marcionitam a Gentilibus olim occidi, quam a Chriſtianis Eccleſiæ redditũ. Hoc plane munere perſuaſum habeo eumdem Theodoretum adeo ſibi Deum conciliaſſe, vt licet in caſtris Neſtorianorum aliquando militauerit, demum in Eccleſiam, deſertor factus impietatis, redierit, atque ſancto fine quieuerit. Sed age iam aliquid ex certaminibus eius aduerſus Marcionitas ab eo editis referamus, ex quo reliqua plura eius certamina, quæ nos latent, cogitatione ſaltem aſſequi poſſumus. Ipſe enim in Hiſtoria ſanctorum Patrum, cum res præclare geſtas a S. Iacobo anachoreta memoriæ prodidit, hęc de his habet [d]:

b Theodo. epiſt. ad Leonem.
Theodoretus laborat aduerſus Marcionitas.
c Theodo. epiſt. 146.
d Theodor. hiſt. ſanct. Patrum c. 21.

XV. Execrandus Marcio multas ſpinas impietatis ſeminauit in regione vrbis Cyri. Eas cum conarer
C euellere radicitus, omnem laborem ſubibam, & omnibus machinis aſſidue vtebar. Qui autem mea fruebantur cultura, cum me eo nomine deberent [e] diligere, detrahebant mihi: ego autẽ orabam, & reddebant mala pro bonis, & odium per dilectione mea: & magicis vtentes præſtigijs, & malignorum freti ope dæmonum, conabantur bellum gerere, quod ſub viſum non caderet. Et noctu venit quidam dæmon exitialis, clamans, & lingua vtens Syriaca: Cur (inquiens) tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam aduerſus eum ſuſcipis? Quanam is te vmquam affecit moleſtia? Deſine belligerare: deſiſte a maleuolentia: aut diſces experientia, quantum bonum ſit quies. Scias quod te iampridem confodiſſem, niſi chorum martyrum te cuſtodientem vidiſſem cum Iacobo. Hæc ego audiui, & dixi cuidam ex familiaribus, qui prope me dormiebat: Audis (inquam) q̃ dicuntur? Ille vero: Omnia (inquit) audiui: & cum vellem ſurgere & reſpicere, & ſcire quis loqueretur, tua cauſa quieui, quia te putarem quieſcere. Ambo itaque ſurgentes, reſpeximus; neque vllum qui moueretur, vidimus, nec qui loqueretur audiuimus. Illa verba alij quoque, qui nobiſcum habitabant, audiuerunt. Intellexi igitur, quod martyrum quidem chorum dicebat lecythum olei martyrum, qui cum a multis martyribus collectam haberet benedictionem, pendebat in meo lecto.
D Sub meo autem capite erat magni Iacobi vetus amictus, qui quouis clauſtro adamantino fuit mihi validior.

e Pſal. 108.
Diabolus ægre fert turbari hæreticos.

XVI. Quinetiam cum eorumdem Marcionitarum maximum vicũ eſſem ingreſſurus; deinde multa eſſent intermedia, quæ mihi prohibebant exitum: miſi ad meum Eſaiam, rogans vt diuinum conſequeretur auxilium. Ille vero: Eſto (inquit) bono animo. Soluta ſunt omnia illa impedimenta inſtar telæ aranearum: idq. noctu me docuit Dominus, non in ſomno obumbrans, ſed re vera oſtendens. Vidi enim (aiebat) cum incepiſſem hymnodiam, in illa parte, in qua illa loca ſita ſunt, ſerpentem quemdam ignis ſpeciem præſeferentem, qui ab Occidente reptabat in Orientem, & ferebatur p medium aerem. Cum orationes autem tres peregiſſem, rurſum vidi inflexum & orbiculatam oſtendentem figuram, & eius caudam capiti coniunctam. Cum rurſus autem octo orationes abſoluiſſem, aſpexi eum in duas partes diſſectum, & in fumum reſolutum. Hæc ipſe Iacobus quidem p̃uidit: nos autem vidimus exitum, qui conſentit eius prædictioni. Mane enim mali auctoris dæmonis imperio parentes, qui olim quidem erant ſectæ Marcionis, nunc autem ſunt claſſis Apoſtolicę, ab Occidente profecti, nudos nobis enſes oſtẽdebant. Hora autem diei tertia ſimul coacti, curam
E gerebant ſuæ ſolum cuſtodiæ, ſicut ſerpens qui cauda caput ſuum contexit. Octaua autem diſperſi dederunt nobis locum ingrediendi inuicem. Statim autem inuenimus ſerpentem factum ex æris materia, qui ab his adorabatur. Cum enim aduerſus opificem & vniuerſorum creatorem bellum aperte ſuſcepiſſent, execrandum ſerpentem, tamquam illius hoſtem, colere intendebant. Talia ego beneficia a mihi venerando capite ſum conſecutus.

Viſio de conuerſione Marcionitarum.

XVII. Quoniam autem diuinarum reuelationum narrationem ingreſſa eſt oratio: age narrabo quæ audiui ab illa lingua ab omni mendacio aliena. Narrabat non vlla gloriæ inductus cupiditate (fuit enim diuina anima illa ab eo vitio remotiſſima) ſed eum illum quidam vſus cogebat dicere, quæ volebat celare. Supplex ab eo contendebam, vt oraret Deum vniuerſorum, vt redderet mihi ſegetẽ mundam a zizaniis, & a ſeminibus hæreticis eam omnino liberaret: me enim valde angebat abominandi Marcionis error, qui plurimum inualuerat. Dixit itaque ad me orans: Nec me, nec vllo alio tibi opus eſt ad Deum interceſſore. Habes enim Ioannem illum inſignem, Verbi vocem, Domini præcurſorem, has pro te preces aſſiduo offerentem. Cum autem ego dicerem, me & eius credere

Reliquię Sanctorum proficua.

Digitized by Google

dere orationibus,& aliorum ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarum,quorum ad nos nuper de A late ſunt reliquiæ: Eſto(inquit)bono animo. Habes Ioannem Baptiſtam. Sed nec eum ſic paſſum ſum ſilere:ſed multo magis vrgebam,interrogans,& ſcire deſiderans,cur eius potius meminiſſet. Ille autem: Vellem(inquit)amplecti & deoſculari eius amabiles reliquias. Cum autem dixiſſem: Non afferam eas,niſi pollicitus fueris te ea dicturũ quæ videris:atque ipſe quidem eſt pollicitus. Ego vero poſtridie attuli ea quæ deſiderabat:& cum omnes iuſſiſſet abſcedere,hæc mihi ſoli narrauit:

XVIII. Quando hos(inquit)ciuitatis patronos,qui a Phœnicia venerant & Palæſtina,cum Dauidica excepiſti chorea:venit mihi in mentem cogitare,num hæ eſſent illius inſignis Ioannis reliquiæ, & nõ alterius martyris qui eius eſſet nominis. Poſt vnũ ergo diem ego quidem ſtabam ad hymnos decantandos:video autem quemdam candida veſte indutum,atque dicentem: Frater Iacobe,cur nobis aduenientibus non veniſti obuiam? Cum autem ego rogarem,quiſnam eſſet: reſpondit, dicens: Qui a Phœnicia & Palæſtina nuper venimus;& cum prompto & alacri animo nos omnes excepiſſent & paſtor & populus & ciues & ruſtici,tu ſolus eorum honoris non fuiſti particeps. Innuebat autem eam quæ fuerat dubitationem. Ad hæc ergo dicit ſe dixiſſe: Abſentibus & vobis & B alijs,& vos honoro,& adoro Deum vniuerſorum. Rurſus autem die ſequenti,eodem tempore, cũ ille ipſe apparuiſſet: Vides(inquit)frater Iacobe eum illic ſtantem,cuius quidem veſtis eſt colore niui ſimilis? eſt autem prope illum poſitus ignis clibanus. Cum autem ego illuc oculos conuertiſſem,& illum eſſe Ioannem Baptiſtam coniecißem; nam & veſtito erat indutus, & manum habebat vt baptizans: Is eſt(inquit)quem tu coniecisti. Quinetiam(inquit Iacobus) cum tu aliquando noctu ad primum vicum ad ſeditioſos,eos docturus abires;& vt ego maiori & vehemẽtiori ſtudio Deo offerrem orationem mandaſſes:tota nocte vigilaui,rogans Dominum. Deinde audiui vocem dicentem: Ne timeas,o Iacobe: Magnus enim Ioannes Baptiſta tota nocte orat Deum vniuerſorum. Facta enim fuiſſet magna cædes,niſi illius interceſſione extincta fuiſſet diaboli audacia. Hęc cum mihi narraſſet,præcepit ut ego ſolus ſcirem,& ne alios aſſumerem conſcios. Ego autem vtilitatis gratia,non ſolum multis narraui,ſed etiam mando ſcriptis.]hactenus de his Theodoretus,acceptam ferens conuerſionem Marcionitarum S. Ioannis Baptiſtæ precibus, & Iacobi anachoretæ apud Deum pro ea cauſa legatione fungentis.

Ioannis Baptiſtæ apparitio.

XIX. Porro non ſolum cum Marcionitis fuit Theodoreto confligendum,ſed cum alijs quoque hæ- C reticis ſuam ipſius Eccleſiam labefactantibus,de quibus ipſe ad Nomum Conſularem hæc habet [a]: Vicos octo Marcionis hæreſi laborantes vna cum vicinis locis ad veritatis agnitionem libenti animo duxi:alium præterea vicum Eunomianorum plenum,& alium Arianorum in lucem veritatis accedere procuraui:& diuina ope,ne vnum quidem apud nos extat hæreticorum zizaniõ, aut germen. Nec iſta ſine periculo feci,ſed ſanguinem ſæpius effudi meum,ſæpe etiam ab ipſis lapidatus fui,& ſæpe ad inferorum & mortis portas perueni. Sed iam inſipiens factus ſum,dum glorior: hæc autem ex neceſſitate,non autem ex animo a me dicta ſunt. hoc etiam beatiſſimus Paulus facere aliquando coactus eſt.]hæc quidem ipſe,cum grauiſſimarum procellarum impetu quateretur, prodere compulſus eſt,vt ſuo loco dicemus. Rurſus vero idem ipſe eadem permotus occaſione, in epiſtola quam ſcripſit ad Cultores vitæ monaſticæ hæc de iiſdem [b]: Ego vero lugeo & ſuſpiro, quod eas quas paulo ante illis qui labe Marcionis erant infecti,attuli demonſtrationes, ex quibus plures quam decem millia,diuina gratia & opere,ad ſanctiſſimum duxi baptiſmum,eaſdem nunc illis qui habiti ſunt nobiſcum Fideles,ob eam quæ orta eſt infirmitas & hæreſis, iterum afferre me cogit]in teſtimonium ſcilicet bene adminiſtratæ Eccleſiæ. Porro ex hoc numero decem milium D Marcionitarum ad Deum conuerſorum,reſtituẽdus eſt textus eiuſdem Theodoreti in epiſtola ad S. Leonem Papam,vbi legitur mille,loco decem millium. Sed de Theodoreti rebus geſtis, cœptis anno ſuperiori ipſo Epiſcopatus ſui exordio,in his quæ ſpectant ad Marcionitarum conuerſionem, modo ſatis. Illud vero nunc non prætereundum,ipſius quoque teſtificatione exploratum haberi,tẽpore Theodoti,& eius qui ante eum præfuit Eccleſiæ Antiochenæ,& qui poſtea,immo & poſtquã Ioanni ſubrogatus eſt Domnus Epiſcopus, ipſum Theodoretum perſeueraſſe Antiochiæ docere populum. teſtatur id quidem ipſe in epiſtola [c] ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum.

a Theodoret. epi. 81.

Labores Theodoreti aduerſus hæreticos.

b Theodor. epiſ. 146.

Theodoretus docet Antiochiæ.

c Theodor. epi. 83.

IESV CHRISTI ANNVS 425.	CÆLESTINI PAP. ANNVS 2.	THEODOSII 18. VALENTINIANI 1. IMPP.

I. SEquens annus Domini quadringenteſimus vigeſimusquintus, Conſulibus Theodoſio Aug. vn E decies & Valentiniano Cæſare eius conſobrino, Occidentali Imperio felix illuxit: cum, extincto Ioanne tyranno, reddita pace, ipſe Valentinianus a Theodoſio Auguſtus eſt appellatus, vt San. Proſper [d], Socrates [e], & Marcellinus [f] teſtantur. Id autem hoc anno contigiſſe, die vero decimo Kalendas Nouembris, idem Socrates tradit: qui addit, venientem ipſum Valentinianum Conſtãtinopolim, ægritudine detentum fuiſſe Theſſalonicæ, accepiſſeq́ [g] ibi per Helionem Patricium a Theodoſio Imperij coronam. Verum hæc de morbo eueniſſe anno ſuperiori, ex eo redditur exploratum, dum liquet hoc ipſo anno eumdem Valentinianum Auguſtum menſe Iulij fuiſſe Aquileiæ, vti reſcripta ab eo ibi data declarant, de quibus agemus inferius.

Valentinianus Auguſtus.

d Proſp in Chr.
e Socrat. lib. 7. cap. 24.
f Marcellin. in Chron.
g Socrat. lib. 7. c. 25.

II. Sed quomodo ſe habuerit Ioannis tyranni exitium, a Socrate [h] deſcriptum ponamus: Aſpar (inquit) filius Ardaburij, cum & patrem a tyranno comprehenſum, & infinitas barbarorum copias ad auxilia tyranno ferenda acceſſiſſe, certior factus eſſet, omnino incertus animi erat, quid ageret. Itaque preces pij Imperatoris illo tempore rurſum plurimum momenti habuiſſe, cõſtabat. Nam

h Socr. li. 7. c. 23.

Diuina virtute ſuperatur Ioãnes et occidit.

A Nam Angelus Dei in habitu & forma paſtoris ducem itineris Aſpari ſe præbuit, & per ſtagnum
Rauennæ adiacens (in ea namque ciuitate tyrannus commoratus, ducem Ardaburium tenuit) co
pias eius deduxit, qua via nemo vmquam iter feciſſe commemoratur. Deus igitur, qua tranſiri nō
poterat, tranſitum Aſpari patefecit. Ille tum copijs per ſtagnum, cuius aqua diuina ope penitus
exhauſta fuit, traductis; portas ciuitatis, quas apertas offendit, ingreſſus, tyrannum opprimit.

Quo tempore etiam Imperator ſanctiſſimus (cui ludos Circenſes peragenti ſignificatum
eſt, tyrannum e medio ſublatum eſſe) ſuam eximiam erga Deum pietatem perſpicue declarauit. *Pietas Theodoſii in gratiarum actione.*
Sic enim populum affatur: Relictis his oblectamentis, hæc potius (ſi videtur) nos referamus, & ad
eccleſiam profecti preces Deo, quibus illi pro tyranno ipſius manu occiſo agamus gratias, pie fun
damus. Quæ cum dixiſſet, non modo ſpectaculis finis impoſitus fuit; verum etiam omnibus illis ne
glectis, per medium Circum, vna voce gratiarum actionem pariter cum Imperatore decantantes
iuerunt, rectaq. ad eccleſiam Dei contenderunt.] hæc Socrates: qui caute quidem atque prudenter
facta hæc non Aſparis ducis virtuti, ſed Imperatoris religioni eſſe accepta ferenda, docet. Etenim
conſtat, tum Ardaburium, tum Aſparem eius filium militiæ magiſtros ſecta fuiſſe Arianos, de
B quibus inferius pluribus dicendum erit. Hic finis tyranni, qui Imperij ſui primordia ab imminu-
tione Eccleſiæ iurium eſt auſpicatus. Vides, quomodo Spiritu Dei flante, bulla tumens repente diſ
rupta eſt.

At non hic finis belli. ſiquidem poſt extinctum Ioannem tyrannum, confligendum etiam fuit III.
cum Aetio fortiſſimo duce, ſub ſe habente ſexaginta millia barbarorum, quos fuiſſe Hunnos, Pro a Proſp in Chr.
ſper [a] affirmat. Sed pugnatum eſt, & vtrinque cæde peracta, ſic res inter eos compoſitæ ſunt, vt *Aetius potens Hunnorum exercitu.*
Aetius auctus Comitatus dignitate, ab Imperatore reciperetur; Hunni vero auro donati, ad pro-
pria remitterentur. Sic igitur Dei ope factum eſt, vt maximus Orbis motus breui temporis ſpatio
ſedatus fuerit, extincto nequiſſimo Imperij perduelle, & barbaris, qui vocati fuerant in Italiam,
abſque comprouincialium damno pacifice abire iuſſis, Galla Placidia Auguſta cum Valentiniano
filio Auguſto in Italia ſumma pace regnantibus quorum quidem felicitatis hoc tempore prægrā
de cuſum aureū numiſma hic tibi formis reddendum putauimus, in cuius altera parte Valenti-
nianum Auguſtum habes, dextera volumen (vt creditur) Euangelij, ſiniſtra ſuper globum geminā
crucem margaritis, ornatam tenentem: altera vero parte intueris ipſam Gallam Placidiam Augu
C ſtam, dextera erigentem, quæ oppreſſa a tyranno iacebat, Italiam; ſiniſtra vero gemmatam crucē
geſtantem, cuius potentia Occidentale Imperium, poſt Honorij obitum a tyranno præreptum,
abſque vllo ferme negotio recepiſſet.

b



b Acceptum e Hieronymo Mallio Canon S. Mariæ Maioris.

D

Verum hæc omnia (vt dictum eſt) priſci omnes hiſtorici Theodoſij pietati tribuerunt, qui ob IV.
Catholicæ religionis patrocinium tot tantaq. a Deo beneficia conſequi meruit, dum pijs ſanctiſq.
operibus diuinum ſibi numen conciliauit, vt ipſius exordio exortæ tyrannidis ante annum ſupe-
riorem abunde ſatis diximus, quibus plane iungenda ſunt, quæ idem Theodoſius Imperator, hu-
ius quoque anni exordio, ac deinceps pro Chriſtiana religione decreta ſanciuit; vnde & ad proſpe
ra cuncta gerenda Diuinitatem reddidit ſibi propitiam. Menſe enim Februarij ipſis Kalendis ad
Aſclepiadotum PP. ita ſcripſit de ſacris feſtis diebus religioſe ſancteq. abſque ſpectaculorum im-
puritate ſeruandis [c]: c l. 5. de ſpectac. Cod. Theod.

Dominico, qui ſeptimanæ totius primus eſt dies, & Natale, atque Epiphaniorum, Chriſti Pa V.
ſchæ, & in Quinquageſimæ diebus, quamdiu cæleſtis lumen lauacri, imitantia nouam ſancti baptiſ *Theodoſii ſanctio de Feſtis diebus.*
mi lucem veſtimenta teſtantur; quo tempore & memoratio Apoſtolicæ paſſionis totius Chriſtia
nitatis magiſtræ a cunctis rite celebratur; omni Theatrorum atque Circenſium voluptate per vni
E uerſas vrbes earumdem populis denegata, totæ Chriſtianorum ac Fidelium mentes Dei cultibus
occupentur. Si qui etiam Iudęi impietatis amentia, vel ſtolido Paganitatis errore & inſania detinē
tur: aliud eſſe ſupplicationū nouerint tēpus, aliud voluptatū. At ne qs exiſtimet in honorē numinis
noſtri, veluti maiore quodam Imperialis officij neceſſitate compelli, & niſi diuina religione inter-
rupta, ſpectaculis operam præſtet, ſubeundam forſitan ſibi noſtræ ſerenitatis offenſam, ſi minus
circa nos deuotionis oſtenderit, quam ſolebat: nemo ambigat, quod tunc maxime manſuetudini
noſtræ ab humano genere defertur, cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuerſi obſe-
quium Orbis impenditur. Dat. Kalend. Februarij, Conſtantinopoli, Theodoſio A. XI. & Valenti-
niano Cæſ. Conſſ.] hæc iddirco, quod in ſpectaculis coronare ſolerent imagines Imperatorum, &
fauſtis eas acclamationibus proſequi; quibus quidem, ob propenſiorem diuinum cultum feſtis die
bus exhibendum, Imperator volens libenſq. carere voluit. Qui autem præcipui feſti dies eſſent
apud Chriſtianos, & celebriori honore recepti, eadem ſanctione ſignificantur.

Sed & Valentinianus pro acceptis a deo inſignibus a Deo muneribus, pro gratiarum actione VI.
pias

pias valde hoc anno ſub iiſdem Conſulibus edidit ſanctiones: adeo vt nihil ſibi antiquius fuiſſe viſum fuerit, quam vt ea quæ Ioannes tyrannus abſtulerat, priuilegia Eccleſijs conceſſa, illibata ſeruari debere, edita ſanctione, cunctis redderet manifeſtum, ita reſcribens ad Georgium Proconſulem Africæ [a]: A

a l.46. de Epiſc. & cler. C. Theo.

Iura Eccleſiaſtica reſtituta.

Priuilegia præteritarum legum, Eccleſiæ, ſiue clericis delata, ſeruentur, &c. Dat. prid. Non. Iulij, Aquileiæ, D.N. Theod. Aug. XI. & Valentin. Cæſ. Conſſ.] & ad Baſſum Comitem Rerum priuatarum idem hęc menſe Octobris [b]:

b l.47 C. eod.

Priuilegia Eccleſiarum omnium, quæ ſæculo noſtro tyrannus inuiderat, prona deuotione reuocamus: ſcilicet, vt quicquid a diuis Principibus conſtitutum eſt, vel quæ ſinguli quique Antiſtites pro cauſis Eccleſiaſticis impetrarant, ſub pœna ſacrilegij, iugi ſolidata æternitate ſeruentur. Clericos etiam, quos indiſcretim ad ſæculares Iudices debere deduci, infauſtus præſumptor edixerat, Epiſcopali audientiæ reſeruamus. Fas enim non eſt, vt diuini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio, &c. Dat. VIII. Id. Octobris, Aquileiæ, D.N. Theodoſio A. XI. & Valentiniano Cæſ. Conſſ.]

VII.

Vidiſti, lector, quæ inuaſor Imperij & iurium Eccleſiaſticorum violator tyrranus primo ingreſſu lege ſancierit; ob idq. tamquam fœnum, quod velociter areſcit, quã citiſſime defeciſſe; nec quicquam ei profuiſſe centum ferme millia barbarorum in Italiam aduocaſſe, cum miſer pene ſolus ab Aſpare angelico ductu imparatus offenſus capitur, & iugulatur: contra vero de immani tyranno, barbarorum copijs præpotente, imbellem puerulum Valentinianum, inſtar Dauid. inſperatum retuliſſe triumphum: qui & pro gratiarum actione has, quas legis, affixit vbique locorum de reſtituenda libertate Eccleſiaſtica ſanctiones. B

Quod inſuper tyranni fauore, hæretici atque ſchiſmatici, qui antea legibus Honorij religioſiſſimi Imperatoris compreſſi erant, iam ſubleuati capita cœpiſſent erigere, palamq. vagari, ac Romæ morari: idem Imperator hoc eodem anno, Aquileiæ cum eſſet, aduerſus eoſdem eiuſmodi promulgauit edictum [c]:

c l.62. de hæret. Cod. Theod.

VIII.

Quid Valenti. aduerſus hæreticos.

Manichæos, hæreticos, ſchiſmaticos, omnemq. ſectam Catholicis inimicam ab ipſo aſpectu vrbis Romæ exterminari præcipimus, vt nec præſentiæ criminoſorum contagione fœdentur. Circa hos autem maxime vrgẽda commotio eſt, qui prauis ſuaſionibus a venerabilis Papæ ſeſe communione ſuſpendunt, quorum ſchiſmate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conuentione præmiſſa, viginti dierum condonauimus inducias; intra quos niſi ad communionis redierint vnitatem, expulſi vſque ad centeſimum lapidem, ſolitudine quam eligunt, macerẽtur. Dat. VI. Kal. Augu. Aquil. Theod. A. XI. & Valentin. Cæſ. Coſſ.] Sequenti vero menſe de iiſdem ad Proconſulem Africæ eiuſmodi reſcriptum dedit [d]: C

d l.63. C. eod.

Omnes hæreſes, omneſq. perfidias, omnia ſchiſmata ſuperſtitioneſq. Gentilium, omnes Catholicæ legis inimicos inſectamur errores. Si quos vero hæc quoque clementiæ noſtræ ſtatuta pœna comitetur, & nouerint ſacrilegæ ſuperſtitionis auctores participes conſocios proſcriptione plectendos vt ab errore perfidiæ, ſi ratione retrahi nequeunt, ſaltem terrore reuocentur; & vniuerſo ſupplicationum aditu in perpetuum denegato, criminibus debita ſeueritate plectantur, &c. Dat. prid. Non. Aug. Aquileiæ, D.N. Theod. A. XI. & Valentiniano Cæſ. Conſſ.] Rurſus poſt duos dies ſanctionem edidit aduerſus eoſdem, cuius hoc eſt exordium [e]:

e l.64. de hęret. Cod. Theod.

IX.

Barbari in Theodoſiũ conſpirãtes a Deo puniti.

Manichæos, hæreticos, ſiue ſchiſmaticos, niſi his emendatio matura ſubuenerit, &c. Dat. VIII. Id. Auguſt. Aquileiæ, D.N. Theod. A. XI. & Valentiniano Cæſ. Conſ.] Sed quæ pro gratiarum actione de perceptis beneficijs perſoluta ſunt Deo a Chriſtianis Principibus munera, eadem ad maiora promerenda ab ipſo beneficia ampliorem illis viam aperuere. Accidit enim poſt hæc, vt præter barbaros illos, qui a Ioanne tyranno vocati ſeſe infuderant in Italiam, & ad propria remearant, alij ab eodem ſolicitati cum paraſſent aduentum, audita morte ipſius, haud cõtinere ſe valuerint, ſed in Romani Imperij fines graſſati fuerint: quomodo autem Deus abſque armis omnes illos cõſumpſerit, deſuper fulmina iaculatus in hoſtes, Socrates deſcribit, cum manſuetudinem prædicat Theodoſij iſtis verbis [f]; Sicut libro Numerorum de Moyſe loquitur diuina Scriptura: Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morantur in terra: idem ipſum de Theodoſio Imperatore iam dici poteſt. Propter quam quidem manſuetudinem Deus hoſtes illius ſine prœliorum certaminibus ſubiugauit; ſicut eũ trophæa contra Ioannẽ tyrannũ ſtatuta, tum clades barbarorũ quæ poſt conſecuta eſt, euidenter oſtendunt. Nam Deus talia beneficia in hunc ſanctiſſimum Imperatorem contulit, qualia in eos qui olim iuſtitiam in vita diligenter colebant, contulerat. Atque certe non aſſentandi ſtudio compulſus hæc ſcribo; ſed re vera ita ſe habere, omnibus deinceps perſpicuum declarabo. D

f Socr. lib. 7. c. 41.

X.

g Soc. lib. 7. c. 41.

Dux barbarorum fulmine ictus.

Poſt [g] tyranni necem, barbari quos ille ad auxilium ſibi contra Romanos ferendum accerſiuerat, in fines Imperij Romani incurſionem facere conſtituerunt. Quo audito Imperator, vti ſolebat, iſtarum rerum curam Deo commẽdauit: atque precibus ſe totum dedens, breui, quod in optatis erat, eſt conſecutus. Quibus autem cladibus barbari opprimerentur, non incommodum eſt hoc loco recenſere. Primum illorum dux, nomine Cughas fulminis ictu interijt; deinde peſtis ſubſecuta, maximam partem hominum qui ei parebant, e medio ſuſtulit. Neque hoc ſatis eſſe videbatur: ſed ignis etiam de cælo delapſus, complures eorum qui ſupererant, abſumpſit. Quæ res barbarorũ animis maximum iniecit timorem, non tam propterea quod contra bellicoſam Romanorum gẽtem arma ferre auſi fuiſſent, quam quod Romanos a Deo præpotenti adiutos animaduerterent. Eo tempore Proclus Epiſcopus prophetiam quamdam ex Ezechiele petitam in eccleſia docuit, eamq. præclare ad ſalutem iam tum a Deo Romanis datam, non ſine maxima omnium commendatione accomodauit. Prophetia autem hæc eſt [h]: Tu fili hominis vaticinare ſuper Gog principem Rhos, Moſoch, & Thobel. Iudicabo eum morte & ſanguine & pluuia inundanti & lapidibus grandinis, E

h Ezech. 38.

Digitized by Google

A grandinis,& ignem & ſulphur pluam ſuper eum,& ſuper omnes qui ſunt cum eo,& in gentes multas cum eo:& magnificabor & glorificabor,& notus ero in oculis multarum gentium, & ſcient quia ego ſum Dominus. Hac de cauſa Proclus(vt dixi)maximam conſecutus eſt laudem.]hactenus Socrates,quod prudenter appoſiteq. Gog nomen ex rerum euentis Cughæ barbarorum duci Proclus accommodaſſet.

XI. Sed hic aduerte,ne ex tempore ſedis Procli Epiſcopi Conſtantinopolitani,hæc ſub eodem iam Epiſcopo accidiſſe putes;quem poſt abhinc ferme decennium ſedere cœpiſſe,eiuſdem Socratis aſſertione certiſſimum eſt:nulla enim ratio patitur, vt cum hæc ipſe eueniſſe tradat mox poſt extinctum tyrannum Ioannem de gentibus ab eo vocatis & inuitatis ad cladem Imperij, & iã loco motis,poſt nouem annos facta fuerint,& nonniſi ad illud tempus illi fines attigerint Romanorũ. Sed de Proclo ſic illa intelligenda ſcito,quod cum adhuc presbyter illa peroraſſet in eccleſia coram populo(vt aſſolet in panegyricis)pro concione laudans Theodoſium,res ab eo geſtas omnes retexẽs, ea de Cugha & alijs barbaris diuinitus extinctis narratione opportuna fuerit proſecutus.

XII. Porro quem Socrates Cugham appellat,Theodoretus eamdem narrans hiſtoriam, Rhoilam B nominat,dum eamdem rem geſtam(ne diuerſam putes)ſic refert,gratias Theodoſio diuinitus impertitas recenſens [a]: Cum Rhoilas dux Scytharum,qui Nomadæ dicuntur, traiecto Iſtro,cum ingentibus copijs Thraciam populari & prædas agere inciperet;ac Conſtantinopolim vrbem primariam obſeſſurum,& momento temporis capturum,atque adeo ſolo æquaturũ minaretur:Deus fulminum iactu & facibus cælitus demiſſis cum illum combuſſit,tum vniuerſum exercitum penitus abſumpſit.]hæc Theodoretus,eadem quoque Nicephorus [b]. At licet diuerſitas in nomine ſit (accidere namque ſolet eumdem hominem ſæpe diuerſis nominibus nominari) rem tamen non diuerſam,ſed eam probe teſtatam vnam eamdemque fuiſſe,nulla poteſt eſſe dubitatio,cum ijdem in eamdem ſententiam conueniant,remque narrent & poſteris tradant, quæ ſuis temporibus accidiſſet.

a Theodor.li.5. cap.36.

b Niceph.li. 14 cap.4.

XIII. Theodoretus igitur vna cum Socrate laudibus celebrans Theodoſij Impe. manſuetudinem & pium erga Deum cultum,quorum cauſa tot tantaq. a Deo beneficia eſt conſecutus, vt tyrannos & barbaros in Romanum Imperiũ graſſantes abſque ſuorum,ſanguinis effuſione compreſſerit; ne rem verbis tantum agere videretur,factis eam ipſam confirmans,narratæ a nobis de Rege barba- C rorum cum ſuis fulmine extinctis hiſtoriæ iſta perpetua memoria digna præmiſſit [c]: Quamquã (inquit)iſte Imperator multis alijs virtutibus eximie decoratus erat,clementia tamen, vel maxime manſuetudine,animi tranquillitate,quæ nullis procellis agitari poterat,fide denique ſincera,& ſpectata excelluit.cuius rei certiſſimum argumentum oſtendam.

c Theodore.lib. 5.c.36.

XIV. *Theodoſii admiranda erga religionem obſeruantia.* Vir quidam vitam excolens monaſticam,animo paulo audaciore præditus, ad Imperatorem rei cuiuſdam petendæ gratia accedit.Quod cum ſæpius feciſſet,Imperatori Eccleſiaſtica interdicit communione;vinculoque Eccleſiæ ei iniecto,decedit.Imperator autem fide cum primis excellens,ad Palatium veniens,cum tempus inſtaret conuiuij,& omnes conuiuæ adeſſent, dixit ſe non prius capturum cibum,quam Eccleſiæ vinculo solueretur. Proinde vnum ex familiariſſimis ad Epiſcopum mittit,vt poteſtatem faciat ei,qui ipſum ligauerat,vinculo ſoluendi.Cum autem Epiſcopus reſpondiſſet,non debere cuiuſquam vinculum admittere,ſignificaſſetq. eum ſolutum eſſe: nõ tamen ſolutione illa contentus fuit,donec ille qui eum ligauerat,magno cum labore conquiſitus, communioni illum reſtituiſſet.huiuſmodi erat Imperatoris erga leges diuinas fides.] hæc Theodoretus, itemque Nicephorus [d], & alij: illud fortaſſe ex inſtitutione ſanctæ ſororis Theodoſius D mente verſans de ſeruis Dei dictum [f]: Quis benedixerit tibi,benedictus erit: & qui maledixerit, erit maledictus.]

d Niceph.li.14. cap 4.

e Num.24.

XV. Sed tantam animi Theodoſij cum religione dimiſſionem aliquis nimium prudens ſcrupuloſitatem ſeu ſuperſtitionem dixerit,& fortaſſe damnarit:verum ſcias eam odoratum eſſe Deum (vt verbis diuinæ Scripturæ vtar)in odorem ſuauitatis: quod palam omnibus fecit, dum religionis eius intuitu præſtitit,quæ omnem humanum captum excederent,rependens & remunerans opus illud menſura conferta,coagitata,& ſupereffluente,dum abſque armis immaniſſimos fortiſſimoſque barbaros debellauit,vt(ſicut ſuo cantico occinuit Debora [g]) de cælo pugnatum ſit contra eos. Cum e contra videre ſæpe contigerit,Chriſtianos Principes parui facientes cenſuras Eccleſiæ, & Eccleſiaſtica iura calcantes,robuſtiſſimos licet pararint exercitus,atque claſſibus mare replerint, aduerſante illis Deo,omnium iacturam feciſſe,non hoſtibus tantum pugnantibus,ſed ipſis etiam elementis in vltionem violatæ religionis exurgentibus, & ſacrarum legum contemptum ac Dei miniſtrorum oppreſſionem vlciſcentibus. Vtinam & ſæculum noſtrum iſtiuſmodi careret exemplis.Sed ad Theodoſium rurſum recurrat oratio,de quo in Vitis Patrum iſta ſcribuntur [h]:

f Iudic.5.

g Vit.Patr part. 2.c.14.de humilitate.

XVI. *Theodoſius cõuenit Anachoretam.* E Manebat quidam monachus Aegyptius in ſuburbano Conſtantinopolitanæ ciuitatis: & dum tranſiret Theodoſius Iunior Imperator per illam viam,reliquit omnes qui in obſequio eius erãt, & venit ſolus in cellam eius;& pulſans ad oſtium monachi, aperuit ei monachus. Videns autem eum,cognouit quia Imperator eſſet;ſic tamen ſuſcepit eum,tamquam vnum ex officio militantiũ. Cum ergo introiſſet,fecerunt orationem,& ſederunt. Cœpit autem eum interrogare Imperator, dicens,quomodo ſint Patres in Aegypto. Et ille:Orant pro ſalute noſtra omnes. Imperator autem circumſpiciebat in cella eius,ſi quid haberet; & nihil ibi vidit,niſi paruam ſportulam habentem modicum panis,& lagenam aquæ. Et dixit ei monachus:Guſta modicum.& infudit ei panem, & miſit oleum & ſal,& manducauit;& dedit ei aquam bibere. Dixit autem ei Imperator : Scis quis ſim ego? Et ille dixit ei : Deus te ſcit,quis ſis. Tunc dixit ei:Ego ſum Theodoſius Imperator. Ille autem ſtatim adorauit,ſalutans eum humiliter. Et dixit Imperator:Beati eſtis vos monachi, qui ſecuram vitam habetis,& non cogitatis de hoc ſæculo. Veritatem dico vobis:quia licet in Imperio natus ſim,numquam tamen delectatus ſum,ſicut hodie pane & aqua:ſatis enim & libenter comedi. Et

Digitized by Google

di. Et cœpit ex tunc honorare eum Imperator. Senex antem egrediens fugit,& iterum venit in Ae A
gyptum.]hactenus ibi.atque de Theodoſio ſatis.

XVII. *Attici Epiſcopi Conſtantinop. obitus.*
a Socrat. lib. 7. cap 25.
b Ibidem c. 26.

Hoc eodem anno Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcopus,cum ageret in Epiſcopatu annos vigintiunum,ſexto Idus Octobris ex hac vita migrauit.hæc Socrates [a]. Vacauit Epiſcopatus vſque ad pridie Kalendas Martij,quibus ordinatus eſt Siſinnius [b]. Laudatur a Socrate Atticus,qđ nomen Ioannis Chryſoſtomi in eccleſia recitari voluerit.ſed id factum eſt (vt ſuo loco diximus) præcipiente,immo cogente Innocentio Romano Pontifice. Landatur & a Cyrillo Alexandrino in epiſtolis ab eo ſcriptis contra Neſtorium.quod inſignis eſſet Orthodoxiæ; quo nomine etiam a Cæleſtino Romano Pontifice prædicatur in ſuis epiſtolis,vt in ea quam ad Neſtorinm ſcripſit,vbi eiuſmodi eum extollit elogio: Rexit(inquit)ſanctæ memoriæ Atticus Chriſtianum populum prædeceſſoris*(nempe Ioannis Chryſoſtomi)*exemplo,& ſacrilegos perſecutus eſt errores hæreticorum.] hæc ipſe. Inter alias vero res ab Attico landabiliter geſtas,recitat Socrates [c], Sabbatianis ſchiſmaticis vetuiſſe,ne ipſorum auctorem Sabbatium defunctum colerent vt ſanctum, ſublato eius opera clanculo Sabbatij corpore e ſepultura.

c Socra. eod. lib. 7. c. 15.

XVIII. *Pelagiani ab Attico propulſati.*
d Proſper carm. de Ingratis.

Sed & in eo Atticus maiore laude dignus habitus eſt,quod Pelagianorum legationem confu- B
tauit atque reiecit:quod egregium facinus S. Proſper [d] his prædicat verſibus:

Quid loquar & curam,magna quam geſſit in vrbe
Conſtantinopoli,docto bonus ore ſacerdos
Atticus,antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide? De qua tunc impia corda
Quamuis ſe obducto tegerent velamine forma
Iudicij,& tacita tulerint tormenta repulſa.]

e Auguſ. contra Iul. lib. 3. c. 1.
f Cæleſt. epiſt. 5.

Sed & S. Auguſtinus [e], dum agens contra Iulianum, affirmat Pelagianam hæreſim fuiſſe damnatam Conſtantinopoli,Attici Epiſcopi præconia celebrauit.teſtatur hoc ipſum etiam Cæleſtinus Papa in epiſtola ad Neſtorium [f]. Quoto autem anno Attici ſedis hęc facta ſint,cum haud ſatis exploratum haberi poſſit; hic ad finem eius vitæ quaſi ornamentum ſepulchrale appoſuiſſe, ſat eſt.

Prædicatur a Socrate itidem Attici erga pauperes munificentia:idemq. recitat eiuſdem epiſto
lam perbreuem ad Calliopium Eccleſiæ Nicęnæ presbyterum,cum ei dedit aureos erogandos in C
pauperes:qua præcepit,illorum pauperum habendam eſſe potiſſimum rationem, qui mendicare erubeſcunt;addens,nec ab accipiendo egentes eſſe excludendos hæreticos, cum videlicet opus habent naturæ neceſſarijs. ſic enim ſe habet;

XIX. *Epiſtola Attici ad Callopiũ.*

Callopio Atticus in Domino ſalutem.

Certior quidem factus ſum,infinitos in veſtra vrbe fame opprimi, piorumq. egere eleemoſyna. Cum infinitos dico,intelligo multitudinem,cuius certum numerum oſtendere nequeo. Quoniam igitur numerum pecuniæ ipſe ab eo accepi,qui diuitias large & quaſi plena manu ijs,qui eas probe adminiſtrant,ſuppeditat: vſuq. venit,vt nonnulli egeſtate premantur, quo alii qui opes habent,eaſq. iſtis minime largiuntur,penitus explorati ſint:tu frater cariſſime, iſtos trecẽtos aureos a me accipe,eoſq. in pauperes,vti volueris,impende. Velis autem in eos conferre, non qui ventris cauſa quaſi mercaturam per totum vitæ tempus mendicando exercent, ſed qui mendicare erubeſcunt. Neque in hac officij parte vllam ſectæ vel religionis cuiuſquam rationem ducas; neque porro reſpectum ad eos,qui a nobis in fide ſententia diſſentiunt,habeas:ſed in illud vnum incũbas,
vt qui fame cruciantur,eos alimentis ſubleues.]hactenus Attici epiſtola. Quod autem in erogan- D
dis eleemoſynis nullam vult haberi rationem cuiuſuis ſectæ hæreticorum,ſed omnibus tribui indigentibus:accipe quæ de his accuratius S. Gregorius ſcribat in epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Rauennatem [g]: De hoc quod dicitis incenſæ ciuitati Seueri ſchiſmatici eleemoſynam eſſe mittendam:idcirco veſtra fraternitas ſentit,quia quæ contra nos in Palatium præmia mittat, ignorat. Quæ etſi non tranſmitteret,nobis conſiderandum fuit,quia miſericordia prius Fidelibus & poſtea Eccleſiæ hoſtibus eſt facienda. Iuxta quippe eſt ciuitas Phanum,in qua multi captiui ſunt: ad quam ego iam tranſacto anno trãſmittere volui,ſed inter hoſtes medios non præſumpſi.] hæc Gregorius de his quæ ad Attici ſpectant epiſtolam. Porro eidem Attico tantum tribuit Socrates,vt diem obitus ſui præuidiſſe ac prædixiſſe affirmet. Atque de Attico hactenus. Contigit autem poſt eius mortem ſedem Conſtantinopolitanam vacaſſe vſque ad annum ſequentem. Agemus ſuo tempore de eo qui in locum ipſius ſubſtitutus eſt Siſinnius pridie Kalendas Martij.

g Gregor. lib. 2. epiſt. 32.

XX.

Hoc eodem anno Theodoſius Imperator adiecit animum,vt gymnaſium litteratum Conſtan
tinopoli in meliorem formam reſtitueret: vetuitque in primis,neminem publice docere, aliove in
loco ſcholas litterarias aperire,quam qui probati eſſent,& ad hoc ipſum munus delecti; eoſdem- E
que in Capitolij auditoriis profiteri debere. Locus iſte inſtar veteris Romæ a Conſtantino Conſtantinopoli erectus fuit,& Capitolij nomine(vt ſuo loco dictum eſt)inſignitus,rei litterariæ exercendæ adſcriptus. Porro profitentium numerum edita ſanctione ita voluit definitum [h]: Habeat(inquit)auditorium ſpecialiter noſtrum, in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat,Oratores quidem tres numero, decem vero Grammaticos. In his etiam qui facundia Græcitatis pollere noſcuntur,quinque numero ſint Sophiſtæ,& Grammatici æque decem. Et quoniam non his artibus tantum adoleſcentiam generoſam optamus inſtitui, profundioris quoque ſcientiæ atque doctrinę memoratis magiſtris ſociamus auctores. Vnum igitur adiungi ceteris volumus,qui Philoſophiæ arcana rimetur, duos quoque qui Iuris ac legum formulas pandant. Ita vt vnicuique loca ſpecialiter deputata aſſignari faciat tua ſublimitas, ne diſcipuli ſibi inuicem poſſint obſtrepere,&c.]hæc quidem hoc anno,tertio Kalendas Martij: Idibus vero eiuſdem menſis alia rurſum edita ſanctione [i], eos qui diutius in eadem functione meruiſſent, Comitivæ ordinis

h L. 3. de ſtud. liber. Cod. Theod. *Quid Theodo. de profeſſorib. litterarum.*
i L. 1 de profeſs. Cod. Theod.

dinis

A dinis primi dignitate idem Imperator honeſtare voluit, hos ſcilicet, Græcorum Grammaticorum
Helladium & Syrianum, Latinorum Theophilum, Sophiſtarum Martinum & Maximum, Iuriſpe-
ritorum Leontium: eodem quoque honore ceteros exornandos fore, cum vigintiduorum annorũ
curſum docendo compleſſent. hæc quidem hoc anno laudabiliter Theodoſius editis ſanctionibus
ſtatuit.

IESV CHRISTI ANNVS 426. | CÆLESTINI PAP. ANNVS 3. | THEODOSII 19. VALENTIN. 2. IMPP.

NOuo Conſulatu eorumdem Imperatorum, Theodoſij duodecimo, & Valentiniani ſecũdo, no I.
uus incipit annus, quo nouus Epiſcopus Conſtantinopolitanam ſedem Siſinnius ſuſcepit ad
miniſtrandam; de cuius electione ita Socrates [a]: Poſt mortem Attici de Epiſcopo eligendo vehe a Socrat. libr. 7.
B mentercertatum eſt, dum alij alium in eo honoris gradu collocare laborarent. Nam Philippum cap. 26.
presbyterum nonnulli, alij Proclum, qui etiam presbyter fuit, cupiebant: ſed populus vniuerſus cõ
muni conſenſu Siſinnium deſignari deſiderabat: qui quidem presbyter quoque fuit, non tamen in *Siſinnius Epi-*
vlla eccleſia intra vrbem Conſtantinopolim ordinatus, ſed in Elæa, ſuburbio eiuſdem ciuitatis, *ſc. Conſtanti-*
quod e regione illius ſitum eſt (in quo quidem loco dies feſtus Aſcenſionis Saluatoris ab vniuer *nop. eligitur.*
ſo populo Conſtantinopolitano celebrari ſolet) ſacerdotij dignitatem ſortitus. Omnes laici deſi-
derio illius ad Epiſcopatus honorem efferendi tenebantur: tum quod ob ſingularem pietatem per
celebris fuit: tum potiſſimum quod pauperes, ſupra quam eius facultates ferebant, fouere, ſuſten-
tareque laborauit. Itaque laicorum ſtudium tulit ſuperiores; Siſinniuſque ordinatus eſt pridie Ka-
lendas Martias, Theodoſio XII. & Valentiniano Minore Auguſto ſecundum Conſſ.] hæc Socrates.
Commendat pariter Siſinnium Marcellinus, eumque virum ſanctæ ſimplicitatis & ſimplicis prædi
cat ſanctitatis, quem hoc ipſo anno creatum dicit. Sed quod præ ceteris æſtimandum eſt, eumdem
Siſinnium ſummis laudibus ornat Cæleſtinus Romanus Pontifex in epiſtola ad Neſtoriũ, de qua
ſuo loco dicendum.

C De Philippo autem competitore, qui repulſus eſt; ab eo Hiſtoriam Chriſtianam eſſe ſcriptam, II.
tradit verbis iſtis Socrates [b]: Poſtea Philippus presbyter, quoniam Siſinnium ſibi prælatum vi- b Socrat. libr. 7.
debat, illius ordinationem grauiter perſtrinxit in opere ab ipſo edito, quod Hiſtoriam Chriſtianã cap. 26. 27.
inſcripſit: quidum & Siſinnio, qui Epiſcopus ordinatus erat, & Epiſcopis qui eum ordinauerant, *De Philippo*
& laicis vel maxime obtrectare ſtudet, ea dicit, quæ mihi (quoniã illum, qui tam inconſiderate eiuſ *& eius hiſto-*
modi verba litteris prodere auſus eſt, admodum improbo) ſcriptis mandare, non eſt animus. De *ria.*
illo ipſo tamen non erit, mea quidem ſententia, alienum pauca hoc loco diſſerere. Philippus Sydæ
ortus fuit: hæc quidem eſt ciuitas Pamphiliæ, in qua etiam Theophilus ſophiſta natus dicitur, cui
Philippus ſe cognatum eſſe gloriatus eſt. Hic Philippus cum eſſet diaconus, Ioannis Epiſcopi con
ſuetudine, qua multum vſus eſt, impulſus, in ſtudijs litterarum permultum operis & laboris collo
cauit, multoſq. & varios cuiuſq. generis libros in vnum collegit, atque Aſiaticum dicendi genus ſtu
dioſe imitatus, multa conſcripſit. Et quo Iuliani Imperatoris libros refelleret, opus etiam, quod
Hiſtoriam Chriſtianam inſcribebat, compoſuit, inq. trigintaſex libros diſtribuit: ſinguli libri to-
mos complures continent, adeo vt omnes ſimul prope mille numero ſint: argumentum etiam cuiuſ
D que tomi ipſum tomum fere exæquat.

Hoc opus non Hiſtoriam Eccleſiaſticã, ſed Chriſtianam inſcripſit: multaſq. & varias in eo con III.
geſſit materias, eo quidem conſilio, vt ſe doctrina philoſophorum non expertem fuiſſe declararet. *Philippi Sydi*
quapropter præceptiones grammaticas, aſtronomicas, arithmeticas, & muſicas crebro citat: quin *tæ hiſtoria qua*
etiam inſulas, montes, & alias res non magni momenti deſcribit: vnde opus inflatum & plenum *lis.*
inanis oſtentationis factum eſt. Quare ſi quid ego iudico, neq. indoctis, neq. doctis prodeſſe pote-
rit. Quippe indocti inſolentem illam & nimio artificio elaboratam dicendi rationẽ, quæ in eo eſt,
animaduertere nequeunt: docti autem crebram eorumdem verborum repetitionem, quæ in illo
vſurpatur, condemnabunt. Ceterum quiſq. de libris illis pro arbitratu ſuo iudicium faciat: ordinẽ
vero temporum, quibus res gerebantur, ab eo confuſum eſſe, audeo quidem affirmare: nam tem-
poribus Theodoſij commemoratis, ad tempora Athanaſij Epiſcopi recurrit: quod quidem ab illo
ſæpiſſime factum eſt. Sed de Philippo ſatis.] hucuſq. Socrates: in cuius ſententiam de eius hiſtoria
eruditos omnes abijſſe, inde certum deducimus argumentum, quod Photius in Bibliotheca ſic de
ea: Hiſtoria Chriſtiana Philippi Syditæ, potius diſceptatio, quam hiſtoria eſt. Vixit tempore Pro
E cli & Siſinnij Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum. Incipit ab illo. In principio creauit Deus,
&c.] longe diuerſus ab hoc fuit Philippus ille Amphipolites hiſtoricus, qui ſcripſit Rhodiacos li-
bros obſcœnos, cuius meminit Suidas.

Accidit autem inter hæc, vt cum vacaret ſedes Cyzicena, Siſinnius Epiſcopus Conſtantinopoli IV.
tanus eidem præfecerit Proclum presbyterum Conſtantinopolitanum, Cyziceni vero Dalmatiũ *Proclus fru-*
monachum, qui & eam tenuit. cur autem non potius Proclus eam obtinuerit, hanc Socrates [c] ra- *ſtra ordinatus*
tionem affert: Hoc (inquit) a Cyzicenis factum eſt, neglecta illa lege, quæ iubet, ne quis Epiſcopus *Epiſcop. Cyzi*
deſignetur abſq. ſententia & auctoritate Epiſcopi Conſtantinopolis. Legem autem propterea ne- *cenus.*
glexerunt, quod Attico ſoli (vt illi putabant) nominatim auctoritatem illam concederet. Proinde c Socrat. libr. 7.
Proclus cum ſuæ ipſius Eccleſiæ adminiſtrationem non obiret, in eccleſijs Conſtantinopolis man c. 28.
ſit, in quibus docendo permagnam laudem adeptus eſt.] hæc Socrates. Vides igitur, neque in ipſo
Helleſponto ius aliquod ex aliqua Synodo œcumenica vendicaſſe ſibi Epiſcopos Conſtantinopo-
litanos, ſed Attico id tantum fuiſſe conceſſum, neſcio cuius legis auctoritate.

V. Iiſdem Conſulibus, Theodoſius Imp. Dei auxilium aduerſus barbaros atque rebellantes tyrānos A expertus, ſicut anno ſuperiori, ita & præſenti inceſſabili ſtudio ſe erga Deum pro gratiarum actione pium exhibēs, rurſum noua edita ſanctione, ſi quod veſtigium eſſet idololatriæ, penitus abolendum curauit, cum ita ſtatuit [a]:

a l.vl de Pagan. Cod Theod.

Lex Theodoſii aduerſus idololatras.

Omnibus ſceleratæ mentis Paganæ execrandis hoſtiarum immolationibus, damnādiſq. ſacrificijs, ceteriſque antiquarum ſanctionum auctoritate prohibitis, interdicimus; cunctaq. eorum fana, templa, delubra, ſi qua etiam nunc reſtant integra, præcepto magiſtratuum deſtrui, collocationeq. venerandæ Chriſtianæ religionis ſigni expiari præcipimus. Scientibus vniuerſis, ſi quem huic legi apud competentem Iudicem idoneis probationibus illuſiſſe conſtiterit, etiam morte eſſe mulctandum. Dat. XVIII. Kal. Decemb. C P. Theodoſio XII. & Valentin. II. *Conſſ.] Penes Phœnices namque etiam tempore patris eius Arcadij Imp. inualuiſſe idololatras, iam ſuperius ex litteris S. Ioannis Chryſoſtomi demonſtratum eſt. Iam vero ad res Occidentalis Eccleſiæ tranſeamus.

* IIII.

VI. Huius quoq. anni Conſulibus conſignata habentur Acta Eccleſiaſtica a Notarijs Eccleſiæ publice excepta de re geſta per ſanctum Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, cum allegit ſibi coadiutorem in Epiſcopali functione Eradium presbyterum, quem optauit etiam ſibi poſtquam contingeret ex hac vita migrare, in eamdem ſedem Epiſcopalem ſucceſſorem: B cuius quidem rei recēs præceſſiſſet exemplum de Seuero Epiſcopo Mileuitano, qui ſibi viuens ſucceſſorem delegit Epiſcopum, prout eadem ipſa Acta declarant, quæ hic ad verbum ob multarum rerum cognitionē inſerenda putauimus. ſic enim ſe habent [b]:

S. Auguſtinus Coadiutorem ſibi Eradiū delegit.

b Aug.epi.110.

Glorioſiſſimo Theodoſio duodecies & Valentiniano Auguſto iterum Conſule, ſexto Kalendas Octobris, cum Auguſtinus Epiſcopus vna cum Religiano & Martiniano *coepiſcopis ſuis conſediſſet in eccleſia Pacis Hipponēſium Regionum*, præſentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Ruſtico, Lazaro, & Eradio presbyteris, aſtante clero & frequenti populo, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Quod heſterno die promiſi charitati veſtræ, propter quod vos volui frequētius cōuenire, & video frequentius conueniſſe, mora omni poſtpoſita, hoc agendum eſt. Si enim aliud velim loqui, in illud ſuſpenſi, minus auditis.

* Martiano
* Regiorum

Acta de Eradij in coadiutorem electione.

VII. Omnes in hac vita mortales ſumus, & dies huius vitæ vltimus omni homini eſt ſemper incertus: verumtamen in infantia ſperatur pueritia, & in pueritia ſperatur adoleſcentia, & in adoleſcentia ſperatur iuuentus, & in iuuentute ſperatur grauitas, & in grauitate ſperatur ſenectus: vtrum cō C tingat incertum eſt, eſt tamen quod ſperetur. ſenectus autem aliam ætatem, quam ſperet, non habet: incertum eſt enim, ipſa ſenectus quamdiu ſit homini; illud tamen certum eſt, nullam remanere ætatem, quæ poſſit ſuccedere ſenectuti. Quia voluit Deus, ad iſtam ciuitatem cum vigore ætatis adueni, & tamen iuuenis fui, & ſenui. Scio poſt obitus Epiſcoporum per ambitioſos atq. contentioſos ſolere Eccleſias perturbari; & quod ſæpe expertus ſum & dolui, debeo quantum ad me attinet, ne contingat, huic proſpicere ciuitati. Sicut nouit charitas veſtra, in Mileuitana Eccleſia modo fui: petierant enim me fratres, & maxime ſerui Dei qui ibi ſunt, vt venirem; quia poſt obitum beatæ memoriæ fratris & coepiſcopi mei Seueri nonnulla ibi perturbatio populi timebatur. Veni: & quomodo voluit Dominus, adiuuit nos pro ſua miſericordia, vt cum pace Epiſcopum acciperent, quē viuus deſignauerat Epiſcopus eorum. Hoc enim eis cum innotuiſſet, voluntatem præcedentis & decedentis Epiſcopi ſui libenter amplexi ſunt. Minus tamen aliquid factum erat, vnde nonnulli contriſtabātur: quia frater Seuerus credidit poſſe ſufficere, vt ſucceſſorem ſuū apud clericos deſignaret: ad populum inde non eſt locutus, & erat inde aliquorum nonnulla triſtitia. Quid plura? triſtitia fugata eſt, gaudium ſucceſſit; ordinatus eſt Epiſcopus, quem pcedens Epiſcopus deſignauerat. D

VIII. Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quam credo Dei eſſe, in omnium veſtrum notitiam profero. Presbyterum Eradium mihi ſucceſſorem volo. A populo acclamatum eſt: Deo gratias: Chriſto laudes. dictum eſt vicies ter. Exaudi Chriſte, Auguſtino vita. dictum eſt ſexies decies. Te patrem, te Epiſcopum. dictum eſt octies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Non opus eſt, me de laudibus eius aliquid dicere: faueo ſapientiæ, & parco verecundiæ: ſufficit quia noſtis eum: & hoc me velle dico, quod vos velle ſcio: hoc vt mecū oretis, exhortor, admoneo, rogo, vt omnium in pace Chriſti collatis & conflatis mentibus, confirmet Deus quod operatus eſt in nobis. Qui miſit mihi eum, ſeruet eum, ſeruet incolumem, ſeruet ſine crimine: vt qui facit gaudium viuentis, locum ſuppleat morientis. A Notarijs Eccleſiæ (ſicut cernitis) excipiuntur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis, & meus ſermo & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertius vt dicam, Eccleſiaſtica nunc Geſta conficimus. ſic enim hoc eſſe (quantum ad homines attinet) confirmatum volo. A populo acclamatum eſt trigeſies ſexies: Deo gratias, Chriſto laudes. Exaudi Chriſte, Auguſtino vita. dictum eſt terdecies. Te patrem, te Epiſcopum. dictum eſt octies. Dignus eſt, & iuſtus eſt. dictum eſt vicies. Bene meritus, bene dignus. dictum eſt quinquies. E

Fauſtę acclamationes populi.

IX. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Ego (vt dicebam) voluntatem meam & voluntatem veſtram Geſtis Eccleſiaſticis (quantum ad homines attinet) confirmatam volo. Quantum vero ad latentē Dei volūtatem: omnes (vt dixi) oremus, vt confirmet Deus quod operatus eſt in nobis. A populo acclamatum eſt: Iudicio tuo gratias agimus. dictum eſt ſexdecies. Fiat, fiat. dictum eſt duodecies. Te patrem Eradium Epiſcopum. dictum eſt ſexies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Scio quod ſcitis & vos: ſed nolo de illo fieri, quod de me factum eſt: quid autem factum ſit, multi ſcitis; illi ſoli neſciunt, qui tunc aut nondum nati erant, aut nondum habebant ætatem ſciendi. Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & Epiſcopo ſene Valerio, Epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo: quod Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe, neſciebam, nec ipſe ſciebat. Quod ergo reprehenſum eſt in me, nolo reprehendi in filio meo. A populo acclamatum eſt: Deo gratias: Chriſto laudes. dictum eſt tredecies. Cumque reticeretur, Auguſtinus

Quid Valerius contra Nicænos can.

Epiſcopus

Digitized by Google

A Epiſcopus dixit:Erit presbyter(vt eſt)quando Deus voluerit,futurus Epiſcopus.Sed plane mo-
do facturus ſum,adiuuanre miſericordia Chriſti,quod adhnc vſque non feci.

Noſtis ante aliquot annos quid facere voluerim,& non permiſiſtis.Placuit mihi & vobis pro X.
pter curam Scripturarum quam mihi fratres & patres mei coepiſcopi duobus Concilijs Numi-
diæ & Carthaginis imponere dignati ſunt,vt per quinque dies nemo mihi moleſtus eſſet.Geſta
confecta ſunt.Placuit,acclamaſtis.Recitatur placitum veſtrũ & acclamatio veſtra. Paruo tpe ſer
natũ eſt circa me,& poſtea violenter irruptũ eſt;& nõ permittor,ad quod volo vacare.Ante meri
diẽ & poſt meridiẽ occupationibus hominũ teneor.Obſecro vos & obſtringo per Chriſtũ,vt huic
iuueni,huic presbytero Eradio quem hodie in nomine Chriſti deſigno ſucceſſorem mihi, patia
mini me refundere onera occupationum mearum.A populo acclamatum eſt:Iudicio tuo gratias
agimus.dictum eſt vicies ſexies.Cumq.reticeretur,Auguſtinus Epiſcopus dixit:Ego charitati &
beneuolẽtiæ veſtræ apud Dominum Deum noſtrum gratias ago:immo de illa gratias ago . Ergo,
fratres,quicquid eſt quod ad me perferebatur,ad illum perferatur.Vbi neceſſarium habuerit cõ
ſilium,meum non negabo auxilium.Abſit vt me ſubtraham:tamen quicqnid eſt,quod ad me per-
B ferebatur,ad illum perferatur.Ipſe me autẽ conſulat,ſi forte non inuenerit quid facere debeat;aut
poſcat adiutorem,quem nouit patrem:vt & vobis nihil deſit,& ego tandem aliquando,ſi quãtum *Cur Auguſti.*
cumque ſpatium mihi huius vitæ donauerit Deus,ipſam meam quantulamcumque vitam non dẽ *otium optet.*
ſegnitiei,neque donem inertiæ,ſed in ſanctis Scripturis,quantum ipſe permittit & largitur,exer-
ceam.hoc & ipſi proderit,& per ipſum etiam vobis.Nemo ergo inuideat otio meo, quod magnũ
habet negotium.

Video me de hac re,propter quam vos inuitaui,omnia vobiſcum egiſſe,quæ debui.Hoc vlti- XI.
mũ rogo, vt Geſtis iſtis dignemini ſubſcribere,qui poteſtis.Hic mihi reſpõſione veſtra opus eſt:
teneam reſponſionem veſtram:de hac aſſenſione aliquid acclamate.A populo acclamatum eſt :
Fiat,fiat.dictum eſt vicies quinquies.Dignum eſt,iuſtum eſt.dictum eſt vicies octies.Fiat,fiat.di-
ctum eſt quater decies.Olim dignus,olim meritus.dictum eſt vicies quinquies . Iudicio tuo gra-
tias agimus. dictũ eſt tredecies.Exaudi Chriſte,Eradium conſerua.dictum eſt octies decies.Cum
que reticeretur,Auguſtinus Epiſcopus dixit:Bene habet,vt ea quæ Dei ſunt,circa ſacrificium eius
agere valeamus:in qua hora ſupplicationis noſtræ,maxime commendo charitati veſtræ,vt omnes
C veſtras cauſas et negotia intermittatis,& pro iſta Eccleſia & pro me & pro presbytero Eradio Do
mino precem fundatis.] hucuſque eius diei & cauſæ Acta Eccleſiaſtica.

Erat autem Auguſtinus hoc tempore annum ætatis agens ſeptuageſimumſecundum,Epiſco- XII.
ſcopatus vero trigeſimumſecundum,prout ex ratione eius ætatis & ſedis ſuperius habita facile de *Subrogãdi ſuc*
duci poteſt.Vixit vero poſt hæc annos quatuor.Porro licentia iſta de ſubrogando ſibi ſucceſſore *ceſſoris cur po*
bene vſi ſunt complures ſancti Epiſcopi,cum quos ſanctiſſimos ſcirent, eos ad Epiſcopale munus *ſtea dempta fa*
deligerent. Excreſcente vero hominum iniquitate,cum ſucceſſionem Antiſtites refunderent in *cultas.*
propinquos, quos carnalis affectio,non meritorum excellentia commendaret ; proſcripta eſt ab
Eccleſia ſactis canonibus & decretis ſummorum Pontificum eiuſmodi ſucceſſores ſubrogandi
facultas.

Sed illud quærendum:Quodnam adeo magnum(vt ait)negotiũ iſtud fuit,propter qnod adeo XIII.
enixe poſtulauit otium?Quænam,rogo fuerunt poſt hæc S.Auguſtini in ſacris litteris elucubratio *Auguſtinus re*
nes,quarum cauſa curæ Epiſcopali(quod hactenus numquam fecerat)nuncium remiſit?Illud in *cognoſcit om-*
primis inſidebat eius menti negotium,quod iam plurimis ante annis conceperat animo,nempe, *nia ſua ſcripta*
D vt omnia ſua ſcripta recognoſceret,& quod minus recte dictum videri poſſet,ingenue retractaret.
Ad Marcellinum enim olim ſcribens,hæc ait [a]: Si mihi Deus,quod volo,præſtiterit,vt omium li a Aug.epiſt.7.
brorum meorum quæcumque mihi rectiſſime diſplicent,opere aliquo ad hoc ipſum inſtituto col
ligam atque demonſtrem:tunc videbunt omnes homines,quod non ſim acceptator perſonæ meę.]
hæc ipſe.Porro quod diu ante fuerat meditatus,numquam hactenus implere valuit.ſed cum nec
impleturus aliquando foret,quamdiu negotijs detineretur Epiſcopatus; vt rem adeo ſibi viſam
neceſſariam explere poſſet,eiuſmodi ſubſtituendi Eradium conſilium inijt, nec quidem ſine Dei
nutu,qnod iam impenderet ipſius ad Deum tranſitus:datum eſt enim ei a Deo ſpatium,quo ſalu-
berrimum mente conceptum opus conficeret.Hoc quidem anno & ſequenti duos illos Retracta-
tionum libros a S.Auguſtino conſcriptos eſſe,ex his quæ Poſſidius ſcribit,vt affirmemus, adduci-
mur:etenim ait,illis abſolutis;breui excurſo temporis ſpatio,contigiſſe Vuandalorum in Africam
irruptionem,quam quidem factam eſſe anno ſequenti dicemus.

Poſſidius igitur de his agens,hæc ait [b]: Ante proximum vero diem obitus ſui,a ſe dictatos XIV.
& editos recenſuit libros,ſiue eos quos primo tempore conuerſionis ſuæ adhuc laicus, ſiue quos b Poſſi. Vit.Au
E presbyter,ſiue qnos Epiſcopus dictauerat;& quæcumque in his recognouit aliter quam ſeſe habe guſt.c.28.
ret Eccleſiaſtica regula a ſe fuiſſe dictata,vel ſcripta,cum adhuc Eccleſiaſticum vſum minus ſci-
ret,minuſq.intelligeret,a ſemetipſo & reprehenſa & correcta ſunt.Vnde etiam duo ſcripſit volu-
mina,quorum eſt titulus,De recenſione librorum.Præreptos etiam ſibi quoſdam libros ante dili
gentiorem emendationem a nonnullis fratribus conquerebatur,licet eos poſtmodum emendaſ-
ſet.Imperfecta etiam quædam librorum ſuorum,præuentus morte,reliquit,&c.]addit enim ab eo
dem tunc ſcriptum fuiſſe commentarium,cuius eſt titulus,Speculum.

Magna plane debet exiſtimari felicitas,vt quæ quiſque elucubrauit,ante obitum regnoſcat . XV.
Meminimus dictum ſuperius,S.Hieronymum erubuiſſe ſenem quæ ſcripſerat adoleſcẽs.Scimus
S.Gregorium Nazianzenum doluiſſe hoc ſibi non licere,ob vrgentem iugiter morbum,& optaſ-
ſe id ipſum ab aliquo fideli amico præſtari.ſunt hæc eius verba,cum in morbum inuectus eſt:Situ
catieq.libri mei obſiti ſunt,lucubrationes meæ rudes adhuc & inchoatæ.Quibus quis tãdem ami
corũ vltimã manũ apponet?oĩa etiãnũ viuẽti mortua sũt.]hęc ipſe dolẽs. Magno ergo Dei bene-

ficio id cõceſſum eſt Auguſtino: qui de iiſdem Retractationibus ſuis,ſcribens ad Quoduultdeum A
diaconum Eccleſiæ Carthaginenſis,qui ab eo ſcribi petierat de Hæreſibus commentarium,memi
nit:vbi & quibus alijs detineretur hoc tempore occupatus ſcriptionibus,his verbis oſtendit [a]: Sed
ne quidem hoc potui, *nempe de Hęreſibus librum ſcribere*, talibus curis ſuperuenientibus impedi-
rus,a quibus omnino diſſimulare non poſſem: nam & me ab eo quod habebam in manibus,auer
terunt. Hoc autem eſt, vbi reſpondeo libris Iuliani, quos octo edidit poſt illos quatuor, quibus
ante reſpondi. Hos enim cum Romæ accepiſſet frater Alypius,nondum omnes deſcripſerat,cum
oblatam occaſionem noluit prætermittere, per quam mihi quinque tranſmiſit, promittens alios tres
cito ſe eſſe miſſurum, & multum inſtans,ne reſpondere differrem. Cuius inſtantia coactus ſum
remiſſius ſemper agere quod agebam,vt operi vtrique non deeſſem,vni diebus,alteri noctib. quan
do mihi ab alijs occupationibus hinc atque inde venire non deſiſtentibus parceretur.] hæc ipſe:
quem perſeueraſſe quidem in eiuſmodi ſcriptione in Iulianum vſque ad mortem,teſtatur Proſper
in Chronico,vbi agit de Auguſtini obitu. Quod vero ſpectat ad libros Retractationum,iſta ipſe
mox ſubdit:

a Aug. epiſt. ad Quoduultd. habetur t. 6 ante librum de hæreſ.

Libris Iuliani interpellatur Auguſtinus ab inſtituto.

XVI.

Quæ Auguſtinus ſuorum operũ retractauit,quæue prætermiſit.

Agebam vero rem plurimum neceſſariam: nam retractabam opuſcula mea, & ſi quid in eis B
me offenderet, vel alios offendere poſſet, partim reprehendendo, partim defendendo quod legi
deberet & poſſet, operabar: & duo volumina iam abſolueram, retractatis omnibus libris meis,
quorum numerum neſciebam, eoſque ducentos trigintaduos eſſe cognoui. Reſtabant epiſtolæ,
& tractatus populares, quos Græci homilias vocant: & plurimas epiſtolarum legeram, ſed ad-
huc nihil inde dictaueram,cum me iſti Iuliani libri occupare cœperant, quorum nunc quarto re-
ſpondere cœpi.quando ergo id explicuero,quintoque reſpondero,ſi tres non ſuperuenerint,diſpo-
no (ſi Deus voluerit) quæ poſcis,incipere;ſimul agens vtrumque,& hoc ſcilicet, & illud de retra-
ctatione opuſculorum noſtrorum,nocturnis & diurnis temporibus in ſingulis diſtributis.]hæc Au
guſtinus ad Quoduultdeum;qui & quæ pollicitus eſt,præſtitit,ſcripſitque de Hæreſibus,qui extat,
commentarium,& quidem certe hoc vel ſequenti anno: nam ſi ad annum poſt ſequentem ea ſcri-
ptione perueniſſet,quo cœpta eſt diuulgari Neſtorij hæreſis, eius haud dubium mentionem ha-
buiſſet. Sed tamen illud quod animo conceperat,minime præſtare licuit,nimirum vt quæ reliqua
eſſent ſuorum operum recognoſceret,& quæ opus haberent,retractaret; nam de alijs quæſtionib.
haud contemnendis ſibi ſcribendi oborta recens eſt occaſio:quænam illæ eſſent, operæpretiũ erit C
hic recenſere.

XVII.

Sed prius dubitationi illi occurrendũ:Cum conſtet teſtificatione Poſſidij,duos illos Retracta-
tionum libros ab Auguſtino abſolutos eſſe ante Vuandalicam cladem,quam liquet eſſe cœptam
anno ſequenti:quomodo accidit,vt idem S.Auguſtinus inter alia ſua opera retractaſſe ponat [b] li-
bros vigintiduos de Ciuitate Dei,cum eos vix poſt biennium abſoluiſſe,ipſius Auguſtini teſtifica-
tione liqueat? Etenim in fine decimioctaui libri cum dicat, interlapſos eſſe a Conſulatu Manlij
Theodori(quem contigiſſe vidimus anno Domini vndequadrigenteſimo) annos ferme trigiuta;
dicendum plane eſſet,poſt biennium eos vix abſolutos. Ne igitur Poſſidium mendacem eſſe veli-
mus;dicendum eſt,ipſum Auguſtinum intellexiſſe de libris illis nobiliſſimi commentarij, quos iã
ad illam vſque diem abſoluerat;poſuiſſe autem deinde integrum numerum vigintiduorum libro-
rum,quos poſtea non abſque cenſura reliquerit.

b Aug. Retract. lib. 2. c. 43.

Libri de Ciuitate Dei quando fuerint abſoluti.

XVIII.

Proſper Aquitanus & Hilarius Arelatẽſis laborant pro Auguſtino.

Quænam autem importune adeo in his occupatum offenderint Auguſtinũ,vt eum ab illis euo
carint,iam dicamus. Proſper Aquitanus,& Hilarius Arelatenſis,ambo ſancti Auguſtini ſtudioſiſſi
mi,hoc eodem tempore ſcripſerunt ad ipſum e Gallijs ſinguli ſingulas litteras,eaſdemq. prolixio- D
res,de quibuſdam quęſtionibus ab aduerſarijs ipſius Auguſtini in medium adductis. Ad has ergo
dubitationes ſoluendas,eidem diuertere opus fuit. Quod enim ad tẽpus ſpectat, ipſe Auguſtinus
hæc habet in primis [c]: Denique cum mea cuncta opuſcula retractarem,eamq. retractationẽ ſty-
lo proſequerer,cuius operis iam duos abſolueram libros,antequã ſcripta veſtra prolixiora ſumpſiſ
ſem,&c.]Rurſum vero poſteriori libro [d] Propterea (inquit) nunc facio libros,in quibus opuſcu-
la mea retractandi ſuſcepi,vt nec ipſum in omnibus me ſecutum fuiſſe demonſtrem:ſed profiten-
ter me exiſtimo,Deo miſerante,ſcripſiſſe,non tamen a perfectione cœpiſſe: quandoquidem arro-
gãtius loquor quam verius,ſi vel nunc dico me ad perfectionem ſine vllo errore ſcribendi iã iſta
ætate veniſſe. Sed intereſt,quantum & in quibus rebus erretur,& quam facile quiſq. corrigat, vel
quanta pertinacia ſuum quiſque defendere conetur errorem. Bonæ quippe ſpei eſt homo, ſi eũ ſic
proficientem dies vltimus vitæ huius inuenerit,vt adijciantur ei quæ proficienti defuerunt,& per-
ficiendus quam puniendus potius iudicetur.]hæc ipſe,& notatu quidem digniſſima.

c Auguſ. ad Proſper de prædeſt. ſanct. c. 3.

d Aug. ad Proſp de bono perſeuer. lib. 2. c. 21.

XIX.

Qui igitur ad Auguſtinum ea ſcripſerunt Proſper & Hilarius,nondum erant Epiſcopi: ideo
eos Auguſtinus filios,non autem fratres appellat,ſicut & Cæleſtinus Papa, cum de iiſdem ſcripſit E
ad Epiſcopos Galliarum [e]: quando autem contigerit creari Epiſcopos,ſuo loco dicetur. Errare
ergo ſcias auctorem,qui in præfatione ad dictas ipſorum epiſtolas affixa,eoſdem Epiſcopos nomi
nat;additumq. id eſſe ſuperfluo in epiſtola Proſperi ad Auguſtinum. Quænam autem fuerint tur-
bæ iſtæ contra S. Auguſtini ſcripta in Gallijs concitatæ, ex iiſdem vtriuſque litteris, aliorumque
ſcriptis perfacile intelligi poteſt:nimirum accidiſſe,vt cum perueniſſent in Gallias ſcripta S. Augu
ſtini aduerſus Pelagianos;nonnulli qui Pelagio ſtuduiſſent, inter quos adnumerabatur Ioannes
Caſſianus presbyter Eccleſiæ Maſſilienſis,cognomento Collator,ea carpere,acriterq. inſectari cœ
perint. Inſurrexerunt vero pro eiſdem ſcriptis pcipui defenſores viri eruditiſſimi (quos diximus)
Proſper & Hilarius,quorũ prior commercio litterarũ tantum Auguſtino notus erat,Hilarius au-
tem ſe viſum eſſe Auguſtino magiſtro teſtatur. De ſe enim ita Proſper in dicta epiſtola ad Auguſti-
num: Ignotus quidem facie, ſed iam aliquatenus (ſi reminiſceris) animo & ſermone compertus:
nam per ſanctum fratrem meum Leontium diaconum miſi epiſtolas & recepi,&c.]qui & inferius
de Hilario

e Cæleſt. epiſ. 8.

Ioannes Caſſianus impugnat Auguſtini opera.

Hilarius & Proſper defenſores Auguſtini.

A de Hilario iſta habet: Vnum eorum præcipuæ auctoritatis, & ſpiritualium ſtudiorum, ſanctum Hi-
larium Arelatenſem ſciat beatitudo tua admiratorem, ſectatoremq. in alijs omnibus tuæ eſſe do-
ctrinæ.] De ſe vero ipſe Hilarius Auguſtini diſcipulus ita in ſuis litteris: Nolo autem, ſanctitas tua
ſic me arbitretur ſcribere, quaſi de his quæ nunc edidiſti, arbitretur hæc ſcribere, quaſi de his du-
bitem. Sufficiat mihi pœna mea, quod a præſentiæ tuæ delicijs exulatus, vbi ſalubribus tuis vberi-
bus nutriebar, non ſolum abſentia tua crucior, verum etiam peruicacia quorumdam, qui non tan
tum manifeſta reſpuunt, ſed etiam non intellecta reprehendunt, &c.]

Quænam fuerint, quæ a Pelagianis, clam ſub Catholico nomine latentibus, obijcerentur, ex XX.
ijſdem eorum litteris intelligere potes, ea nimirum quæ S. Auguſtinus ſcripſiſſet de vocatione &
pœnitentia electorum, deq. gratia præueniente, quam a voluntate hominum præueniri iactabant,
& alia his cognata, vt idem qui ſupra S. Proſper pluribus ea epiſtola ſignificauit: præſtitit id ipſum
Hilarius Arelatenſis, plura addens. Quibus omnibus acceptis, Auguſtinus hiſce diebus ad ea elu-
cidanda, & aduerſariorum obiectiones confutandas conuerſus, in altum pelagus ingenij vela pan-
dit; inſpiranteq. diuino Spiritu, duos ad eoſdem conſcripſit libros, alterum inſcriptum de Præde-
B ſtinatione ſanctorum, alterum verum de Bono perſeuerantiæ: ad cuius finem eiuſmodi conteſta-
tionem appoſuit: Qui legunt hæc, ſi intelligunt, agant Deo gratias. Qui autem non intelligunt, o- *S. Auguſtini*
rent vt eorũ ille ſit doctor interior, a cuius facie eſt ſcientia & intellectus. Qui vero errare me exi- *modeſtia &*
ſtimant, etiam atque etiam quæ ſunt dicta conſiderent, ne fortaſſis ipſi errent. Ego autem cum p *humilitas.*
eos qui meos labores legunt, non ſolum doctior, verum etiam emendatior fio, propitiũ mihi Deũ
agnoſco, & hoc per Eccleſiæ doctores magis expecto, ſi & in ipſorum manus veniunt, dignentuq.
noſſe quæ ſcribo.] hæc ipſe, digna quidem S. Auguſtini modeſtia, animiq. eius admirabili cum ſum
miſſione verecundia: vt plane, niſi aliunde, ex his ſaltem intelligere valeas, afflatum ipſum diuino
Spiritu illa ſcripſiſſe: cum non ſuper quempiam alium, quam ſuper humilem, quietum, & tremen-
tem ſermonem Dei, diuinum affore numen, Deus per Prophetam [a] fuerit conteſtatus, ſicut & Ia- a Iſai. 46. ſecundum lxx.
cobus docuit, vbi ait [b]: Quæ de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifi- b Iacob. 3.
ca, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, &c.] at longe longius, dicam, & quam longiſſime abeſt,
vt quid huiuſmodi in aliquo reperiatur hæretico.

Sed & hic obiter attingenda quæ Hilarius Arelatenſis inter alia S. Auguſtino voluit innoteſce XXI.
C re, adiecta ad epiſtolam eiuſmodi appendice: Sciat ſanctitas tua, fratrem meum, cuius maxime cũ
hinc diſceſſimus, cum matrona ſua ex conſenſu perfectam Deo continentiam deuouiſſe. Vnde ro-
gamus ſanctitatem tuam, vt orare digneris, quo hoc ipſum in eis Dominus confirmare & cuſtodi
re dignetur.] hæc Hilarius. At quiſnam fuerit iſte germanus eius, adhuc me latet: de ſorore vero ip
ſius, Pimeniola nomine [c], nupta Lupo viro illuſtri, eadem de dicata ab eis Deo ex conſenſu ca- c Acta S. Lupi apud Sur. die 29. Iulij.
ſtitate narratur hiſtoria, cum contigit eoſdem pios coniuges poſt ſeptennium amore perfectioris
vitæ ſe inuicem ſeparaſſe, ſanctumq. coniugem Lupum ſub S. Honorato abbate cœnobij Lirinen- *De Pimeniola*
ſis vitam monaſticam excoluiſſe, inde vero a Trecenſibus ad Epiſcopatum aſſumptum mira ſan- *& Lupo.*
ctitate claruiſſe. Hic namq. ille Lupus collega S. Germani in legatione Britannica aduerſus Pela-
gianos ſuſcepta, de qua ſuo loco inferius pluribus dicturi ſumus.

Hic ille Lupus, quem tot tantiſq. præconijs celebrat Sidonius Apollinaris, cum ipſe creatus E XXII.
piſcopus ad eũ ſcribit in Epiſcopatu nouem iam luſtra perfunctum, cuius monitis haud parum Si
donius ipſe profecerat. At quantus hic (quod eſt admiratione dignum) euaſerit ex homine coniu-
gato ſacerdos, hæc modo obiter ex ipſius Sidonij epiſtolæ exordio accipe [d]: Benedictus Spiritus d Sid. li. 6. ep. 1.
D ſanctus, & Pater Dei omnipotentis, quod tu pater patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum, & alter ſæ-
culi tui Iacobus, de quadam ſpecula charitatis, nec de inferiore Hieruſalem tota Eccleſiæ Dei no-
ſtri membra ſuper inſpicis.] & inferius: Poſt deſudatas militiæ Lirinenſis excubias, & in Apoſtoli-
ca ſede nouem iam decurſa quinquennia, vtriuſq. ſanctorum ordinis te conclamatiſſimum primi
pilarem ſpiritualia caſtra venerentur, &c.] hæc de ipſo, quem quidem mirifica ſanctitate conſpi-
cuum omnium Galliarum Epiſcopi intuebantur & venerabantur, cum eum omnes (vt idem ait)
ſcirent eſſe normam morum, & columnam virtutum. Sed de Lupo hæc modo ſatis, occaſione eius
coniugis S. Pimeniolæ ſororis Hilarij: libuit namq. ex fructibus poſtea editis, arboris plantationẽ
laudibus illis a maioribus dictis proſequi. Quod vero ad Hilarium, de quo agitur, pertinet: com- *De Hilario &*
mendat ipſum inter alia vna cum S. Petronio Bononienſi S. Encherij [e] illud elogium: Hilarius nu *Petronio.*
per, & de Italia nunc Antiſtes Petronius, ambo ab illa pleniſſima (vt aiunt) mundanæ poteſtatis ſe e Eucher. ad Valerianum epiſt.
de, vnus in religionis, alius in ſacerdotij nomen aſcendit.] hæc Eucherius, cũ creatus eſt Petronius
Epiſcopus Bononienſis, perſeuerante Hilario in vita monaſtica.

Sed redeamus ad Proſperum, qui his temporibus pro defenſione ſcriptorũ S. Auguſtini exur- XXIII.
E gens acerrimus propugnator, aduerſus eos quoque qui clam (quod palam non auderent, damna- *Graues contra*
ta iam hæreſi Pelagiana) in S. Auguſtinum adeo inuerecunde obloquerentur, vt in eum Ethniciſ- *Auguſtinũ ca*
mum necnon Manichæiſmum calumnioſe nimis impingerent: contra hos, inquã, S. Proſper iniens *lumnia.*
ipſe certamen, primum omnium hos fuiſſe Pelagianos oſtendit aperte in commentario quem ad
Ruffinum conſcripſit, demonſtrans inſuper Auguſtini doctrinam ab vniuerſa Catholica Eccleſia
eſſe receptam, illorum vero vbique damnatam: de his enim hæc ait [f]: Has autem verſutias, quib. f Proſp. de lib. arbitr.
ſe filij tenebrarum in ſimilitudinem filiorum lucis transfigurare voluerunt, cũ & Oriẽtalium Epi
ſcoporum iudicia, & Apoſtolicæ ſedis auctoritas, & Africanorum Conciliorum vigilantia depre- *Auguſtini ce-*
henderit: beatiſſimus quoque Auguſtinus, præcipua atque hoc tempore portio Domini ſacerdo- *lebritas.*
tum, copioſe & pulchre in multis voluminum diſputationibus deſtruxit; vtpote inter multa Dei
dona, quibus illum abundantiſſime Spiritus veritatis impleuit, habens etiam hanc ſcientiæ & ſa-
piẽtiæ ex Dei charitate virtutem, vt non ſolum iſtam (*Pelagianam hæreſim ſcilicet*) adhuc in ſuis de-
truncationibus palpitantem, ſed etiam multas prius hæreſes victoria verbi debellaret. Cui inter

tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Eccleſiæ, & ad gloriã A Chriſti qua ipſe illuſtratus eſt perfulgenti, quidam noſtrorum (quod de ipſis multum dolendum eſt) occultis, ſed non incognitis ſuſurrationibus obloquuntur, & prout ſibi obnoxias aliquorũ aures, opportunaſq. repererint, ſcripta ipſius, quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant, dicentes eum liberum arbitrium penitus ſubmouere, & ſub gratiæ nomine neceſſitatem prædicare fatalem: adijcientes etiam, duas illum humani generis maſſas, & duas credi velle naturas, vt ſcilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum adſcribatur impietas.

XXIV.
In aduerſarios Auguſtinũ impugnantes.

Quæ ſi vera ſunt: cur ipſi tam negligentes, ne dicam tam impij ſunt, vt tam abruptam perniciẽ ab Eccleſia repellant? tam inſanis prædicationibus non reſiſtant? nec ſaltem aliquibus ſcriptis eũ, a quo talis emanat doctrina, conueniant? Magna enim gloria ſua humano generi conſuluerint, ſi Auguſtinum ab errore reuocauerint. Immo nouerunt, nõ ſolum Romanam Africanamque Eccleſiam, & per omnes mundi partes, vniuerſos promiſſionis filios cum doctrina huius viri, ſicut in tota fide, ita in gratiæ confeſſione congruere: ſed etiam in ipſis locis, in quibus aduerſus eum querimonia concitatur, eſſe, propitio Deo, plurimos, qui ad perceptionem Euangelicæ Apoſtolicæque doctrinæ ſaluberrimis eius diſputationibus imbuuntur, & quotidie in mẽbris corporis Chriſti (in B quantum ea ipſe multiplicat) dilatantur. Si recte reprehendimur, cur non conſtanter arguimur? Si arguendi non ſumus, cur occulta obtrectatione mordemur? Sed quis neſcit, cur iſta priuatim de ſtomacho garriant, & publice de conſilio conticeſcant? Volentes enim in ſua iuſtitia magis quam in Dei gratia gloriari, moleſte ferunt, quod his, quæ aduerſus excellentiſſimæ auctoritatis virum inter multas collationes aſſeruere, reſtitimus, &c.] hæc & alia Proſper aduerſus huiuſmodi ſuſurrones. Sed de his modo hactenus. Quę autem per aduerſarios poſt obitum S. Auguſtini aduerſus eius ſcripta excitata ſunt prœlia, ſuo loco dicemus. Iã vero quæ huius anni ſunt reliqua proſpequamur.

XXV.
Patroclus Epiſcopus Arela. occiditur. Honoratus ſubſtituitur.
a Marty. Rom. die 15. Auguſt.

His ipſis Conſulibus (inquit Proſper in Chronico) Patroclus Arelatenſis Epiſcopus a Tribuno quodam barbaro vulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occultam iuſſionem Felicis Magiſtri militum referebatur, cuius impulſu traditur etiam Titus diaconus vir ſanctus, Romæ pecunias diſtribuens, interfectus.] hæc ipſe. Ceterum longe diſpar vtrinſque conditio & cauſa necis. Etenim Titus vir ſanctus (vt ait) inter ſanctos adſcriptus eſt martyres [a]. Patroclus autem ſuorum ſcelerum, vltore numine, pœnas dedit; quippe qui (vt ſuo loco ſuperius dictum eſt) pulſo Herote viro digno, alienam ſedem violentus inuaſit, & vicinorum Epiſcoporum (vt patet ex epiſtola Bo C nifacij Romani Pontificis) iura turbauit. Succeſſit autem Patroclo S. Honoratus abbas Lirinenſis cœnobij, quem S. Eucherius primo Inſulanum, inde vero magiſtrum Eccleſiarum appellat, cum ad Salonium ſcribit. Laudat eum etiam Sidonius Apollinaris in carmine ad Fauſtum. Porro res ab eo geſtæ ſcriptis commendatæ ſunt ab eius ſucceſſore Hilario, ſed plane perierunt: quæ enim extant tribus conſcripta libris, alterius potius, quam Hilarij eſſe, in Notis diximus. Sed de Hilario inferius pluribus.

Felix dat pœnas ſcelerum.
b Proſp. in Chr.

Verum quod ad Felicem Magiſtrum militiæ ſpectat, qui adeo nefaria ſcelera patrauit, haud inultus abijt: occiſus enim eſt vna cum vxore ab Aetio Magiſtro militum poſt triennium, vt auctor idem eſt Proſper; qui item de Felice tradit, eius opera indictum fuiſſe bellũ in Africa aduerſus Bonifacium Comitem illic cum exercitu agentem [b]. Sed id anno ſequenti contigiſſe, cum idem Proſper affirmet, de his ſuo loco agemus.

IESV CHRISTI ANNVS 427. CÆLESTINI PAP. ANNVS 4. THEODOSII 20. VALENTINIANI 3. IMPP. D

I.
* Artaburis ex veteri inſcri. in baſilica S Pauli Romæ.
Bonifacius Comes calumnijs preſſus.

ADuenit annus Domini quadringenteſimus vigeſimuſſeptimus, Conſulatu Hierij & Ardaburij [*] inchoatus, Africanæ prouinciæ funeſtus, primum quidem ob bellum inuidia Felicis Magiſtri militum Bonifacio Comiti cũ exercitu in Africa agenti illatum; de quo Proſper in Chronico, his Conſulibus, ita habet: Bonifacio, cuius potentia gloriaq. in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire annuerat, publico nomine illatum eſt, ducibus Mauortio, & Galbione, & Sinoce, cuius proditione Mauortius & Galbio, cum Bonifacium obſiderent, interẽpti ſunt; moxq. ipſe a Bonifacio dolo detectus, occiſus eſt. Exinde gentibus, quæ vti nauibus neſciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare paruum factum eſt: belliq. contra Bonifacium cœpti in Sigiſuultum Comitem cura tranſlata eſt.] hæc Proſper.

II.
Aetius calumniator & proditor.
c Paul. diac. hiſt. Miſcel. lib. 14.

Verum hæc non Felici, ſed Aetio apud hiſtoriam Miſcellam, quæ Paulo diacono adſcribitur, tribuuntur; eiuſq. traditur dolo & inſidijs factum, vt Bonifacius apud Imperatorem male audiret. E res autem geſta ſic ibi narratur [c]: Cum Bonifacius principatum Occidentalis Libyæ percepiſſet, & apud Africam potentia gloriaq. augeretur; inuidia inflammatus Aetius accuſationem facit aduerſus Bonifacium, tanquã rebellionem meditantem, & obtinere Libyam ſatagentẽ. Et hæc quidem Placidiæ fatebatur, q̃ fuit mater Valentiniani. Ceterum Bonifacio ſcribit: Si accerſitus fueris, accedere noli: accuſatus enim es, & te doloſe vocant Imperatores. Hæc ſuſcipiens Bonifacius, & veluti proprio ſeruo Aetio credens, accerſitus accedere diſtulit. Tũc Imperatores Aetium quaſi deuotum recipiunt, & aduerſus Bonifacium Mauortius & Galbio mittuntur.] reliqua vt ſupra. Porro anſa Bonifacium accuſandi, & in ſuſpicionem adducendi apud Imperatorem, ea æmulis tributa eſt, quod cum eidem Bonifacio iuſſu eiuſdem Imperatoris proficiſcendum fuiſſet in Hiſpaniam, ibi affinem Vuandalorum Regibus vxorem duxerat, eoſdemque barbaros ſibi fœdere nuptiarum obſtrinxerat. Vnde facile fuit, Imperatori perſuadere, aliquid ipſum in Romanum Imperium machinari. Quamobrem ſtatuit vt aduerſus eum bello decerneret, dictoſq. duces in Africam mitte-

Digitized by Google

A ret. Quorum plane aduentu nonnihil perculſus animo Bonifacius, ad S. Auguſtinum has litteras
dedit, de belli euentu ſolicitus [a]: a Apud. Auguſt. in append. ep. 42.

Domino venerabili ſancto patri Auguſtino Epiſcopo Bonifacius.

Graue nobis eſt bellum. Inimici mucro noſtra pectora pulſat. Deo funde preces, vt ſoles: tua ſit III.
nobis comes oratio. Rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & ſidera terreant. Hoſtium clamor *Bonifacius vallatus hoſtibus auxilium implorat ab Auguſt.*
immanis adeſt: ſed his non terremur. Nouimus enim iſta non hodie. Ergo, venerande Chriſti ſa-
cerdos, pete Deum, vt iacula in hoſtes dirigat noſtra, ac ſe ipſi trucident mutua cęde.] hæc breuiter
Bonifacius ad Auguſtinum magna fiducia: qui ad ad eum iſta pauciora reddidit [b]:

Domino & ſpectabili viro Bonifacio Auguſtinus Epiſcopus.

Graui de pugna conquerereris. Dubites nolo. Vtile tibi, tuiſq. dabo conſilium: arripe arma: b Auguſt. epiſt. 13. in append.
oratio aures pulſet auctoris; quia quando pugnatur, Deus apertis cælis proſpectat, & parti quam
aſpicit iuſtam, dat palmam.] hæc Auguſtinus.

Cum vero res ex ſententia accidiſſet, vt duces Mauortius & Galbio proditione Sinodicis oc-
ciderentur; Bonifacius Deo hæc omnia accepta ferens, rurſus ad eumdem S. Auguſtinum hæc
B ſcripſit [c]: c Ibid. epiſt. 14.

Domino venerabili S. Patri Auguſtino Epiſcopo Bonifacius.

Manus ſuperba, Deo iuuante, cecidit, quæ ante paululum audax gladium erecta portabat. IV.
Multi ex aduerſis ceciderunt: de noſtris autem, Chriſto iuuante, nullus eſt vulneratus. Ora igitur,
venerabilis Papa, vt talis de inimicis vltio ſæpe præcedat.] iſta ipſe: ad quæ hæc Auguſtinus re-
ſcripſit, cum ægrotaret [d]: d Ibidē epiſt. 15.

Domino inſigni meritoq. ſublimi filio Bonifacio Auguſtinus Epiſcopus.

Lecto me vacare, nobilitatem tuam latere nō credo: vltimumq. diem mihi exopto venire. Gau
deo tuæ victoriæ. Ciuitatem, quæſo, ſerua Romanam: tuos vt bonus reges Comes. Nihil de viribus
proprijs præſumas. De auctore gloriare virtutū, & nullum curabis penitus inimicū. Vale. Sed ad
eum rurſum ſic Bonifacius quam religioſiſſime [e]: e Ibid. epiſt. 16.

Numquam Diuinitas preces & lacrymas deſpicit peccatorum. Cupis ipſe quidem de hac vita
ſecurus ad cæli regna migrare: ſed nobis opus es, feſſis in tantis adhuc periculis conſtitutis. Itaque
ora nobiſcum, vt tua nobis ſalus aliquantulum temporis condonetur.] hactenus ad Auguſtinum
C Bonifacius. V.

Scimus quidem perbreues has litteras, ob Laconicum ſcribēdi genus, præter Auguſtini morē
ab aliquibus non creditas ipſius eſſe. Sed ſi quis perſonam ad quam ſcripſit, & tempora exacte cō
ſideret, nempe Bonifacium perduelem Romani Imperij declaratum, ad eumq. eo tempore Augu
ſtinum ſcribere: certe quidem omnis adhibenda ipſi fuit induſtria, ne ad illum iſta ſcripſiſſe ſcire
tur: vnde non ſolum a conſueta ſcribendi forma receſſiſſe oportuit, ſed (vt aſſolet) notis Bonifacio
tantum perſpicuis litteras exaraſſe. ſecus autem accidit, cum idem Bonifacius ab eo reprehendē-
dus fuit, cum nulla Auguſtinus potuiſſet nota ſuſpicionis inuri, quod ad rebellem Imperij ſcripſiſ
ſet. Verum (quod diximus) etſi quis contentioſe nimis Auguſtinum eſſe neget; haud (ſi prudēs eſt)
inficias ierit, eaſdem epiſtolas eſſe germanas ab omni prorſus fictione remotas, ab aliquo alio A-
fricanorum Epiſcoporum conſcriptas, vt ſuperius diximus, Aurelio, aut Alypio.

Sed quid poſt hæc accidit? Cum (vt vidimus ex Proſpero) eiuſdem belli cura Sigiſuulto Comi VI.
ti legata eſſet, idemq. valentioribus copijs aduerſus Bonifacium exercitum comparaſſet: proprijs
diffidens viribus ipſe Bonifacius quid præſtiterit, apud Paulum diaconum [f] ſic res geſta narra- f Paul. diac. hiſt. Miſcel. lib. 14.
D tur: Bonifacius igitur ſentiens ſe non poſſe tuto Africam tenere, cernenſq. ſibi periculum inſtare *Bonifacius nauigat in Hiſpaniam ad Vuādalos & Alanos.*
in perniciem totius Reipub. efferueſcens, transfretans e Libya in Hiſpaniam, ad Vuandalos, Ala
noſq. venit. Cumq. Modegiſclum inueniſſet mortuū, & filios eius Gunthariū & Genſericū Imperiū
moderantes, hortatus eſt, vt Hiſpaniam, Libyamq. in tres partes diuiderent. Qui polliciti ſunt, vni
cuique parti ſe vna cum ipſo principaturos, in communi tamen in quemlibet hoſtem vlturos. In
talibus ergo profeſſionibus Vuandali, Alaniq. fretum tranſeuntes, Libyam habitauerunt; & cun-
ctam pene Africam ferro, flamma, rapinis crudeliſſime deuaſtantes, inſuper Catholicam fidem
Ariana impietate ſubuerterunt.] hæc ibi. Ex litteris etiam poſtea a S. Auguſtino ad eum ſcriptis li
quet ipſum Bonifacium nauigaſſe: ex quibus redarguas Procopium affirmantem [g], non ipſum, g Procop. de Vuandal. lib. 1.
ſed eius germanos in Hiſpaniam miſſos eſſe, & Vuandalos infauſte nimis in Africam conuocaſſe:
quod hoc anno, iiſdem Conſulibus, contigiſſe, Proſper notat in Chronico: niſi vtrumque accidiſſe
dixerimus, diuerſorum temporum habita ratione.

Quo tandem (proh dolor!) deſperatio virum alioqui pium adegit! Cum enim ſe calumniis op VII.
preſſum, caputq. ſuum infatigabili ſtudio, ſummaq. potentia peti cerneret: iamq. ſciret omnē pror *Bonifacius in immania lapſus facinora.*
E ſus ſibi clauſam eſſe viam excuſandi ſe apud Imperatores, quos magis magiſq. recentioribus Ro-
mani exercitus cladibus exaſperaſſet: adeo enormia & homine Chriſtiano prorſus indigna & in
decora patrauit, vt infelix ſibi in primis, ac toti Africæ, Eccleſiæq. Catholicæ immenſum parturię-
rit malum. Sed vnde ipſi, vt vel talia cogitaret, malorum origo? Deſciuerat iam miſer a priſtina pie
tate, morumq. probitate, in qua hactenus ſe S. Auguſtini monitis continuerat, & in dies magis ma-
giſq. profecerat: ſed in vitia iam prolapſus enormia, didicit miſer experimento, quam malum & a-
marum [h] eſſet, dereliquiſſe Dominum Deum, quem ante ſanctis demerens operibus, expertus ſę h Hierem. 2.
pius ſuum fuerat protectorem, & hoſtium appetentium fuiſſe vltorem.

Ante hæc autem, accidit, vt cum ad ſe defendendum aduerſus ęmulos totis viribus Bonifacius VIII.
intentus eſſet, bellis ciuilibus Romanis inter ſe exercitibus confligentibus, barbari Africani in fi- i Aug. epiſt. 70.
nitimos populos Romano Imperio ſubditos graſſarentur. Hæc miſeratus Auguſtinus, ad ipſum *Auguſtinus*
Bonifacium in deterius prolabentem, vt eum ad meliorem frugem reuocaret, epiſtolam ſcripſit, *admonet Bonifacium.*
in cuius exordio poſt alia iſta habet [i]: Scio non deeſſe homines, qui te ſecūdum vitam mundi hu

ius

Digitized by Google

ius diligunt,& ſecundnm ipſam tibi dant conſilia,aliqnando vtilia,aliquando inutilia:q: la homi A
nes ſunt,& ſicut poſſunt,ad præſens ſapiunt,neſcientes quid contingat ſequenti die.Secundũ Deũ
ne pereat anima tua,non facile tibi quiſquam conſulit:non quia deſint qui hoc faciant, ſed quia
difficile eſt inuenire,quando tecum iſta poſſint loqui. Nam & ego ſemper deſideraui,& numquam
inueni locum vel tempus,ut agerem tecum quod me agere oportebat cum homine,quem multum
diligo in Chriſto.Scis autem,qualem me apud Hipponem videris, qnando ad me uenire dignatus
es,quia vix loquebar,imbecillitate corporis fatigatus.Nunc ergo,fili,audi me ſaltem per litteras
tibi ſermocinantem,quas in periculis tnis numquam tibi mittere potui, periculum cogitans perla
toris,& cauens,ne ad eos,ad quos nollem,mea epiſtola perueniret.]vides ex his Auguſtini in ſcrã
bendo cautelam:vt non mireris,ſi in aliis perbreuibus ad eum datis epiſtolis conſuetam mutaue-
rit dictionem . Sed ſubdit : Vnde peto , vt ignoſcas , ſi me putas plus timuiſſe, quam debui:
tamen dixi quod timui . Audi ergo me , immo Dominnm noſtrum per miniſterium infirmita-
tis meæ.

IX. *Boniſacij Sanctum propoſitum.*

Recole qnalis fueris,adhnc in corpore conſtituta religioſæ memoriæ priore coniuge tua,& re-
centi eius obitu,quomodo tibi vanitas huius ſæculi horruerit,& quomodo cupieris ſeruitutẽ Dei. B
Nos nouimus,nos teſtes ſumus,quid nobiſcum apud Tubunas de animo & volnntate tua fueris
collocutus:ſoli,enim eramns ego & frater Alypius. Non enim exiſtimo tantum valuiſſe terrenas
curas,quibus impletus es,vt hæc de memoria tua penitua delere potuerint. Nempe omnes actus
publicos,quibus occupatus eras,relinquere cupiebas,& te in otinm ſanctum conferre,atque in ea
vita viuere,in qua ſerui Dei monachi viuunt. Vt autem non faceres,quid te reuocauit? quia conſi-
deraſti, oſtendentibus nobis,quantum prodeſſet Chriſti Eccleſiis quod agebas,ſi ea ſola intentio-
ne ageres,vt defenſæ ab infeſtationibus barbarorum quietam & tranqnillam nitam agerẽt (ſicut
a 1.Tim.2. dicit Apoſtolus [a]) in omni pietate & caſtitate:tu autem ex hoc mũdo nihil quæreres,niſi ea quæ
neceſſaria eſſent huic vitæ ſuſtentandæ tuæ ac tuorum,accinctus baltheo caſtiſſimæ continentiæ,&
inter arma corporalia ſpiritualibus armis tutius ac fortius munitus.

X. b Rom.13 *Boniſacij multiplices errores.*

Cum ergo te eſſe in hoc propoſito gauderemus,nauigaſti,vxoremq.dnxiſti:ſed nauigaſſe,obe
dientiæ fuit,quam ſecundum Apoſtolum [b] debebas ſublimiotibus poteſtatibus:vxorem autem
non duxiſſes,niſi ſuſceptam deſerens continentiam,concupiſcentia victus eſſes.Quod ego cum cõ
periſſem(fateor)miratus obſtnpui:dolorẽ autem meum;ex aliqua parte conſolabatur,quod audi- C
ui te illam ducere noluiſſe,niſi prius Catholica fuiſſet facta. Et tamen hæreſis eorum,qui verum Fi
lium Dei negant,tantum præualuit in domo tua,vt ab ipſis filia tua baptiaaretur. Iam vero ſi ad
nos non falſa perlata ſunt(quæ vtinam falſa ſint)quod ab hæreticis etiam ancillæ Deo dicatæ re-
baptiaatæ ſint;quãtis tantum malum plangendum eſt fontibus lacrymatum? Ipſam quoque vxo
rem non tibi ſuffeciſſe,ſed concubinarum neſcio quorum commixtione pollutum,loquuntur ho-
mines,& forſitan mentiuntur. Iſta omnibus patent & tot & tanta mala,quæ te,poſteaquam coniu
gatus es,conſecuta ſunt.Quid dicam? Chriſtianus es,cor habes,Deum times:tu ipſe conſidera quę
volo dicere; & inuenies de quantis malis agere debeas pœnitentiam:propter qnam tibi credo Do
minum parcere,& a periculis omnibus liberare,vt agas eam ,ſicut agenda eſt.Sed ſi illud audias
c Eccl.5. quod ſcriptum eſt [c]: Ne tardes conuerti ad Dominum,neque differas de die in diem.

XI. *Euacuat excuſationes Boniſacij.*

Iuſtam quidem dicis habere te cauſam;cuius iudex ego non ſnm;quoniam partes ambas au-
dire non poſſum.Sed qualiſcumque ſit canſa tua(de quo modo quærere & diſputare non opus eſt)
numquid coram Deo potes negare,quod in iſtam neceſſitatem non perueniſſes, niſi bona ſæculi
huius dilexiſſes:quæ tamquam ſeruus Dei,quem te ante noueramns,contemnere omnino & pro D
nihilo habere debuiſti:& oblata quidem ſumere, vt ea vtereris ad pietatem, nõ autem negata vel
delegata ſic quærere, vt propter illa in iſtam neceſſitatem dnceretis,vbi cum amantur vana, per-
petrantur mala, pauca quidem a te,ſed multa propter te:& cum timentur quæ ad exignnm tem-
pus nocent,ſi tamen nocent,committuntur ea quæ vere in æternum noceant? De quibus vt vnum
aliquid dicam;quis non videt,qnod mnlti homines tibi cohæreant ad tuendam tum potentiã & ſa
lutem;qui etiam ſi tibi omnes fideles ſint,nec ab aliquo eorum vllæ timeantur inſidiæ;nempe tamẽ
ad ea bona,quæ ipſi quoque non ſecundum Deum, ſed ſecundum ſæculum diligunt,per ſe cupiũt
peruenire;ac per hoc qui refrenare & compeſcere deſiuiſti cupiditates tuas, explere cogeris alie
nas:quod vt fiat,neceſſe eſt vt multa quæ Deo diſplicent fiant, nec ſic tamẽ explentur tales cupidi
tates.]& paulo poſt:Quando ergo poteris tot hominum armatorum,quorum fouenda eſt cupidi-
tas,timetur atrocitas;quando(inquam)poteris eorum concupiſcentiam,qni diligunt mundum ,
non dico ſatiare(quod fieri nullo modo poteſt)ſed aliqua ex parte paſcere,ne vniuerſa plebs pe-
reat,niſi tu facias quæ Deus prohibet,& facientibus comminatur? Propter quod vides tam multa
contrita,vt iam vile aliquid quod rapiatur,vix inueniatur. E

XII. *Barbarica clades in Africa.*

Quid autem dicam de vaſtatione Africæ,quam faciunt Afri barbari,reſiſtente nnllo, dum tu
talis tuis neceſſitatibus occuparis,nec aliquid ordinas,vnde iſta calamitas auertatur? Qnis autem
crederet,quis timeret,Bonifacio Domeſticorum & Africæ Comite in Africa conſtituto cum tam
magno exercitu & poteſtate,qui Tribunus,cum pancis fœderatis ipſas gentes expugnando & ter
rendo pacauerat, nunc tantum fuiſſe barbaros auſuros, tantum progreſſuros, tanta vaſtaturos,
tanta rapturos,tanta loca,quæ plena populis fuerant,deſerta facturos? Qui non dicebant,quando
cumque tu Comitiuam ſumeres poteſtatem,Afros barbaros non ſolum domitos, ſed etiam tribu
tarios futurus Romanæ Reipublicæ? Et nunc quam in contrarinm verſa ſit ſpes hominnm , vides
nec diutius hic tecum loquendum eſt,quia plus tu potes ea cogitare, qnam nos dicere. Sed forte
ad ea reſpõdes:illis hoc eſſe imputandnm,qui te læſerunt,qui tuis officioſis virtutibus non paria
ſed contraria reddiderunt.quas cauſas ego audire & iudicare non poſſum. Tuam cauſam potius
aſpice & inſpice,quam non cum hominibus quibuſlibet,ſed cum Deo habere te cognoſcis,quia in

Chriſto

A Chriſto fideliter viuis;ipſum timere debes ne offendas.Nam ego cauſas ſuperiores potius atten
do:quia vt Africa tanta mala patiatur,ſuis debent homines imputare peccatis.Verumtamen no-
lim te ad eorum numerum pertinere,per quos malos & iniquos Deus flagellat pœnis temporali-
bus,quos voluerit.]& paulo poſt huiuſmodi eum impugnat dilemmate:

Si ergo tibi bona ſunt præſtita,quamuis terrena & tranſitoria,ab Imperio Romano,quia & ip XIII.
ſum terrenum eſt,non cæleſte,nec poteſt præſtare niſi quod habet in poteſtate: Si ergo bona in te *Stringit Au-*
collata ſunt,noli reddere mala pro bonis.Si autem mala tibi irrogata ſunt,noli reddere mala pro *guſtinus, dilē-*
malis.Quid iſtorum duorum ſit,nec diſcutere volo,nec valeo iudicare:ego Chriſtiano loquor:No- *mate Boniſa-*
li reddere vel mala pro bonis,vel mala pro malis.Dicis enim fortaſſe:In tanta neceſſitate quid vis *cium.*
vt faciam?Si conſilium a me ſecundum hoc ſæculum quæris, quomodo iſta ſalus tua tranſitoria
tuta ſit,atque potentia & opulentia vel iſta ſeruetur quam nunc habes,vel etiam maior addatur:
quid tibi reſpondeam,neſcio.Incerta quippe iſta certum conſilium habere non poſſunt.Si autem
ſecundum Deum me conſulis,ne anima tua pereat,& times verba veritatis dicentis [a]: Quid pro- a Luc.9.
deſt homini,ſi totum mundum lucretur,animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? habeo plane
B quod dicam:eſt apud me conſilium,quod a me audias.Quid autem opus eſt ut aliud dicam,quam
illud quod ſupra dixi:Noli [b] diligere mundum,nec ea quæ in mundo ſunt.Si quis autem dilexe- b 1.Ioan.2.
rit mundum,non eſt charitas Patris in illo.]& ſubinde:Hic appareat ſi vir fortis es. Vince cupidi-
tates,quibus iſte diligitur mundus;Age pœnitentiam de præteritis malis, quando ab eis cupidi-
tatibus victus per deſideria non bona trahebaris.Hoc cōſilium ſi acceperis, ſi tenueris atque ſer-
uaueris; & ad bona illa certa peruenies,& cum ſalute animæ tuæ inter iſta incerta verſaberis.

Sed forte iterum quæris a me,quomodo iſta facias in tantis mundi huius neceſſitatibus impli XIV.
catus.Ora fortiter,& dic Deo quod habes in pſalmo [c]: In neceſſitatibus meis erue me. Tunc c Pſalm.24.
enim finiuntur iſtæ neceſſitates,quando finiuntur iſtæ cupiditates,Qui exaudiuit te,& nos pro te, *Quid conſulat*
vt liberareris de tot tantiſq. periculis viſibilium corporaliumq. bellorum,vbi ſolum iſta vita quan *Auguſtinus Bo*
doque finienda periclitatur,anima vero non perit,ſi non malignis cupiditatibus captiua teneatur: *nifacio.*
ipſe exaudiet,vt interiores & inuiſibiles hoſtes,id eſt,ipſas cupiditates, inuiſibiliter & ſpirituali-
ter vincas.]& poſt nonnulla de mundi contemptu ſalubriter inculcata,ad poſtremum hæc addit:
Si enim coniugem non haberes,dicerem tibi,quod & Tubūnis diximus,vt in ſanctitate continen-
C tiæ viueres:Adderem,quod tunc fieri prohibuimus,vt iam te, quantum rerum humanarum ſalua
pace potuiſſes,ab iſtis rebus bellicis abſtraheres,& ei vitæ vacares in ſocietate ſanctorum,cui tunc
vacare cupiebas,vbi in ſilentio pugnant milites Chriſti,non vt occidant homines , ſed vt expu-
gnent principes & poteſtates & ſpiritalia nequitiæ,id eſt,diabolum & angelos eius: hos enim ho-
ſtes ſancti vincunt,quos videre non poſſunt:& tñ quos non vident,vincunt,iſta vincendo q̃ ſentiūt.

Sed ut te ad iſtam vitam non exhorter,coniux impedimento eſt, ſine cuius conſenſione conti- XV.
nenter tibi non licet viuere:Quia etſi tu eam poſt illa verba Tubunenſia ducere non debebas; illa
tibi tamen,nihil eorum ſciens,innocenter & ſimpliciter nupſit.Atque vtinam poſſes ei perſuadere
continentiam,vt ſine impedimento redderes Deo,quod te debere cognoſcis.Sed ſi cum illa agere
non potes,ſerua ſaltem pudicitiam coniugalem;& roga Deum , qui te de neceſſitatibus eruit , vt
quod non potes modo,poſſis aliquando.Verumtamen vt Deum diligas,non diligas mundum: vt
in ipſis bellis(ſi adhuc in eis te verſari opus eſt)fidem teneas,pacem quæras: ut ex mundi huius
bonis facias bona opera,& ꝑpter mundi bona non facias opera mala, aut non impedit coniux,
aut impedire non debet.Hęc ad te,fili dilectiſſime,vt ſcriberem,charitas iuſſit, qua te ſecundum
D Deum,non ſecundum hoc ſæculum diligo.quia & cogitans quod ſcriptum eſt [d]: Corripe ſapien d Prouerb.5.
tem,& amabit te:corrige ſtultum,& adijciet odiſſe te.Non te vtique ſtultum, ſed ſapientem de-
bui cogitare .] hactenus Auguſtinus ad Bonifacium, plane beatum, ſi hæc eum admonentem
audiſſet.Sed indignatione commotus(proh dolor!)veluti œſtro percitus furenti animo(cum ſe
cerneret potentioribus æmulorum exagitari procellis)ad auxilium Vuandalorum confugit,quos
(vt diximus)in Africam traijciendos curauit:ex quo infelix(nolens licet)effecit, ut Africa in ma-
nus Vuandalorum deueniens,ſic captiua ad centum annorum ſpatium ſub barbarico iugo permā
ſerit. Quomodo vero ſero tandem ipſe Bonifacius in gratiā rediens Imperatoris,ab illis deficiēs,
aduerſus illos fruſtra exercitum duxerit,dicemus anno ſequenti.

Quanta autem damna Catholicæ eſſet allatura Eccleſiæ ſocietas iſta Bonifacij icta cum Vuan XVI.
dalis,& amicitia nuptiarum vinculo ſtricta,iam ante patentia indicia præceſſere,cum videlicet or
ta ex noua coniuge proles ab Arianis impio fuit initiata baptiſmate;qui & deteriora adhuc præſu
mentes,in eiuſdem Bonifacij domo ancillas Deo dicatas virgines rebaptizarunt:de quo queritur
Auguſtinus. Nulli plane barbari,æque ac Vuandali,obſtinatiores facti ſunt defenſores Arianæ p- *Vuandali A-*
E fidiæ,& acerbiores aduerſus Catholicos perſecutores;nam vt taceamus perſecutionem diram illā, *rianorum om-*
quam poſtea intulerunt Eccleſiæ Africanæ,de qua ſuis locis dicturi ſumus; de his quæ egerint in *nium perditiſ-*
Hiſpania,antequam nauigarent in Africam,ſub Traſamundo Vuandalorum Rege aduerſum dica *ſimi.*
tam Deo virginem,hiſtoriam afferam,quæ a Gregorio Turonenſi ita deſcribitur [e]: e Greg.Tur.Frā. hiſt.lib.2.c.11.

Factum eſt(inquit)vt puella quædam religioſa,prædiues opibus,ac ſecundum ſæculi dignita- XVII.
tem nobilitate Senatoria florens,& quod his omnibus eſt nobilius,fide Catholica pollens, Deoq. *Virginis Hi-*
omnipotenti irreprehenſibiliter ſeruiens,ad hanc quæſtionem duceretur.Cumq. Regis fuiſſet ob *ſpanę nobile*
lata conſpectibus:cœpit eam primum ad rebaptizandum blandis ſermonibus illicere.Quæ cum *martyrium.*
venenoſum eius iaculum fidei palma propelleret:præcepit Rex,eius facultates auferri, quæ iam
mente poſſidebat regna Paradiſi:deinde ſuppliciis applicatam ſine ſpe præſentis vitæ torqueri.
Quid plura? poſt multas quæſtiones,poſt ablatos rerum terrenarum theſauros,cum adhuc frangi
non poſſet,vt beatam reſcinderet Trinitatem,ad rebaptizandum inuita deducitur.Cumq.in illud
cœnoſum lauacrum vi cogeretur immergi,ac proclamaret:Patrem cum Filio ac Spiritum ſanctū
vnius

vnius eredo eſſe ſubſtantiæ,eſſentiæque:digno aquas ſanguine cunctas infecit,id eſt, fluxu ventris A
aſpergit. Exhinc ad legitimam ducta quæſtionem,poſt equuleos,poſt flammas,poſt vngulas,Chri
ſto Domino capitis deciſione dicatur.]hæc Gregorius;qui & affirmat,per eumdem Regem Aria-
num alios quoque in Hiſpania vexatos eſſe Catholicos,diuerſiſq.tormentorum generibus crucia-
tos,ac denique morte mulctatos,corona martyrij honeſtatos. porro fugatis vndique Catholicis,
eorumdem martyrum memoria remanſit obſcura. Fugiſſe quidem nonnullos de Hiſpania Epiſco
pos,eorum plebibus fuga iam lapſis,vel peremptis,vel captis,S.Auguſtinus [a] affirmat in epiſto-
la ad Honoratum. Sed ad res Orientalis Eccleſiæ veniamus.

a Auguſt. epiſt. 180.

XVIII. *Memoria San. Ioannis Chryſoſtomi cœpta publice coli.*

Hoc eodem anno contigit,vt S. Ioannis Chryſoſtomi,cuius nomẽ in Eccleſiaſticas tabulas fue
rat reſtitutum ab Innocentio Romano Pontifice,memoria ritu ſolemni in Eccleſia anniuerſaria
die celebrati cœperit ſexto Kalendas Octobris. Marcellinus enim id tradit in Chronico ſub anni
huius Conſulibus.

b Socrat. lib. 7. c. 28.

Quibus etiam Conſulibus,nono Kalendas Ianuarij (inquit Socrates [b]) moritur Siſinnius E-
piſcopus Conſtantinopolitanus,vir ob temperantiam,ob rectam & piam viuendi rationem,deni-
que ob benignitatem in pauperes,omnium ſermonibus celebratus,moribus facilis,affabiliſque, B
ſimplex,& veritatis amicus,ac propterea nemini quicquam exhibuit negotij: vnde curioſis, & qui
alijs faceſſendo moleſtiam delectantur,offenſioni fuit,atque adeo apud eos opinione venit igna-
uiæ.]hæc ipſe. Ceſſauit Epiſcopatus eius ſedis menſibus tribus,ac diebus quindecim. Agendum
igitur de eius ſucceſſore anno ſequenti.

XIX.

Hoc item anno,cum Chriſtiana pietas propenſiori cultu (vt par erat) ſanctiſſimam Domini
Crucem coleret,& paſſim vbique locorum eamdem pingeret,vel ſculperet:ne hac ex parte effre-
nis religio irreuerentiæ pateſaceret aditum, Imperatores Theodoſius & Valentinianus eiuſmodi
ſanctionem ediderunt [c]:

c L. 1. C. nemini licere ſignum.

Cum ſit nobis cura diligens,per omnia ſuperni numinis religionem tueri: ſignum Saluatoris
Chriſti nemini licere vel in ſolo,vel in ſilice,vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pinge-
re;ſed quodcumque reperitur,tolli, grauiſſima pœna mulctando eos qui contrarium ſtatutis no-
ſtris tentauerint,ſpecialiter imperamus. Dat. XII. Kal. Iun. Hierio & Ardaburio Conſſ.]

XX. *Conciliũ contra Maſſalianos.*

Hoc eodem etiam anno in Oriente (quo vero loco,neſcimus) celebratum eſt Concilium aduer
ſus Maſſalianos hæreticos,alias ſæpe damnatos. Quod autem perdifficilis eſſet horum hæretico- C
rum extinctio,ex eo accidit,quod clam ſub Catholico nomine deliteſcerent:& inuenti,nullo nego-
tio,pro arbitrio exigentis,ſe hæreſim damnare ſimularent;quam protinus, ſimulac liberum eſſet,
repetentes,eadem quæ ab Eccleſia vetita eſſent,facerent & docerent,prout Acta ſæpe aduerſus eos
ſuperius recitata declarant;quibus & quænam eſſent eorumdem hæreticorum ſententiæ, ſatis eſt
demonſtratum. Pertæſi igitur Epiſcopi horum cauſa ſæpius fatigati,illud in Synodo ſanxere decre
tum,ut ijdem,quantamlibet imaginem pœnitentium præſeferrent,non amplius in Eccleſiam reci
perentur,quam iam uiſi eſſent ſæpius eluſiſſe relapſi. Celebrem quidem huiuſmodi fuiſſe Epiſco-
porum conuentum,inde poſſumus intelligere,quod interfuiſſe eidem & ſubſcripſiſſe reperiuntur
inter alios Siſinnius Conſtantinopolitanus Epiſcopus,& Theodotus Epiſcopus Antiochenus; vt
Photius,cum agit de eodem Theodoto,tradit. Perierunt quidem huius Acta Synodi;& tantum ca
non,quem Photij Bibliotheca ſeruauit,reliquus reperitur,cuius ita meminit ipſe, cum agit de ip-
ſo Theodoto Antiocheno,& Synodali epiſtola data ad Baronianum,ſiue Betonicianum, & Am-
philochium,atque vniuerſos Pamphiliæ Epiſcopos,aduerſus eoſdem in illis partibus ingruentes
Maſſalianos hæreticos;in qua huiuſmodi decretum Synodi haberetur ita deſcriptum: D

XXI. *Canon de relapſis.*

Si quis poſt anathematiſmum aliquando fuerit deprehenſus vel verbo vel opere in ſuſpicio-
nem huius morbi lapſus,numquam amplius in poſterum locum habeat, neque ſi decies millies
polliceatur ſe eſſe paratum ad omnia quæ ad pœnitentes attinent,]hæc eius Synodi canon ex Pho-
tij Bibliotheca depromptus.

Theodoti Epiſc. Antioche. obitus et ſedis tempus.

d Theod. li. 5. c. vltim.

e Theodoret. in præfat. lib. 1.

Poſt hæc autem Theodotus ipſe Antiochenus Epiſcopus ex hac vita migrauit. Ad hunc vſque
annum perueniſſe,eodem auctore proditur,dum declarat,eumdem cum Siſinnio ſubſcripſiſſe ei-
dem epiſtolæ Synodali. neque hunc annum prætetiiſſe[e], quæ habet Theodoretus in fine ſuæ hiſto-
riæ [d], poſſunt cuique reddere manifeſtum,dum eamdem cum obitu Theodoti claudens, ſpatium
centum & quinque annorum ſe complecti teſtatur. cumq. profiteatur ſe hiſtoriam exordiri ab eo
tempore quo Euſebius [f] deſinit,ab ipſo nimirum Licinij tyranni exitu, quem occidi contigiſſe
vidimus anno Domini trecenteſimo vigeſimotertio;ab eo anno ſi incipias numerare annorum cẽ-
tum & quinque periodum,ad hunc vſque annum quadringenteſimum vigeſimumſeptimum per
uenies,quo ait defunctum fuiſſe Theodotum,de quo agimus,Antiochenum Epiſcopum. cum igi
tur id ipſe ſcribat,& ad hęc tẽpora perueniſſe,Photius ex Synodali epiſtola,cui cum Siſinnio ſub- E
ſcripſit,oſtendat:perſpicuo plane intelligis,quam erret Nicephorus in catalogo Antiochenorum
Antiſtitum,dum eidem Theodoto annos dumtaxat quatuor in ſede tribuit, quẽ ad annum vſque
decimumſextum uixiſſe Epiſcopum,ex ſuperius dictis cum ex Cyrilli Alexandrini litteris, tum
ex Photio atque Theodoreto euidenter ſatis apparet.

XXII. *Ioannes creatus Epiſcopus Antiochenus.*

Defuncto autem Theodoto laudato ſatis Epiſcopo, ſubrogatus eſt in locum ipſius Ioannes,
ex ſchola (ut exitus demonſtrauit) Theodori Mopſueſteni,ſicuti & Neſtorius,Theodoretus,& alii
complures in Syria ſacerdotes,ex quibus clades oborta eſt Orientalis Eccleſiæ. Occulto namque,
ſed plane terribili Dei iudicio factum eſt,ut uno eodemq. ferme tempore Theodori illius alumni,
fœtus viperini dicendi,damno Eccleſia maximo in pręcipuarum ſedium Epiſcopos fuerint coop-
tati,nempe Ioannes hoc anno creatus Antiochenus Epiſcopus, Neſtorius uero anno ſequenti in
Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfecturam vocatus,vt ſuo loco dicturi ſumus.

XXIII.

Sed audiamus Theodoretum,Theodori eiuſdem laudibus hiſtoriam ſcriptam a ſe claudentẽ,
& maxima

Digitized by Google

A & maxima ob id eam,omnium ſententia,ignominia afficientem.]hæc enim habet ad calcem [a]: a Theodoret. li. 5.c.vlt.
Per id tempus quo dictus Theodorus rexit Eccleſiam,Theodorus Epiſcopus Mopſueſtiæ,qui to-
tam Chriſti Eccleſiam ſua doctrina erudierat,& contra vniuerſas hæreticorum phalanges victo- *Quid Theodoretus de Theodoro Mopſueſteno.*
riam reportauerat,obijt mortem. Iſte & Diodori viri excellentiſſimæ doctrinæ particeps factus
eſt,& ſanctiſſimi Ioannis ſocius & adiutor:nam communiter inter ipſos ſapientiæ præcepta ex ſpi
ritualibus Diodori fluentis hauſerunt. Trigintaſex annis Præſulatum geſſit Theodorus,neque vn
quam ceſſauit contra Arianam & Eunomianam ſectam velut in area dimicare,tum clandeſtinũ
Apolinaris manipulum impugnare,tum optimam herbam ſanctis Chriſti ouibus ſuppeditare.cu-
ius frater Polychronius Eccleſiam Apameenſem gubernauit. Iſto quidem in loco finem hiſtoriæ
facere,animus eſt;Atque omnes qui ſunt eam aliquando perlecturi,vehemẽter oratos volo,vt pre
cibus ſuis labores compenſare non graue.tur.Spatium quidem centum & quinque annorum iſta
complectitur hiſtoria,quæ initium habet ex rabie Ariana,exitum autem a morte hominũ præſtan
tiſſimorum Theodori atque Theodori.] hæc ipſe:qui ex inita ſuperius ratione ad præſentem an-
num eamdem ſcriptis proſecutus eſſe,ſatis apparet.

B Sed cur hic deſinit?ea quidem ex cauſa reor,quod noluit attingere Neſtorij tempora,qui an- XXIV.
no ſequenti creatus eſt Conſtantinopolitanus Epiſcopus:ſciens namque per ſcabra ſibi inceden-
dum fore,prudenter quidem ceſſauit ab hiſtoriæ ſcriptione,quando in ſeipſum opus fuiſſet, con-
uertere ſtylum. Certe quidem ipſius teſtificatione affirmari poſſe videtur,ſcriptam ab ipſo fuiſſe b Theodoret. epiſt. 82.
huiuſmodi hiſtoriam ante Epheſinum Concilium:etenim in epiſtola [b] quam ſcripſit poſtea ad Eu
ſebium Ancyræ Epiſcopum,cum ſua ſcripta recenſet,quæ poſt dictum Epheſinum Concilium ela
boraſſet,nullam penitus de ſcripta a ſe hiſtoria mentionem habet:vnde dicendum eſt, hoc trien-
nij ſpatio,quod intercedit ab hoc anno vſque ad Concilium Epheſinum,ab illo dictam hiſtoriam
eſſe ſcriptam.

Verum hic conſidera,ipſum Theodoretum ex immenſis laudibus quibus ornat Theodorum XXV.
Mopſueſtenum nefandiſſimum hæreticum,plane ſe eius fuiſſe communionis,haud leuem ſuſpicio
nem cõcitaſſe:immo adeo ſtudioſus eius extitit,vt credendi occaſionem dederit, quod ipſe ab eo-
dem Theodoro nomen deriuando dici voluerit Theodoretus.

Quo nomine S.Gregorius Papa ſugillat quoque Sozomenum,eiuſq. hiſtoriã,vbi de ipſa agẽs c Gregor. lib. 6. epiſt. 95.
C [c]: Sed ipſam (inquit) quoque hiſtoriam ſedes Apoſtolica recipere recuſat:quoniam multa menti
tur,& Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat,atque vſque ad diem obitus ſui magnum doctorẽ
Eccleſiæ fuiſſe perhibet.]Hæc cum dicat S.Gregorius de Sozomeno, quæ apud Sozomenum ho-
die minime leguntur,putauit aliquis nimium ſibi ſapiens S.Gregorium errore lapſum, & quod
eſſet apud Theodoretum,dixiſſe,apud Sozomenum legi.Sed qui eum erroris arguit,errauit ipſe, *Sozomeni hiſtoria mutilata.*
cum non cõſiderarit multa deſiderari in hiſtoria Sozomeni,quæ exciderunt,& illa ipſa tempora,
in quibus de eodem Theodoro Moſpueſteno tractandi ſe ingerebat occaſio. Cum enim in ſuæ hi-
ſtoriæ præfatione ipſe teſtetur ſe eam producere vſque ad decimumſeptimum Conſulatum Theo
doſij,viginti prope annorum res geſtæ in ea deſiderari certum eſt.Sed aduerſus hominẽ audacter d Not. in Rom Martyrolog. die 23. Decemb.
nimis carpentem S.Gregorium Romanum Pontificem in Notis [d] ad Romanum Martyrologiũ
pluribus egimus.

Quod vero ad Theodoretum ſpectat addictiſſimum Theodoro:accipe paucis totam ipſius vi- XXVI.
tæ periodum,ex quo Deum plurimum laudes.Qui a parentibus Deo dicatus,numeros magna cũ *Theodoreti vitæ periodus.*
laude monaſticæ inſtitutionis abſoluit,conſuetudine Theodori Mopſueſteni tantam gloriam obũ
D brauit,obnubilauit vero ex Neſtorij amicitia,obſcurauitq. penitus ex ſuſcepto aduerſus S.Cyrillũ
eiuſdem hæreſiarchę patrocinio.Sed ſpirante deinde Dei benignitate diuini Spiritus aura,fugâtis
denſis nubium globis,effulgentibus rurſus in cor eius diu inæ gratiæ radijs,iterum pulcher,glorio
ſus,ac decorus apparuit,atque in communicatione Catholicæ Eccleſiæ & amicitia S. Leonis Pa-
pæ diem clauſit extremum.]Hæc autem tibi præſens,& qui ſequitur ſextus Annalium tomus per-
ſpicue demonſtrabunt.

IESV CHRISTI ANNVS 428. | CÆLESTINI PAP. ANNVS 5. | THEODOSII 21. VALENTINIANI 4. IMPP.

CONſulatu Tauri atque Felicis annus Chriſti quadringenteſimus vigeſimusoctauus illuxit, I.
quo Africa Vuandalorum graſſatione vaſtatur.Simulac enim anno ſuperiori per freti Gadi- *Africa a Vuãdalis exagitatur.*
E tani anguſtias ſeſe in Africam immiſere,fauenti illis iam exercitu,qui eos vocauerat, Bonifacij
Comitis,cum deeſſet omnino qui illis occurrendo reſiſteret,ſed adeſſet qui incenderet, non ſecus
ac flamma impulſu venti vehementior reddita,cuncta ſimul ſacra atque profana deuaſtant. An-
tequam autem de ſingulis orationem inſtituamus,quantum fas eſt homini ex cauſis occulta Dei
perſcrutari iudicia;cur tam immani flagello ea meruerit prouincia diuexari,vt vna ſimul dupli-
ci hac affligeretur clade,altera ex barbaris Africanis,ex Vuãdalis altera Ariana perfidia crudelius
ſæuiente narrare agrediamur:atque in primis,quæ hac de re poſteris cõmendauit Saluianus Maſ
ſilienſis Epiſcopus ſuorum temporum ſcriptor,inſpiciamus:qui cuncta mẽtis acie rimatus,de ma e Saluian. de vero iudic. lib. 7.
lorum cauſa iſta conſcripſit [e]:

Compulſus eſt criminibus noſtris Deus,vt hoſtiles plagas de loco in locum,de orbe in orbem II.
ſpargeret,& excitatas pene ab vltimis terræ finibus gentes etiam trans mare mitteret,quæ Afrorũ f Procop. de bel. Vuandal. lib. 1.
ſcelera punirent.]teſtatur quidem Procopius [f], Vuandalos populos fuiſſe circa Meotidem palu
dem conſidentes,eoſdemq. fame preſſos,in Germanos illos irrupiſſe qui Franci dicuntur. Pergit
vero

Cur Africa meruit tanta pati.

vero Saluianus: Quid enim? numquid abductæ a ſolo patrio degere intra Gallias non potuerant? A
aut ne degerent, cum illæſæ a vobis vſque ad tempus illud cuncta vaſtauerint? Sed eſto, intra Gal-
lias formidabant: quid in Hiſpania, vbi exercitus noſtros etiam bellando contriuerant, numquid
conſiſtere aut permanere metuebant iam victores, iam triumphantes? quibus vſque ad hoc forti-
tudinis factum contingeret aſcendere, & poſt experimenta belli diu parati intelligerent ſibi Ro-
manæ Reipub. vires etiam cum barbarorum auxilijs pares eſſe non poſſe. Poterant ergo illic ſede
re, nec timere. Sed illa vtique cæleſtis manus, quæ eos ad punienda Hiſpanorum flagitia illuc tra
xerat, etiam ad vaſtandam Africam tranſire cogebat. Ipſi denique fatebantur, non ſuum eſſe quod
facerent; agi enim ſe diuino iuſſu, ac perurgeri. Ex quo intelligi poteſt, quanta ſint mala noſtra, ad
quos vaſtandos atque cruciandos barbari compelluntur inuiti.] & paulo poſt:

III. Vnde quod Vuandali in Africam tranſierunt, non eſt diuinæ ſeueritati, ſed Afrorum ſceleri de
putandum: graui enim eos, antequam illuc pergerent, ac longa iniquitate traxerunt: & ideo intelli
gere debemus, quia pietatis diuinæ fuit, quod pœnam diu debitam diſtulit; piaculorum autem &
criminum, quod aliquando peccator populus quæ merebatur accepit: niſi forte hoc non meruiſſe
credimus; cum vtique nulli magis, vtpote in quos omnia ſimul improbitatum atque impuritatum B
genera confluxerint. Ceteri enim homines etſi nonnullis flagitiorum vitijs obligati ſunt, quibuſ-
dam tamen non implicantur: & ſi violentia non carent, maleuolentia carent: & ſi libidine æſtuãt,
rapacitati non ſeruiunt: multos denique etſi accuſat incõtinentia corporum, ſimplicitas commen

Africanorum peccata.

dat animorum. In Afris pene omnibus nihil horum eſt quod ad vtrumque pertineat, id eſt bonũ,
æque ac malum, quia totum admodum malum: adeo excluſa naturæ originali ſinceritate, aliam
quodammodo in his naturam vitia fecerunt. Exceptis enim pauciſſimis Dei ſeruis, quid fuit totũ
Africæ territorium, quam domus vna vitiorum?] ac poſt aliqua rurſum:

IV. Sicut in ſentinam profundæ nauis colluuiones omnium ſordium, ſic in mores eorum quaſi ex
omni mundo vitia fluxerunt: nullam enim improbitatem ſcio, quæ illic non redundauerit; cum *vti*
que etiam Paganæ ac feritę gentes, etſi habeant ſpecialiter mala propria, non ſunt tamen in his
omnia execratione digna. Gothorum gens perfida; ſed pudica; Alanorum impudica, ſed minus p
fida; Frãci mẽdaces, ſed hoſpitales; Saxones crudelitate efferi, ſed caſtitate venerandi: omnes quip
pe gentes habent ſicut peculiaria mala, ita etiam quædã bona. In Afris pene omnibus neſcio quid
non malum. Si accuſanda eſt inhumanitas, inhumani ſunt; ſi ebrietas, ebrioſi ſunt; ſi falſitas, falla- C
ciſſimi ſunt, ſi dolus, fraudulẽtiſſimi; ſi cupiditas cupidiſſimi; ſi perfidia, perfidiſſimi. Impuritas eo
rum atque blaſphemia his omnibus admiſcenda non ſunt: quia illis quæ ſuperius diximus malis,
aliarum gentium vitia, his autem etiam ſua ipſorum vicerunt.

V. Ac primum, vt de impuritate dicamus: quis neſcit, Africam totam obſcœnis libidinum tædis
ſemper arſiſſe? non vt terram ac ſedem hominum, ſed vt Ethnam putes impudicarum eſſe flamma
rum: nam ſicut Ethna inteſtinis quibuſdam naturæ feruentis ardoribus, ſic illa abominandis iugi-
ter fornicationum ignibus eructuauit. Nec volo in hac in re aſſertionibus meis credi; teſtimonium
requiratur generis humani. Quis non omnes omnino Afros impudicos generaliter ſciat, niſi forte
ad Deum conuerſos, id eſt, fide & religione mutatos? Sed hoc tam rarum eſt ac nouum, quam rarũ
videri poteſt, quemlibet ganeonem nõ eſſe ganeonem, aut quemcumque ſæuum non eſſe ſæuum.
Tam infrequens eſt enim hoc & inuſitatum, impudicum non eſſe Afrum, quam nouum & inaudi
tum, Afrum non eſſe Afrum. Ita enim generale in eis malum impuritatis eſt, vt quicumque ex eis
impudicus eſſe deſierit, Afer non eſſe videatur.]

VI. At pauca ſunt hæc, & parui ferme momenti eſſe, quis dicet, ſi alia nefanda Afrorum ſcelera cõ D
ſiderarit, quæ idem auctor narrat, dum agit de capta ab iiſdem barbaris deinde Carthagine; quæ
nos ſuo loco dicturi ſumus. Quod autem ad ſolutam nimis Afrorum libidinem, quam aduerſus
eos adeo Saluianus exaggerat: certe quidem in hoc potiſſimum Patres eius prouinciæ incubuiſſe
viſi ſunt, vt habenis eos continentiæ coercerent. Quantum enim eos putas aduerſus adulteros &
inceſtuoſos declamaſſe, cum & coniugalem totum mira coercuerint obſeruantia? Videas (quod

a Augu. de tempor. ſerm. 244.

mireris) S. Auguſtinum [a] ſuadere coniugibus a tempore Quadrageſimæ vſque ad octauam Pa-
ſchæ abſtinẽtiam ab vſu coniugij, ſimiliter & feſtiuis diebus; conteſtariq. euenire ſæpe, vt ſi ſecus
agerent, intemperantia coniugum naſcerentur filij leproſi, & arreptitij, vel lunatici. Hinc rurſum
reperies ab eodem affirmari, triginta dies præſcribi, ne intrarent in eccleſiam, cum mulieres virũ
accipiunt; Inſuper admonere ne pollutus nocturno phantaſmate participet cum Fidelibus ſacram
communionem; ſed, vt graue facinus, iubere id ipſum expiari debere prius cordis compunctione,
eleemoſyna, atque ieiunio. Hæc ex multis, quibus valeas conſiderare ſanctiſſimos Patres non de-
fuiſſe Africanos æſtuantes ardore libidinis Eccleſiaſtica coercere diſciplina: ſimul & cognoſcere
poſſis (vt dictum eſt) ſi in hæc adeo leuia ijdem Patres vehemẽter inueherentur, quid eos feciſſe E
putandum aduerſus adulteros & alios alias neſandas libidines admittentes: veruntamen illos om
ni excuſſo iugo mandari, contemptaq. monitione, præcipites ſeſe dediſſe in gurgites turpitudinũ.
Vnde Dei vindicta factum eſt, vt dedignãtes ſanctis obtemperare ſacerdotibus, iuſte traditi ſunt
barbaris enecandi, vel ſaltem in ſeruitute redigendi.

VII. Ceterum quod ad Saluianum ſpectat: ne putes eum, dum prauos mores Africanorum ſugil-
lat, ex paruis magna compoſuiſſe, quaſi eloquentiæ arte amplificationibus rem exaggerans, ex
paucis multa, vel ex minimis maxima reddere ſit conatus: ſed parcius dicas egiſſe, dum his non
leuiora intacta penitus prætermiſit, nempe immenſam multitudinem Donatiſtarum a tempori-
bus Conſtantini obſtinatiſſima pertinacia in ſchiſmate perſeuerantium, immania in ſe ipſos & in
alios perpetrantium, qui nullo valuerunt curari remedio, quantumlibet Imperatores edictis, & E-
piſcopi ſcriptis & collationibus ſæpiſſe ab ea mẽtis duritie ipſos reuocare ſtuduerint. Licet enim
nonnulli vel metu pœnarum ex legibus Auguſtorum, vel aliter ad fidem & vnitatem Catholicã
(vt ſu

Digitized by Google

A (vt ſuperius ex Auguſtino dictum eſt) fuerint reſtituti: reliqui tamen in erroris obſtinatione manſerunt: adeo vt nec centum annorum ſpatio Vuandalicæ perſecutionis valuerit eorumdem ceruix ferrea perdomari: vt plane ſecundum illud propheticum [a], in medio fornacis ſcoria argenti facti ſint, non autem purgati rubigine; ſed tribulationis igne ſuccenſi, deteriores ſint redditi. Quid memorem Manichæos ſecreta in Africa habitãtes latibula, ſæpe detectos, ſępe eiectos, numquam autem ad Catholicam fidem vere conuerſos? Scatebat etiam Africa Arianis, quos cauendos ſæpe admonuit Auguſtinus. Blaſphemijs nominis Dei abundaſſe, inde colliges ex Auguſtino [b], cum agit de morione blaſphemantes lapidibus inſectari ſolito.

a Ezech. 22.
b Aug. de peccat. merit. & remiſ. lib. 1. c. 22.

VIII. Sed & idem S. Auguſtinus paucis his diebus, quibus, capta a Vuandalis Africa, ſuperuixit, cũ cladem barbaricam nonniſi ob exundantem peccatorum copiam ipſos pati teſtetur, iam in profundum illud ſcelerum eos perueniſſe demonſtrat, quod a diuina Scriptura [c] verbis illis ſignificatur: Impius cum in profundum venerint peccatorum, contemnit.] Hinc illæ lacrymæ, cum iſta gemens [d]: Inter tantas (inquit) anguſtias & in ipſo fine rerum poſita eſt vniuerſa prouincia; & quotidie frequentantur ſpectacula. Sanguis hominum quotidie funditur in mũdo; & inſanientium voces
B ſtrepitant in Circo. O planctus omni mæſtitia acerbior! O planctus omni mæſtitia affligens cor! Libet flere. Plangimus, dilectiſſimi, & illos & nos: quia & nos digni ſumus, qui cum talibus merito flagellemur, &c.] Inferius vero de idololatriam adhuc ſectantibus, conſentientia his quæ ex Saluiano ſuo loco dicentur, iſta ſubinfert: An non ſacrificauit, qui imagines idolorum per noctem ludentes (quod Nocturnum vocant) libentiſſime ſpectauit? Sacrificauit, prorſus ſacrificauit, & qđ peius eſt, nõ tauri, vel cuiuſlibet pecoris aliquam victimam, ſed ipſam animam hominis pretioſã. In hoc tam nefando ſacrificio non vnus vel pauci accuſantur: tota hoc ciuitas fecit, quæ tota cõſenſit: nec ab hoſtibus, nec a barbaris, ſed a ſe ipſo omnis homo in anima ſe occidit videndo, conſentiẽdo, non prohibendo: omnes remanſimus rei: & dum nolumus pacem ciuitatis turbari peruerſam, pacem quam deſideramus, non accipimus rectam. contemnimus pacem ſeruare bonorum morũ, & perijt pax temporum noſtrorum.] hæc & alia plura Auguſtinus, ſuos Hipponenſes ad pœnitentiam cohortatus, quam & agere negligebant: nam idem ipſe hæc ad eos, ipſo orationis exordio: Admonet Dominus Deus noſter, non nos debere negligere noſtra peccata, quando talem demonſtrat iram ſuam: ipſe quippe iuſte punit nocẽtem, quia nullum inuenit pœnitentem.] Sed de ijſdem
C rurſum cum de Hipponenſis ciuitatis obſidione agemus.

c Prouer. 18.
d Aug ſerm. de temp. barbar.

IX. Accidit plane Africæ, quod Deus per Ezechielem populo Iſrael fuerat comminatus: nimirum, quod impudicitijs ſuis ipſum mirum in modum ad iracundiam prouocaſſent, miſſurum ſe fore p̃dixit in eos hoſtes, qui cloacas ipſorum libidinum exhaurirent, cum ait [e]: Dabo te in manus eorum, & deſtruent lupanar tuum, & demolientur proſtibulum tuum.] Nam de Vuandalis vaſtantibus Africam idem qui ſupra Saluianus iſta ſubiecit [f], dum licet Vuandalorum deteſtetur ſuperbiam, faſtumque barbaricum, eorumdem tamen prædicat caſtitatem, quam, inuitos licet, ijdẽ cogerent, ſero ſaltem diſcere Africanos. Ait enim: Sufficere igitur ad laudem eorum hæc poſſunt talia, etiamſi alia non dicam. Abominati enim ſunt virorum impuritates: plus ad hæc addo: abominati etiam feminarum: horruerunt luſtra ac lupanaria; horruerunt concubitus, contactuſque meretricum. Numquid hoc credibile vllis videri poteſt, Romanos hæc admiſiſſe, barbaros horruiſſe?] & paulo inferius: Grande eſt profecto quod dicimus, grande ac ſupereminens. Quis credat Vuandalos in ciuitatibus Romanis iſta feciſſe? Remota quippe eſt ab illis omnis carnis impuritas. At quomodo remota? non ſicut remoueri aliqua a Romanis ſolet; qui ſtatuunt non adulterandum, &
D primi adulterant: ſtatuunt non furandum furantur, &c.] ac ſubinde: Non tales ergo iſti, de quibus loquimur, barbari ad emendandã noſtrarum turpitudinum labem extiterunt. Abſtulerunt enim de omni Africa ſordes virorum mollium, contagiones etiam horruere meretricum, nec horruerũt tantum, aut temporarie ſubmouerunt, ſed penitus iam non eſſe fecerunt. O pie Domine, o Saluator bone, quantum efficiunt per te ſtudia diſciplinæ, per quæ mutari poſſunt vitia diſciplinæ, ſicut ab illis ſcilicet immutata ſunt.

e Ezech. 16.
f Saluian. de vero iudic. lib. 7.

X. At quomodo immutata? Intereſt enim, non ſolum effectus rerum, ſed etiam effectuum cauſas dicere. Difficile quippe eſt, impudicitiam verbo aut iuſſione tolli, niſi fuerit ablata: & difficile eſt, pudicitiam verbo exigi, niſi fuerit exacta. Quod iſti vtique ſcientes, ſic impudicitiam ſummouerunt, quod impudicas conſeruauerunt, non interficientes mulierculas infelices; ne vitiorum curam crudelitate reſpergerent; & dum peccata auferre cuperent, ipſi in peccatorum reſecatione peccarent. ſed ita errantes emendauerunt, vt factum eorum medicina eſſet, pœna non eſſet. Iuſſerunt ſiquidem & compulerunt omnes ad maritalem torum tranſire meretrices: ſcorta in connubia conuerterunt, implentes ſcilicet Apoſtoli [g] dictum atque mandatum: Et
E vnaquæque mulier virum habeat ſuum, & vnuſquiſque vir coniugem ſuam. Addiderunt quoque ad libidinem comprimendam ſeueras pudicitiæ ſanctiones, decretorum gladio impudicitiã coercentes, vt puritatem ſcilicet vtriuſque ſexus & domi connubij ſeruaret affectus, & in publico metus legum; ac ſic duplici præſidio caſtimonia niteretur, cum & intus eſſet quod amaretur, & foris qđ timeretur.

g 1. Cor. 7.

XI. Leges quidem illorum nequaquam illis ſunt legibus conſentaneæ, quæ ita partem improbitatis remouent, vt partem obſcœnitatis admittant; vt Romana illa decreta, quæ ſcortationes quidem ab alienis vxoribus remouerunt, ad omnes autem ſolitarias paſſim admiſerunt; adulteria vetantes, lupanaria ædificantes: timuerunt videlicet, ne minus caſti homines & puri eſſent, ſi ab omni eos penitus impuritate prohiberent. At non ita iſti, de quib. loquimur, qui ſic inhibuerunt ſcorta & adulteria, qui & feminas nullis voluerunt eſſe feminas, niſi maritis ſuis.] ac demum multa locutus in deteſtationem fornicationem probantium, iſta ad finem addit: Erubeſcamus, quæſo, & confundamur. Iam apud Gothos impudici non ſunt, niſi Romani: iam apud Vuandalos nec Ro-

mani;tantum apud illos profecit ſtudium caſtimoniæ,tantum ſeueritas diſciplinæ,non ſolum q'd ipſi caſti ſint;ſed(vt rem dicamus nouam,rem incredibilem,rem pene etiam inauditã)caſtos etiã Romanos eſſe fecerunt.Si infirmitas id humana pateretur,exclamare ſuper vires meas cuperem, vt toto Orbe reſonarem.Pudeat vos,Romani vbique populi,pudeat vitæ veſtræ:nullæ pene vrbes luſtris,nullæ omnino impuritatibus vacant,niſi illæ tantum,in quibus barbari eſſe cœperunt. Et miramur ſi miſeri,qui tam impuri ſumus:miramur ſi ab hoſte viribus vincimur,qui honeſtate ſuperamur:miramur ſi bona noſtra poſſident,qui mala noſtra execrantur. nec illos naturale robur corporum facit vincere,nec nos naturæ infirmitas vinci:nemo ſibi aliud perſuadeat,nemo aliud arbitretur:ſola nos morum noſtrorum vitia vicerunt.]hactenus Saluianus:vt plane omnibus perſpicuum eſſe poſſit Dei conſilium,quo tradiderit Africanos in manus immanium barbarorũ.Porro qui iſta deplorauit Saluianus, magni nominis Epiſcopus ſui temporis fuit,laudaturq. ab Eucherio Epiſcopo Lugdunenſi,ſimul cum Vincentio,quos,ſanctos viros eloquẽtia & doctrina eminentes fuiſſe tradit in præfatione ad libros de Quæſtionibus veteris ac noui Teſtamenti, quos ad Salonium inſcripſit,ad quem etiam Saluianus eoſdem ſuos commentarios dedit.Fuit autem ipſe Salonius Viennenſis Epiſcopus. De Vuandalotum vero in Africam progreſſu hæc Victor habet [a]: B

a Victor de perſecut.Vuand.lib. 1.in præf.

XII.

* Genſerici

Tranſiens igitur quantitas vniuerſa,calliditate Geiſerici * ducis,vt famam terribilem ſuæ faceret gentis,illico ſtatuit omnem multitudinem annumerari,vſque ad illam diem,quam huic luci vterus profuderat ventris.Qui reperti ſunt,ſenes,iuuenes,paruuli,ſerui,vel domini, octuaginta millia numerati.Quæ opinio diuulgata vſque ad hodiernum,a neſcientibus tantus numerus æſtimatur,cum ſit nunc exiguus & infirmus. Inuenientes igitur pacatã quietamq.prouinciam,ſpecioſitatem totius terræ florentis quaquauerſum,impietatis agminibus impendebãt,deuaſtando depopulabantur,incendio & homicidijs totum exterminantes:ſed nec arbuſtis fructiferis omnino parcebant:ne forte quos antra mõtium,aut prærupta terrarum,vel ſecluſa quæque occultauerãt, poſt eorum tranſitum illis pabulis nutrirentur:& ſic eadem atque iterum tali crudelitate furentibus,ab eorum contagione nullus remanſit locus immunis.]hæc Victor:quæ autem in ſacra loca,ſacraſq.perſonas admiſerint,ex eodem auctore inferius dicturi ſumus. Erat autem Africanorum haud exiguus numerus,qui bonis expoliati ad loca munita ſe receperunt:quos ſuis Hipponenſibus commendans S Auguſtinus [b] in concione tunc habita,hæc in fine:Abundant peregrini captiui,& ſpoliati.Facite [c] vobis amicos ex mammona iniquitatis.] C

b Aug. ſerm. de temp.barbar.

c Luc.16.

XIII.

Conſultatio Africanorum Epiſcoporum an fugiendum.

d Vict. de perſ. Vuand.lib.1.

e Poſſid in Vit. S.Auguſt.c.30.

f Aug.epiſt.180.

Hoc ipſo tempore,quidnam paſtoribus populorum faciendum eſſet,fugiendum ne, vel vna cum ceteris Vuandalorum opperiri catenas & gladios:cum hac de re controuerſia verteretur,duo Epiſcopi conſuluerunt S.Auguſtinum:quorum alter fuit Quoduultdeus Epiſcopus Carthaginẽſis, quem his temporibus poſt Aurelium ſediſſe Carthagine Victor [d] tradit:hic ille ad quem diaconum haud pridem S.Auguſtinus de Hæreſibus librum conſcripſerat. Alter vero fuit Honoratus Antiſtes Thabennenſis Eccleſiæ,cuius Poſſidius [e] meminit,necnon de conſultatione Quoduultdei:ad quem quæ reſcripſerit,idem Auguſtinus [f] ad eumdem Honoratũ ſcribẽs,ita meminit:Charitati tuæ miſſo exemplo epiſtolæ,quam fratri Quoduultdeo noſtro coepiſcopo ſcripſi, putabam me hoc onere caruiſſe,quod mihi impoſuiſti,quærendo conſilium,quid in his periculis,quæ tempora noſtra inuenerunt,facere debeatis.Quamuis enim epiſtolam illam breuiter ſcripſerim, nihil tamen me prætermiſiſſe arbitror,quod & reſpondenti dicere,& quærenti audire ſufficeret.Quã doquidem dixi,nec eos eſſe prohibendos,qui ad loca(ſi poſſunt)munita migrare deſiderant; & miniſterij noſtri vincula,quibus nos Chriſti charitas alligauit, ne deſeramus Eccleſias, quibus ſeruire debemus,non eſſe rumpenda.Iſta ſunt quidem verba,quæ in illa epiſtola poſui.]hæc Auguſtinus,qui ad ipſum Honoratum de his ea epiſtola fuſiorem habet tractationem. D

XIV.

g Procop.de bel. Vuand.lib.1.

Detectis dolis Aetij Bonifacius recedit a Vuãdalis.

Quid vero interea egerit Bonifacius,qui Vuandalos prouocarat in Africam,Procopius [g] narrat his verbis;Interea Romæ amici Bonifacij facinus conſiderantes,quem ſemper in officio perſeuerantem cognouerant,ſatis admirari non poterant. Nonnulli iuſſu Placidiæ Carthaginem delati,eumdem conueniunt. Vbi vero Aetij inſidias ac litteras ab eo exhibitas accipiunt,ſtatim reuerſi Placidiæ rem omnem deferunt,Bonifacium non ſua ſed aliena culpa erraſſe dicunt. Illa animo perculſa,cum Aetio quidem diſſimulauit,nec quicquam eorum quæ contra Imperatorem geſta erãt, probro obiecit,quod exercitus rerumq.ſummam in poteſtate haberet,& res in diſcrimine iã eſſet. Verum Bonifacij amicis omnia communicauit;de Aetij fraude vehementer cnnqnetitur.Iurat ſeſe æquam Bonifacio fore,ſi illi rem animo detrectare,tum rem Rnmanam a barbaris perditum iri non permittere,perſuadeant.Hæc vbi ille accepit, facti illico pœnitens, & initam iam ſocietatem deteſtans,Vuandalos multis millibus nummum tẽtare cœpit, vti ex eo loco diſcederẽt. Quod cum minime auſcultarent,quin probris potius inſultare viderentur,neceſſe fuit ad manus venire. Victus Bonifacius Hipponem Regium ſe recepit,ciuitatem Numidiæ maritimam ac munitiſſimam.Hanc Vuandali,Genſerico duce,exercitu admoto,obſederunt.Gunthatius iam deceſſerat,a fratre(vt putatur)interfectus. Vuandali autem illum potius dicunt in Hiſpania a Germanis captum,paloq.infixũ,iam in Africa Genſerico res gerente.]Porro ille legitimus filius & regni ſucceſſor erat, Gẽſericus autẽ frater nothus. Illum vero quem Procopius nominat Guntharium, Iſidorus Hundericum appellat,fratremq.Genſerici;ſed nequaquã a fratre interfectus,ſed (vt ait Iſidorus [h]) cum capta Hiſpali irreuerenter in eius ciuitatis eccleſias manus extenderit,mox Dei iudicio a dæmone correptus interijt.Additq.Gẽſericũ ex Catholico eſſe factũ apoſtatã.hæc ex Iſidoro. Hic fuit præſentis anni in Africa rerum ſtatus:cetera autem ſequenti anno pro temporis ratione dicemus.Meminit quoque Poſſidius de Bonifacio a Vuandalis ſuperato, & ad Hipponenſe præſidium confugiente. Quantam vero Vuandali,Bonifacio victo,intulerint Africæ cladem,dicemus inferius. E

Bonifacius vincitur a Vuandalis.

h Iſidor.in hiſt. Vuand.

Cur autem

XV. *Aetius vincit Francos.*

A Cur autem detrectauerit in Aetium malorum horum omnium auctorem vlciſci Placidia: præter illa quæ ex Procopio diximus, nempe quod vires exercitus in manu eius poſitæ eſſent; additum eſt, quod hoc anno agens cum exercitu in Gallijs, pugnans aduerſus Francos, rem bene geſſit. nam ſub ijſdem Conſſ. inquit S. Proſper in Chronico: Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci poſſidendam acceperant, Aetij Comitis armis recepta eſt.] hæc ipſe, eadem Caſſiodorus ſub ijſdē Conſulibus, Sidonius quoq. Apollinaris in Panegyrico de Conſulatu Maioriani, qui ſub Aetio tūc eques aduerſus eoſdem Francos pugnauit ad vicum Helenam. Nam bene vſus Aetius opportunitate temporis, adortus ex improuiſo Francos choreas ducentes in nuptijs cuiuſdam nuptæ Franco claræ puellæ, & eam cepit, & ceteros in fugam egit, nouo caſu metuq. perculſos. Perſimili plane modo olim Francos imparatos offenſos, leui negotio, a Iuliano Apoſtata ſuperatos fuiſſe, Ammianus affirmat [a]. Præerat hoc tempore Francis Clodio. Hæc narrans Sidonius Apollinaris, deſcribit pariter Francorum corporis cultum. ſed hæc relinquimus otioſis.

a Ammian. libr. 20.

XVI.

Illud de Francis non prætereat, tam à Gentilibus quam a Chriſtianis antiquis ſcriptorib. ipſos dici fidifragos: nam de eis Vopiſcus in Proculo: Francis familiare eſt, ridendo fidem frangere.] B id ipſum Saluianus [b] ſæpius. Sed ita quidem ipſi, cum adhuc eſſent idololatræ, & humanas cæderent hoſtias, a quibus (vt Procopius auctor eſt [c]) nec ſtatim vt facti ſunt Chriſtiani, omnino receſſerunt. Tandem vero exculti penitus Chriſtianis moribus, eo religionis & fidei atq. conſtantiæ prouenere, vt inter Chriſtianos omnes & obſeruantiſſimos fidei populos inuenti ſint maxime pij atq. fideles defenſores Eccleſiæ, cuſtodeſq. Catholicæ veritatis & diſciplinæ. At quod de Francis dicimus, de alijs quoque dicendum eſt nationibus, quæ antequam fidem Chriſtianam ſuſceperint, deprauatis conſtat fuiſſe moribus: vbi autem ſacro ſunt imbuti baptiſmo & Chriſtiano ſignati charactere, nouum hominem ſunt induti, qui creatus eſt ſecundum iuſtitiam & ſanctificationem, ipſum inquam Chriſtum Dominum noſtrum, iuxte dicente Apoſtolo [d]: Quicumque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.] At hæc de gentibus barbaris, feralibus aſſuetis moribus, per Euangelium redditis manſuetis & pijs, pluribus agit Theodoretus in libro de Legibus: vt vel ex hoc vno cernere perſpicuo liceat veritatem Catholicæ fidei; cum hoc minime ſit inuenire apud hæreticos, penes quos tantum abeſt vt Gentiles vnquam ad vitam excultiorem perduxerint, vt ipſimet ex quo a vera pietate & ſinceritate Catholicæ fidei defecerunt, redditi ſunt barbaris omnibus crudeliores, nequioreſque C cunctis gentibus Deum verum ignorantibus: quantumlibet vſq. ad tempus conati ſunt nonnulli ipſorum tegere lupum ouina pelle. Sed lupus ſemper lupus, cum offertur occaſio, perſpicuus cunctis oſtenditur. Id quidem de Francis, de quibus eſt ſermo, noſtro tempore ſatis euidenter apparuit: dum ſi de vere Catholicis agitur, vix in orbe Chriſtiano ſit inuenire illis æquales probitate atq. conſtantia: ſi de impietate ſubuerſis & conuerſis in hæreſes, haud facile ſit reperiri hæreticos his nequiores. Clamant hæc lapides. Sed reliqua proſequamur.

b Saluian. lib. 4. & 7.
c Procop. de bel Goth lib. 2.
d Galat. 3.

XVII. *De habitu clericorum noua inuentio.*

Quod ad ſtatum pertinet Eccleſiarum Galliæ, Narbonenſis ſcilicet & Viennenſis: turbatum illum fuiſſe ab innouatoribus, ex litteris Cæleſtini ad Epiſcopos qui illis præerant datis hoc anno, menſe Iulij, poteſt intelligi: emerſiſſe nimirum nouatores quoſdam, qui in veſtitu clericorum nouū vſum inducerent, nempe vt incederent palliati, præcincti renibus, eo quod Dominus in Euangelio ſuos admonuiſſet, dicens [e]: Sint lumbi veſtri præcincti, &c.] Reprehendit igitur hos Cæleſtinus, vetuitq. ne nouus atq. diuerſus ab eo qui hactenus vſui fuiſſet, induceretur clericorum habitus, ſed illum quem a maioribus accepiſſent, retinerent, nec a peregrinis clericis peregrinum acciperent vſum veſtium; quod præſtaret, moribus magis quam indumentis ſacerdotalem præſeferre decorē. D Redarguit etiam eos, quod petentibus in fine vitæ negarent pœnitentiam; necnon quod ad ſedem Epiſcopalem ab eis laici prouecti fuerint & criminoſi, exprobrans factam ab illis Danielis cuiuſdam ad Epiſcopatum contra ius faſq. promotionem. Cuiuſnam facinoris iſte ab Orientalibus accuſatus fuiſſet, eadem Cæleſtinus epiſtola narrat his verbis [f]:

e Luc. 12.
f Caleſt. epiſt. 1.

XVIII. *De Daniele facinoroſo Epiſcopo ordinato.*

Daniel enim, nuper miſſa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni quod tenuerat virginum, monaſterio, nefarijs eſt obiectionibus accuſatus: multa a multis obiecta flagitia. In qua nam lateret terrarum parte, quæſitus eſt: vt ſi ſuæ innocentiæ confideret, contra ſe iudicium poſtulatum minime declinaret. Miſſæ ſunt ad Arelatenſem Epiſcopum per Fortunatum ſubdiaconū noſtrum præceptiones, vt ad iudicium Epiſcopale deſtinaretur. Tantis grauatus teſtimonijs, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum (vt dicitur) virginum pollutus inceſtu, Epiſcopus aſſeritur ordinatus.] & paulo poſt: Sacro nomini abſit iniuria: facilius eſt, vt hanc dignitatem tali dando ipſe amiſerit ordinator, quam eam ordinatus obtineat, &c.] hæc ex multis ſatis ad exprimendam conſuetam iudiciorum praxim, quomodo maioris momenti cauſæ ab Orientalibus etiam deferri ſolerent ad Romanum Pontificem. Ad poſtremum autem iſta ſubdit: Maſſilienſis vero Eccleſiæ E ſacerdotem, qui dicitur (quod dictu nefas eſt) in necem fratris ſui taliter gratulatus, vt huic q eius ſanguine cruentatus aduenerat, portionem cum eo habiturus occurreret: veſtro eum audiendum collegio delegamus.] hæc ipſe, alludens plane ad Arelatenſis Epiſcopi Patrocli necem, de qua ſuperius ex Proſpero dictum eſt. Sed iam de rebus Occidentalibus ſatis.

XIX. *Neſtori⁹ creatur Epiſcopus Conſtantinop.*

Quod vero ad Orientalis Eccleſiæ ſtatum ſpectat: ſub ijſdem Conſulibus Felice & Tauro, quarto Idus Aprilis, ſuffectum in locum Siſinnij Conſtantinopolis Epiſcopi Neſtorium presbyterum Antiochenum ex monacho, Socrates tradit [g]. Quod enim olim ab eadem Eccleſia Antiochena ſanctiſſimum atq. doctiſſimum nacta fuiſſet Antiſtitē S. Ioannem Chryſoſtomum Conſtantinopolitana Eccleſia, inde aliū illi ſimilē acceptura poſt aliquot annorū ſpatium, mira omniū conſenſione, Neſtoriū delegit: eiuſmodi enim illorū fuiſſe conſiliū, teſtatur Caſſianus ſuorū temporum ſcriptor cū ait hæc in Neſtoriū [h]: Quia de Antiochena Eccleſia te ſibi ſumeret ſacerdotem, ex qua illum (*nempe Ioannem*) ante prælegerat; recepturam ſe in te credidit, quicquid in illo habere deſijſſet.] quod præcipue factum ſcias Theodoſij Imperatoris impulſu. Sed quō, quandove electio Neſto-

g Socrat. libr. 7. c. 24.
h Caſſian. de Incarn. lib. 7.

a Socrat libr. 7. c. 29.

rij facta ſit, Socratem audiamus ita dicentem [a]: Poſt mortem Siſinnij, viſum eſt Imperatori propter homines inanium rerum appetentes, neminem ex illa Eccleſia (licet multi Philippũ, complures Proclum deſignatum cuperent) ad Epiſcopatum illum eligere, ſed aduenam Antiochia accerſere conſtituit. **A** Erat namque illic Neſtorius ex Germanicia oriundus, voce in primis ſonora, linguaque diſerta; & ob eam cauſam tamquam ad docendum populum admodum accommodatus, de illorum ſententia accerſitur.]

XX. Si Neſtorij maiorum genus ſpectes, certe quidem ab impijs impius prognatus eſt. Etenim teſtatur de eo Suidas, fuiſſe nepotem Pauli Samoſateni nefandi hæreſiarchæ: cuius errores iam penitus obliuioni mandatos ipſe inſtaurare conatus eſt, tempus opportunum opperiens. Dum enim in ſuo monaſterio S. Euprepij apud Antiochiam ſito verſatus eſt, nihil antiquius habuit, quam vt ſimulata ſanctitate magnam ſibi apud omnes conciliaret gratiam, & aucuparetur inde, quem eſt cõſecutus, honorem: Nam trimeſtri ſpatio percurſo (ſubdit Socrates) Antiochia Conſtantinopolim deducitur Neſtorius: qui quamquam a plerisque ob temperantiam laude & prædicatione efferebatur: tamen quales præterea eius mores fuerint, primus illius doctrinæ exorſus prudentibus viris ſatis demonſtrauit. **B**

XXI. *De pellendis hæreticis Neſtorij dictum.* Nam ſimulac Epiſcopus quarto Idus Aprilis ordinatus fuit, Felice & Tauro Conſulibus, extẽplo cum orationem apud Imperatorem haberet, hanc ſententiam, quæ multis in ore eſt, coram vniuerſo populo protulit: Mihi, o Imperator, terram hæreticis expurgatam tribue, & ego tibi cælum tribuam. Tu mihi in profligandis hæreticis ſubueni, & ego tibi in profligandis Perſis ſubueniam. Hæc verba, quamuis illi quibus odio habebantur hæretici, lubentes audierint: tamen his qui ex oratione nouerunt de interiore mentis cogitatione coniecturam facere, neq. eius animi leuitas, neque inuerecundia, neq. præterea inanis gloriæ cupiditas, præſertim cum ne minima quidem mora interpoſita eiuſmodi voces tam temere profunderet, obſcura eſſe potuit. Immo vero, etiamſi illud in prouerbij conſuetudinem abijt, dicere liceat, neque aquam ciuitas iam deguſtauerat, cum homines acerbe & grauiter perſequi aggreſſus eſt.] hæc ipſe.

XXII. Sed concitum contine gradum, lector, ne pedibus cito abeas in ſententiam Socratis, dũ ita primum inuehitur in Neſtorium ob huiuſmodi ſibi viſum temere dictũ. Cur enim diſplicuerint iſta Socrati, dicam: tu arbiter eſto. Non quidem ex his reprehenſibilis Neſtorius videri debuit, quod de hæreticis profligandis Epiſcopali egerit libertate, vigoreq. ſacerdotali ſententiam illam dixerit; **C** nec quod in hæreticos primo bellum indixerit, meruit reprehenſionem. Quid enim in optimo quoq. paſtore, qui præficitur gregi, magis deſiderari debet, quam vt ingruentes lupos arceat? Cur præterea temeraria, vanaq. & inflata faſtu ſententia illa cum pollicitatione victoriæ aduerſus barbaros obtinẽdæ, ſi ante ab eo fuerint Eccleſiæ perduelles expulſi, videri poſſit; ſi id a Deo præſtari ſolere, cum talia ab Imperatore facta præcedunt, & vetera & recentia exempla clamarent? Sed qđ vna cum alijs hæreticis ex ea ſententia exagitandi quoq. fuerint Nouatiani, quos & idẽ Neſtorius magnopere inſectatus eſt; inde plane accidit, vt Nouatianus ipſe Socrates, eadẽ expertus verbera, verbis illis ipſum inceſſerit. Sed audi quod ſubdit:

XXIII. *Neſtorius hæreticos inſectatur.* Quinto die poſtquam erat Epiſcopus deſignatus, dum eccleſiam Arianorum, in qua clã & ex occulto preces fundebant, demoliri inſtitueret: eos ad tantam adegit vecordiam, vt cum eccleſiæ vaſtationem cernerent, ipſi etiam facibus iniectis eamdem ſuccenderent. Quod quidem incendiũ ædes vicinas depaſcens, penitus abſumpſit. Ex qua re tumultus in ciuitate concitatus eſt, Arianiq. ad vlciſcendum parati. Verum Deus vrbis conſeruator non paſſus eſt malum longius ſerpere. De cetero vero nõ hæretici modo, verum etiam eiuſdem cum eo fidei fautores, Neſtoriũ incendiariũ **D** vocauerunt. Nec hoc pacto acquieuit; ſed dum contra hæreticos machinas ſtruebat, ciuitatem (quantum in eo erat) prorſus euertit. Quinetiã Nouatianos diuexare aggreditur, inde impulſus, quod Paulus eorum Epiſcopus ob pietatem tanta famæ celebritate fuit. Verum Imperator admonitionibus conatum eius repreſſit. Quibus autem incommodis eos qui feſtum Paſchatis ad decimumquartum diem menſis celebrant, in Aſia, Lydia, Caria affecerit, & quam multi Mileti & Sardis ſeditione propter eum conflata interierint, mihi omittendum arbitror.] hæc Socrates. & hinc illæ lacrymæ.

XXIV. *Neſtorij exordia laudatiſſima.* Porro de ordinatione Neſtorij ſcripſerunt ex more Epiſcopi, qui eius interfuerunt ordinationi, ad Cæleſtinum Romanum Pontificem, multis vitam & doctrinam Neſtorij prædicantes. Teſtãtur id quidem ipſius Cæleſtini Papæ litteræ ad Neſtorium datæ, vbi ait: Lætificauit animam noſtram venientium enarratio nunciorum, quam mox firmauit eorum, qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum: qui tibi teſtimonij tantum detulerunt, quantum ferri huic debuit, qui aliunde videbatur electus. Tanta ante opinione vixiſti, vt tuis te aliena ciuitas inuideret.] hæc Cæleſtinus: eadem ferme Cyrillus [b] Alexandrinus, cum & ipſe ab ijſdem Epiſcopis de ordinatione Neſtorij litteras accepiſſet plenas cumulatuſq. immenſis eius præconijs. **E** & id quidem illi haud (vt fieri ſolet) adulatione, ſed tum ex eius vita (vt fama erat) antea bene inſtituta, tum ex alacritate illa quam ipſo ſedis initio præſetulit in hoſtes Eccleſiæ inſectando. Vtinam hiſce ipſe ſe Neſtorius continuiſſet limitibus: certe quidem omni laude ob eam cauſam celebrandus fuiſſet. Quid enim magis proprium Orthodoxi Antiſtitis eſt, quam Orthodoxam prædicare doctrinã, omneſq. hæreſes (ſi poſſet) penitus profligare, radicituſque conuellere?

b Cyril. epiſt. ad Theod. t. 5. Concil. Epheſ. edit. Pelt.

XXV. Theodoſius igitur ſua ſponte currẽs ad inſequẽdos hæreticos (vt vidimus ex diuerſis legib. ſingulis ferme annis aduerſus eos datis) calcarib. iam ad curſum vehemẽtius excitatus, eiuſmodi aduerſus eos edidit hoc anno, menſe Maij ſanctionẽ [c], Neſtorij haud dubium perſuaſione cõmotus:

c l. 65. de hæret. Cod Theod.

Impp. Theodoſius & Valentinianus AA. Florentio Præfecto Præt. Hæreticorũ ita eſt reprimenda inſania, vt ante omnia, quas ab Orthodoxis acceptas tenent vbicumque eccleſias, ſtatim Catholicæ Eccleſiæ tradendas eſſe non ambigant: quia ferri nõ poteſt, vt qui nec proprias habere debuerant

A rant, ab Orthodoxis poſſeſſas, aut conditas, ſuaq. temeritate inuaſas vltra detineant. Dein vt ſi alios ſibi adiungant clericos, vel (vt ipſi æſtimant) ſacerdotes; decem librarum auri mulcta per ſingulos ab eo qui fecerit, & qui fieri paſſus ſit, vel ſi paupertatem prætendant, de communi clericorum eiuſdem ſuperſtitionis corpore, vel etiam donarijs ipſis extorta, noſtro inferatur ærario. Poſt hæc, quoniam non omnes eadem auſteritate plectendi ſunt: Arianis quidem, Macedonianis, Apollinarianis, quorum hoc eſt facinus, quod nocenti meditatione decepti credunt de veritatis fonte mendacia, intra nullam ciuitatem eccleſiam habere liceat. Nouatianis autem & Sabatianis omnis innouationis adimatur licentia, ſi quam forte tentauerint. Eunomiani vero, Valentiniani, Montaniſtæ, ſeu Priſcillianiſtæ *(ſic dicti a Priſcilla, non autem a Priſcilliano)* Phryges, Marcianiſtæ *, Borboriani, Maſſaliani, Euchitæ *, ſiue Enthuſiaſtæ, Donatiſtæ, Audiani, Hydroparaſtatæ, Aſcodrogitæ, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, & qui ad vnam vſque ſcelerum nequitiã peruenerunt Manichæi, nuſquam in Romano ſolo conueniendi, orandique habeant facultatem, Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis.

Lex Theodoſii aduerſus omnes hæreticos.

Diuerſis pœnis hæretici exagitati.

* Marcionitæ
* Euchaitæ

XXVI.

Quoniam nihil omnibus relinquendi loci eſt, in quo etiam ipſis elemẽtis fiat iniuria: nulla his
B penitus præter cohortalinam in prouincijs, & caſtrenſem, indulgenda militia: nullo donationis faciendæ inuicem, nullo teſtamenti, aut voluntatis vltimæ penitus iure conceſſo: cunctiſq. legib. quæ contra hos, ceteroſq. qui noſtræ fidei refragantur, latæ ſunt, diuerſiſq. promulgatæ temporib. ſemper viridi obſeruantia valituri, ſiue de donationibus in hæreticorum factis eccleſias, ſiue ex vltima voluntate rebus qualitercumque relictis, ſiue de priuatis ædificijs, in quæ domino permittente vel conniuente conuenerint, venerandæ nobis Catholicæ vendicandis Eccleſiæ; ſiue de procuratore, qui hoc neſciente domino fecerit, decem librarum auri mulctam & exilium, ſi ſit ingenuus, ſubituro; metallum vero poſt verbera, ſi ſeruilis conditionis ſit: ita vt nec in publico conuenire loco, nec ædificare ſibi eccleſias, nec ad circumſcriptionem legum quicquam meditari valeant; omni ciuili & militari, Curiarum etiam & Defenſorum & Iudicum ſub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Illis etiam in ſua omnibus manentibus firmitate, quæ de militia, & donandi iure, & teſtamenti faciendi vel negandi penitus, vel in certas vix conceſſa perſonas, pœniſq. varijs de diuerſis ſunt hæreticis promulgata: ita vt nec ſpeciale quidẽ beneficium aduerſus legẽs valeat impetratum. Nulli hæreticorum danda licentia, vel ingenuos, vel ſeruos proprios, qui Orthodoxo-
C rum ſunt initiati myſterio, ad ſuum rurſus baptiſma deducendi: nec vero illos quos emerint, vel qualitercumque habuerint, necdum ſuperſtitioni coniunctos, prohibendi Catholicæ ſequi religionem Eccleſiæ. Quod qui fecerit, vel cum ſit ingenuus, in ſe fieri paſſus ſit, vel factum non detulerit, exilio & decem librarum auri mulcta damnabitur, teſtamenti & donationis faciendæ vtriq. deneganda licentia. Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus, vt nulli Iudicum liceat delatum ad ſe crimẽ minori aut nulli coercitioni mandare, niſi ipſe id pati velit, qđ alijs diſſimulando conceſſerit. Dat. III. Kalend. Iunij, Conſtantinopoli, Felice & Tauro Conſſ.] hactenus Theodoſius, inſeruiens in cõprimendis hæreticis noui Antiſtitis incenſo deſiderio, cuius impulſu etiam turpes perſonas cœpit exagitare. Siquidem aduerſus lenones, qui inuitas proſtituerent feminas, reſcriptum dedit [b]. Iſta quidem omnia ex ſententia Neſtorij, impulſuq. eius a Theodoſio ſancita, ſeu potius innouata, ea quæ ſuperius dicta ſunt facile perſuadent.

b l. 2. de lenon Cod. Theod.

XXVII.

Neſtorius fautor Pelagianorum.

Sed illud diligenter obſerua, in toto nuper recitato catalogo hæreticorum, nullam penitus haberi mentionem Pelagianorum; qui in primis, vtpote his temporibus vigentes, & ſub Attico Epiſcopo ante damnati Conſtantinopoli, fuerant nominandi, & acriori ſupplicio coercendi: vt ex his
D probe intelligas Neſtorium ipſum fauiſſe Pelagianis. Confirmatur id quidem ex eo, quod Cæleſtinus Papa in epiſtola poſt ſequentem annum ad ipſum Neſtorium data queritur de ipſo, quod Pelagianos hæreticos a ſe Roma expulſos, receperit Conſtantinopoli. Neſtorianos quidem ex Pelagianis eſſe prognatos, quæ dicta ſunt ſuperius ex Caſſiano de Leporio, & quæ dicentur inferius, ſatis perſpicue demonſtrabunt.

Quid præterea acciderit, cum hoc tempore Neſtorius totus eſſet in perſequendis hæreticis, Socrates narrat his verbis [c]: Neſtorius autem, quoniã multa contra Eccleſiæ conſuetudinẽ moliebatur, ſibi propterea grauiſſimum odium peperit, ſicut euentus rerum ab eo geſtarum ſatis declarat. Germæ vrbis Helleſponti Epiſcopus Antonius, Neſtorij ferocitati in hæreticis profligandis obſecutus, Macedonianos grauiter exagitare conabatur: & quo ſe excuſaret, mandatum a Patriarcha (*Epiſcopo ſcilicet Conſtantinopolitano*) ſe de ea re accepiſſe ſimulabat. Itaque Macedoniani etſi ad tempus ſe vexari paſſi ſunt; poſtea tamen vbi Antonius eos acerbius inſectabatur, non amplius illam iniuriarum molem tolerare potuerunt: ſed tam cæco animorum impetu ferebantur, vt libidine vlciſcendi æquo & bono prælata, per viros ad eam rem miſſos Antonium occidendum cu-
E rarent. Hoc ſcelus a Macedonianis patratum, tamquam materia ad incendendam Neſtorij ferociam fuit. Quare Macedonianis vna eccleſia Conſtantinopoli extra vetera vrbis mœnia ſita, altera Cyzici, aliæ præterea complures, quas in agris Helleſponti tenebant, ablatæ fuerunt. Vnde nonnulli eorum ad Eccleſiam reuerſi, fidei Conſubſtantialis aſſenſerunt.] hæc Socrates, eademque Marcellinus in Chronico paucis refert.

c Socrat. lib. 7. c. 31.

Antonius Epiſcopus occiditur a Macedonianis.

XXVIII.

De ortu Neſtorij hæreſis.

Sed iam de Neſtorio lugubrẽ aggrediamur enarrare tragœdiã hoc anno orditi cęptam; de qua hæc S. Proſper ſub iiſdẽ huius anni Conſulibus [d]: Neſtorius Cõſtantinopolitanus Epiſcopus nouum Eccleſijs molitur errorẽ inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominẽ tantum & non Deũ natũ, eiq. diuinitatem collatã eſſe pro merito. Huic impietati præcipue Cyrilli Alexãdrini Epiſcopi induſtria & Papæ Cæleſtini repugnat auctoritas.] hæc Proſper. Sic videas hominẽ maxime impium, quo tempore alias hæreſes perſequi aggreditur, teteriorẽ hæreſim introducere in Eccleſiam. Liberatus [e] quoque diaconus hoc anno ſub dictis Conſulibus ortum ponit nefandæ hæreſis.

Sed vnde hæreſis iſta profluxerit, accurate intuendum eſt. Deducit eã Caſſianus [f] e fæculentis fontibus

d Proſp. in Chr.
e Liberat. diac. Breuiar. c. 2.
f Caſſian. de Incarn. Verb. lib. 1.

Neſtorius quos ſecutus Hæreſiarchas.
a Socrat. lib. 7. cap. 32.

fontibus Ebionæis,deriuatq. per lutulentos ipſorum cuniculos,qui Chriſti negauerunt diuinitatẽ: A
demum vero per Pelagianorum eſſe perductam cloacas tradit. At contra Socrates, qui ſe in Neſtorij libris verſatum dicit,contrarium affirmare videtur,dum hæc ait [a]: Neſtorius autem apud complures venit in opinionem,quod Dominum,hominem ſolum eſſe aſſereret,quodq. Pauli Samoſateni & Photini opinionem in Eccleſiam introducere niteretur. Atqui de hac re tãta certatio & tumultus ciebatur,vt generali Concilio ad eum ſedandum opus eſſe videretur. Ego vero dum libros a Neſtorio editos lego,hominem reperio imperitum & doctrinæ penitus expertem:hocq.vere & ex animo dico.Nam neque odio in illum incenſus ; eius vitia recordatione renouare; neque vt quibuſdam gratificer,pauciora quam reperi,commemorare decreui. Neſtorius,meo quidem iudicio,neque Paulum Samoſatenum,neque Photinum imitatur;neque denique Dominum hominem ſolum eſſe dicit;ſed vocem dumtaxat, Deiparam,tamquam laruam reformidans,declinat: hocq.illi præ inſigni inſcitia & ignoratione contigit.Nam tametſi natura lingua erat diſerta,& ꝓpterea doctus putabatur,tamen re vera imperitus fuit. Quinetiam veterum interpretum ſcripta perdiſcere dedignatus eſt:linguæ enim volubilitate & elegantia inſolenter ſe efferens,tum veteres prope neglexit,tum ſe ipſum omnibus antecellere exiſtimauit,&c.]hæc Socrates; qui & ſubdit, B
vocem Deiparam ab antiquis Patribus vſurpatam,atque adeo ab ipſis etiam Arianis aſſertam,nẽpe inter alios ab Euſebio Cæſarienſi,cuius citat auctoritatem . Aſſentimur quidem Socrati recte primarium edocenti fontem,vnde omnes hæreſes manare ſolent, ex quo & Neſtorius venena hauſit,nempe ex tumore mentis,neglectuq. ſanctorum Patrum, atque contemptu antiquarum Eccleſiæ traditionum,cum ſibi nimium ſapiens,faſtu inflatus eloquij,ſe non indigere doctore putauit.

XXIX.
b Ambr. de Incarn. Verb. c. 6.
c Socrat. lib. 1. cap. 3.

Ceterum quod ipſe negat Neſtorium Pauli Samoſateni veſtigiis inſtitiſſe,haud res ab eo exacte videtur eſſe conſiderata;cum omnes qui de Neſtorio ſcripſerunt,ſecus ſentiant,atque in primis ſanctus Cæleſtinus Papa ad ipſum Neſtorium ſcribens:inſuper & S.Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus demonſtrat, Neſtorium quindecim capitibus eadem cum Paulo hæreſiarcha ſentire. Certe quidem longe ante Neſtorium inter Latinos Patres S.Ambroſius non alium quam Paulum Samoſatenum,eiuſq. ſectatores ſugillat,dum ait [b]: Nonnulli etiam aliud Dei Verbum,alium verũ Dei Filium crediderunt:cum ipſum,qui in principio erat Verbum apud Deum Patrem, in ſua propria veniſſe, Euangeliſta teſtetur.]quam quidem ſententiam eſſe a Neſtorio acceptam, quis nõ videt? At ſi altiorem petas originem,inuenies eamdem poſitionem hanc Ario tribui ab Alexandro Epi- C
ſcopo Alexandrino apud Socratem [c]: Sic igitur cum negari non poſſit Neſtorius compluta ex Pauli Samoſateni hæreſibus mutuatus,reclamantibus contra Socratem Cæleſtino Romano Pontifice,atque Cyrillo Alexandrino Epiſcopo;tamen ad excuſationem Socratis illud afferri poſſe videtur,quod verſipellis hæreſiarcha Neſtorius ſciens male audiri in Eccleſia nomen Pauli Samoſateni,atque ab Orthodoxis omnibus procul explodi,ſimulauit ſe eumdem Paulum pariter deteſtari,profitérique Nicænum Concilium,vt eo modo audientium ſibi animos conciliaret. Vnde accidit ut ipſe Neſtorius in Paulum iſta iactarit:Sic pereat Paulus Samoſatenus,qui nudam nobis Dominicam delirauit humanitatem,&c.]Porro inter Neſtorium & Paulum Samoſatenum eiuſmodi ponitur differentia,quod ille negarit in vtero ſanctiſſimæ Virginis Chriſtum fuiſſe Deum, Paulus autem ſemper. At nec qui tradunt Neſtorium ſecutum Paulum , vel alios impios negantes hypoſtaticam vnionem carnis cum Verbo,eumdem cum illis omnia æque ſenſiſſe aſtruunt: nam & in eo potiſſimum ab illis omnibus Neſtorius diſcrepabat,dum ſe Nicænæ fidei aſſertorem eſſe profiteretur,cui illi penitus aduerſarentur:cuius rei cauſa glorioſus incederet; & licet paria cum illis de Chriſti incarnatione ſentiret,ſe tamen illis aduerſari,inani ſtudio iactitaret. Sed viciniorem D
attendamus canalem,ex quo in ipſum Neſtorij agrum praua dogmata iſta fluxerunt.

XXX.
De Theodoro Mopſueſt. magiſtro Neſtorij.
d Euagr. lib. 1. c. 2.
e Synod. 5. œcu. Act. 4. & alijs.
f Gregor. lib. 6. epiſt. 31.

Certe quidem ſententia omnium conſtat, Neſtorium diſcipulum fuiſſe Theodori Mopſueſteni Epiſcopi, de cuius obitu ex Theodoreto paulo ſuperius egimus . teſtatur id Euagrius [d] & alij . Quinta etiam œcumenica Synodus damnaſſe reperitur [e] ipſum Theodorum veluti ducem Neſtorij: quod ipſum affirmat San. Gregorius [f] Papa ſcribens ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum . Iuſtinianus Imperator hoc idem profitetur,promulgata ſanctione,cuius eſt exordium: Scientes quod nihil,&c.]eadem plane habet de Theodoro Mopſueſteno, Liberatus [g] diaconus . Sed nec ipſi etiam Neſtorij fautores ierunt inficias Theodorum errore lapſum eſſe, verum recantaſſe palinodiam. teſtatur id quidem Ioannes Epiſcopus Antiochenus in epiſtola ad Neſtorium,de qua ſuo loco dicemus.

XXXI.
g Liberat. Breuiar. c. 4.

Qualia vero Theodori huius primordia fuerint , ſuis locis annis ſuperioribus demonſtratum eſt , nempe deſertorem monachiſmi extitiſſe, & luxuriæ ſordibus non inquinatum tantum, ſed obrutum,vt non valuerit ex eo cœno per San. Ioannem Chryſoſtomum abſtrahi. Vides , lector,ex quo manarint iſta principio: vt hæc tantum ſciſſe,ſit hæreſim Neſtorij penitus confutaſſe. Lege & repete quæ miro eloquentiæ fluxu ſcripſit S.Ioannis Chryſoſtomus ad Theodorum lapſum;quem iſtum ipſum fuiſſe,de quo agimus, Mopſueſtiæ poſtea creatum Epiſcopum, ſuo loco ſuperius dictum eſt. E

XXXII.
Diodorus Tarſenſis Magiſter Neſtorij.
h Theodoret li. 5. c vlt.
i Cyril. de Incar. Vnigen. & in epiſto. ad Succeſſ.

Aſſeritur pariter Diodorus Tarſenſis Epiſcopus Neſtorij præceptor fuiſſe. Certe quidem eamdem doctrinam Diodori fuiſſe, quæ fuit & Theodori Mopſueſteni, Theodoretus [h] affirmat . Sed quænam fuerit Diodori de fide ſententia,ex S.Cyrillo accipe,qui dum tradit Neſtoriũ a Diodoro didiciſſe perfidiam,hæc ait [i] Diodorus quidem cum primo tempore Spiritus ſancti impugnator exiſteret(vt aiunt) Orthodoxæ communicauit Eccleſiæ. Hic(vt putauit) Macedonianæ deponens maculam perfidiæ,in alteram recidit ægritudinis qualitatẽ. Senſit enim (vt ſcripſit) quod alter ſit Filius ſeorſum, qui de ſemine Dauid & ſancta Virgine natus eſt , & alter proprie Filius Dei Patris exiſtat. Qui ouina pelle lupum contegens,ſimulat quidem vnum ſe Chriſtum docere,hoc nomen tantũmodo vt Patris Verbo Filio vnigenito tribuens:gratiã vero & huic deputans(ſicut ipſe

dicit

A dicit)qui eſt ex ſemine Dauid,quem & Filinm vocat,tamquam vnitum(inquit)ei qui ſecundum
veritatem eſt Filius:vnitum autem non ſicut nos aſſerimus,ſed iuxta ſolam dignitatem & auctori
tatem & honoris æqualitatem.Huius diſcipulus Neſtorius fuit:& ex librorum eloquijs obſcura
tus,ſimulat quidem ſe vnum Chriſtum etiam Filium & Dominum confiteri:verumtamen & ip
ſe duos in vnum indiuiduumq. partitur hominem dicens Deo Verbo æquiuoca nuncupatione &
honore & æqualitate atque dignitate coniunctum.]hactenus de Diodoro Cyrillus.

Admonendus hic,lector;es,vſurpari interdum Theodorum pro Diuduro & contra,cum lon- XXXIII.
ge diſcrepent inter ſe,licet vterque fuerit Tarſenſis Epiſcopus:Theodorus enim præfuit Tarſenſi
Eccleſiæ tempore Concilij Niceni,cui etiam inter Orthodoxos reperitur eſſe ſubſcriptus;Diodo
rus vero(vt ſuo loco quarto tomo diximus) eidem Tarſenſi Eccleſiæ ex monachorum abbate a
Meletio Epiſcopo Antiocheno ordinatus eſt;qui quod dum vixit prauam ſententiam reticuerit, *Diodorus ante*
inter magni nominis Epiſcopos claruit,& Orthodoxæ fidei acerrimus propugnator habitus eſt: *obitum latuit*
vnde & factum,ut cum a Baſilio,tum etiam a Ioanne Chryſoſtomo laudaretur,qui eum in ere- *qualis eſſet.*
mo nactus fuerat inſtitutorem:quinetiam Theodoſij Maioris edita ſanctione [a] inter coryphæos a l.3. de fide Ca
B Catholicæ fidei recenſeretur. Omittimus dicere de Theodoreto,qui mirificis eum ſemper præco- thol.C.Theod.
nijs extulit. Sic quidem ille dum vixit,nõ latuie tantum,ſed & claruit inter Catholicos. Porro poſt
eius obitum,qualis intus latuiſſet,ex ipſius depromptum eſt ſcriptis.Sane quidem tum de ipſo,tũ
de cullega Theodoro Mopſueſteno iſta Leoutius [b] habet:Extiterunt ijſdem temporibus magni b Leon.de Sect.
quidam duo viri,Diodorus Epiſcopus Tarſi,& Theodorus Mopſueſtiæ, qui aduerſus Arianos & act.4.
Macedonium & Apollinarem pugnabant,vniuerſaſque litteras ſacras commentarijs illuſtrabant
& in pretio habiti mortem oppetierunt:nec ipſis viuis quiſquam dictum aliquod eorum repre-
hendebat,immo quamplures ſcriptis encomijs eos celebrarunt:nam & Baſilius & Ioannes Chry
ſoſtomus eos prædicant. Verum poſt hæc,exorto dogmate Neſtoriano,coactus eſt Cyrillus,qui &
ipſe pridem eos laudaſſet,aduerſus eorum opera ſcribere,quod dogma ſuum Neſtorius ex eis cõ
firmaret.]hæc & alia Leontius.

Qui igitur hos habuit ad impietatem addiſcendam magiſtros,Neſtorius ad eam promulgan- XXXIV.
dam Anaſtaſio presbytero ſectatore dogmatum Iudæorum(vt Euagrius ait [c]) claſſico vſus eſt; c Euagr.lib. 1.c.
ſed & præconem adhibuit,qui eodem tempore eamdem hæreſim Conſtantinopolim maiori etiã 2.
C auctoritate prædicaret, Dorotheum Epiſcopum;cum tamen ipſe Neſtorius iam totius impietatis *De Dorotheo*
præcentionem occinuiſſet,prout ex Cyrilli litteris [d] ad Cæleſtinum apparet,in quibus hæc legũ *Epiſcopo Ne-*
tur:Is igitur,cuius paulo ante mentionem feci,Neſtorius,vbi primum Epiſcopus creatus eſt,cum *ſtoriano.*
pijs exhortationibus domeſticos æque ac peregrinos,quorum magna vis ex omnibus ciuitatibus d Extant inter
& regionibus ad id loci conuenire ſolet,inſtituere debuiſſet;ea ſtuduit effutire, quæ abſurda & ra- epi.Cæleſt. Pap.
tioni diſſentanea,& ab Apoſtolica & Euangelica fide,quam maiores noſtri magna ſemper conſtã
tia retinuerunt,nobiſq.perinde ac pretioſam quamdam margaritam tradiderunt,non parum di-
ſcrepantia ſunt.Porro autem homilias,quas pro concione non infrequenter habuit, & hucuſque
habere non deſinit, tamquam euidens quoddam doctrinæ illius argumentum ad tuam pietatem
miſi.]& poſt aliqua:Cum is talis modi euaſiſſet,accidit inter cetera, vt Epiſcopus quidam Doro-
theus nomine Conſtantinopoli præſto eſſet,eadem quæ Neſtorius,ſapiens & ſentiens, vir quæſtus
cauſa adulationi impenſe deditus,linguaq.ad temeritatem vſque(vt ſcriptum eſt)promptus.Hic
cum in Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Synaxi,præſente Neſtorio, cathedram occupaſſet; magna
ſublataq.voce inclamare auſus eſt:Si quis Mariam Deiparam dixerit,anathema ſit. Mox ingens
D vniuerſi populi clamor & diſceſſio conſecuta eſt:nolebat enim diutius cum eo communionem ha-
bere,qui temere,taliq.ſententia præditus eſſet.]& poſt multa: Ad Neſtorij autem conatum quod
attinet,& magni illi admirabileſq.ac celebrati Patres noſtri,qui ſacram Virginem Deiparam eſſe
dixerunt,& nos ipſi quoque qui adhuc ſuperſtites ſumus,vna cum ipſis anathemate perculſi ſu-
mus:quamuis enim id ore ſuo facere noluerit; attamen ſedens & audiens alium, nempe ſupra me
moratum Dorotheum,vt hoc diceret,induxit, ſubornauitque. Cui etiam cõfeſtim,vbi e cathedra
deſcendiſſet, in diuinorum myſteriorum celebratione communicauit.] hæc S.Cyrillus ad Cæle-
ſtinum Romanum Pontificem de Neſtorij erroris exordio: eadem ſcribit ad Acacium Berœen-
ſem & alios,de quibus ſuo loco inferius.

His de Dorotheo dictis;quiſnam fuerit conatus Anaſtaſij presbyteri,ſocijq.Neſtorij,de quo XXXV.
ſuperius mentio facta eſt, Euagrius ex epiſtola Theoduli ita refert [f]: Anaſtaſius quidam presby f Euagr.lib.1.c.
ter,peruerſa imbutus opinione,Iudaicorum dogmatum,quæ tenebat Neſtorius, acerrimus fau- 2.& Socrat. libr.
tor,& ei ad Epiſcopatum proficiſcenti comes ; vbi Neſtorius cum Theodoro in vrbe Mopſueſtia 7.c.32.
congreſſus audita illius doctrina,a vera pietate deſciuit:Anaſtaſius inquam(vt a Theodulo in epi- *De Anaſtaſio*
E ſtola quadam de his rebus ſcriptum eſt)in diſputatione apud populum Chriſtum ſancte colentem *promulgatore*
in eccleſia Conſtantinopolitana habita,palam auſus eſt dicere:Nemo Mariam Deiparam vocet: *Neſtorij here-*
nam Maria(inquit)homo erat,atque ab homine Deus naſci non poteſt.] Quæ quidem verba cum *ſis.*
populus Chriſto conſecratus grauiter & acerbe ferret,& diſputationem illam non ſine cauſa habe
ret pro blaſphemia: Neſtorius iſtius blaſphemiæ auctor & dux non ſolum non prohibuit illum,
neque rectam ſanamque doctrinam tutatus eſt,verum etiam verba in primis roborare contendit,
& in ijſdem deſcendendis acrius inſtitit:atque ſua ipſius opinione hiſce adiuncta, atque adeo ad-
ſcripta,venenoq.animi ſui in Eccleſiam effuſo atque eiecto,multo maiorem blaſphemiam docere
conatus eſt:adeo vt ad ſui ipſius capitis perniciem hanc impiam ſententiam,nimirum: Ego eum
qui ſpatiis menſtruis,hoc eſt,bimeſtri & trimeſtri,& ita deinceps adoleuerit, Deum certe non ap-
pellauero:proferre non dubitaret,ſicut tum a Socrate,tum a priore Concilio Epheſi celebrato per
ſpicue narratũ eſt,]hucuſque Euagrius. Sed ad Neſtorium auctorem malorum omnium recurrat
oratio,licet mærens in his diutius detineri cogatur.

Quibus

Digitized by Google

XXXVI. *De Neſtorij primordijs.* Quibus autem ipſe Neſtorius progreſſibus ad hæc adeo execranda deuenerit, dignum eſt vt A audiamus ab eo qui ipſi Neſtorio fuit amicitia intime iunctus, ab ipſo inquã Theodoreto, qui & viſus eſt eidem aliquando fauiſſe; qui narrat his verbis hæc omnia in epiſtola ad Sporadium: Omnibus (inquit) notus ille extitit. Ex Germaniciorum ciuitate ortus homo iſte, cuinam exercitio initio deditus fuerit, ignoro. Ex alia vero aliam regionem peragrans, inſtar Aegyptiacæ plagæ ad magnam Antiochenſium peruenit vrbem; in qua liberalibus artibus mediocriter inſtructus & imbutus, & pulcherrima & maxima præditus voce, in Eccleſiam Dei cum certa eius pernicie irrepſit; & *Progreſſus vitæ Neſtorij.* ſacerdotum numero adſcriptus, populi Dei regendi ſuſcepta cura, in ipſomet principio, qualis in tota vita ſua futurus eſſet, aperte oſtendit. Non enim ingenium illum & fructuoſum dicendi characterem imitatus eſt qui hominum animos paſcere poſſet: ſed ad popularem auram declinando, & vanum populi applauſum, vt quiuis alius, aucupando, inſtabile & abiectum vulgus ad ſui deſiderium concitauit. Sordida quidem indutus veſte, mæſtus & triſtis incedens, forenſes tumultus deuitans, corporis pallore & macie abſtinentiam ſimulans, libris domi vt plurimum incumbens & intentus, & quiete ſibi viuens, his artibus & ſimulationibus pleroſque alliciebat ad ſui admirationẽ, quouſque ad grauiorem prouenit ætatem, videri potius quam eſſe Chriſtianus, & ſuam magis quã B Chriſti gloriam quærere ſtudens.

XXXVII. a Matth.10. Quoniam vero (iuxta Domini [a] dictum) nihil occultum quod non reueletur, & nihil abſconditum quod non prodeat in lucem; & bona opera manifeſta fiunt, & quæ mala ſunt occultari minime poſſunt: imperſcrutabili iudiciorum Dei abyſſo Neſtorius eorum calculo qui rerum potiebãtur & Eccleſiam adminiſtrabant, necnon ipſius qui tũc tẽporis vniuerſi Orbis ſceptrum tenebat, Catholicæ Orthodoxorum Eccleſiæ Cõſtãtinopolitanę ſedem obtinet, quinetiam parum abeſt, totius Orbis. Hinc deinde ſecutæ ſunt tragœdiæ illæ, quarum vniuerſa terra & mare ipſum repletum eſt. Vt primum enim maximam illam ſedem occupauit, ac ſi tyrannidem quamdam ſacerdotij præfecturam rapuiſſet, non amplius in ſe ipſo impietatem, quam antea mente conceperat, *Quando detecta Neſtorij Hypocriſis.* continere valuit; ſed ex poteſtate licentiam quamdam ſtultam adeptus, im medium illam proferr, & omnibus patefacit quam antea aduerſus Vnigenitum Dominum conceperat blaſphemiam, & contra Apoſtolica dogmata apertum ſuſcipit bellum, cõtra etiam ſanctos Patres, qui ab ipſis Euãgelij cunabulis Orthodoxæ fidei duces & magiſtri fuerunt, eorum ſententias nititur conculcare, regię ciuitatis Eccleſiam perturbando, & vniuerſum Orbem commouendo, nihil veritus diuinũ C Paulum clamantem: Qui vos conturbat, iudicium portabit, quicumque eſt ille. ſed ſuper ſacri altaris principum ſacerdotum candelabrum non lucernam veritatis, ſed impietatis tenebras collocat. & excogitatur ab illo primum nouitatis facinus & exordium: quod non oporteat videlicet ſanctam virginem Dei verbi ſecundum carnem genitricem, Dei matrem confiteri, ſed Chriſti tantum matrem: licet iam diu & diutiſſime Orthodoxæ fidei præcones, iuxta Apoſtolorum traditionem, Dei genitricem illam ore confiteri & corde credere nos docuerint Domini matrem.] hæc Theodoretus.

XXXVIII. b Vincen. Lirin. cõtra hereſ. c. 16. *Magnum ſcandalum Neſtorius Eccleſiæ intulit.* Pergraue plane illatum eſt Eccleſiæ per Neſtorium hoc tempore ſcandalum, de quo Vincentius horum temporum ſcriptor ſic ait [b]: Qualem fuiſſe nuper tentationem putamus, cum infelix ille Neſtorius ſubito ex oue conuerſus in lupum gregem Chriſti lacerare cœpiſſet? cum hi ipſi qui rodebantur, ex magna adhuc parte ouem crederent, ideoq. morſibus eius magis paterent. Nam quis eum facile errare arbitraretur, quem tanto ſacerdotum ſtudio perſecutum videret? qui cum magno ſanctorum amore, ſummo populi fauore celebraretur, quotidie palã diuina tractabat eloquia, & noxios quoque Iudæorum atque Gentilium confutabat errores. Quo tandem iuſto modo D non cuiuis fidem faceret, le recta docere, recta prædicare, recta ſentire? Qui vt vni hæreſi ſuæ aditum pateſaceret, cunctarum hæreſeon blaſphemias inſectabatur, &c.] Inferius vero dum de eiuſdẽ c Ibid. c. 17. Neſtorij errore diſputat, eum ex diametro aduerſantem Apollinari fuiſſe dicit; nam ſubdit [c]: Cũ veritas dicat, ex duabus ſubſtantijs vnum eſſe Chriſtũ: Apollinaris cõtrarius veritati ex vna Chriſti diuinitate duas aſſerebat eſſe ſubſtantias: Neſtorius autem contraria Apollinaris morbo, dum ſe duas in Chriſto ſubſtantias diſtinguere ſimulat, duas introducit repente perſonas, & inaudito ſcelere duos vult eſſe Filios Dei, duos Chriſtos, vnũ Deum, alterum hominem, vnum qui ex Patre alterum qui ſit generatus ex matre.] hæc Vincentius. atque de de his modo ſatis.

IESV CHRISTI ANNVS 429.	CÆLESTINI PAP. ANNVS 6.	THEODOSII 22. VALENTINIANI 5. IMPP.

E

I. d Proſper in Chron. e Ita apud Bedã lib. 1. c. 17. f Proſper aduerſus Collat. in fi.

QVadringenteſimus vndetrigeſimus annus adſcriptus eſt Faſtis Conſulatu Florentij & Dionyſij: quo Cæleſtinus Romanus Pontifex Britanniam Pelagiana hæreſi infectam legatione Palladij diaconi liberauit. Id quidem ſub his Conſulibus Proſper [d] ſummatim complexus ſic narrat: Agricola [e] Pelagianus, Seueriani Pelagiani Epiſcopi filius, Eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit. ſed actione Palladij diaconi Papa Cæleſtinus Germanum Antiſidorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, vt deturbatis hæreticis, Britannos ad Catholicam fidem dirigat.] hæc in Chronico Proſper; qui aduerſus Collatorem agens, dum Cæleſtini laudes prædicat, iſta ſubdit [f]: Venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad Eccleſiæ Catholicæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt; ſciens damnatis non examen iudicij, ſed ſolum pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum, Cæleſtium quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantẽ totius Italiæ finibus iuſſit extrudi: ab eo & prædeceſſorum ſuorum ſtatuta & decreta Synodalia inuiolabiliter ſeruanda cenſebat, vt quod ſemel meruerat abſcindi, nequaquam admitteret retractari.

Digitized by Google

A ctari. Nec vero ſegniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberauit, quando quoſdam inimicos gratiæ ſolum ſuæ originis occupantes (*Pelagius enim Britannus cum eſſet, ex Britannia complures allegerat ſibi diſcipulos*) etiam ab illo ſecreti excluſit Oceani; & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam Inſulam ſtudet ſeruare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam.] hæc Proſper Scotorum etiam inſinuans factam hoc tempore conuerſionem. Scimus tamen recentiores ſcriptores [a], qui hoc noſtro ſæculo res Scotorum ſunt proſecuti, longe antiquiorem vendicare ſibi Scotorum Chriſtianitatem, nempe a tempore Victoris Papæ & martyris, qui legatione interpellatus Donaldi primi huius nominis Scotorum Regis, in Scotiam miſerit Roma clericos qui eos docuerint Euangelium. Sed miramur tanta hæc antiquiorem Scotum chronographum Marianum prorſus ignoraſſe, & Bedam illis propinquum penitus latuiſſe, & neſciſſe iſta Hieronymum, qui ad Oceanum ſcribens de Scotis adhuc Gentilibus iſta habet [b]: Audiant Ethnici meſſes Eccleſiæ, de quibus quotidie horrea noſtra complentur: audiant catechumeni, qui ſunt fidei candidati, ne vxores ducant ante baptiſma, ne honeſta iūgant matrimonia, ſed Scotorum & Atticotorum ritu ac de Republica Platonis promiſcuas vxores communes liberos habeant.] hæc & alia per Ironiam. Idem
B que aduerſus Iouinianum [c]: Quid (inquit) loquar de ceteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis veſci carnibus, & cum per ſiluas porcorū greges & armentorum pecudumq. reperiant, paſtorum nates & feminarum papillas ſolere abſcindere & has ſolas ciborum delicias arbitrari? Scotorum natio vxores proprias non habet, &c.]

Certe quidem Chriſtianorum iſta eſſe non poſſunt, ſed omnino Gentilium expertium penitus Chriſtianæ doctrinæ. Sed ad hæc dici poteſt, vt in alijs omnibus prouinciis accidiſſe vidimus, ſic eas Euangelium accepiſſe, vt tamen quamplurimi Gentiles priſtino ritu viuentes remanſerint ab Euangelica gratia alieni. Certe quidem Chriſtianitatem aliquam in Scotia tempore ipſius S. Hieronymi oportuit extitiſſe, ex qua & qui Pelagium ſectati fuerint, emerſiſſent: de quibus, cū idē præfatur in Hieremiam [d], hæc ſymbolicis quibuſdam figuris de Pelagio: Latrat per Alpinum canē grandem & corpulentum, qui calcibus magis poſſit ferire, quam dentibus: habet enim progeniem Scoticæ gentis, de Britannorum vicinia.] & ſuperius [e] de eodem ænigmatice item agens, antequā detegeretur hæreticus, eumdem ſtolidiſſimum, & Scotorum pultibus prægrauatum appellat. Sic igitur Hieronymi tempore in Scotia Chriſtianiſmum viguiſſe oportuit, ex quo aliqui prodiere Pe- III.
C lagiani. Certe quidem aſſertoribus Scoticæ gentis Chriſtianitatis temporibus Victoris Papæ fauet Tertullianus, cum aduerſus Iudeos agens hæc ait [f]: Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto vero ſubdita.] Porro Britanniæ loca inacceſſa Romanis tempore Tertulliani fuiſſe Scotos, quos illi ſubiugare nullatenus valuiſſent, recte intelligi poſſe videtur.

Sic igitur qui a Victore Romano Pontifice Scotos Euangelium accepiſſe maiorum traditione ſcripſere, haud ſunt refellendi: nec quod tradunt maiorem in Scotia auctum eſſe numerū Chriſtianorum, cum vigente in Orbe Romano Diocletiani perſecutione, e Britannia profugi Chriſtiani in Scotiam ſe contulerunt extorres: neque dum addunt ab illis excoli cœptum vitam monaſticam ardentioribus ſtudijs. Primum vero eam gentem a Cæleſtino Papa Epiſcopum habuiſſe Palladium, omnes conſentiunt: quem ſic dicit S. Proſper Britanniam ab hæreſi liberaſſe, & Scotiā barbaram gentem feciſſe Chriſtianam, vt Scotos illos, qui adhuc Gentilicio, immo ferino ritu viuebant, reddiderit omnes Chriſtianæ religionis cultores, eoſdemq. ſub vno paſtore, vnoq. ouili collegerit, cū ipſe illis Epiſcopus præſideret; quem iure vt ſuū Apoſtolū venerati ſunt Scoti, magno honore proſequentes eius reliquias in Mernia Scotiæ prouincia collocatas. Ex his autem habes qui- IV.
D bus redarguas aſſerentes Sedulium Chriſtianum poetam, quem tantopere Gelaſius Papa laudat, habuiſſe præceptorem Hildebertum Scotorum Archiepiſcopum: etenim cū ipſe Sedulius ad Theodoſij Imp. tempora referatur, quomodo vſus eſſe potuit Hildeberto Scotorum Archiepiſcopo præceptore, ſi nullus adhuc ordinatus erat in Scotia Archiepiſcopus, & Palladius abſque controuerſia primus fuiſſe dicatur eius gentis Antiſtes? Habes autem ex antiquitate Sedulij hominis Chriſtiani, eiuſdemq. doctiſſimi, quo intelligas ante Palladiū cognitam, & acceptam a Scotis Chriſtianam religionem, florente ex ipſis doctiſſimo viro, eodemq. maxime pio, cuius opimi ingenij extant hactenus complura nobiliſſima monumenta.

Qui igitur Euangeliū primo a Victore Pontifice Maximo accepere, & a Cæleſtino Papa primum Epiſcopum, a quo ſunt omnes penitus redditi Chriſtiani, eatenus Chriſti gratia profecere, V.
vt qui olim Gentilitio ritu viuentes ob ferinos mores vt portentum oſtenti erant humano generi, poſtea omnium præſtantiſſimi euaſerint Chriſtiani, Chriſtianamq. fidem ſumma diligentia excolentes, Apoſtolico munere (vt ſuis locis dicturi ſumus) in exteras gentes longe poſitas latiſſime eam atque locupletiſſime propagarint. Porro eamdem Eccleſiam nobiliſſimam hoc noſtro ſeculo
E Deus tentari permiſit, vt Chriſtianæ conſtantiæ præclariſſimum ſpecimen ederet, cum inter alios martyres habere etiam meruit (quod nulla hactenus Chriſtiana gens habuit) ipſam Reginam, Catholicæ fide eximium decus & ornamentum, diutiſſima confeſſione in carcere ante probatam, nobiliori corona martyrij auctam. Sed iam ad legationes hoc anno in Britāniam miſſas redeamus.

Duæ fuerunt iſtæ legationes, nimirum Palladij diaconi altera, altera vero S. Germani Epiſcopi, ſed poſterior ex priore, ambæq. ex vno eodemq. prodeuntes fonte, nempe a Cæleſtino Romano Pontifice; vt ex Proſpero, qui res geſtas ſui temporis ſcripſit, apparet; cui & præ ceteris inhærendum prærogatiua tanti auctoris, res quas ob oculos & præ manibus habuit ſcribentis, omnes ęque conſentient. Duas præterea fuiſſe Palladij legationes in Britanniam, eodem auctore liquet; priorē nimirum, cum hoc anno occaſione hæreſis Pelagianæ ab ipſo Cæleſtino Romano Pontifice miſſus eſt in Britanniam; poſteriorem vero poſt ſequentem annum (vt idem affirmat Proſper) cum Palladius ex diacono creatus Epiſcopus ad Scotos ab eodem miſſus eſt Cæleſtino. Agamus de ſingulis ex ordine rerum geſtarum & temporis. VI.

a Hect. Boetius hiſt. Scot lib. 6. Sander. de viſib. monarch. Geor. Thomſō in libello de antiq. Chr. religion. Scot. Georg. Buch. rerum Scot lib. 4.

b Hieron. epiſt. 83.

c Hieron. contra Iouinian. lib. 2.

d Hieron in Hierem. lib. 3. pręf.

e Hieron. in Hierem. lib. 1. præf.

f Tertul. aduerſ. Iudęos, c. 7.

Primum

Digitized by Google

VII.
a Beda hiſt. Anglic lib. 1. c. 14. & de ſex ætat. in Theodoſio Iuni.
b Trithem. de Script. Eccleſ.

Primum vero quod ad Palladium diaconum ſpectat, ex Proſpero corrigendus eſt Beda[a], dū A
ait, anno octauo Imperij Theodoſij Iunioris miſſum eſſe Palladium a Cæleſtino Romano Pontifi
ce: nam Pontificatus ipſius Cæleſtini ab eo tempore poſt annos octo contigit, nempe decimoſexto
eiuſdem Theodoſij Imperatoris. De Palladio autem, quiſnam iſte fuerit, perueſtigandum eſt. Græ
cum fuiſſe hominem cum dicant, vane putauit aliquis ex recentioribus[b] hunc illum fuiſſe Palla-
dium Ioannis Hieroſolymitani pernéceſſarium: nam illum non diaconum, ſed Epiſcopum, non ex
pugnatorem Pelagij, ſed defenſorem fuiſſe, ſuperius pluries demonſtratum eſt. Vixit hoc tempore
alius quoque Palladius, ad quem Cyrillus Alexandrinus ſcripſit commentarium de Adoratione
& cultu in Spiritu ſancto.

VIII.
Scripta Palladij.

Ceterum quem fuiſſe putamus, conſtat his temporibus vixiſſe Palladium diaconum S. R. E.
qui reperitur ſcripſiſſe haud pridem ſub Zoſimo Papa res geſtas S. Ioannis Chryſoſtomi, nempe
dialogum illum alterius Palladij Epiſcopi Helenopolis cum Theodoro itidem Romanæ Eccleſię
diacono: qui quidem Palladius diaconus apud Trithemium numeratur inter ſcriptores Eccleſia-
ſticos; nam prętet Vitam Ioannis Chryſoſtomi ab ipſo ſcriptam per dialogiſmum, in quo Palla-
dius Epiſcopus & Theodorus diaconus interloquuntur, librum etiam contra Pelagianos, & homi B
liarum librum unum, & ad Cæleſtinum epiſtolarum librum vnum, & alia Græco ſermone ab eo-
dem edita idem tradit. Vtinam extaret liber ille Palladij epiſtolarum ad Cæleſtinum: certe quidē,
cuncta quæ in hac legatione ab eo geſta eſſent, fuiſſe accurate ſcriptis mandata illis epiſtolis, opi-
nari poſſumus: cum nos illis carentes, de rebus magni ponderis memoria perpetua dignis, nihil
præterea quam quæ dicta ſunt ex Proſpero, habeamus expreſſum. Scotos quidem ipſos ab eo ad
Chriſti fidem conuerſos fuiſſe, & ex munere Apoſtolico conſecutum quoque fuiſſe nomen, vt Apo
ſtolus Scotorum fuerit nuncupatus, vna omnium cum Proſpero eſt ſententia. Nauigaſſe quoque
ad Hibernos, & illic Euangelium prædicaſſe mandato eiuſdem Cæleſtini Romani Pontificis, Pro
bus teſtatur in rebus geſtis ſancti Patricij a ſe conſcriptis, qui & nominat eumdem Palladium,
Archidiaconum Cæleſtini. Porro morte præuento Palladio, S. Patricius cœptum ab eo opus abſol
uit, de quo ſuo loco dicendum inferius.

IX.
De Legatione Germani Epi. a Conſtantio ſcripta.
c Bed de ſex æt. & hiſtor. Angl. lib. 1. c. 17.
d Iſid. de Vir. illuſtr. c. 4.
e Sidon. li. 2. epi. 12. & lib. 3. epiſt. 5. & lib. 6. ep. 22.

At quoniam res ſummas & plurium annorum ſpatio confectas cogimur, iactura veterum mo
numentorum, tranſilire ieiuni, res inquam præclaras a Palladio in hac legatione perfunctas: age
de S. Germani legatione orationē inſtituamus; de qua primum (quod ad rationem temporis ſpe- C
ctat) ex Proſpero rurſum corrigendus eſt Beda. Etenim cum Proſper ſub huius anni Conſulibus
referat legationem Germani opera Palladij procuratam, apud Bedam[c] ponitur poſt obitū Theo
doſii Iunioris ſub Marciano Imperatore: auſcultandum autem Proſperum potius ex dictis ratio
nibus, quam Bedam, nemo non videt. Extant Acta ipſius S. Germani Epiſcopi legati poſteris tra-
dita, & omni fide conſignata, a Conſtantio presbytero ſcripta ad S. Patientem Epiſcopum Lugdu-
nenſem: floruerunt ambo hoc ſęculo, eſtq. de vtroque mentio apud Sidonium Apollinarem, memi
nit etiam eiuſdem Conſtantij, qui Vitam S. Germani conſcripſit, Iſidorus[d]: ſed cum Epiſcopum
nominet, alij vero presbyterum, non mirum videtur vt idē poſtea Epiſcopus factus ſit: ſic & apud
Sidonium, & in Concilijs Gallicanis Conſtantius nominatus reperitur Epiſcopus. ſcripſit autem
ea Conſtātius ad Cenſurium Antiſidorenſem Epiſcopum, ad quem extat quoque Sidonij Apolli-
naris[e] epiſtola. Ex quibus omnibus intelligas, haud ad ignotum ab ignoto & vulgari homine
ea de legatione Germani eſſe conſcripta, ſed a nobili auctore, qui inter claros illuſtreſq. viros hu-
ius ſæculi vixerit.

X.
f Conſtant li. 1. c. 19. apud Sur. tom. 4.

Cum vero auctoritate Proſperi ſatis liqueat, S. Germanum Epiſcopum in Britanniam a Cæle D
ſtino miſſum eſſe legatum; Conſtantius uero ac poſt eum Beda tradat a Synodo Gallicana id fa-
ctum: potuit quidem vtrumque facile contigiſſe; vel, vt quem mittendum Synodus illa delegiſſet,
Pontifex comprobaſſet; vel quem ſibi ad eam prouinciam legare deberet, ipſe Cæleſtinus arbitrio
Gallorum Epiſcoporum reliquiſſet. Certe quidem clades ipſa illata Britannorum Eccleſię ab ip-
ſorum gentili Pelagio, ac eius diſcipulis, prius innotuit Epiſcopis Galliarum legatione Catholico
rum Antiſtitum Britannorum, vt ex Conſtantio liquet. Qui igitur legibus Imperatorum vndique
(vt dictum eſt) exagitati Pelagiani fuere; in inſula illa in primis, ex qua Pelagius auctor impietatis
oriundus erat, latebras captare curarunt: vbi affectatu ex more titulo ſanctitatis, in ſe populi ocu-
los conuertentes, in eos paulatim cum prædicatione Chriſtianæ vitæ perfectionis, quam ſe profite
ri iactabant, venena hæreſis inſtillarunt; quæ adeo eorum præcordiis inhæſerunt, vt iam medicinā
nullam admitterent, ſuorumq. paſtorum lupos arcentium vocem contemnerent: vnde opus fuit, e
vicinis Gallijs, immo e longe poſita Romana Eccleſia aduerſus ingruentia mala auxilium implo
tare. Sed non vnus Germanus Epiſcopus tantum ſuſcepit onus ſubeundum; verum additus eſt illi
collega uir ſanctiſſimus Lupus Epiſcopus Trecenſis: amboq. ſicut Paulus & Barnabas, in Euange E
lium ſegregati. Sed iam rem ipſam a Conſtantio deſcriptam referre aggrediamur[f]:

XI.
Synodus Gallicana ex qua Germanus & Lupus Epiſc. miſſi in Britannia.
g Ibid. lib. 1. c. 22.

Eodem (inquit) tempore ex Britannijs directa legatio Gallicanis Epiſcopis nunciauit, Pela-
gianam peruerſitatem in locis ſuis late populos occupaſſe, & quamprimum fidei Catholicæ debe
re ſuccurri. Ob quam cauſam Synodus numeroſa collecta eſt: omniumq. iudicio duo præclara reli
gionis lumina vniuerſorum precibus ambiuntur, Germanus ac Lupus Apoſtolici ſacerdotes, ter-
ram corporibus, cælum mentibus poſſidentes. Et quanto neceſſitas laborioſior apparebat, tanto
eam promptius heroes deuotiſſimi ſuſceperunt, celebritatem negotij fidei ſtimulis maturantes.]
ſubdit poſt hæc auctor, quomodo in itinere apud Pariſios ſanctam virginem Genouefam S. Germa
nus præſcius futurorum uocatam Deo deſpondit, nummumq. caſu repertum cruce impreſſum ei
dem in memoriam geſtandum dedit. ac de nauigatione in Britanniam mox hæc addit[g];

XII.

Hi itaque Oceanum mare Chriſto duce & auctore, conſcendunt: qui famulos ſuos inter diſcri
mina & tutos reddidit & probatos. Ac primum de ſinu Gallico flabris leuibus nauis in altum pro
uecta

A uecta dicitur, donec ad æquor medium perueniret, vbi porrectis in longum viſibus nihil aliud videretur quam cælum & maria. Nec multo poſt occurrit in pelago legionis inimicę vis dæmonum, qui tantos ac tales viros peruadere ad recipiendam populorum ſalutem liuidis iniquitatibus inuiderent. Opponunt pericula, procellas concitant, cęlum diemque nubium nocte ſubducunt, & tenebrarum caliginem maris atque aeris horrore congeminant. Ventorum furorem vela non ſuſtinét, & Oceani moles fragilis cymba vix tolerat. Cedunt miniſteria victa nautarum. Ferebatur nauigium oratione, non viribus. Et caſu dux ipſe vel Pontifex, fractus corporis laſſitudine, ſopore reſolutus eſt.

Tum vero quaſi repugnatore ceſſante, tempeſtas excitata conualuit, & iam nauigium perfuſis fluctibus mergebatur. Tunc beatus Lupus, omneſque turbati, excitant ſeniorem, elementis furentibus opponendum. Qui periculi immanitate conſtantior, Chriſtum inuocat, Oceanum increpat, & procellis ſæuientibus cauſam religionis opponit: ſtatimq. aſſumpto oleo, in nomine Trinitatis leui aſpergine fluctus ſæuientes oppreſſit: collegam commonet, hortatur vniuerſos: oratio vno ore & clamore profunditur. adeſt Diuinitas, fugantur inimici, tranquillitas ſerena ſubſequitur: vē- XIII.

Maris tempeſtatem diuina virtute ſuperant.

B ti contrarij ad itineris miniſteria vertuntur: nauigium famulatrix vnda ſubſequitur, decurſiſq. immenſis ſpatiis, breui optati littoris quiete potiuntur. Itaque conueniens ex diuerſis partibus multitudo excepit ſacerdotes, quos venturos etiam vaticinatio aduerſa prædixerat. Nunciabant enim ſiniſtri ſpiritus quod timebant. Qui imperio ſacerdotum dum ab obſeſſis corporibus detruduntur, & tempeſtatis ordinem & pericula quæ intulerant fatebantur, victoſq. ſe eorum meritis & imperio non negabant.

Interea Britannorum inſulam, quæ inter omnes eſt vel prima vel maxima, ſacerdotes Apoſtolici raptim opinione, prædicatione, virtutibus impleuerunt. Et cum quotidie irruente frequentia ſtiparentur, diuinus ſermo nō ſolum in eccleſijs, verum etiam per triuia, & per deuia fundebatur; vt paſſim & fide Catholici firmarentur, & deprauati viam correctionis agnoſcerent. Erat in illis Apoſtolorum inſtar gloria, & auctoritas per conſcientiam, doctrina per litteras, virtutes ex meritis: accedebat præterea tantis auctoribus aſſertio veritatis. Itaque regionis vniuerſitas in eorum ſententiam prompta tranſierat: latebant abditi ſiniſtræ perſuaſionis auctores, & more maligni ſpiritus gemebant perire ſibi populos euadentes. Ad extremum diuturna meditatione concepta, præ- XIV.

Britāni audiūt Germanum.

C ſumunt inire conflictum. Procedunt conſpicui diuitijs, veſte fulgenti, circumdati aſſentatione multorum: contentioniſq. ſubire aleam maluerunt, quam in populo, quem ſubuerterant, pudorem taciturnitatis incurrere, ne viderentur ſe ipſi ſilentio damnauiſſe.

Illic plane immenſæ multitudinis numeroſitas etiam cum coniugibus ac liberis excirata conuenerat. Aderat populus ſpectator futurus & iudex. Aſtabant partes diſpari cōditione diſſimiles: hinc diuina auctoritas, inde humana præſumptio: hinc fides, inde perfidia: hinc Chriſtus, inde Pelagius auctor. Primo in loco beatiſſimi ſacerdotes præbuerant aduerſarijs copiam diſputādi, quæ ſola verborum nuditate diu inaniter & aures occupauit & tempora. Deinde Antiſtites venerandi torrentes eloquij ſui cum Apoſtolicis & Euangelicis tonitruis profuderunt. Miſcebatur ſermo proprius cum diuino, & aſſertiones frequentiſſimas lectionum teſtimonia ſequebantur. Conuincitur vanitas, & perfidia confutatur: ita vt ad ſingulas verborum obiectiones reos ſe, dum reſpondere nequiuerunt, faterentur. Populus arbiter vix manus continet: iudicium cum clamore teſtatur. Cum ſubito vir Tribunitiæ poteſtatis cum coniuge procedit in medium, decem annorum filiam cæcam finibus ingerens ſacerdotum: quam illi offerri aduerſariis præceperunt. Sed illi, conſcientia puniē- XV.

Miraculo fides Catholica probata.

D te deterriti, iungunt cum parentibus preces, & curationem paruulæ a ſacerdotibus precātur. Qui expectationem populi & inclinatos aduerſarios intuentes, orationem breuiter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu ſancto ſanctam inuocat Trinitatem, & protinus inhærentem lateri ſuo capſulam cum ſanctorum reliquis collo auulſam manibus comprehendit, eamq. in conſpectu omnium puellæ oculis applicauit: quos ſtatim, euacuatis tenebris, lumine veritatis impleuit. Exultant parentes, miraculo populus contremiſcit. Poſt quam diem ita ex animis hominum perſuaſio iniqua deleta eſt, vt ſacerdotum doctrinam ſitientibus deſiderijs ſectarentur.

Compreſſa itaque peruerſitate damnabili, eiuſq. auctoribus confutatis, animiſq. omnium fidei puritate compoſitis, ſacerdotes ad beatum Albanum martyrem, auctori Deo per ipſum gratias acturi, properabāt. Vbi Germanus, omnium Apoſtolorum, diuerſorumq. martyrum reliquias ſecum habens, facta oratione, iuſſit reuelli ſepulchrum, pretioſa ibidem munera conditurus: arbitrans opportunum, vt membra ſanctorum ex diuerſis regionib. collecta, quos pares meritis receperat cælum, ſepulchri quoque vnius teneret hoſpitium. Quibus depoſitis, honorificeq. ſociatis, de loco ipſo, vbi beati martyris effuſus fuerat ſanguis, maſſam pulueris ſecum portaturus abſtulit: in XVI.

Germanus puluerem colligit ex loco Martyrij S. Albani.

E qua apparebat, cruore ſeruato, rubere martyrum cædem, perſecutore pallente. Quibus ita geſtis, innumera hominum eodem die ad Dominum conuerſa eſt turba.] hæc Conſtantius. Vide & conſidera hic opportune, lector, quænam ſit putanda Catholica fides, & in ſanctorum cultu pia traditio, num ea, quam ſanctiſſimi Epiſcopi, ſequentibus ſignis, Dei teſtificatione docebant, an quam in demolitione martyrum ſepulchrorum in eadem inſula (proh dolor!) fæx hæreticorum hodie vi armorum & carnificina ſanctorum extorquet? Sed miſſis his (nam quis corriget quos Deus deſpexit?) ſacros Antiſtites mira adhuc in eadem inſula agentes proſequamur. ſubdit enim Conſtantius.

Inde dum redeunt, inſidiator inimicus, caſualibus laqueis præparatis, Germani pedem lapſus occaſione contriuit, ignorans illius merita, ſicut Iob beatiſſimi, afflictione corporis propaganda. Et dum aliquandiu vno in loco infirmitatis neceſſitate conſtringitur; in vicinia, qua manebat, caſuale exarſit incendium: quod conſumptis domibus, quæ illic paluſtri arundine regebantur, ad habitaculum in quo idem iacebat, flabris ſtimulantibus, ferebatur. Concurſus omnium ad Antiſtitē XVII.

Germanus patitur pedis colluxationem.

conuolauit,

conuolauit, vt eleuatis manibus periculum quod imminebat euaderet. Qui omnibus increpa- A
tis, moueri ſe fidei præſumptione, non paſſus eſt. Multitudo omnis deſperatione perterrita obuiam
occurrit incendio. Sed vt potentia Dei manifeſtior appareret, quicquid cuſtodire tẽtauerat turba,
conſumitur: quod vero iacens & infirmus defenderat, reſeruatur: hoſpitium ſancti viri expaueſcẽs
flamma tranſiliuit, vltra citraq. deſæuiens; & inter globos flammantis incendij incolume taberna
culum, quod habitator incluſus ſeruabat, emicuit. Exultat turba miraculo, & victam ſe diuinis vir
tutibus gratulatur. Excubabat diebus ac noctibus ante tugurium pauperis turba ſine numero, hi
animas curari cupientes, hi corpora. Referri nequeunt, quæ Chriſtus operabatur in famulo, qui
virtutes faciebat infirmus. Et cum debilitati ſuæ remedij nihil adhiberi pateretur: quadam nocte
candentem niueis veſtibus vidit ſibi adeſſe perſonam, quæ manu extenſa iacentem videretur at-
tollere, eumq. conſiſtere firmis veſtigijs imperabat. Poſt quam horam ita fugatis doloribus, rece-
pit priſtinam ſanitatem, vt die reddito, itineris laborem ſubiret intrepidus.

XVIII.

Germanus præſto eſt Britannis aduerſus hoſtes.

Interea Saxones, Pictiq. bellum aduerſus Britones iunctis viribus ſuſceperunt, quos eadem
neceſſitas in caſtra conſtrinxerat; & cum trepidi partes ſuas pene impares iudicarent, ſanctorum
Antiſtitum auxilium petierunt. Qui promiſſum maturantes aduentum, tantum ſecuritatis & fidu B
ciæ contulerunt, vt acceſſiſſe maximus crederetur exercitus. Itaque Apoſtolicis ducibus Chriſtus
militabat in caſtris. Aderant etiam Quadrageſimæ venerabiles dies, quos religioſiores reddebat
præſentia ſacerdotum, in tantum vt quotidianis prædicationibus inſtituti certatim ad gratiam ba
ptiſmatis conuolarent. Nam maxima exercitus multitudo vndam lauacri ſalutaris expetijt. Eccle
ſia ad diem Reſurrectionis Dominicæ frondibus contexta componitur, & in expeditione campe-
ſtri inſtar ciuitatis aptatur. Madidus baptiſmate procedit exercitus, fides feruet in populo; & con-
tempto armorum præſidio, Diuinitatis expectatur auxilium.

XIX.

Victoria ſine ſanguine diuina virtute parta.

Interea hæc inſtitutio vel forma caſtrorum hoſtibus nunciatur: qui victoriam quaſi de inermi
exercitu præſumentes, aſſumpta alacritate feſtinant: quorum tamen aduentus exploratione co-
gnoſcitur. Cumque emenſa ſolemnitate Paſchali, recens de lauacro maior pars exercitus arma ca
pere & bellum parare tentaret: Germanus ducem ſe prœlij profitetur. Eligit expeditos, circumie
cta percurrit: & e regione qua hoſtium ſperabatur aduentus, vallem circumdatam editis montib.
intuetur. quo in loco nouum componit exercitum, ipſe dux agminis. Et iam aderat ferox hoſtium
multitudo, quam appropinquare intuebantur in inſidijs conſtituti. Cum ſubito Germanus ſigni- C
fer vniuerſos admonet, & prædicit, vt voci ſuæ vno clamore reſpondeant. Securiſq. hoſtibus, qui ſe
inſperatos adeſſe confiderent, ALLELVIA, tertio repetitum, ſacerdotes inclamant. Sequitur
vna vox omnium; & eleuatum clamorem, repercuſſo aere, montium incluſa multiplicant. Hoſtile
agmen terrore proſternitur: & ruiſſe ſuper ſe non ſolum rupes circumdatas, verum etiam ipſam cę
li machinam, contremiſcunt: trepidationiq. iniectæ vix ſufficere pedum pernicitas credebatur. Paſ
ſim fugiunt, arma proijciunt, gaudentes vel nuda corpora eripuiſſe diſcrimini. Plures etiam timo-
re præcipites, flumen quod ſenſim venientes tranſierant, deuorauit. Vltionem ſuam innocens in-
tuetur exercitus, & victoriæ præſtitæ otioſus ſpectator efficitur. Spolia colliguntur expoſita, & prę
dam cæleſtis victoriæ miles religioſus adipiſcitur. Triumphant Pontifices, hoſtibus fuſis ſine ſan-
guine; triumphant victoria fide obtenta, non viribus. Compoſita itaque opulentiſſima inſula ſecu-
ritate multiplici, ſuperatiſq. hoſtibus vel ſpiritualibus, vel carne conſpicuis, quippe qui viciſſent
Pelagianiſtas & Saxones: cum totius mærore regionis reditum moliuntur. Tranquillam nauigatio
nem merita propria & interceſſio Albani martyris parauerunt, quietoſq. Antiſtites ſuorum deſide
rijs, felix carina reſtituit.

Germanus reuertitur Antiſidoram.

XX.

In reditu venerabilium ſacerdotum exultant Galliæ, gaudent Eccleſiæ, dæmones contremi- D
ſcunt. Certe expectatio propriæ ciuitatis beatum Germanum votis duplicibus ambiebat, quam &
apud maieſtatem diuinam & inter mundi procellas ſeruare conſueuerat. Tributaria enim functio
præter ſolitum & neceſſitates innumeræ ciues ſuos quaſi pupillos orbatos parente depreſſerant. Et
pro quiete vel requie quæſiturus remedia ciuitati, poſt maritima diſcrimina labores terrenæ ex-
peditionis ingreditur. Itaque Gallias illuſtraturus paruiſſimo comitatu & exigua euectione pro-
greditur, qui pro largiſſimis theſauris Chriſtum ferebat in pectore.]adijt enim Præfectum Gallia
rum, rogaturus pro ciuibus ſuis. Poſt alia vero ab eodem ſacro Antiſtite inſignia opera edita, idẽ
auctor ſubdit de poſteriori legatione eiuſdem in eamdem inſulam eadem quoque ex cauſa ſuſce
pta: ſed quoniam ea contigit ſub Sixto Romano Pontifice, de ea ſuo loco agemus.

XXI.

Cæleſtinus admonet Epiſcopos Apulos et Calabros.

Hoc eodem anno ipſe Cæleſtinus Romanus Pontifex, qui in Britanniam S. Germanum lega-
uit, & Scotos ad fidem per Palladium cõuertit, paſtorali functione ſolicitus, vicinarum Eccleſiarũ
curam non negligens, ad Epiſcopos Apuliæ & Calabriæ epiſtolam dedit, qua admonuit, ne ex lai
cis aſſumerentur Epiſcopi, ſed eligerentur ex clero: & quod illi ad excuſationes ſuas ſtudia populi E
& conatum afferrent, eoſdem his verbis admonuit: Docendus eſt populus, non ſequendus; noſque
(ſi neſciunt) eos quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his conſenſum præbere debemus.
Quiſquis vero conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Apoſtolicæ ſedis minime defutu
ram: quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeueritatem congruẽ
tem regulis vindicemus.]hæc Cæleſtinus.

XXII.

Sed iam quomodo ſe habuerint hoc anno res Orientalis Eccleſiæ tumultibus Neſtorij pertur
batæ, videamus. Neſtorius igitur, quam promulgaſſet hæreſim Conſtantinopoli, cupiens per totũ
Orbem amplioribus ſpatijs dilatari, omnes quibus pollebat, vires impendit, quo iſta poſſet imple
re: parum enim ſibi viſus in ipſa primaria vrbe nouam hæreſim promulgaſſe, ad eam latius diffa-
mandam ſua ſcripta ad diuerſos dedit, & inter alios ad Aegypti monachos, quos vt deciperet, ſe
nonniſi Nicænæ fidei profeſſorem eſſe oſtentans, nihil ſe niſi ex Nicæni Concilij præſcripto doce-
re, fraudulenter ſuis litteris præſcferebat: ex quo factum eſt, vt nonnulli ex eiſdem Aegypti mo-

monachis

A nachis ipſius errori conſenſerint. hæc quidem omnia Cyrillus ipſe teſtatur [a]. Porro non litteras tantum ad diuerſos Neſtorius ſparſit, ſed & libros eiuſdem hæreſis defenſores dedit: quos etiam per Antiochum virum illuſtrem ad Cæleſtinum Pontificem miſiſſe, idem qui acepit ipſe Cæleſtinus Papa teſtatur [b]: quales autem ij eſſent, quæ de ijſdem Neſtorij libris poſtea per viſum demõſtrata fuerunt ſanctiſſimo anachoretæ, declarant; quæ, antequam reliqua proſequamur, hic adducamus in medium ex Sophronio, rem geſtam, vt ſe habuit, deſcribente his verbis [c]:

Neſtorius libros hæreſis ſuæ ad diuerſos mittit.

a Cyril. epiſt. 1. b Cæleſt epi. 5. c Sophro. Prat. ſpirit. c. 66.

XXIII. *De libris Neſtorij oſtenſa viſio.*

Acceſſimus ad abbatem Cyriacum presbyterum Lauræ Calamonis iuxta ſanctum Iordanem: narrauitque nobis, dicens: Die quadam vidi per ſomnium mulierem honeſta facie, purpura indutam, & cum ea viros duos, & ipſos venerando habitu & aſpectu præclaro. Arbitratus ſum mulierẽ illam eſſe Dominam noſtram ſanctam Dei genitricem, duoſque viros qui cum ea erant, S. Ioannem Baptiſtam, & S. Ioannem Theologum & Euangeliſtam. Egreſſuſque de cella, rogabam illam vt ingrederetur. quæ non acceſſit. Permanſi ergo diutius orans & obſecrans, dicens: Ne, quæſo, auertatur humilis factus confuſus: & alia plurima huiuſmodi. Illa igitur vt me vidit inſtare precibus, eamdemq. poſtulationem iterare, ſeuerius mihi reſpondit, dicens: Habes intra cel-
B lam inimicum meum, & vis vt ingrediar? Et his dictis, abſceſſit. Vigilans autem affligi cœpi, & cogitabam numquid in mentem peccatum contra illam admiſiſſem: neque enim erat aliquis alius in cella mea, niſi ego ſolus. Diutius igitur me ipſum diſcutiens, nihil inueni quod in illam peccaſsẽ. Cum vero vidiſſem me nimio mærore abſorberi, ſurgens cœpi librum, vt legerem, quod per huiuſmodi lectionem dolorem meum cogitationeſq. repellerem: librum autem illum mutuo acceperã a beato Eſychio presbytero Hieroſolymitanæ Eccleſiæ. Euoluenſq. librum, inueni duos ipſius Neſtorij libros in fine voluminis ſcriptos: moxq. agnoui, hũc eſſe inimicum illum ſanctæ Dominæ noſtræ Dei genitricis ſemperq. Virginis Mariæ. Tunc ſurgens abij, librumq. illi, qui eum mihi accõmodauerat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater; neq. enim ex eo tantum vtilitatis accepi, quantum detrimenti. Cum ille vero detrimenti ipſius cauſam ſciſcitaretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo ſuccenſus, protinus duos illos Neſtorij libros ex volumine præcidit, eoſque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominæ noſtræ S. Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ inimicus.] hæc ibi.

XXIV. *Diſſidia inter ægypti monachos ob libros Neſtorij exorta.*

d Cyril. de dog. Neſtor. e Cyrill. epiſt. 1. edit Pelt.

Eiuſmodi namq. fuerunt libri illi, quos (vt diximus) per diuerſas Orbis partes Neſtorius diuul-
C gauit, quorum blaſphemias idem qui ſupra Cyrillus ſeorſum collegit [d] & confutauit. Horum cauſa magnæ inter Aegypti monachos excitatæ ſunt turbæ; ad quas ſedandas Cyrillus primam ſcripſit epiſtolam [e], vbi inter alia: Audio exitiales quoſdam rumores inter vos proſeminatos, nonnullos quoq. oberrare, qui ſinceram veſtram fidem demoliri ſtudeant, & inanium vocabulorum bullas apud rude vulgus eructantes, vtrum θεοτόκον ſacram Virginem appellare liceat, in controuerſiam vocare audeant. Præſtaret ſane eiuſmodi quæſtionibus omnino ſuperſedere, & in ea quæ abſtruſioris cõſiderationis ſunt, nec aliter fere, niſi veluti in ſpeculo & in ænigmate, etiam ab ijs qui ingenij celeritate mentiſque ſubtilitate pollent, perſpici poſſunt, nequaquam inquirere (nam ſimpliciorum captum ſubtiliora theoremata excedunt.) At quoniam horum ſermonum expertes non permanſiſtis, ſitque probabile contentioſos quoſdam non defuturos, qui venenũ, quod ſemel hauſerunt, veluti ſpicula quædam in imbecilliorum animos defigere conabuntur; operæ me precium facturum putaui, ſi pauca quædam his de rebus ad vos diſſererem, &c.] docet enim ex Patrum ſententia, qui Nicæno interfuerunt Concilio, & ex ipſo in primis S. Athanaſio, ſanctiſſimam Virginẽ, Deiparam appellatam.

XXV. *Cyrilli modeſtia in impugnando Neſtorium.*

f Cyrill. epiſt. 2.

D Cum vero in tota illa tractatione S. Cyrillus a Neſtorij nomine abſtinuerit, qui vt blaſphemiæ auctor in primis nominandus erat; hinc ducimus coniecturam, eamdem epiſtolam a Cyrillo primam omnium eſſe conſcriptam, antequam Neſtorius perfricta fronte palam ſe auctorem & defenſorem horrendæ impietatis proderet: vel potius (quod teſtari videtur ipſe Cyrillus [f] ſequenti epiſtola) quod etſi in libris miſſis Neſtorij nomen inditum eſſet, haud tamen Cyrillus facile credere voluit eos eſſe Neſtorij: nam in epiſtola ad ipſum ſcripta hæc habet: Noſter proinde hic animi dolor ex ijs natus eſt, quæ pietas tua dixit, aut etiã non dixit: ſiquidem ſchedis, quæ ea de re feruntur, parum fidei habeo.] hæc ipſe in epiſtola ad Neſtorium anno ſequenti ſcripta, poſtquam ſcilicet Cæleſtinus ad Neſtorium atque Cyrillum litteras reddidiſſet, quæ ſequentis anni Conſulibus ſignatæ ſunt.

XXVI. *Cyrillus prudẽter diſſimulat.*

Diſſimulauit itaque prudenter eo modo Cyrillus, ne videretur vetera inſtaurare certamina, pugnareque rurſum (vt olim Theophili tempore) Epiſcopum Alexandrinum contra Conſtantinopolitanum Antiſtitem. Quo igitur appareret, ſe contra hæreſim, non contra hominem inire certamen; illud hoc ipſo rerum exordio conſilium inijt, vt ſic ad Aegyptios monachos ſcri-
E bens, nomen tamen Neſtorij reticeret: quod & præſtitit in commentarijs eo argumento ad ipſos Imperatores atque ad Reginas conſcriptis: vnde etiam conijcere poſſumus, hoc quoque tempore libros illos a Cyrillo eſſe conſcriptos, tacito Neſtorij nomine, ne ex eo Theodoſij animus offenderetur, qui Neſtorium Antiochia accerſitum, reiectis ceteris, in Epiſcopum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ diligendum curarat. Quod enim vereretur Cyrillus, ne venena Neſtorij in animos Auguſtorum & Auguſtarum illaberentur, in aulamque & in magiſtratus reliquos ſerperent; vt ad eos ſcriberet, antidotumque pararet, in animum induxit. declarat namque ipſe hoc animi ſui conſilium ea epiſtola, quam poſt Epheſinum Concilium ad Theodoſium dedit [g].

g Extat Act. Cõcil. Epheſin. t. 1. e. 2. edit. Pelt.

XXVII. *Cæleſtinus mãdat inquiri de veritate ſcriptorum Neſtorij.*

Cum autem quæ ad Aegypti monachos ſcripta impij Neſtorij peruenerant, eadem ab incerto homine Romam ad Cæleſtinum Papam perlata eſſent: ijſdem in fratrum coepiſcoporum conſeſſu percognitis, & horrendis confertis blaſphemijs adinuentis, idem Cæleſtinus ad Cyrillum Alexandrinum Epiſcopũ ſcripſit, vt diligenter perquireret, nũ illa re vera fuiſſent a Neſtorio exarata:

impoſſibile enim quodammodo videbatur, talia de Neſtorio credere, de quo nuper Orientalium A
Epiſcoporum litteris præconia accepiſſet. teſtatur id quidem Cyrillus in primis ad eumdem Ne-
ſtorium datis hoc anno litteris, ea occaſione, quod audierat illum admodum expoſtulare ob datas
a ſe ad monachos litteras aduerſus blaſphemias ad eos ab ipſo Neſtorio miſſas. Epiſtola autẽ Cy-
rilli ad Neſtorium ſic ſe habet [a]:

a Act. Concil. Epheſ. tom. 1. c. 2.

XXVIII. *Epiſtola prima Cyrilli ad Neſtorium.*

Aduenerunt Alexandriam viri aliquot veneratione ac fide digni, qui pietatem tuam grauiter
ſtomachari, nullumq. mei lædendi cauſa lapidem non mouere, mihi renunciarunt. Cupienti autem
mihi agnoſcere, vndenam pietas tua in hanc ægritudinem incidiſſet: Alexãdrinos quoſdam epiſto
lam illam, quam ad ſanctos monachos miſeram, circumferre, eamq. rem odij moleſtiæq. cauſam
eſſe, reſponderunt. Ego vero miratus ſum maiorem in modum, pietatem tuam non perpendiſſe, ſe-
cumq. reputaſſe, eas in fide turbas, antequam ego quicquam omnino ſcriberem, ex quibuſdã pie-
tatis tuæ ſermonibus excitatas fuiſſe. An nõ, obſecro, priuſquam vllæ penitus eiuſmodi chartæ vel
commentarij circumferrentur, dum quorundam peruerſorum emẽdationi ſtudemus, inſignẽ mo-
leſtiam pertulimus? Eo namq. malum hoc paulatim ſerpendo peruenit, vt nonnulli Chriſtũ, Deũ
appellari, ægre patiantur, ſed potius Diuinitatis organum & inſtrumentum, hominemq. Deiferũ, B
& alia his ineptiora. Noſter proinde hic animi dolor ex his natus eſt, quæ pietas tua dixit, aut etiã
non dixit: ſiquidem ſchedis, quæ ea de re feruntur, parum fidei habeo. Cũ igitur fides tam inſigni-
ter læderetur, totq. paſſim peruerteretũr; qui tandem tacere hic licuit? An non ante tribunal Chri
ſti ſiſtemur? An intempeſtiui ſilentij rationẽ reddituri non ſumus, præſertim nos qui ea de re hunc
in locum ab eo euecti ſumus, vt quæ oportet prædicemus?

XXIX. *Digna Cyrilli excuſatio.*

Et quid nunc, obſecro, conſilij capiam? (tuam hic namq. pietatem appellare compellor) quan
doquidem Cæleſtino religioſiſſimo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo iubente, ceteriſq. pijſſimis Epi-
ſcopis, qui ipſi adfuere, ita poſtulantibus, inueſtigare cogor, chartulæ ne illæ & exegeſes, quæ illuc
ad ſe neſcio quomodo perlatæ ſunt, a tua pietate, an vero ab alio quopiam profectæ ſint: ſcribunt
enim, vt qui grauiſſime videantur offenſi. Quomodo vero eos, qui ab omnibus totius Orientis Ec
cleſijs ſubinde huc ventitant, & contra hæc ſchedia grauiſſime murmurant, quandoq. ſedabimus?
An exiguas forte turbas ex huiuſmodi homilijs in Eccleſias excitatas exiſtimat? Omnes enixe ſu-
damus: omnes, vt eos qui neſcio quo pacto, vti ſecus quam oportebat, ſaperent perſuaſi ſunt, ad re-
ctum veritatis tramitem reducamus, impendio elaboramus. Cum autem pietas tua hanc murmu C
randi neceſſitatem attulerit: quo, quæſo, iure me incuſat? cur odijs in me flagrat? cur temere me al
latrat? cur emendata oratione ſua Orbis offenſionem non ſanat? Nã etſi præterfluxit ſermo, vtpo-
te in populo currens; tamen ſeria retractatione emendetur.

XXX. *Cupit Cyrillus Neſtorium emendari.*

Ne graueris, obſecro, ijs qui non leuiter offenſi ſunt, vnam hanc θεοτόκος vocem largiri, ſacram-
que Virginem Deiparam appellare: quo illis qui non leuem hinc forte mæſtitiam cœperunt, medẽ
tes, & noſtræ quoq. famæ exiſtimationi conſulentes, in populorum pace, animorumque conſenſio-
ne Eccleſiaſticos conuentus celebremus. Certo autem pietas tua perſuaſum habeat, nos & vincu-
la & carceres & cetera omnia huiuſmodi incommoda, quin & ipſum quoque vitæ diſcrimen pro-
pter Chriſti fidem adire paratos eſſe. Fateor autem, beatæ memoriæ Attico etiamnum ſuperſtite,
quemdam me de ſancta & conſubſtantiali Trinitate libellum compoſuiſſe, in quo & de Vnigeniti
quoque incarnatione nonnulla ijs quæ nunc conſcripſi, concinentia attexui. Verumtamen licet nõ
ipſi ſolum Attico, ceteriſque Epiſcopis & clericis, ſed ſtudioſioribus quoque popularibus eum le-
gerim, nulli tamen per id tempus illius copiam feci. Probabile ſit ergo, edito iam hoc commenta-
riolo, non defuturos, qui me accuſent, huiuſmodi oratiunculam me concinnaſſe prius quam Con- D
ſtantinopolitanę Eccleſię Pontificatus pietati tuæ mandaretur.] hactenus prima Cyrilli ad Neſto-
rium epiſtola.

XXXI. *Cyrillus reſtitit Neſtorij impietati.*

Rurſum vero idem Cyrillus ſecundo Neſtorium admonuit, alia ad eũ data epiſtola cuius eſt
exordium: Intelligo quoſdam meæ apud tuam pietatem æſtimationi detrahere.] eſt quidem ipſa
dogmatica, in qua cum hæreſim impugnat, doctrinæ Catholicæ demonſtrat & firmat aſſertiones.
Porro huius epiſtolæ meminit ipſe Cyrillus in litteris ad Cæleſtinum Romanum Pontificem da-
tis, cum in primis cauſas irarum, quas aduerſus ipſum Neſtorius ſuſcepiſſet ob ſcriptas aduerſus
promulgatam impietatem defenſiones, alte repetens, de ſcriptis ad monachos aduerſus eam im-
pietatem meminit: quæ eo magis Neſtorium fecierunt, quod complures ex eis non monachi tan-
tum, ſed Conſtantinopolitani quoque ciues profecerint: Nam eadem ſcripta (inquit [b]) ad Con-
ſtantinopolitanam vrbem quorumdam opera deportata, ibidem lecta, tanto permultis adiumen-
to fuerunt, vt plurimi e magiſtratu, eius rei cauſa, per litteras gratias mihi egerint. Verum hoc ip-
ſum Neſtorio quaſi nouum quoddam iræ contra me ſuſceptæ fomentum ſubminiſtrauit. Me ita-
que vt capitalem hoſtem impugnat, aliud plane nihil de quo me incuſet habens, quam vnum hoc, E
quod eadem quæ ille, ſentire recuſo, eamque quam a maioribus accepimus, necnon ex diuinis Scri
pturis didicimus, fidem amplectendam eſſe, ſerio perſuadens, non paucos ad ſanam mentem ſubin
de reducam. Verum flocci faciens quæ is aduerſum me hactenus machinatur, Deoque qui omnia
poteſt & nouit, permittens; alteram rurſus epiſtolam, quæ rectæ fidei expoſitionem breui compen
dio complecteretur, ad memoratum Neſtorium exaraui, ſerio eumdem admonens, obteſtanſq. vt
ad modum, quem epiſtola præfinit, ſapiat. Sed nihil omnino apud illum etiam tum effeci: nam ad
hoc vſque tempus eadem illa quæ initio probarat, probare pergit, nec modum vllum peruerſa do
cendi facit.] hæc Cyrillus.

b Apud Cæleſt. epiſt. tom. 1. epi. Rom. Pontif.

c Extat in Conc. Epheſ. to. 1. edit. Pelt. apud Cyril. epiſt. 8.

XXXII. *De epiſtola Cyrilli ad Neſtorium.*

Porro epiſtola, cuius hic meminit Cyrillus, fuit poſterior ad eum data: quod declarant illa
quoque verba, quæ in eadem continentur [c]: Ego vero ad id denuo reuerſus (quod me potiſſimum
decere exiſtimo) te velut fratrem in Domino etiamnum monere non grauabor, &c.] quibus appa
ret, eam quam alteram epiſtolam dicit, debere intelligi ſecundam ad Neſtorium datam: eſſe plane
eamdem

Digitized by Google

A eamdem,ex eius argumento narrato in epiſtola ad Cæleſtinum agnoſcitur, cum fidei breuem ex-
poſitionem contineat:nam in fine eiuſdem epiſtolæ ad Neſtorium hæc habet:Atq.hæc quidem in
præſentia ex charitate quæ eſt in Chriſtum,ſcribenda exiſtimaui,obſecrans te vt fratrem, & corã
Chriſto ſanctiſq.Angelis eius obteſtans,vt hæc nobiſcum & ſentias & doceas, quo Eccleſiarũ pax
conſeruetur,dilectionis quoque & concordiæ vinculum inter ſacerdotes indiſſolubile permaneat.
Saluta,quæ apud te eſt,fraternitatem.Te,quæ nobiſcum eſt,ſalutat in Domino.] hæc Cyrillus ad
Neſtorium.Extant autem ad duas Cyrilli litteras totidem ad eum a Neſtorio redditæ [a] litteræ,
ambæq.refertæ arrogantia ſumma,atq.tumore in verba mordacia erumpente,faſtuq.ſe ſuper om
nes Antiſtites efferente.

a Apud Cyrillum epiſt.3. & epiſt.9.

XXXIII.

Qui aut Neſtorium auerſarentur. / *Qui auerſarentur Neſtoriũ.*

Qui autem præter Cyrillum hoc tempore Neſtorium execrati fuerint,idem Cyrillus in litte-
ris [b] ad Cæleſtinum anno qui ſequitur datis declarat his verbis:Quin hoc ipſo quoque tempore
plebs Conſtantinopolitana(leuibus quibuſdam vaniſq.hominibus,qui ipſi adulantur, dumtaxat
exceptis)a Synaxi abſtinet:abſtinent ab eadem omnia pene monaſteria,eorumq.archimandritæ:
abſtinet & maior quoque pars Senatus,verentes ne ab illo,vel ab illis quoque,quos Antiochia di-
B ſceſſurus inde ſecum abduxerat,qui & ipſi quoque quiduis peruerſum euomunt,&c.] & inferius:
Sciat nihilominus hoc quoq. ſanctitas tua,nempe commenta illius Orientales Epiſcopos non pro
bare,ſed offendi eos atque dolere,& præcipue Macedoniæ Epiſcopos. Et quia hoc Neſtorius non
ignorat,ſe omnibus ſapientiorem exiſtimat,ſe ſolum diuinæ Scripturæ ſcopum attigiſſe autumat,
ſe ſolum Chriſti myſterium cognouiſſe ſomniat.Atqui quomodo non magis ſecum reputat, cum
omnes per terrarum orbem ſparſi Orthodoxi Epiſcopi & laici, Chriſtum Deum, Virginem vero
quę illum genuit, Deiparam eſſe confiteantur;ſe ſolum,qui illud inficiatur,errare? Verum faſtu tu
mens,inſidijſq.& ſedis potẽtia fretus,effecturum ſe arbitratur,vt nos ipſi & reliqui omnes ſuæ ſen
tentiæ ſubſcribamus.] hæc Cyrillus ad Cæleſtinum anno ſequenti.

b Extant inter epi.Cæleſt Pap.

XXXIV.

Theodoſius nõ reprimit Neſtorium.

Sed vnde vis tanta Neſtorio, vt aduerſante licet ipſi orbe Catholico,non demitteret animum,
ſed magis magiſque ad ſtabiliendam impietatem maioribus in dies conatibus erigeretur? Accidit
plane dolendum illud,quod Neſtorius Imperatorem fauentem ſibi nactus fuit;non quidẽ vt eius
patrocinaretur impietati;ſed donec controuerſia illa a ſancta Eccleſia dilucidata foret,ipſe homi-
nem(vt opus ſuum)quem Antiochia accerſierat,fouendum ſibi putarit. Quod enim, reiectis reli-
C quis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ clericis,qui ad eam ſedem tum a populo poſtulari,tum a cle-
ro eligi videbantur,ipſe omnibus illis ſuo calculo Neſtorium prætuliſſet:vt quod ſemel fecerat,re
cte factum eſſe defenderet(quod ſolent Principes)cauſæ Neſtorij præſto erat. Accedebat his quo
que,quod reprehenſione dignum cognouit factum parentis Arcadij, cum aduerſus Epiſcopum
Conſtantinopolitanum ſtuduit Theophilo Epiſcopo Alexandrino.Sciebat præterea,iam tempore
Theodoſij Senioris ſui aui, æmulatos eſſe Epiſcopos Alexandrinos gloriam Conſtantinopolitano
rum Antiſtitum,dum Petrus labefactandam curauit electionem magni illius Epiſcopi Gregorij
Nazianzeni:nec latuit,Theophilum curaſſe deponi S.Ioannem Chryſoſtomum eiuſdem ſedis E-
piſcopum. His igitur & alijs permotus Imperator,haud(vt parerat)continuo repreſſit hominem,
ſed potius defendendum ſuſcepit. Hinc videas,prudenter quidem Cyrillum,cum ſcribit ad Cæle
ſtinum,numeratque omnes Neſtorio reſiſtentes,nihil prorſus de Imperatore loqui,neq. enim rur
ſum accuſare; ſed ſolita modeſtia, quæ eſſent eius ſtudia pro Neſtorio , reticere; quæ quidem
potius per legatum, quem miſit Poſſidonium, ei ſecreto nuncianda, quam litteris credenda eſſe,
putaret.

XXXV.

D Imperatoris ergo fauore incaleſcens beſtia illa, quam violenta in aduerſantes ſibi proſilijt?
Res namque ab eo geſtæ Conſtantinopoli hoc ipſo anno,& in ſequentem productæ,relatæ vero in
libello Baſilij archimandritæ,ſunt huiuſmodi [c]. Accidit,vt populus vſitatam pridemq. receptam
fidei doctrinam requirens,publice aliquando inclamarit: REGVLVM HABEMVS,EPISCO-
PVM NON HABEMVS. Verum hic populi conatus neutiquam manſit impunitus:pars nam
que illo temporis articulo comprehenſa,& in regia hac ciuitate ad tribunal abſtracta, tali imma-
nitate diuerberata,exceptaque eſt,qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque vſitata
fuit.]& inferius: Non defuerunt,qui,populo præſente & audiente,in ſanctiſſima eccleſia coram il
lo reclamarent:quamuis hoc ipſum quoq.non citra grauiſſima incommoda,quæ ea de cauſa per-
tulerunt. Deniq.ſimplex quidam monachus zelo quodam vehementi inſtigatus, per mediam ec-
cleſiam progreſſus,impietatis præconem,quod hæreticus eſſet,quodq.populi Synaxis haberetur,
ab ingreſſu prohibuit. Sed hunc ille(*nempe Neſtorius*)egregie cæſum magnificis Præſidibus tradi
dit:flagriſq.denuo diſſectum,publico præcone non aliq.clamore præeunte,miſerando ſpectacu-
lo in exilium expulit. Neq. tragœdia hæc hiſce finibus conſtitit:etenim quidam ex proſcripti con
E tubernio poſt impiam illius concionem,certiſſimam,niſi Deus prohibuiſſet,in ipſamet ſacroſan-
cta Dei eccleſia cædem edituri erant.

c Extant inter Acta Concil. Epheſin.

Neſtorius fauore Theodoſij abuſus ſurit in Orthodoxos.

XXXVI.

Dira a Neſtorio paſſi ſunt monachi Orthodoxi.

Porro autem quæ nos ab illo perpeſſi ſumus,ea omnem fidem,omnemq.opinionẽ longe ſupe
rant. Etenim quo perfecte edoceremur, vera ne ea eſſent,an falſa quæ de eo acceperamus, in Epi-
ſcopale palatium illius iuſſu hortatuq.conſcendimus:aliquoties autẽ in aliud & aliud tempus reie
cti. Vix tandem prodiens: Quæ(inquit)vultis,ea paucis exponite. Poſtquam vero ex nobis audi-
uit;quæ docuerat,puta,ſacram Virginem nihil aliud peperiſſe quam hominem ſibi coeſſentialem;
nihil rurſum ex carne naſci poſſe,niſi carnem;ea rectæ fidei non ſatis conſentanea videri:quampri
mum Decurionibus,vt nos a turba abreptos cædant,ſerio mandat. Cæſi autem inde ad Eccleſia-
ſticum tribunal abducimur;ibidemq. veluti nequam,ſcelerati, ſummumque ſupplicium prome-
riti denudamur,denudarique indignis modis vapulamus,iactamur,calcibuſq. impetimur. Quid
multis? eiuſmodi nos in eccleſia iniuſte ab iniuſtis perpeſſi ſumus, cuiuſmodi ne infimæ quidem
ſortis homines in foro ciuili, nedum clerici & monachi & archimandritæ experti ſunt aliquando.

Ceterum diu multumq. in Epiſcopali Conſiſtorio diuexati, rurſum fame tabeſcentes, inde ad ſup A
plicum ergaſtulum abripimur, eoq. in loco non modico tempore cõcluſi aſſeruamur. Neque illius
furtæ his contentæ quieuerunt, verum per quamdam impoſturam magnificentiſſimo celebetri-
mæ ciuitatis huius Præfecto tradi nos curauit.

XXXVII. Per hunc ergo ferro onuſti ad publicum reorum carcerem abſtrahimur. Hinc iterum extra-
cti, catenisq. vt ante, impediti, Prætorio ſiſtimur. Cumq. ibidem nullus plane, qui nos accuſaret,
præſto eſſet, ordine rurſum ad Eccleſiaſticum Concilium deducimur: hucq. reducti, denuo ab illo
in faciem cædimur. Denique compoſita oratione, fraudem quamdam, vt poſtea patuit, commen-
tus (alium namque Filium animo occultabat) naturalem Dei Filium ex ſacra Virgine natum di-
xit: eumq. in modum exceptos tandem dimiſit.] Iſta monachi talia perpeſſi expoſuerunt in libello
Theodoſio dato. quorum modeſtiã magnopere illud cõmendat, quod eidẽ Imperatori ad poſtre
Modeſtia Monachorum cõmendatur. mũ iſta ſubiecerunt: Quamobrem iterũ atq. iterũ immortalem pijſſimamq. fidem veſtram obte-
ſtamur, ne Orthodoxam Eccleſiam, Orthodoxi pijſſimiq. regni veſtri temporibus ab hæreticis
in poſterum neglectui habeatis. Non expetimus contumeliam indigne nobis illatam vindicari,
Deus nouit: Deſideramus autem Chriſtianæ fidei fundamentum inconcuſſum, immotumq. perſi- B
ſtere. Veſtra proinde maieſtas ſacram & œcumenicam Synodum primo quoque tempore coire iu
beat.] hæc ſanctiſſimi illi viri. Quæ autem paſſi ſint clerici Conſtantinopolitani, qui Neſtorij com-
munionem auerſarentur paucis his Cæleſtinus Papa explicat in epiſtola ad Neſtorium:

XXXVIII. Audio vim maximam Catholice ſentientes, quibus nos communicamus, clericos ſuſtinere:
ita vt & his etiam ciuitas interdicta dicatur, &c.] Qui autem in viros ſanctos ſibi coram reſiſten-
res talia tantaq. patrare non timuit vel erubuit, idem in abſentes repugnantes ſibi vibrare iacula
Neſtorius in Cyrillum armatur. totis viribus minime prætermiſit. Quænam meditatus & omni dolo aduerſus Cyrillum Alexan-
drinum Epiſcopum eſt proſecutus, ſuis ipſe Cyrillus litteris notum facit, illis præſertim quas pri
mum hoc ipſo anno ad eumdem Neſtorium dedit, alijſq. ad clerum Conſtãtinopolitanum poſtea
datis, quibus queritur miſſos a Neſtorio tamquam præcones quoſdam, qui nefanda crimina ad-
uerſus ipſum Cyrillum vbique ſpargerent: ſed quæ fuerint iſta, ipſius Cyrilli ad eum redditæ lit-
teræ patefaciunt. At contra Cyrillus omni egit tolerantia, manſuetudine & modeſtia, prout litte-
ræ ab eo ſcriptæ ad Cæleſtinum Pontificem datæ demonſtrant, in quibus poſt multa id genus hæc
a Extant inter epiſt. Cæleſtin. habet [a]: Fateor autem, in animo fuiſſe, Synodicis litteris ipſum commonefacere, nos cum eo cõ C
munionem retinere non poſſe, qui talia doceret ac ſaperet: ratus tamen lapſis manum porrigendã
proſtratoſq. tamquam fratres erigendos eſſe, hoc ipſum in hodiernum vſque diem non feci: atta-
men ne nihil hic agerem, hortatus ſum illum per litteras, &c.] Sed quid eſt quod ait, Synodicis eũ
conuenire litteris, niſi aduerſus eum Aegyptiorum Epiſcoporum Synodum cogere, eumq. a ſua ip
ſorum communione alienum pronunciare? Noluit equidem Synodum cogere, vt ipſe in fine teſta
tur, abſque outu (vt poſtea innotuit) Cæleſtini Romani Pontificis. Sed rurſum idem Cyrillus in
b Apud Acta Epheſin. tom. 1. c. 8. edit. Peltan. alia epiſtola [b]: Quid (inquit) vetabat & nos quoque vocibus illius contraria ſcribere ac ſentire:
Anathema, ſi quis Mariam Deiparam eſſe negauerit? Verum id hactenus propter illum facere no
lui, ne ſint qui Epiſcopum Alexandrinum, Aegyptiorumve Synodum anathematis ſententiam in
Neſtorium tuliſſe dicant.] hæc idcirco, quod cum Neſtorius anathema in omnes dixiſſet qui Ma-
riam deiparam dicerent; etſi iure ipſe contrariam huic ſentẽtiam ferre potuiſſet in omnes qui ne-
garent Mariam Deiparam, tamen modeſtiæ & pacis cauſa hactenus abſtinuiſſe voluit.

XXXIX. Sed accipe & illud Cyrilli manſuetudinis & animi moderationis his quoque temporibus ex-
hibitum dignum exemplum. Cum clerici Conſtantinopolitani aduerſus Neſtorium formaſſent D
libellum, quem offerrent Imperatori, primum omnium miſerunt illum Alexãdriam ad Cyrillum
ut de eo iudicaret & ſententiam ferret. Ad quos ipſe reſcribens, ne darent illum perſuaſit, ne age-
re viderentur Neſtorij accuſatores: inter alia enim iſta ad eos reſcripſit: Libellum ſupplicem ve-
ſtra opera ad me miſſum, quaſi is citra noſtram ſententiam Imperaroti porrigi non debuerit, ac-
cepi & legi. Verum quod prolixe in eum incurrat, qui illic agit, *nempe Neſtorium* (ſiue fratris, ſiue
alio quocumque nomine cenſeatur) hactenus ſuppreſſiſne aduerſus nos inſurgens, ſe per nos hære
ſeos apud Imperatorem delatum cauillaretur.] hæc ipſe & alia plura id genus, quibus declaratur
quam ægre & obtorto (vt dicitur) collo Cyrillus protraheretur ad pugnam, licet bellum ſanctiſ
ſimum videretur & ſponte appetendum ab omnibus Orthodoxis aduerſus emergentem im-
pietatem.

XL. Quam autem propenſiori ſtudio Chriſtianæ charitatis Neſtorij ſalutem Cyrillus ſumma pa
tientia (quod charitatis proprium eſt) procurauerit, teſtantur plane litteræ illæ ad amicum Neſto
c Cyrill. epiſt. 6. rij ſcriptæ, quibus rogat, vt ab inſania illa hominem retrahat. eſt illarum exordium [c]; Noui dile-
ctionis tuæ ſinceritatem, &c.] & poſt multa, quo ſit animo erga ipſum Neſtorium, declarat his ver E
bis: Me itaque non offendit vlla iniuria vel contumelia, nec quamuis multa illa conuicia, quibus
me petunt quidam, de quibus nihil tale ſuſpicabar. ſed in obliuionem abeãt hæc omnia; iudicabit
autem eos Deus, qui talia nugati ſunt. Modo ſalua ſint quæ fidem concernunt, & amicus ero & di
lectus; nec cuiquam concedam, vt me religioſiſſimum Epiſcopum Neſtorium diligendo ſuperet,
quem etiam (corã Deo loquor) in Chriſto celebrem eſſe cupio, &c.] Vidiſti ne, lector, quales veri
eſſe ſoleant Orthodoxi, filij pacis, vere Iſraelitæ, pacifice progredientes ad bellum? nempe conſue
uiſſe primum offerre pacem, quam & magis optent, ſalua fide, ſuſcipi: præmitteteq. legationes, &
dum rogant quæ pacis ſunt, vibratos validos ab hoſte ictus ſcuto excipere charitatis.

XLI. Sed quænam contra Cyrillum Neſtorij arte probroſæ calumniæ ſparſæ fuerint, alibi cum ſcri-
d Cyril. epiſt. 7. bit poſtea ad clericos Conſtantinopolitanos [d], recenſet: nimirum collegiſſe Neſtorium circuito
res & deploratos homines, qui ad hoc vagarentur, & vbique locorum aduerſus ipſum Cyrillum
probra diſſeminarent: erant iſti Cheremõ, Victor, Sophronius, & alij, teſtatur id etiã in epiſtola ad
Acacium

Digitized by Google

A Acacium [a], & illis ad ipſum Neſtorium datis litteris, quarum eſt exordium [b]: Intelligo quoſ-
dam,&c.]vbi inter alia:Iactant autem voces in me inſania plenas:hic quidem,quod cæcos egenoſ-
que p iniuriã oppreſſerim:alius,quod ferrum in matrem ſtrinxerim:nonnulli,quod ancillæ præſi-
dio aurum alienum abſtulerim:quidam deniq.quod eiuſmodi improbitatis ſuſpicione laborauе-
rim ſemper,cuiuſmodi ne infeſtiſſimos quidem hoſtes laborare optauerit quiſpiam.Verum iſtos,
& ſi qui eius farinæ ſunt alij,non multum moror;ne ſupra magiſtrum & Dominum, vel etiam ſu-
pra maiores meos tenuitatis meæ menſuram extendere videar.Fieri enim vix poteſt (quamcum-
que demum vitæ rationem inieris)vt prauorum maledicorumque hominum dentes euadas. Sed
illi quidem maledicentiæ & acerbitatis os plenum habentes,coram omnium Iudice cauſam olim
dicturi ſunt.Ego vero ad id denuo reuerſus,quod me potiſſimum decere exiſtimo, te veluti fratrẽ
in Domino etiamnum admonere non grauabor,&c.]Porro iſtas omnes calumnias inania prorſus
fuiſſe figmenta,inde perſpicuo colliges,quod in iudicio Epheſino,vbi eius accuſatores auditi ſunt
omnes,nec vnus auſus eſt de his aduerſus Cyrillum libellum accuſationis offerre.

a Cyrill.epi 14.
b Cyrill.epiſ. 8.
Calumniæ in S.Cyrillũ ſparſa a Neſtorio.

Intueris ne vel ex his ſaltem(appello te iterum,lector)penes horum alterutrum,vel Neſtoriũ,
B vel Cyrillum,ſit veritas,& qui Deo militet,vel diabolo? Furit ille,clamat,fremit,diſſecatur corde,
ſtridet dentibus,infligit verbera:iſte contra modeſte,patienter,atq.quiete rem agit,obtemperans
diuinæ legi iubenti [c]: Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem,offeres ei primum pacẽ.]
hæc plane ſuadet & iubet Spiritus lex:eteuim ex ſententia Iacobi [d]: Quæ de ſurſum eſt patientia,
primum quidem pudica eſt,deinde pacifica,modeſta,ſuaſibilis,bonis cõſentiens,plena miſericor-
dia & fructibus bonis,non iudicans,ſine ſimulatione.]His plane legibus obſecutus S.Cyrillus,cha-
ritatis & pacis frequenter & vbique in toto hoc progreſſu reliquit impreſſa veſtigia; quod & cre-
bro erit inſpicere in litteris ab ipſo datis ad diuerſos anno ſequenti:etenim præterquam ad Neſto-
rium,hoc anno ad neminem ſe ea de re ſcripſiſſe, idem ipſe Cyrillus teſtatur in dicta epiſtola ad
Cæleſtinum ſequenti anno conſcripta, illis verbis: Ad nullum alium conſacerdotum noſtrorum
ſcripſi.]Hæc quidem ſatis de Orientalibus turbis Neſtorij cauſa hoc anno magno damno Fideliũ
excitatis.

XLII.
Signum patẽs cognoſcẽdi hæreticum a Catholico.
c Deut.10.
d Iac.3.

Quo ipſo tempore,defuncto Prailio Hieroſolymorum Epiſcopo,in locum eius ſubrogatus eſt
Iuuenalis. Haud quidem ad longioris temporis ſpatium conſtat Prailium propagaſſe ſedem, cum
C extent Cyrilli Alexandrini Epiſcopi litteræ ſequenti anno ad Iuuenalẽ Hieroſolymitanæ ſedis An-
tiſtitem datæ.quamobrem neceſſario affirmandum eſt,irrepſiſſe mendum in Nicephori Chroni-
con,vbi ſedi Prailij anni viginti adſcribuntur:cum,habita ratione eius prædeceſſoris,nempe Ioan-
nis deceſſus,eum nonniſi annos tredecim in ſede eadem tranſegiſſe dicendum ſit. Quantum vero
temporis ſederit Iuuenalis,in fine ipſius dicendum erit.

XLIII.
Iuuenalis Epiſc. Hieroſoly. poſt Prailium.

Haud multum temporis interceſſit,cum hoc anno creatus Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolymi-
tanus idem ordinauit Petrum primum Epiſcopum Saracenorum,quem diximus ex duce ipſorum
a S.Euthymio eſſe ad fidem Chriſtianam conuerſum. De huius in Epiſcopum promotione ſupe-
rius dictum eſt:hic autem ad certum eius ordinationis tempus declarandum,oportuit iterũ me-
miniſſe:nam hoc,vel ſequenti anno id accidiſſe,inde certum deducitur argumentum,quod reperia-
tur ipſe Petrus(vt dicemus)interfuiſſe poſt ſequentem annum Epheſino Concilio:qui nec ante præ-
ſentem annum ordinari potuit,cum nondum creatus eſſet Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolymæ,qui
dictum Petrum Pontificem gentis Saracenorum ordinauit,Magna quidem Dei prouidentia factũ
eſt,vt quo tempore Dei Eccleſia grauia paſſura eſſet ab illis,qui eam propagare deberent in exte-
D ras regiones & barbaros populos;tunc acciderit,vt iidem barbari omnium immaniſſimi ad fidem
Chriſtianam ſe ſponte contulerint,& ex eis vnus conſtitueretur Epiſcopus,qui cũ alijs ſanctis Pa-
tribus Neſtorium damnaturus eſſet in Concilio Epheſino: vt plane impletum fuerit Dominicum
illud oraculum [e]: Multi venient ab Oriente & Occidente,& recumbent cum Abraham,Iſaac, &
Iacob;filij autem Regni eijcientur in tenebras exteriores.]

XLIV.
e Matth.8.

IESV CHRISTI ANNVS 430. CÆLESTINI PAP. ANNVS 7. THEODOSII 23. VALENTINIANI 6. IMPP.

TRigeſimus ſupra quadringenteſimum Chriſti annus amborum Auguſtorum Cõſulatu,Theo-
doſij nimirum decimotertio,Valentiniani vero tertio,clarus illuxit, ſed Catholicæ Eccleſiæ
ob concitatas per Neſtorium turbas ærumnoſus:quo litteræ ipſius Neſtorij vna cum alijs eius ſcri-
E ptis pro defenſione hæreſis lucubratis,per Antiochum virum illuſtrem Cæleſtino Romano Ponti-
fici redditæ ſunt.Cum paulo poſt,ante etiam quam ipſa Neſtorij ſcripta in Latinum tranſlata eſ-
ſent,opportune contigit aduentus Romam Poſſidonij diaconi Eccleſiæ Alexandrinæ ad eumdem
Cæleſtinum Romanum Pontificem;cui cum litteras,tum etiam volumina dedit,quibus Neſtorii
execranda impietas omni ex parte latiſſime confutabatur.Quid autem,his acceptis atq. perlectis,
ſtatuerit Cæleſtinus contra Neſtorium,litteræ ab ipſo tum ad eum,tum ad Cyrillum & alios eadẽ
ex cauſa redditæ,apertiſſime indicabunt:de quibus omnibus antequam agamus,ex more,cõſignã-
da eſt certa firmaq.demonſtratione ipſa veritas temporum;qua ſtabilita, res quæ tractandæ ſunt,
clariori veritatis nitore perſpicuæ in omnibus effulgebunt.

I.
Neſtorij & Cyrilli litteræ ad Cæleſtinum allatæ.

Cum ex redditis a Cæleſtino Rom. Pontifice ad Neſtorium litteris ſatis liquido ac manifeſte
dicatur,eodem ferme momento temporis quo ipſe literas Neſtorij accepit,ſuperueniſſe Poſſido-
nium cum litteris Cyrilli ac voluminibus ab ipſo miſſis,& antequam Latinitati redderentur Ne-
ſtorij ſcripta,legiſſe Cæleſtinũ q̃ per eũdẽ Poſſidoniũ miſſæ erant, Cyrilli chartas Latine ſcriptas:

II.
Poſſidonij legationis tẽpus.

certo certius affirmandum eſt, eodem anno quo contigit legatio Poſſidonij, æque eueniſſe reddi A
Neſtorij litteras Cæleſtino. Erat hic Poſſidonius Eccleſiæ Alexandrinæ diaconus, vt litteræ hoc an
no datæ ab ipſo Cæleſtino ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum in fine ſignificant: quem quidē
hoc item ipſo anno Romam a Cyrillo ad Cæleſtinum veniſſe legatum, inde poteſt intelligi, quod
a Cæleſtin. ep. 6. tom. 1. epiſt. Ro. Ponuf. litteræ [a] ab ipſo Cæleſtino ad Neſtorium tunc primum redditæ, datæ hoc anno leguntur, tertio
Idus Auguſti, ſub dictis anni huius Conſulibus Theodoſio decimumtertium & Valentiniano ter-
tium, licet mendoſe legatur in edita nuper Cæleſtini ad Neſtorium epiſtola Conſulatus Theodo-
ſij decimusquartus cum Valentiniani tertio: nam nōniſi decimustertius Theodoſij Conſulatus cū
tertio Valentiniani contigiſſe, Faſti omnes manifeſte demonſtrant; vt ex Conſulatibus eorumdem
qui præcedunt & ſubſequuntur, abſque aliqua vel leui dubitatione poteſt intelligi.

III. His igitur in hunc modum de veritate temporis ſtabilitis, iam deſcribamus hic litteras ab ip-
b Ex codice Antonii Auguſtini. ſo Neſtorio ad Cæleſtinum Romanum Pontificem miſſas, quæ tamen nonnihil mendoſæ in veteri
ſcripto codice leguntur his verbis [b]:

* vnanimiter nobiſcum obtinente concordia impugnaturi

Neſtorij epiſtola ad Cæleſtinum.

Fraternas nobis inuicem debemus collocutiones, vt * vna inter nos ſecundum obtinente con
cordia pugnaturi diabolum pacis inimicum. Quorſum hoc anteloquium? Iulianus quidam & Flo B
rus & Orontius & Fabius, dicentes ſe Occidentalium partium Epiſcopos, ſæpe & pijſſimum &
prædicatiſſimum Imperatorem adierunt, ac ſuas cauſas defleuerunt, tamquam Orthodoxi
temporibus Orthodoxis perſecutionem paſſi: ſæpe eadem & apud nos lamentantes, ac ſæpe re-
iecti, eadem facere non deſierunt: ſed inſiſtunt per dies ſingulos implentes aures omnium vo-
cibus lacrymoſis. His quidem ad eos ſermonibus, quibus oportuit, vſi ſumus, cum negotij eo-
rum veram fidem neſciremus. Sed quoniam apertiore nobis de cauſis eorum notitia opus eſt, ne
pijſſimus & Chriſtianiſſimus Imperator noſter moleſtiam ſæpe ab his ſuſtineat; ne nos, ignoran-
tes eorum cauſas, circa negotij defenſionem diuidamur; dignare nobis notitiam de his largiri: ne
vel quidam ignorando iuſtitiam veritatis, importuna miſeratione conturbentur, vel canonicā in-
dignationem beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro ſectis religionis forte probata eſt, aliud quiddā
quam hoc æſtiment. Nam ſectarum nouitas multum * meretur defenſionem a veris paſtoribus.
* nullam Vnde & nos non modicam corruptionem Orthodoxiæ apud quoſdam hic reperientes, & ira & le
nitate circa ægros quotidie vtimur.

IIII. Eſt enim ægritudo non parua, ſed affinis putredinis Apollinatis & Arij: Dominicam enim in C
homine vnionem ad cuiuſdam contemperationis confuſionem paſſim commiſcent; adeo vt & q-
* dam apud nos clerici, quorum alij ex imperitia, alij ex hæretica fraude in ſe olim celata *, qua plu
rima & Apoſtolorum temporibus contigerunt, tamquam hæretici ægrotent & aperte blaſphemēt
Deum, Verbum Patri Homouſiō, tamquam originis initium de Chriſtotoco Virgine ſumpſiſſe, &
cum templo ſuo ædificatus eſſet, & carni conſepultus; eamdemq. dicunt poſt reſurrectionem com
miſcuiſſe carnem, ſed in naturam tranſijſſe Deitatis (vt in cōpendio dicam) & Deitatem Vnigeni-
ti & ad originem coniunctæ carnis referunt, & commortificant carni. Carnem vero coniunctam
Deitati ad Deitatem tranſiſſe blaſphemant ipſa Verbo Deificationis: quod nihil eſt aliud, niſi
vtrumque corrumpere: ſed & Virginem Chriſtotocon auſi ſunt cum modo quodam, Theotocon di
cere. hanc enim Theotocon vocantes (*ita quidem legendum eſſe, perſuadet, quod in Concilij Epheſini*
Actis hæc ſic redduntur [c]*: Citra horrorem ſacram Virginem Dei genitricem appellant*) non perhorre-
c Tom. 1. Conc. edit. Nicolin. ſcunt quod ſancti illi, & ſupra omnem prædicationem Patres per Nicæam nihil amplius de ſan-
cta Virgine dixiſſent, niſi quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus incarnatus eſt ex Spiritu ſancto &
Maria Virgine. Et taceo Scripturas, quæ vbique Virginem matrem Chriſti, non Dei Verbi, & per D
Angelos & per Apoſtolos prædicarunt.

V. Propter quæ quanta certamina ſuſtinuimus, æſtimo famam præcedentem docuiſſe beatitudi
nem tuam; hoc quoque attendentem, quod non fruſtra certauerimus: ſed emendati ſunt, gratia Do
† locus deprauatus. mini, multi ex his qui peruerſi erant diſcedentes a nobis, quia † propria & parient Homouſios na-
tiuitas, cui viuere commiſſa eſt: illa in homine vnio creaturæ eſt humanitatis Dominicæ, Deo con
iunctæ ex Virgine per Spiritum. Si quis autem hoc nomen Theotocon propter natam humanitatē
coniunctam Deo Verbo, non propter parentem proponet; dicimus quidem hoc vocabulum in ea
* quæ eſt quæ peperit, non eſſe conueniens. Oportet enim veram matrem de eadem eſſe eſſentia * ex ſe na-
tum. Ferri tamen poteſt hoc vocabulum propter ipſam conſiderationem, & quod ſolum nomine-
tur de Virgine hoc verbum propter inſeparabile templum Dei Verbi ex ipſa, non quia ipſa mater
ſit Dei Verbi: nemo enim antiquiorem ſe parit. Hæc quidem exiſtimo præcedentem famam ſigni
ficaſſe. Exponimus vero etiam nos quæ contigerunt. Rebus oſtendimus, quia fraterno animo ne-
gotium eorum, quos prædiximus, noſſe cupimus, non deſiderio curioſitatis importunæ, cum & no
ſtra narramus tamquam fratres fratribus, veritatem ſectarum nobis inuicem publicantes, vt ſit E
mihi principium litterarum veriſſimum. Dixi enim, cum has litteras inciperem: quia fraternas
nobis debemus inuicem collocutiones. Omnem quæ tecum eſt in Chriſto fraternitatem, & qui
mecum ſunt, ſalutamus.] hactenus Neſtorij litteræ ad Cæleſtinum ſcriptæ ab eo prætenſa cauſa
Pelagianorum Epiſcoporum.

VI. Hi quidem damnari in Occidente, & ſedibus expulſi, Cōſtantinopolim cōmigrarunt, a Theo
doſio Imperatore auxilium imploraturi: quorum itidem occaſione alias quoq. poſt hæc ſe dediſſe
litteras, idem Neſtorius teſtatus eſt poſteriori epiſtola ad Cæleſtinum data: quas ab eodem codi-
ce acceptas hic tibi cudendas curauimus. Quem autem primo loco poſuit Iulianum, vt Pelagiano
rum ſigniferum, haud alium eſſe putamus, quam illum Epiſcopum Capuanum patria Atellanen-
b Ex codice Antonij Auguſtini. ſem, vt Proſper in Chronico docet, quem S. Auguſtinus contrarijs ſcriptis exagitauit. Poſterior ve-
ro epiſtola Neſtorij ad Cæleſtinum ſic ſe habet [d]:

VII. Sæpe ſcripſi beatitudini tuæ propter Iulianum, Orontium, & ceteros, qui ſibi vſurpant Epiſco

palem

Digitized by Google

A paſlem,& creberimam aditionem apud pijſſimum & prædicatiſſimum Imperatorem faciunt, noſ- *Poſterior epiſtola Neſtorij ad Cæleſtinum.*
que concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus Orthodoxis de Occidente
proiecti. At hucuſque ſcripta de his a tua veneratione non ſuſcipimus;quæ ſi haberem, poſſem eis
reſpondere,daremq. compendiolum reſponſum luctibus eorum:nunc enim ab incertis dictis eo- * partibus
rũ non habet quis ad quod ſe conuertat;alijs hæreticos eos vocantibus, & iden de Occidentalib.
patribus * proiectos eſſe dicentibus;ipſis vero iurantibus calumniam ſe ſuſtinuiſſe,& periculum
pro Orthodoxa fide ex ſubreptione perpeſſos. Quorum verum certum ſit,nobis grauis eſt ignoran
tia. Nam condolere eis,ſi vere hæretici ſunt,crimen eſt;& iterũ non condolere,ſi calũniã ſuſtinẽt,
durũ & impiam eſt. Dignetur igitur amantiſſima Dei anima tua informare nos,qui ad vtrumque
momentum hucuſque diuidimur,id eſt,& ad odium,& ad miſerationem eorum. doceri autem vo
lumus quam de his ſententiam teneamus:detinemus enim eoſdẽ viros per dies ſingulos diſſimu-
lantes ſpe & expectatione beatitudinis tuæ. Non eſt enim,o venerandiſſime(ſicut noſti) tes vilis
diſcuſſio piæ ſectæ,nec parua eſt probatio eorum qui hoc agunt. Multus enim etiam nobis labor
hic celebratur,dum elaboramus eruere ſordidiſſimam impietatem peſſimæ opinionis Apollina-
B ris & Arij de Eccleſia Dei:neſcio enim quemadmodum quidam de Eccleſiaſticis quamdam con-
temperationis imaginem Deitate & humanitate Vnigeniti accipientes ægrotant ægritudine præ
dictorum hereticorum,dum & corporis paſſiones audent ſuperfundere Deitati Vnigeniti, & im-
mutabilitatem Deitatis ad naturam corporis tranſiſſe confingunt;& vtramque naturam,quæ per
coniunctionem ſummam & inconfuſam in vna perſona Vnigeniti adoratur,contemperationis mu
tabilitate confundunt. Cæci,qui nec ſanctorum illorum Patrum expoſitionem meminerunt,aper
te ad eos reclamantes: Credimus in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei incarnatum
ex Spiritu ſancto & Maria Virgine. Hæc enim vox in nomine quod ſignificat vtramque naturam,
id eſt,Chriſtus eſt Deitati Patris Homouſius,humanitas vero poſterioribus temporibus nata eſt
ex ſancta Virgine,quæ propter coniunctionem Deitatis ab Angelis & hominibus ſimul colitur.
Eum ergo qui hic propter ſectarum prauitatem tot laboribus fatigatur,conſidero quid iterum pa
ti neceſſe eſt,ſi negotium prædictorum virorum neſciat,timeatq. nimis ne additamentum hæreti-
corum per ignorantiam hic poſitus faciat. Vnde rogo,vt vndique ſtudioſum ſit ſanctæ animæ tuæ
donare notitiam prædictorum virorum, maxime cum litterarum ſequeſter fideliſſimus Valerius
C cubicularius poſſit beatitudini tuæ per ſe exponere moleſtias eorum. Omnem in Chriſto fraterni
tatem quæ tecum eſt,ego & qui mecum ſunt,plurimum ſalutamus.] hactenus Neſtorij ad Cæleſti-
num litteræ pro Pelagianis primo loco ſcribentis.

Sed quodnam Neſtorij conſilium fuerit ſcribendi ad Cæleſtinum Romanum Pontificem, per VIII.
ueſtigandum eſt. Vt autem qui iam ferme biennio tacuiſſet,modo ad ipſum ſcriberet, inſuperque *Neſtorius tentat Cæleſtinũ inducere in ſuas partes.*
vna cum litteris & codices a ſe pro hæreſis defenſione illis adiungeret: ea quidem ex cauſa id fa-
ctum eſſe videtur,quod cum idem Neſtorius in promulganda hæreſi acerrime ſibi aduerſantẽ Cy
rillum Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum inueniſſet,qui tum ſedis auctoritate,tum excellenti do-
ctrina Orientales Epiſcopos ad ſuas partes trahere facile poſſet:conſiderans ex antiquorum vſu,
in huiuſmodi de fide obortis controuerſijs dubia lance ſuſpenſis,in eam partem fauorabile incli-
nare iudicium,in quam Romani Pontificis ſententiæ calculus apponeretur:vt eum promereri poſ
ſet,omnem conatum adhibuit,curans id tractari per Antiochum virum illuſtrem, qui Cæleſtino
Papæ,quæ pro defenſione hæreſis hactenus ab eo eſſent ſcripta,redderet;vt illis(o ſumma demen
tia!)primario Catholicę ſedis Antiſtite perſuaſo, vniuerſa ſimul cum eo Catholica Eccleſia in
D eamdem quoque ſententiam traheretur. De huiuſmodi quidem vana hominis ſpe hæc habet Cy-
rillus in epiſtola [a] data hoc anno ad Iuuenalem Hieroſolymorum Epiſcopum,verbis his: Ra- a Apud Cyrill. epiſt. 16.
tus autem quod & Romanæ Eccleſiæ ſacerdotem in ſuam ſententiam pertrahere queat, ſcripſit
ad dominum meum ac religioſiſſimum ac pientiſſimum Cæleſtinum, inſerens epiſto-
lis dogmatum ſuorum peruerſitatem; miſit autem & multas expoſitiones; ex quibus peruer-
ſa ſapere deprehenſus, ac iam cum execratione tamquam hæreticus condemnatus eſt.] hæc
Cyrillus.

Sed quæ ſunt iſta conſecuta,dicamus. Iam plane fefellit inanis ſpes ſua & cæca præſumptio mi- IX.
ſerum,qui fieri poſſe ſtulta exiſtimatione putauit,vt Eccleſia,quæ(vt eſt ſentẽtia Patrum)hæreſes
omnes ſemper inceſſabili ſtudio inſectata,eaſdem penitus profligauit atq; diſiecit;eadẽ ipſa acce-
ptura foret tale portentũ,monſtrũq. deforme,omniũq. teterrimũ,quod ſpiritu ſatanico cõcepiſſet
vanitate formaſſet,& horendum viſu compoſitum peperiſſet ſuperbia,aluiſſet maledictis, atque
blaſphemijs ſaginaſſet. Sed quomodo illud,ſimulac Romæ viſum,eodem ferme momento tempo
ris Apoſtolico confoſſum eſt gladio,iam dicamus. Primum vero de Cyrilli ad Cęleſtinum Papam
E epiſtola, quæ & primo loco lecta eſt, inſtituamus orationem pro ordine rerum geſtarum ac
temporum.

Cyrillus igitur Epiſcopus Alexandrinus cum fruſtra tentaſſet Neſtorij emendationem,quam X.
ex Cæleſtini Papæ litteris procurauerat:quo de omnibus ipſum Romanum Pontificem redderet *Cyrillus quam patienter agat aduerſus Neſtorium.*
certiorem,ad ipſum legauit(vt dictum eſt)Poſſidonium Eccleſiæ Alexandrinæ diaconum,cui ad
eumdem litteras dedit. Prærerea vero,ne in damnationem Neſtorij excitaret ipſum Cæleſtinum
ad id præſtandum paratum,ſed vt dilatione aliqua expectaretur ſi tolerantia eiuſdem hæreſiarchę
morbus curari poſſet, iſta in mandatis Poſſidonio dedit: Si(inquit) Neſtorij litteras & expoſitio-
num illius codices reditos Cæleſtino compereris,tu quoque illi meas redde litteras:ſin ſecus, nõ
reddas.] ſed hæc inferius. Poſſidonius autem cum comperiſſet,tam epiſtolas quam exegeſes illius
Cæleſtino fuiſſe exhibitas,compulſus eſt ipſe quoque quas ferebat exhibere.] hæc namque ita trã
ſacta eſſe,ex relatione Petri Primicerij Notariorum presbyteri Alexandrini [b] intexta Epheſino b Act. Conc. Epheſ. to. 2. edit. Pelt.
Concilio habentur expreſſa. Extant autem ipſæ Cyrilli litteræ ad Cæleſtinum Papam Poſſidonio
datæ,

a Tom. 1. epiſt. Rom. Pont. poſt epiſt. 2. Cæleſt.

datæ, quarum eſt exordium [a]: Si in rebus vſque adeo ſerijs & neceſſarijs, &c.] vbi inferius: Tradidi A
(inquit) & epiſtolas quoque a me ſcriptas (*ad Neſtorium ſcilicet*) Poſſidonio, vt tuæ ſanctitati eas
offerat.] fuiſſe autem has primas litteras a Cyrillo ad Cæleſtinum conſcriptas, id illis ipſe verbis
oſtendit, vbi ait: Sane hactenus altum tacui. Neque enim quicquam omnino de illo, qui Conſtantĩ
nopolitanam Eccleſiam hoc tempore adminiſtrat, vel ad religionem tuam, vel ad vllum aliũ con-
ſacerdotem noſtrum ſcripſi: non ignorãs præcipitem celeritatem in eiuſmodi rebus cum vitio ple
rumqoe coniunctam eſſe ſolere, &c.]

XI.

Poſt hæc vero narratis quæ geſſerit Neſtorius aduerſus Catholicã fidem, quæue ipſe Cyrillus
pro eiuſdem defenſione operatus eſſet: quamuis ſciret, quod & alijs prædicarat, ſcriptiſq. firmarat
Neſtorij ſententiam omni eſſe execratione dignam; tamen haud ſuarum partiom eſſe ratus, nouã
hæreſim condemnare, & quæ de fide exorirentur quæſtiones definire, ſed id tantummodo mune-

Romani Põtificis ſumma auctoritas.

ris eſſe Romani Pontificis; iſta ad finem epiſtolæ ſubijcit: At quamuis res ita habeat, non prius ta-
men illius communionem confidenter deſerere auſi fuimos, qoam hæc ipſa pietati tuæ indicare-
mus. Digneris proinde, quid hic ſentias, declarare; quo liquido nobis conſtet, communicare ne
nos cum illo oporteat, an vero libere eidem denunciare, neminem com eo communicare, qui hu- B
iuſmodi erroneam doctrinam fouet & prædicat. Porro tuæ integritatis mens ac ſuper re ſententia
oon modo pijſſimis Deoq. deuotiſſimis Macedoniæ Epiſcopis, ſed totios quoque Oriẽtis Antiſti
tibus perſpicue per litteras exponi debet: nam cupiẽtibus illis anſam dabimus, vt omnes vno ani
mo in vna ſententia perſiſtant, rectæq. fidei, quæ iam impugnatur, opem ferãt.] & in fine poſt recẽ
ſitos tomos, quos pro fide Catholica a ſe ſcriptos mittit Romam ad Cæleſtinum, mox addit: Tra-
didi & epiſtolas quoque a me ſcriptas Poſſidonio, ſtudioſe illi iniungens, vt tuæ ſanctitati eas of-
ferat.] hactenus ipſe. Vidiſti haud obſcure, lector, priſtinum morem ab ipſo exordio Romanæ Ec-
cleſiæ in Annalibus demonſtratum, nimirum ſolius eſſe cathedræ Petri quæſtiones de fide defini-
re, & emergentes hæreſeſ cum earum auctoribus condemnare.

XII.

Synodus Romana contra Neſtorium.

Cæleſtious igitur, his viſis Cyrilli litteris perlectiſq. ab eo miſſis una cum ipſis etiam volumi-
nibus, poſteaq. inſpectis Neſtorij litteris & reliquis ab eodem pro defenſione hæreſis ſcriptis: cõ-
uocat Epiſcopos; habita Synodo omnium ſententia fuit tanta blaſphemia condemnata; auctori ve-
ro ipſius decem dierum ad reſipiſcendum conceſſum eſt ſpatium, eadem damnatione feriendus
& ipſe, ſi in aſſerto errore perſiſteret. Collectum quidem fuiſſe ea de cauſa Romæ ex more Conci- C

b In Act. Concil. Ephes. edit. Pelt. tom. 1. c. 8.

lium, litteræ Cyrilli ad Neſtorium poſtea redditæ declarant his verbis [b]: Et quid nunc, obſecro,
conſilij capiam? (tuam hic namque pietatem appellare compellor) quandoquidem Cæleſtino reli
gioſiſſimo Romanæ Eccleſię Epiſcopo iubeote, ceteriſq. pijſſimis Epiſcopis, qui illi adfuere, ita po
ſtulantibus, inueſtigare cogor, &c.] eſt de eadem Synodo etiam mentio in alijs litteris Cyrilli ad
Ioannem Antiochenum poſtea datis.

XIII.

Quæ igitur tunc in Romana Synodo a Cæleſtino Pontifice aduerſus Neſtorium definita fue-
runt, ab eodem Pontifice in datis ad eum litteris ſunt expreſſa: quarum cum plura extent exempla
ex Græco reddita, nos eamdem ex veteri Creſconiana Collectione deſcribemus epiſtolam, quam

c Euag. lib. 1. c. 4.

quidem Patres Concilij Epheſini præconijs extulerunt, & Euagrius [c] Scholaſticus pro dignita-
te argumenti & auctoritate ſcribẽtis, diuinam appellat: quæ tum ex Latino in Græcum, & rurſum
e Græco in Latinum reddita tranſlatione, tum etiam ſcribentium vitio (vt aſſolet in antiqoiori-
bus, quæ ſæpe ſæpius deſcripta eſſe oportuit) aliqua interdum contraxiſſe menda cognoſcitur. Sed
vtcumque ſit, veneranda certe antiquitate conſpicua permanet; qua primum ad ea quę ſpectabãt
ad Pelagianos, pro quibus Neſtorius ſcripſerat, reſpondit. eſt autem huiuſmodi: D

Dilectiſſimo fratri Neſtorio Cæleſtinus.

XIV.

Epiſtola Cæleſtini ad Neſtorium.

Aliquantis diebus vitæ noſtræ poſt nefandum & ſæpe damnatum dogma Pelagij atque Cæle-
ſtij Catholica fides quietem habuit, quando eos cum ſuæ diſputationis ſequacibus telis vnitatis
ſententiæ Oriens Occidenſq. percuſſit. Denique ſanctæ recordationis Atticus Catholicæ magi-
ſter fidei, & vere beati Ioannis etiam in iſta ſucceſſor, eos ita perſecutus eſt pro re commoni, vt ijs
nec ſtandi quidem illic copia præſtaretur. Manſit nos poſt eius exitum ſolicitudo vel maxima, cũ
ſucceſſor ipſius, verum etiam in eius fide ſuccederet, quæreremus: quia difficile eſt continuari quę
bona ſunt (oam ſibi ſæpe alternis vicibus aduerſa ſuccedunt) habuimus tamen poſt hunc, a quo

De Siſinnio Episc. Conſtant.

eramos continuo deſerendi, ſanctum Siſinnium, celebratum ſimplicitate & ſanctitate collegam, eã
fidem quam inuenerat, prædicantem. Legerat profecto ſimplex ſanctitas & ſancta ſimplicitas, ti-

d Eccleſ. 3.
e Galat. 1.

mondum magis, quam alte ſibi eſſe ſapiendum. & alibi [d], altiora ſectanda non eſſe. & iterum [e];
Si quis aliud prædicauerit, qoam quod prædicauimus anathema ſit. Hoc tamen exeunte de ſæcu-
lo, cum ſe ſolicitudo noſtra in tantum, in quantum ei Dominus noſter permiſit, extenderet; lætifi-
cauit animam noſtram vniuerſorum enarratio nunciorum, quam mox firmauit eorum qui inter- E
fuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum; qui tibi teſtimonij tantum detulerunt, quantum ferri
huic debuit, qui aliunde videbatur electus. Tanta antea opinione vixiſti, vt tuis te aliena ciuitas in
uideret: tanto nunc terrore vitaris, vt tui in alijs videant qualiter fuerint liberati.

XV.

Dudum ſumpſimus epiſtolas tuas, quibus in anguſto nihil potuimus dare reſponſi; erat enim
Græcus in Latinum ſermonem vertendus: quod cum licet ſero facimus, ſancti fratris & coepiſco
pi mei Cyrilli probatiſſimi ſacerdotis per filium meum Poſſidonium diaconum talia de te ſcripta

Deplorat animam Neſtorij.
f 1. Cor. 5.

ſuſcepimus, quibus his qui de tua ordinatione detulerant, perijſſe ſuum teſtimonium doleremus.
Bonis enim principijs tuis malus (quantum videmus) ſucceſſit euẽtus: bonis inquam principijs,
quæ apud nos ita celebrata fuerant, vt reſponſum dantes ad relationem fratrum, vos faceremus
participes gaudiorum. Sed conſiderantes nunc & querelam de te prædicti fratris, & interpretatas
tandem epiſtolas apertam blaſphemiam continentes; illud nobis Apoſtolicum [f] videmus eſſe di
cendum; Vellem mutare vocem meam, quia confundor in vobis: quinimmo mutaui, niſi de præci

pitijs

A pitijs ſe reuocet impius diſputator. Neceſſe eſt enim, vt malum ex vobis ipſis, ſicut præcipitur, au-
feramus. Legimus ergo epiſtolarum tenorem, & eos libros, quos illuſtri viro filio meo Antiocho
reddente ſuſcepimus. In his quidem a nobis inueſtigatus, deprehenſus & tentus es, quod multilo-
quio labefactaris, dum vera inuoluis obſcuris rurſum vtraque confundens, vel confiteris negata,
vel niteris negare confeſſa. Sed in epiſtolis tuis apertam non tam fide noſtra, quam de te tuliſti ſen
tentiam, volens de Deo Verbo aliter quam fides habet omnium, diſputare.

Ecce nunc in quam de te vocamur ſententiam, ecce quæ tuarum ſunt beneficia * nouitatum: XVI.
poſtquam ignoratus electus es, cognitus accuſaris. Iam nunc cum illo Gentium doctore [a] dicen * veneficia
dum eſt: Nam quid oremus, ſecundum quod oportet, neſcimus. Nonne hæc Eccleſiæ illi verba con- a Rom.5.
ueniunt? quæ probatos ſibi viros, non notitiam, ſed famam ſecuta, contempſit, iam inhærens tum
opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ouile velut rapacem lupum putaret abſcondi?
Vox eſt eiuſdem Apoſtoli [b]: Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti ſint. Aperi aures, & eius b 1.Cor.11.
ad Timotheum [c] vel Titum dictos audito ſermones: quid his aliud præcipit, quam vt nouitates c 1.Tim.6.
vitent vocum profanas? Ad impietatem enim iſta proficiunt, quæ ſemper ſpinas & tribulos intule 2.Tim.2.
B runt. Timotheum [d] certe rogaſſe ſe dicit, vt Epheſi remanens, nunciaret quibuſdam, ne qui aliter d 1.Tim.1.
prædicaret. Ante oculos mihi Hieremiæ Prophetæ verba ſunt: Horribilia (inquit [e]) facta ſunt ſup e Hierem.5.
terram, Prophetæ iniquitates prophetizant. Hæc, dicas volo, quaſi ignota te tranſeunt, aut quaſi
nota contemnis? Si quaſi ignota te tranſeunt; non ſit pudoris rectum diſcere, quando timoris non
fuit peruerſum docere. Si quaſi nota contemnis; intellige te inexcuſabilem fore, cum a te
commiſſi tibi talenti quæſierit ille rationes, qui per nos de hoc ſancto fœnore ſuum lucrum ſem-
per expectat. Aſpice quæ pœna illum manet, qui abſcondit [f] acceptum, qui integrum certe reſti f Matth.25.
tuit quod accepit; vnde euidẽter aduerte quod ſit & quale periculum, nec hoc quod acceperis, red
didiſſe. An tu Domino dicturus es [g]: Quod dediſti mihi, cuſtodiui: cum ſic ſcindi partes eius vi- g Ioan.19.
deamus Eccleſiæ.

Qua conſcientia viuis, pene ab omnibus in hac ciuitate deſertus? optauerã eos tunc fuiſſe tã XVII.
cautos, quam nunc ſunt, cum ſibi deſiderant ſubueniri. Vnde tibi in has quæſtiones verba dirige-
re, quæ ſit blaſphemia, cogitaſſe? Vnde hæc in populo Epiſcopum prædicare, quibus virginei par-
tus reuerentia ſaucietur? Non debent veteris fidei puritatem blaſphema in Deum verba turbare.
C Qui vnquam non dignus eſt anathemate iudicatus, vel adijciens vel detrahens fidei? Plene iterũ
ac manifeſte tradita ab Apoſtolis nobis nec argumentum nec imminutionem requirunt. Legimus
[h], in libris noſtris non addi debere, non detrahi: magna quidem & addentem & detrahentem h Deut.4.12.
pœna conſtringit. Vnde cauterium præparamus & ferrum: quia vltra non erunt fouenda vulne-
ra, quæ merentur abſcindi. Scimus certe maiora vitia maiore ſemper dolore ſanari. Inter multa
quæ a te impie prædicata vniuerſalis recuſat Eccleſia, e Symbolo ab Apoſtolo tradito plangimus
hęc verba fuiſſe ſublata, quæ nobis totius ſpem vitæ ſalutiſq. promittunt: quod quare fiat, loquun-
tur epiſtolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio eſt, quia eas ipſe miſiſti: quas in manus noſtras nolue
ramus venire, ne de tanti cogeremur ſceleris genere iudicare: omnium diſputationum tuarũ uias
breuis earum ſermo concluſit. Extendiſti te latius, multis anfractibus circumiſti, ſero tandem di
uerſo itinere perueniſti ad impium conſtitutum. Scimus quid ille [i] cauerit, qui præcipit conten i 2.Tim.6.
tiones vel pugnas legis eſſe vitandas: Sunt enim (inquit) inutiles & vanæ. Quod igitur vanum & Tit.3.
inutile iudicatur, nemo dubitat minime profuturum.

Itaque quamuis & iam frater Cyrillus ſecundis te epiſtolis ſuis aſſerat eſſe conuentum, intel XVIII.
D ligas volo poſt primam & ſecundam illius & hanc correctionem noſtram, quam conſtat eſſe iam *Anathematis*
tertiam, ab vniuerſitate collegij & conuetu Chriſtianorum te prorſus eſſe ſeiũctum; niſi mox, quæ *comminatio.*
maledicta ſunt, corrigantur; niſi in eam viam redeas, quam ſe Chriſtus eſſe teſtatur. Male in hunc
arma deſperatione mouiſti, qui te ſuper familiam ſuam velut fidelem prudentemq. permiſerat an
te conſtitui. Perijt tibi huius vice officij beatitudo promiſſa: nõ ſolum non das cibum in tempore,
verum etiam ueneno interficis, quos ille ſuo ſanguine & ſua morte quæſiuit. Venenum namque
eſt ſub tuis labijs, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cum contra eum qui ſuauis
eſt, niteris diſputare. Vbi eſt diligentia paſtoralis? Paſtor bonus [k] animam ſuam ponit pro oui- k Ioan.10.
bus ſuis: mercenarius uero eſt, qui eas lupis dimitti: & tradit. Quid hic tu paſtor acturus es, qui
Dominicum gregem pro lupis ipſe diſpergis? Ad quænam grex Dominicus ſepta confugiet, ſi in-
tra ouilia Eccleſiæ ſauciatur? Qua futurus eſt tuitione defenſus, qui te patitur pro cuſtode rapto-
rem? Et alias (inquit Dominus [l]) habeo oues quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me addu l Ibidem.
cere. Ille alias ſe promittit adducere: tibi pereunt quas habebas. Tametſi quidem certum ſit, quo-
ties iſta contingunt, non oues paſtoribus, ſed magis ouibus petire paſtores. Et vocem meam (in-
E quit) audient. Quare? Vt fiat vnus grex. Ad illius vocem vnus fit grex: ad tuam vocem aut inficitur,
aut fugatur. Durum eſt, vt in te de Actibus Apoſtolorum beati Pauli verba conueniant [m]: Ego (in m Act.20.
quit) ſcio quia introibunt poſt diſceſſum meum lupi graues in vos, non parcentes gregi: & ex vo-
bis ipſis ſurgent homines quærentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Hæc a te alijs, quam
dicta tibi velimus: docenda enim tibi fuerant, non diſcenda quæ dicimus: nam quis ferat, doceri
Epiſcopum, qualiter debeat eſſe Chriſtianus?

Diligenter aſpice in quam conditionem uoceris: accerſeris, argueris: quid horum conuenit ſa XIX.
cerdoti? duris dura reſponſio; ſi tamen uiciſſitudo eſt, uerbis blaſphemiam uindicare. An tibi a no
bis exiſtimas eſſe parcendum, cum animæ tuæ ita ipſe non parcas, & omnibus uelis & præteritis,
& præſentibus & futuris beneficium ſalutis auferre? Perſequar plane boni Domini mei fidelis ſer
uus inimicos, cum Propheta [n] aſſerat, odio eos odiſſe perfecto. Memor rurſus, altero loquente [o], n Pſal.138.
ne parcam. Quem hic ego reſpiciam? Cui hominis aliquid reſeruem, quando agitur ut mihi totius o 2.Cor.13.
ſpei meæ cauſa tollatur? Ipſius in Euangelio Domini uerba ſunt, quibus ait [p]: Non ſibi patrem, nõ p Matth.19.
ſibi

ſibi matrem,nec filios,nec aliquam neceſſitudinem debere præponi. Etenim talis frequenter eſt A
pietas,ex qua naſcitur impietas,cum uincente carnis affectu,charitati illi, quæ Deus eſt,charitas
præponitur corporalis,cuius intuitu aliquibus ſæpe deferimus:at vbi ad eũ tenditur, qui eſt ipſa
dilectio,neceſſe eſt nec illa ſeruentur,quorum auctor vocatur in cauſam.

XX. *Exhortatio ad Neſtorium.*

Expergiſcere tandem:quia non ſunt iſtę dicendæ vigiliæ,quas non exhibes cuſtodiæ, ſed rapi-
næ.Velimus te in hoc quod prædicas dormire,& vigilare in hoc quod impugnas.Leuius certe fer
remus,ſi in vtroque dormires:nemo tibi perditus eſſet,nemo quæſitus:nullo animarum diſpẽdio
mæreret Eccleſia,nullo compendio lætaretur.Satius ei eſſet,ſi hanc ſponſo ſuo,ita vt acceperas, re
ſignares.Sed quid multis moror?loquente architecto Paulo [a],fruſtra ſuperædificatum;quid,quæ-
ſo,in quo non inuenio fundamentum?Audio,vim maximam Catholice ſentientes,quibus nos cõ-
municamus,clericos ſuſtinere:ita vt his etiam ciuitas interdicta dicatur: lætamur eos præmium
confeſſionis acquirere;ſed dolemus,quod Epiſcopo perſequente.Beatus Paulus Apoſtolus perſe-
cutorem prædicatore mutauit:nefas eſt maximum prædicatorem perſecutore mutatum. Digere
in numerum retro hæreticos,qui huiuſmodi quæſtiones Eccleſiæ intulerunt:quis vmquam de hoc
certamine victor reuertit?Habes certe tuæ ciuitatis exemplum:Paulus ciuis Samoſatenus,occupa B
ta Eccleſia Antiochiæ,cum talia prędicaret,collegit ſuorum ſeminum meſſem: reliquos inuento-
res malorum,Eccleſijs occupatis,ſententiæ cenſura ſemper non diſpar eiecit.

a 1.Cor.3.

XXI. *De Pelagianis.*

Hos quoque hæreticos,de quibus nos,velut eorum quæ geſta ſunt neſcius, conſulere voluiſti;
ſedibus ſuis,iniuſta dicentes,expulit iuſta damnatio:quos illic inueniſſe requiem,non putamus eſ
ſe mirandum:inuenerunt enim impiam prædicationem,cuius comparatione ſe exiſtimant inno-
centes.Legimus quam bene teneas originale peccatum,qualiter ipſam naturam aſſeras debitri-
cem,& eum delictum merito reddere,qui deſcenderit de genere debitoris. Quid tecum faciunt,q
ſunt hæc negando damnati?numquam ſine ſuſpicione ea quæ ſibi ſunt aduerſa conueniunt:eijcerẽ
tur denique,ſi tibi quoque ſimiliter diſplicerent.Cum tamen ea quæ in hos tunc ſunt acta,quærun
tur;eum certum ſit,illinc ad nos a Catholico tunc Antiſtite Attico geſta directa ? Cur non ſanctæ
memorię Siſinnius quæſiuit?quia vtique ſub deceſſore ſuo probauerit eos iure damnatos.Defleãt
infelices,ſpe ſe hominum fuiſſe deceptos,quibus iam potuit propter communionem ſola pœniten
tia ſubuenire.Ecce ſcire de his incipis,ſi qua ante neſciſti.Cauſam tuam magis modo quam alio
rum Catholica & feſtina deliberatione curato:quia conuenienter dicimus [b]: Medice cura te ip- C
ſum,qui alijs deſideras ſubuenire: ægritudinis tuæ qualitas non recipit, aut præſtate permittit
inducias.

b Luc.4.

XXII. *Probat Cæleſtinus ſcripta a S.Cyrillo.*

Alexandrinæ Eccleſiæ ſacerdotis fidem & probauimus & probamus. Et admonitus per eum,
rurſum eadem ſentire te oportet,quę nos,ſi nobiſcum frater eſſe vis.Si tibi ſenſus datur, damna-
tis omnibus quę hucuſq; ſenſiſti,ſtatim hæc volumus prædices,quę ipſum videas prædicare. Nos
contra fas etiam nolumus ſacerdotes eſſe correptos; quibus ſicut pręmiſſa conuentione conſuli-
mus,ita in hos neceſſe eſt damnationis ſententiam,ſi abutuntur noſtra ſalubri admonitione,firme
mus.Hoc tamen erit poſt damnationem praui dogmatis plenum correctionis indicium,ſi reuo-
centur omnes ad Eccleſiam,qui propter Chriſtum caput eius videntur excluſi,reuocentur omnes.
Quod niſi fiat quod dicimus, eijciendus qui eiecit:quamuis in noſtra cõmunione ſint iſti, in quos
talis cognoſceris extitiſſe.Ad clerum quoque Eccleſię Conſtantinopolitanæ,vel omnes qui cenſen
tur nomine Chriſtiano,qualia neceſſitas poſtulauit,ſcripta direximus:vt ſi in peruerſę diſputatio
nis obſtinatione perſiſtis,nec hęc quę frater Cyrillus prædicat,nobiſcũ prædicaueris; a noſtro col
legio,eum quibus tibi non poteſt eſſe communio,te intelligant ſeparatum;ſcituri exemplo iã cau- D
ti,qualiter animę ſuæ decocto & maturato iudicio debeant prouidere.

Qualis debeat eſſe vera conuerſio hæreticorum.

XXIII. *Terminus pręfigitur peremptorius.*

Aperte igitur hanc noſtrã ſcias eſſe ſententiam,vt niſi de Domino Chriſto noſtro ea prædices,q̃
Romana & Alexandrina & vniuerſalis Eccleſia Catholica tenet,ſicut & ſacroſancta Conſtantino
politanæ vrbis Eccleſia ad te vſque optime tenuit;& hanc perfidam nouitatem, quæ hoc quod ve-
nerabilis Scriptura coniungit,nititur ſeparare,intra decimum diem a primo innoteſcentis tibi hu
ius conuentionis die numerandum,aperta & ſcripta confeſſione damnaueris;ab vniuerſalis te Ec
cleſiæ Catholicæ communione deiectum. Quam formam noſtri iudicij filium meum Poſſidoniũ
diaconum cum omnibus chartis ad ſanctum conſacerdotem meum memoratę Alexandrinę vrbis
Antiſtitem,qui ad nos ſuper hoc ipſo plenius retulit,deſtinauimus,vt agat vice noſtra, quatenus
ſtatutum noſtrum vel tibi vel vniuerſis fratribus innoteſcat:quia omnes debent noſſe quod agitur
quoties omnium cauſa tractatur. *& alia manu:* Deus te cuſtodiat incolumẽ,frater cariſſime. Data
tertio idus Auguſti,Theodoſio IIII. * & Valentiniano III.Aug.Conſſ.]

Cyrillus Vicarius Cęleſtini.

* III.

XXIV.

Sed antequam vlterius progrediatur in his proſequendis oratio,de Neſtorio(quod ad hanc
ſpectat epiſtolam)illud admonendum;ipſum nimirum non tantum fauiſſe Pelagianis(vt ſuperius E
demonſtrauimus ex edicto Theodoſii imperatoris, quod modo euidentius apparet ex Cęleſtini
Papæ querelis)ſed etiam in aliquibus eadem ſenſiſſe cum illis:etenim ſicut de radice truncus,ita
ex Pelagiana impietate Neſtorianas liquet progreſſas eſſe blaſphemias:vt non mireris,cum vides
Neſtorium Pelagianos hęreticos vbique damnatos Epiſcopos recepiſſe Conſtantinopoli,atque vt
gentiles ſuos omni officiorum genere confouiſſe,ſcripſiſſeq. pro his iterum ad ipſum Romanum
Pontificem Cæleſtinum.Symbola namque interceſſiſſe inter Pelagianam atque Neſtorianam hę
reſim, plane detegit Caſſianus ſecretorum Pelagianorum optime conſcius in libris ad Leonem
Eccleſię Romanæ diaconum de Incarnatione Verbi,vbi primum hæc habet [c]: Illud ſane vnum
pręterenndum non arbitramur,quod peculiare & proprium ſupradictæ illius hæreſeos, quæ ex Pe
lagiano errore deſcenderat, fuit; quod dicentes quidem ſolitarium hominem Ieſum Chriſtum
ſine vllo peccati contagio vixiſſe, eo progreſſi ſunt, ut aſſererent, homines, ſi velint, ſine
peccato eſſe poſſe.] & inferius: Vnde aduertit nouus nunc iam non nouæ hæreſeos auctor

c Caſſian.de Incarn.Verb.lib. 1.

Hæreſis Neſtorij a Pelagio.

(*Neſtorius*

A *(Neſtorius ſcilicet)* qui Dominum Saluatoremque noſtrum ſolitarium hominem natum eſſe con
tendit, idem ſe omnino dicere, quod Pelagianiſtæ ante dixerunt, &c.]& paulo poſt: Nec dubium
eſt, re ipſa penitus declarante: hic enim illud eſt, quod interceſſionibus ſuis *(Neſtorius ſcilicet)* Pela
gianiſtarum querelas fouet, & ſcriptis ſuis cauſam illorum aſſerit; quod ſubtiliter his, ac (vt verius
dixerim) ſubdole patrocinatur, conſanguineæ ſibi improbitati improbo ſuffragatur affectu, ſciẽs
ſcilicet eiuſdem ſe eſſe ſenſus, eiuſdem ſpiritus:, & ideo dolens cognitam ſibi hæreſim ab Eccleſia
eſſe diſiunctam, quam ſcit ſibi vtique peruerſitate coniunctam.] hæc Caſſianus de protectione &
cõmunione Neſtorij cum Pelagianis; idemq. inferius [a] eadem refricat & exaggerat, & acerrime — a Caſſian. de Incarn. Verb. lib. 5.
(vt par eſt) in nefandum hæreſiarcham Neſtorium inuehitur. ſed hæc omnia in Leporio Pelagia-
no ſatis perſpicuo demonſtrauit exemplo, ea diſertis ſane verbis ipſum eſſe profeſſum in Occiden
te, quæ poſtea in Oriente Neſtorius creatus Epiſcopus prædicauit: licet ille pœnitẽs palinodiam,
quam vidimus, recantarit. Sed ſicut doloſam, ita inanem prorſus eſſe ſcias excuſationem illam
Neſtorij ad Cæleſtinum, qua vt ſe Pelagianum minime eſſe doceret, de peccato originali atque de
libero hominis arbitrio demonſtrauit ſe recte ſentire: nam etſi non omnia Lernææ hydræ capita
B in ipſo videas, vnum ſaltem, illudq. ferocius in Filium Dei, eiuſq. matrem extentum fuiſſe conſtat.
Sed de his hactenus. Iam vero cœptam ſemel de litteris Cæleſtini per Poſſidonium in Orientem
ad diuerſos miſſis proſequamur orationem.

Cæleſtinus igitur ad ipſum Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum per eumdem Poſſidonium, — XXV.
quem ille miſerat, reddidit litteras, quibus ipſum certiorem fecit de his quæ Romæ geſta eſſent ad — *Cæleſtinus ſcribit ad Cyrillũ.*
uerſus Neſtorium; quorum omnium vt ſit legitimus executor, his ad finem epiſtolæ mandat ver-
bis [b]: Quamobrem noſtræ ſedis auctoritate aſcita, noſtraq. vice & loco cum poteſtate vſus, eiuſ — b Celeſtin. epiſt. 3. in fin.
modi non abſque exquiſita ſeueritate ſententiam exequeris; nempe, vt niſi decem dierum inter-
uallo ab huius noſtræ admonitionis die numerandorum nefariam doctrinam ſuam cõceptis ver
bis anathematizet, eamq. de Chriſti Dei noſtri genetatione fidem in poſterum confeſſurum ſe
ſpondeat, quam & Romana & tuæ ſanctitatis Eccleſia & vniuerſa deniq. religio Chriſtiana prædi
cat: illico ſanctitas tua illi Eccleſiæ proſpiciat.] hæc & alia Cæleſtinus litteris ad Cyrillũ datis hoc
anno iiſdem Conſulibus & die, nempe tertio Idus Auguſti. Vides, lector, in his omnibus tum ad
Neſtorium, tum ad Cyrillũ datis litteris Cæleſtini, ipſum quidem vt primum Catholicę Eccleſię
C Epiſcopum, ſummum põtificium, ſummumq. ius præſeferentem, ſic nempe loquentem, vt poteſta
tem habentem, dum illum damnat, huic mandat, & ſententiæ ſuæ executorem conſtituit, quem
certum eſt inter Orientales Epiſcopos primam cathedram obtinere: in illumq. ſententiam damna
tionis intrepide iaculari, qui regiæ vrbis, nouæq. Romæ Epiſcopus exiſtens, faſtu & arrogantia tu-
mens, fauoreq. pollens Imperatoris, nulli concedat.

Quod autem conſtet his litteris Cęleſtinum Cyrillo in proſequenda cauſa Neſtorij legaſſe vi — XXVI.
ces ſuas: tradit Theodorus [c] ad eumdem ab ipſo Cæleſtino fuiſſe miſſum phrygium, ipſum nem — c Theodo. Balſ. in Nomoc. Phot. tit. 8. c. 1.
pe pallium, quo ſignificatur plena poteſtas, eoq. Cyrillum eſſe vſum in Epheſino Concilio, & in ſa
cris ſolemnijs more Romani Pontificis: quod priuilegium affirmat eſſe propagatum poſtea ad A-
lexandrinos Epiſcopos ſucceſſores. Nicephorus [d] autem mitram, qua Romani uterentur Ponti- — d Nicephor. lib. 14. c. 34.
fices, a Cæleſtino miſſam aſſirmat, necnon nomen Papæ: ſed & conceſſum dicit ut appellaretur vni
uerſi Orbis iudex. Verum de Papę nomine aliter res ſe habet: conſtat enim illud olim commune
(ut alias dictum eſt) fuiſſe reliquis Epiſcopis. ſed nec de nomine Iudicis uniuerſalis ſatis liquet.
Certe quidem nihil præterea Cyrillo conceſſum a Cæleſtino, quam concedi ſoleat iis, quibus credi
D tur Vicaria præfectura, vel legatio a Latere, exiſtimatur; vt autem eadem poteſtas propa-
garetur ad poſteros, non in inſignibus dumtaxat, ſed etiam in auctoritate, exemplum extare
neſcimus.

Ad quoſnam inſuper Orientales Epiſcopos de iiſdem ſcripſerit Cæleſtinus, in fine eiuſdẽ epi — XXVII.
ſtolæ ad Cyrillum ita declarat: Eadem hæc & ſanctos fratres & coepiſcopos noſtros Ioannem, Ru — *Cæleſtinus ad diuerſos Epiſcopos de Neſtorio ſcribit.*
fum, Iuuenalem, & Flauianum præſcripſimus, quo noſtra, immo diuina Chriſti Domini noſtri ſen
tentia pluribus de eo manifeſta ſit.] hæc ipſe. Porro Ioannes, quem nominat, erat Epiſcopus An-
tiochenus, Rufus vero Eccleſiæ Theſſalonicenſis Epiſcopus, & Iuuenalis Hieroſolymorum Anti-
ſtes, & Flauianus præſidebat Eccleſiæ Philippenſium. Extant inſuper datæ per eumdem legatum
Poſſidonium ab eodem Cæleſtino ad clerum Conſtantinopolitanum litteræ, quibus de iiſdem quę
ſuperius dicta ſunt de damnatione Neſtorij, eoſdem reddidit certiores. eſt ipſius epiſtolæ exor-
dium [e]: Ad eos qui faciunt Eccleſiam mihi locuturo det Apoſtolicus ſermo principium, &c.]in — e Caleſt. epiſ. 4.
ter alia autem quibus eos fortiter agere admonet, vno exemplo illo Athanaſij magni fidei athle-
tæ corroborat, quod ſicut ille ab Arianis, ita ipſi a Neſtorio pulſi eſſent: nam ait: Habetis vos, qui-
E cumque Eccleſia eſtis eiecti, pene noſtrorũ temporũ beatæ recordationis Athanaſij Alexandrinæ
Eccleſiæ prudentiſſimi ſacerdotis exemplum. Cui non conſolationi ſit illius tolerantia? cui non
ſpem faciat eius expectata reuerſio? Eiicitur Ario perſequente, ſed reuocandus Domino proſequẽ
te: paſſus eſt carcerem, paſſus anguſtias; nec mirum ſi vir Apoſtolicus ea paſſus eſt, quibus ſe Apo
ſtolus gloriatur exercitatum. In his tamen omnibus ſecutus eſt illum, qui ſibi in tribulationibus
placere teſtatur. Fugatus illinc & in noſtris partibus roboratus eſt. Denique hic ei redintegratus
eſt ſtatus, & in hac ſede quietem cõmunionis inuenit, à qua ſemper Catholicis ſubuenitur.] hæc
idcirco Cæleſtinus inculcat & in memoriam reuocat, quo eos certa ſpe alat, victores nimirum ad
uerſus omnes hæreticos ſemper fore qui Apoſtolicæ ſedis munimine fulciuntur.

Extant etiam litteræ ab ipſo Cæleſtino per eumdem Poſſidonium ad Ioannem Antiochenum — XXVIII.
Epiſcopum datæ, quæ hoc habent exordium [f]: Optaremus, vt ſicut vna eſt Diuinitatis eſſentia, — f Cæleſti. epi. 6.
ita vnam quoque apud omnes omnino homines, vbicumque tandem locorum degant, rectæ fidei — *De litteris Cęleſtini ad diuerſos.*
veritatem obtinere.] ibi & de anathemate, ſi non corrigat errorem ſuum, in Neſtorium irrogato
mentionem

mentionem facit. Reliquæ vero eodem argumento ad Iuuenalem,& Rufum Epiſcopos datæ lit- A
teræ deſiderantur,ſed abſque iactura:nam iiſdem plane verbis eædem conceptæ erant,quibus di-
cta epiſtola ad Ioannem:etenim in aliquibus exemplaribus non ad Ioannem tantum eadem epi-
ſtola reperitur inſcripta,ſed inſuper ad Iuuenalem Hieroſolymitanum,Rufum Theſſalonicẽſem,
& Flauianum Philippenſem [a].

a Concil.Epheſ. edit.Cont.epi.7.

XXIX.

b Apud Cæleſti. epiſt tom 1.epiſt. Rom Pontific.

Quæ vero poſt hęc geſta ſint,ex litteris Cyrilli ad diuerſos poſſumus intelligere:in quibus qui-
dem dignoſcendis,& certa nota temporis diſtinguendis,meminiſſe oportet quæ ipſe Cyrillus in
epiſtola per Poſſidoniũ ad Cæleſtinum data hoc anno ait,[b],ſe hactenus de his quæ ad Neſtorium
ſpectant,ad nullum ſcripſiſſe Epiſcopum,præterquam ad ipſum Cæleſtinum. quamobrem affir-
mare neceſſe eſt,diuerſas Cyrilli epiſtolas ad diuerſos Epiſcopos datas,omnes poſt hæc fuiſſe con-
ſcriptas. Inſuper eum neque aliis ſcriptis ipſum Cyrillum exagitaſſe Neſtorium,præter quam lite-
ris ad Aegyptios monachos ſcriptis,& duabus ad ipſum Neſtorium datis,ex eadem Cyrilli ad Cę-
leſtinum epiſtola colligi poſſe videatur; inde & illud quoque infertur,reliqua aduerſus Neſto-
rium quæ reperiuntur Cyrilli ſcripta,in quibus nominatim Neſtorianus error confutatur, poſt
hæc omnino ſcripta ab ipſo fuiſſe. Rurſus vero & epiſtolæ illæ Cyrilli quæ inueniuntur ante indi-
ctum Concilium Epheſinum eſſe conſcriptæ,& poſt Synodum Romanã hoc anno(vt dictum eſt) B
a Cæleſtino habitam,eaſdem hoc pariter anno ab eo eſſe datas,affirmare neceſſe eſt;ſiquidem edi-
ctum Theodoſii,quo in ſequentem annum Synodum cogendam indicit, datum apparet[c] ſub
anni huius Conſulibus Theodoſio XIII. & Valentiniano III. decimotertio Kalendas De-
cembris.

c Act Concil. Epheſin.edit.Pelt. tom.1.c.25.

XXX.

Cyrillus ſcribit ad Acaciũ Berœenſem.

His præcognitis,quæ extant Cyrili ad diuerſos epiſtolæ hoc anno datæ,ex quibus res geſtæ in
cauſa Neſtorii colliguntur:quæ ſcriptæ ſunt prius,quæ poſtea,temporis ordine referemus. Equi-
dem illa primum vendicat ſibi locum,quæ ad Acacium Berœenſem habetur inſcripta,data illa q-
dem non antequam ipſe Cyrillus ſcriberet ad Cæleſtinum:ſiquidem(vt dictum eſt) ipſe in epi-
ſtola ad eũ miſſa tradit,ad nullum hactenus conſacerdotem ſe de Neſtorii hæreſi litteras dediſſe.
nec inſuper poſt acceptas literas a Cęleſtino de Neſtorii anathemate eamdem ab ipſo Cyrillo ad
Acacium oportuit eſſe ſcriptam:ſiquidem(quod primo loco ponẽdum erat)nihil penitus in ea de
Neſtorii damnatione legitur. Quamobrem illud vt dicamus neceſſe eſt, eodem tempore quo ea
inter Cyrillum ac Cæleſtinum de Neſtorio tractabantur, ad Acacium Berœenſem illam eſſe con- C
ſcriptam epiſtolam. Erat enim Acacius magnæ æſtimationis Epiſcopus ob doctrinam & ætatem
longam in ſede perfunctam,ceterum inueteratus dierum malorum,malis fauens,ſubdolus & ver-
ſipellis; quippe qui primum in turbis aduerſus Ioannem Chryſoſtomum olim excitatis Theo-
philo Alexandrino Epiſcopo inhæſiſſet,atque demum(vt dicetur ex Actis Concilii Epheſini)fa-
uit Neſtorio,eiuſq. ſectatoribus aduerſus Catholicos, inhærẽs & ipſe contra Cyrillum Ioanni Epi-
ſcopo Antiocheno. Extat ipſa Cyrilli epiſtola, quæ ſic incipit[d]; Qui vehementer contriſtati
ſunt, &c.] verſatur in deteſtatione Neſtorii recens emergẽtis hæreſis.

d Cyril.epiſt.14.

XXXI.

e Apud Cyril. epiſt.15.

Acacii & Ioannis Antiocheni Epiſc.ſimulata ſtudia.

His Acacius acceptis litteris,magnopere adgauiſus eſſe,videri voluit,ſuſceptum eſſe a Cyril-
lo patrocinium Catholicæ fidei;eamdemq. ipſius epiſtolam oſtendit Ioanni Epiſcopo Antioche-
no,amboq. ſimul execrari viſi ſunt nefandam impietatem:reſcribenſq. ad Cyrillum, eum horta-
tur vt fortiter agere pergat,& de Ioanne Antiocheno Epiſcopo iſta ſignificat:Curaui(inquit[e])
vt epiſtola pietatis tuæ a ſanctiſſimo & pientiſſimo Ioanne Antiocheno Epiſcopo legeretur. Qui
vbi hæc audiuit,multa cum conſenſione & compaſſione eadem affectat,quæ & nos ſenilem agen-
tes ætatem;cum ipſe recẽs ad Epiſcopatum venerit, qui per gratiam Dei in certaminibus ad Epi-
ſcopatum pertinentibus ita floret,vt præclare de illo ſentiant ac glorientur quotquot per Orienta- D
lem adminiſtrationem ſunt Deo dilectiſſimi Epiſcopi. Is pietatem tuam,vt traditur, obſecrat, vt
ſanctitas tua,prudentiam quam habet,vſa, intolerabile illud verbum quod prorupit, ita in ma-
nus ſummat,vt per ea quæ loqueris ac facis,Apoſtolicum illud, exigente ipſo tempore, oſtendas,
quo Apoſtolus dicit: Etenim ſi poteſtate vti voluero,quam Deus mihi ad ædificationem, non ad
deſtructionem dedit,haud pœnitebit.] hæc & alia Acacius ad Cyrillum: quod ſi ex animo,Deus
ſcit:certe progreſſus eius atque Ioannis Antiocheni ab his longe diſcrepare poſtea inuenti ſunt.
Etenim qui hoc anno adeo in Neſtorium infenſi apparuere, paulo poſt eidem patrocinati cœpe-
runt. ſed de his ſuo loco.

XXXII.

Cyrillus admonet Ioannem Epiſcopũ Antioch.

f Cyril.epiſt.13.

Inter hæc autem redditis Cyrillo per Poſſidonium Eccleſiæ Alexandrinæ diaconum acceptis
Romæ a Cæleſtino Romano Pontifice litteris: quas ad diuerſos Epiſcopos ſuperius numeratos
inſcriptas legit,ad eoſdem mittendas ex ipſius Cæleſtini admonitione curauit:ſed & dat alias Cy-
rillus ipſe litteras ad Ioannem Antiochiæ Epiſcopum,quibus de rebus Romæ geſtis aduerſus Ne-
ſtorium iſta in fine de Romano Concilio ſubiicit[f]: Lectis namque in Concilio,*Romæ habito ſci-* E
licet,tum expoſitionibus,tum epiſtolis eius,in quibus præſertim non eſt ſycophantiæ locus,habẽt
enim illius ſubſcriptionem:ſancta Romana Synodus quæ manifeſta ſunt,notauit. Quamquam &
ad tuam pietatem ſcripſit:quibus etiam obediendum eſt neceſſario ab illis,qui vniuerſæ Occidẽ-
tis communioni adhærent. Exemplaria namque reſcripſerant ad pientiſſimum Rufum Theſſalo-
nicenſem Epiſcopum,& ad alios quoſdam pientiſſimorum,qui in Macedonia ſunt,Epiſcoporum
qui & ſemper illius adhæſere ſententiis. Scripſerunt autem nihilominus ad Iuuenalem pientiſſi-
mum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopum. Eſt enim pietatis tuæ conſiderare quid conducat.
Nos enim illius ſequemur iudicia, veriti ne a tantorum virorum communione deficiamus,
qui nullis aliis de cauſis indignantur, neque ob res minutas, ſed propter ipſam fidem, &
quæ vbilibet ſunt Eccleſias, populique ædificationem, motus excitarunt.] hæc ad Ioannem
Cyrillus,

XXXIII.

Eodem quoque argumento hoc etiam tempore ſcripſit ad Iuuenalem Hieroſolymitanum E-
piſcopum

A piſcopum [a], vbi poſt recenſita quæ tum a ſe,tum a Cæleſtino aduerſus Neſtorium geſta atque decreta eſſent,hortatus eſt eum vt ipſe ad vendicandam læſam Catholicam fidem arma capeſſeret: quodnam vero conſilium ſibi ineundum putarit,ita declarat:Neceſſarium autem erit,vt Chriſto amanti & religioſiſſimo Regi & vniuerſis magiſtratibus ſcribamus,conſulamuſq.ne pietati homine præponant,ſed largiantur orbi terræ fidei firmitatem,ac greges Dominicos malo paſtore liberent,niſi vniuerſorum conſilijs obtemperauerit.]Scripſerit ne Cyrillus hoc tempore ad Theodoſium,haud certum eſt.

a Cyril.epiſt.16. Cyrillus ſcribit ad Iuuenalem Epiſc.Hieroſolym.

XXXIV. Inter hæc autem cum Ioannes Antiochenus Epiſcopus per Alexandrinos clericos litteras accepiſſet tum Cæleſtini Romani Pontificis,tum etiam Cyrilli de damnatione Neſtorij:omni qua potuit celeritate præuenit,vt eaſdem ad Neſtorium mitteret Conſtantinopolim:adiecitq. ſuas, quibus ei ſuaſit,pacem Eccleſiæ,recãtando palinodiam,amplecti.Sed reddamus hic litteras ipſas Ioannis,quæ admodum conducunt hiſtoricæ veritati: ſic enim ſe habent ſcriptæ pariter nomine etiam aliquot inſigniorum Syriæ Epiſcoporum,qui ſimul tunc Antiochiæ aderant,quorum nomina in ea ponit:

Ioannes Epiſc. Antioch. agit cum Neſtorio de pace.

B Domino meo pijſſimo ſanctiſſimoq. Epiſcopo Neſtorio Ioannes in Domino S.

XXXV. Meam de tua pietate ſententiam per dominum meum magnificumq. per omnia Comitem Irenæum [b] ſincere abſque vllo prorſus fuco dilectioni tuæ pateſeci.Et quoniam vera expurgatione vſus,omni(vt arbitror)ſuſpicione apud te vaco;libere candideq.ſinceritati tuæ in poſterum conſilium dare inſtitui.Poteris autem ex ijs quæ ſuaſurus ſum,noſtri erga te candoris non leue argumẽtum ſumere,ſimulq.quantæ ea charitas,quæ ſecundum Deum eſt,curæ nobis ſit,perſpicere: quã ſane charitatem qui conſectantur,illi diuinis legibus obtemperant;qui vero ea neglecta impoſturis ſtudent,ij ſuis ſe telis prius conficiunt,quam eos,quos adoriũtur.Hæc itaque oportune(vt exiſtimo)præfatus,te etiam atque etiam rogo,vt me conſultorem haud malum tibi futurum beneuole admittas:neque,ſi quid vtile,aut diuinæ charitati cognatum in dictis meis occurrerit, id ipſum reſpuas.

b Act.Concil.Ephetin.edit.Pelt. lib.1.c.31.

XXXVI. Equidem oportebat vt de rebus bonis atque vtilibus inter nos conferremus:verum quia peccata noſtra perturbationibus Eccleſiaſticis ingens oſtium patefecerunt,ideo ea charitati tuæ explanare cogor,quæ nupertime ex Romana & Alexandrina vrbe ad me perſcripta ſunt.Etenim cleC rici Alexandrini diuerſas de tua pietate litteras magno ad nos ſtudio pertulerunt, vnas quidem pijſſimi Epiſcopi Cæleſtini,reliquas omnes ſanctiſſimi Epiſcopi Cyrilli.harum autem antigrapha mittens,charitatem obnixe tuam rogatam cupio,vt ita eas legat, ne qua hinc animi perturbatio conſurgat;ex qua contentiones minime leues,ſeditioneſq.admodum noxiæ ſæpenumero exoriuntur.Sed neque rem hanc tantam parui quoque ducas,vt contemnas: diabolus namque res initio minus recte habentes per ſuperbiam nouit amplificare,in eamq.magnitudinem paulatim euehere,vt poſtea omnem curam,omnemq.medicinam reſpuant.Quare beneuolum ac ſtudioſum affectum ad illarum litterarum lectionem afferas:viros quoque nonnullos cordatos ac tibi beneuolos ad propoſitarum rerum conſiderationem ſocios ſibi adiungas; illiſque non quæ grata, ſed quæ vtilia ſunt,effandi poteſtatem facias. Omnino enim ſi arbitri plures, minimeque fucati, ac liberam dicendi quod ſentiunt facultatem nacti, præſentis negotij diſquiſitioni adhibeantur; facillime illud ea deliberatione conſequemur,vt quod nunc perplexum & durum ac triſte cẽſetur, mox leue & lætum ſit.

Salubre Conſilium Ioannis datum Neſtorio.

XXXVII. Enimvero licet dominus meus Cæleſtinus Deo deuotiſmus Epiſcopus decem tãtum dierum D interuallum ad terminum vſque reſponſioni præfinitum valde anguſtum litteris ſuis expreſſerit:tamen res ea eiuſmodi eſt,vt non dico decem diebus,ſed vno, immo vero paucis horis tota confici poſſe videatur.Nam quid facilius eſt,quam nomine commodo,multiſq.ſanctis Patribus vſitatõ, & vero nihilominus ſalutariq. ex Virgine ortui percongruo, in Chriſti omnium noſtrum Regis diſpenſatione vti?Cum hoc ergo neque graue,neque periculoſum ſit, æquum non eſt vt ſanctitas tua refutet.Neque id nunc apud ſe cogitet:Turpe eſt,ſi pugnantia docere videar.Si enim mẽs tua eadem ſapit & ſentit quæ ſancti Patres Eccleſiæq.doctores ſentiunt & ſapiunt(nam hoc, domine mi,& ex multis & ex communibus amicis de te accepimus)quorſum veteris piũ animi tui ſenſum conuenienti voce publicare,præſertim cum tot tantæq.tumultuationes ac diſceptationes ex te natæ ob oculos iam verſentur?Eas namque(mihi crede Deo dilecte)tum apud finitimos, tum apud longe quoque poſitos turbas concitaſti, quæ ingẽtem ex inſperato Eccleſijs tempeſtatẽ peperere: conſtat enim,Fideles circumquaque degentes huius quæſtionis & controuerſiæ cauſa inter ſe conflictari,quotidieq.a ſe inuicem diuelli.

Prudenter agit cum Neſtorio Ioannes.

XXXVIII. Verum eſſe quod dicimus,ex ipſiſmet rebus haud difficulter perſpicere licet.Nam & Occidẽs E & Aegyptus & ipſa quoque Macedonia ab ea vnione ſeſe abrumpere decreuerunt,quam ſingularis Dei beneficentia per multos ſanctorum Patrum,celebriumq.Epiſcoporum,& pcipue per ſanctiſſimi magniq.illius patris noſtri Acacij ſudores moleſtiaſq.communi Eccleſiæ vtilitati impertiuit.Quis,quæſo,reprehendat,ſi ea quæ ſentis,libere exponas? Immo vero quis laudibus non efferat,ſi nomen,cuius ſenſum pietas tua(vt cognouimus)poſſidet,propter publicam quietem,communemq.Orbis pacem,aliquãdo amplecti,in animum inducas?Quod ſi ita viſum eſt,perpulchrũ & ad præſentem controuerſiam peropportunum exemplum tibi hoc loco in mentem reducam, cuius te quoque meminiſſe velim:temporis enim,ex quo illud apud nos accidit,adeo multum nõ interceſſit,vt iam animo excidere potuerit.

Hæreſim Neſtorij quomodo omnes execrentur.

XXXIX. Memoria haud dubie tenes,cum beato Theodoro in expoſitione quadam excidiſſet quiddam quod tibi in primis,cui per id tempus ceteris liberius agere licebat,tum ceteris quoque omnibus ad quorũ aures peruenerat,neque recte,neque ſatis quoq.catholice dictũ videbatur:quo pacto ille

De Theodoro Mopſueſteno hiſtoria.

poſteaquam damnum turbamque quæ exiguus admodum lapſus pepererat,conſideraſſet, expen- A diſſetque nihilo ſecius eiuſmodi tumultuationes,ſectas,diſſidiaque generare poſſe (ſolent namq. homines,eiuſmodi arrepta occaſione,vltro citroque tumultuari,atque a ſe mutuo ſeiungi) cogitaſſet præterea paruam offenſionis ſcintillam magnum ſæpe fomitem diſcordiæ ſubminiſtrare (quod etiam nunc apud nos vſu veniſſe cernimus)ac commoda tandem opportunæ correctionis ſecum reputaſſet;non poſt multos dies generoſe in medium progreſſus,id quod a ſe non ſatis commode dictum fuerat,in gratiam Eccleſiæ nihil quicquam veritus correxerit;factaque emendatione,omnem mox calumniam aduerſum ſe excitatam penitus extinxerit: & quãuis nemo neſciret, quod ab illo dictum erat,minus recte ſinceréque dictum fuiſſe;attamẽ quod prompte id retractaret quod dixerat,hominem ſtatim complexi ſunt omnes.

XL. Vt Mariã Deiparam dicat hortatur.

Equidem non ad probroſam aliquam orationis correctionem, neq.ad puerilem palinodiam (vt ſic loquar)pietatem tuam inuito. Sed quia multi(vt intelligo) non infrequenter ex te audierunt,quod ipſam ſolam vocem,non piam quoque ipſius vocis notionem auerſeris;ſi qui vero celebrioris famæ Eccleſiaſtici auctores tibi fuerint,vt ipſo quoque nomine admiſſo, ſacram Virginem Mariam Deiparam appelles,te iſtud neutiquam recuſaturum eſſe:Hanc ob rem te iterum at- B que iterum moneo hortorque vt libera id voce depromas,quod citra errorem ſapere certo dignoſceris.Age,inquam,rei quam recte tenes,nomen quod a multis ſæpe Patribus vſurpatum,ſcriptũ & pronunciatum eſt,adiungere ne graueris:neque vocabulum,quod piam rectamq.notionem in animo gignit,refutare pergas. Etenim nomen hoc,θεοτόκος,nullus vmquam Eccleſiaſticorum doctorum repudiauit.Qui autem illo ſubinde vſi ſunt,& multi reperiũtur & apprime celebres. Qđ

Patres & Eccleſia ſemper confeſſa Deiparam.

ſi qui ſunt qui illud non vſurparunt,illi numquam erroris alicuius eos inſimularunt, qui illo forte vſi fuiſſent.Sane dum ſuperuacanea quadam ad vanas hæreticorum opiniones ſolum ſpectante curioſitate incitati,nomen,cuius ſententiam recte tenemus,pertinaciter reſpuimus;aliud nihil(vt videtur)facimus, quam quod fratrum noſtrorum conſcientias & temere & abſque vlla vtilitate grauiter offendimus,planeque contemnimus.

XLI.

Etenim ſi id quod nominis ſignificatione offertur,non recipimus,reſtat vt in grauiſſimum errorem prolabamur,immo vero vt circa inexplicabilem illam vnigeniti Filij Dei œconomiam periculoſiſſime verſemur:quandoquidem hoc nomine ſublato,vel huius potius nominis notione repudiata,ſequitur mox illum non eſſe Deum, qui admirabilem illam diſpenſationem noſtræ ſalutis C cauſa ſuſcepit;tum Dei Verbum neque ſe exinaniuiſſe,neque in ſerui formam ſeſe demittens, ineffabilem quamdam benignitatis magnitudinem humano generi exhibuiſſe.Hanc enim Dei erga nos clementiam diuinæ Scripturæ hinc præcipue conſtituunt,quod vnicum illum ſempiternumque Dei Filium,ante omnia ſæcula natum,impatibili modo ex ſacra quoque Virgine ortum oſtẽdunt.Huc namque diuinus tendit Apoſtolus,dum ita ait [a]: Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere. Clare hic oſtendit,non alium,ſed ipſummet Dei Vnigenitum in lucem prodijſſe.Quod ſi Virgo a ſanctis Patribus propter hanc generationem Deipara nominetur,vt vere hoc nomine ab illis nominatur:neſcio quorſum attinuerit,vt quæſtionem hanc nequaquam neceſſariam(bona venia tua dictum ſit)& contra Eccleſiaſticam pacem quoq.(vt vides)agitandam ſuſceperimus. Etenim nulli nos periculo exponimus,ſi ea ſentimus & loquimur,quæ doctores in Eccleſia Dei celebertimos ſenſiſſe & docuiſſe,certo nouimus. Superuacaneum autem cenſeo illorum nomina hoc loco percenſere:noſti enim illos æque ac nos,vt qui haud ſecus ac nos omnes,quod diſcipulus illorum aliquando extiteris,glorieris.

a Galat.4.

XLII. Præmunit Neſtorium ad iſtus accipiendos ex litteris Cœleſtini.

Hoc noſtrum,quæſo,conſilium admitte:hæc per nos rogatus exequere:nullum diſſidijs locũ, D nullum gliſcenti nouitati fomentum ſuppedites. Cogita, ſi priuſquam vllæ omnino litteræ miſſæ forent,multi contra nos extitere infrenes,peneque intolerabiles;quales nunc futuri ſunt,tanta ex illatis litteris(*nempe Romani Pontificis*)ſubminiſtrata fiducia, qualique in poſterũ aduerſum nos audacia ſunt vſuri.Hæc ego,complures religioſiſſimos , tuæque pietatis ſtudioſiſſimos Epiſcopos apud me habens,quos etiam tunc præſto eſſe contigit,cum infauſtæ illæ litteræ afferentur,ſcribere volui,ratus ingenui amici officium,illudque a promiſſione mea non alienum,me præſtiturum, ſi fraterno quodam conſilio exiſtimationẽ tuam grauiter hoc tpe laborantẽ nonnihil ſubleuarẽ.

XLIII. Epiſcopi Syriæ qui hæc vna ſcripſere.

Quocirca pietatem tuam rogo, obteſtorque vt ea quæ ob ſanctæ Eccleſiæ tranquillitatem cũ Dei timore,veraque erga te charitate expoſui,placido animo ſuſcipias.[Nam non ſolus hæc dictaui,ſed(vt modo aiebam)præſentibus multis Epiſcopis, videlicet domino meo Archelao Epiſcopo pijſſimo,Apringio,Theodoreto,Heliade,Meletio,& Macario,qui per Dei gratiam Eccleſiæ Sardicenæ præfectus eſt nupertime: qui omnes & in fidei doctrina inſtructiſſimi & tui ſtudioſiſſimi vna mecum,domine mi,te rogant,vt animo facili litterarum illarum turbinis inſtar ruentium impetum ſiſtas.Quæ,ſi quidem obſtinati reſtiterimus,moleſtiam afferent non modicam : ſin autem E obſecuti fuerimus,neque turbare,neque aliqua ex parte confundere nos poterunt.Hæc, tua perinde ac propria cordi habentes,monere voluimus:iam tuum eſt,æquo beneuoloque animo monita noſtra complecti : niſi forſitan minus noſtri amans ita comparatus ſis , vt cum tui & Reipublicæ Chriſtianæ damno obſtinate iſtæc aſpernari decreueris. Obſecro,vt quamprimum, quod viſum fuerit,immo vero non quod viſum fuerit,ſed quod vtile fuerit,reſcribas.] hactenus Ioannes Antiochenus cum alijs Syriæ Epiſcopis nominatis,cuius epiſtolæ mentionem habet Liberatus diaconus in Breuiario [b].

b Liberat. diac. in Breuiar.c.4.

XLIV. Fautores Neſtorij Syri Epiſcopi.

Præſtitiſſe hactenus viſus eſt Ioannes quod Catholicum decebat Epiſcopum, numeroſque explesse veri amici:ſed contra pietatem & amicitiæ iura ſancita deinde peccauit, cum renitentem hominem ſalubri obedire conſilio,adhuc amicum retinuit atq. fouit cum iactura Catholicæ fidei & damno priuationis cõmunionis Orthodoxorum Antiſtitũ. Etenim qui hæc ſcripſere ad Neſtoriũ,

eidem

A eidem intima coniuncti neceſſitudine, poſtea in Concilio Epheſino pro ipſo Neſtorio ſteterunt, maxime vero eidem addictus qui hic nominatur, Theodoretus Cyri Epiſcopus, laudator (vt vidimus) Theodori Mopſueſteni, ex quo ſibi haud leuem maculam ſuperinduxit. Qui ijdem omnes ea quoq. ex parte nonnihil ſuſpecti redduntur, non recto pede incediſſe in Euãgelium, dum Neſtoriũ non vt hæreticum arguunt, ſed vt qui recte ſentiat, tamen minus caute atq. prudenter voce illa vti detrectet, recuſetq. pertinaciter nimis dicere Virginem Deiparam; cum ea vtendo voce, nihil detrimenti ipſi de fide doctrinæ inferre poſſit, quam ſequitur rectam. Quomodo autem in his deliteſceret anguis, ſubijcienda tibi hic, lector, eſt epiſtola ipſius Theodoreti ad Irenæum Epiſcopũ. hic quidem ille Irenæus, cuius ipſe Ioãnes Antiochenus in dicta ſua epiſtola meminit ad Neſtorium; quem licet Comitem appellet, tamen ex Comite idem eſt poſtea ordinatus Epiſcopus, vt ſuo loco dicemus. Epiſtola igitur Theodoreti ad Irenæum ſic ſe habet [a]:

[a] *Theodor. epi. 16. ex cod. Vatican.*

XLV. *Epiſtola Theodoreti ad Irenæum.*

Non eſt (vt videtur) bonum, amplius expectare: non enim ſolum non quieuit, ſed in dies (vt ita dicam) Eccleſiæ tempeſtas augetur. Venerunt ſiquidem illi, qui Synodum conuocant, & nonnullis Metropolitis, necnon & noſtro, Eccleſiæ litteras dederunt; quarum exemplum ad te miſi, vt cognoB ſceres, iuxta illud poetæ, malum malo iam eſſe obfirmatum, & ſola nobis Domini bonitate opus eſſe, vt tempeſtatem quieſcere faciat: illi enim tantum id facile eſt, nos vero huiuſmodi quiete ſumus indigni: ſatis autem nobis erit patientiæ gratia & virtus & donum, vt per hanc hoſtes vincere poſſimus. Hoc enim diuinus Apoſtolus petendum eſſe, nos docuit: Faciet enim (inquit) cum tentatione prouentum, vt poſſitis patienter ſuſtinere.

XLVI. *Quomodo Theodoretus ſuadet dimicãdum eſſe.*

Te autem, o Deo dilecte, in primis oro, vt detractorum ora obſtruas, ac illos doceas, quod non oportet, illos (vt aiunt) qui extra ſagittas exiſtunt, eos reprehendere, qui inuicem prœliantur & percutiunt & percutiuntur. Quid enim intereſt, his armis aut illis prœliantes vti, & hoſtes vincere? Magnus namque Dauid neque omnibus armis indutus alienigenarum propugnatorem conculcauit Goliath, & Samſon aſini maſcella armatus mille eodem tempore proſtrauit: & nullus eius victoriæ detrahet, neque victorem puſillanimitatis arguet, quod neque haſtam vibrans, neque ſcutum obijciens, neque iaciens frequentius, vel arcum tendens, hoſtes deuicit. Ita igitur de illis qui pro pietate ſunt prœliaturi, ſentiendum eſt: neque dictiones ſunt quærendæ, quæ controuerſiam excitarunt, ſed enthymemata & argumentationes, quæ veritatem aperte declarant, & C eos qui aduerſari audent, rubore perfundunt. Quid enim intereſt, hominis ſimul & Dei genitricẽ appellare beatam Virginem, vel dicere ipſam geniti matrem & ancillam; & inferre, quod mater quidem eſt vt hominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ancilla vero vt Dei: & quod quidem ſycophantiæ & captionis vel erroris cauſam præbet, tacere; eumdem autem dicere ſenſum, aliam vſurpando nuncupationem?

Dei genitricẽ Mariam ſubdole dicũt fautores Neſtorij

XLVII.

Præter hæc & illud ſcire oportet, quod alterum commune eſt Virginis nomen ſuum, alterũ vero ſuum & proprium: & quod de hoc tota controuerſia orta eſt, quæ vtinam orta numquam fuiſſet. quod quamplurimi veterum ſanctorum Patrum honorabilius nomen tribuerunt Virgini: hoc etiã tua fecit pietas in duabus vel tribus orationibus; habeo enim nonnullas, quas tuum mihi Deo dilectum caput miſit: & dum eamdem Virginem Dei genitricem appellas, huic nuncupationi illam minus adiecisti, vt hominis genitricem appellares, ſed alijs nominibus hunc ſenſum ſignificaſti.] Hæc de technis & aſtu, vafricieq. in occultanda praua ſententia ſub Catholico nomine iam tibi ex his palam facta ſunt, lector. Sed quod eumdem plurimum arguit, hoc ibidẽ de Theodoro Mopſueſteno & Diodoro Tarſenſi hæreſis huius auctoribus mox ſubdit:

XLVIII. *Quam ſtudioſi fuerint Diodori & Theodori fautores Neſtorij.*

D Quando vero me arguitis, quod ſanctos ac beatos Patres reliquerim atque reiecerim, Diodorum videlicet & Theodorum, e catalogo Doctorum: neceſſarium etiam duxi de hoc nonnulla dicere. Primũ enim, o carũ caput, nullos alios inſignes & illuſtres viros me omiſiſſe ſcito. Deinde illud etiam animaduerte, quod ille qui accuſatur, teſtes afferre debet, de quibus nulla eſt controuerſia, & quos nec ipſi accuſatores arguere poſſent: ſi vero reus eorum teſtimonia afferret qui ab accuſatoribus etiam accuſantur & arguuntur; nec ipſe Iudex ipſos facile admittere vellet. Si enim Patrum encomia & laudes conſcribendo, hoſce ſanctos omiſiſſem; fateor me deliquiſſe, & erga Doctores ingratus eſſem. ſin autem dum accuſor, excuſationem meam attuli, & eorum vſus ſum teſtimonio, de quibus nulla eſt dubitatio: cur fruſtra illi qui hæc ſcire nolunt, nos accuſant? Quanto vero honore proſequar viros illos (*Theodorum ſcilicet ac Diodorum*) teſtatur liber ipſe, quem nos pro illis conſcripſimus, In quo ea quæ illis obijciebantur, confutauimus, nihil veriti accuſatorum potentiam, nec inſidias contra nos structas. Aliam igitur quærant cauſam impoſturę, qui verborum vanitate delectantur & garrulitate: mihi vero ea mens, is animus, non ad huius vel illius gratiam omnia facere & dicere, ſed Dei Eccleſiam ædificare, & eius ſponſo & E Domino placere: non enim corporei cultus cauſa, nec honoris multarum moleſtiarum ac curarum pleni cupidus, quem miſerum appellare vereor, hæc facio: teſtis eſt mihi conſcientia mea: iam diu enim ſponte mea illum omiſiſſem, niſi diuinum vererer iudicium & tribunal: & nunc certo ſcito, domine, quod neceſſitatem & occaſionem expecto: prope autem eſſe illam puto, vt ex iis quæ fiunt & parantur, conijcere valeo.] hactenus epiſtola Theodoreti ad Irenæum, quæ extat ordine decimaſexta ex centum quinquagintaſeptem eius epiſtolis, quas Græce ſcriptas codex continet Vaticanus, vertit autem eas in Latinum vir cum primis diſertus, mei vero ſtudioſiſſimus, cui plurimum debeo, Federicus Metius. porro hic eam edendam curauimus ad inſpiciendas latebras non tam Ioannis ac Theodoreti ipſius, quàm omnium Syrorum Epiſcoporum, qui Neſtorij patrocinium ſuſceperunt.

XLIX.

Quod vero pertinet ad Theodorum Mopſueſtenum Epiſcopum, quem Ioannes recantaſſe palinodiam ait, & quem ſe defendiſſe Theodoretus aſſerit: nihili quidem facienda ſunt hæc: etenim ex ſcriptis ſuis metuit ille poſt mortẽ vt impius cõdemnari, nomenque eius e ſacris tabulis deleri:

Digitized by Google

a Extat tom. 2. Conci. nou. edit.

teſtatur id quidem Quinta Synodus,& Iuſtinianus Imperator, dum ait [a]: Iſte vſq. ad mortem A
ſuam permanens in impietate,ab omni Eccleſia eiectus eſt. Itaque omnis plenitudo Mopſueſte-
næ Eccleſiæ,in qua Epiſcopus fuiſſe dicitur,cum inueniſſet quod Paganis & Iudæis & Sodomita-
nis a ſanctis Patribus adnumeratus eſt, deleuerunt ipſi ex illo tempore e ſacris Diptychis nomen
eius,ſicut Geſta in eadem ciuitate apud Concilium Epiſcoporum illius prouinciæ confecta oſten
dunt.]hæc Iuſtinianus in edicto de fide Catholica. Quænam vero eſſent ſacra Diptycha, accipe ex
epiſtola Aegyptiorum Epiſcoporum [b] ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum con-
tra Timotheum inuaſorem ſedis Alexandrinæ, vbi hæc habentur: Etiam in venerabili Diptycho,
in quo piæ memoriæ tranſitum ad cælos habentium Epiſcoporum vocabula continentur,quæ tem
pore ſanctorum myſteriorum ſecundum ſanctas regulas releguntur, poſuit & Dioſcori nomen,
&c.] Iam vero ad Cyrilli Alexandrini reliquas in cauſa Neſtorij hoc tempore res geſtas reuoce-
mus orationem.

b In epiſt. virorum ill. pro Concil. Chalced.

L.

Synodus Alexandrina aduerſus Neſtorium.

Inter hæc autem qui iam cogere Synodum vſq. ad Cæleſtini Romani Pontificis cognitionem
Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus(vt ipſe teſtatur in litteris ſuperius memoratis ad eum datis)fue
rat retardatus,redeunte Poſſidonio diacono cum litteris ipſius Cæleſtini, quibus inter alia vicem B
ſuam ipſi in proſequenda cauſa Neſtorij delegauerat,confeſtim collegit Alexandriæ Synodum:in
qua percognitis his quæ ab eodem Cæleſtino Papa aduerſus Neſtorium ſcripta fuiſſent, quatuor
in primis decernuntur legati,qui Conſtantinopolim proficiſcantur redditurі litteras Cæleſtini ip
ſi Neſtorio cum decreto damnationis,niſi intra præſcriptum terminum reſipiſceret:legatorum au
tem nomina hæc ſunt,Theopentus,Daniel,Potamon,atq. Macarius:quorum Theopentus Epiſco-
pus erat Cabaſorum,& Daniel Darnenſium,vt ex ipſorum relatione [c] in Epheſino Concilio co-
gnita patet:reliqui duo Alexandrinæ Eccleſiæ miniſtri erant.

c Concil. Epheſin. edit. Peltan. tom. 2. c. 16.

d Act. Conc. Epheſi. edit. Pelt. to. 1. c. 14. & edi. Contian. c. 15.

Decretum quoq. in eadem Synodo fuit,vt iiſdem legatis Synodalem darent epiſtolam ad Ne
ſtorium,quæ præterea fidei Orthodoxæ confeſſionem contineret,cum duodecim anathematiſmis
ad calcem poſitis;quæ ſic ſe habet [d]:

LI.

e Matth. 10.

Synodalis epiſtola ex Conc. Alexandr. ad Neſtorium.

Cum Saluator noſter diſerte pronunciet [e]: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, nõ
eſt me dignus:& qui amat filium aut filiam plus quam me,non eſt me dignus:quid nobis fiet,a q-
bus tua pietas ſupra Chriſtum omnium Saluatorem diligi poſtulat? Quis in die iudicij nobis pa-
trocinabitur?aut qualem tum excuſationem inueniemus, qui tanto tempore ſilentio vtentes, tua C
illa maledicta,quibus illum inuaſiſti,diſſimulauimus?Quod ſi dum hæc ſentis & doces, te ipſum
tantummodo lævdere:fortaſſe minor nos ſolicitudo teneret. At quia totam Eccleſiam grauiter of-
fendiſti,ac non iis modo qui Conſtantinopoli verſantur, nouæ inſolitæque hæreſeos fermentum,
ſed omnibus vbiuis locorum degentibus obieciſti(circumferũtur enim paſſim tuarum exegeſeon
libelli)quæ,obſecro,oratio ſilentio noſtro defendendo ſatis idonea reperietur? aut quomodo ſer-
monis Chriſti memores eſſe non poterimus? Nolite (inquit [f]) arbitrari quia pacem venerim
mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium: Veni enim ſeparare hominem aduer-
ſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam. Certe ſi fides violatur, omnis omnino erga
parentes reuerentia tamquam inanis & periculoſa valeat. Faceſſat lex illa amoris erga liberos &
fratres: quia mori vtrique ſatius eſt pijs,quam viuere, quo meliorem (vt ſcriptum eſt)inueniant
reſurrectionem.

f Matth. 10.

LII.

Ecce igitur vna cum ſacra Synodo,quæ in magna Romanorum ciuitate,pijſſimo Epiſcopo fra
tre ac comminiſtro noſtro Cæleſtino præſidente,conuenit, iam tertio his te litteris conteſtamur
& obteſtamur,vt conſilium noſtrum ſecutus, ſtolidis illis abſurdiſque dogmatibus quæ foris pu- D
bliceque doces,quamprimum nuncium mittas,fidemque rectam,& iam inde ab initio per ſacros
Apoſtolos & Euangeliſtas,qui Verbi ſpectatores & miniſtri fuerunt,ſanctis Eccleſijs traditam re
uerenter ſuſcipias.Quod ſane niſi iuxta tempus in litteris Cæleſtini ſacratiſſimi reuerendiſſimiq.
Romanorũ Epiſcopi expreſſum præfinitũq. præſtiteris;certo ſcias nullam tibi deinceps cum Epi-
ſcopis & ſacerdotibus Dei conſuetudinem,nullum ſermonem,nullum denique inter eos locum fu
turum eſſe. Neque enim æquum eſt,vt nos Eccleſias turbatas,populos offenſos, fidem rectam la-
befactatam,gregem Chriſti miſere abs te diſſipatum,qui illum,ſi quidem perinde ac nos rectæ fi-
dei doctrinam conſectari,ſanctorũmq. Patrum pietatem æmulari libuiſſet,conſeruare alioqui de-
bueras,diutius negligamus.

LIII.

Illud quoq. latere te nolumus,nempe nos promiſcue cum omnibus tum clericis, tũ laicis quo
que,quos tu propter fidem excommunicaſti,vel ordine mouiſti,cõmunicare. Haud enim par erat,
eos qui rectam fidem tenere comperti ſunt,ob iniquam tuam ſententiam detrimentum aliquod
pati,ob id nimirum,quod recte ſentientes,tuæ doctrinæ aſſentiri noluerunt:nam & huius quoque
exauctorationis & diſſenſionis in epiſtola quam ad Cæleſtinum Romanorum Epiſcopum ſcripſi- E
ſti,fit mentio. Ceterum minime ſat eſſe putamus,ſi reuerentia tua fidei Symbolum,quod a ſacra &
magna illa Synodo,quæ per Spiritum ſanctum in vrbe Nicæa quondam conuenit, expoſitum eſt,
nobiſcum confiteatur:nam etſi voce tenus illud profiteri videare, attamen neque recte intelligis,
neque ſincere quoque,ſed peruerſe plane,præpoſtereque interpretaris.

LIV.

Verum præter hoc operæpretium quoque fuerit,vt ea omnia ſcriptis execreris,& anathemati
zes, publiceque abiures,quæ ſceleſte & profane hactenus ſenſiſti, alioſque docuiſti; & ea rurſum
poſthac te ſenſurum & docturum ſancte pollicearе, quæ & nos & ceteri omnes, quotquot vel in
Oriente vel in Occidente viuunt Epiſcopi doctorum ac populorum duces. Ad epiſtolas porro
quod attinet,quas Alexandrina Eccleſia ad te miſit:eas tum a ſacra Romana Synodo,tum a nobis
omnibus quoque ab omni errore & vitio immunes iudicaras eſſe ſcias. Hiſce antẽ litteris noſtris
vtraque ſubiunximus, & ea quæ te oportet ſapere & docere, & ea rurſum a quibus te conuenit
abſtinere.

Porro

Digitized by Google

A Porro autem Catholicæ Apoſtolicæq. Eccleſiæ fides, in qua vniuerſi Orientis & Occidentis Orthodoxi Epiſcopi conſentiunt, huiuſmodi eſt: Credimus in Deum Patrem omnipotẽtem, &c.] vſque ad finem, vbi ſcripta habentur quæ ipſe profiteri debeat ſecundum Catholicæ Eccleſiæ pietatem; quæ nos breuitatis cauſa referre prætermittimus: illud inſuper hic reddentes, quod dum iidem Synodi Patres in eo argumento verſantur, vt de Verbo tradant, quod ſemel aſſumpſit, proprium reddidiſſe & numquam dimiſiſſe, de ſacratiſſima Euchariſtia eiuſmodi habent veram ſinceramq. doctrinam:

LV. *De ſacra Euchariſtia ſincera doctrina.*

Quin illud quoque non poſſumus hoc loco non adijcere, nempe dum vnigeniti Filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti mortem & ex mortuis reſurrectionem annunciamus, eiuſdemq. in cælum aſſumptionem profitemur, incruentum in Eccleſia Dei cultum nos obire, myſticaſq. benedictiones adire, eaque rõne ſanctificari, vtpote ſacræ carnis, & pretioſi ſanguinis Chriſti omniũ noſtrũ Saluatoris participes effecti. Neque enim illam vt carnem communem ſuſcipimus (abſit hoc) neque rurſum tamquam viri cuiuſpiam ſanctificati, aut dignitatis tantum æqualitate Verbo conſociati, aut diuinam inhabitationem ſortiti, ſed tamquam vere viuificam, ipſiuſq. Verbi ꝓpriam. Nam eum
B vita ſit & Deus ſecundum naturam; ſimulatq. vnum quiddam cum ipſa ſua carne effectum eſt, mox viuificam diuinitatem illi contulit. Quamuis ergo ad nos dicat: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis eius ſanguinem, &c. neutiquam tamẽ illam cõmunem, hoc eſt, hominis cuiuſpiam noſtræ conditionis carnem eſſe, exiſtimare debemus (quomodo enim hominis caro ſecũdum ſuam ipſius naturam viuifica eſſe queat?) ſed vere illius propriã, qui noſtri cauſa Filius hominis & factus & appellatus eſt, &c.]

LVI.

Omiſſis igitur reliquis, anathematiſmos ad calcẽ poſitos tantum his ſubijciemus: quot enim illi numero ſunt, tot æque numerare fuit Neſtorij hæreſis capita, ſuperantia illa quidem & deformitate & multiplicitate tricipitem fabuloſam inferni beſtiam, & Lernæam hydram ſeptem ſibilantem faucibus; cum duodecim iſta iugiter appertis blaſphemauerit oris, quæ ab ijſdem Patribus, exemplo Danielis, eiuſmodi offis iniectis, ſunt occluſa. ſubdunt enim:

His omnibus & te quoque ſubſcribere, & citra omnem fucum ac dolum vna nobiſcum aſſentiri oportet. Quæ vero tua reuerentia anathematis execratione condemnare debet, ea noſtræ huic epiſtolæ in hunc modum hoc loco ſubijciuntur.

LVII. *Anathematiſmi ex Concilio Alexand.*

C Anathematiſſimus primus. Si quis Emmanuelem Verbum Deum, & ob id ſacram Virginem Theotocon eſſe non confiteatur (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum ſecundum carnem) anathema ſit.

Secundus. Si qui ſunt, qui Dei Patris Verbum carni ſecundum hypoſtaſin vnitum, & vnum tãtum vna cum ſua carne Chriſtum eſſe, eumdem nimirum Deum ſimul & hominem non confitentur: anathema ſit.

Tertius. Si quis poſt vnionem hypoſtaſes in Chriſto diſtinguit, eaq. dumtaxat coniunctione eaſdem inter ſe nectit, quæ eſt ſecundum dignitatem, vel auctoritatem, vel poteſtatem, & non ea potius quæ eſt ſecundum naturalem vnionem: anathema ſit.

Quartus. Si quis duabus perſonis, vel hypoſtaſibus eas voces attribuit, quæ in Euangelicis & Apoſtolicis Scripturis paſſim occurunt, quæue a ſanctis de Chriſto, aut ab ipſo quoque Chriſto de ſe ipſo dictæ ſunt, & alias quidem homini ſeorſum a Dei Verbo conſiderato adſcribit, alias vero tamquam in diuinam maieſtatem conuenientes ſoli Verbo, quod ex Deo Patre eſt, accomodat: anathema ſit.

D Quintus. Si quis dicere audet, Chriſtum non eſſe verum Deum, ſed hominem tantum Deiſerum, vtpote vnum naturalemq. Filium, quatenus nimirum Verbum caro factum carni & ſanguini perinde ac nos communicauit. anathema ſit.

Sextus. Si quis Dei Patris Verbum, Chriſti Deum, vel Dominum eſſe dixerit, neque poſt Verbum ſecundum Scripturas incarnatum, vnum eumdemq. Deum ſimul & hominem eſſe confeſſus fuerit: anathema ſit.

Septimus. Si quis Ieſum Chriſtum, hominem tantum, diuini Verbi vi actum eſſe dixerit, aut illuſtrem illam Vnigeniti gloriam illi ipſi homini, veluti alteri cuipiam ab ipſo Verbo adueniſſe cõmentus fuerit: anathema ſit.

Octauus. Si quis hominem aſſumptum vna cum ipſo Dei Verbo adorandum, vna cum illo glorificandum, vna cum illo tamquam alterum in altero exiſtentem Deum appellandum eſſe, dicere auſus fuerit (hunc enim intellectum, particula, cum, adiecta perpetuo ac neceſſario afferre conſueuit) & non vna potius adoratione Emmanuelem honorat, vnãq. hactenus illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum eſt caro: anathema ſit.

E Nonus. Si quis vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum a Spiritu ſancto tamquam a virtute ab ſe aliena glorificatum dixerit; efficaciamq. qua contra immundos ſpiritus vteretur, & diuina inter homines miracula operaretur, ab ipſo eodem accepiſſe prædicauerit, & non proprium naturalemq. illius eſſe Spiritum, per quem diuina ſigna edidit: anathema ſit.

Decimus. Chriſtum Ieſum noſtræ confeſſionis Pontificem & Apoſtolum extitiſſe, eumdemque ſemetipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo Patri obtuliſſe, diuina Scriptura commemorat. Si quis ergo dixerit, Pontificem & Apoſtolum noſtrum non eſſe ipſum Dei Verbum, poſteaquam caro & homo nobis ſimilis factum eſt, ſed hominem illum qui ex muliere natus eſt, quaſi alterũ quẽpiã ab ipſo diuerſum: Aut ſi quis Chriſtũ pro ſe ipſo quoque & nõ ſolũ pro nobis ſacrificium obtuliſſe affirmauerit (neque enim is oblatione opus habebat, qui nullum peccatum commiſerat) anathema ſit.

Vndecimus. Si quis ipſam Domini carnem viuificam, ipſiuſq. Verbi, quod ex Patre eſt, propriam eſſe negauerit, ſed alterius cuiuſpiam ipſi Verbo ſecundum dignitatem tantum coniuncti, aut diui-

Digitized by Google

ant diuinam tantum inhabitationem ſortiti,eſſe dixerit;neque vere rurſum viuificam, vt modo A
meminimus,eo quod Verbi,quod omnia viuificat,facta ſit propria,cõfeſſus fuerit: anathema ſit.
Duodecimus.Si quis inficiatur Dei Verbum ſecundum carnem paſſum, ſecũdum carnẽ cruci
fixum,mortemque ſecundum carnem guſtaſſe,& primogenitum tandem ex mortuis factum eſſe,
quatenus videlicet vita eſt & viuificum,vt Deus:anathema ſit.]hactenus anathematiſmi ex Syno-
do ſcripti,Cyrillo auctore.

LVIII. *De Epiſtolis Synodalib. ex Conc. Alex.*

a Apud Acta Concil. Epheſin. tom. 1. c. 15. edit. Pelt. apud Cyril. epiſt. 21.

Adiecerunt his litteris iidem Patres Synodalem aliam epiſtolam ad clerum Conſtantinopoli-
tanum,qua ex decreto Romani Pontificis damnationem Neſtorij ſignificant,& eorum qui cum il
lo communicant;declarantes pariter,in ſuam,hoc eſt, totius Eccleſiæ Catholicæ cõmunionem re-
cipi,qui ab eo fuiſſent cauſa fidei ſeparati.eſt harum litterarum initium [a]; Serius & vix tandem
eo deuenimus,quo initio venire oportebat,&c.]His præterea adiectæ & aliæ litteræ ad patres mo-
naſteriorum Conſtantinopolitanæ vrbis,quæ ita exordiuntur [b]: Pietatis veſtræ zelum,quem pro
Chriſto infamato,idq. in Eccleſia Orthodoxa,oſtendiſtis,exacte cognouimus,&c.]de iiſdem enim
quæ facta eſſent aduerſus Neſtorium reddiderunt eoſdem monachos certiores, quos & viriliter,
vt cœperant,agere exhortantur. B

LIX.

b Apud Cyrill. epiſt. 19.

c Act. Concil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 2. c. 6.

Res geſtæ legatorum cũ Neſtorio.

Acceptis legati a Synodo Alexandrina litteris his,profecti Conſtantinopolim cum eſſent,quid
per eos actum ſit,eorumdem primum locum habentes Theopentus & Daniel Epiſcopi ita poſtea
coram Patribus retulerunt in magno Concilio Epheſino,cum a Synodo rogarentur: Theopentus
Cabaſorum Epiſcopus dixit [c]; Die Dominica,cum Synaxis perageretur,ad Epiſcopalem baſili-
cam aſcendimus:ibidemq.toto præſente clero,multiſq.proceribus aſtantibus,litteras,de quib. hic
ſermo eſt,Neſtorio reddidimus. Eadem prorſus & Daniel quoq. Darnenſium Epiſcopus affirma-
uit. Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit:Dic,q̃ſo,litteris ne ab eo factum ſit ſatis. Daniel Dar-
nenſium Epiſcopus dixit:Tunc nihil nobis reſpondit:indicauit autem, vt poſtero die priuatim il-
lum conueniremus. Porro ſequenti die redeuntibus nobis,aditum intercluſit,neq. vllo nos reſpon
ſo dignatus fuit. Theopentus Cabaſorum Epiſcopus dixit:Litteris,de quibus proxime dictum eſt,
acceptis,vt poſtridie illius diei reuerteremur,ſermonemq. ſeorſum cum eo miſceremus,præcepit.
Abiuimus ergo:at poſtero die reuerſos nos non admiſit;adeoq. vt litteris ſatisfaceret, nihil habuit
penſi,vt publice pro concione eadem quæ ante & his quoq. deteriora depromſerit. Neq. enim ſo-
lum ante redditas litteras peruerſa effutiebat,ſed etiam poſtea;immo vero tunc multa peruerſiora C
effutire cœpit,& vſque hodie effutire non ceſſat.]hæc ibi.

LX. *Confugit Neſtorius ad Imperatorem.*

d Liberat. Breuiar. c. 4 tom. 2. Concil.

Porro qui ita mutus & contumelioſus legatis fuit,eos vocatos non admittendo, quique per-
uicax atque contumax extitit in parendo litteris Romani Pontificis & Synodi Alexandrinæ, quod
peculiare hæreticorum eſt,illud tantum egregie præſtitit,nimirum vt ad vitandum iudicium Ec-
cleſiaſticum,ſententiamque ab eo illatam eludendam, Theodoſium Imperatorem adierit, inter-
pellaueritque eum,atque commouerit aduerſus Cyrillum, veluti dirum perſecutorem. De ipſo
enim Neſtorio ita Liberatus diaconus [d]: Cognoſcens itaque Neſtorius,quod Cyrillus non pa-
teretur Eccleſiam ſic eſſe in perturbationibus & populos ſub ſcandalo, ſubrepſit pio Imperatori
Theodoſio,vt Sacram ad eum dirigeret,& a ſua eum perſecutione compeſceret: & ſcripſit ad eum
Sacram Imperator,arguens eum tamquam inquietum & ſcandala ſuſcitantem.] hæc Liberatus.
Sed litteras Theodoſij ad Cyrillum ſuo loco reddemus:res modo Neſtorij Conſtantinopoli geſtas
ordine proſequamur.

LXI. *Neſtorius excitat ſuos contra Cyrillum.*

e Liberat. Breuiar. c. 4.

f Extat apud Cyril. to. 4. incipit; Conſpicua ſunt.

Acceptis Neſtorius litteris Cyrilli a legatis ab eo Alexandria miſſis, lectiſq. anathematiſmis
illis,quibus ſingula ſuæ ipſius hæreſis capita iugularentur;tantum abſuit vt illis ſubſcripſerit(quod D
par erat,& ab eo in primis requirebatur)vt eadem potius carpere, & in erroris calumniam addu-
cere,labemq. hæreſis in Cyrillum eorum auctorem ex illis inferre omni conatu cum ipſe ſtudue-
rit,tum etiam ad hoc ipſum præſtandum conuocarit amicos,nimirũ Ioannem Epiſcopum Antio-
chenum & alios Syriæ Epiſcopos ad id promptos & alacres ſub eiuſdem Ioannis ditione poſitos,
eiuſq. voluntati obtemperantes,nempe Theodoretum Epiſcopum Cyri,& Andream itidem in Sy
ria ſacerdotem,de quibus hæc Liberatus [e]: Exemplar epiſtolæ perueniens ad Ioannem Antioche
num,offenſus eſt in ipſius Cyrilli capitulis:putauit enim eum, dum immoderate occurreret Ne-
ſtorio,in ſectam Apollinaris declinare. Mandauit ergo Andreæ & Theodoreto & Epiſcopis Con-
cilij ſui,vt in ſcripto reſponderent contra ipſa duodecim capitula,tamquam Apollinaris dogmata
inſtaurantia.]hæc Liberatus. Audiens autem iſta Cyrillus, omnem anſam arreptã ab aduerſarijs
eripiens,poſtea(vt dicetur)declarationem edidit [f] duodecim illorum capitum,qua longe longius
ab hæreſi Apollinaris abhorrere ſe docuit.hæc quidem ipſe,antequam iidem qui ſupra Theodore
tus & Andreas ſuas conſcripſiſſent in Cyrillum antitheſes: quæ autem ſecuta ſint cum eadem ab
Euoptio ſunt allata,ſuo loco dicemus. Ex his igitur omnium malorum cauſa fluxit: Etenim a Ne- E
ſtorij defenſoribus Syriæ Epiſcopis in ſuſpicionem hæreſis adductis conſcriptis in Neſtorium a
Cyrillo anathematiſmis,inde factum eſt,& quidem aſtute nimis, vt ſententia in Neſtorium lata
haud valuerit executioni mandari;cum qui eius executor a Cæleſtino Romano Pontifice cum am
pliſſima poteſtate præpoſitus erat,ipſe hæreſis accuſaretur; Quamobrem Theodoſius Imperator
rem eo progreſſam ratus,vt opus eſſet vniuerſali Concilio(quippe quod non Neſtorius tantũ, ſed
& Cyrillus reus criminis hæreſis diceretur)apud Cæleſtinum Romanum Pontificem egit de con
uocando Epheſi in annum ſequentem vniuerſali Concilio. Factum id quidem Cæleſtini Romani
Pontificis auctoritate,requirente Theodoſio per virum illuſtrem Petronium poſtea creatum Bo-
nonienſis Eccleſiæ Epiſcopum,eius vitæ Acta teſtantur [g].

g Sigonius eam reſtituit & edidit.

LXII. Quoniam vero anguſtia temporis haud patitur,vt poſt redditas hoc anno Neſtorio Conſtan-
tinopoli litteras Cæleſtini,quas ſcriptas fuiſſe vidimus Romæ tertio Idus Auguſti & Alexandriã
ad Cyrillum primum perlatas,& poſt habitam illic Synodum eaſdẽ Conſtantinopolim Neſtorio
allatas;

A allatas;haud,inquam,fert ratio temporis,vt poſt hæc omnia admoneri a Theodoſio potuerit Cæleſtinus,atque accepta ab eo reſponſione,de conuocando in annum ſequentem Concilio litteras ad Epiſcopos Theodoſius ſcriberet hoc anno,tertiodecimo Kalendas Decembris,quibus datæ eædem ſub anni huius Conſulibus reperiuntur:hæc cum ita ſe habeant,in eam adducimur ſententiam,vt exiſtimemus haud Theodoſium expectaſſe Cæleſtini Papæ litteras Neſtorio reddi,cum ipſe agere cœpit apud Cæleſtinum de conuocanda Synodo aduerſus Neſtorium. Quis enim dubitare poterit,rem tantam Romæ publicis comitijs in Synodo pertractatam,non fuiſſe vel per Valẽtinianum ipſum Auguſtum,vel alios per litteras Theodoſio ſignificatam? Cum his percognitis,cõſulturus ipſe paci Orientalis Eccleſiæ,ad omneſq,prorſus diſſenſiones dirimendas,de cogenda Epheſi Synodo remedium excogitauit,agereq,cœpit de ea re cum Celeſtino Romano Pontifice: indixit vero,vbi a Cæleſtino litteras redditas accepiſſet. Hinc fortaſſe & proueniſſe potuit illud Neſtorij affectatum ſilentium,cum nihil prorſus legatis reſpondere voluit;quod videlicet expectaret fore vt cogeretur vniuerſale Concilium,ſicq.ex lata ſententia Cæleſtini, & executione eius infra decem dierum ſpatium,nullum penitus interim diſpendium paſſurus eſſet.

Theodoſ. Imp. egit cum Cæleſtino de cogenda Synodo Epheſina.

B Certe quidem non ſine conſenſu Cæleſtini Papæ congregatum fuit Epheſinum Concilium,qđ ipſius aſſenſus neceſſario requireretur;nam profeſſi ſunt Patres in Chalcedonenſi Concilio,abſq; auctoritate Romani Pontificis haud licuiſſe Synodum congregare. Id quidem de hac Synodo Epheſina profeſſus eſt ipſe Cæleſtinus in epiſtola ad eamdem Synodum data,nimirum ſua voluntate ipſam eſſe collectam. Quinetiam præſcriptam fuiſſe formam Epheſini Concilij ab eodem Cæleſtino Romano Pontifice,Firmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus in ipſa Epheſina Synodo teſtatus eſt. Sunt & alia certa ſigna,quibus declaratur ex conſenſione & impertita auctoritate ab eodem Pontifice Cæleſtino coactum eſſe Epheſinum Concilium,quæ inferius ex diuerſis datis epiſtolis certiora reddentur: cum alioqui nemo inficias ierit eamdem Synodum fuiſſe litteris eiuſdem Theodoſij Imperatoris indictam. Quas enim hoc anno dicta die Nouembris eadem ex cauſa Theodoſius ad Epiſcopos Epheſum conuenturos litteras dederit,deſcribemus; quæ quidem non ſic,vt habet inſcriptio,ad Cyrillum datæ leguntur,vt ad eum priuatim tantum miſſæ fuerint, ſed ad ſingulos Metropolitanos,eo quod hæ eſſent publicæ litteræ. Quaſnam autem priuatim poſt has datas litteras ipſe Cyrillus acceperit ab Imperatore,his ſuo loco ſubiiciemus. Communis vero

LXIII.

a Apud Acta Epheſin.tom.1.ca. 35. edit. Pelt. apud Cyri. epiſt. 17.& edit. Contian.epiſt.18.

C ro data epiſtola ſic ſe habet [a]:

Reipublicæ noſtræ conſtitutio ea quæ erga Deum eſt pietate præcipue nititur: multaq, inter hanc & illam cognatio ac familiaritas intercedere ſolet. Nam & ex ſe inuicem pendent,& vtraque proſperis alterius ſucceſſibus incrementa ſumit. Quandoquidem vt vera religio iuſta actione perficitur,ita & Reſpublica vtriuſque ope nixa floreſcit. Cum itaque Deus optimus maximus Imperij habenas nobis tradiderit,iiſq.qui Imperio noſtro parent,pietatis & iuſtæ actionis quoddam quaſi vinculum nos eſſe voluerit:harum inter ſe ſocietatem,partim quidem priuata noſtra prouidentia freti,partim quoque humano præſidio vſi,indiuulſam perpetuo hactenus conſeruare enixe contendimus:ad eumq.modum promouendæ pietati propter Reipublicæ ſalutem incumbimus,vt in omnibus fere ſubditorum noſtrorum commodo intenti,vnum hoc perpetuo vrgeamus, contendamuſq.ſedulo,vt pie religioſeq.priuatim viuant omnes,& vt pios decet,in Republica verſentur vniuerſi. Denique vtrique,quam par eſt,curam impendere non deſiſtimus. Fieri enim vix poteſt, vt qui alteri ſerio inuigilant, alterius curam neglectui habeant.

LXIV. *Epiſtola Theodoſii Imp. ad Cyrillum & alios.*

Ante Omnia autem operam damus,vt Eccleſiaſticus ſtatus eiuſmodi ſit,qui & Deum deceat,

LXV.

D & temporibus noſtris quam maxime congruat;idemq.ex omnium concordia & conſenſione ſuã tranquillitatem obtineat,tum per Eccleſiaſticarum controuerſiarum pacem a turbis & ſeditionibus liber exiſtat;tum demum vt pia religio ab omni omnino nota & reprehenſione immunis perſeueret;eorumq.vita qui vel inter clericos cenſentur,vel magno quoque inter illos ſacerdotio funguntur,omni prorſus næuo & culpa vacet. Quia vero intelligebamus,cum per eos qui Deum diligunt,pietatiq.addicti ſunt,tum per animos rurſum pietatis ſtudioſos iſtæc obtineri poſſe: ſæpenumero iam ante,ob ea quæ ſubinde accidunt,religioſam ſanctiſſimorum Epiſcoporum vndiquaq. in vnum coactorum Synodum neceſſariam indicauimus. Hactenus tamen,ne eorum pietati moleſtiam exhiberemus,cunctantiores hac in re fuimus. At nunc vero tam Eccleſiaſticarum, quam quæ hiſce cohærent,publicarum rerum controuerſia eam vſque adeo neceſſitatem declarat, ut refutari nullo modo queat.

Quamobrem ne illa quæ ad præſentem rerum tantopere vtilium inquiſitionem ſpectant,ſi negligentius curentur,in peius incrementa ſumant(id quod a temporum noſtrorum pietate alienũ eſſe decet)tua pietas,Deo bene propitio,operam dabit,ut ſacroſancto Paſchate,quod iam in foribus urget,elapſo,ſub ſacræ Pentecoſtes diem ad Epheſiorum Aſiæ ciuitatem accurrat,nõnulloſq,

LXVI.

E quos nimirum idoneos iudicabit,ſanctiſſimos prouinciæ ſuæ Epiſcopos ſimul eodem ſecum adducat:ita ut neque neceſſarij ſanctiſſimis eiuſdem prouinciæ Eccleſijs deſint;neque ij rurſum qui ad eam rem apti cenſebuntur,in ſacra Synodo deſiderentur. De indicta autem ſanctiſſima Synodo noſtra ſerenitas ad omnes omnino Deo dilectos Epiſcopos Metropolitanos litteras ſcripſit: quo nimirum hac tandem ratione turbæ,quæ ex multis diſſidijs & concertationibus hinc inde enatæ ſunt,rite ſecundum Eccleſiaſticos canones conſopiantur;& illa præterea quæ parum decenter hactenus admiſſa ſunt,corrigantur;& pietatis denique quę in Deum eſt,publicęq.utilitatis firmitati conſulatur.

Ceterum ante ſanctiſſimam coactam Synodum,communemq,eiuſdem,quæ de omnibus dabitur,ſententiam,nihil quicquam in ulla prorſus re priuatim a quoquam innouetur. Omnino autem perſuaſum habemus,neminem ex pijſſimis Deoq,deuotiſſimis Epiſcopis fore,qui ſimulatque rerum Eccleſiaſticarum cauſa,atque adeo controuerſiarum totius Orbis gratia noſtro hoc decreto

LXVII.

ſanctiſſimam

Digitized by Google

ſanctiſſimam Synodum cogi intellexerit,non propere ſtudioſeq.occurſurus,rebuſq. tantopere ne ceſſarijs ac Deo vſque adeo gratis pro virili conſulturus ſit.Nos quoque harum rerum curæ ſedu lo incumbentes,nullum impune abeſſe ſinemus.Nec vllam ille uel apud Deum,vel apud nos quo que habiturus eſt excuſationem,qui ſtatim impigre ſecundum præfinitum tempus ad deſtinatū locum præſto non fuerit. Enimvero quicumque ad ſacerdotalem Synodum accitus,alacriter non accurrit,is ſane conſcientiæ parum ſinceræ ſe eſſe oſtendit.Deus in multa tempora incolumem te conſeruet,ſanctiſſime pijſſimeq.pater.Dat.Conſtantinopoli,tertiodecimo Kalendas Decembris, Conſulatu dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum,Theodoſij quidem decimotertio,Valentiniani vero tertio.Lectæ ſunt publice & inter Concilij Acta relatæ.]hactenus ibi. A

Porto priuatas idem Imperator litteras ad Cyrillum ipſum dedit,petinfenſas eas quidem;vt pote qui verbis Neſtorij fidem adhibens,fuit in eum plus æquo commotus.ſunt huiuſmodi [a]:

[a] Apud Acta Concil.Epheſin. tom.1.ca.7.edit. Pelt.

Impp.Cæſares Theodoſius & Valentinianus,Victores,Triumpbatores,Maximi, ſemper Auguſti Cyrillo Epiſcopo S.D.

LXVIII. Alia epiſtola Theodoſii ad Cyrillum.

Pietate quidem nihil nobis eſt antiquius; propter quam ſi qui forte incautius deliquerunt, venia dignos cenſemus At parum interim laudabile eſt,illos ea indigere,qui propter ſummam re ligionem plurimum a nobis commendari,maximiſq.honoribus cumulari debuerant. Oportet au tem ſacerdotes cum morum ſuauitate,fideiq.integritate in primis ornatos eſſe; tum maximum animi candorem ac ſinceritatem per omnem vitæ curſum præſeferre; ac certo denique ſecum ſta tuere,vniuſcuiuſque rei naturam,potiſſimum vero incorruptæ pietatis doctrinam ſedulo inueſtigandi ſtudio facilius quam pertinaci animorum contentione inueniri. Etenim iam inde a primis vſque temporibus,non imperantis cuiuſpiam aut certe imperium vſurpantis interminationes aut proteruiæ,ſed ſanctorum Patrum,ſacrarumque Synodorum decreta eam nobis conſtituerunt . Nam religionem prudentia & conſilio magis quam cuiuſquam impetio firmari,nulli, opinor,du bium eſſe poteſt. B

LXIX.

Nunc igitur tua pietas exponat,quid ita nobis, quibus religionem tantopere curæ eſſe non ignorabas,contemptis,ſacerdotibuſq.quotquot circumquaque degunt(quos vtique in vnum locum coactos natam de religione controuerſiam diſcutere,dirimereq.par erat)deſpectis,haſce tur bas,diſcordiaſq.inter Eccleſias concitaris?quaſi vero impetus temerarij pietatis doctrinam magis quam ſedula diligenſq.veritatis inquiſitio decere videantur;pluſq.apud nos valeat verſutia & audacia,quam cura aut induſtria:aut aliud quippiam huiuſmodi magis nos,quam animi candor ac ſimplicitas,oblectet.Quamuis ergo honorem non vſque adeo magnum inde ad nos acceſſurum exiſtimemus,ſi a tua pietate obſeruemur;nec omnia rurſum turbatum iri,ſi quod hic indignationis exemplum in te velimus edere:attamen hoc tempore nobis magis curæ eſt,vt ſancta pax,expetataq.tranquillitas Eccleſijs reſtituatur,quam vt priuatas noſtras iniurias proſequamur. C

LXX. Indignatur Theodoſius in Cyrillum.

Scito interim magnam abs te rerum perturbationem excitatam eſſe.Neque mirum eſt ſane, eum qui modum exceſſit,iis conatus ſuos non definiuiſſe quæ ad Eccleſias & ſacerdotes ſpectant, ſed vltra progreſſum,de nobis ipſis quoque quiddam a pietate noſtra prorſus indignum credidiſſe.Nam niſi aliquod inter nos de religione diſſidium ortum eſſe,perſuaſum habuiſſes,aut certe aliquid huiuſmodi ex litteris tuis oriturum ſperaſſes:cur,obſecro,alia priuatim ad nos, alia rurſum ad Eudociam religioſiſſimam coniugem meam,alia randem ad Pulcheriam ſororem meam Auguſtam,eamdemq.pietatis ſtudioſiſſimam perſcripſiſſes?Quod profecto diſſidium ſi inter nos fore natum fuiſſet,noſq.ad eum modum affectos eſſe contigiſſet:omnino tamen vituperationem effugere non poterat,eum qui tanto locorum interuallo a nobis diſiungitur,curioſius in res noſtras inquirere.ſi id autem inter nos non exiſtit,conari vt exiſtat;id vero cuiuſuis potius quam ſacerdotis fuerit.Quid enim indignius,quā vno impetu, vnoq. animi conatu Eccleſiaſtica & regia omnia velle confundere,ac a ſe inuicem diuellere?quaſi vero alia omnis deſit occaſio, ex qua laudem & gloriam aucupere. D

LXXI.

Ne igitur clam te ſit,quonam in ſtatu res noſtræ verſentur:noris Eccleſias & regnum noſtrum coniuncta eſſe,noſtraq. accedente auctoritate & imperio,& Chriſti Saluatoris noſtri aſpirante prouidentia,magis ſubinde inter ſe coitura eſſe:tum tibi quoque a nobis ignotum eſſe, ne hinc capta occaſione iure conqueri ac dicere queas,te ob pietatis doctrinam in reprehēſionem incidere: quā quidem pietatis doctrinam in ſacra Synodo in vtramque partem ventilatam eatenus obtinere vo lumus,quatenus veritati & rationi cōſentaneum eſſe iudicabitur.At vero ſiue illi veniam impetraturi ſint qui a Patribus victi diſcedent,ſiue non:nos ſane ciuitates ſimul & Eccleſias conturbari ne quaquam ſinemus:ſed nec eam quoque doctrinam indiſcuſſam manere patiemur,cui dijudicādæ eos præfici oportet,qui ſacerdotijs vbiuis gentium præſident,per quos & nos quoque in veritatis ſententia ſtabilimur,& magis magiſq.identidem ſtabiliemur.

LXXII.

Omnino autem nemo qui vel aliqua ex parte ad Rempublicam pertinet,qnacumque ſiducia fretus,inconſultus quippiam in hoc negotio tentet,aut impedire ſtudeat:alioqui enim certam cō demnationis ſententiam neutiquam euadet:quandoquidem noſtra maieſtate,eos qui prompte alacriterq.ad eiuſmodi inquiſitionem aduolare non cunctabuntur,merita laude proſequente;ceteroſq.qui imperare forte mallent,quam in medium conſulere,aut aliorum de eiuſmodi rebus con ſilium audire,coercente;nulli omnino,vt maxime velit,integrum iſtud erit.Quamobrem & tuam quoque reuerentiam,ad tempus quod alijs litteris ad vniuerſos Metropolitanos Epiſcopos miſſis ediximus,præſto adeſſe oportet.Neque prius noſtram amicitiam te recuperaturum confidas,quā omni perturbatione & animorum ægritudine ſedata,ad propoſitarum quæſtionum diſcuſſionem vltro accurreris.Hac namque ratione,quæ pro tuenda opinione acerbe inconſulteq.abs te iam ad miſſa ſunt,neque priuato dolore perculſus,neque alicui præter decorum infeſtus admiſiſſe videberis;& quæ adhuc reliqua ſunt,legitime tranſigere velle cenſeberis. Quod ſi quid autem ſecus viſum E

A ſum fuerit,id nequaquam ſuſtinebimus. Vale.]

Vides,lector,quanto periculo immiſceant ſe Reges in his quę ſacerdotum ſunt,quantoq.ma- LXXIII.
iori diſcrimine aures præſtent querelis hæreticorum.Ecce tibi Theodoſius(vt ex rebus ab eo ge-
ſtis ſæpius vidimus)religionis integritate nulli ſecundus,modo tamen Neſtorij verbis e recto mẽ
tis ſenſu motus,illi fauet(quod pro monſtro habendum eſt)aduerſus vniuerſam Catholicam Ec-
cleſiam eum inpugnantem ;ſuccenſet vero vehementer, itaq. æſtuat in Cyrillum Catholicæ fidei
propugnatorem & Cæleſtini Papæ in ea tuenda vicariam præfecturam agentem; cunctaq.ab eo
ſancte pieq.geſta,in deteriorem partem accipiens,in prauum ſemper eſt ſenſum interpretatus ex
cuſanda tamen in ipſo mens recta,ſed reprehendenda nimia facilitas in adhibenda fide falſis Ne
ſtorij perſuaſionibus.Quod vero ad rerum geſtarum ordinem pertinet, peruertunt quidem illũ,
qui hanc Theodoſij epiſtolam primo loco reponunt;cum ex ipſa manifeſte conſtet, ſcriptam eſſe
poſt Synodum ab eodem Imperatore publicis litteris conuocatam.

Theodoſii igitur haud mens fuit,errantem ſequi Neſtorium, ſed vt eius cauſa diſquireretur: LXXIV.
hinc ipſe non Orientales tantum, ſed etiam Occidentales Epiſcopos, Metropolitanos videlicet,
B & qui eſſent inſignioris nominis , ad Synodum datis litteris aduocauit , & inter alios
S.Auguſtinum accerſendum curauit:cuinam vero id negotij creditum fuerit , Liberatus narrat
his verbis [a] Scripſit Imperator & beato Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo per Ebagnium Magi- *Theodoſius ac*
ſtrianum,vt ipſi Concilio præſtaret ſuam præſentiam:qui Ebagnius veniens Carthaginem magnã *cerſit S. Augu*
audiuit a Campolo * vrbis ipſius Antiſtite,beatum Auguſtinum ex hoc mundo migraſſe ad Do *ſtin.ad Concil.*
minum.Acceptis ab eo ad Imperatorem litteris loquentibus de obitu beati Auguſtini,Conſtanti- *Epheſinum.*
nopolim,vnde venerat,redijt.]hæc de Auguſtino Liberatus;ſed mendoſe apud eum Campolus ꝓ a Liberat.in Bre
Capreolo legitur:Capreolum namque his diebus ſediſſe Epiſcopum Eccleſię Carthaginenſis,Vin uiar.c.5.tom. 2.
centius Lirinẽſis haud obſcure teſtatur.Succeſſit hic Quoduultdeo,qui Aurelio fuerat ſubrogatus. Concil.
Conſidera(vt id ſæpe ingeram)ex his rectam Theodoſij mentem,quod non ſic fauebat Neſtorio * Capreolo
vt patrocinaretur errori:etenim doctiſſimos ac ſanctiſſimos ad Synodum conuocare Epiſcopos ſa
tagens,vtique ſincerum de perquirenda veritate ſtudium & animi candorem præſetulit.

Quod autem ad S. Auguſtini obitum ſpectat, vides in primis litteris Theodoſij confirmari LXXV.
eum ad hunc vſque annum vitam propagaſſe:ſiquidem hoc anno,menſe Nouembris(vt vidimus) *S.Auguſtini O*
C eius litteræ de Synodo datæ reperiuntur, quæ S. Auguſtinum vocantes ad Synodum mortuum *bitus tempus.*
inuenerunt.His plane conſentiẽs eſt,quod ſub huius anni Conſulibus S.Proſper Auguſtini obſer-
uantiſſimus teſtatur ipſum hoc anno e vita migraſſe,vbi ait in Chronico: Auguſtinus Epiſcopus
per omnia excellentiſſimus moritur quinto Kalẽdas Septembris,libris Iuliani inter impetum ob
ſidentium Vuandalorum in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens & glorioſe in confeſſione Chri-
ſtianæ gratiæ perſeuerans.]hæc Proſper.Quibus omnibus erroris redarguitur Marcellinus, qui
anno ſuperiori ſub Conſulatu Felicis & Tauri recenſet in Chonico obitum Auguſtini.Hæc de tẽ-
pore ſatis.

Tertius [b] iam tunc agebatur menſis Hipponenſis a Vuandalis obſidionis:Bonifacius enim LXXVI.
Comes a Vuandalis victus,in eamdem Hipponem ciuitatem munitam ſe recipiens,ad eius obſi- b Poſſid.in Vita
dionem Vuandalos prouocarat.quatuordecim autem menſes eamdem perduraſſe obſidionem , S.Auguſt.c.29.
teſtatur Poſſidius:cuius primo tempore mori contigit Auguſtinum,cum eo ſtatu res Africanæ eſ
ſent,vt exceptis tribus ciuitatibus, Carthagine,Cirta,& Hippone,reliquæ omnes a Vuandalis ca
ptæ eſſent;quanta vero hominum ſtrage,& eccleſiarum clade,& diuini numinis contumelia,audia
D mus hæc a Poſſidio [c], qui interfuit,referente:ipſe enim Calamæ Epiſcopus ſe ad Auguſtinũ tũc c Poſſid.c.28.
recepit Hipponem:rem igitur omni luctu proſequendam ſic aggreditur,haud puro abſque lacry
mis,enarrare,cum de obitu S.Auguſtini orationem inſtituit:Breui(inquit)conſequenti tempore, *Clades Africa*
diuina voluntate & poteſtate prouenit,vt manus ingens telis armata & bellis exercitata immaniũ *na.*
hoſtium Vuandalorum & Alanorum commixta,ſecum habens Gothorum gentem,aliarumq. di-
uerſarum gentium perſonas,ex Hiſpaniæ partibus trãſmarinis nauibus Africæ influxiſſet & irruiſ
ſet: vniuerſaq. per loca Mauritaniarum etiam ad alias noſtras tranſiens prouincias & regiones,
omni ſæuiens crudelitate & atrocitate,cuncta quæ potuit,expoliatione,cædibus,alijſq.innumera
bilibus,& infandis malis depopulata eſt,nulli ſexui,nulli parcens ætati,nec ipſis Dei ſacerdotibus
& miniſtris, nec ipſis eccleſiarum ornamentis,ſeu inſtrumentis,vel ædificijs.

Et hanc crudeliſſimam hoſtium graſſationem & vaſtationẽ ille homo Dei & factam fuiſſe & fie LXXVII.
ri,non vt ceteri homines,ſentiebat & cogitabat:ſed altius & profundius eam conſiderans,& in his
animarum præcipue vel pericula vel mortes præuidens,ſolito amplius(qm ſicut ſcriptũ eſt [d]:Qui d Eccl 2.
apponit ſcientiã,apponit dolorẽ: & cor intelligens,quaſi tinea oſſibus)fuerunt ei lacrymæ [e] panes e Pſalm.41.
E die ac nocte,amariſſimamque & lugubrem præ ceteris ſuæ ſenectutis iam pene ducebat & tolera *Auguſtinus ob*
bat vitam. Videbat enim ille homo Dei ciuitates excidio perditas pariter cum ædificijs,villarum *cladem Vuan-*
que habitatores alios hoſtili nece extinctos,alios effugatos atque diſperſos,eccleſias ſacerdotibus *dalicam in lu-*
ac miniſtris deſtitutas,virgineſq.ſacras & quoſque continentes vbique diſſipatos, & in his alios *ctu verſatur.*
defeciſſe tormentis,alios gladio interemptos eſſe,alios in captiuitate, perdita animi & corporis
integritate ac fidei,malo more & duro hoſtibus deſeruire. Cernebat enim hymnos & laudes de
eccleſijs deperijſſe,& ædificia eccleſiarum quampluribus in locis ignibus concremata eſſe: ſolem
nia quoque,quæ Deo debentur,de proprijs locis defeciſſe ſacrificia ac ſacramenta diuina vel non
quæri,vel quærenti qui tradat,non facile reperiri:in ipſas montium ſiluas & cauernas petrarum &
ſpeluncas confugientes,vel ad quaſcumque munitiones,alios fuiſſe expugnatos & interfectos ,
alios neceſſarijs ſuſtentaculis euolutos * atque priuatos,vt fame contabeſcerent:ipſoſq. eccleſia * euacuatos
rum præpoſitos & clericos,qui forte Dei beneficio vel in eos non incurrerant,vel incurrentes eua
ſerant,rebus omnibus expoliatos atque nudatos egentiſſimos mendicare,nec eis omnibus ad om
nia,qui-

Digitized by Google

nia,quibus fulciendi eſſent,ſubueniri poſſe. Vix tres ſuperſtites videbant ex innumerabilibus ec A
cleſijs,hoc eſt,Carthaginẽſem,Hipponenſem,& Cirtenſem,quæ Dei beneficio exciſæ non ſunt,&
earum permanent ciuitates & diuino & humano fultæ præſidio:licet poſt eius obitum vrbs Hippo
nenſis incolis deſtituta,ab hoſtibus fuerit concremata. Et ſe inter hæc mala cuiuſdam ſapientis
ſententia conſolabatur,dicens:Non erit magnum quod cadũt ligna & lapides,& moriuntur mor
tales.Hæc omnia ille,vt erat ſapiens,quotidie vbertim flebat.Accreuitq.mæroribus & lamentatio
nibus eius,vt etiam adhuc in ſuo ſtatu conſiſtentem ad eamdem Hipponenſium regionum ciuita
tem ab ijſdem hoſtibus veniretur obſidendam:quoniam in eius tunc defenſione fuerat cõſtitutus
Comes quidam Bonifacius cum Gothorum quondam fœderatus exercitu. quam vrbem ferme
quatuordecim menſibus concluſam obſederunt:nam & littus illi marinum interclusione abſtule
runt.quo etiam nos ipſi de vicino cum alijs noſtris coepiſcopis confugeramus,in eademque om-
ni obſidionis tempore fuimus.

LXXVIII. Vbi nobiſcum ſuper his inſortunijs ſæpiſſe colloquebamur,& Dei tremenda iudicia præ occu
a Pſalm.118. lis noſtris poſita conſiderabamus,dicentes:Iuſtus [a] es Domine,& rectum iudicium tuum. Pariter *
que dolentes & gementes & flentes orabamus miſerationum Patrem & Deum omnis conſolatio- B
nis,vt de eadem nos tribulatione ſubleuare dignaretur.Et forte prouenit,vt vna cum eo ad men-
ſam conſtitutis & inde confabulantibus cœpit ecoram nobis dicere:Noueritis me hoc tempore
noſtræ calamitatis id Deum rogare,vt aut hanc ciuitatem ab hoſtibus circumdatam liberare di-
gnetur,aut ſi aliud ei videtur,ſuos ſeruos ad perferendam ſuam voluntatem fortes faciat,aut cer-
te vt me de hoc ſæculo accipiat.Quæ ille dicens,nos quoque inſtruens,deinceps, cum eodem &
nos cum noſtris omnibus, & ipſi qui in eadem fuerant ciuitate, a ſummo Deo ſimiliter peteba-
mus.] & inferius de eodem Auguſtino:Verbum Dei vſque ad ipſam extremam ægritudinem im
prætermiſſe,alacriter,& fortiter ſana mente,ſanoque conſilio in eccleſia prædicauit.] hæc Poſſi-
dius.Erant conciones illæ perbreues,dolore plenæ & lacrymis;quarum vna tantum nobis reliqua
eſt,quam hic deſcribendam putauimus:nam cum lugubrem faciẽ Africanæ prouinciæ nobis red-
datob id ad certiorem rerum geſtarum cognitionem,Annalibus inteaendam eſſe,ratio inſtituti
a nobis exigit.hæc autem concio eo tibi gratior eſſe debet,quod veram ſcias,qui conſueuiſti apud
Gentiles hiſtoricos confictas prolixaſque auctoris arbitrio compoſitas legere orationes : ſed &
ex eo eam iucundiorem ac cariorem accipies , quod nouiſſimus omnium qui extent,hunc ſcias C
b Aug.de tem-por.ſerm.111. fuiſſe S.Auguſtini ſermonem:auidius enim accipi ſolent nouiſſima parentis eloquia . ſic vero ſe
habet [b]:

LXXIX. Quotiens,fratres cariſſimi,aliquæ aduerſitates veniunt;quotiens aut hoſtilitas,aut ſiccitas ,
Sermo S. Auguſtini tempore Vuandalicę obſidionis. aut mortalitas Iuſto Dei iudicio nobis fuerit irrogata:non eius iniuſtitiæ,ſed noſtris hoc peccatis
imputare debemus:quia ſicut dicit Apoſtolus [c]: Non iniquus eſt Deus,qui infert iram:multorũ
enim malis moribus atque clamoribus exagitatus eſt mundus.Et vt ex hoc omnes intelligere poſ
c Rom.3. ſint,apertius charitati veſtræ inſinuo.Sic ſunt boni & mali,quomodo ſi duo vaſa ſint plena,& vnũ
habeat putredinem,& aliud aromata pretioſa,cum vno ventilabro ventilata:illud vas vbi fuerint
aromata,odorem deſiderabilem,aliud autem fœtorem intolerabilem reddit . Ita ſimul boni &
mali indiſcrete quidem turbati,ſunt alio Dei iudicio ſeparati.Quotieſ aliqua tribulatio in mun-
dum venerit:qui boni ſunt velut ſancta vaſa,gratias agunt Deo,qui eos caſtigare dignatur:illi ve
ro qui ſunt ſuperbi,luxurioſi,cupidi,blaſphemant & murmurant contra Deum,dicentes:O Deus,
quid tanti mali fecimus,vt talia patiamur? Vnde fit,vt infelices iſti amore huius vitæ obligati,nec
iſtam tenere poſſint,& illam ſempiternam,de qua fugiet dolor & gemitus,amittant:& qđ peius D
eſt,nec iſta mala præſentia poſſunt euadere,& ad illa quæ æterna mala ſunt,eorum crimina eos fa
ciunt peruenire.

LXXX. Non inſultans,ſed gemens & dolens hæc dico. Ecce ſicut in eo qui ſuperbo ac rebelli ſpiritu
d Apoc.12. emendare ſe noluerit,impletur quod ſcriptum eſt [d]: Qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc: iuſtus
autem iuſtiora faciet,& ſanctus ſanctiora.Non enim ſpes bonorum in iſto eſt mundo poſita:Spes
e Rom.8. enim quæ videtur(ait Apoſtolus [e]) non eſt ſpes;quoniam & ipſa ſpes mundana,quæ videtur , in
* verſa amaritudine vera *eſt:amaram enim potionem mundus ſuis dilectoribus propinat . O infelici-
tas generis humani! Amarus eſt mundus,& diligitur:putas,ſi dulcis eſſet,qualiter amaretur? Vos
alloquitur veritas,dilectores mũdi: Vbi eſt quod amaſtis ? Vbi eſt quod pro magno tenebatis?
Vbi eſt quot dimittere nolebatis? Vbi ſunt tot regiones? Vbi ſunt tantę ſplendidiſſimæ ciuitates?
Lugendo potius iſta dicta ſunt,quam inſultando. Magno affectu iſta deputarentur ſi tantummo-
do audirentur.

LXXXI. At cum oculos noſtros dira calamitas & obſidionis percuſſerit,& nunc tempore mortalitatis
Mortalitas cũ obſidione premit Hipponenſes. affligat:mortuorum hominum ſepeliendis corporibus vix illi qui remanere videbantur , occurre- E
rent.Conſiderantes etiam illa mala,quæ iuſto Dei iudicio illata ſunt:quando totæ prouinciæ in ca
ptiuitatem ductæ ſunt? Suſtinuimus matresfamilias abductas,prægnantes abſciſſas:& nutrices ,
euulſis e manibus paruulis,atq. in vias proiectis,nec viuos ipſos filios retinere,nec mortuos per-
miſerunt ſepelire.Cruciatus magnus & dolor,timor & horror,tortores cordis pariter inſiſtebant:
maxime cum a talibus feminis hoc impia barbarica exigebat potentia,vt quæ ſe ſciebat multorũ
mancipiorum fuiſſe dominam,barbarorum ſe ſubito ſine vllo pretio lugeret ancillam.Sic imple
f Pſalm.43. tum eſt in nobis,quod dictum eſt per Prophetam Dauid [f]: Vendidiſti populum tuum ſine pretio,
& non fuit multitudo in commutationibus eorum.Dura a delicatis & nobilibus mulieribus ſerui-
tia ſine vlla miſeratione humanitatis a barbaris exacta ſunt: ſtrepitus clamoris huius in auribus
noſtris vrget,dum talia audimus atque videmus : Numquid ferreæ ſunt carnes hominum,etiam
ſi ferreus ſeruus in aliquibus inueniatur?

LXXXII. Quis iſta audiens,videnſq.non doleat? Vnde cum Propheta dicere poſſumus.Quis dabit [g] ca
Hierem 9. piti meo

Digitized by Google

A piti meo aquam,aut oculis meis fontem lacrymarum,& plorabo die ac nocte interfectos filiæ po
puli mei?non ſolum mortem corporum,verum etiam animarum,Chriſtianis loquimur. Multos
cognouimus in iſta viſitatione ſine ſacramento baptiſmi ex hac vita fuiſſe ereptos,atque inter va
ſa iræ relictos. Quis luctus idoneor,quis planctus celſior inueniri poteſt, quando ſic exarſit ira
omnipotentis, vt repelleret etiam tabernaculum ſuum, in quo habitauit in hominibus? Et ille
etiam qui vnico [a] Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum ; nec pre- a Rom.8.
tium tanti ſanguinis attenderit, nulli eccleſiæ, nulli clero, nulli ſacratæ virgini, nulli parcere
ciuitati.

Nos vero,fratres,cariſſimi,quibus Dominus nō pro noſtris meritis parcere,ſed adhuc ad pœ LXXXIII.
nitentiam reſeruare dignatur,non ſine grandi timore debemus conſiderare,quod hæc omnibus no
bis præbeantur exempla. Et ideo illorum mors proficiat ad noſtram ſalutem,eorum tribulatio no
ſtra ſit correctio:de aliorum plagis faciamus medicamenta vulneribus noſtris: & ſemper timea-
mus quod Dominus in Euangelio dixit [b]: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus peccatores fue b Luc.13.
rint,quoniam talia paſſi ſunt?non dico vobis: ſed niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimiliter peribi
B tis. Et ideo qui ſolebat eſſe luxurioſus,ſit caſtus;qui ſuperbus,ſit humilis;qui erat inuidus,ſit beni
gnus;qui per fraudem vel calumniam ſolebat res alienas rapere,incipiat de ſuis largiores eleemo
ſynas dare. Nimis delicatum eſt,quod a nobis requirit Dominus noſter,fratres cariſſimi. Non di
xit nobis: Ieiunate pluſquam poteſtis,& pluſquam vires veſtræ fuerint,vigilate. Nō nobis dixit: A
vino vel a carnibus abſtinere. Non a nobis requiruntur [*]; ſed hoc dignatur iniungere,quod om- * iſta
nes homines poſſunt cum ipſius gratia ſine grandi labore complere. Sed quod peſſimum, multi
ſunt,qui duriſſimum & amariſſimum auaritiæ iugum cum multis laboribus volunt ferre,& dul-
ce iugum Chriſti & onus eius leue diſſimulant humeris ſuis imponere:malunt cum multis pecca
tis ſub ſarcina graui ſuccumbere,quam iugum Chriſti,quod poteſt eos in cælum eleuare,ſuſcipe-
re. Vos vero,fratres,vobiſcum ſapienter & fideliter cogitantes dirumparis a ceruicibus veſtris du
rum & aſperum auaritiæ iugum,& iugum Chriſti ſuauiſſimum veſtris humeris imponite,ſecundū
Apoſtolum [c], conuerſationem veſtram leuantes in cælum: vt cū Chriſtus apparuerit vita veſtra, c Philip.3.
& vos cum ipſo appareatis in gloria quod ipſe præſtabit.]hucuſque ſermo. Et quidem puto in aua
ros iſta dixiſſe,quod quamplurimi ſpoliati omnibus bonis confluxiſſent Hipponem locum muni
C tum,nec facultates Eccleſiæ ad omnes alendos ſuppeterent.

Cum vero iam tribus menſibus eius ciuitatis perduraſſet obſidio,qui hactenus verbi prædica LXXXIV.
tione,pauperum cura,precibus ac vigilijs apud Deum pro populo iugiter laboraſſet, ægritudi- *Tempus ægro-*
ne affectus,cogitur lecto decumbere: quantum autem temporis ſpatium interceſſerit ab hoc ſer- *tationis Augu*
mone vſque ad obitum,numera:dictus hic enim reperitur feria quinta poſt Dominicam Paſſionis *ſtini.*
(vt inſcriptio præſefert)ipſe vero defunctus inuenitur quinto Kalen. Septembris. Sed quid de ægri
tudinis eius tempore Poſſidius litteris commendarit,audiamus:Et ecce(inquit) tertio illius obſi d Auguſti.epiſt.
dionis menſe decubuit lecto febribus defatigatus,& illa vltima exercebatur ægritudine.]vltimam 138.
plane Poſſidius dicit,quod frequenter Auguſtinus ægrotare conſueuiſſet,vt ex ipſius epiſtolis intel e Auguſt. epiſt.
ligi poteſt:nam ad ſuos ſcribens,tradit [d] quod ob minus idoneam valetudinem ab Epiſcopis ex- 217.
cuſaretur,quo minus,vt alijs,ipſi legationes tranſmarinæ ex Synodis iniungerentur. Sed & in litte f Aug.epi.149.
ris ad Victorinum [e], atque alijs ad Profuturum [f], itemq. ad Dioſcorum [g] ſcribens, de ſuis g Aug.epiſt.56. in fin.
corporis infirmitatibus meminit, necnon ad Darium epiſtola [h], & ea quam dedit ad Nobi- h Aug.epi. 262.
lium [i]. Quid autem acciderit,dum vltima hac ægritudine Auguſtinus affligeretur,idem ita nar i Aug.epi. 351.
D rat Poſſidius [k]: k Poſſid.in Vita Aug.c.29. 30.

Itemq. ad ægrotantem & lecto vacantem,quemdam cum ſuo ægroto veniſſe,& rogauiſſe, vt ei LXXXV.
dem manum imponeret,quo ſanus eſſe poſſet:eumq. reſpondiſſe,ſi aliquid in his poſſet,ſibi hoc vti *Auguſtinus*
que primitus præſtitiſſet:& illum dixiſſe,viſitatum ſe fuiſſe,ſibiq. per ſomnium dictum eſſe: Vade *Aegrotum ſa-*
ad Auguſtinum Epiſcopum,vt ei manum imponat,& ſaluus erit. Quod dum comperiſſet,facere *nat.*
non diſtulit;& illum continuo ſanum ab eo diſcedere fecit.]hæc de miraculo Poſſidius: quod qui-
dem extremo vitæ articulo Deus per eum operari voluit,vt quodam veluti ſigno tū res ab eo ſan-
cte pieq. geſtas,tum pia doctaq. eius ſcripta conſignata relinqueret. Quomodo vero ad felicem ad
Deum tranſitum ſe pararit,Poſſidius ita declarat:

Dicere autem nobis inter familiaria colloquia conſueuerat, poſt perceptum baptiſmum etiā LXXXVI.
laudatos Chriſtianos & ſacerdotes abſque digna & competenti pœnitentia exire de corpore non *Auguſtini præ*
debere. Quod etiam ipſe fecit vltima qua defunctus eſt ægritudine. Nam ſibi iuſſerat pſalmos Da *paratio ad obi*
uidicos,qui ſunt pauciſſimi,de pœnitentia ſcribi;ipſoſq. quaterniones iacens in lecto contra parie *tum.*
tem poſitos diebus ſuæ infirmitatis intuebatur & legebat,& iugiter ac vbertim flebat. Et ne inten
E tio eius a quoquam impediretur;ante dies ferme decem quam exiret de corpore,a nobis poſtula
uit præſentibus,ne quis ad eum ingrederetur,niſi ijs tantum horis, quibus medici ad inſpiciendū
intrarent,vel cum eius inferretur refectio. Et ita obſeruatum factumq. eſt. Et omni illo tempore
orationi vacabat.]ac paulo poſt:Membris omnibus ſui corporis incolumis,integro aſpectu atque
auditu,& (vt ſcriptum eſt)nobis aſtantibus & videntibus,ac cum eo pariter orantibus,obdormi-
uit in pace cum patribus ſuis,enutritus in bona ſenectute. Et nobis coram poſitis,pro eius com-
mendanda corporis depoſitione ſacrificium Deo oblatum eſt,& ſepultus eſt.]hæc de obitu, & fu-
nere vna cum Miſſa,ex more,exhibito Poſſidius;qui ſuperius eum vixiſſe tradit annos ſeptuaginta
ſex:in Epiſcopali vero functione annos trigintaſex habuiſſe,ex iis quæ a nobis de ſedis eius exor
dio dicta ſunt,ſatis certo colligi poteſt. Dies vero obitus in tabulis Eccleſiaſticis ſcriptus fuit an-
niuerſaria memoria repetendus, celebrique cultu in Eccleſia tranſigendus quinto Kalendas Se-
ptembris.

De eius obitu etiam Victor Vticenſis his verbis meminit,cum agit de clade Vuandalica: Ea LXXXVII.
(inquit)

a Vict. de perſecut. Vuād. lib. 1.

(inquit [a]) tempeſtate Hippon regiorum obſeſſa eſt ciuitas,quam omni laude dignus beatus Au A
guſtinus multorum librorum confector Pontiſex gubernabat. Tunc illud eloquentiæ,quod per
omnes campos Eccleſiæ vbertim decurrebat,ipſo metu ſiccatum eſt flumen,atque dulcedo ſuaui-
tatis dulcius propinata in amaritudinem abſynthij verſa eſt,&c.] De his autem quos reliquit li-
bros ſuis commendatos iſta Poſſidius [b]: Teſtamentum autem nullum fecit; quia vnde faceret,
pauper Chriſti non habuit. Eccleſię bibliothecam & omnes codices diligenter poſteris cuſtodien
dos ſemper iubebat. Si quid vero Eccleſia vel in ſumptibus uel in ornamentis habuit,fideli presby
tero,qui ſub eodem domus Eccleſiæ curam gerebat,dimiſit. Nec ſuos conſanguineos,vel in propo
ſito vel extra conſtitutos,in ſua vita & morte more vulgi tractauit:quibus,dum adhuc ſupereſſet,
id,ſi opus fuit,quod & ceteris,erogauit;non vt diuitias haberent, ſed vt aut non aut minus ege-
rent.]hæc & alia Poſſidius,qui(vt ipſe teſtatur)quadraginta ferme annis cum eo vixit ſumma con
cordia,ſcriptorum ipſius confecit Indiculum,de quo ipſe his verbis [c]:

b Poſſid. in Vit. Auguſt. c. 31.
De libris San. Auguſtini.
c Poſſid. c. 18.

LXXXVIII.
De Poſſidij indiculo.

Tanta autem ab eodem dictata & edita ſunt,tantaq. in Eccleſia diſputata,excepta, atque emē
data,vel aduerſus diuerſos hæreticos conſcripta,uel ex canonicis libris expoſita ad ędificationem
ſanctorum Eccleſię filiorum,vt ea omnia vix quiſque ſtudioſorum noſſe & perlegere ſufficiat. Ve B
rumtamen ne ueritatis auidiſſimos in aliquo fraudare uideamur,ſtatui, Deo præſtante, in huius
opuſculi fine etiam eorumdem librorum,tractatuum,& epiſtolarum Indiculum adiungere:quo le
cto,qui magis Dei ueritatem quam temporales amant diuitias,ſibi quiſque quod uoluerit, ad le-
gendum & cognoſcendum eligat:& id ad ſcribendum uel de bibliotheca Hipponenſis Eccleſię pe
tat,ubi emendatiora exemplaria forte potuerit inuenire;uel unde uoluerit,inquirat, & inuenta de
ſcribat & habeat,& petenti ad ſcribendum ſinę inuidia & ipſe tribuat.]hęc Poſſidius. At plane mi
raculo factum eſſe videtur,vt concremata anno ſequenti Hipponenſi ciuitate a furentibus Vuan-
dalis,iiſdemq. Arianis,ipſa Hipponenſis bibliotheca illæſa permanſerit, angelica quidem, ſi non
humana vallata cuſtodia. Qui enim conſideret ferociſſimos barbaros longa præpeditos obſidio-
ne redditos ſæuiores;reputetq. ſecum,eoſdem pariter perfidos fuiſſe Arianos,ſciſſeq. etiam ex re-
centioribus aduerſus Arianos ipſos diſputationibus,nempe contra Maximum atque Paſcentium
Comitem publice habitis,Auguſtinum acerrimum ſibi hoſtem;quis,inquam,iſta conſiderans,nō
miraculo ducat,vt Vuandali pepercerint Auguſtini ſcriptis?certe non ipſorum id quiſquam dixe
rit adſcribendum eſſe clementiæ,ſed Dei magnæ potentiæ,qua cohibuit graſſantes inſtar fulmi- C
nis barbaros,& ſua coercuit diſciplina,nec ſiuit quicquam inconceſſum inuadere, vel tentare veti
tum. hæc quidem pręſtare,diuinæ tantum eſſe potuit facultatis, ſecundum illud in Iob [d] diui-
num elogium:Numquid mittes fulgura & ibunt,& reuertētia dicēt tibi: Adſumus?]quod ſcilicet
furentes hominum motus diuinæ tantum ſubiecti ſint voluntati eoſdem ad libitum moderanti.

d Iob 38.

LXXXIX.
Auguſtini ſcripta ab aduerſarijs impugnata.

Sed qui non valuit per barbaros perdere penitus ſanctiſſimi viri ſcripta,per hæreticos & calū
nioſos homines ea diabolus ſummis viribus labefactare conatus eſt: nec quidem admouit ad ea
demolienda arietem vnum,ſed plures;nec vnum vel alterum aduerſarium,ſed ipſos plures ac plu-
rimis armis diuerſis in locis armauit. Primum enim Galliarum quidam presbyteri,quod iam cer
tamen,ipſo Auguſtino viuente,aggreſſi fuerant,eo mortuo,acrius inſtaurarunt, quindecim ſcribē
tes obiectiones aduerſus eos quos in Pelagianos ipſe ſanctus Auguſtinus ſcripſerat commenta-
rios. Rurſus vero Vincentius quidam rem priuatim agens,ſexdecim in eoſdē propoſuit obiectio-
nes. Inſuper & Camillus & Theodorus presbyteri Genuenſes decem dubia obiecere. Adhuc etiā
& Caſſianus presbyter Maſſilienſis,de quo ſuperius dictū eſt,aduerſus eiuſdem Auguſtini doctri-
nam egit,aduerſuſq. eam aliqua intulit. Porro contra hos omnes ſteterunt Hilarius Arelatenſis, D
& Proſper Aquitanus. quid Hilarius in aduerſarios ſcripſerit,non apparet: Proſperi autem adhuc
ſuperſunt arma,quibus pro Auguſtino in hoſtes indefeſſo ſtudio dimicauit: Aduerſus ſiquidem
Gallos liber extat Reſponſionum,volumen etiam contra Vincentianos,tertius inſuper liber con-
tra Genuenſes illos presbyteros,ac item quartus contra Collatorem, nempe ipſum Ioannem Caſ
ſianum inſcriptus,quem(vt ex ipſo apparet)ſub Sixto Romano Pontifice edidit. Ceterum iidem
Hilarius atque Proſper ſequenti anno Romam ſe contulerunt,atque apud Cæleſtinum conqueſti
ſunt,quod quę a ſancto Auguſtino ſcripta eſſent,eadem a Romanis Pontificibus Innocentio,Zoſi
mo,atque Bonifacio cōfirmata,& Concilijs ſtabilita,a quibuſdam Gallicanis presbyteris iterum
reuocarentur in controuerſiam. Quid autem his auditis præſtiterit Cæleſtinus,dicemus ſuo loco
anno ſequenti.

Proſper & Hilarius pugnant pro Auguſtino.

XC.
Ioā. Caſſianus hortatu Leonis ſcribit contra Neſtoriū.

Hoc ipſo autem anno Ioannes Caſſianus monitu Leonis Romanæ Eccleſiæ archidiaconi ad-
uerſus Neſtorium de Incarnatione Verbi ſeptem libros luculentiſſimos edidit. Cum enim ipſos
ab eo ſcriptos conſtet,dum adhuc Neſtorius ſederet Conſtantinopoli, quem ſequenti anno in Cō
cilio Epheſino liquet fuiſſe e ſede depoſitum,& Maximum in eius locum ſubrogatum;cumq. nul- E
la inſuper in eis de Epheſio Concilio mentio habeatur,cuius neceſſario meminiſſe oportuit:plane
ante Epheſinum Concilium,damnationemq. Neſtorij,eos ab ipſo fuiſſe elucubratos, dicere neceſ
ſe eſt,& hoc ipſo quidem anno,quo(vt vidimus)hæreſis Neſtorij plane innotuit Occidentali Eccle
ſiæ,ante autem ſuſurri tantum quidam de ea pertigerant ad Occidentales. Sed cur(dixerit ali-
quis)per Caſſianum Leo archidiaconus iſta præſtari voluit,cum ipſe Leo erudiriſſimus eſſet, &
quam feliciſſime id exhibere valuiſſet;cum præſertim Caſſianus de libero arbitrio haud recte ſen
tire,ſed cum Pelagianis aliquid habere commune,editis Collationum libris innotuiſſet? poſt ſcri-
ptas enim Collationes ipſum hortatu Leonis elucubraſſe commentarium illum contra Neſtoriū,
ipſe in operis præfatione teſtatur.

XCI. Ad hæc quidem illud in primis dicendum eſt, Caſſianum & alios qui hoc tempore in nonnul-
lis S. Auguſtini ſcripta carpebant,haud ſe Pelagij errores fouere profeſſos eſſe:ſed(vt ſæpius Pro-
ſper ait,& indicant litteræ Cæleſtini Romani Pontificis ad Gallos,de quibus agemus anno ſequen

ti)vt

A ti) vt Catholici verſabantur inter Catholicos,& Pelagianos ſe damnare errores , & in eos decla-
mare præſeferebant;quod & videmus ab eodem Caſſiano factum in his ipſis libris,quos de Incar-
natione Verbi aduerſus Neſtorium ſcripſit,dum frequenter exclamat Neſtorium ipſum a Pelagia
nis eſſe mutuatum errorem. Leonis igitur hac ex parte illud videtur fuiſſe conſilium , vt ne opina-
rentur Orientales hæreſim Neſtorianam ex Pelagiana prognatam defenſores habere in Occiden
te,qui Pelagiani erroris quoquo modo ſuſpecti redditi eſſent,per vnum ex illis voluerit validiſſi-
me Neſtorium oppugnari. Rurſum vero,ne qui in Occidente articulum illum de libero arbitrio
Pelagiani erroris ſcriptis editis hactenus defendiſſent,affinitate dogmatis conſurrecturi eſſent ꝓ
defenſione Neſtorij;Caſſianum in primis,qui omnes antecellebat, Leo diaconus prudenter quidē
ſcriptione ſua eum teneri voluit obligatum, & cum eo omnes qui inter Catholicos Pelagiani erro
ris viderentur eſſe fautores. Præſtitit id libentiſſime Caſſianus,omnique ſtudio in opus incubuit,
quo ſe acerrimū hoſtem eū Pelagiani tū Neſtoriani præſeferret erroris,quem iā Pelagianorū om
nium famoſiſſimus Leporius,de quo ſuperius dictum eſt,publicis litteris adeo fuerat deteſtatus.
Inſuper autem potuit & illud etiam fuiſſe hac de re Leonis conſilium,vt per Ioannem Caſſia XCII.
B num Conſtantinopolitanæ olim Eccleſiæ diaconum,Conſtantinopolitana admoneretur Eccleſia
vitare Neſtorium:vt enim id etiam opinari poſſimus,apoſtrophe illa auctoris ad finē operis col-
locata facile perſuadet,cum demum poſt alia eiuſmodi Neſtorium exagitat inuectiua [a]: Tu o im a Caſſian. de Incarn. Verbi li. 7.
pijſſime atq. impudentiſſime,præclaræ vrbis contaminator, Catholicæ & ſanctæ plebis grauis & *Caſſiani inue-*
exitioſa contagio,ſtare in Eccleſia Dei & loqui audes;& blaſphemis ac furioſis vocibus tuis ſacer *ctiua in Neſto-*
dotes ſemper illæſæ fidei & Catholicæ confeſſionis infamas , magiſtrorum priorum vitio plebem *rium.*
Conſtantinopolitanæ vrbis errare? Tu ergo emendator priorum Antiſtitum,tu Gregorio excellen
tior,tu Nectario probatior,tu Ioanne præſtantior,omnibuſq. Orientalium vrbium ſacerdotib. qui
etſi non eiuſdem nominis,cuius hi quos nominaui, eius tamen fidei fuerunt, quod quidem, quod
ad hanc cauſam pertinet, ſufficit : quia cum de fide agatur , omnes in eo idem ſunt quod opti-
mi , in quo conſortes ſunt optimorum. Vnde & ego quoque ipſe humilis & obſcurus nomine , ſi-
cut merito,licet mihi inter eximios Conſtantinopolitanæ vrbis Antiſtites locum magiſtri vſurpa
re non poſſim,ſtudium tamen diſcipuli affectumq. præſumo. Adoptatus enim a beatiſſimæ memo
riæ Ioanne Epiſcopo in miniſterium ſacrum,atque oblatus Deo; etſi corpore abſum , affectu illic
C ſum; & illi dilectiſſimo mihi ac venerandiſſimo Dei populo etſi nunc præſentia non admiſceor, ta-
men mente coniungor. Et hinc eſt,quod condolens ei atq. compatiens,in vocem nunc triſtitiæ ac
doloris erupi:& quod vnum potui,flebilem querimoniam,quaſi pro membrorum atq. artuū meo
rum infirmitate,clamaui. Etenim ſi iuxta Apoſtolum [b], dolente quidem minore corporis parte, b 1. Cor. 12.
condolet maior atq. compatitur;quanto magis dolente maiore,minor compati oportet? Inhuma-
niſſimum quippe eſt, vt in vno atque eodem corpore maiorum infirmitatem minora non ſentiant,
cum minorum maiora patiantur.
Vnde obſecro ac deprecor omnes vos,qui intra Conſtantinopolitanæ vrbis ambitum ſiti, & XCIII.
per affectum patriæ ciues mei,& per vnitatem fidei fratres mei eſtis,vt ſeparetis vos ab illo(vt ſcri *Caſſiani Apo-*
ptum eſt [c]) lupo rapaci , qui deuorat Dei populum,vt [d] cibum panis. Ne [e] tetigeritis, neque *ſtrophe ad Cō-*
guſtaueritis quicquam illius;quia ſunt omnia ad interitum. Exire de medio eius,ac ſeparamini [f], *ſtantinopolita-*
& immundum ne tetigeritis. Mementote magiſtrorum veterum,ſacerdotumque veſtrorum,Gre- *nos.*
gorij nobilis per Orbē,Nectarij ſanctimonia inſignis. Ioānis fide ac puritate mirabilis, Ioānis inq̄ c Matth. 20.
Ioannis illius,qui vere ad ſimilitudinē Euangeliſtæ & diſcipulus Ieſu & Apoſtolus,quaſi ſuper pe d Pſal. 13.
D ctus Domini ſemper affectūq. diſcubuit. Illius inquam memētote,illū ſequimini:illius puritatem, e Coloſſ. 2.
illius fidem,illius doctrinam ac ſanctimoniam cogitate : illius mementote ſemper doctoris veſtri f 2. Cor. 6.
ac nutritoris,in cuius quaſi gremio quodammodo amplexuq. creuiſtis,qui communis mihi ac vo-
bis magiſter fuit,cuius diſcipuli atq. inſtitutio ſumus. Illius ſcripta legite,illius informationem te
nete,illius fidem ac meritum amplexamini. Quod etſi aſſequi grande eſt ac difficile, ſequimini ta
men pulchrum & ſublime:quoniam in ſumma rerum non adeptio tantum,ſed etiam imitatio ipſa
laudanda eſt:quia numquam fere aliquis eius rei portione ad plenum caret,ad quam ſcandere ac
peruenire contenderit. Ille ergo vobis in ſenſu ſemper & quaſi conſpectu ſit,ille in animo & cogi-
tatione verſetur : ille denique ipſe vobis etiam , quæ a me ſunt ſcripta, commendet: quia hæc,
propter quæ ego ſcripſi , ille me docuit; ac per hoc non tam mea hæc, quam illius eſſe credite :
quia riuus ex fonte conſtat , & quicquid putatur eſſe diſcipuli,totum ad honorem conuenit refer-
re magiſtri.]
Cum hæc ſcribat ad ſuos Conſtantinopolitanos Caſſianus;illud obſerua,quod cum de lauda- XCIV.
tis Epiſcopis Conſtantinopolis agit,nullam penitus Attici habet mentionem,vt Cyrillum,immo
E Cæleſtinum Papam & Sixtum feciſſe apparet:vt plane intelligas eum nondum ſtomachum exhau
ſiſſe bile,quam olim ob Ioannem conceperat , & nuper auxerat ob damnata ab eo omnia hæreſis
Pelagianæ capitula,quorum aliqua ipſe cum alijs clandeſtinis Pelagianis aduerſus Auguſtini ſcri
pta tuenda ſuſceperat. Hæc igitur Caſſianus ſcripſit,inſtante Leone Romanæ Eccleſiæ hoc tempo
re archidiacono,qui poſt Sixtum ſummus creatus eſt Pontifex:ita ſe habet vetus & recepta Genna
dij [g] lectio,vbi hæc de Caſiano: Ad extremum rogatus a Leone vrbis Romanæ archidiacono,po g Gennad. de
ſtea Epiſcopo,ſcripſit aduerſus Neſtorium de Incarnatione Domini libros ſeptem , & in his ſcri- Vir. illuſtr. c. 61.
bendi apud Maſſiliam & viuendi finem fecit, Theodoſio & Valentiniano regnantibus .] Ante au-
tem quam ad hæc ſcribenda manum admoueret, iamdudum abſoluerat libros Collationum,
vt ipſemet in præfatione teſtatur , eum ita exorditur : Abſolutis dudum Collationum ſpiri-
tualium libellis,&c.]ex quibus poſſumus intelligere,ipſum anno ſuperiori , vel qui eum præcedit,
niſi forte hoc ipſo,eaſdem Collationes abſoluiſſe;quæ quo anno a Proſpero ſunt impugnatæ , ſuo
loco dicemus.

I. *De conſulatu Antiochi.*
a Theod. ep. 95. ex cod. Vatic.
b l. 1. de Codic. Theod. auctor. Nouel tit. 1.

SEquitur annus celebris memoriæ œcumenicæ Synodi Epheſinæ, conſignatus Conſulatu Anicij Baſsi & Flauij Antiochi. Hic ille Antiochus, patricius ex eunucho, qui poſtea delatus apud ipſum Theodoſium Imperatorem, priuatus bonis & redactus in ordinẽ, inter clericos profeſſus eſt, vt Suidas teſtatur. eſt Theodoreti ad eum epiſtola [a] factum illud adornantis, perinde ac ipſe ſpõte ſæculo nuncium remiſiſſet, & non coacte vitam alienam a curia agere inſtituiſſet. Huius occaſione editam ſanctionem a Theodoſio, idem Suidas addit, ne amplius eunuchi inter patricios militarent. Clara quoq. Antiochi huius memoria eſt in collectione Codicis Theodoſiani, cum de eo iſta habeat Imp. Theodoſius [b]: Longum eſt memorate quid in huius conſummatione negotij contulerit vigilijs ſuis Antiochus, cuncta ſublimis ex Præfecto & Conſule.] His de Antiocho Conſule B dictis, iam res hoc anno ſub eius Conſulatu geſtas recenſeamus.

II. Sed antequam de ipſa agamus Synodo Epheſina, ex more, ordine temporis, quæ ante ipſam hoc anno contigerunt, primum in medium afferamus. Cum expulſis clericis Catholicæ fidei, Neſtorius ſibi eccleſias omnes quæ erant Conſtantinopoli vendicaſſet, contigit vnam ipſarum cæde hominum turpiſſime profanari. Quomodo autẽ id acciderit, Socrates recenſet, hæc dicens [c]: His rebus confectis, ſcelus quoddam nefandum forte fortuna in eccleſia editum eſt. Nam cuiuſdã præpotentis viri ſerui, genere barbari, cum immanem heri ſui feritatem experti, eam ferre non poſſent, ad eccleſiam confugerunt, atq. gladijs cincti ad altare proſiliunt. Rogati igitur vt abirent, nullo modo obſequi volebant, ſed ſacris miniſterijs obeundis erant impedimento. Quinetiam dies complures ſtrictos tenebant gladios, paratiq. erant ad quemcumque obtruncandum, qui illos adiret. Itaq. vno clerico interfecto, altero vulnerato, ad extremum ſibi ipſis necem conſciuerunt. Vnde quidam eorum qui aderant, dixit, templi profanationem aliquid mali portendere; duoſq. poetæ cuiuſdam ſenarios in eamdem citauit ſententiam:

c Socrat. libr. 7. c. 33.
Infauſta cędes in Eccleſia Cõſtãtinopoli patrata.

Nam ſæpe ſigna talia dari ſolent, C
Cum ſacra fœdum templa polluit ſcelus.

Atq. eum qui iſta dixerat, minime fefellit opinio; quippe & diuiſionem populi (vt videtur) & auctoris diuiſionis abdicationem ſignificauit.] hæc Socrates: quæ hoc ipſo anno Marcellinus contigiſſe tradit, ſub iiſdem Conſulibus rem geſtam referens, licet paulo diuerſe, his verbis: Barbari in Anguſta vrbe nutriti ad eccleſiam noſtram hoſtili ritu confluunt: ignem in eccleſiam ad comburendũ altare dum infeſti iaciunt, inuicem ſeſe, reſiſtente Deo, trucidant.] ſubdit, hoc eodem tempore ob tritici penuriam Theodoſium Imperatorem a populo lapidibus impetitum.

III. Quod vero ad eccleſiæ nefandam profanationem ſpectat, eam ante Aprilis menſem accidiſſe, poſſumus ex eo conijcere, quod idem Theodoſius conſulturus in poſterum, hoc anno vigeſima tertia menſis Martij ad Antiochum Præfectum Prætorij eumdemq. Conſulem ordinarium ſanctionem dedit de eccleſiaſtica immunitate ſolicitius conſeruanda & latioribus terminis dilatanda; ne ſcilicet putarentur, qui ad eam confugiunt, minus tuti eſſe, niſi altare tenuerint. ſic enim ipſa ſe habet:

IIII. *Theodoſii ſanctio de immunitate Eccleſiarum.*

Pateant ſummi Dei templa timentibus: nec ſola altaria, & oratorium templi circumiectum, quod D eccleſias quadripertito intrinſecus parietum ſeptu concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed vſque ad extremas fores eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus, aram ſalutis eſſe præcipimus: vt inter templi quod parietũ deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica & ianuas primas eccleſiæ, quicquid fuerit interiacens, ſiue in cellulis, ſiue in domibus, hortulis, balneis, areis, atq. porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendo eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere: ne qui hoc auſus ſit, cum diſcrimen ſuum videat, ad expetendam opem ipſe quoq. confugiat. Hanc autem ſpatij latitudinem ideo indulgemus, ne in ipſo Dei templo & ſacroſanctis altaribus confugientium quemquam mane vel veſpere cubare vel pernoctare liceat, ipſis hoc clericis religionis cauſa vetantibus, ipſis qui confugiunt pietatis ratione ſeruantibus.

V. * baptiſterijs
Ne liceat armatum ingredi Eccleſiam.

Arma quoq. in quouis telo, ferro, vel ſpecie, eos qui confugiunt, minime intra eccleſias habere præcipimus, quæ non modo a ſummi Dei templis ac diuinis altaribus probibeantur, ſed etiã cellulis, domibus, hortulis, balneis *, areis, atq. porticibus. Proinde hi qui ſine armis ad ſanctiſſimũ Dei templum, aut ad ſacroſanctum altare, ſiue vſquam gentium, ſiue in hac alma vrbe confugiunt, ſomnum intra templum, ſiue ipſum altare, vel omnino cibum capere abſq. aliqua eorum iniuria ab ipſis clericis arceantur, deſignantibus ſpatia quæ in eccleſiaſticis ſeptis eorum tuitioni ſufficiant, ad- E ducentibus capitalem pœnam eſſe propoſitam, ſi qui eos conentur inuadere. Quibus ſi perfuga nõ annuit, neque conſenſerit, præferenda humanitati religio eſt, & a diuinis ad loca quæ diximus, turbanda temeritas.

VI. Hos vero qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus. Dehinc ſi telis cincti, quouis eccleſiæ loco, vel ad templi ſepta, vel circa, vel extra ſint: ſtatim eos, vt arma reponant, auctoritate Epiſcopi a ſolis clericis conueniri præcipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius quam armorum præſidio muniantur. Sed ſi Eccleſiæ voce moniti, poſt tot tantorũque denunciationes noluerint arma relinquere, iam clementiæ noſtræ apud Deum & Epiſcoporũ cauſa purgata, armatis (ſi ita res exegerit) intromiſſis, trahẽdos ſe, abſtrahendoſq. eſſe cognoſcãt, & omnibus caſibus eſſe ſubdendos. Sed neq. Epiſcopo inconſulto, nec ſine noſtra, ſiue Iudicum in

hac

A hac alma vrbe vel vbicumque iuſſione, armatum quemquam ab eccleſijs abſtrahi oportebit: ne, ſi multis paſſim hoc liceat, confuſio generetur. Dat. decimo Kal. Aprilis Conſtantinopoli, Antiocho V.C. & Baſſo Coſſ.] hactenus Theodoſij Imp. ſanctio: habent eam tum codex Theodoſianus [a] tum etiam Iuſtinianeus [b], ceterum neutrobi ipſa integra reperitur.

a l. 4. de his qui ad eccl. confug. Cod. Theod.

VII. Inter Acta autem Epheſini Concilij hæc ipſa conſtitutio, vt ſancita eſt, nullum paſſa mutilationis diſpendium, inuenitur [c]. vbi inter alia notatu digna, de ſe ipſo, cum primum omnium ei ſe Imperator reddere voluit obſequentem, hæc ait: Nos qui legitimi Imperij armis numquam non circumdamur, quoſq. ſine armatis ſtipatoribus eſſe nō conuenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema regiæ maieſtatis inſigne humiliter deponimus, & ſacra altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus: quibus quoque oblatis, ad extimum cō muneq. atrium mox nos recipimus, nec quicquam ex propinqua Diuinitate nobis arrogamus.] hæc de ſe Theodoſius: qui ſequenti anno nouis caſibus hæc ex parte corrigere coactus eſt, dato itē de limitibus eccleſiaſticæ immunitatis reſcripto ad Hierium [d]. Sed de his ſatis.

b l. 3. Cod. Iu ſti. eod. tit.
c Concil. Ephe. edit. Pel. tom. 5. c. 21.
Modeſt. Theodoſii in ſeruanda lege a ſe edita.

VIII. Acturis iam nobis de Epheſino Cōcilio, de legationibus primum e remotioribus Orbis regio
B nibus illuc miſſis dicendum erit. Conſtat autem, ex vniuerſo plane orbe Chriſtiano illuc legatos eſſe directos: ſiquidem hæc habentur in relatione Philippi Apoſtolicæ ſedis legati [e]: Omnes namque Orientales, vel Occidentales, vel per ſe, vel certe per ſuos legatos ſacerdotali huic conſeſſui interſunt. Sed quænam iſtæ fuerint legationes dicendum nobis eſt: atque primum de Occidentalibus illa præcipua fuit, quæ nomine omnium Occidentalium, transmarinis Africanis exceptis, decreta eſt a Cæleſtino Romano Pontifice, vt facile colligi poteſt ex relatione eiuſdem Cōcilij Epheſini ad Theodoſium Imperatorem. Cæleſtinus enim non contentus, anno ſuperiori (vt vidimus) collecta Romæ Synodo aduerſus Neſtorianam hæreſim, Neſtorium, quam diu hæreticus eſſe perſiſteret, condemnaſſe, atque Cyrillo Epiſcopo Alexandrino delegaſſe vices ſuas, litteraſq. ad ipſū, necnon ad Neſtorium dediſſe, & ad clerum Conſtantinopolitanum alias etiam addidiſſe: hoc inſuper anno ad Epheſinum indictum Concilium ex Synodo Romæ habita legationem decernit, annuente ipſo ſacro Patrum conſeſſu, cui idem præfuit Cæleſtinus. Id quidem Patres Epheſini Concilij in eadem ad Theodoſium relatione ſignificarunt his verbis [f]: Etſi ingens itineris intercapedo vniuerſam illam ſanctorum Epiſcoporum multitudinem ad nos peruenire prohibuerit; attamē
C illis in locis ſimul coacti, Cæleſtino ſanctiſſimo pijſſimoq. Romanę vrbis Epiſcopo præſente & prę ſidente, noſtram de fide ſententiam ſummo conſenſu prædicarunt.] & infra: Viri iſti totius Occidētalis Eccleſiæ ſententiam noſtræ huic Synodo coram per litteras expoſuerunt, &c.] Qui autem delecti ad obeundum legationis munus fuerunt a Cæleſtino Romano Pontifice, ijdem (vt dictū eſt.) pro reliquis orbis Occidentalis prouincijs functi ſunt legatione.

d l. vlt. de his qui confug. ad eccl. Cod. Theod.
e Act. Epheſin. Conci. edit. Pel. tom. 2. c. 16.
Legati miſſi a Cæleſtino pro omnibus occidentalibus.
f Act. Epheſin. Conci. edit. Pel. tom. 2. c. 17.

IX. Porro Romanam ipſam Synodum hoc anno habitam, productam fuiſſe vſque ad menſem Maij, euidens illa eſt demonſtratio, quod litteræ a Cæleſtino ad Epheſinum Concilium ex Synodo datæ reperiuntur octauo Idus Maij: de quibus quidem Cæleſtini litteris in primis obſeruandū eſt, eas ſcriptas fuiſſe, ex more, Latino ſermone, inde vero reperiri in Græcum tranſlatas, & e Græco rurſum Latinitati reſtitutas, non ſine tū magno præiudicio germanæ ſinceritatis, vt ex diuerſitate earum ſatis intelligi poteſt. Porro nemo non videt Latinis antiquioribus ſtandum eſſe exemplaribus, quorum omnium vetuſtiſſimum nobis exhibet Creſconiana Collectio, vt nulla de impoſtura poſſit eſſe ſuſpicio. Ex ea vero ad Synodum Epheſinam Cæleſtini epiſtola illud exploratum redditur, ſic ab eo Romanaq. Synodo miſſos eſſe tres legatos in Orientem; non vt, redditis irritis quæ
D anno ſuperiori aduerſus Neſtorium ab eodem Pontifice decreta eſſent, cauſa eiuſdem nouo ſubiaceret examini; ſed poti' vt ſentētiæ in Neſtoriū latæ ijdē legati eſſent executores: vt plane appareat nihil præterea ab ipſo Pontifice tributum Synodo, niſi vt cognitis his quæ anno ſuperiori ibidem Romæ in Neſtorium decreta fuiſſent, eadem executioni mandari curarent; nec quicquam præter ſententiam Cæleſtini ſibi arrogaſſe œcumenicum tantum Concilium conſtat. Sed reddamus hic epiſtolam Cæleſtini ex Creſconiana Collectione depromptam [g]:

Cæleſtin. ad qd Legatos ad Synodum mittit.
g Creſcon manuſcript.

X. Spiritus ſancti teſtatur præſentiam congregatio ſacerdotum. Certum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas noſtra mentiri, cuius in Euangelio iſta ſententia eſt [h]: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cum ita ſit, vt nec huic tā breui numero Spiritus ſanctus deeſt; quanto magis eum nunc intereſſe, quando in vnum conuenit tāta turba ſanctorum? Sanctum namque eſt pro debita veneratione Concilium [*], in quo vtique nunc Apoſtolorum frequentiſſimæ illius, quam legimus congregationis aſpiciēda reuerentia eſt. Numquam his defuit magiſter, quem acceperant prædicandum. Adfuit ſemper his Dominus & magiſter; ſed nec docētes a ſuo doctore deſerti ſunt: docebat ille qui miſerat, docebat ille qui dixe
E rat quod docerent, docebat qui in Apoſtolis ſuis ſe confirmat audiri. Hæc ad omnes in cōe Domini ſacerdotes mādatæ prædicationis cura peruenit: hereditario namque in hanc ſolicitudinem iure conſtringimur, quicumque per diuerſa terrarum, eorum voce nomen Domini prædicamus, dum illi dicitur: Ite docete omnes gentes. Aduertere debet fraternitas veſtra, quia accepimus generale mandatum: omnes etenim [*] nos agere voluit, qui illis ſic in commune mandauit officium.

Epiſtola Cæleſtini ad Synodum Epheſinā.
h Matth. 18.
* collegium
* etiam

XI. Neceſſe eſt, vt competenter noſtros ſequamur auctores, ſubeamus omnes eorum labores, quibus omnes ſucceſſimus in honorem: præſtemus [*] eorum diligentiam prædicantes [*], poſtquam monente Apoſtolo, nullam prædicationem iubemur adijcere. Non eſt enim minor tradentis officio cuſtodia traditorum. Illi iactauerunt fidei ſemina, noſtra hæc ſolicitudo cuſtodiat, vt incorruptum & multiplicem fructum noſtri patrisfamilias aduentus inueniat, cui ſoli vtique Apoſtolorū aſſignatur vbertas. Loquente nāque Electionis vaſe [i], plātare & rigare nō ſufficit, niſi Dominus dederit incremētū. Agēdū igitur nūc eſt labore cōmuni, vt credita & per Apoſtolicam ſucceſſionē hucuſq. detenta ſeruemus. Illud enim a nobis petitur, vt ſecundum Apoſtolum [a] ambulemus:

* præſentemus
* conſeruando
i 1. Cor. 3.
k 2. Cor. 5.

Digitized by Google

uee enim nunc ſpecies,ſed fides noſtra vocatur ad cauſam:ſpiritualia arma ſumenda ſunt(quia bel A
la ſunt mentium & tela verborum)vt in noſtri Regis fœdere perduremus.
a 1.Timoth.1. Omnes nunc ibi poſitos beatus Paulus Apoſtolus monet,vbi Timotheo [a] temanete manda
uit:ipſe igitur locus,eadem cauſa,& iam modo ipſum requirit officium:Nos quoq. nunc agamus
& ſtudeamus illud,quod agendum tunc ille ſuſcepit;Ne quis aliter ſentiat;& quæſtiones præſtan
tibus maxime fabulis ne quis intendat,vt ipſe præcepit:ſimus vnanimes,vnũ(quia ſic expedit)ſen
tientes:nihil per contentionem,nihil agete pet inanem gloriam geſtiamus,vt vna anima cum vno
corde ſit cunctis;quandoquidem fides,quæ eſt vna,pulſatur.
XII. *Cæleſtini exhortatio tanto digna Pontifice.* Doleat,immo lugeat hoc nobiſcum omne commune collegium;qrod vocatur in iudiciũ, qui
judicaturus eſt mũdum;diſcutitur,qui diſcuſſurus eſt omnes;& calumniam patitur,qui redemit.
Accingatur armis Dei veſtra paternitas:ſcitis quæ galea caput noſtrum muniat,quæ lorica pectus
includat:non vos nunc demum Eccleſiaſtica tectores caſtra ceperunt.Nemo dubitet,fauente Do-
mino,qui facit vtraque vnum,depoſitis armis,pacem futuram,quando ſe ipſa cauſa defendit.Re-
ſpiciamus turſus etiam illa noſtri verba Doctoris,quibus ptoptie ad Epiſcopos vtitur, iſta prædi-
b Act.20. cens [b]: Attendite(inquit)vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spititus ſanctus poſuit Epiſcopos, B
regere Eccleſiã Domini,quã acquiſiuit ſanguine ſuo.Inde ad hæc vocatos hos legimus , qui illud
audirent,quo nunc ſanctitas veſtra conuenit.Epheſijs ergo,quibus eſt fidei nota prędicatio,ſit nũc
erga hanc etiam noſtra nota defenſio: exhibeamus his noſtræ mentis illa veneratione cõſtantiam,
qua fuit digna quæ magna ſunt,quæ pio ſenſu tranquillitas diuturna ſeruauit.Annuncientur vo-
* ſignantur bis quæ ab Apoſtolis intemerata regnatunt *:quia numquam contra Regem Regum verba tyrã
nicæ dominationis admiſſa ſunt,nec opprimi per falſitatem potuit negotium veritatis.
XIII. Vos horror,fratres cariſſimi,reſpiciatur illa ſola dilectio,in qua vtiq.ſecundum vocem Ioannis
Apoſtoli(cuius reliquias præſentes veneramini)manete debemus:ſit oratio communis ad Domi-
num;ſcimus quæ vis illius præſentiæ ſit futura,ſupplicante concorditer tanta multitudine ſacerdo
tum,quando locus ille moueti potuit, in quo vnanimiter legimus duodecim ſupplicaſſe.Quænam
fuit Apoſtolorum petitio ſupplicantium?nempe vt accipetent, vetbum Dei loqui cum fiducia, &
per eius manus virtutes agere,quarum,prædicante Chriſto Domino,accepetant poteſtatem. Et
veſtro nunc ſancto conuentui quid aliud poſtulandum , quam vt cum fiducia loquamini verbum
Dei,quam ſeruare quæ prædicate conceſſit,vt repleti Spititu ſancto(ſicut ſcriptum eſt)licet ote C
diuerſo,vnum tamen,quod Spiritus ſanctus docuit,proferatis?
XIV. His omnibus breuiter animati(quia,ſicut ait Apoſtolus,ſcientibus legem loquor,& loquor ſa
pientiam inter perfectos)adeſtote Catholicæ fidei & Eccleſiarum quieti;adeſtote(quia ſic dicen-
dum eſt)& præteritis & præſentibus & futuris,rogantes atq.ſeruantes quæ ad pacem ſunt Hietu-
ſalem.Direximus pro noſtra ſolicitudine ſanctos fratres & cõſacerdotes noſtros,vnanimes nobis
& probatiſſimos viros Arcadium & Proiectum coepiſcopos,& Philippum presbyterum noſtrum;
qui his quæ agentur,interſint;& quæ a nobis antea ſtatuta ſunt,exequentes:quibus præſtãdum p
c Hæc ex edit. Contiana. veſtram ſanctitatem non dubitamus aſſenſum,quando id quod legitur, videatur pro vniuerſalis
Eccleſiæ ſecuritate decretum.Data [c] octauo Idus Maij,Baſſo & Antiocho Conſulibus.] hacte-
nus epiſtola Cæleſtini ad Concilium Epheſinum per legatos miſſa.
XV. His ſubijciendas putamus duas eiuſdem Cæleſtini epiſtolas eodem menſe Maij datas,alteram
ad Theodoſium Imperatorem,ad Cyrillum Alexandrinum alteram:quæ quidem cum nondũ ali-
cubi cuſæ habeantur;vt vel nunc ptimum ptodantur in lucem,tatio poſtulat argumenti. Accepi-
mus ambas vna cum alijs eiuſdem Cæleſtini inferius recitandis a vito egregio Antonio de Aqui- D
no,qui nobilis plantæ claræ familiæ,memoria S.Thomæ clariotis,nobile germen eoſdem ex radi-
ce deducit & producit fructus probitatis atq.doctrinæ.Vnde autem ipſe accepetit, notum faciet,
cum ad Decretales epiſtolas Romanorum Pontificum,in quibus colligendis mirum in modũ la-
borauit,locupletiſſimum auctarium addet.Tu intetim iſtis fruere,ac primum epiſtola per eoſdem
Apoſtolicæ ſedis legatos data,quæ ſic ſe habet:

Cæleſtinus Epiſcopus Theodoſio Auguſto.

XVI. *Commẽdatur pietas Theodoſii.* Sufficiat licet, quod ſolicitudo veſtræ clementiæ circa fidei Catholicæ defenſionem, cui pro
Chriſti Dei noſtri amore,qui veſtri Impetij rector eſt,adeſſe modis omnibus feſtinatis, integrã,
immaculatamq.eam,prauorum dogmatum damnato errore,ſeruatis;in hoc ſemper munimen ve
ſtri conſtituentes Imperij,ſcientes regnum veſtrum ſanctæ religionis obſeruantia communitũ fir
mius duraturum:ſed huic cæleſti curæ vel gloriæ vnuſquiſq.noſtrum pto ſacerdotali officio ope-
ram noſtram,in quantum valemus,impendimus;& huic Synodo,quam eſſe iuſſiſtis,noſtram præ-
ſentiam in his,quos miſimus,exhibemus; pietatem veſttam ſub diuini obſecrantes obteſtatione
iudicij, ne quid turbidæ nouitati licere veſtra manſuetudo permittat;neve facultas aliqua his,qui E
diuinæ maieſtatis potentiam in humanæ diſputationis rationem arctare contendunt, quo pertur-
betur pax Eccleſiaſtica,tribuatur.
XVII. *Quæ præcipue reges curare debeant.* Maior vobis fidei cauſa debet eſſe,quam tegni; ampliuſque pto pace Eccleſiarum clementia
veſtra debet eſſe ſolicita,quam pro omnium ſecuritate tettarum.Subſequuntur enim omnia pro-
ſpera,ſi primitus quæ Deo ſunt cariora ſeruentur.Abraham fide floruit , omnemque Orbem glo-
ria ſuæ proſperitatis impleuit.Moyſes populi liberator, zelum Domini contra eos , ſi quos a Dei
cultu receſſiſſe probarat,armauit.Dauid Regem ſua præcepta ſeruãtem,in regno,vt ille inimicos
ſuos ſubderet,Dominus cuſtodiuit.His,rogo,exemplorum vallati præſidio,fide,obſeruatione,vir-
tute,vniuerſalis Eccleſiæ in Deũ noſtrum pijſſimum cultum,ne ſibi aliquid diſſenſio vendicet,cu-
ſtodite.Pro veſtri enim Imperij ſalute geritur,quicquid pro quiete Eccleſiæ,vel ſanctæ religionis re-
uerentia laboratur.Hæc glorioſiſſime & trãquilliſſime Imperator Auguſte(qua in veſtro corde eſſe
nouimus,Deum illic ineſſe non dubium)Auguſtis etiam auribus per fratres & coepiſcopos meos
Arcadium

Digitized by Google

A Arcadium & Proiectum,& compresbyterum meum Philippum,quos miſimus,intimamus : hoc a
pietate veſtra ſuppliciter depoſcentes,quod vos habere credamus in votis, vt quod a Deo petitis,
hoc in fide ipſius cauſa præſtetis. Dat. Idibus Maiarum, Baſſo & Antiocho Conſſ.] hactenus Cæle-
ſtini ad Theodoſium Imp. epiſtola,plane aurea : qua quidem innoteſcit,tum bene diſponi a Deo
regnum,cum Reges pro Eccleſia ſoliciti ſunt;contra vero corruere,atque in alias gentes transfer-
ri regna,quoties Principes iura ſibi vſurpant Eccleſiaſtica. quod quidem in ipſomet Theodoſio p
ſpicue declaratum,quæ dicemus in eius obitu,manifeſtum reddent:cum alioqui iſta ipſa in ſingu
lis ferme Chriſtianis ſit demonſtrare Principibus;nam ſicuti ſe ipſi geſſere erga religionem,ita na
cti ſunt Deum protectorem ac propagatorem,vel e contrario deſtructorem imperij. Vt plane vi-
deas ex ipſis rerum euentis,inſanire penitus,qui moderationem regni humanæ tantum prudētiæ
lance ſuſpendunt,& quidem mendaci ſtatera,dum Eccleſiæ iuribus maioris eſſe ponderis ducunt
iura regnandi. ſed hæc obiter.

Iam vero ad poſteriorem Cæleſtini epiſtolam ad Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum venia- XVIII.
mus,quam hoc item anno eodem menſe Maij datam fuiſſe apparet,& quidem ea occaſione,quod
B ipſe Cyrillus datis rurſus litteris Cæleſtinum haud pridem conſuluerat,quid agendum eſſet,ſi Ne
ſtorius reſipiſceret,qui iam laqueo anathematis ex ſententia lata aduerſus eum ab ipſo Romano
Pontifice fuerat innodatus. Monuerat præterea Cæleſtinum Cyrillus de Syris Epiſcopis,qui ſuſpe
cti admodum redditi eſſe ex eo videbantur,quod Neſtorij patrocinium ſuſcepiſſent. His,inquam,
Cæleſtinus acceptis;quid agendum ſit in cauſa Neſtorij,ponderato iudicio & temperato Chriſtia
na clementia agendum eſſe reſpondit,docens quam conſulte,quam mature,quam religioſe,quam
que paterne ſoleret Apoſtolica ſedes agere cum delinquentibus , quibus omnes ad pœnitentiam
vias ſternere conſueuerit. ſed deſcribamus hic ipſam epiſtolam haud ſane prolixam,hactenus nū-
quam editam;quæ ſic ſe habet:

Celeſtinus Epiſcopus Cyrillo Epiſcopo Alexandrino.

Intelligo ſententiam ſapientiſſimi Salomonis [a] impletam:non enim aliter quam ſitiens aquā XIX.
frigidam,de terra longinqua iteratum nuncium per litteras tuæ dilectionis accepi,quæ nos inui- a Prou. 25.
cem noſtri conſilij participatione coniungunt. Indifficulter eſt Eccleſiarum & Catholicæ fidei *Commēdatur*
ſperanda tranquillitas,quando pro hac elaborare Chriſtianiſſimos Principes ſic videmus. Nō eſt *ſtudiū Theod.*
C inefficax in diuinis maxime cauſis cura regalis,quæ pertinet ad Deum,qui fideliter tenet corda re *erga religionē*
gnantium. Itaque breuiter reſponſum tuæ reddimus ſanctitati. Etenim quæris,vtrum ſancta Syno
dus recipere debeat hominem a ſe prædicata damnantem;an quia induciarum tempus emenſum
eſt,ſententia dudum lata perduret? Super hæc vtrique conſultatione communi communem Domi
num conſulamus. Nonne nobis reſpondet illico per Prophetam [b], mortem ſe nolle morientis;& b Ezech 33.
per Apoſtolum Paulum [c], omnem hominem uelle ſaluum fieri,& venire ad ſcientiam veritatis? c 1. Tim. 2.
Numquam diſplicet Deo accelerata in quocumque correctio. tuæ ſit hoc ſanctitatis,cum veneran
do fratrum Concilio [*]; vt orti in Eccleſia ſtrepitus comprimantur,& finitum, Deo annuente,nego * conſilio
tium votiua correctione diſcamus.

Conuentui autem nos deeſſe non dicimus:neq. enim ab his abſentes eſſe poſſumus quib. nos XX.
vbicumq. poſitos,fides tamen vna coniungit. Nolo nos corpore illo cenſeri,cuius præſentiam Apo *Studium &*
ſtolus [d] adſignat infirmam:illic ſumus;quicquid illic pro omnibus agitur,cogitamus;ſpirituali- *vigilantia Cæ*
ter agimus,quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti Catholicæ,ſtudeo pereuntis ſalu *leſtini.*
ti,ſi tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus,ne volenti ſe corrigere,forſitan de d 1. Cor. 10.
D eſſe videamur. Nam etſi & nobis ſuſtinentibus vuam [e], ſpinas ſibi addiderit:impleatur,manen- e Iſai. 5.
tibus ſtatutis prioribus,ſui fructu iudicij;colligat quod ſulco diabolico ſeminauit,non noſtro con
ſilio,ſed ſe periturus auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum ſanguinem,non habere,
quando ſibi etiam ſe medicum cognoſcat oblatum. His autem, quos erga Catholicam fidem tua
fraternitas dicit ſe habere ſuſpectos;ſi ſcripta direxerint,pro qualitate rerum eis nos reſpondere
neceſſe eſt:in quo negotio nemo ſubrepet;quia tota cautione tractatur. Dat. Nonis Maiarum, Baſ
ſo & Antiocho VV. CC. Conſſ.] hæc Cæleſtinus:atque de litteris hactenus.

At de Apoſtolicæ ſedis legatis modo agendum eſt. Atq. in primis quod ad Philippum S.R.E. XXI.
presbyterum pertinet:hunc eumdem eſſe putamus cum eo,qui eiuſdem nominis,ordinis,atq. mu *De Philippo*
neris miſſus reperitur in Africam a Zoſimo Papa vna cum Fauſtino Epiſcopo Potentino legatus a *presbytero,Ar*
Latere Philippus Romanus presbyter,de quo ſuperius dictum eſt. Quod vero ad reliquos duos le *cadio & Pro-*
gatos Epiſcopos Arcadium atq. Proiectum:quarumnam fuerint Eccleſiarum Antiſtites , nuſquā *iecto Epiſco-*
apud Acta Concilij Epheſini expreſſum reperire potuimus:fuiſſe quidem viros præclaros & inſi- *pis.*
gnes,quibus tāta legatio credi valuit,nemini dubium eſſe debet:reperimus tamen in litteris Cæle
ſtini Papæ ad Epiſcopos Galliarum,inter alios Arcadium nominari; ſed nec ibi , cuius Eccleſiæ
E Epiſcopus fuerit,exprimitur;eumdemq. puto Arcadium,qui reperitur interfuiſſe poſt annos octo
Concilio Regienſi ſub Conſulatu Valentiniani decimoſeptimo.

Sed quod ad Proiectum Epiſcopum ſpectat:illud ſane nobis compertum eſt,claruiſſe his tem XXII.
poribus Proiectum Epiſcopum Forocornelienſem, de quo Petrus Chryſologus Rauennas Epiſco-
pus,qui his quoq. temporibus claruit,honorifice meminit:in eius enim ordinatione ſermonem ha
bens [f], hæc inter alia,cum de eius nomine agit:Proiectum dixi,ſed non abiectum. In te proiectus f Petr. Chryſol. ſerm. 165.
ſum de ventre,ex vtero matris meæ Deus meus es tu. Et vere Proiectus iſte ex vtero humanæ ma-
tris,matris diuinæ in vtero ſemper manſit:qui domus ſuæ neſcius,domus Dei eſſe perſtitit habita
tor.] hæc ibi de eo Chryſologus,& alia in laudem ipſius:vt facile opinari poſſimus, hunc illum eſſe
Proiectum,quem tantæ legationis functio decorauit. Atque de legatis Epiſcopis ſatis.

Quod rurſum ad legationes Occidentalis Eccleſiæ ſpectat: quo minus ſolemnis ex more le- XXIII.
gatio mitteretur ab Epiſcopis Africanis,Vuandalorum graſſatio fuit impedimento. Ceterum non

Digitized by Google

De Capreolo Epiſcopo Carthaginenſi nūcium mittente ad Synodum.

defuit officio Capreolus Epiſcopus Carthaginenſis,quin , etſi quod optabat præſtare non licuit A
miſerit tamen Epheſum diaconum Eccleſię Carthaginenſis,Baſſulam,ſeu Beſulam nomine,cui &
litteras ad Synodum dedit:cum alioqui,etiamſi in ſumma tranquillitate collocatæ fuiſſent res Ec
cleſiæ Africanæ,haud tamen pateretur anguſtia temporis cogi ex inſtituto Carthagine generale
Concilium,& inde generalem loco omnium decerni legationem . Etenim anno ſuperiori a Theo-
doſio ſcriptæ litteræ de Synodo habenda Epheſi , nonniſi hoc anno ante Paſchales ferias redditæ
fuere ipſi Capreolo Carthaginenſi Epiſcopo,qui in locum(vt dictum eſt)Quoduultdei fuerat ſub
rogatus.Iſte igitur deploratiſſimi temporis preſſus anguſtijs,ne penitus deeſſet officio , eiuſdem
Eccleſiæ diaconum,Baſſulam * nomine,cum excuſationis litteris legauit Epheſum.id quidem cū
ipſa Epheſina Acta a teſtentur,Liberatus quoque in Breuiario b tradit. Litteræ autem ab eodē
Epiſcopo Carthagiuenſi ad Synodum datæ,quibus & miſerrimus ſtatus Africanæ Eccleſiæ deſcri
bitur,ſic ſe habent:

* Beſulam
a Conc Epheſi. edit.Pelc.tom.1. c.19.
b Liberat. diac Breuiar c.5.

XXIV.

Pijſſimis,beatiſſimiſq.& ſanctiſſimis conſacerdotibus,qui vndiquaque ad ſacram Synodum
conuenere,Capreolus Epiſcopus in Domino ſalutem.

Epiſtola Epiſcopi Carthaginenſis ad Cōcil.Ephes.

Optaſſem,pijſſimi fratres,venerandam veſtram Synodum in eum rerum ſtatum incidiſſe,quo B
nobis quoq.delectis communi omnium ſententia aliquot ex fratribus & coepiſcopis noſtris,inſtru
ctam potius legationem mittere licuiſſet,quam excuſationem lamentatione dignam . Verum hūc
animi impetum diuerſæ cauſæ impediunt.Primo enim Domini & filij noſtri religioſiſſimi Theo-
doſij Imperatoris litteræ ad manus noſtras perlatæ,eiuſmodi erant,quæ felicis recordationis fra-
tris & coepiſcopi noſtri Auguſtini præſentiam peculiari ratione flagitabant . Verum quod eæ illū
iam tum e viuis exceſſiſſe comperiſſent , ego regiam illam inſinuationem,licet ad prædictum Au-
guſtinum deſtinata foret,excipere compulſus,miſſis ad vniuerſas Africæ prouincias congruis lit-
teris,conſuetiſque articulis Synodum cogere volui,quo nimirum ex fratrum & coepiſcoporū no-
ſtrorum numero deligerentur nonnulli , qui ad venerabilem beatitudinis veſtræ Synodum primo
quoque tempore amandarentur.At omnis hac tempeſtate viæ aditus præcluſus eſt . Etenim effuſa
hoſtium multitudo,ingenſq.vbique prouinciarum vaſtatio,quæ incolis partim extinctis , partim
in fugam actis,abſolutam deſolationis ſpeciem,quoquouerſum longe lateq.porrigitur,oculis of-
fert,promptam illam coeundi facultatem ademit.His itaque impedimentis Epiſcopi, quibus pro
poſitum id erat,prohibiti,ex totius Africæ ambitu ſimul conuenire nequiuerunt. Hiſce incommo C
dis accedebat,litteras regias ad Paſchales demum ferias ad nos perlatas eſſe,quando iam inde vſ-
que ad indictam venerandam Synodum vix duorum menſium ſpatium ſupererat. Quod ſane tem
poris interuallum,etſi nulla in præſentiarum ab hoſtibus difficultas fuiſſet obiecta,ad Africanam
domeſticamque Synodum cogendam vix ſat erat.

XXV.
De legatione Baſſulæ.

Verumtamen licet ſolemnem aliquam legationem mittere neutiquam valuerimus, attamen
propter reuerentiam & obſeruantiam,quæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ iure debetur,diaconum Baſſu
lam filium meum vna cum his expurgationis noſtræ litteris oratorem ad vos mittendum exiſtima
uimus. Quamobrem,venerandi fratres , veſtram ſanctitatem iterum atq. iterum rogatam cupio
(etiam ſi fidem Catholicam per tantam venerandorum ſacerdotum Synodum Dei noſtri auxilio
munitam ſtationem ſuam firmiter retenturam certo confidam)vt Spiritu ſancto cooperante , quē
cordibus veſtris in omnibus quæ acturi eſtis,præſto futurum non dubitamus , nouas doctrinas &
antehac Chriſtianis auribus inuſitatas,priſcæ auctoritatis robore inſtructi,e medio profligetis, tā
taque conſtantia ac virtute quibuſcumque nouis erroribus reſiſtatis , ne hos quos pridem impu-
gnauit Eccleſia,hiſque temporibus tenatos Apoſtolicæ ſedis auctoritas,ſacerdotumque in vnum D
congruens ſententia oppreſſit,ſecundæ diſputationis prætextu vox iamdudum perempta renoua-
re videatur.

XXVI.

Quod ſi quid forte nouarum controuerſiarum inciderit,id tempeſtiuæ diſcuſſioni ſubijciatur
oportet , vt vel recte dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur. At vero ſi
quis ea quæ iam olim dijudicata ſunt,denuo inquirere tentauerit : is ſane aliud nihil facere cenſe-
bitur,quam de fide,quæ hactenus valuit,aperte dubitare. Vnde ad poſteritatis exemplum , tum
vt ea quoque,quæ iam olim pro Catholica fide definita & conſtituta ſunt, perpetuam firmitatem
obtinere valeant: oportet ea omnia inconcuſſa immotaque conſeruare,quæ ſuperioribus tempo-
ribus a ſanctis Patribus conſtituta ſunt. Porro qui illa perpetuam ſtabilitatem retinere voluerit,
quæ de Catholicæ fidei ratione ſtatuerit,is non propria auctoritate,ſed antiquorum Patrum iudi-
cio ſententiam ſuam corroborare debet;ita vt partim veterum , partim recentiorum ſanctionibus
& ſententijs placita ſua comprobans,vnam eamdemque Eccleſiæ veritatem,iam inde ab initio ad
præſentem vſque temporis articulum ſimplici puritate , inuictaque conſtantia & auctoritate de-
currentem,ſe docere & tenere oſtendat. Hæc pro præſenti Africanorum legatione , quam neceſſi- E
tas ſuperius memorata impediuit,venerabilibus veſtris auribus ſuggerere placuit. Obnixe inte-
rim rogo,vt calamitatibus rerum præſentiumque temporum ſpectatis,noſtram abſentiam non ſu
perbiæ aut negligentiæ,ſed manifeſtæ tantum neceſſitati adſcribatis.] hactenus litteræ Epiſcopi
Carthaginenſis pro vniuerſa Eccleſia Africana:ex quibus intelligis , puto,lector , quo charactere
veram Catholicamque veritatem Patres noſtri ab hæreſi diſtinguere ſolerent : nempe illā Catho-
licam eſſe fidem,atque germanam pietatem,ſecuramq.religionem, quam maiores tradidiſſent,
& emergentes aduerſus eam hæreſes condemnaſſent;omnique exploſa nouitate,de antiquis ſem-
per ſemitis eoſdem interrogaſſe.quo vel vno tantum exemplo,veluti potiſſimo telo,conficias vno
ictu omnes recentiorum Nouatorum phalanges,cum eas reperiantur hæreſes inſtauraſſe , quas
Patres ſuis ſcriptis,Eccleſia Cōcilijs,& verus præſcriptus vbiq.vſus millies execratione dānarunt.
Cognouiſti,puto(quod eſt in prouerbio)ex vnguibus leonem , ex breui inquam epiſtola ſublimē
Theologum;cuius meritis aſtringimur,vt aliam eius epiſtolam hoc eodem tempore de Verbi in-
carnatione

A carnatione conſcriptam hic tibi nunc primum cudendam curemus e veteri manuſcripto deſum-
ptam, nuper ad nos e Gallijs miſſam a Petro Pithæo I.C. clariſſimo, viro humanitate & eruditio-
ne præſtanti: ſed dolemus eam non integram exhiberi, ſed fine carentem, vt erat in codice, ex quo
deſcripta fuit. Sed quicquid antiquitas offert, ſiue mutilum, ſiue corroſum, mendoſumve ſit, accipi
tamen grato animo ſolet. Epiſtola autem ſic ſe habet:

Dilectiſſimis ac religioſiſſimis filijs Vitali & Tonantio Capreolus Epiſcopus.

Sumptis atque perlectis litteris veſtris, quas per Numinianum religioſum virum, filij dilectiſ- XXVII.
ſimi, tranſmiſiſtis, ſaluti ac ſtudio veſtro, quo fundatæ ac vetuſtæ fidei Catholicæ regulam inuiola- *Epiſt. Capreoli*
bili pietate tenetis ac defenditis, ſum plurimum gratulatus. At vero Neſtorianæ hæreſeos nouam *Carthag. Epi-*
infandamq. perniciem, ſicut quibuſdam locis iam cœperat pullulare, apud vos quoque velle ziza- *ſcop.*
niæ ſuæ ſemina Imperatorum cordibus inijcere. * Verum credo atque confido perfectum agri- *
colam Dominum Deum omnium creatorem in omni loco dominationis ſuæ habere ac ſemper ha
biturum eſſe dignos Euangelicæ frugis operarios, qui licet ante tempus meſſionis immunda ſe-
mina extirpare non debeant, continuis tamen orationib. ac prædicationibus ſemper inuigilẽt, vt
B aut & illa cum tempus eſt, ſi fieri * conuertantur & conuertentur in triticum, aut certe non vſque *
quaque inimicus humani generis tenera frumentorum naſcentia per adulterinã intermixtionem
valeat ſuffocare.

Iam enim (quod etiam ad veſtram, filij, notitiam perueniſſe non dubito) intra Oriẽtis partea, XXVIII.
vbi primum peſtis iſta ſurrexit, congregata glorioſa Synodo ſacerdotum, cui etiam legatio noſtra
non defuit, in veſtibulo cum ſuo auctore atque inſertore compreſſa & radio Apoſtolicæ lucis ex-
tincta eſt. Nec mirari debet charitas veſtra, ſi etiam poſt damnationem ſuam inter morientis fœ-
tidos adhuc flatus expiret. Eſt enim ſemper pertinax hæreticorum audacia, & in ſuam male perni
ciem argumenta * peccatorum pondere perſeuerant. Quod ſi nondum forſitan cognouiſtis, faci * augmenta
le lectione poteritis addiſcere.

Quamuis igitur Chriſtianis & deuotis mentibus ipſa vniuerſalis Eccleſiæ auctoritas plene ſuf XXIX.
ficiat, nec veſtra (quantum miſſus a vobis ſermo docuit) in hac cauſa minor videatur aſſertio: ne
tamẽ ego quoque petitioni atque interrogationi ſanctę neceſſarium videar denegaſſe reſponſum,
vnam veramq. doctrinam hanc eſſe confiteor, quam Euangelica tenet ac tradit doctrinæ antiqui-
C tas; id eſt, Dei Filium Deum verum & hominem verum vnius prorſus atque inſeparabilis eſſe per
ſonæ. Nec ſicut in alijs Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, ceteriſq. ſanctis atque præclariſſimis vi-
ris habitauit aut habitat Deus, ita in Chriſtum Ieſum diuinam illam plenitudinem velut extrinſe
cus credimus adueniſſe, ſed proprio quodam atque ineffabili modo Filium Dei etiam Filium ho-
minis factum: vt qui vnigeniti Patris ſubſtantia vnigenitus permanebant, ac permanet, mirabili-
ter ſuſcepto homine, fieret primogenitus in multis fratribus; & qui erat in principio Verbũ, & Ver
bũ erat apud Deũ, & Deus erat Verbũ, Verbũ caro fieret, & habitaret in nobis. Ex quo igitur my-
ſterium, quod abſconditum fuit a ſæculis in Deo, cœpit per Angelum in vtero Virginis aperiri,
atque in eum ſanctus Spiritus ſuperuenit, & illi virtus Altiſſimi obumbrauit: Deus in hominem
naſci dignatus eſt qui ſemper erat, vt homo naſceretur, qualis antea non fuerat. Qui enim ſine
matre in cælis æterne genitus eſt, ipſe in terris ſine patre in vtero Virginis homo de Spiritu ſancto
creatus eſt: & ideo in Chriſto Ieſu ſeparari vel ſubdiuidi Dei hominiſq. nullo modo credimus poſ
ſe perſonam, ne non iam in Diuitate Trinitas, ſed quarternitas numeretur.

Beatus Apoſtolus Paulus, dum ad exuendum veterem hominem, & induendum nouum, Fide XXX.
D les exortaretur [a]: primus, inquit, homo de terra terrenus, ſecũdus de cælo cæleſtis. qualis terrenus a 1. Cor. 15.
tales & terreni; & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Quomodo portauimus imaginem terreni, por-
temus & imaginem eius qui de cælo eſt. Rogo, dicant, quomodo eſt homo iſte de cælo, ſi non eſt
Deus conceptus in vtero; aut quæ diſcretio eſt carnis & ſanguinis in homine Adam, & in homine
Chriſto, ſi non homo iſte plenus eſt Deo. Quid enim ſibi vult ſecundus homo de cælo? numquid cæ
lo tranſmiſſa, ac non ſicut ſcriptum eſt, Spiritus ſanctus in Virginem ſuperuenit? Sed quia Verbũ
[b] caro factum eſt, ideo cæleſtis homo appellatus: nec propterea carnem veram non habuit qui de b Ioan. 1.
cælo deſcendit, quia carnem Deus accepit. Merito de ſe ipſo idem Dominus dixit [c]: Nemo aſcẽ c Ioan. 3.
dit in cælum niſi qui de cælo deſcendit, Filius hominis, qui eſt in cælo. Certe adhuc loquebatur in
terra, nec ad Patrem poſt victoriam paſſionis & gloriam reſurrectionis aſcenderat; & tamen Filiũ
hominis iam in cælo eſſe dicebat; hoc vtique omni veritate teſtificans, quia & propter hominem
Deus conuerſabatur in terra, & propter Deum homo habitabat in cælo. Vnde etiam Apoſtolus
[d]: Qui deſcendit, inquit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia. Item alibi [e], d Ephel. 4.
cum de carnis ſuæ cibo & potu ſanguinis Saluator ipſe myſtice loqueretur, ſciens quod offenſi ex e Ioan. 6.
E hoc eius diſcipuli murmurarent, dicentes; Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? ſic ait: Hoc
vos ſcandalizat? ſi ergo videritis Filium hominis vbi erat prius?

Ecce & hic aduertitis, quemadmodum propter vnitatem Dei hominiſq. perſonæ, Filium ho- XXXI.
minis vbi erat prius, perhibet aſcenſurum, quem in vtero Virginis conſtat eſſe formatum, & ex eo
humanæ natiuitatis ſumpſiſſe principium. Nemo itaque ſacrilego ſpiritu audeat ſeparare, quod
videt & in cælo & in terra virtute inſeparabili permanere: ſicut cum * ab omnipotentia Deitatis * enim
homo Chriſtus Ieſus non poteſt eſſe alicuius *, ita & in his quæ in homine vel circa hominem gẽ * alienus
ſta ſunt, ſeparari non poteſt Deus. Natus eſt ergo homo qui nondum fuerat, ſed cum eo atque in
eo naſci dignatus eſt Deus, qui numquam non fuerat: quia Verbum caro factum eſt, & habitauit
in nobis. Simili modo etiam paſſus eſt impaſſibilis per paſſibilem, quem ſuſcepit, & immortalis
mortuus eſt, & qui numquam moritur reſurrexit. Neque enim vel in paſſione defuit illi homini
Deus, alioquin non eſt Dominus gloriæ crucifixus. An dicimus Deum in ſuſcepto homine etiam
apud inferos non fuiſſe, aut vero metuendum eſt non diuinitate ſibi *, quaſi pœnalitet fuerit, quã

nulla

nulla qualitas afficit, nulla dimenſio circumſcribit. Cuius magnitudinem nemo capit, præſentiã A
nemo fugit, ſecretum nemo inuenit, ſplendorem nullus attigit, times includi immẽſum, teneri om
nipotentem, abſcondi vbique diffuſum. Reſoluere (ſicut ſcriptum eſt) inferorum parturitiones,
in quibus voluit & qualiter voluit, rerum Dominus venit, ſubijci huiuſmodi conditioni nõ potuit.
Audi eũ ante tot annorũ millia, dũ beato Iob mirabiliũ ſuorũ opera per nubẽ velut improperãti
a Iob. 38. ſimilis prædicaret, hoc quoque inter innumeras ſui potentias cumulantem [a]: Numquid abſtuliſti impijs lucem, aut brachium ſuperborum comminuiſti, aut veniſti ad fines maris, aut in veſtigijs abyſſi ambulaſti, aut tibi, inquit, aperiuntur metu portæ mortis, aut ianitores inferi videntes te timuerunt, aut cognouiſti latitudines ſub cælo? Si Patris hæc vox eſt, nihil ergo eſt omnipotenti difficile, nihil omnino pœnale; quoniam qui vbique eſt, nuſquam non eſt, quando ei etiam Propheta ex perſona cuiuſdã dicit [b]: Quo ibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si aſcendero in cælũ,
b Pſal. 138. tu ibi es; & ſi deſcendero in infernum, ades. hoc omni teſtificans ac demonſtrãs, Deum, cuius maieſtate plena ſunt omnia, quodam incomprehenſibili atque inexplicabili modo etiam inferis intereſſe: Si autem quod magis probabile eſt in his quæ de eo tanto ante in profetia prædicta ſunt & impleta, Filij Dei vox eſt, quoniam per ipſum facta ſunt omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil: ipſe B
in lumine viſitare dignatus eſt obſtruſa inferorũ, & præpoſitos mortis præſentia inuictæ maieſtatis exterruit; & propter liberandos quos voluit, inferorum portas reſerari præcepit. De ipſo ſiquidem Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi loquitur [c]: Poſuit, inquit manum dexteram ſuper me
c Apoc. 1. dicens: Noli timere: ego ſumus primus & nouiſſimus, & viuens qui fueram mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis inferorum. Propter Deitatem quippe primus quoniam principium, quod & loquitur nobis: propter humanitatem vero nouiſſimus, quia ſuſcipere non dedignatus eſt crucem, mortemq. pro nobis. Et ideo cui in diuinitate nuda ſunt omnia creaturarum, etiam in homine ſuſcepto habet claues mortis & inferorum.

XXXII. Tantum igitur abeſt Deum Dei Filium incommutabilem atque incomprehenſibilem ab inferis potuiſſe concludi, vt nec ipſam animam aſſumpti hominis credamus illic aut exitiabiliter ſuſceptam, aut tenaciter derelictam: ſed nec carnem eius credimus contagione alicuius corruptio-
d Pſal. 15. e Act. 2. nis infectam. Ipſius namque vox eſt in Pſalmo [d] (ſicut Petrus [e] interpretatur Apoſtolus) Non
f Pſal. 87. derelinques animam meam apud inferos, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Ipſe
g Pſal. 68. propter culpam noſtram factus eſt velut homo [f] ſine adiutorio inter mortuos liber. Tunc enim C
quæ non rapuerat (ſicut ſcriptum eſt [g]) exſoluebat. Non igitur mirum, ſi Deum locus aliquis recipit, nec tamen capit, præſentiam ſentit, maieſtatem non impedit, expaueſcit omnipotentiam, ſubſtantiam non includit: ſiquidem illa ſumma & perfecta beatitudo inextinguibilis lucis nec obſcurari tenebris, nec variari locis, nec paſſionib. affici, nec cõditionibus minui, nec temporibus valeat computari. Dei ergo Filius proprium hominẽ nec in inferis deſeruit, nec apud inferos dereliquit.
* aliqua Cuius autem virtute ac maieſtate antiqua * Sanctorum corpora viſa ſunt ſurrexiſſe, ſi Deus inferos minime viſitauit? Quis ille eſt, qui petras ſcidit, terram commoueri, Solem obſcurari diem fugari, velum templi in duas diuidi partes effecit? Numquid homo tantum, non etiam Deus? Ergo ei nec in cruce, nec in morte, nec in ſepulcho, nec in inferis defuit.

XXXIII. Nec aliter aut de alio ſolet intelligi, quod in Pſalmo dictum eſt [h]: Auferte portas Principes
h Pſal. 23. veſtri, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Vnde expaueſcentibus atque interrogantibus; Quis eſt iſte Rex gloriæ? Reſpondetur: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prœlio. Quo prœlio, niſi in quo mortem calcauit? Peccatum innocens occiſus extinxit, & trophæũ
i Matth. 27. Marc. 15. victoriæ de diabolo & eius angelis reportauit. At enim ipſe in cruce dixit [i]: Deus Deus meus, D
k Pſal. 21. quare me dereliquiſti? Sed iſta ſuſcepti hominis vox eſt. Attende vnde ſumpta ſit, & illic vide quid
l Matth. 26. ſequitur [k]: Longe a ſalute mea verba delictorum meorum. Similis hæc vox eſt etiam illi, qua di-
Marc. 14. citur [l]: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Nonne paulo ante ipſe diſcipulis ſuis dixerat [m]:
m Ioan. 14. In hoc contriſtati eſtis quoniam dixi, ego ad Patrẽ vado, & iam non videtis me. ſi diligeretis me, gauderetis vtique, quoniam vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt. In quo ergo iubet gaudere diſcipulos, qualiter creditur contriſtari potuiſſe magiſter, niſi vt in hoc ſuſcepti hominis paſſiones & fluctuationes oſtenderet? Qui enim propter nos redimendos, inſtituendos, confirmandoſq. venerat, omnia in ſe infirmitatis noſtræ genera ſuſtinebat. Non enim habemus ſacerdotem, qui non
n Hebr. 4. poſſit compati infirmitatibus noſtris. Etenim (ſicut ait Apoſtolus [n]) expertus eſt omnia ſecun-
o Matth. 26. dum ſimilitudinem ſine peccato. Similis huic eſt etiam illa vox [o]: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte: verum non ſicut ego volo, ſed quod tu vis. Nonne in hoc venerat, vt pro nobis hunc calicem biberet, & venenum a ſerpente propinatum tali antidoto ſalutis expelleret? Nonne poteſtatem [p] habebat ponendi animam ſuam & poteſtatem habebat iterum ſumendi eam? Non-
p Ioan. 10. q Ioan. 10. ne ipſe dixerat: Nemo [q] eam tollit a me, ſed ego a me ipſo pono eam? & tamen nunc velut dubitãs loquitur & recuſans, vt & illic diuina poteſtas appareat, & hic ſe conditio humana cognoſcat. E
r 1. Rom. 16. Coloſ. 1. Nonne hoc myſterium ante tempora æterna in Deo fuiſſe abſconditum clamat [r] Apoſtolus? Nũ ergo velut repentinum aliquid Chriſtus expauit, quod certo tempore faciendum in æternitate cũ Patre diſpoſuit?

XXXIV. Hæc ergo & talia cum dicuntur, aut fiunt, ſicut ſæpe dictum eſt, veram hominis infirmitatem fragilitatemq. demonſtrant, nec ideo præſentiam diuinæ maieſtatis euacuãt. Dic homo quiſquis es, qui putas Deum ab homine Chriſto paſſionis tempore ſeparatum, an recorderis eum paſſuris
s Matth. 10. diſcipulis ſuam præſentiam fideliter pollicentem, qui dicit [s]: Cum vos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Ita ne ille, qui ſeruis facientibus voluntatem Domini tanti muneris gratiam promiſit, donauit, & exhibuit, ſibi, qui nullo exiſtente peccato pro noſtris peccatis mortem ſubijt innoxiam, vt Patris faceret voluntatem, diuinum auxilium paſſionis tempore denegauit, & Deus

hominem,

A hominem,quem ob hæc ſuſtinenda nulla compulſus neceſſitate ſuſcepit, in hac perfunctione deſtituit? loquitur inter tormenta martyrum præſens,nec eos aliquid meditari permittit, & ſe ipſum in crucis patibulum dereliquit? Ipſe eſt enim(quod ſæpe ac ſemper eſt repetendum)nec diſtingui * poteſt Dei hominiſq.perſona,quia vnitur mea diuerſa ſubſtantia. Abſit aliud credere, abſit de omnipotente ſentire,nec naſci æternus,nec creſcere perfectus,nec impaſſibilis pati,nec immortalis mori ſine vlla ſui immutatione vel corruptione,ſicut iam dictum eſt,ſicq.hæc pati non poſſet ſola diuinitas. *deſunt reliqua.*

* diuidi

XXXV. *Prouinciarũ diſtinctio ex vſu Eccleſiaſtico.*

At de legationibus Occidentalium ad Epheſinum Concilium hactenus. Iam vero ad Orientales Epiſcopos ad Synodum profectos cõuertamus orationem:de quibus illud admonendum putamus,diſtinctionem Eccleſiarum quæ ſint in Oriente vel Occidente, non quidem ex ſitu Orbis, ſecundum Coſmographorum exactam deſcriptionem,factam reperiri,ſed pro ratione partiti Romani Imperij:qua etiam ex cauſa accidat, vt interdum quæ in Meridie potius eſſent collocandæ Eccleſiæ,inter Orientales reperiantur adnumeratæ,vt quæ ſunt Libyæ,Cyrenes,Pentapolis,atque totius Aegypti,nulla alia quidem ratione,niſi quod partes ſint Orientalis Imperij:nam præter re B ceptum ab omnibus in rebus Eccleſiaſticis atque ciuilibus de his vſum,habes id ipſum ex S.Auguſtino,cum agit aduerſus Donatiſtas,atque [a]: Vbi ſit Cyrene,forte neſcis:Libya eſt,Pentapolis eſt,contigua eſt Africæ. Ad Orientem magis pertinet *, vel in diſtributione prouinciarum Imperatorum cognoſce.Imperator Orientalis mittit Iudicem ad Cyrenem.]hæc ipſe:quæ obiter ſemel attigiſſe,ſatis ſit,ne quis putet Patres & nos cum illis frequenter errore labi,cum dictarum prouinciarum Eccleſias inter Orientales legi contingat adnumeratas,ſicut & alias ad Septemtrionis plagam vergentes inter Orientis Eccleſias pariter recenſitas, & Occidentales item dicere quæ ſpectant ad Meridiem & aduerſam illi Borealem partem.

a Auguſt.de Paſtorib.in fine.
* pertinere

XXXVI. *De Epiſcopis Orient. qui venerunt ad Synodum.*

Qui igitur litteris Theodoſij Imperatoris Orientales Epiſcopi vocati erant ad Concilium Epheſi celebrandum,ad diem præſtitutum adeſſe omni ſolicitudine curauerunt, qui ſcilicet ad explodendum nouum portentum & effugandum monſtrum ab Inferi portis proditum,alacri atque accenſo animo eſſent.Inter omnes autem Cyrillus primæ poſt Romanam prærogatiua ſedis, & ipſius primæ ſedis vicaria præfectura reliquos omnes Epiſcopos antecellens,emicuit,atque magis magiſq.cum morum egregia ſanctitate,tum eximia diuinarum rerum ſcientia claruit. Inter alios C etiam magni nominis ex magnis virtutibus comparati,ex Armenia venit Acacius Melitinæ ciuitaris Epiſcopus:fuit hic inſtitutor magni illius Euthymij [b] archimandritæ, qui his temporibus eximia ſanctitate florebat in Palæſtina,in cuius rebus geſtis a Cyrillo diacono ſcriptis de eodem Acacio honorifica memoria eſt. Magni pariter nominis fuit & inter primos ſanctos Epiſcopos Cyrus Aphrodiſiæ Cariæ Antiſtes,de quo extat in conſtitutione [c] Theodoſij Imperatoris præclarũ elogium.Sed & inter ceteros magni meriti ſanctos Epiſcopos recenſendus eſt etiam Petrus Saracenorum Antiſtes,egregiæ ſanctitatis vir.hic nempe ille,quem idẽ qui ſupra magnus Euthymius, & reddidit vna cum ſuis ex milite Chriſtianum,& pre excellentia meritorum vt gẽtis ſuæ primus Epiſcopus crearetur procurauit:cui & ad Synodum profecturo idem Euthymius, vt Cyrillo Alexandrino Epiſcopo,ſimulq.Acacio Melitino in omnibus inhæreſceret,perſuaſit: de his enim non Cyrillus monachus tantum,ſed & Nicephorus [d] fidem facit. De alijs autem qui egregia ſanctitate pollerent,haud quid exploratum dicere poſſumus,cum tamen haud defuiſſe putemus.

De Acacio Melitino & Cyro & Petro Epiſcopis.
b Apud Sur. die 20. Ianuar.
c l.vlt.de ann.& trib.C.Theod.
d Niceph.li.14. cap.35.

XXXVII. *Cyrilli aduentus ad Synodũ.*

Porro Cyrillus Alexandrinus,in quem omnium Orthodoxorum oculi conuerſi erant, vtpote auctoritate pollentem Romani Põtificis,cuius gerebat vices,anteſignanus in prœlio aduerſus im D pietatem ſuſcepto,Alexandria ſoluens,venturus Epheſum,in Rhodum inſulam primo appulit,vnde ad ſuos Alexandrinos epiſtolam ſcripſit de proſpera nauigatione,ipſos hortatus ad bonos conſectandos mores.eſt eius epiſtolæ exordium [e]: Gratia & benignitate Chriſti Saluatoris magnũ illud latumq.pelagus emenſi,peruenimus Rhodum,&c.] Inde vero Epheſum ſoluẽs magna actus eſt maris tempeſtate,vt ipſe teſtatur in Apologia ad Theodoſium Imperatorem. Peruenit tãdem Epheſum ante præſtitutam Imperatoris legibus diem; cum iterum ad ſuos eam dedit epiſtolam, quæ ita incipit [f]: Deſideranti mihi veſtram moderationem,&c.]vbi inter alia de Neſtorio, quẽ ibi repererat(nam Socrates ait [g], ipſum ſtatim poſt diem Paſchatis cum magna populi multitudine Epheſum profectum eſſe,& cum eo Irenæum Comitem Neſtorianum hominem)hæc habet: Circumcurſat per omnia loca peruerſa illa peruigilq.beſtia,Chriſti gloriæ inſidians:at nihil omnino poteſt,inani prorſus caſſaq.illius feritate & malitia permanente.Inſidiatur autem non homini cuipiam vulgari,nobiſve ſimili,ſicut noui iſti magiſtri arbitrantur,ſed Deo omnipotenti. Verũ tamen audiat a quouis Chriſtum amante [h]: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.Ferit enim miſer ſe ipſum,vnaq.cum filijs ſuis ad interitum ruit,&c.]hæc plane de Neſtorio Cyrillus;cum il E le præcucurriſſet ad Synodum,vt ſingulos illuc aduentantes Epiſcopos pertentaret,ſi in ſuas poſſet partes aliqua arte pellicere:ſed fruſtra ceſſit illi omnis conatus, cum omnes ſanctorum Patrũ ſectari ſacra veſtigia animo ſtatuiſſent. Præoccupauit nouus Goliath campum,armorum ex patrocinio Comitum fretus potentia,inſultaturus agminibus Dei viuentis.

e Cyril.epi. 32.
f Cyrill.epi. 33. & Act. Epheſ. edit.Pelt.tom.1. cap.27.
g Socrat.lib.7. cap.32.
Neſtorius cur præuenit ceteros Epiſcopos Epheſum.
h Act 9.

XXXVIII.

Sed quæ iactabat infelix? horrendas plane voces, execrandaſque blaſphemias illas ſæpe repetens & inculcans,nempe [i]: Non eſt dicendum,Deum factum eſſe hominem propter nos] & illud addens:Ego bimeſtrem & trimeſtrem Deum non dico.]hęc nefarius homo & impius,os diaboli,cum quæ ab illo ipſi ſuggeſta eſſent,veluti energumenus,ſpiritu agitatus ſatanæ, ſic foris euomuit,vt intus grauiori blaſphemiarum incendio æſtuaret. Effutijt iſta miſer,cum inter alios contulit cum Theodoto Ancyræ Epiſcopo,& Acacio Meliteno,qui poſtea hæc eadem detulerunt Patribus [k] in Synodo conſidentibus,vt dicemus. Porro hæc ipſum dicentem, omnes qui audiebant, execrabantur Epiſcopi,exceptis ſuis Pelagianis [l], qui ipſi Neſtorio iungebantur:iſti namque(vt vidimus)Romæ a Cæleſtino depoſiti,confugerant Conſtantinopolim, & ab ipſo Neſtorio obuijs

manibus

i Ex rela.Synod. apud Cyri. tom. 4.idem Cyril.Apolog.& epi.10.
k Habent Act. Epheſ.edit. Pelt. tom.1.c 6.
l Cyril.Apolog. tom.4.

manibus ſuſcepti fuerant, atque vt impietatis collegæ cariſſimi, honorifice habiti.

XXXIX. *Ioannis Epiſ. Antiocheni moræ.*

Inter hæc autem cum tempus adeſſet iam conuentus agendi, dieſq. præſcripta litteris Imperatoris, aduenifſet: humanitate quadam viſus eſt omnibus expectandus Ioannes Epiſcopus Antiochenus, qui vna cum alijs ſibi ſubiectis Epiſcopis dolo malo moras nectebat. Iam ante deteximus hominis technas, fraudeſq. quas ipſe Ioannes cum ſuo Neſtorio clanculo pertexuerat. Cuius conſilium illud plane fuiſſe inuentum eſt, nimirum refugere præſentiam Epheſini Concilij; ne alterum de duobus pati compelleretur, vel inuitus ferre calculum in damnationem Neſtorij; vel ſi ſecus faceret, illumq. defendere aggrederetur, eamdem cum illo ſubiret dānationis ſententiā, atque e ſede Epiſcopali depoſitus, ſic damnatus excederet. Porro Cyrillus [a] de eiuſmodi cunctatione Ioānis hæc poſtea ad Theodoſium: Qui enim Antiochenæ præeſt Eccleſiæ, a ſancta Synodo abfuit, licet a veſtro Imperio ad præſcriptum diem adeſſe iuſſus. Detrectauit autem aduentum ſuum, vt cunctādo, improbitati eius qui contra Chriſtum nugatus eſt, *nempe Neſtorij*, gratificaretur; immo ob id quod (vt veriſimile, vel certe verum & indubitatum eſt) eadem cum illo ſentiret.] hæc ipſe. Interea autem idem Ioannes in itinere moras nectens, ad Cyrillum Epheſi conſiſtentem ſuæ cunctationis excuſatorias has litteras dedit [b] frigidas ſatis: B

a Cyrill Apolo. ad Theodoſ.

b Act. Synod. Epheſ. edit. Pelt. tom. 1. c. 21.

Domino meo religioſiſſimo, ſanctiſſimo, & comminiſtro Cyrillo Ioannes in Chriſto S.

XL. *Litteræ Ioannis ad Cyrillū Alexandr.*

Non medocriter me cruciat, poſtquam ſanctitas tua Epheſi præſto eſſe cœpit, paucis hiſce diebus. Etenim ſanctitatis tuæ deſiderium non minus quam res ipſa, vt iter hoc quam citiſſime abſoluere cupiam, me ſtimulat. Tandem ergo poſt multas exantlatas itineris moleſtias, ſanctitatis tuæ precibus adiutus, præ foribus vrgeo: nam triginta totos dies (tot enim ſpatij intercapedo poſtulat) iter vſque facio, nihil quicquam quietis prorſus mihi indulgens: multis interim religioſiſſimis Epiſcopis ob itineris inſolentiam & difficultatem grauiter afflictis, atque non paucis quoque iumentis ob continuum illum profectionis laborem extinctis. Tu igitur Deum preceris, obſecro, vt hoſce quinque aut ſex itineris dies citra ægritudinem percurrere, ſacrumq. ac ſanctum tuum caput nobis complecti & exoſculari liceat. Ioannes, Paulus, Macarius, ceteriq. qui apud nos ſunt religioſiſſimi Epiſcopi ſanctitatem tuam ſalutant. Ego quoque cum meis domeſticis vniuerſam quę tecum agit fraternitatem plurimum ſaluto. Incolumis vale, & pro nobis orare perge, domine piiſſime ac ſanctiſſime.] hactenus ad Cyrillum Ioannes, præmittens ad hæc nuncianda duos Epiſcopos, Alexandrum Apameæ, & alterum Alexandrum Hierapolis Epiſcopum, prout ex Synodica ad Cæleſtinum Papam data patet: inſuper ab illis Ioannis nomine hæc nunciata fuiſſe verba: Præcepit nobis dominus Ioānes Epiſcopus, vt pietati veſtræ dicamus: Si tardauero; quod facitis, facite.] hæc apud Cyrillum in epiſtola ad Comarium [c]. Ita plane homo Neſtorio totus addictus, & a Chriſto prorſus relictus. Subdit autem hæc in Apologia ad Theodoſium Imp. Cyrillus [d]: Cum ſextusdecimus dies ageretur, vix tandem aliqui ex ijs qui cum ipſo erant præcipui, & ipſi Metropolitani venerunt, ipſiuſq. nomine ſanctæ Synodo annunciarunt, omnino non eſſe eius aduentum expectandum, ſed maturandum vt decreta veſtra perficerentur. Tunc tandem ægre ſancta Synodus in ſancta eccleſia, quæ S. MARIAE dicitur, coogregata eſt.] hactenus vſque ad Syoodi principiū Cyrillus ad Theodoſium imperatorem. C

c Cyrill. epi. 10. tom. 4

d Cyrill Apolo. ad Theodoſ.

XLI. *De numero Epiſcoporum Synodi Epheſinæ.*

Quot autem Epiſcopi in ea conuenerint, vna eademq. firmior reperitur aſſertio: ex ipſis namque Synodicis teſtificationibus, quibus magis ſtandum eſſe, nemo non dixerit, conſtat pluſquam ducentos Epiſcopos eidem interfuiſſe. ita Synodica [e] ad clerum Conſtantinopolitanum data ſignificat, id ipſum alia data Synodica ad Imperatores, necnon litteræ Cyrilli Epiſcopi Alexandrini [f] ad clerum Alexandrinum: adeo vt non curandum ſit, ſi qui hodie in eiuſdem Syoodi Actis ſubſcripti inueniuntur, centum quinquagintatrium Epiſcoporum numerum tantum expleant: nam quamplurimos in eis deſiderari, Collectio Cteſtooiana redarguit, in qua nominantur & numerantur Epiſcopi, qui Epheſinæ Synodo interfuerunt [g], centum nonaginta. ita quidem in noſtro codice: fortaſſe in alijs exemplaribus integer ipſorum numerus, nullaque ex parte decurtatus dabitur reperiri. Sed de ſæcularibus magiſtratibus, qui a Neſtorio delecti, ab Imperatore ſunt miſſi Epheſum, dicamus. D

e Act. Epheſ. ed. Cōtian. c. 13. 14.

f Apud Act. Epheſ. edit. Cōtia.

g Act. Ephe. edi. Cōtian & edit. Pelt tom 2. ca. 1. & tom 1. Conci. in Concil. Epheſ.

XLII.

Præter Irenæum Comitem, quem ſibi amiciſſimum Neſtorius ſecum duxit, Candidianus Comes Domeſticorum idemq. Neſtorianus miſſus eſt a Theodoſio Imperatore, qui Synodo intereſſet, curaretq. vt omnia ſumma agerentur tranquillitate: re vera tamen qui Neſtorij cauſam acturus, eidem in omnibus prę ſto eſſet, & aduerſus Orthodoxos tyrannice ageret, vt rerum euenta patefecerunt. Quas autem litteras eidem ad Syoodum Imperator Theodoſius dederit, hic deſcribendas eſſe putamus. ſic enim ſe habent [h].

h Act. Epheſ. edit. Pelt. c. 32. tom. 1.

Impp. Cæſares Theodoſius & Valentinianus, Victores, Triumphatores, Maximi, ſemper Auguſti Synodo S.D. E

XLIII. *Theodoſii epiſtola De legatione Cādidiani Comitis.*

Cum magnam omnium, quæ e Republica ſunt, curam habeamus, tum vero maximam illorū, quę ad pietatem religionemque conſeruandam pertinere arbitramur. Per ea namque cetera quoque bona hominibus ſuppeditantur. Scripſimus proinde non ita multo ante de pietatis veſtræ Synodo apud Epheſiorum metropolim congreganda; eaque Sacræ noſtræ inſeruimus, quæ inſtitutæ rei quam maxime conuenire cenſebamus. Quia vero ordinis, quietiſque quam ſacrę veſtræ Synodi conſultationes iure depoſcunt, decentem quoque curam adhibitam oportuit; ne hanc quoque partem, quo vndique tranquillitas adeſſet, prætermittendam exiſtimauimus. Non arbitramur autem pietatem veſtram, vt alijs pacem conciliet, alterius cuiuſpiam extrinſecæ opis egere: ſiquidem ad noſtrum erga religionis ſtudium ſingularemque prouidentiam pertineret & hanc quoque non negligere.

XLIV.

Igitur Candidianum præclariſſimum religioſiſſimorum Domeſticorum Comitem ad hanc ſacram veſtram Synodum abire iuſſimus, ſed ea lege & conditione, vt cum quæſtionibus & contro-

uerſijs

A uerſijs quæ circa fidei dogmata incidunt,nihil quicquam commune habeat(nefas eſt enim, qui
ſanctiſſimorum Epiſcoporum catalogo adſcriptus non eſt,illum Eccleſiaſticis negotijs & conſul-
tationibus ſeſe immiſcere)verum vt monachos & ſæculares ac ceteros denique omnes,qui huius
ſpectaculi cauſa vel eo nunc confluxerunt,vel in poſterum forte confluent, ab eadem illa ciuitate
omnibus modis ſubmoueat:quandoquidem non licet illos,qui omnino neceſſarij non ſunt,ſacro-
tum dogmatum examen aliquo tumultu impedire,& iis quæ cum tranquillitate a veſtra ſanctita-
te conſtitui definirique debent, obſtaculum aliquod afferre:tum rurſus vt diligenter proſpiciat,
ne qua grauior diſſenſio ex mutuo repugnandi ſtudio coorta, & ſæuę tempeſtatis inſtar debac-
chata,ſanctiſſimæ Synodi veſtræ cõſultationem,exactioremq. veritatis indagationem quouis mo
do obturbet:tum denique quo operam det ſedulam,vt omnibus & ſingulis quæ dicuntur, rite per
ceptis,ſinguli inoffenſe quod viſum fuerit,in medium proponere,vel ab alijs propoſitum, ſi opus
id fuerit,refutare queant:quo ea tandem ratione,vbi per ſingulas propoſitiones, exceptioneſque
inquiſitio citra vllam omnino turbam contentionemq. habita fuerit,quod omnibus placitum pro
batumq. erit,communi veſtræ ſanctitatis ſententia conſtituatur,decernaturque.

Munus legati Imperatoris in Synodo.

B Ante omnia autem ſeuere eidem magnificentiſſimo Candidiano mandatum eſt,vt quã ſtudio XLV.
ſiſſime obſeruet,ne quem ex ſanctiſſima Synodo veſtra aut reditum molientem,aut iter ad exerci
tum noſtrum affectantem,aut ad alium quemcumque locum abſcedere cupientem,prius inde abi
re permittat,quam diligẽti adhibita diſcuſſione,ea omnia decreta,definitaq. fuerint,quæ in diſqui
ſitionem venerant. Hinc,ne vllam omnino aut Eccleſiaſticam,aut aliam quãcumque controuer-
ſiam vndecumque natam vel motam,quæ ad propoſitam ſancti dogmatis conſiderationem non
pertineat,ante moueri ſinat,quam eorum omnium, quæ nunc in quæſtionem vocata ſunt,ambi-
guitate ſoluta, ea quæ ad veritatis inueſtigationem faciunt exactiſſimo iudicio diſcutiantur, fi-
nemq. Orthodoxæ religioni congruum ſortiantur.

Quin & huius quoque admonita ſit veſtra pietas,nempe ſerenitati noſtræ viſum eſſe,vt nul- XLVI.
la omnino in ſacra veſtra Synodo,aut etiam in publico Epheſiorum iudicio pecuniaria aut crimi
nalis cauſa aduerſus aliquem agitetur. Quod ſi quid huiuſmodi extiterit,cuipiam ve vſu venerit,
huius integram cognitionem magnæ huic noſtræ ciuitati reſeruatam volumus. Denique nec id
quoque vobis clam ſit,videlicet,magnificẽtiſſimum Comitem Irenæum neque ſanctiſſimæ veſtræ
C Synodi conſilijs,neque his quæ eximio legato noſtro Candidiano a nobis demanata ſunt, vllate-
nus communicare debere;vt qui ſolius amicitiæ cauſa cum ſanctiſſimo pijſſimoq. celeberrimæ ci
uitatis huius Epiſcopo Neſtorio Epheſum ꝓfectus ſit.] hactenus Theodoſij ad Synodum epiſtola
quam Sacram dicunt:ea namque de cauſa ad verbum ipſam voluimus recitaſſe,vt quæ ſint iura &
officia legati Cæſaris in Synodis omnibus palam fiat.

Cum igitur per terminum litteris Theodoſij Imperatoris præfinitum dies adhuc quindecim XLVII.
Epiſcopi Epheſi Ioannem Antiochenum Epiſcopum expectaſſent,& de eius aduentu omnem iã
ſpem contriuiſſent:vt Synodum iam inchoarent,illud etiam impulit,quod Epiſcoporum,qui e di
uerſis prouincijs æſtiuis caloribus longo itinere fatigati aduenerant,ægrotare complures cœpiſ-
ſent,& ex eis aliqui defuncti eſſent;cum qui remanerent incolumes,ſimilia pati timentes,opus vt
gererent. Teſtati ſunt quidem id ipſi in Synodali epiſtola ad Theodoſium Imperatorem miſſa, his
verbis: Interea vero alij quidem Epiſcopi ſenio confecti inuſitata inter alienos viuendi cõſuetudi
ne grauiter affligebantur;alij aduerſa valetudine in vitæ periculum adducebantur; nonnulli vero
ex illis in hac ipſa vrbe diem extremum obierunt: quidam denique graui rerum penuria confli-
D ctati,& ob id moræ impatientes,importune vt Synodales conuentus primo quoque tempore au-
ſpicarentur,nos vrgebant.] hæc ipſi.

Epiſcopi grauia paſſi Epheſi.

Quamobrem conſenſu omnium decimaquinta die impenſæ moræ, quæ fuit vigeſimaprima XLVIII.
menſis Iunij pridie eius diei qua Synodus haberi cœpta eſt,iudiciali ordine res inchoatur: miſſi
namque ſunt a Patribus quatuor Epiſcopi,Hermogenes Rhinocururæ,Athanaſius Paraliæ, Pe-
trus Parentolorum,& Paulus Lampæ Epiſcopi,inuitare, ſeu potius citare Neſtorium ad diei ſe-
quentis futurum in publico omnium conſeſſu iudicium. Qui ab illis conuẽtus,magno faſtu ſper
nens eos, hæc tantum eſt verba rotunda ac faſtu plena locutus: Conſiderabo & videbo.] retulerũt
hæc omnia ijdem miſſi ad eum Epiſcopi in prima habita ſeſſione [a], die nimirum vigeſimaſecun
da menſis Iunij. Neſtorius autem in litteris,quas poſtea ad Theodoſium miſit, teſtatur ſe miſiſſe
Epiſcopum,petentem expectari debere Ioannis aduentum;nec ante cogendam Synodum, quam
Candidianus Comes ipſis diem indiceret;tunc ſe adfuturum pollicitum. Quatuor vero dierum
dilationem Neſtorium petijſſe,ipſum iactare ſolitum,habent litteræ Cyrilli ad Comarium.

Synodus quando agi cœpta.

a Act. Synod. Epheſini ſuperius citata.

Collecta igitur Synodus ipſa eſt in eccleſia ſanctiſſimæ Dei genetricis Mariæ, Mariana ob eã XLIX.
cauſam appellata. Diſpoſitiſq. ſedibus, & pro perſonarũ dignitate ijſdẽ ſingulis deſtributis;præſi
E dere Chriſtum Synodo,eo ſignificauere myſterio,dum ſacroſanctum Dei Euangelium in conſpi
cua ſede poſuerẽ in medio collocata. Teſtatur id quidem S. Cyrillus in Apologia ad Theodoſium
his verbis [b]: Sancta Synodus in ſancta eccleſia,quæ Mariana vocatur,congregata eſt, Chriſtumq.
aſſeſſorem capitis loco adiunxit: venerandum enim Euangelium in ſancto throno collocauit, ve-
luti in aures ſacerdotum inclamans; Iuſtum iudicium iudicate: Iudicabitis inter ſanctos Euange-
liſtas & Neſtorij voces.] hæc ibi. Et in Synodali epiſtola ad Theodoſium. Sanctum Euangelium,
quod ipſum Chriſtum ob oculos ponebat, in trono qui locum medium obtinebat,propoſitũ fuit,
&c.] id quidem ex more:quod & in Chalcedonenſi quoque factum eſſe Concilio argumento ſunt
illa verba Iudicum atque Senatus coram Patribus dicta [c]: Quoniam Euangelia poſita a reuerẽ
tia veſtra perſpicimus,&c.]

b Cyril. Apolo. tom. 4.

Euangelium in Throno poſitũ.

c Concil. Chalc. Act. 4.

Quod vero ad reliquum ſedendi ordinem ſpectat: Cyrillum vicem agentem Romani Pontifi- L.
cis primum obtinuiſſe locum,inde vero Arcadium legatum miſſum a Cæleſtino vbi venit, poſtea
Iuuenalem

Iuuenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum, atque Theodotum Ancyræ Epiſcopum agentes patronos Synodi, ſubinde vero duos alios ſedis Apoſtolicæ legatos Proiectum Epiſcopum ac Philippum presbyterum, ac reliquos demum Epiſcopos, ex Creſconiana Collectione, vbi ponitur ſubſcriptio omnium Epiſcoporum, colligi poſſe videtur. Quæ antem diebus ſingulis facta ſint, ſat erit hic ſummatim reddi, cum extent ipſa Acta Concilij Epheſini, quæ ſingula fuſius doceant: cum tamen prætermiſſa nolumus, quę ad plenam rerum geſtarum exactamq. cognitionem conducere poſſe videntur. Videamus igitur quid diebus ſingulis per Actiones ſingulas factum ſit. A

LI. *Prima actio Concil. Epheſini.* Die itaque vigeſimaſecunda Iunij primam ſeſſionem haberi contigit, in qua Petrus presbyter Alexandrinus idemq. Tribunus & Notarius legit quæcumque per Cæleſtinum Papam & Cyrillum geſta eſſent contra Neſtorium. Poſtea ex ſuggeſtione Iuuenalis Hieroſolymitani Epiſcopi recitatæ ſunt litteræ Theodoſij Imperatoris datæ anno ſuperiori de Synodo indicta. Cumq. cognitum eſſet, iam diu interlapſum eſſe terminum præſcriptum cogendæ Synodi, & Epiſcopos non nullos moram illam ægre ferre, quod complures mala valetudine laborarent; rem aggredi omnibus viſum eſt. Ac ſic primo loco, expoſcente Cyrillo editæ ſunt litteræ Theodoſij hoc anno ad Synodum datæ, quas nuper reddidimus. Sed Theodoto Epiſcopo Ancyrano rem differri placuit B *Secundo citatur Neſtorius.* vſque ad Neſtorij in Synodum aduētum. Rogati ſunt interea quatuor Epiſcopi, qui pridie huius diei ad Neſtorium aduocandum ad Synodum miſſi erant, vt de illo referent. Qui cum retuliſſent Patribus tumore plenam reſponſionem illius; placuit Epiſcopis, vt rurſum alij Antiſtites mitterentur, qui eumdem Neſtorium conuenirent. Qui ad hoc delecti fuerunt, hi ſunt, Theodulus Epiſcopus Eleuſæ Palæſtinæ, Deſiderius Epiſcopus Cherſonenſis Cretæ, Theopentus Epiſcopus Cabaſorum Aegypti, additus & Epaphroditus lector & Notarius Hellanici Epiſcopi Rhodiorum: quibus & hæc nuncianda Neſtorio tradiderunt [a]:

a Act. Epheſ. ed. Pelt. tom. 1. c. 2.

LII. *Mandatum Synodi ad Neſtorium.* Oportebat quidem pietatem tuam per religioſiſſimos pijſſimoſq. Epiſcopos, vti ad ſacram Synodum in ſancta & Catholica Eccleſia, hac ipſa luce congregatam veniret, heſterno die admonitam, nullatus defuiſſe. Quoniam vero ſanctitas tua in coacta Synodo deſiderata eſt; per Theopentum, Deſiderium, & Theodulum religioſiſſimos ſanctiſſimoſque Epiſcopos, & Epaphroditū lectorem & Notarium Rhodiorum ciuitatis, te denuo rogare cogimur, vt te nobis adiungas, & nulla ratione ab earum rerum tractatione, quæ iam prę manibus ſunt, diutius abeſſe pergas: præſertim cū religioſiſſimi Deoq. addictiſſimi Imperatores noſtri, vt ceteris omnibus poſthabitis, ad fidem cōfirmandam ſummo ſtudio incumbamus, tantopere nos vrgeant.] hactenus mandatum Synodi ad Neſtorium perferendum. Quid autem ad hæc Neſtorius? relatio facta a Theopento Epiſcopo, vbi cum collegis ad Synodum reuerſus eſt, declarat his verbis [b]: C

b Act. Epheſin. tom. 1. c. 2. edit. Pelt.

LIII. *Relatio de Neſtorij contumacia.* A ſacra & magna hac Synodo ad religioſiſſimum Epiſcopum Neſtorium miſſi, ad domiciliū illius venimus. Viſa autem non parua militum fuſtibus inſtructorum multitudine noſtrum aduētum indicari rogauimus: illi autem, ne id fieret, impediebant. Dicebant illum ſeorſum nonnihil quieſcere, ſeq. ne quempiam omnino conueniendi ſui cauſa intromitterent, iuſſos eſſe. Cum vero aſſereremus, fieri non poſſe, vt nullo accepto reſponſo, recederemus, quod ſacra Synodus publico ſcripto illum citaret, ſuoq. conuentui modis omnibus adeſſe cuperet; quidā ex illius clericis egreſſi, idem quod paulo ante milites, reſponderunt. At vero vbi perſtamus, reſponſum vrgentes; Florentius deuotus Tribunus, qui cum Candidiano magnificentiſſimo illuſtriſſimoq. deuotorum Domeſticorum Comite vna venerat, in medium prodiens, tamquā qui reſponſum aliquod allaturus eſſet, expectare nos iubet. Paremus non grauatim. Tandē vna cum quodam Neſtorij clerico foras egreſſus, ita nos affatur: Mihi quidem Neſtorium videre non licuit, per alios autem hæc ſignificauit; Cum omnes Epiſcopi ſimul conueniſſet, tum ſe quoque adfuturum. atque hoc ipſum pietati veſtræ renunciatum voluit.] hæc coram Synodo Theopentus Epiſcopus: eadem quoque & collegæ reliqui retulerunt. D

LIV. Quibus acceptis, ſanctæ Synodo viſum eſt, vt iudiciario ſeruato ordine, Neſtorius denuo etiā tertio per Epiſcopos citaretur: miſſique ſunt Anyſius Thebarum, Domnus Helladis, Ioannes Epeſti, & Daniel Darnenſis Epiſcopi, necnon Anyſius Notarius & lector Firmi Epiſcopi Cæſareę Cappadociæ, dato eiſdem ſcripto mandato, quod Neſtorio offerrent, his verbis concepto: Sancta *Neſtorius tertio citatur.* Synodus canonibus obtemperans, tamquam leni ac patienti animo hactenus ferens, eo tertio ad ſuum conſeſſum te inuitat. Digneris itaque vel nunc tandem te huic conuentui adiungere, eorumque dogmatum quæ hæretice pro concione diſſeminaſſe diceris, in communi Eccleſiæ conuentu rationem reddere. Quod niſi coram de omnibus hiſce, ſiue ex ſcripto contra te allato, ſiue citra ſcriptum te expurgaueris: ſanctiſſimam Synodum neceſſitate compulſam iuxta ſanctorum Patrum ſanctiones ſententiam aduerſum te pronunciaturam eſſe, nihil quicquam dubites.] iſta miſit Synodus ad Neſtorium citatione tertia peremptoria. E

LV. *Tertia relatio de Neſtorij indurata peruicacia.* Quid autem ab eis actum ſit, Ioannes vnus ex miſſis Epiſcopis cum alijs rediens hæc expoſuit coram Synodo [a]: Cum veſtibulo appropinquaremus, ecce tibi non paruam militum fuſtibus armatorum manum intra ipſum veſtibulum offendimus. Rogamus, vt ad ædium, quibus Neſtorius vtebatur, ianuam nos admitterent; vel ſaltem, vt ipſi illum, nos cum tertia iam citatione adeſſe certiorem faciant, a ſacra Synodo ad vnum hoc deſtinatos, vt ſuam pietatem blāde, omniq. cum māſuetudine inuitemus. Verum diu multumq. præſtolati, nec ſub vmbra quidem ab illis ſatellitibus conſiſtere permiſſi ſumus: imno vero inſolenter impudenterq. huc illucq. nos impellentes, vix tantillum loci concedebant, vbi pedem quiete figeremus. Sed neque vllo quoque humanitatis beneuoloq. reſponſo nos dignabantur. Porro autem cum multas horas fruſtra expectaſſemus, illud ſubinde repetentes: Quatuor tantum Epiſcopi præſto ſumus, nullo conuiciandi ſtudio incitati, neque ob id miſſi vt quippiam contumelioſum aut inhoneſtum deſignemus, ſed vt ſecundum iuris ordinem, etiam nunc tertio illum, vti ad ſacram hanc eccleſiam properans ſacræ Synodo interſit, amice

a Act. Epheſin. edit. Pel. tom. 2. cap. 2.

Digitized by Google

A amice admoneamus. Tandem milites per quoſdam ſignificant, aliud nullum reſpõſum nos eſſe ac
cepturos, etiam ſi ad veſperam vſq. in domus veſtibulo opperiremur. Addunt ad hæc quoq. nempe
ea de cauſa veſtibulo ſe cuſtodes adhibitos, illudq. a Neſtorio in mandatis accepiſſe, ne vllum om
nino qui a Synodo miſſus eſſet, ad ipſum ingredi permittatur.] hactenus Ioannis Epiſcopi relatio,
quam collegæ teſtificatione firmarunt.

His auditis, cũ nulla ſpes amplius aduentus Neſtorij eſſet, immo & vocandi eum denuo omnẽ LVI.
aditum præcluſum ſcirent: ad Synodum celebrandam conuertunt animũ & impendunt officia. Le
cta eſt per Candidianum Comitem, quam ad Synodum (vt diximus) Theodoſius dedit epiſtolam:
licet Comes ſe inuitum nolentemq. abſq. præſentia Ioannis Antiocheni id facere conteſtaretur, vt
ipſe poſtea affirmauit in conciliabulo a Neſtorianis celebrato. Inde vero primo loco, ex more, reci
tato ſacroſancto Nicæno fidei Symbolo, lecta eſt ſubinde Cyrilli Epiſcopi Alexãdrini epiſtola ad
Neſtorium: qua ab omnibus Catholica comprobata, mox iuſſa eſt legi antigrapha Neſtorij ad Cy *Improbata a*
rillum reddita epiſtola, quæ vt hæretica omnium ſententia improbata eſt, & vt impia conclama- *Synodo ſcripta*
ta, pariterq. damnata, iiſdemq. conclamationibus vna cum ea auctor ipſe Neſtorius omnium ore *Neſtorij.*
B damnatur his vocibus: Quicumq. Neſtorium non anathematizat, anathema ſit: Hunc recta fides
anathematizat. Quicumq. cum Neſtorio communicat, anathema ſit: Omnes Neſtorij epiſtolas &
dogmata anathematizamus: Omnes qui cum Neſtorio commercium habent, anathematizamus.
Quicumque hunc non anathematizat, anathema ſit: Hunc recta fides anathematizat: Hunc ſacra
Synodus anathematizat. Qui Neſtorio communicat, anathema ſit.]

Poſt hæc autem ſuggeſtione Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopi, quem patronum Synodi LVII.
egiſſe diximus, legi iubetur epiſtola Cæleſtini Romani Pontificis de damnatione Neſtorij, inſup *Lecta epiſtola*
& epiſtola e Concilio Alexandrino, aliaq. Cyrilli ad ipſum Neſtorium tum data de eius damnatio *Cæleſtini de*
ne, niſi litteris pareat Cæleſtini. Quibus cognitis, & omnium ſententia comprobatis, addita his eſt *Neſtorij dam*
relatio Epiſcoporum, qui dictas litteras Conſtantinopolim ad Neſtorium pertulerunt, quam ſuo *natione.*
loco ante reddidimus. Poſt hæc vero iuſſi ſunt ſanctiſſimi Epiſcopi Acacius Melitinus & Theodo-
tus Ancyræ coram omnibus referre, quas nuper Epheſi audiſſent ore Neſtorij horrendas iactatas
eſſe blaſphemias. His autem pluribus recenſitis, ſuggeſtione Flauiani Epiſcopi Philippenſis prola
ta ſunt in medium ex diuina primum Scriptura teſtimonia, quibus demonſtraretur, Verbi incar-
C nationem indiuiſe & incõfuſe in vtero Virginis factam, duarumq. naturarum coniunctione vnam
tantum redditam eſſe perſonam, Chriſtum Ieſum, Deum & hominem: quibus additæ ſunt ſancto
rum antiquorum Patrum de eiuſmodi veritate ſolidæ inconcuſſæq. ſententiæ, quas continet Cre-
ſconiana Collectio. A quibus quantum abhorrerent ſcripta Neſtorij, ex eius Quaternionib. in Sy-
nodo iuſſis legi palam factum eſt omnibus. His igitur cũ omnium deteſtatione & execratione au-
ditis, iuſſæ ſunt aliæ ad Synodum ſpectantes legi litteræ, proditæq. in primis quę ſcriptæ fuerunt ab a Act. Epheſin.
Epiſcopo Carthaginenſi, quas ſuo loco deſcripſimus: quæ laudatæ atq. Actis demum inſertæ ſunt. Conc edit. Pelt.
Verum aduerſus Neſtorium ſententia a Patribus lata eſt, quæ ſic ſe habet [a]: tom. 1. c. 10.

Cum inter cetera religioſiſſimus Neſtorius neq. noſtræ citationi parere, neq. ſanctiſſimos rur- LVIII.
ſus religioſiſſimoſq. Epiſcopos noſtros ad ſe miſſos admittere voluerit: nõ potuimus ad eorũ quæ *De damnatio-*
impie docuit examinationem, animum non adiungere. Edocti itaq. partim ex litteris, commenta- *ne Neſtorij.*
rijſq. illius hic publice lectis, partim rurſum e ſermonibus quos in hac Epheſiorum metropoli ha
buit, quiq. teſtimonijs comperti ſunt illum impie docere & ſapere, per ſacros canones, ſanctiſſimi
que Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cæleſtini patris noſtri litteras: lacrymis ſuffuſi & pene inuiti ad
D lugubrẽ hanc ſententiã ferendam vrgemur. Igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quẽ ſuis ille bla *Sententia in*
ſphemijs vocibuſq. impetiuit, per ſacrã hanc Synodum eumdẽ Neſtorium omni prorſus Epiſcopa *Neſtorium la*
li dignitate priuatum, & ab vniuerſo nihilominus ſacerdorũ cõſortio & cętu alienũ eſſe decreuit.] *ta.*
hactenus verba in Neſtoriũ prolatæ ſñiæ; cui omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt, numero (vt habent
Acta) pluſquã ducenti. quam quidem, hiſce additis litteris, voluit Synodus Neſtorio ſignificari [b]: b Act. Epheſin.
Sancta Synodus iuxta religoſiſſimorum, Chriſtianiſſimorumque Imperatorum noſtrorũ præ- Conc. edit. Pelt.
ſcriptum in Epheſiorum metropoli per gratiam Dei coacta, Neſtorio nouo Iudæ. tom. 1. c. 11.

Agnoſce, te propter impias conciones tuas, obſtinatamq. aduerſus ſacros canones cõtumaciã, LIX.
contumacemq. obſtinationem, vigeſimaſecunda menſis Iunij iã decurrentis ſecundum Eccleſia-
ſticarum ſanctionum decreta, a ſancta Synodo exauctoratum, atq. adeo ab omni Eccleſiaſticæ di-
gnitatis gradu amotum eſſe.] hactenus ſancta Synodus ad Neſtorium. Secutæ ſunt poſt damnatũ
Neſtorium acclamationes, quibus Cæleſtinum Papam, qui iam ante damnaſſet Neſtorium, miri-
fice laudauerunt: teſtantur id quidem litteræ Synodales die ſequenti ſcriptæ ad Imperatores.

Poſt hæc vero ab eadem ſacra Synodo Catholicæ fidei decretum firmatum eſt: repetito nam- LX.
E que Nicæno Symbolo, ſub anathemate præceptum eſt, ne quis aliquid præter id quod per eum de
finitum eſſet, ad fidem adijcere vllo modo tentaret. Hunc itaq. finem acceperunt Acta Concilij E-
pheſini primæ diei. Sic igitur proiectus eſt draco ille magnus, qui inſidiabatur Virginis partui, in-
uidens illi diuinitatem. Et ſicut in cælo magnum pertigit gaudium Angelos omnes eaſdem voces
victoriæ iterum repetentes: Nunc [c] facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri & poteſtas Chri c Apoc. 12.
ſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.] ita & in Eccleſia Dei Fideles exultantes
gloriam & laudem Deo dederunt & Chriſto eius cũ Spiritu ſancto, qui vindicaſſet per ſanctos Pa-
tres ſanctiſſimam Virginẽ Mariam Deiparam a Neſtorij portentoſa calumnia. Quo autem extem
poraneo triũpho ipſe pius, Deoq. dilectus, Virginis cliens ac ſubditus, eiuſq. cultor populus Ephe-
ſinus exceperit progredientes e tanta victoria Patres, litteræ Cyrilli Alexandrini tũc temporis ad
ſuos ſcriptæ teſtantur, cum de rebus tunc geſtis eoſdem reddidit certiores; ſic enim ſe habent [d]: d Cyril. epi. 34.
tom. 4.

Etſi fuſius pietati veſtræ quæ geſta ſunt, ſignificanda erant; vrgentibus tamen tabellarijs, bre- LXI.
uius ſcripſi. Scitote itaq. ſanctam Synodum vigeſimaoctaua menſis Payni, Epheſi, in magna eius

Digitized by Google

Epiſtola Cyrilli ad Alexād. de rebus in Synodo geſtis. ciuitatis eccleſia, quæ Maria Deipara vocatur, celebrari cœpiſſe. Cum autem integrum diem con- A
ſumpſiſſemus: tandem ipſum Neſtorium ſacro Concilio adeſſe & ſe conferre non ſuſtinētē condē
nauimus, depoſitioniq. ſubiecimus, & ab Epiſcopatu excluſimus. Sumus autem hic cōgregati Epi
ſcopi vltra ducentos, fere plus minus trecenti. Perdurauit autem vniuerſus ciuitatis populus a ma
ne vſque ad veſperam ſanctæ Synodi iudicium expectās. Vt autem audierūt infelicem illū eſſe de
poſitum, cœperunt omnes vna voce ſanctam prædicare Synodum, & Deum glorificare, quod ceci-
diſſet fidei inimicus. Egredientes vero nos ab eccleſia deduxerūt cum lampadibus vſque ad diuer
ſorium noſtrum (erat enim iam veſpera) & facta eſt multa lætitia, & luminaria in ciuitate poſita,
ita & mulieres quoque adolentes thymiamata cum thuribulis nos præcederent. Oſtendit enim
Triumphus Orthodoxorum. Saluator blaſphemantibus gloriam ſuam, quod omnia poſſit. Facturi itaque ſumus chartulas cō-
plectentes depoſitionem illius: indeque, Deo comitante, ad vos feſtinare. Chriſti gratia, omnes
ſumus bona animi & corporis valetudine. Optamus valere in Domino, dilectiſſimi & deſideratiſ
ſimi.] hucuſque Cyrillus ad ſuos.

LXII. Tunc plane accidit, vt ſicuti ignorantes Epheſij olim verum Deum, dæmonum ludibrijs de-
mentari, Dianam Magnam propenſiori ſtudio colere & conclamare ſolebant, ita ijdem ad veram B
per Apoſtolos tranſlati religionem, bene verſa rerum vice, ijſdem præcinentibus, & reliquis ſuc-
ceſſoribus ſanctiſſimis Epiſcopis ſuccinentibus, omnes ex æquo, Mariam Deiparam, celſioribus
attollerent vocibus, præconijs exaltarent, iugiterq. repeterent, & infatigabili ſtudio iterarent: quā
& propenſiori obſequio venerari, & celebriori cultu frequentare perſeuerarunt. Porro per publi-
cos præcones damnationem Neſtorij Epheſi promulgatam & proclamatam fuiſſe, Candidianus
Comes in conciliabulo poſtea teſtatus eſt. Sed iam ad ſequentis diei Acta pergamus.

LXIII. Sequenti die, vigeſimatertia menſis Iunij, Cyrillus, cum in vnum conueniſſent Epiſcopi, ha-
Secunda actio Cōcilij, ex qua Synodalis epiſtola ad Theo. Imp. ſcripta. buit ad populum homiliam, cuius eſt exordium: Alacrem video congregationem ſanctorum om-
nium, qui hic prompte a ſancta Deipara Maria vocati conuenerunt, &c.] vbi complura in laudē
ſanctiſſimæ Dei genitricis locutus, in Neſtorium acerrime (vt par erat) inuectus eſt. Poſt hæc ve-
ro ſcriptæ ſunt a Synodo litteræ ad Theodoſium Imperatorē de rebus Epheſi geſtis vſque ad Ne-
ſtorij damnationem. eſt illarum exordium [a]: Veſtra pietas, pijſſimi, Chriſtianiſſimiq. Principes,
a Cyril. epiſt. Synod. 2. &c.] & in fine, quid ab eodem Imperatore Patres peterent, explicauerunt his verbis: Veſtram au
tem maieſtatem iterum atque iterum rogatam cupimus, vt vniuerſam illam doctrinam e ſanctis C
Eccleſijs ſubmoueri, eiuſdemq. libros vbique locorum repertos iubeat flammis abſumi. Quod ſi
quis veſtras ſanctiones ſpreuiſſe compertus fuerit, ille veſtræ dominationis indignationem non
abſque formidine ſentiat. Hac enim ratione fiet, vt Catholica fides per veſtram pietatem munita
perſiſtat illæſa, noſq. iugēs pro veſtra maieſtate preces fundamus, per quam & Chriſtus glorifica-
tur, & gloria Dei omnibus hominibus illuſtrior redditur. Porro autem quo iſtæc ſint clariora, ma
giſq. aperta, adiungere placuit Actorum monumēta. Subſcripſimus omnes quotquot pijſſimi Epi
ſcopi in ſuperioribus commentarijs fuimus ordine recenſiti.] hæc Patres ad Theodoſium; licet, ex
b Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 2. c. 12. more, ad vtrumque Auguſtum datam eſſe epiſtolam, inſcriptio præſeferat. Qua etiam die, nempe
vigeſimatertia menſis Iunij, ijdem qui interſuerant Synodo Epiſcopi litteras perbreues de damna-
tione Neſtorij ſcripſerunt ad Eucharium & clerum Conſtantinopolitanum his verbis [b]:

LXIV. Sancta Synodus ſecundum religioſiſſimorum, pijſſimorumq. Imperatorum noſtrorum decre
tum Epheſi Dei gratia congregata, illuſtriſſimo Euchario, reuerendiſſimiſq. presbyteris & œco-
nomis, ceteriſq. religioſiſſimis, Catholiciſſimiſq. Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ clericis ſalutem.

Epiſtola Syno. ad clerum Cōſtantinop. Agnoſcat pietas veſtra, blaſphemum & nefarium illum Neſtorium propter impiam ſuam do- D
ctrinam, præfractamq. aduerſus Eccleſiaſticos canones contumaciam, heſterno die, qui fuit men-
ſis Iunij iam labentis vigeſimusſecundus, a ſancta Synodo iuxta Eccleſiaſticas ſanctiones exau-
ctoratum, & ab omni Eccleſiaſtico gradu & ordine amotum eſſe. Sedulo proinde omnia, quæ ad
Dei Eccleſiā pertinent, curate & aſſeruate; certi exactam vos illi rationem reddituros, qui Dei vo
luntate, pijſſimorum. ac religioſiſſimorum Imperatorum noſtrorum nutu, communibuſq. ſuf-
fragijs ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus præficietur.] hactenus Synodalis epiſtola.
c Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 2. c. 27. Alia inſuper reperitur epiſtola Synodalis eodem argumento conſcripta ad clerum itidem Conſtā
tinopolitanum, in qua mentio habetur de Ioanne Euangeliſta, quod cum Maria Dei genitrice
d Extant in Act. Concil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 2. c. 24. Epheſum aliquando incoluerit. eſt eius initium [c]: Nemo vmquam Creatori ſuo obſiſtere auſus,
&c.] Scriptæ autē ſunt a Cyrillo aliæ, ſed priuatim, de Neſtorij damnatione epiſtolæ, & inter alios
ad clerum eiuſdem vrbis, vt ex eorum ad ipſum redditis litteris [d] apparet.

LXV. Quæ vero funeſta poſt hæc acciderint, ipſe ſtylus exarare magnopere exhorreſcit. Accidit pla
Apoc. 12. ne (vt antiquis prophetijs iungamus hiſtoriam) iuxta illud Apocalypſis [e]: Cum ſe deiectum vi-
De Neſtorio inſtaurāte certamen. diſſet, iratus eſt draco in mulierem, & abijt facere prœlium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſto E
diunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti: & ſtetit ſuper arenam maris.] cui præſto
fuit beſtia e mari aſcendens, aucta capitibus ſeptem, cornibuſq. decem armata, ornata vero regijs
diadematibus, viſu horrenda ob blaſphemiæ nomina ſuper capita exarata. Cum videlicet Neſto
rius deterrimus omnium hæreſiarcha, damnatus licet, denuo inſtaurās bellū, nullo niſi arenæ ſteri
lis fundamento ſubnixus, ab emergenti beſtia aucupatur auxilium; dum videlicet ſeculari pote-
ſtate, Comitibus ipſis, regijs armis, vi tyrannica expugnare conatur ſanctos Dei & Catholicam ve
ritatem. quibus quidem rebus ſymbolicæ illæ ſpecies quam concinne aptentur, atque eius fautori
bus congruant, ipſius hiſtoriæ veritas plus ſatis ſignificabit. Aggrediamur ergo tragœdiam
omnium funeſtiſſimam; & de Synodo œcumenica Epheſina in Spiritu ſancto legitime congre-
gata, tranſeamus ad veſparum examen, crabronum turmam, ſynagogam Phariſæorum, prædo-
num ſpeluncam, & conuenticulum ſatanæ: hæc enim non eſſe inania verba in pampinos luxuriātis
orationis, ex improbis ipſorum factis plus ſatis inuenies, vbi videbis totum ab ipſis negotium per

agi, vi

Digitized by Google

A agi vi,metu,infreni audacia & ſoluta licentia,non more Epiſcoporum,ſed pyrararum : vt non ob-
ſcure cernere poſſis,omnes legiones ſpirituum infernorum vna cum hominibus ſceleſtiſſimis ad
roborandum Antichriſti dominſum in caſtris Neſtorij militaſſe.Age igitur lugubrẽ exordiamur
narrationem.

Caodidiaous Comes,cui ab Imperatore pacis publicæ cura,vt cum tranquillitate Synodus a-
geretur,maodata fuerat:ſtudens Neſtorio,eiuſdemq. patronus effectus, primum omnium terræ
mariſque vias ſolerti cura cuſtodiri,aſſeruarique tyrannico officio iubet;ne de his quæ in Synodo
geſta eſſent,litteræ perferrentur ad Imperatorem vel alios:ipſe vero ad eum ſcribit aduerſus Cyril
lum & reliquos,calumniatus eos,quod præpropere nimis,non expectato Ioanne Antiocheno Epi
ſcopo,conueniſſent;mentitus inſuper,non omnes qui Epheſi erant Epiſcopi, Synodo interfuiſſe,
vocatoſqoe minime eſſe:adiecitque illud quoque mendacium,eos qui conueniſſent, diſcordes in-
ter ſe fuiſſe.Hæc quidem omnia pro Neſtorio aduerſus vniuerſam ſanctam Synodum a Candidia-
no ad Theodoſium fuiſſe conſcripta,Cyrillus in epiſtola poſtea data ad Epiſcopos Comarium &
Potamonem & archimandritam Dalmatium Conſtantinopoli cõmorantes affirmat.eſt eius exor
B diom [a]: Expectauimus qnidem venerandiſſimi Neſtorij aduentum,&c.]His autem Candidia-
ni Comitis litteris Neſtorios ſuas ad eumdem Imperatorem Theodoſium addidit,in eamdẽ quo-
qne ſententiam & argumentum,niſi quod iſte plura mendacia confarciuit,& quæ falſa erant, va-
rijs ornata pigmentis reddidit apud rerum geſtarum ignaros fide digniſſima. Eſt Neſtorij ad Im
peratorem tunc datæ epiſtolæ initium [b]:

LXVI. Candidianus comes Tyrannidem in Epiſcopos exercet

[a] Cyril.epiſt.20.

[b] Act. Epheſin. edit.Pelt.tom.3. cap.20.

Pietatis veſtræ decreto ad Epheſiorum ciuitatem vocati,&c.] Veterator enim, qoo deciperet
Imperatòrem,quid primom profeſſus eſt ſuis litteris? Nicænæ ſe fidei non profeſſorem tantũ, ſed
acerrimum exhibuit defenſorem,cuius cauſa ſe Epheſum veniſſe teſtatut : rerum vero geſtarũ ſe-
riem recenſere auſpicatur a mendacijs,cum negat Aegypti Epiſcopos expectare voluiſſe Ioannem
Antiochenum præmittentem aliquos,qui breui fore ſuum ounciarent adueotum.Adiecit,aduerſę
partis Antiſtites egiſſe tyrannice,intentaſſe minas,ſatellites per ciuitatem ſparſiſſe, qui tumultu
eam perturbarint, quiq. & ad domum ipſius Neſtorij perſtrepentes acceſſerint,mortemq.eidem
iotentarint;horumq.omnium ducem fuiſſe Memnonem Epheſiorum Epiſcopum.Qoid hoc? Ille
obiectare eſt auſus in Catholicos vim & metum,cum ipſe polleret duorum Comitum apparitura,
C & eorumdem militibus vallaretur,qnorum haud exiguus numerus eſſe poterat:etenim Candidia
nus ad hoc miſſus ad Imperatore,bene ſtipatus agminibus militum Epheſum venerat. His adiecit
conqueſtus,omnes Epheſi eſſe ſibi occluſas eccleſias,nec patere ſibi locum aliquem ad Synaxim.
cum tamen negare non poſſet,ſibi ac ſuis Dei genitricis baſilicam,immo omnes apertas fuiſſe, ſi
recte ſentiens cum alijs Epiſcopis conueniſſet.Hæc & alia effutijt callidus ille,poſtulans ab Impe-
ratore(ad hoc enim cuncti eius conatus & ſtudia tendebant)vt legitimam cogi iuberet Synodum,
abſque tamen Aegyptijs,io qua duo ex vnaqoaqoe prouincia adeſſent Antiſtites.

LXVII. Neſtorius quę ſcripſerit ad Theodoſium Imp.

Ad poſtremum vero,qoaſi grauiſſima a Catholicis pateretur, clauſit epiſtolam iſta periodo:
Quod ſi id fieri non poteſt;ſaltem curetur,vt tuto nobis ad propria redire liceat: nam hanc ipſam
vitam ſe nobis erepturos comminantur.]vafre quidem iſta,vt qui depoſitus eſſet,in ſuã ſedem re-
uocaretur Conſtantinopolim:ſicuti & aſtute ad nouam infelix Synodum prouocat,a legitima coo
demnatus,cum ſciret eam minime concedi debere:tutumque inſuper reditum petit,quam menda
ciſſime cauſatus diſcrimen vitæ,qui ad ſui cuſtodiam ſciret exercitus cum Comitibus habere para
tos.Subſcripſerunt poſt ipſum hoic Neſtorii epiſtolæ,ad maiorem illi fidem conciliandam, nouẽ
qui cum eo erant Epiſcopi,nempe Ftitillus Heraclee Thraciæ,Helladius Tarſi,Himerius Nicome
D diæ,Alexander Apameæ,Eutherius Tyanorum,Baſilius Theſſaliæ,Maximus Anazarbi, Alexãder
Hierapolis,& Dorotheus Marcianopolis Myſiæ,Neſtorianæ fæces.

LXVIII.

Antequam autem res a Ioanne Antiocheno atq.collegis Epiſcopis ſchiſmaticis Epheſi geſtas
narrare aggrediamur;hic meminiſſe debemus,non recẽs & ob Neſtorium fuiſſe Antiochenorum
Antiſtitum diſſidium aduerſus Cyrillum,vel alios prædeceſſores,ſed plane vetus,ob eam quidem
cauſam,quod Alexandrinus Epiſcopus primus poſt Romanom in Eccleſia Catholica Antiſtes, iu
ra ſibi vendicabat totius Orientis Eccleſiarum,refragantibus Antiochenis Epiſcopis,qui illi ſubij
ci indigno ferebant animo.His igitur iactis ante & coaleſcentibus in dies diſcordiæ ſeminibus, fa
ctum vt odio impellente,concitus nimis Ioannes cum ſuis ferretur aduerſus Cyrillum, & qui cũ
illo erant,Epiſcopos.Sed his patefactis,iam cœptam hiſtoriam proſequamur.

LXIX.

Die quinto a Neſtorij damnatione(vt Euagrios [c] auctor eſt)Ioanoes Epiſcopus Antiochenus
vna cum ſuis Epheſum venit,nempe vigeſimaſeptima mẽſis Iunij.teſtantur id quidem ipſa Acta
Epheſina [d], & Cyrillus in Apologerico [e]: ex quibus plane erroris arguuntur qui poſt biduum
vel triduum aduenisse Ioannem affirmant [f]. Quid autem Ioannes ipſe egerit, ſimulac ingreſſus
E eſt Epheſum,epiſtola Synodalis ad Cæleſtinum Papã miſſa declarat his verbis [g]: Sperabamus fu-
turum,vt religioſiſſimus Ioannes Antiochenus diligentiã ac pietatem Synodi laudaret; & forſan
etiã quereretur,quod tardius depoſitionẽ Neſtorij aggreſſi eſſemus. Verum enimvero omnino cõ
trariũ,cõtraq.quã ſperabamus,degenerauit:inuentus eſt enim inimicus,& maximus cum ſanctæ
Synodi,tum rectæ Eccleſiarũ fidei,hoſtis,ſicut res ipſæ declararunt.Nã ſimulatq. Epheſum ingreſ
ſus eſt,antequam puluerẽ ex itinere contractũ abluiſſet,nondum depoſito pallio,collectis quibuſ
dam qui vna cum Neſtorio defecerunt,& blaſphema contra ſuũ ipſorum caput loquuntur,& glo-
riæ Chriſti tantũ non illudunt,quos ſibi ipſi veluti collegiũ circiter triginta hominum,nomen Epi
ſcopatuum habentium collegit,quorum alij extorres vagantur,nec Eccleſias habent,alii ſæpenu-
mero grauibus de cauſis a Metropolitanis ſuis ſunt depoſiti(ſunt autem cum illis etiam Pelagia-
ni & Cæleſtiani,& ex illis quidam qui e Theſſalia ſunt eiecti)his inquam collectis,rem auſus eſt
impiã,qualem nemo ante illum vmquam auſus eſt.]quales autem hi eſſent,Synodica Orthodoxo

LX. Ioannis aduentus cum Tirãnide.

[c] Euagr. lib. 1. cap.5.

[d] Act. Epheſin. edit.Pel.tom. 4. cap.1.

[e] Cyril.Apolog. tom 4.

[f] Liberat. diac. Breuiar.c.6. Niceph.li.14.c.37.

[g] Extat apud Cyril.epiſt.Synod. 12.

a Apud Cyril. epiſt. Synod. 4.

rum ad Imperatorem miſſa declarat [a], & Cyrillus inſinuat in Apologetico. Verum hæc poſtea. A

LXXI.

b Act. Concil. Epheſ. edit. Pelt. tom. 4. c. 13.

Epiſcopi verberati iuſſu Ioannis.

Quid vero idem Ioannes ipſa prima die per Irenæum Comitem admiſerit aduerſus Dei Epiſcopos, qui a ſancta Synodo miſſi fuerant, vt ei in via occurrerent, litteræ Memnonis Epheſini Epiſcopi ad clerum Conſtantinopolitanum docent his verbis [b]: Agnoſcens autem S. Concilium ꝓximè futurum eius aduentum, honorans & debitum ſacerdotale implens, miſit quoſdã Deo amãtiſſimorum Epiſcoporum etiam cum reuerendiſſimis clericis in occurſum eius, vt hæc faciens, & debitum honorem adimplens: qui item manifeſtarent qnod deberet a Neſtorij colloquio abſtinere, eo quod a ſancto Concilio damnatus eſſet ob impietatem, quam fuerat meditatus. Ipſe vero Ioannes non permiſit, ſequentibus eum militibus, in itinere ſe videri. Illi nihilominus ſecuti ſunt, & domum vbi manſit occurrerunt; & plurimas obſeruantes horas, & non permiſſi cum eo habere colloquium, manſerunt nihilominus iniurias patientes. Poſt multas autem horas, cum hoc ei viſũ fuiſſet, euocauit Dei cultores Epiſcopos & clericos, introducens eos per milites. Cumq. illi quæ a ſancto Concilio mandabantur, manifeſta feciſſent: præmiſit magnificentiſſium Irenæum, & qui cum eo erant, Epiſcopos & clericos, importabiles inferre plagas noſtris comminiſtris & clericis, vt etiam in diſcrimen vitæ venirent. His igitur geſtis, venientes ad ſacrum Concilium qui miſſi fue- B rant Dei cultores Epiſcopi, & plagas oſtendentes, & quæ fuerant acta narrantes ſub Geſtis monumentorum, ſacroſancto Euangelio propoſito, ad indignationẽ mouerunt ſanctum Concilium, cũ eum caſtigantes excõmunicatum pronunciarunt: quæ quidẽ excõmunicatio manifeſta facta eſt.] hæc ibi: quib. pariter declaratur, tertiã hanc eſſe habitam a Catholicis Actionem, ex qua miſſi ſunt Epiſcopi ad Ioannem; a quo male habiti, ad Patrum conſeſſum, a qno legati fuerant, redierunt.

Tertia actio.

LXXII.

Conciliabulũ Neſtorij & Ioannis Epheſi.

Talis namq. præcedere debuit apparatus ad conciliabulum, cui ſatanas præſideret, quod collectum eſt per Neſtorium & Ioannem excommunicatos Epiſcopos, cuncta Candidiano Comite procurante; cui adſuerunt Pelagiani & alij ob ſcelera e throno ante eiecti Epiſcopi: locus etiam illi congruus, non ædes ſacra, ſed diuerſorium fuit: non quidem in ſacris ædibus, ſed in caupona ea tractanda erant, in qua luſores, meretrices, ganeones, & reliqui nebulones ſuos ſoliti ſunt habere & frequentare congreſſus. Conuenere ibi die ipſa qua aduenit Ioannes, vigeſimaſeptima menſis Iunij, nempe die quinta a damnatione Neſtorij. In ipſo igitur Ioannis diuerſorio collectis ipſis, ſimul Cãdidianus de his quæ hactenus Epheſi geſta eſſent, vt ſibi viſum eſt, prælocutus, recitauit litteras Imperatoris: in quarum veluti ſacra lectione aſſurrexerunt omnes Epiſcopi, illi turpiter adu- C lantes contra Eccleſiæ morẽ, cũ tantus honor deberetur dũtaxat diuinæ Scripturæ lectioni. Proſecutuſq. de rebus in Synodo geſtis narrationẽ, nõnulla mendacia eidẽ ſimul intexuit. Tũc Ioãnes ſuas querelas aduerſus Synodũ protulit, quod ab ea minime expectatus eſſet. His ita ꝑmiſſis, perinde ac ſi Neſtorius Catholicus eſſet, & eius doctrina in omnib. Orthodoxa, de eo ne verbũ quidem factũ eſt, ſed accuſationes propoſitę ſunt aduerſus Mẽnonẽ Epiſcopũ Epheſinũ, & Cyrillũ Alexandrinũ.

LXXIII.

Calumniæ Neſtorianorũ in patres Concilij Epheſini.

Sed quænam erant iſtæ? Aduerſus Memnonem quidem, quod omnes eccleſias Neſtorio clauſiſſet, atq. eius clericis minas intentaſſet. In Cyrillum vero, quod ſcriptis ſuis ad Neſtorium Conſtantinopolim miſſis hæreſes admiſcuiſſet. Demum omnes Epiſcopos, qui legitimæ Synodo interfuerant, turpiſſime infamarunt, iactantes nimirum illornm alios eſſe Arianos, Eunomianos alios, nenon Apollinaris errore conſperſos. Ceterum in Cyrillum tantummodo atque Memnonem lata confeſtim ab eis depoſitionis ſententia eſt; amboq. vt hæretici condemnati ſunt, atq. ſede depoſiti; Cyrillus quidem, quod hæreticam doctrinam ſuis ſcriptis manifeſtaſſet; Memnon vero, quod Cyrilli capitula promulgaſſet, multaq. contra canones peregiſſet: reliqnos autem Epiſcopos excõmunicationi ſubiectos eſſe voluernnt, qnouſq. Cyrilli capitula condemnarent. Ita quidẽ iſti, nullo a ca- D nonib. præſcripto iuris ordine ſeruato, vel ſpecie tenus, nec illis quos dãnarunt citatis ſaltem, tantam ſententiã protulerunt, more ſchiſmaticorum & hæreticorum ſacros canones ſubuertentium.

LXXIV.

c Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 3. c. 1.

Sententia a Neſtorianis lata in Epiſcopos Orthodoxos.

At deſcribamus hic ipſam ab eis latam ſententiam, quam ſic prælocutus Ioannes Antiochenus inſtar fulminis furibundus intorſit [c]: Ego quidem optarem, neminem ex ijs vnquam qui ad ſacerdotium a Deo adſciti ſunt, extra Eccleſiaſtici corporis communionem eijci. Sed qnia vſu interdum venit, vt membra quædam immedicabili morbo corripiantur; ob totius corporis incolnmitatem quædam nonnumquam reſectiones adhibeantur, neceſſe eſt. Cum itaq. Cyrillus & Memnon inſignis illius iniqnitatis, quæ accidit, auctores extiterint, & vt Eccleſiaſticæ ſanctiones, piaq. pientiſſimorum Auguſtorum decreta peſſumdarentur, occaſionem præbuerint; & prædictorum capitulorum promulgatione, ſe hæreticos eſſe, pleniſſime ſignificarint: æqnum eſt, vt ipſi quidẽ exauctorationis ſententia plectantur; reliqui vero qui in ipſorum errorem abducti ſunt, excommunicationis vinculo tantiſper innodentur, donec proprio tandem delicto agnito, hæretica Cyrilli capita anathematizent, & in fide a ſanctis Patribus Nicææ quondam congregatis edita plane acquieſcant: ita vt nihil prorſus extraneum aut peregrinum addi ſinant, & iuxta piſſimorum noſtrorum Impe- E ratorum litteras, cœtui noſtro ſe adiungant, & controuerſarum tandem quæſtionnm examinatione fraterne ſuſcepta, piam fidem vna nobiſcum confirment.] hactenns ſententia Ioannis atq. aliorum Neſtorianorum calumniantium Cyrilli capitula, quæ ſuperius recenſuimus.

d Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 3. c. 2.

Hac ab eis lata ſententia, ſcriptus ab eiſdem eſt ad ipſam ſanctam œcumenicam Synodnm dãnationis libellus, qui ſic ſe habet [d]:

LXXV.

Libellus dãnationis a Neſtorianis ſcript.

Optaſſemus quidem, iuxta ſanctiſſimorum Patrum canones, pijſſimorumque ac Chriſti amantium Regum noſtrorum litteras, Synodum pacate celebrari potuiſſe. Quoniam vero vos hæretico ſenſu menteque vſi, non parua temeritate tumultuationeq. priuatim inter vos conſeſſum celebraſtis (tametſi ſecundum terminum a religioſiſſimis Principibus noſtris præfinitum præ foribus iã ageremus) omniq. turbarum genere ciuitatẽ & ſanctã hanc Synodũ impleſtis, ne videlicet in capita, quæ cũ Apollinarij, Eunomij, atq. Arij improbitate & peruerſitate cõſpirant, inquireretur: neq. tandem Epiſcoporum vndecumq. pijſſimorum Imperatorum noſtrorum opera cõuocatorum aduentum

A uentum expectaſtis;cum tamen magnificentiſſimus Comes Candidianus & ſcripto & dicto, ne
quicquam illiuſcemodi adoriremini,ſed communem omnium Epiſcoporum conſeſſum expectare
eis,ſeueriſſime vobis interminaretur:ideo tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnon huiuſce ciuita-
tis Epiſcope,ſcitote vos exauctoratos,omniq. Epiſcopali honore exutos,& ab omni præterea Ec-
cleſiaſtico miniſterio & functione penitus eſſe amotos:quippe qui ſoli,vt ſanctorum Patrum cano
nes conculcarentur,omniaq. cófuſione & turbis miſcerentur,auctores & duces extitiſtis. At vos
reliqui oés,q ſeditioſe & iniq. contra Eccleſiaſticas ſanctiones,regiaq. decreta Actis cóſenſiſtis, tā
tiſper anathemati ſubiacete,donec agnita culpa veſtra reſipiſcatis,fideq. a ſanctis Patribus in Ni
cæa ciuitate congregatis expoſitam integre ſuſcipiatis,nihil illi externum ac peregrinum attexen
tes:capita præterea hæretica a Cyrillo Alexandrino expoſita,vt quæ Euangelicæ & Apoſtolicæ do
ctrinæ aperte repugnent,anathematizetis;& litteris deniq. pijſſimorum Chriſtiq. amantium Re-
gum noſtrorum,qui fidei quæſtionem quiete agitari,accurateq. diſcuti præcipiunt,per omnia pa-
reatis.]hactenus libellus damnationis:quibus omnibus quadragintatres Epiſcopi ſubſcripſerunt,
inter quos adnumeratur Theodoretus Epiſcopus Cyri,& Paulus Emeſenus. Obſeruatione quidē
B digna res eſt,quot quantiſq. ſe inuoluant indumentis hæretici,vt videantur eſſe Catholici: in ore
canones,in verbis fides,eademq. Orthodoxa Nicæna,in factis zelus æſtuans, & prætenſa defenſio
pietatis:ſed venenum aſpidum ſub labijs eorum;& cum melliti ſint ſermones eorum ſuper oleum,
ipſi ſunt iacula,Nam aſpice nouam fraudem.

Cum enim ad Synodum œcumenicam hæc appareant eſſe conſcripta, ad eam tamen nequa- LXXVI.
quam miſſa fuerunt:ſed clanculo rem agentes,iſtæc cum litteris ad Imperatorem & ad clerū Con- *Noua fraus*
ſtantinopolitanum miſerunt:extant ipſæ litteræ. Sicque factum eſt,vt in remotioribus ciuitatibus *Neſtorianorū*
ex eorum litteris Synodus œcumenica magnopere infamaretur,cum ipſi Epiſcopi qui erant Ephe
ſi in Synodo congregati,nihil penitus horum ſcirent:hæc enim ſe ignoraſſe,teſtati ſunt Cyrillus ac
Memnon,quorum cauſa potiſſimum agebatur,in libello diu poſtea oblato Synodo. Tandem vero
poſt longum temporis ſpatium ijdem Neſtoriani ipſam damnationis ſententiam Epheſi publice
affixerunt,vt ſuo loco dicturi ſumus.

Nec his contentus fuit cœtus ille ſatanicus:nam qui in gratiam Neſtorij non ſunt veriti adeo
impudenter non Cyrillum tantum & Memnonem,ſed vniuerſum ſacroſanctum damnare Conci-
C lium;addentes præuaricationem,in gratiam Pelagianorum,qui aderant,Epiſcoporum,reſtituunt *Neſtoriani re*
confirmantq. Pelagianam hæreſim ſæpius ante damnatam;illud impie ſtatuentes, Adæ animam *ſtituunt Pela*
minime per peccatum mortuam eſſe,priuatamq. vitæ gratia,neq. peccatum originale eſſe propaga *gianam hære-*
tum in poſteros. Hæc quidem ſapientiſſimi illi ſanciro canone decreuere. Sed accidit ſine dolo ma *ſim.*
lo,ſiue librariorum incuria,vt hæc ipſa Acta pſeudoſynodi Epheſinæ admixta fuerint cum legiti-
ma Synodo œcumenica ibidem celebrata,& in quibuſdam codicibus inter Catholicas Synodi ſan
ctiones ſpurium huiuſmodi lateret decretum:vt plane pro monſtro habendum fuerit,vt Synodus
Epheſina,quam conſtat(vt dicetur)damnaſſe Pelagianos, haberet nihilominus conſtitutionem,
qua hæreſis Pelagiana confirmaretur.

Senſit quidem & detexit atq. damnauit eiuſmodi impoſturam ſanctus Gregorius Papa;colla- LXXVII.
tioneq. facta enim antiquo codice Romanæ Eccleſiæ,in quo nihil tale potuit reperiri,ex eo alios co
dices depravatos eſſe redarguit. Extant hac de re eiuſdem Romani Pontificis litteræ ad Eulogiū
[a] Epiſcopum Alexandrinum,ad Anaſtaſium [b] Epiſcopum Antiochenū,& ad Narſetem [c] Co- a Gregor.lib.6. epiſt.31.
mitem. Sic igitur Neſtoriani furore perciti,nulla habita conſideratione non dico Epheſini Conci b Gregor.lib.7.
D lij nuper habiti,ſed nec aliorum tot in Africa,Romæ,Conſtantinopoli,& in Palæſtina habitorum epiſt.47.
Conciliorum in condemnationem Pelagianæ hæreſis,ad defenſionem ſui erroris adiunxerunt ſibi c Gregor. lib.5.
collegas impietatis Pelagianos Epiſcopos:licet ipſorum aliqui paulo poſt ſanioris mentis effecti, epiſt.14.
deficientes a ſceleratorum militia,ad Catholicæ Eccleſiæ caſtra ſe receperint,vt teſtatur Synodi-
ca per Palladium ad Theodoſium miſſa [d]. Hinc videas,quod cum numerentur in hoc ipſorū pri d Act.Epheſin. edit.Pelt.tom.4. c.10.
mo conuentu Neſtoriani Epiſcopi quadragintatres,poſtea recenſeri triginta [e] tantum & octo,in
deq. trigintaunum [f]. Hic finis Concilij malignantium,ſynagogæ conſpirantium in Chriſtum & e Act. Epheſin. edit.Pelt.t.4.c.7.
Eccleſiam eius,ex quo malorum omnium fluxere principia. f Ibid.c.10.

Poſt hæc autem accidit,vt duodecim diebus elapſis,nimirum decima Iulij,legati a Cæleſtino LXXVIII.
Pontifice miſſi appellerent Epheſum:qui licet antea expectati,ſed varietate temporum eorū naui *Legatorum ad*
gatione præpedita,tardius appulerunt:cum tamen ſatis Synodo viſum eſt,rem aggredi,quod loco *uentus.*
ipſorum Cyrillus adeſſet,qui ex Cæleſtini Papæ decreto vicem gerebat Romani Pontificis. Eadē
autem die qua venerant,in Synodum introducti,a Patribus digne(vt par erat) excepti ſunt Arca-
dius & Proiectus Epiſcopi,atq. Philippus S.R.E. presbyter,Apoſtolicæ ſedis legati:qui litteras ob
E tulerunt legendas a Cæleſtino Papa ad Synodum datas:quæ(vt ſcriptæ erant) Latino ſunt recita- *Quarta actio*
tæ ſermone ob dignitatem Apoſtolicæ ſedis Latine ſcribentis:inde eædem Græcæ redditæ,iterum *Concilij Ephe*
lectæ ſunt,atque omnium ſententia Catholicæ prædicatæ,& acclamationibus fauſtis acceptæ. Poſt *ſini.*
hæc vero Firmus Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ de his quæ hactenus acta eſſent in Synodo,quo
modo videlicet ex præſcipto litterarum Cæleſtini Papæ ad Cyrillum & ad Neſtorium & alios
eumdem Neſtorium hæreticum & contumacem omnium ſententia condemnaſſent,eoſdem lega-
tos reddidit certiores. Excuſauerunt autem iidem legati tarditatem ſuam & moram ex maris tem g Act. Epheſin. edit.Pelt tom.2. c.15.
peſtate productam:petieruntque ſibi legi quæ ab ipſis hactenus decreta fuiſſent, ſic in Synodo lo-
quente Philippo legato [g]:

Gratias agimus ſanctæ venerandæq. huic Synodo,quod litteris Cæleſtini ſanctiſſimi beatiſſi- LXXIX.
miq. Papæ vobis recitatis,ſanctæ Eccleſiæ membra,ſanctis veſtris vocibus,pijſque præconijs,ſan-
cto veſtro capiti vos exhibueritis:non enim ignata eſt veſtra beatitudo,totius fidei,ceterorumq. A
poſtolorū caput beatū Petrum Apoſtolū extitiſſe. Proinde cū noſtra paruitas multis magniſq. tē-
peſtatibus

peſtatibus iactata & impedita aliquanto ſerius acceſſerit:rogamus vt ea oobis patefieri mandetis,quæ ante aduentum noſtrum in ſacra hac Synodo acta ſunt;quo iuxta ſanctiſſimi Papę noſtri præſentiſq.huius cœtus ſententiam,& nos quoque illa ooſtro ſuffragio confirmemus,noſtroque calculo approbemus.]ita ipſe.Poſt hæc prælocutus eſt Theodorus Ancyræ Epiſcopus nonnulla in laudem Cæleſtini Pontificis;indeq.ſubſecuta Actorum lectio,& Neſtorij iterata damnatio. hæc ex Actis Epheſini Concilij. Abſolutaq.eiuſdem Synodi œcumeoicæ quarta ſeſſio.Vidiſti,lector, & conſideraſti,puto,in plena Synodo profeſſum Philippum Apoſtolicæ ſedis legatum,eſſe Catholicæ Eccleſiæ caput Romanum Antiſtitem,reliquos vero omnes Epiſcopos ſub hoc capite membra:quod quidem eſt ſuſceptum elogium abſque iouidia,& fauſtis poſtea præconijs acclamatum. Sed quæ die ſequenti acta ſint,dicere proſequamur. A

Cognitis actis Neſtorius iterũ damnatur.

LXXX. Vndecima Iulij io ſolitum conſeſſum, ad Dei geoetricis Mariæ eccleſiam Catholici omnes Epiſcopi conuenere:vbi poſt Iuuenalis Epiſcopi Hieroſolymorum prælocutionem,ad ea quæ heſterna die acta eſſent in Synodo,legati Apoſtolicæ ſedis in damnationem Neſtorij ſuum calculum adiecere:quorum primo loco Philippus presbyter ſenteotiam ſuam dixit his verbis [b]: Nulli dubium eſt,immo ſæculis omnibus notum eſt,ſanctum beatiſſimumq.Petrum Apoſtolorum principem & caput,fideiq.columnam,Eccleſiæ Catholicæ fundamentum,a Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro,humaniq.generis Redemptore cæleſtis regni claues accepiſſe;ſoluendiq.atque ligãdi poteſtate,quam acceperat,vſum fuiſſe; necnon per ſucceſſores ſuos hucuſque ſemper viuere, cauſaſq.decernere,ſemperq.victurum eſſe.Huius itaque ordinarius ſucceſſor & Vicarius ſanctus beatiſſimuſq.Papa & Epiſcopus noſter Cæleſtious nos ſoos ꝓ ſe quaſi Vicarios ad hãc ſanctã Synodom miſit,&c.] Intelligis ne,quem ſibi locum in Eccleſia Catholica iure vendicare ſemper cõſueuerint Petri ſucceſſores Romani Pontifices?& in quam frequenti aoditorio,quamq.celebri totius plane Catholici orbis theatro,cunctis ſpectantibus & audieotibus,ſit tantæ rei veritas prædicata?quam non dico Catholici omnes qui aderant,ſumma conſenſione pronis auribus acceperũt: ſed eadem ipſa præclarioribus quoque præconijs confeſſus eſt qui ceteris eruditior in caſtris aduerſarijs modo ſub Ioanne militabat Theodoretus, cum poſtea ab his expediens ſe nexibus priuatorum affectuũ,liberiore voce ſæpius ſuis epiſtolis(vt dicemus)tantam profeſſus eſt veritatẽ. Sed cœptam iam hiſtoriam proſequamur. B

Quinta actio Epheſ.Concil.

a Act. Epheſin. edit.Pelt.tom.2. cap.16.

De Primatu Apoſtolicæ ſedis.

LXXXI. Poſt Philippum legatum duo reliqui in eamdem ſeotentiam pedibus abiere,& io damnationem Neſtorij dictis ac pronunciatis ſentẽtijs ſubſcripſere, primoq.loco Philippus presbyter S.R.E.legatus ſubſcripſit ante duos reliquos legatos Ep̃os:quibus intelligas, quod etſi ꝓſtare dignitate certũ ſit Epiſcopos presbyteris,eos tamen qui proxima connexione capitis,Cardinales presbyteri nominantur,aliquid habuiſſe, quo interdum præferrentur Epiſcopis.Actis igitur iam contra Neſtorium a Synodo œcumenica,legatorum ſubſcriptione munitis, ſcripta eſt epiſtola Synodalis ad Theodoſium Imperatorem de confirmata damnatione Neſtorij per legatos Apoſtolicam vicem agentes noo ſolum Cæleſtini Romani Pontificis,ſed totius orbis Occidẽtalis Epiſcoporũ. eſt epiſtolæ principium [b]: Veſtram,[Chriſtianiſſimi Reges,erga pietatem curam & ſtudium vniuerſorum Deus apprime gratam acceptãq. habet,&c.] Dedit eadem Synodus aliam præterea epiſtolam ad clerum Conſtantinopolitanum eodem quoque argumento conſcripram, & legarorum etiam ſubſcriptione munitam,quæ ſic incipit [c]: Huc deuenimus,vt rem apprime luctuolam vobis indicare cogamur,&c.]Sed cum videas in neutris harum Synodalium epiſtolarum vllam penitus mentionem haberi de rebus geſtis per aduerſariorum conciliabulum,damnatiſq.ab eis Cyrillo cum Memnone & vniuerſa Synodo,de quibus in primis expoſtulandum plurimum fuiſſet; euidens eſt argumentum(quod diximus)omoia ab eis clanculum ſub ſilentio actitata. C D

Epiſtolæ Synodales miſſę Cõſtantinopolim.

b Act. Epheſin. edit.Pelt.tom.2. c.17.

c Act. Epheſin. edit.Pelt.tom.2. c.23.

LXXXII. Sed quem non moucerunt illi lapidem,quamve artem & dolum inteotatum prætermiſere,quibus Cyrillum,quem præ ceteris odio proſequerentur,aliqua aſpergere poſſent infamia & ſugillate calumnia?Qui enim viderant ſic in Orientem obſtruxiſſe aditus omnes,ne quid litterarum ad Imperatorem perferri poſſet:cum ſciſſent de damnatione Neſtorij ſcriptas fuiſſe litteras Alexandriam a Cyrillo; occurrẽtes his,in Aegyptum dedere litteras quibus ſignificarent Cyrillum eodẽ aoimo,quo Theophilus inſecutus eſt Ioanoem Chryſoſtomum,commotum contra Neſtorium, eumdem abſque perendina dilatione excommunicaſſe:quæ quidem res commouit animos et ſanctiſſimorũ virorũ,& inter alios Theodori Peluſiotæ,q; ad Cyrillũ in hæc verba ſcripſit epiſtolam[d]:

Verſutię Neſtorianorũ & calumniæ in Cyrillum.

d Iſidor. Peluſi. lib.1.epiſt. 310.

LXXXIII. Præpoſterus fauor haud acute cernit:odium autẽ nihil omnino cernit.Quapropter ſi ab vtraque larua purus atque immunis eſſe ſtudes,noli violẽtas ſentẽtias ferre;verũ illata crimina iuſto & iotegro iudicio cõmitte.Quãdoquidem Deus etiã,qui omnia ſcit antequam oriantur, pro ſua humanitate deſcendere ac Sodomorum clamorem perſpicere voluit,hinc videlicet nos ad res accurate perſcrutãdas ac proferendas erudiens.Multi enim ex ijs qui Epheſi coacti ſunt, te traducũt,vt tuas inimicitias perſequẽtẽ & vlciſcẽtẽ,& nõ ea quæ Ieſu Chriſti ſunt,orthodoxe quærẽtẽ: Theophili(inquiũt)ex ſorore oepos eſt,illiuſq.mẽtẽ & ſententiã imitatur:Vt enim ille perſpicue aduerſus diuinitus afflatum ac Deo carum virũ Ioannẽ(*Chriſoſtomum ſcilicet*)furorẽ effudit; ſic etiã iſte gloriari ac ſe iactare expetit,etiã ſi latũ ſit inter eos qui accuſantur,diſcrimẽ.]hactenus Iſidorus,qui & aliam eiuſdem ferme argumenti ad eũdẽ dedit epiſtolã,quæ ſic incipit [e]: Terrorẽ mihi diuinæ Scripturæ exempla inſcrunt,&c.]Quod inſuper ijdem calumniarentur hæretici,Cyrillũ aſſirmantem vnam tantum in Chriſto eſſe perſonam,eumdem aſſerere vnam in Chriſto naturam idem Iſidorus ſcripſit ad ipſum epiſtolam [f], qua ſignificauit ex plurimis S. Athanaſij ſententijs liquido apparere,ex duabus Chriſtũ cõſtare naturis.Ceterum veritatem tandem edoctus,ipſe Cyrillum,vt perſtet in ſententia immobilis,adhortatus eſt;aliamq.poſtea ad eum ſcripſit epiſtolã [g]. E

Iſidorus Peluſiota Cyrillum admonet.

e Iſidor.li.3.epi. 370.

f Iſidor. libr.1, epiſt.323.

g Iſidor. libr. 1. epiſt. 324.

LXXXIV. Quid inſuper Neſtoriani?De Victore quodam ſanctiſſimo monacho in vulgus ſparſere,quod hoſtis Cyrilli eſſet, & ea ipſa ſaperet, quæ Neſtorius impie prædicaret:ſed accidit vt idem

Epheſum

A Epheſum ſe conferret, & veritatem vix tandem omnibus patefaceret. Porro rem geſtam ſcitu dignam ipſe Cyrillus in Apologia ad Theodoſium Imperatorem ita deſcribit [a]: Expertus eſt mecum infrenatæ linguæ iacula dilectus quoque ſolitarius Victor. Prædicarant enim de ipſo quidam ex his forte qui mentiri conſueuerunt, quod & ipſe abſurda quædam ſit contra me nugatus. Ita vt cum Epheſum ad me veniſſet, vehementer illum nonnulli ex ſancta Synodo accuſarint; immo vniuerſi, vnum eſſe ex impiorum numero, vociferantes, auerſati ſint; conſtanterq. parricidam & homicidam, & ſi quæ alia ſunt huiuſmodi, nominarint. Et cum hoc ſenex intellexiſſet, multis admodũ ipſum ſanctis Epiſcopis circumſtantibus, ſublatis in cælum manibus, præter morem, per ſacroſanctum baptiſma & veneranda Chriſti myſteria, nullius horum ſcelerum ſe conſcium eſſe iurauit: atque ita vix tandem offenſorum animos ego & ipſe pacare potuimus.] hæc Cyrillus. Cognoſcis iã ſatis, puto, lector, per quos mendaciorum & veſutiarum anfractus ſerpere ſoleat infelix impietas; ipſam vero veritatem, etſi mille hoſtium cuneis circumualletur, erectam ſui fiducia recta progredi, & cælum magna ſemper alacritate conſpicere. Sed Synodalia proſequamur Acta.

Victor monachus calũniis preſſus vix reperit fidem ſuę Innocentiæ.

a Cyril. Apolo. tom 4.

LXXXV. *Sexta actio Cõcily Epheſini.*

Elapſis ab hac vltima ſeſſione diebus quinque, cum hoc interſtitio temporis Catholicis innotuiſſent B Epiſcopis, quæ Neſtoriani impudenter egiſſent aduerſus Cyrillum, Memnonem, & omnes reliquos œcumenicæ Synodi Antiſtites: conſulturi quid in re tanta agendum foret, decimaſexta menſis Iulij in eamdem Dei genitricis baſilicam conuenere. Vbi primum oblatus eſt querelarũ libellus a Cyrillo Epiſcopo Alexandrino & Memnone Epheſino aduerſus Ioannem, quod licet ſua culpa ſero, longeq. poſt præſcriptum tempus aduenisſet, ſibi tamen Iudicis officium vendicaſſet, ſpretiſq. Patribus Synodi, Neſtorio communicaſſet, clandeſtinamq. Synodum ex improbis & eiectis Epiſcopis collegiſſet, auſuſq. eſſet, nulla ſeruata iudicij ratione, abſque admonitione vel citatione præmiſſa, in ipſos ſententiam ferre atque gradu deponere. Recitato igitur, auditoq. a Concilio vniuerſo, libello, interlocutus magnus ille Acacius Melitenus Epiſcopus, nullius eſſe penitus iuris aſſeruit, quæ a communicantibus cum Neſtorio contra Patres œcumenicæ Synodi, omnibus legibus repugnantibus, acta eſſent: tamen adhuc benignitati Synodi dari locum petijt, vt Ioannes auctor omnium audiretur; eumq. iudiciali ordine ob eam cauſam eſſe citandum.

LXXXVI. *Ioannes ſecundo citatus contumax reſiſtit.*

Miſſi ſunt igitur tres Epiſcopi, Petrus, Paulus, & Archelaus, qui nomine Synodi conuenirent ipſum Ioannem Antiochenum Epiſcopum. ſed a militibus vetiti ſunt ad eum accedere, vixq. intra C ædium admiſſi veſtibulum: dimiſſi vero cum minis, iurgijs, atque blaſphemijs in fidẽ Catholicã, ad ſanctam Synodum rediere. Sed decreto Synodi per tres alios Epiſcopos iuſſo ſecundo citari, occurrentibus eiſdem militibus euaginatis gladijs, vix tandem eiuſmodi a Ioanne per milites elicuere reſponſum: Epiſcopus Ioannes ait: Nos homines per nos gradu motos & excommunicationis vinculis innodatos reſponſo non dignamur.] His & alijs relatis per miſſos ad Ioannem Epiſcopos, etſi ſatis ſuperq. ea videri poterant ad hominis proteruiam declarandam, tamen adhuc tertio eſſe citandum, ſancta Synodus ſtatuit. Sicq. his rebus geſtis, finem accepit eius diei Actio: cum Iuuenalis Hieroſolymitanus Epiſcopus inter alia in Ioannem Antiochenum, incuſans eius refractarium animum, dixit, ob legatos ſaltem Apoſtolicę ſedis Roma miſſos eum parere debuiſſe: Cum prę ſertim (inquit) Apoſtolica ordinatione & antiqua traditione in conſuetudinem abierit, vt Antiochena ſedes perpetuo a Romana dirigeretur, iudicareturque.]

LXXXVII. *Ioannes publicis ſcriptis declarat Cyrillũ Apollinariſtã.*

Poſtquam autem eiuſmodi cõtumelioſum reſponſum Epiſcopis illis miſſis Ioannes dediſſet, iamq. palam detexiſſet, a ſe Cyrillum cum vniuerſa Synodo excommunicatum: adijciens crimen crimini, confeſtim chartas publice iuſſit affigi, quibus declararetur Cyrillus Epiſcopus Alexan- D drinus eſſe ſectæ Apollinaris hæreticus. continebat eadem ſcheda, omnia de Cyrilli hæreſi iã nunciata eſſe Imperatori. Quibus Cyrillus acceptis, ad ſequentis diei Synodum retulit.

LXXXVIII. *Septima actio Concil. Epheſini.*

Decimaſeptima igitur die Iulij in eadem Deiparæ eccleſia collectis in vnum Epiſcopis, Cyrillus de affixa publice charta queſtus, petijt moneri debere Ioannem de eadem affixa charta & irrogata contumelia rationem reddere; oſtendenſq. quam longiſſime abeſſe, vt aliquando Apollinarem vel aliquem hæreticorum ſectatus fuerit, in eumdem Apollinarẽ & alios omnes hęreſiarchas intulit anathema. His acceptis, placuit ſanctæ Synodo, Ioannem tertio per tres Epiſcopos citari: delectiq. ſunt ad opus Daniel Epiſcopus Coloniæ in Armenia ciuitatis, Commodus Tripolis Lydiæ, & Timotheus Thermæ ciuitatis Helleſponti Epiſcopus. Accidit autem, vt cum hi ad Ioannis habitationem ſe contuliſſent, & a clericis Ioannis male excepti eſſent, a militibus qui aderant cõmiſerationis cauſa fuerint ex eorum manibus liberati; cognoſcebant enim illi Commodum Epiſcopum, in cuius ciuitate aliquando verſati eſſent. Demum Archidiaconus Ioannis chartam dedit ad Synodum deferendam, quam Epiſcopi accipere noluerunt, quod non ipſorum id muneris eſſet. Adiecit poſtea archidiaconus Ioannis nomine eiuſmodi verba: Neque vos ad nos mittatis; neque E nos in poſterum quicquam ad vos mittemus: ſiquidem poſtquam decreta noſtra ſemel ad Imperatorem detulimus; quid opus ſit facto, vt ipſe ad nos perſcribat, expectabimus.] hæc ille. Cum vero cuncta quę accidiſſent miſſi Epiſcopi reuertẽtes Synodo expoſuiſſent; quid decreuerint Patres, dicturi ſumus, vbi primum quid contineret charta illa, quam archidiaconus deferendam Synodo obtulerat Epiſcopis, dixerimus. innotuit illa poſtea, quæ ſic ſe habet [b]:

b Act. Ephe. edi. Pelt. tom. 3. c. 3.

LXXXIX. *Epiſtola pſeudo Synodi ad Synodum œcumenicam.*

Epiſcopis a nobis excommunicatis ſancta Synodus hæc ſignificat & ſuadet,

Graue re vera eſt, peccare, Deumq. &, Dominum ad iracundiam prouocare: ſed longe grauius eſt & periculoſius, peccata pœnitentia non diluere. In hoc autem malum vos eo ipſo manifeſte inciditis, quod iniquis ſeditioſiſq. Cyrilli Alexandrini & Memnonis Epheſini ſtudijs & machinationibus animo pertinaci adſtipulari hactenus non deſinitis. Quare & hac quoque de cauſa excõmunicationem perpeſſi eſtis; nec iniuria. Nam cum amicitiæ oſtium per noſtram ſententiam patefactum vobis cerneretis; nihili id duxiſtis, neque vt ab excommunicationis vinculo abſolueremini, quicquam penſi habuiſtis; immo vero hominum hæreſi cõtaminatorum, ſanctorumq. Patrum

canones

canones & Imperatorum decretum fœde calcantium,& ſexcenta alia per iniquitatem perpetran A
tium(propter quę etiam gradu moti,omniq. Epiſcopali dignitate exuti ſunt)neceſſitudine & con
ſuetudine vſque hodie libere vtimini. Scitote proinde, niſi mature quod æquum eſt prouideritis,&
a noxio illo commercio vos ſemoueritis, fidemq. ſanctorum Patrum Nicænorum ſincere comple-
xi fueritis, & noſtro tandem conſenſui iuxta religioſiſſimorum Regum noſtrorum pręſcriptum
placide citra vllā omnino contentionem aut turbam vos adiunxeritis; fore vt veſtram ſtultitiam
iuſtius quam noſtram ſententiam accuſaturi ſitis.]hactenus Ioannis delirium.

XC. Cum autem ſancta œcumenica Catholicorum Synodus relatione Epiſcoporum de Ioanne au
Schiſmatici ex diſſet, quam procul abeſſet, vt ſpes aliqua eſſe poſſet Synodo illum citatum adſore, qui obſtinatus
communicati. perſiſteret, iudicemq. omnium tamquam phreneſi correptus ageret: haud diutius diſſimulandum
rata, in ipſum & qui cum eo erant Epiſcopos anathematis ſententiam tulit, niſi quamprimum
ab eo receſſerint. nomina autem ſingulorum expreſſit, inter quos Theodoretus reperitur, qui vt
armiger Ioanni inhæreſcebat: erant omnes numero triginta ſex. Inſuper cuncta ab eis acta contra
a Apud Cyrill. Cyrillum & Memnonem eadem œcumenica Synodus prorſus irrita eſſe duxit: ſcripſitq. de his Sy-
epiſt. Synod. 5. nodalem ad Theodoſium Imperatorem epiſtolam, cuius eſt exordium [a]: Quæ ſanctæ ſunt Syno B
Synodalis ad do a dominatione veſtra mandata. &c.] qua quidem inter alia Patres petierunt, ne nomen Syno-
Imp. ſcripta. di habere ſineret, qui a ſchiſmaticis ſeorſum ab vniuerſis collectus fuit ſchiſmaticorum conuētus;
ageretq. ipſe Conſtantini Magni exemplo, qui quos ſciret a cœtu omnium eſſe diuiſos, pœna mul
ctandos exilij cenſuiſſet: nec vllo pacto fieri poſſe, vt nomen Synodi obtineret conuentus triginta-
ſex Epiſcoporum ſchiſmaticorum, qui præſertim damnatos iam haberet Pelagianos admixtos,
cum e contra eſſet vere legitima Synodus vniuerſalis ducentorum & decem Epiſcoporum, quę
præcipue legatos ſecum habeat Apoſtolicæ ſedis omnium Occidentalium vicem agentes. Iubeat-
que ad poſtremum, rogant, vt quæ a ſancta Synodo contra impium Neſtorium geſta ſunt, ſolidam
obtineant firmitatem.

XCI. Scripſit inſuper eadem ſancta Synodus epiſtolam Encyclicam ad vniuerſos Chriſti fideles, q-
Synodalis En- bus omnium Epiſcoporum nomina, qui damnati omnium conſenſu fuerant, voluit innoteſcere. eſt
cyclica ſcrip- ipſius initium [b]: Cum eſſemus Epheſi ſecundum Imperatoris litteras congregati, &c.] cui adie-
ta ad omnes. cere ſex canones, quibus ſancta Synodus ſignificauit ne quis ſe coniungeret cū Neſtorio, vel eius
b Apud Cyrill. partes tutantibus & inhærentibus ſchiſmaticis Ioanni ac ſocijs, vel ſectę Pelagianæ viris; qui vero C
epiſt. Synod. 6. ſecus fecerint, vt deijcerentur ab Epiſcopatu, & ſubiacerent anathemati, iuſſit. Decreuit inſuper
ſancta Synodus, vt quicumque a Neſtorio & alijs ei adhærentibus depoſiti eſſent, ſuum reciperent
locum: addiditq. etiam, vt clerici atque populus non ſubiaceant ijs qui a Synodo depoſiti fuerunt
Epiſcopis, nulliuſq. habendam eſſe momenti eorum reſtitutionem per Neſtorium & collegas ſchiſ
maticos factam: ac demum deponendos pronunciauit omnes qui res geſtas per ſanctam Synodū
œcumenicam Epheſinam conati fuerint irritare, eoſdemq. anathemate feriendos eadem ſancta Sy
nodus edita ſanctione decreuit. Hactenus ſeptima Actio.

XCII. Poſt hæc vero per dies quinque ceſſatum eſt a ſacris Comitijs: quo tēpore Cyrillum putamus
c Cyrill hom. 3 illam habuiſſe ad populum homiliam, cuius eſt exordium [c]: Quæ dilectiſſimis in Chriſtum ſit
Cyrilli Apo- virtus, &c.] cum ea vſus eſt ad tempus accommodata aduerſus Ioannem apoſtrophe, digna rela-
ſtrophe in Ioā- tu, vbi ait: Ad te namque mihi ſermo nunc eſt, qui elatum aduerſus omnes ſupercilium erigis, & ex
nem. Orientalibus regionibus huc veniſti. Itaque hi vniuerſi Saluatoris noſtri omnium miniſtri ſumus,
& concreditum eſt nobis prædicationis illius miniſterium: ob quam cauſam non omnes cum illo
ſumus, vt quæ illius ſunt, velimus? Erexit (vt vides) draco ille multorum capitum caput profanū D
ac ſceleſtum, vt in Eccleſiæ filios impietatis ſuæ venenum expuat. Occurro illi nudatum habens
ſancti Spiritus gladium; pugnoq. aduerſus hanc beſtiam propter Chriſtum. Qua de cauſa non col
laboras cum eo qui hoc bonum facere conatur? Quare & ipſe non ſimul conſiſtis in acie? Sternatur
omnium manu; commune reputemus hoc certamen; & ſimul vincentes, gratias referamus Saluato
ri, dicentes: Contriuiſti capita draconis.

XCIII. Sed nos quidem legitimi Saluatoris ſacerdotes bellicoſiſſimi, myſteriorum eius diſpēſatores,
ſuperamus eos qui contra gloriam eius nugantur: tu vero non ita. Vides nos veluti in bello certaſ
ſe, & adhuc pugnæ ſtillare ſudorem, adeoq. refocillatione ſpirituali & conſolatione opus habere,
ac iam viciſſe. Tu vero cum ſis ordinatus inter fratres, & Chriſto Domino nomen dederis, debeaſ
que nobiſcum armari ad pugnam, aduerſus veritatis dogmata arma conuertis. O rem inauditam!
manus cum hoſte non conſeruiſti; cum his qui certarunt, non cōcertaſti; tempus belli tarditate ad
uentus tui declinaſti; à longe ſtetiſti ſpectator eorum qui viriliter certauerūt; hoſtem proſtratum,
linguamq. blaſphemam repreſſam & punitam vidiſti, ac doluiſti. Dic, quæſo, quam ob cauſam?
Quod Chriſtus vicit? Quod contra aduerſarios inualuit? Quod obmutuit os grandiloquum? Quod E
ſedatus eſt morbus, qui inter filios Eccleſiæ graſſabatur? Verū ſatis fuerit, viriliter nobiſcum age-
d Pſal. 138. re, & illud cum Dauide [d] dicere: Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos
tabeſcebam? iuſto odio oderam eos, & inimici facti ſunt mihi.

XCIV. Verum horum nulla tibi prorſus eſt ratio; ſed e contra eos qui vicerunt, iaculo petis, & inuidē
tiæ telis vulnerare conaris, quos potius admirari debebas. At etiamſi nos acerbe petas; nihil tamē
veriti, dicemus: Sagittæ infantium factæ ſunt plagæ eorum. Et tametſi externis armis te ipſum cir-
cumdans, bellum aduerſus Eccleſiam Domini moliris; arma tamen noſtra (ſicut ſcriptum eſt) non
ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. Inuenies autem Chriſti milites ijs
qui tecum ſunt, fortiores: ſcutum fidei & animi ſpontanei arma, id eſt, Chriſtum habent, habent
thoracem iuſtitiæ, galeam ſalutis, & gladium Spiritus. Itaque etiam ſi audax & vehemēs, multoq.
faſtu incedas, & ad morem iactabundi Goliath barbarica contra nos arrogantia & inſolentia intu
meſcas; vincet tamen Chriſtus, vincet per pios ſatellites ſuos, ſicut Dauid, &c.] Sed quid prętereà?

Sciens

A Sciens Cyrillus publicis litteris ſe ab eo ſugillatum Sabellianiſmi, ipſe publica concione ſuã agẽs
cauſam, in aduerſarios inuectus, Pelagij hęreſim, cui ſauebant illi, vehementer inſectatus eſt, habẽs
tunc Epheſi homiliam illam, cuius eſt exordium [a]: Qui ſacris litteris attendunt, &c.]

a Cyril homi. 5.

XCV.

Octaua Synodi Epheſ. actio.

Quinque autem poſt hæc a ſuperiori ſeſſione interlapſis diebus, die vigeſimaſecunda Iulij o-
ctauus congreſſus in loco ſolito, ipſa Deiparæ Mariæ eccleſia, habitus eſt, ea nimirum ex cauſa, qđ
Neſtoriani [b] decipere ſimpliciores ſolerent, exhibentes illis a ſe ſcriptam nouam fidei confeſſio
nem, veluti Nicænum ſymbolum: agebant autem id Anaſtaſius & Photius Neſtorij primipilares,
de quibus ſupra, hiſq. coniuncti Iacobus atque Antonius, qui quidem deceperunt Lydos Quarta-
decimanos, qui ex eo errore emergere cupientes, in Neſtorianiſmũ impegerũt, de calcaria (vt dici
ſolet) ad carbonariã incidentes. Detexit fraudẽ Chariſius œconomus Eccleſiæ Philadelphiæ, ab il
lis tamquam hæreticus, quod ipſorum noluiſſet recipere confeſſionem, damnatus; qui eam ſcripto
libello detulit Epheſum, obtulitq. Concilio. Qua cognita a ſancta Synodo atque damnata, vt caue
rent in poſterum, canonem addiderunt, vt nemo ſubſcribendam offerret aliam fidei profeſſionẽ,
quam Nicænam abſque vllo additamento, grauibus aduerſus ſecus ſacientes ſtatutis pœnis.

b Act. Concil. Epheſ edit. Pelt. tom. 2. c. 18.

XCVI.

Nona Seſſio Concilij Epheſini.

B Sequenti vero die, nempe vigeſimatertia Iulij, actum eſt de damnatione hæreſis Pelagianæ: le-
ctiq. in primis commentarij Romæ conſcripti ſub Cæleſtino Romano Pontifice aduerſus eoſdem
hæreticos, ex quorum præſcripto conſecuta eſt eiuſdem hæreſis & nominatorum hæreticorum dã
nationis conclamatio; nomina autem Romæ dãnatorum & Epheſi, vbi cũ ſchiſmaticis erant, ſunt
hæc, Iulianus, Præſidius, Florus, Marcellinus, & Orientius, qui omnes cum Pelagio & Cæleſtio au
ctoribus hæreſis iterum damnati ſunt. conſtat id ſane ex Synodali epiſtola in hac ſeſſione ſcripta
ad Cæleſtinum Romanum Pontificem, quæ ſic incipit [c]: Sanctitatis quidem tuæ circa pietatem,
&c.] quam quidem ſtatim poſt hanc abſolutam Actionem fuiſſe conſcriptam, ex eo intelligi po-
teſt, quod cum de ſingulis rebus Epheſi geſtis certiorem reddiderit Cæleſtinum, vſque ad damna
tionem Pelagianorum peruenit.

c Apud Cyrill. epiſt. Synod. 12.

XCVII.

Proſper etiam in Chronico ſub huius anni Conſulibus de damnatione Pelagianorum cũ Ne
ſtorio iſta habet: Congregata apud Epheſum plus ducentorum Synodo ſacerdotum, Neſtorius cũ
omni hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum ſibi dogma iuuabant, damna-
tur.] teſtatur id ipſum S. Gregorius in epiſtola [d] ad Anaſtaſium Antiochenum. Sed accipe elegãs
C epitaphium de hæreſi Pelagiana damnata & cum Neſtoriana ſepulta, a S. Proſpero editum [e]:

d Gregor lib. 5. epiſt. 45.

e Apud Proſp. ante libr. de Ingrat.

Epitaphium Pelagianæ & Neſtorianæ hæreſum extinctarum.

Neſtoriana lues ſucceſſi Pelagianæ,
Quæ tamen eſt vtero progenerata meo.
Infelix miſeræ genitrix & filia natæ
Prodiui ex ipſo germine, quod peperi,
Nam fundare arcem meritis prior orſa ſuperbis,
De capite ad corpus ducere opus volui.
Sed mea dum proles in ſumma armatur ab imis,
Congrua bellandi tempora non habui.
Et conſanguinea poſt triſtia vulnera fraudis
Aſpera conſerui prælia fine pari.
Me tamen vna dedit victam ſententia leto:
Illa volens ſurgere, bis cecidit.
Mecum vritur, mecum moritur, mecumq. ſepulcbrum
D *Intrat, & inferni carceris ima ſubit:*
Quo nos præcipites inſana ſuperbia merſit,
Exutas bonis, & tumidas meritis.
Nam Chriſtum pietate operum & mercede volentes
Eſſe Deum, in capitis fœdere non ſtetimus:
Sperateſq. animi de libertate coronam,
Perdidimus quam dat gratia iuſtitiam.
Qui igitur gemina miſeraris buſta ruina,
Ne noſtro exilio conſociare caue.
Nam ſi qua Domini data munera ſero fatemur,
Hæc homini credis debita, noſter eris.]

hactenus de ſepulta cum ignominia Pelagiana hæreſi vna cum Neſtoriana, quod Epheſini Conci
lij hac nouiſſima Actione factum diximus.

XCVIII.

Expulſi Epheſo Pelagiani.

Damnata iã in Synodo hæreſi Pelagiana ciues Epheſij ardore fidei Catholicæ æſtuantes, haud
E pati potuerunt, eoſdem Pelagianos Epiſcopos intra ciuitatis mœnia contineri, ſed populari vi at-
que tumultu protinus expulerunt. Declarat id quidem idem Proſper his verſibus [f]:

f Proſp. de Ingrat.

Prætereo, quanta fuerit bene mota tumultu.
Clara Epheſos, non paſſa diu conſiſtere tectis
Vaſa iræ, & morbi flatus, & ſemina mortis.] Sed reliqua proſequamur.

Priuatæ res geſtæ in Synodo.

In hac item Synodo canones ſex editos eſſe, & datam Synodalem epiſtolã ad vniuerſos Chri
ſti fideles, alij referunt, nos diximus Actione ſeptima. Poſt hæc diuerſæ aliæ cauſæ in Synodo pro-
ductæ ſunt. Nam ſuggeſtione [g] Valeriani & Amphilochij in Pamphilia & Lycaonia Epiſcopo-
rum, damnati pariter ſunt in eadem Epheſina Synodo Maſſaliani, Euchitæ, & Euthuſiaſtæ. Oblata
eſt & petitio ab Euſtachio metropolitano Pamphiliæ, qui iam ſenio confectus, Epiſcopatus curæ
nuncium remittens, vt nomen, & honorem retineret Epiſcopatus, a Synodo petijt; quod obtinuit
deq. his ſcripſit [h] Epheſina Synodus ad Synodum Prouincialem in Pamphilia congregatam. Ob
latus [i] inſuper fuit libellus ab Euprepio & Cyrillo Epiſcopis, vt ſecundum antiquum morem
illius

g Ex Act. Conc. Epheſin. edi Pel. tom. 2. c. 3.

h Act. Concil. Epheſi edit. Pelt. tom. 2. c. 5.

i Apud Act. Epheſ. tom. 2. c. 3.

illius prouinciæ vnus Epiſcopus duobus iure metropolitano præeſſet Epiſcopis,quod ſancta Sy- A
nodus ea priſca eius regionis conſuetudine ratum habuit. Ea quibus omnibus ſatis intelligi po-
teſt,nihil eſſe,vt Actionum numerus,quibus in vnum ſimul conuenire Patres contigit,certus defi
niri queat. Etenim abſolutis quæ ad hæreſim & hæreticos & ſimul cum eis ſchiſmaticos condem
nandos ſpectare videbantur,contigit eos,emergentibus nouis rebus,dum Epheſi detinerentur,no
uis ſemper conuentibus illis conſulere , deq. rebus agendis vna decernere ipſis præſertim tem-
poribus cum ab Imperatore Epheſum iterum miſſus eſt Comes legatus ad explorandas res Syno
dales,& conciliandas ambas contrarias inter ſe diſſidentium partes.

XCIX. *Iuuenalis Primatum quęrit abripere.* Inter alia autem in hoc eodem Epheſino Concilio pertractata, fuit cauſa ſuggeſta a Iuuenale
Epiſcopo Hieroſolymitano,qui primatum totius Syriæ Palæſtinæ ſibi & ſucceſſoribus ſuis arro-
gare tentauit cum graui Cæſarienſis Eccleſiæ priudicio, cui tum ex traditione,tum ex Cõcilij Ni-
cæni decreto debebatur,quem hactenus poſſediſſet,totius Palæſtinæ primatus. Quod enim ob fre
quentem ea toto Chriſtiano orbe Hieroſolymam peregrinationem, maiori haberetur honore &
officijs dignioribus coleretur Hieroſolymorum Epiſcopus,quam Cæſarienſis;hinc ſibi arrogan
di ſuper Cæſarienſem Antiſtitem auctoritatẽ,ſuppeditata eſt occaſſio Iuuenali. Cui id ea decreto B
Synodi ſtabilire conanti,Epiſcopis ferme omnibus in ſuam ipſius ſententiam perductis;qui Apo-
ſtolicæ ſedis locum tenebat, reſtitit Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus,conſeruans cuique illiba-
ta iura ſua ex canonum Nicænorum præſcripto. Huius quidem rei geſtæ licet inter Epheſini Con
cilij Acta nulla prorſus mentio habeatur:redditur id tamen ea S. Leonis Papæ litteris manifeſtũ,
a Leo epiſt. 62. qui in epiſtola ad Maximum Antiochenum Epiſcopum data hæc narrat his verbis [a]:

C. *Cyrillus auctoritate Apoſ. ſedis reſtitit Iuuenali.* Subrependi enim occaſiones non prætermittit ambitio. Et quoties ob incurrentes cauſas gene
ralis congregatio facta fuerit ſacerdotum,difficile eſt vt cupiditas improborum non aliquid ſupra
menſuram ſuam moliatur appetere. Sicut ẽt in Epheſina Synodo,q̃ impiũ Neſtoriũ cũ illo dogma
te ſuo perculit,Iuuenalis Eps ad obtinendum Palæſtinæ prouinciæ principatum credidit ſe poſſe
ſufficere,& inſolentes auſus per commentitia ſcripta firmare:quod ſanctæ memoriæ Cyrillus Ale
xandrinus Epiſcopus merito perhorreſcens,ſcriptis ſuis,mihi,quid prædicta cupiditas auſa ſit, in
dicauit,& ſolicita prece multum popoſcit,vt nullus illicitis conatibus præbeatur aſſenſus. Nam
Irritat Papa geſta in Synodo. cuius epiſtolæ ad nos exemplaria direxiſti ſanctæ memoriæ Cyrilli,eam in noſtro ſcrinio requiſi-
tam nos authenticam noueris reperiſſe.]hæc ſanctus Leo:quibus plane demonſtrat,adeo Iuuena C
lem ad ſua vota vniuerſam pene Synodum perduxiſſe , vt vna cum legatis Apoſtolicis renitente
Cyrillo ad ea irritanda requireretur Apoſtolicæ ſedis auctoritas,cuius vnius ſit,quæ a multitudi-
ne Epiſcoporum iniuſte decernerentur,penitus abolere, vtpote qui Eccleſiæ vniuerſali præſideat
Iudex & vindex ſacrorum canonum aduerſus omnes qui eos labefactare tentarent. Vnde in hanc
ſententiam hæc mox ſubdit idem Pontifex S. Leo:Hoc tamen propriũ deſiꝺtionis meæ,eſt vt quã
tumlibet numerus ſacerdotum amplior aliquid per quorumdam ſubreptionem decernat , quod
illis trecentorum decem & octo Patrum conſtitutionibus inueniatur aduerſum,id iuſtitiæ conſi-
deratione caſſetur; quoniam vniuerſæ pacis tranquillitas non aliter poterit cuſtodiri,niſi ſua ca-
nonibus reuerentia intemerata ſeruetur.]hæc S. Leo,ea nimirum occaſione,quod idem Iuuenalis
Epiſcopus quæ tentauit in hoc Epheſino Concilio perficere conatus eſt poſtea in Chalcedonenſi,
enim ei aduerſatus eſt idem tunc Pontifex S. Leo.ſed de his ſuo loco pluribus. Hæc ſatis ad res ge
ſtas in Concilio Epheſino. Quod item ad Eccleſiarum iura pertinet,tractata eſt etiam in S. Syno-
do cauſa Cypriorum Antiſtitum expoſtulantium aduerſus Ioannem Antiochenum Epiſcopum
præter ius faſq. ſuper Cypri inſulæ Eccleſias vendicantem ſibi auctoritatem , ſed de ea cauſa age- D
tur ſuo loco.

CI. His autem omnibus,ac potiſſimum quæ ad Neſtorij cauſam ſpectare videbantur,penitus ab-
ſolutis , S. Synodus ad Theodoſium Imperatorem litteras dedit , quibus petijt vt Epiſcopis
b Ex codice Anton. Auguſtini. iam mala valetudine & inopia laborantibus daretur ad propria remeandi licentia . ſic enim
ſe habent [b]:

Pijſſimis & Deo amantiſſimis Theodoſio & Valentiniano Victoribus, Triumphatoribus ſem
per Augg. ſancta Synodus quæ gratia Chriſti & nutu veſtræ potentiæ in Epheſina metropoli con-
gregata eſt.

CII. *S. Synodus ad Theodoſium.* Circa pietatem ſolicitudinem veſtram & ſtudium, Chriſto amabiles Imperatores , omnium
Deus probans , etiam ſanctorum Epiſcoporum Occidentalium zelo animos excitauit ad vindi-
ctam iniuriam paſſi Domini noſtri Ieſu Chriſti . Nam licet plurimum itineris ſpatium peruenire
vſque ad nos illam multitudinem ſanctorum prohibuiſſet Epiſcoporum ſed tamen illic congre-
gati,præſente etiam magnæ Romæ ſanctiſſimo & Deo amantiſſimo Epiſcopo Cæleſtino, etiã hũc
noſtrum ſenſum fidei cum multa conſonantia prædicauerunt:& qui extra hunc ſenſum ſunt , alie- E
** primus* nos eſſe penitus & ſacerdotio & clero & gradu definiuerunt. Hæc itaque etiam prius * & ma-
gnæ Romæ ſanctiſſimus Epiſcopus Cæleſtinus,antequam colligeretur ſanctiſſima Synodus , per
ſuas litteras nunciauit,committens ſanctiſſimo & Deo amantiſſimo Epiſcopo Cyrillo Alexandri
norum magnæ ciuitatis,ſuum obtinere locum:& nunc rurſus per alias litteras hæc ipſa ſanctæ Sy
nodo manifeſta conſtituit,quam congregari potentia veſtra præcepit in Epheſinam metropolim:
quas etiam deſtinauit & per ſanctiſſimos Epiſcopos Arcadium & Proiectum , & Deo amantiſſi-
mum presbyterum Philippum magnæ Romæ,complentem præſentiam ſanctiſſimi & Deo aman
tiſſimi Epiſcopi Cæleſtini. Quia ergo viri venientes voluntatem totius Occidentalis ſancti Conci
lij manifeſtam huic Synodo fecerunt per litteras,concordemq. nobis ſenſum pietatis & fidei mon
ſtrauerunt;& nobiſcum vnanimes,tam per epiſtolas,quam per ea quæ mandata ſunt , atque etiã
ex ſcripto depoſuerunt,facti ſunt;cum neceſſario & de eorum apud nos concordia actum fuiſſet ,
quę digna ſunt ad potẽtiã veſtram retulimus;vt ſciat veſtra pietas,quia vno communiq. decreto
t otius

A totius orbis terrarum a nobis prolata nuper ſententia eſt, quam edoceri & manifeſtam fieri zelus veſter circa fidem pietatemq. procurauit.

CIII. *Miſſionem petit S. Synodus.*

Quia ergo negotium finem accepit, optabilem veſtræ potentiæ & vniuerſis Eccleſijs cautelam præbētem, & fidei firmitatem: ſupplicamus veſtræ pietati, iam nos a ſolicitudine requieſcere & habitatione peregrina, alios quidem paupertate conſtrictos, alios autem languore depreſſos, alios vero ſenectute grauitet incuruatos, & in peregrinatione habitaculum ferre amplius non valentes, ita vt etiam quidam ex nobis Epiſcopi & clerici morerentur: vt randem requieſcentes a tali ſolicitudine, curam Eccleſiæ magnę ciuitatis habeamus. Prohiberi quoque deptecamur, & ad Iudices locorum litteras cum terrore trāſmitti, ne aliqua rurſus altera difficultas imponatur Eccleſijs, aut tribulatio reuertendi ad ſuas prouincias ſanctis Epiſcopis. Pietate namque monſtrata, & omniū orbe terrarum conſonum decretum ſuper ea proferente, præter paucos qui amicitias Neſtorij pietati præponunt: iuſtum petimus beneficium, ſupplicantes veſtræ potentiæ, tandem nos a cura quieſcere, & cogitare pro ordinatione futuri, & de cetero in fidei firmitate & pietate lætari, & pure atque ſalubriter pro veſtra potentia Domino omniū Chriſto orationes offerre. Cyrillus Epiſcopus B Alexandrię retuli. Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolymorum retuli. Firmus Epiſcopus Cæſareæ retuli. & omnis quoque Synodus retulit.] hæc quidem Patres. Verum interceptæ fuerunt huiuſmodi quoque litterę, ſicut & aliæ a ſancta Synodo Conſtantinopolim miſſæ, idq. factum dolo Candidiani Comitis omnia ad nutum Neſtorianorum agentis.

CIV. *Candidiani Comitis fraude deceptus Theodoſius.*

Cum igitur idem Candidianus Comes, cui ab Imperatore Theodoſio pax & tranquillitas Synodi fuerat commendata, fauens Neſtorio, inhærenſq. Ioannis Antiocheni Epiſcopi partibus, curaſſet ab hæreticorum & ſchiſmaticorum conuenticulo datas quas diximus litteras ad eumdem Imperatorem perferri; ſtuduiſſetq. mira ſolicitudine vt a ſancta Synodo ad eumdem & alios Conſtantinopolim ſcriptæ litteræ interciperentur; ob idq. cuſtodias non Epheſi tantum poſuiſſet ad explorandos omnes inde egredientes, atque in itinere poſitos, ſed id ipſum fieri Conſtantinopoli pec fautores Neſtorij procuraſſet: Imperator acceptis a Ioanne & ei inhęrentibus Epiſcopis litteris, cum miraretur nihil prorſus a Catholica Synodo ad ſe ſcribi; nihil doli ſuſpicatus, interpretatus eſt, ſilentium in re tanta indicem eſſe culpæ; moxq. ad Synodum Epheſinam litteras dedit, quibus præcepit, acta contra ordinem ſuumq. mandatum, ſiue aduerſus Neſtorium, ſiue alios, eſſe penitus C irritanda: de cetero integrandum eſſe iudicium, vt cuncta recte riteq. examinarentur ac promulgarentur: ob idq. iuſſit Epiſcopis omnibus, ne quis eorum vllo pacto Epheſo recedere auderet; immo & in mādatis dedit prouinciarum omnium Præſidibus, ne quempiam Epiſcopum in Eccleſiā ſuam redire permitterent. eſt autem eius epiſtolæ exordium [a]: Magnificentiſſimi Candidiani deuotorum Domeſticorum Comitis relatu, &c.] data autem tertio Kalen. Auguſti, ita reſtituendum eſt quod alicubi legitur decimotertio Kalend. Iulij. Miſſus vero eſt cum his litteris Epheſum Palladius Magiſtrianus.

a Apud Act. Cōcil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 3. c. 18.

CV. *Palladius miſſus Epheſum.*

Hic autem cum Epheſum perueniſſet, reddidiſſetq. litteras vtriuſque partis Epiſcopis, & ipſe ad ſtudia Candidiani abreptus, Ioannis atque Neſtorij partibus fauit: vnde tantam præſetulit reddendi ad Imperatorem celeritatem, vt expectare noluerit litteras œcumenicæ Synodi ad Theodoſium ſcriptas ſubſcribi ab omnibus totius Synodi Epiſcopis tunc aſtantibus. Porro litteræ ipſæ ad Imperatorem tunc ſcriptæ eius argumenti fuerunt, vt narratione rerum geſtarum palam facerēt dolos, verſutias, atque arrogantiam Ioannis & collegarum eius, necnon Candidiani atque Irenæi Comitum vim atque tyrannidem; oſtendentes pariter, vniuerſam Synodum, triginta exceptis, om D nemq. ſimul Eccleſiam Orientis & Occidentis in vnam eamdemq. conſpirare ſententiam. Petierunt demum ab Imperatore, vt quinque e Synodo accerſeret Epiſcopos Conſtantinopolim, a quibus plene de cunctis rebus geſtis in Synodo doceretur. eſt autem Synodalis huius epiſtolæ exordium [b]: Veſtra maieſtas pietatem confirmatam percupiens, &c.] ſubiecerunt vero litteris ſuis nomina omnium ſchiſmaticorum ſeorſum conuenientium, qui erant omnes triginta numero.

b Apud Act. Cō cil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 4. cap. 10. & apud Cyril. epiſt. Synod. 4.

CVI. *Litteræ Synod. quomodo allatæ Conſtantinop.*

Cum vero eiuſmodi a ſancta Synodo ſcriptæ litteræ minime dari potuerint Palladio Magiſtriano, nec per quem alium tuto Conſtantinopolim mitterentur, obſeſſis a cuſtodijs itineribus, facultas vlla ſuppeteret; illud opportunum neceſſitas in re adeo deplorata conſilium ſuppeditauit: nimirum, cum ipſis plane innotuiſſet miſſas a ſe litteras Conſtantinopolim ad Imperatorem & alios interceptas ſemper fuiſſe, idemq. fore de ceteris quas poſtea miſſuri eſſent: fidum nacti hominem, eumdem in mendicum ipſo corporis habitu transformarunt, cui loco baculi, quo peregrinātes vti ſolerent, præbuerunt arundinem, quæ intus litteras omnes ab eis ſcriptas Conſtantinopolim ad diuerſos includeret, exemplaria nimirum omnium litterarum, quas ab interceptoribus ablatas acceperant: ſicq. tandem hac via bene conſultum eſt, vt ipſorum litteræ, ſero licet, peruenerint tamen E ad Imperatorem, & alios qui eorum ſilentium adeo ægro animo pertuliſſent. Quid autem factum ſit, cum redditæ ſunt Conſtantinopoli Synodales epiſtolæ, ſuo loco paulo poſt dicturi ſumus. Sed videamus interea conatus Neſtorianorum, ſcelera ſceleribus inſuentium.

CVII. *Calumniæ aliq contra Orthodoxos.*

Scripſerunt & ſchiſmatici, more ſuo texentes calumnias, ac mendacia conſuentes, litteras ad Imperatorem, quæ ſic incipiunt [c]: Hoc, pij Reges, Orthodoxæ fidei firmamentum, hoc columē, hæc baſis eſt, &c.] Sed mira illa verſutia iuncta cum arrogantia ſchiſmaticorum fuit, dum ſuā pauciratem excuſant, quod ipſi noluiſſent plures ſecum Epiſcopos conuenire; potuiſſe dicentes, ſi voluiſſent, & numero longe præſtare aduerſarijs, ſed abſtinuiſſe, ne ex multitudine tumultus & confuſio oriretur. Addiderunt præterea, numeroſitatem illam aduerſariorum conflatam eſſe ex hæreticis & excommunicatis: inculcātes & inuidioſum illud, quo in illos prouocaretur indignatio Principis, nempe ſe ſimul perrexiſſe ad eccleſiam ſancti Ioannis Euangeliſtæ, acturos Deo gratias, & rogaturos ipſum pro ſalute Imperatoris, ſed ab aduerſarijs occluſas fuiſſe valuas eiuſdem eccleſiæ, adeo vt ſibi opus fuerit foris orare: indeq. reuertentes, in via impetitos fuiſſe ab Epheſino populo lapidibus

c Apud Act. Cō cil. Epheſ. edit. Pelt. to. 3. c. 18.

lo lapidibus atque fuſtibus,& in fugam actos:eaq.omnia præordinata fuiſſe a Memnone Epiſco- A
do Epheſino calumniati ſunt:quem rogant ab Imperatore Epheſo eſſe pellendum. hæc & alia illi,
quibus animum Imperatoris in aduerſarios concitarent.

CVIII. Addiderunt his alias litteras iidem Neſtoriani ad Præfectum Vrbis,necnon ad Præpoſitum
Scholaſticorum:extant ipſę,eſtq.illarum exordium [a]: Ad ſummum(vt dici ſolet)malum deueni
mus,&c.]harum vero [b]:Inter alia delicta nullum grauius,&c.]quibus omnibus ingeminãtur que
relæ aduerſus œcumenicam Synodum.Alia præterea extat eorumdem epiſtola eodem argumẽto
ſcripta ad ipſum Imperatorem Theodoſium,cui tamen alicubi præfigitur titulus, Ad Callimorẽ
Regem Perſarum:incipit [c]: Pietas veſtra,quæ benefaciendo Orbi & Eccleſis Dei clareſcit,iuſſit
nos Epheſi congregari,&c.]Sed cur ad Callimorem Regem Perſarum? Nullus quidem hoc tempo
re eius nominis Rex regnauit in Perſide,ſed poſt Iſdegerdem Cadabes,& poſt hunc Blaſes,vt ex
Procopio [d] & aliis [e] patet,ſeu(vt vult Socrates [f]) poſt Iſdegerdem Bararanes.

a Apud Concil. Epheſ.edit.Pelt. tom 3.c 9.
b Ibid.c 10.
c Apud Act. Cõcil.Epheſin.tom. 3.c.11.edit. Pelt.
d Procop.de bello Perſic lib. 1.
e Euagr. libr. 1. cap.19.

CIX. Verum ſcito emendatiora exemplaria his de Callimore carere,& loco Callimoris , habere
Callinicum,nec de Rege Perſarum vllam fieri mentionem: ſed hæc tantummodo, quæ ſequũtur,
loco tituli præponuntur epiſtolę:Relatio Epiſcoporum Orientalium ad Imperatorem.]quæ verba B
ita Græce in codice ſcripta leguntur,videlicet : ἀναφορὰ τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων βασιλεῖ καλλινίκῳ.]
ita vt omnino illud, Callimorem,ſit explodendum.Quod ſi aliqui codices poſt Callinicum habent
etiam Regem Perſarum,ad eum plane ſenſum accommodanda ſunt verba,vt dicat,Ad Theodoſiũ
Victorem Regis,ſiue Regũ Perſarũ. Certũ eſt enim Theodoſium aduerſus Perſas bellũ geſſiſſe,
curaſſeq.vt Chriſtiana fides apud Perſas propagaretur:hæc enim ex iis quæ ſuo loco ſuperius dixi
mus,manifeſta redduntur . Quinetiam & iidem ſchiſmatici in libello [g] eidem Theodoſio paulo
poſt miſſo de his mentionem faciunt,cum rogant, ne patiatur,fidem Chriſtianã per ipſum in Per-
ſide immiſſam langueſcere,vbi & hæc addunt;Non enim duplices in Perſidẽ,o Rex, mittas Chri-
ſtianiſmi doctrinas,&c.]

f Socrat. libr. 7. c.8.& 18.
g Apud Cyril.in Apolog.

CX. Porro cum hanc emendationem,tum alias plures,quibus vides citatos textus Actorum Con-
cilij Epheſini diſcrepare ab editione Pelrana,ſiue alia,ſcias haud inconſulto eſſe factas, ſed magno
ſtudio ad hoc adhibito a Petro Morino Pariſienſi viro doctiſſimo, qui ipſa integra Epheſina A-
cta contulit cum exemplaribus Vaticanis,vt ipſa Epheſina Synodus quam puriſſima edi poſſit,ſi-
cut & aliæ œcumenicæ,quas Vaticana præla modo cudere incipiũt.Sed proſequamur reliqua quæ C
ad rerum geſtarum hiſtoriam pertinent.

Cum autem S.Cyrillus videret ſanctos Epiſcopos ærumnis preſſos adhuc Epheſi detineri ; vt
mærentes erigeret,egregiam habuit concionem,cuius eſt exordium huiuſmodi [h]:Beatus Prophe
ta Dauid,qui ſpem ſuam ad Deum fixam habent,ad conſtantiam inflammans , ait [i]: Viriliter
agite,& confortetur cor veſtrum,omnes qui ſperatis in Domino,&c.]ita quidem ipſe ducis exer-
citus munere fungens, ne animos deſponderent Chriſti milites,diuinæ Scripturæ verbis hortatur.
Cum hæc Epheſi gererentur,accidit vt Conſtantinopolim deferrentur litteræ arundini incluſæ per
mendicum miſſę:quas cum Orthodoxi,ad quos ſcriptę erant,accepiſſent,lectis illis,cognitiſq.ty-
rannicis, quas Catholici Patres Epheſi paterẽtur, inſidijs,& proditione ac violentia pyratica,qui-
bus a ſchiſmaticis Neſtorianis fides Catholica vexaretur;tantumq.patrari nefas , quantum nec
ſub Ethnicis Imperatoribus vllam Synodum eſſe paſſam,memoria eſſet:zelo æſtuantes,eo fiduciæ
prouenere,vt abſque metu in aulam irrumperent,omniaq.Imperatori palam facerent,vniuerſam
que ciuitatem ad fidei Catholicæ defenſionem commouerent.Qui autem huiuſmodi prouinciam
ſuſcepere,haud tyrones,vileſq.lixæ,ſegneſve qui fugam capturi eſſent,milites fuere,ſed cẽturia- D
rum primipilares, prœlia aduerſus dæmones ciere aſſueti,mundi contemptores, & qui non vere-
rentur potentium vultus;quibus loco gloriæ cederent contumeliæ,& pro maximo lucro ducerent
profundere pro veritate tuenda vitam ; quos etiam hoſtes prę excellentia meritorum veneraturi
eſſent,incutientes illis ipſo aſpectu terrorem.Tales plane erant ductores illi in ſpirituali militia or
dinum militarium,patres monachorum,quos Archimandritas vocare conſueuerũt:quos ipſos ſua
rum epiſtolarum claſſico ſancta Synodus per ſanctum Cyrillum(vt vidimus)ad prœlium excita-
rat.Erant horum præcipui Comarius,Potamon,atque Dalmatius.In quo quidem conferendo cer
tamine virtus in primis enituit ſancti Dalmatij ſpectatiſſimi ſanctitate viri,quem eximię probita-
tis ergo conuenire Theodoſius ipſe aliquando conſueuerat,ab eo ſalutis monita accepturus: hic
enim,in meditullio licet celeberrimæ vrbis,montium ſolitudinem ſibi parauerat,cum e loco num
quam pedem extulerit.Quæ autem ipſe vna cum collegis ac ſubiectis ſibi monachis egerit,nõ no-
ſtris verbis,ſed Actorum publicorum intelliges,quæ ſic ſe habent [k]:

h Apud Act. Epheſin.tom.6.c. 13 edit Pelt.
i Pſal.26.
Archimandritæ pro Synodo certamen ſubeunt.
k Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. tom.1.c.19.20.

CXI. Confeſtim omnes Archimandritæ monachorum cateruis ſtipati exorgunt, hymnoſq.& pſal-
mos decantantes ad Regiam contendunt.Erat autem inter alios Archimandritas ſanctus Dalma- E
tius,qui annis plus minus quadragintaocto pietatis ſtudio recluſus,extra monaſterij ſui ſepta nũ-
quam pedem extulerat;nec ab vllo vmquam,vt aliquando egrederetur,adduci potuerat , cum ta-
men ob frequentes terræmotus Conſtantinopolim concutientes , crebris piiſſimi Regis noſtri
precibus,qui ad illum accedebat,ad egreſſum communemque aliorum ſupplicationem iam antea
prouocatus fuiſſet.Ceterum dum de hac controuerſia,quid facto opus eſſet, Deum precando con
ſuleret;vox cælitus ad eum delapſa,vt egrederetur,imperauit:noluit enim Deus gregem ſuum p-
dere in finem.Comitabatur eoſdem etiam non parua Orthodoxorum turba.Cum vero intra Pa-
latium eſſent,Archimandritæ ab Imperatore acciti,recta mox ad illum ingrediuntur. Plebs vero
& monachorum turba antiphonarum & pſalmorum modulationi intenta foris remanſit.

Archimandritę cum Monachis procedunt ad Regiam.

CXII. Archimandritæ vero,æquo exoptatoq.reſponſo ab Imperatore accepto, ad ſuos continuo re-
grediuntur.Ex Regis voluntate,vt ad ſancti Mocij baſilicam contendant omnes,mandatur, ibi-
dem cum Imperatoris mentem,tum allatæ quoque epiſtolæ ſententiam percepturi.Omnes itaque
tam

Archimandritæ agunt pro Epheſino Conc. œcumenico.

A tam monachi, quam plebeij, pſalmum poſtremum, verſus poſtremam ciuitatis partem concinẽtes (erat enim via, qua incedebant, ex principalibus vna) ad ſancti Mocij Martyrium abſcedũt. Et hic rurſum non parua monachorum multitudo cum hymnis & cereis occurrit; hominumque multitudinem cõſpicati, magna omnes aduerſus Chriſti inimicum (*nempe Neſtorium*) voce exclamarũt. Tandem vbi omnes in beati Mocij baſilicam ingreſſi eſſent, publice recitata eſt epiſtola. Populus Conſtantinopolitanus vna ſimul voce exclamat: Anathema Neſtorio. Sanctus itaque Dalmatius vbi in ſuggeſtum aſcendiſſet, dixit: Si vultis audite, quieti adeſte, & diſcite; neq. his quæ dicentur, obſtrepere velitis: Adeſte autem præſenti animo, quo verba exacte percipere valeatis.] recitata vero fuit ab eo epiſtola Synodalis, quam illam fuiſſe diximus datam ad Comarium, Potamonem, & Dalmatium Archimandritas, ad cuius finem apud [a] Cyrillum hæc quæ referimus ſcripta habentur. Ea autem lecta, Dalmatius iſta ſubdidit [b]:

a Cyril epi. 10.
b Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. tom. 1. c. 20.

CXIII.
Publica relatio Dalmatij Archimandritæ.

Quam nunc pietas veſtra epiſtolam audiuit, eam pijſſimus Imperator quoque legit, & fidem ei habuit: Nam ego, cum mihi allata eſt, dixeram Imperatori eum ad ſanctam Synodum ſcripturum: quæ autem ſuggeſſeram, illa præſcripta ſunt, quamuis non plene: miſit enim ad me, & lecta B ſunt: verum ne qua illum triſtitia afficerem, quæ ſequebantur præmiſi, quæ relatores non exhibuere, ſed illarum loco alias quaſdam litteras ſubiecerunt. Erant autem quæ cum ipſo ſum locutus cõuenientia & ad rem opportuna; quæ nunc coram veſtra pietate repetere opus non eſt, ne vt elatus & gloriabundus apud quempiam veſtrum in reprehenſionem incurram. Conteret enim Deus hypocritarum oſſa. Imperator omnia quæ facta narrabantur, ordine audiuit, audiendoque gauiſus eſt, & Deo gratias egit: neque audiuit ſolum, ſed narrationis quoque ſeriei ſanctæ Synodi (ſicut illius maieſtatem decebat) aſſenſus eſt, non meis quidem verbis ad hoc inductus, ſed patrum & auorum ſuorum fidem ſecutus. Scripta itaque (vt par erat) ſuſcepit & legit; perſuaſuſque ait: Si res ita habet, cur Epiſcopi qui adfuerunt, huc non veniunt? Cui ego: Nemo eorum venire ſinitur. Et ille: Nemo prohibet. Rurſum ego: Detinentur (inquam) & prohibentur ne veniant.] Intelligis ex his, puto, lector, nequaquam ex ſententia Imperatoris ſcriptum eſſe ad Synodum, ne quis eorum diſcederet Epheſo, etiamſi ad Imperatorem proficiſci velle diceret. Pergit vero ſuſceptam ſemel orationem Dalmatius:

CXIV.

Qui e Neſtorij factione ſunt, eorum plurimi eunt & redeunt libere: quæ vero a ſacra Syno-C do acta ſunt, ea nemo ad veſtram pietatem referri permittit. Ceterum pro altera, hoc eſt, pro parte Cyrilliana, coram omnibus dixi: Sex millia ne Epiſcoporum audire malit, an vnum tantum hominem, eumque impium? ſex millia autem eos aiebam qui ſub Metropolitanorum ſanctiſſimorum Epiſcoporum poteſtate degunt (hæc omnia autem eo ſpectabant, vt accerſerentur & venirent, qui ea quæ facta ſunt patefacerent; loquor autem de ſanctiſſimis Epiſcopis, quos ſacra Synodus huc deſtinatura eſt.) Et reſpondit: Recte quæſiuiſti. Rurſumque adiecit, & dixit: Precemini pro me. Quid multis? Certe noui Imperatorem Deo & ſacræ Synodo obſecuturum potius, quam peruerſis hominibus. Orate igitur pro Imperatore, & pro nobis. Populus Conſtantinopolitanus vna ſimul voce exclamat: Anathema Neſtorio.] hactenus Acta, ex quibus plane detegitur mens animuſque Theodoſij, qui videbatur ex multis erga Neſtorium paulo propenſior, nõ niſi ad rectam, puram, ſanctamque religionem fuiſſe addictus; licet a magiſtratibus ipſis, hominibus Neſtorianis, ad tempus mendaciorum offuſum nebula, certum ſit, cum de veritate plene decernere minime licuit. Dalmatius vero, his peractis, mox dedit litteras ad Concilium de reb. Conſtantinopoli cum Imperatore populoque tractatis: eſt earum exordium [e]: Iam inde ab ineunte D ætate in Orthodoxa fide educati.]

Theodoſii animus pius ad tẽpus deceptus a Neſtorianis.

e Apud Act. Epheſ. edit Pelt. tom. 1. c. 24.

CXV.
Iſidorus Peluſiota admonet Theodoſiũ Imperatorem.

Cõtigit autem paulo poſt, vt & litteris Iſidori Peluſiotæ celeberrimi doctrina & ſanctitate monachi, diſcipuliq. olim ſancti Ioannis Chryſoſtomi, Imperator admoneretur: cum enim accepiſſet quæ tyrannice agerentur Epheſi a Comitibus Imperatoris, ad ipſum Imperatorem litteras ſcripſit, quibus inter alia declarauit quanto periculo res ſacræ ſæcularibus magiſtratibus crederentur. Eſt quidem epiſtola breuis, ſed ſublimis ſenſibus: reddamus hic ipſam; ſic enim ſe habet [d]:

CXVI.
d Iſidor. Peluſ. lib. 1. epiſt. 311.

Si tu tantum temporis tibi ſumas, vt ijs quæ Epheſi decernenda ſunt, interſis: non dubito, quin ea ita ſe habitura ſint, vt a nemine reprehendi queant. Sin autem turbulentis odijs calculos permiſeris, quiſnam a cauillis & dicterijs Concilium vindicabit? Huic autem malo remedium attuleris, ſi miniſtros tuos a dogmatum præſcriptione remoueas (vt qui magno hiatu ab eo diſtincti ac dirempti ſint, vt ſimul & Imperatori & Deo ſeruire ſtudeant) ne alioqui Imperio quoque motum ac iactationem afferant, perfidiæ ſuæ machinas ad Eccleſiæ petram effringentes: nam ea firmo loco defixa eſt, eamque cauſam habet, vt ne ipſi quidem inferi portæ dominentur; quemadmodum is qui eam conſtabiliuit, pollicitus eſt.] hactenus Iſidorus ad Theodoſium, profectio-E nem ſuadens Epheſum.

CXVII.

Theodoſius igitur his perſuaſus, audita Neſtorij damnatione legitime facta, abſq. vlla mora, decretis Synodi œcumenicæ acquieuit. Ad ſedandas autem alias controuerſias, quas ex litteris Cãdidiani & ſchiſmaticorum acceptis obortas ſciebat inter partes Ioannis atq. Cyrilli; ſecundum petitionem Orthodoxorũ, facultatẽ tribuit œcumenicæ Synodi Epiſcopis, vt quos vellent Conſtantinopolim mitterent, qui ſibi referrent quæ facta eſſent, quæve agenda pro Eccleſiæ pace forent.

CXVIII.

Cum igitur Imperatoris voluntas œcumenicæ Synodo innotuiſſet, mox decreta eſt legatio Epiſcoporum ad ipſum Theodoſium Auguſtum. Tunc enim & ſchiſmatici legauerunt Irenæum Comitem, cui & litteras perferendas ad Imperatorem dedere, quarum eſt exordium [c]: Spetabamus Aegyptiacam tempeſtatẽ, quæ ſanctas Dei Eccleſias grauiter hactenus exagitauit, per pietatis veſtræ litteras tandem aliquando ſedatũ iri. ſed ſpe noſtra fruſtrati ſumus, &c.] multa præterea inuidioſa & calũnijs plena coaceruarũt ad concitandũ Imperatoris animũ in Orthodoxos. Porro has litteras non ad Irenæum miſſas, ſed per Irenæũ allatas, ipſius epiſtola ad Synodum ſchiſmaticorũ

c Apud Act. Epheſ. to. 3. c. 17.
Irenæi Comitis legatio a ſchiſmaticis.

a Ibid. c. 14.

reddita docet [a], & ipſæ litteræ id declarant. Quæ autẽ acta ſint per Irenæũ a Neſtorianis miſſum, A litteræ ab eo poſtea datæ ad illos ſignificant, ſimulque inſinuant res geſtas ab Epiſcopis a Synodo œcumenica miſſis: continent enim epiſtolarem hiſtoriam, ſed eam tamen quæ affectu priuato conſcripta, velut nexibus præpedita, minimeque libera, haud careat calumnijs atque mendacijs. reddamus eas tamen, ex quibus complura elici poſſunt ad rerum geſtarum cognitionem perneceſſaria; ſic enim ſe habent [b]:

b Apud Act. Epheſi. edit. Peis. tom 3. c. 14.

CXIX. *Epiſt. Irenæi comitis de rebus Conſtantinop. geſtis.*

Vix vel nunc tandem ad ſanctitatem veſtram ſcribere, qualemq. deſiderabam tabellarium inuenire, & quis ſuſceptæ prouinciæ ſucceſſus per gratiam Dei extiterit, veſtræ pietati patefacere, integrum fuit. Venimus in regiam ciuitatem triduo poſt Aegyptiorum aduentum. At vero quot in ipſo mox aditu pericula ſim perpeſſus, id nulla ratione explicari poteſt, nedum breui epiſtola. Nã optimi viri illi ante me ciuitatem ingreſſi, omnibuſque commode & ex voluntate vſi (tantũ enim dixiſſe ſat ſit) omnium fere aures præoccuparant, alios quidem mendacijs (vt fieri ſolet) ineſcãtes, alios confictis in nos calumnijs inſtigantes; omnes deniq. publice, priuatimq. ea ratione in ſuã ſententiam allicientes, vt etiam præcipui quiq. Principum, reliquiq. non pauci, qui vel auctoritate ampliori in Republica pollebant, vel diuerſa in rebus bellicis munia obibant, perſuaſi eſſent, examinatione quam oportuit adhibita, iudicationeq. examinationi conſentanea mox conſecuta, & omnibus Epiſcopis in vnam eamdemq. ſententiam congruentibus, Neſtoriũ, qui deſerta cauſa aberat, iuſtam, factiſq. ſuis dignam exauctorationem perpeſſum eſſe. Sane Scholaſticum magnificentiſſimum, Chriſtoq. dilectiſſimum cubicularium inter alios ita dementarant, vt ne nomen quidẽ Deiparæ Epheſi audire ſuſtinuiſſe (*Neſtorium ſcilicet*) perſuaſiſſimum haberet. B

CXX.

Verumtamen ob inexpugnabilem veritatis virtutem, veſtraſq. orationes, & immenſas Dei miſerationes, id ſum conſecutus, vt nõ ſolum pericula, quæ prima ſtatim fronte (vt dixi) ſe offerebãt, euaderem, verum etiam vt magnificentiſſimos Principes percommode conuenirem, vniuerſamq. rerum ſeriem, quantum licebat & res poſtulabat, explicarem. Qui ſimulatque noſtram relationẽ accepiſſent, e veſtigio omnia quæ vel Aegyptij, vel Aegyptiorum fautores per tyrannidem tam in præſentem cauſam, quam in nos ipſos quoq. commiſerant, ad Imperatorum aures referri voluerunt. Et vt multa paucis complectar, cum plurima vtrinque & ab ijs qui cum Cyrillo faciebãt, & ab illis rurſum qui nobiſcum ſentiebant, eſſent agitata: placuit, vt vtraque pars, tam ego videlicet, quam Aegyptij, ſuæq. cauſæ tuendæ gratia, illuſtribus Principibus præſentibus, piiſſimum Imperatorem adiremus. Reſtiti ne id fieret, identidem repetens ac proteſtans, me ea de cauſa non adeſſe C nec vlla mandata huiuſmodi a pientiſſimis Epiſcopis accepiſſe, ſed tantum litterarum latorem aduenisse. Verum enimvero etſi acriter reclamarem: attamen quod ſemel decretum fuerat, abſq. vlla cunctatione obtinuit. Quare diuina prouidentia etiam tum nobis opem ferente, Auguſtiq. animum ad veritatem impellente; & re ipſa, quod cor Regis vere in manibus Dei ſit, declarãte; aduerſarij cauſa ceciderunt, damnationiſq. ſententiam in ſe exceperunt (oportet enim paucis rei euentũ expedire) propterea quod neq. Neſtorij depoſitionem defendere, neque quæ hic per mendacium & falſitatem effutierant, vlla ratione poſſent conſtituere.

CXXI.

Quin & illud quoque omnibus perſpicuum per me euaſit: nempe etiamſi recto congruoq. ordine ſeruato Concilium conuocatum fuiſſet, Aegyptio tamen Neſtorium condemnare nullatenus licuiſſe; vt qui ipſe quoq. condemnatorum catalogo adſcriptus eſſet. Sed neq. vllam quoque cauſam abſque magnificentiſſimi Comitis Candidiani ſententia tractare, vel adoriri iure potuiſſe. Etenim omnes illius denunciationes & comminationes, Sacra præterea per eũdem ad Synodum ſcripta, & alia ſimilia non pauca, Rege ad maiorem rei euidentiam ita iubente, recitata ſunt: neque quicquã D omnino, quod iniqua illegitimaque illorum ſtudia aliquo modo ob oculos ponere poſſet, veſtris intercedentibus precibus, omiſſum eſt.

CXXII.

Denique vt veritatis hoſtes iuſtam ab omnibus ſententiam retulerunt: ita veſtræ pietatis iudicium ab omnibus, vt iuſtum, probatum & confirmatum eſt. Nec dubium habemus, quin pius Imperator Aegyptiorum depoſitionem ad ſanctas Dei Eccleſias quamprimum ſit perſcripturus; omniaq. tyrannice & illegitime Cyrillum perpetraſſe, aperte denunciaturus; necnon dignas quoque in eos qui tam grauiter offenderunt, pœnas ſuo tempore decreturus. Huc itaq. res euaſerũt: hic noſtræ apud Imperatorem diſceptationis terminus extitit.] hæc quidem quæ ipſe Irenæus oſtentator glorioſus exaggerat, vt fidem induſtriamq. ſuam amaſio Neſtorio probatam redderet, quam falſa ſint, vanaq. ſpe concepta, inaniq. iactantia exarata, ipſa quæ idem ſubdit, certum reddunt; nam pergit: Ceterum (inquit) cum Ioãnes medicus Syncellus Cyrilli (vt noſtis) aduenisset, aduertimus pleroſq. Principum repente fuiſſe mutatos: vt qui iam ne audire quidem ea a nobis vellent, quæ de illis fuerant indicata. Emerſeruntque varia mox inter illos iudicia.

CXXIII. *Dubia ſententia de rebus a Theodoſio decernendis.*

Quidam enim affirmabant, quæ vtrinque facta eſſent, vtrinq. valere debere, atq. adeo non duorum tantum, vt aliquando viſum fuerat, ſed trium depoſitionem confirmandam eſſe, *nempe Neſtorij, Cyrilli, atque Memnonis.* Alij contra, oẽs quidem exauctorationes ex æquo nullas decernendas E eſſe: illuſtriores vero Epiſcopos, qui & fidei doctrinam accurate ad veritatem adamuſſim examinarent, & quæ Epheſi acta eſſent, candide exponerent, huc accerſendos cenſebant. Non deerant tamen qui omnem lapidem mouerent, vt manifeſtis decretis inſtructi a pientiſſimo Rege Epheſum abire ſinerẽtur, tamquam omnia iſtic quam diligentiſſime cognituri, & quam commodiſſime cõpoſituri. Quod ne fiat, qui nos amant, obnixe procurant: Non enim ignorant, cuius illi ſint animi, qui hæc moliuntur: neque neſciunt, quo fine id conſilij ceperint. Verum hæc, vtcumque Domino viſum fuerit, ſuccedant. Interim ſanctitatem veſtram rogatam cupio, vt Deum pro me orare non grauetur, vt qui tot pericula iam olim perpeſſus ſim, & in magnis adhuc diſcriminibus, ob illam quæ vitæ meæ inſidiatur, multitudinem verſer. Teſtis enim eſt mihi Deus, cum ad Regis cognitionem vocarer, aliud nihil me expectaſſe, quam vt fluctibus maris ſtatim obijcerer. Sed Dominus (ſi-

cut

Digitized by Google

A cut ſcriptū eſt) aſtitit mihi,& de ore leonis,aut mille potius leonum catulis liberatus ſum.] hucuſ
que epiſtola Irenæi Comitis Neſtorianorum principis.
Sed quid tandem decretum eſt? Dum hæc conſidero,illud plane Domini de Leuia hau alludē CXXIV.
tis ad prauum dæmonem apud Iob in mentem venit,vbi ait [a]: Huic montes herbas ferunt,& om a Iob.40.
nes beſtiæ agri ludent ibi.]ſiquidem vbi primum huiuſmodi hæreſis monſtrum, draco iſte egreſ *Quid moliti*
ſus ex inferis eſt,tulerunt illi ſuppetias qui alios ſpecie quadam probitatis & potentia antecellere *ſint ſchiſmati*
videbantur,Comites & Epiſcopi. Et hoc ipſo tempore,cum Imperatoris animus in dubio eſſet,& *ci per Acaciū*
in quodā æquilibrio conſtitutus,huc illucve impellendus paulo momento: ecce opportune adfuit *Berœenſem.*
procuratum a factione ſchiſmaticorum officium Acacij Epiſcopi Berœenſis, de quo plura ſupe-
rius.hic quidem natus annum centeſimum decimum,cum præ ingraueſcente ſenecta ſe conferre
ad Synodum Epheſi celebrandā excuſaret,Paulo Epiſcopo Emeſeno [b] ſuas vices delegauit,quē b Act. Epheſin.
conſtat aduerſus Orthodoxos inhæſiſſe Ioanni, & in loco Acacij eiuſdem pſeudoconcilij decretis edit.Pelt.tom.3.
ſubſcripſiſſe.Cū igitur ſic oppignoratam fidē Acacij per Vicarium Neſtoriani nacti eſſent,eo etiā cap.19.
adegerunt delirum ſenem,vt aduerſus Cyrillum & Memnonē hoc ipſo tempore ſcriberet ad Im
B peratorem:qui neſciens eiuſmodi coniunctionem Acacij cum Neſtorianis,liberā iudicans & recti
animi ac ſinceriſſimi Orthodoxi eius eſſe ſententiā,quem longæua ætas & prædicata doctrina præ
ceteris commendabat,ratā habuit.Secundum igitur Acacij perſuaſionem,ſententias aduerſum ſe
inuicem datas ſtatuit eſſe ſeruandas,quouſq. res inter ſe ipſi componerent,ſtudens ita conciliare
Epiſcopos diſſidentes. Mittenſq. ſequeſtrem pacis Epheſum Ioannem Comitem,ad vtrumq.con c Apud Act. E-
uentum eaſdem litteras dedit,miſitq.ad eos dictam Acacij epiſtolam,de qua hæc habet [c]: pheſ. edit. Pelt. tom.3.c.15.
Vt autem ſanctitas veſtra cognoſcat,ſe non modo per noſtræ pietatis litteras ad concordiam, CXXV.
communemq. pij dogmatis pacem,conſenſionemque incitari;etiam Acacij Berœenſium Antiſti-
tis epiſtolam,qua idem vir ille inculcat,ſuadetque ſedulo,ad vos miſimus. Hic enim cum propter
extremæ ſenectutis imbecillitatem ſanctiſſimo veſtro Concilio adeſſe non poſſet,ea per litteras ex
poſuit,quæ & ſuæ pietati conueniebant,& Orthodoxæ religioni non parum quoque prodeſſe poſ-
ſe intelligebat.]hæc de Acacio Theodoſius. Porro animarunt eum contra Cyrillum Neſtoriani,cū
de illo iactarent, Apollinaris hæreſis eſſe reſtitutorem:nam in ſua epiſtola poſtea ad ipſum Theo-
doſium data hæc habent [d], cum de Cyrilli ſcriptis Apollinaris hæreſis infamia ſugillaris,& ab d Apud Cyril.
C Acacio tales,vt putabat,inuentis:Optime(inquiunt) ſcit vir ille,decem & centum annos natus,qui in Apolog.c.4.
omnem ætatem in Apoſtolicos ſudores inſumpſit,& plurimis Synodis interfuit,& Apollinaris aſ-
ſeclas vicinos ſemper habuit,&c.]talia ſunt de Acacio præconia ſchiſmaticorum,quæ illi ignomi-
niæ magis cedunt quam laudi,ſicut & illa quæ de eodem intexuntur a Theodoreto in epiſtula ad e Cod. Vatic. ep.
Berœenſes [e]. Theodoret.75.
Erat autem qui miſſus eſt Epheſum ab Imperatore Ioannes ipſi Theodoſio(vt aiunt) ab ele- CXXVI.
emoſynis,qui propriori titulo Comes dicebatur Sacrarum largitionum. Qui cū Epheſum magna *Ioānes Comes*
celeritate peruenisſet,prima die patefactis litteris Imperatoris,declarauit Neſtorium, Cyrillum, *mittitur Eph.*
atque Memnonem iure depoſitos:quos omnes,ne diſſidia maiora concitarentur in populo,carce- *ab Imp.*
ri quemque ſuo voluit mancipatos;ſiquidem Neſtorium cuſtodiendum tradidit Candidiano Co
miti,Cyrillum vero & Memnonem Iacobo itidem Comiti. Porro hæc omnia prima die peracta, f Apud Act. E-
litteris ſtatim Theodoſio ipſe Ioannes ſignificauit,quarum eſt exordium [f]: Cum ſciam condu- pheſ.tom.3. ap-
cibile pietati,&c.]quibus hæc ſummatim complexa pluribus deſcribuntur. pend. a.c.1.
Dolentes autem Epiſcopi Orthodoxi, defenſores Catholicæ fidei peruerſa telatione ſceleſtiū CXXVII.
D ab Imperatore ita peſſime habitos,ad Theodoſium conſcripſere epiſtolam, cuius exordium eſt [g]: g Apud Act. E-
Chriſtianiſſima regiaq. veſtra maieſtas,&c.]queruntur deceptum Imperatorem,cum illi nuncia- phes Conc. edit.
tum eſſet,non Neſtorium tantum,ſed Cyrillum & Memnonem a Synodo œcumenica eſſe depoſi- Pelt.tom.4.c.6.
tos. Addiderunt [h] his alias,quibus cum de iuſta damnatione Neſtorij multa habeant, reddi ſibi h Ibid.c.14.
petierunt Cyrillum atq. Memnonem;ſe ipſos vero numquam adduci poſſe, vt communicent cum
ſchiſmaticis. Dederunt & aliam epiſtolam ad clerum Conſtantinopolitanum eodem quoq. argu-
mento,petentes adiuuari,quæ ſic incipit [i]: Qui in tanta rerum fluctuatione verſamur,&c.] Sed & i Ibid.c.15.
ipſe Cyrillus e vinculis ſcripſit ad Archimādritas,iamq. rebus meliorem ſpem affulgere declarat
his verbis [k]: Benedictus Saluator,qui huiuſmodi nugas contra me effutientes falſitatis redar- k Ibid.c.18.
guit. Etenim poſtquam dominus meus magnificentiſſimus,præclariſſimuſq. Comes Sacratū lar- *Quæ Orthodo*
gitionū Epheſum veniſſet,nihilq. eorum omnium quæ dicta fuerant,veritate niti comperiſſet,ani *xi atque Cyril*
maduertit in eos qui talia nugati fuerant. Agnouit autem ſanctam Synodum vnius fidei cauſa cō *lus vinctus re*
tendiſſe,& neq. mihi,neq. vlli alteri gratificandi ſtudio,ſed diuino zelo incenſam, quod nimirum *ſcripſerint Cō*
blaſphemum illum ferre non poſſet,Neſtorium condemnaſſe.]hæc Cyrillus, adhuc tamē vinctus *ſtātinopolim.*
E in Domino:ſed quam celſo animo iſta perferret,ex his quæ ſubijcit intelligi poteſt,vbi ait:
Interea loci nos vincti,cuſtoditiq. aſſeruamur,ignari prorſus quo tandem res hæc ſit euaſura. CXXVIII.
Verumtamen gratias agimus Chriſto,quod pro nomine illius digni habeamur,non ſolum vincu- *Cyrilli & Sy-*
lis conſtringi,ſed cetera quoq. omnia perpeti.neq. enim iſta præmijs ſuis carebunt.] ſubdit hæc ve *nodi in patien*
ro de conſtantia Synodi. Non potuit autem ſancta Synodus induci vt cum Ioanne cōmunicaret; *do alacritas.*
ſed animoſe reſtitit:En,inquiens,corpora,en eccleſias,en ciuitates:in omnia hæc poteſtatem habe
tis;nos autem,vt prius cum Orientalibus communicemus,quam ea diſſoluantur,quæ per illorum
ſycophantiam contra comminiſtros noſtros comparata ſunt,illiq. rectam fidem confiteantur, id
fieri nullo modo poteſt. Dignoſcuntur enim Neſtorij dogmata loqui,ſentire,& confiteri. Totaq.
vniuerſitas in his diſpoſita eſt. Precentur pro nobis Orthodoxi omnes. Vt autem beatus Dauid ait
[l]: Ego in flagella paratus ſum.]hactenus Cyrillus. Iſta quidem ex parte œcumenicæ Synodi atq. l Pſal.37.
Cyrilli delata ſunt Conſtantinopolim.
Quidnam interea Concilium malignantium & ſynagoga potentium? Eo quidem impudentiæ CXXIX.

Schiſmatici laborant pro reſtitutione Neſtorij.

a Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 3. c. 8. append. 2.

b Cyrill. Apolo.

Schiſmatici doloſe profeſſi fidem Catholicam.

c Cyril. epiſ. 32.

prouenere, vt non veriti ſint litteris apud Theodoſium agere, vt Neſtorij damnationem irri- A tam redderet, quod ſcilicet qui eum condemnaſſent, hæretici ipſi eſſent, mentientes Cyrilli ſcripta eſſe Apollinaris hæreſis labe conſperſa [a]. eſt exordium ipſorum epiſtolæ: Edocti ex ſanctiſſimorum & pientiſſimorum miniſtrorum noſtrorum litteris, &c.] Adiecerũt his alias, quibus ſignificarunt, ſe vna cum Ioanne Comite teſtimonio Acacij Epiſcopi Berœenſis epiſtolæ egiſſe cum aduerſatijs, vt Cyrilli capitula tamquam hæretica damnarentur, ſed nequicquam apud illos profeciſſe. Vt autem maiorem ſibi apud Imperatorem fidem conciliarent, ad finem epiſtolæ adiecerunt Orthodoxæ fidei confeſſionem. recitat hæc ipſe Cyrillus [b]: ſed in eis illi de damnatione Neſtorij ne verbum quidem, quæ primo loco ponenda erat, cum ſcirent ipſum aduerſari ſymbolo ab eis edito, in quo & ſanctiſſima Maria Dei genitrix affirmatur; vt plane intelligas omnia iſta haud ſincero animo, ſed fraudulenter ab ipſis eſſe tractata, quò vnum illud aſſequi poſſent, nempe ſcriptorum Cyrilli damnationem. eſt autem tota illa epiſtula adulatione demulcens animum Imperatoris, quæ ſic incipit. Merito quis dixerit, noſtri ſæculi homines, quod tuo imperio gubernentur, beatiores ijs qui ante noſtram ætatem fuere, &c.] Ceterum quod ſpectat ad ipſorum fidei profeſſionẽ iſta habet Cyrillus [c]: Illud autem ſcitote, quod cum fidei expoſitionem componerent, inter ſe cõ B tenderunt, & adhuc in contentione tenentur. Nam alij quidem admittunt, vt ſancta Virgo Deipara dicatur, cum eo, vt Homipara dicatur. Alij vero prorſus hoc negant; paratosq. ſe eſſe dicunt, vt manus ſuas amputandas præbeant potius, quam vt huiuſmodi voci ſubſcribant. Vbique autẽ turpiter ſe gerunt, hæretici declarati.] hæc Cyrillus. Ceterum obtinuiſſe eorum ſententiam vt Deipara diceretur, ipſa cõfeſſio docet: ſed & quam doloſe his ipſis vocibus vterentur, ſuperius ex eorum aſſertione demonſtratum eſt.

CXXX.

d Cyril. ead. ep. 32.

Ceterum illud Catholicos vehementius perturbauit, quod Ioannes ipſe Comes, qui ſequeſter pacis aduenit, vt rem ſe bene geſſiſſe ſignificaret, eaq. de cauſa maiorem ſibi apud Imperatorem fidem conciliaret, ſcribens ad eum turpiter mentitus eſt vniuerſam œcumenicam Synodum aſſenſam eſſe in damnationem Cyrilli; adeo vt iam de loco, quo in exilium eſſet deportandus, conſuleretur: ſcripſit enim de his ipſe Cyrillus, vbi hæc reſciuit, ad clerum populumq. Conſtantinopolitanum iſtis verbis [d]: Turbata eſt admodum ſancta Synodus, vbi magnificentiſſimum & glorioſiſſimum Comitem Ioannem non recte omnia retuliſſe audiuit: ita vt & de noſtro exilio, qui illic ſunt, conſulteut, quaſi ſancta Synodus irregularem & nefandam depoſitionem a Ioanne, & hæreticis C qui cum eo ſunt, factam acceptarit, &c.]

CXXXI.

Verſutum Conſilium Schiſmaticorum & Ioannis Comitis.

Quid præterea idem Ioannes Comes pertentarit, quo iactare ſe potuiſſet Epiſcopos omnes in vnam concordiam redegiſſe, idem Cyrillus ſic inferius ſubdit: Cum autem hanc rem memoratus magnificentiſſimus vir non eſſet aſſecutus, nempe vt Ioannes Antiochenus Epiſcopus ab ipſis in communionem reciperetur; etiã hoc excogitauit, & a ſancta Synodo petijt, vt ſibi ſcripta daretur fidei expoſitio, vt & illos conſentire & ſub ſcribere faceret, & reuerſus diceret: Conciliaui eos ad amicitiam humanis inter ſe offenſis diſſidentes. Vbi hoc ſancta Synodus intellexit, rurſus omnino reſtitit, dicens: Non exponimus nos ipſos contumeliæ: non enim tamquam hæretici vocati ſumus; ſed ad hoc venimus, vt fidem rectam reſtituamus, quam & reſtituimus, nec opus eſt Regi vt fidem diſcat, cum hanc ſciat, in qua ille baptizatus ſit. Itaque ne hoc quidem Oriẽtalibus proceſſit.] hæc de his Cyrillus. quæ autem velit per eos agi, addit his verbis:

CXXXII.

Status Cyrilli & Synodi qualis.

Hæc a pietate veſtra doceantur omnes, præſertim pientiſſimi & ſacratiſſimi Archimandritæ; ne forte prædictus Ioannes, *Comes ſcilicet*, reuerſus alia pro alijs dicat, aut doceat, vt quorumdam aures oblectet. Ne pigreſcat vero pietas veſtra, neque laborando pro nobis laſſetur, ſciens quod D ſe ipſam & Deo & hominibus commendet. Et hic propter Saluatoris gratiã Deo amantiſſimi Epiſcopi, qui vos numquam viderunt, animas ſuas ponere pro vobis parati ſunt: acceduntq. ad nos cũ lacrymis, dicentes: Et ad exulandum vna, & ad commoriendum parati ſumus. Verſamur autẽ omnes in multa tribulatione; quod excubijs militum cuſtodimur, eos etiam ante lectos, cum dormimus, habentes, maxime vero nos. Reliqua vero vniuerſa Synodus defatigata laborat, pluresq. mortui ſunt: multi etiam ſumptibus deſtituti, res ſuas vendunt.] hactenus Cyrillus. At licet ipſe & Mẽnon vincti arcta cuſtodia tenerentur: tamen reliqui omnes Epiſcopi haud liberi erant, ſed vtique cuſtodiebantur a militibus. Ioannes enim Comes iam reuerſurus cum eſſet Conſtantinopolim, & pacis trophæa foret oſtentaturus; ne quid litterarum ab Orthodoxis ſcriberetur, quibus mendacij redargui poſſent quæ ipſe Imperatori & alijs relaturus eſſet, reliquos omnes Orthodoxos Epiſcopos ſedulo aſſeruari præcepit.

CXXXIII.

e Apud Cyrill. epiſ. Synod. 11.

Illi tamen, Deo volente, clam ſcripſere epiſtolam, qua clerum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ de rerum ſuarum ſtatu miſerando admonuerunt: qua cum numerẽt trium menſium ſpatium, quo eiuſmodi cuſtodia vallabantur, a tempore nimirum aduentus Ioannis Epiſcopi Antiocheni, quo E huiuſmodi per Candidianum Comitem cœptæ ſunt turbæ, menſe Auguſti datas illas ab eis ad clerum Conſtantinopolitanum litteras poſſumus intelligere, quarum eſt principium [e]: Qui in tanta negotiorum tempeſtate conſtituti ſumus.] & inferius: Sciat itaque pietas veſtra, non amplius nos Epheſum, ſed cuſtodiam inhabitare: inq. illa trimeſtre iam tempus incluſos, neque per mare, neque per terram tuto ac ſecure ad pium exercitum (*nempe ad Imperatorem*) vel in aliquem alium locum, quempiam mittere permitti. Etenim iam ſæpius accidit, vt quæ a nobis ſunt miſſa, haud ſine mille periculis reddi potuerint; vt latores illorũ, quo ſeruarentur, in alias atq. alijs ſeſe formas coacti ſint mutare. Quod autem ita cuſtodimur, hinc eſt, quod omnia mendaciter ad piẽtiſſimum Imperatorem contra nos deferantur.] poſt hæc rogant ijdem plurimum, vt agant apud Theodoſium Auguſtum reddi Synodo Cyrillum & Memnonem, vtq. detur adire poſſe ipſum Theodoſium; ſin minus, liberum ſit vnicuique Epiſcopo in patriam reuerti.

CXXXIV.

De his præterea quæ ijdem ſanctiſſimi Patres Epheſi paterentur, eſt ſcheda illa cum alijs litteris

Digitized by Google

A ris miſſa [a], ſub titulo Commonitorij breuiter quidem, quod furtim videatur eſſe conſcripta, bis verbis ad clerum Conſtantinopolitanum data:

a Ex codice Antonii Auguſtini.

Necamur æſtibus, cum aeres ſint graues; & pene quotidie aliquis ſepelitur: ita vt omnes pueri languentes ad propria remittantur. Et alij omnes Epiſcopi in his ſunt. Vnde conſequens eſt, reuerentiam veſtram adire Chriſto amabilem Principem, & dicere, quia opprimitur Synodus ab his q prohibent terminum dari, vt conſumpti languore necentur. Seire vero reuerentia veſtra debet, qa licet in tantum nitantur vt omnes moriamur, non tamen fiet aliud præter hæc quæ decreta per nos ſunt a Saluatore noſtro Chriſto.] hactenus Patres ad clerum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Inſpicis, lector, in quot quantasve anguſtias cum impietas Neſtoriana, tum infidelitas regiorum miniſtrorum coniecerit ſacroſanctam Synodum œcumenicam, vt ea ſit paſſa Epheſi, quæ neque inter barbaras gentes perlatura vnquam fuiſſet.

CXXXV. Sed hic paululum conſiſte, intuereq. & obſtupeſce iudicium Dei, qui eſt terribilis in conſilijs ſuis ſuper filios hominum: nam intelliges, ſecundum illud Dauidicum: Non dormiet, neq. dormitabit qui cuſtodit Iſrael.] cum eodem tempore, haud diutius fuerit protelata vindicta. Dũ enim bar B barico more Catholica fides vna cum defenſoribus ſuis Epheſi (vt vides) vim patitur, direq. exagitatur, atq. adeo ignominioſe tractatur, eodem quoq. tempore Romanus exercitus a barbaris vincitur, trucidatur, paucis fuga lapſis, reliquis captiuis ductis. Hoc ipſum quidem tempus eſſe, quo Theodoſius Imperator iunctis copijs Occidentalis Imperij, miſſo Aſpare inuictiſſimo duce, bellũ geſſit aduerſus Genſericum Africam occupantem, ex libello ſchiſmaticorum paulo poſt (vt dicemus) oblato Theodoſio Imperatori, ſatis exploratum habetur, in quo inter alia hæc ſcripta leguntur [b]: Cum hac fide ſcilicet barbaros viciſtis, & tyrannos deſtruxiſtis, qua & nunc opus habetis in bello, qui in Africam premitis: eſt enim Deus omnium commilito veſter, &c.] hæc Neſtoriani, ꝓfitentes ſe eſſe veræ fidei defenſores, pollicentes eius fidei quam tuerentur defenſione barbaros ab ipſo Imperatore vincendos: cum interea iam vinceretur atq. deleretur penitus in Africa Romanus exercitus; quod paulo poſt innotuit, cum cladis nuncium perlatum eſt Conſtantinopolim: vt plane (o mirandum!) accidiſſe appareat, tunc male pugnatum in Africa eſſe, cum fides Catholica, eiuſq. defenſores Patres ſanctiſſimi adeo grauia & ignominioſa tyrannica vi pati cogerentur. Sed etſi tardius, tandem ſapiens Theodoſius, ſuo maximo damno didicit, Deum vindicem. Catholicæ C fidei inſurrexiſſe, pro barbariſq. pugnaſſe aduerſus Romanum exercitum, cum eius Comites & legati contra Concilium œcumenicum indefeſſo ſtudio laborarent.

b Extant inter Act. Epheſ. edit. Pelt. to. 5 c. 4. & apud Cyril. Apolog.

CXXXVI. Porro rem geſtam, grandi volumine dignam, Procopius his paucis abſoluit [c]: Interea Conſtantinopoli, Romaq. exercitu adueniente cum Aſpare duce, Bonifacius, Romaniq. qui in Africa erant, ſpiritus aſſumentes, acriter reſiſtere cœperunt: verum nõ melior priore fortuna ſucceſſit. Victi ad vnum omnes, alius alio fugam arripuere; Aſpar Cõſtantinopolim, vnde venerat. Bonifacius Romam profectus, ſeſe Placidiæ ex his quorum culpa vacabat, reconciliauit.] hæc Procopius. Bonifacij vero Romam reditum anno ſequenti Proſper [d] recenſet. habet eadem de illata clade Paulus [e] diaconus. De Marciano autem, qui poſt Theodoſium fuit Imperator, hoc prœlio ab hoſtibus capto, hæc ſubdit Procopius:

c Procop. de bel. Vuandal. lib. 1.

Clades Romani exercitus in Africa.

d Proſp. in Chr.

e Paul diac. Miſcel lib. 14.

CXXXVII. Hoc igitur modo Vuandali Africam Romanis eripuere: captiuos vero quos ceperant, in cuſtodia habuere, inter quos Marcianus fuit, qui Theodoſio ſucceſſit. Cum igitur Genſericus forte præciperet, vt captiui in aula ſub dio cogerentur, vt aſpectibus eorũ conſideratis, ſane conſpiceret, ſi quis regiam haberet indolẽ, ac indigna præſente fortuna pateretur: interim iidem inedia ac labo D re feſſi humi obdormiſcerent, aquila forte volans ſupra Marciani caput paſſis aſtitit alis. Genſericus igitur portentum tacite notans, non fruſtra hoc fore: iuſſit ad ſe venire: quinam vir eſſet, interrogat. Ille ſe Aſparis arcanorum omnium ſocium fuiſſe inquit, quem Romani Domeſticum Comitem vocant. Genſericus igitur meditans & aquilæ geſtum, & Aſparis quanta eſſet apud Byzãtium potentia, hominem de medio tollere, ab re putauit eſſe, neq. veriſimile vt quãprimum interituro ſigna volatu illa oſtendiſſet: nulla enim ratione eũ interfici oportere. Nam ſi poſtremo regnaturus eſt, morti nõ eſſet apud eũ derelictus; quod ea quæ Deo ſunt decreta, nullatenus prohiberi poſſunt. Quapropter iureiurando eum obligat, ſibi amicum fore, neq. vllo modo contra Vuandalos venturum.] Eiuſmodi ergo pactis ſimul initis, dimiſſus eſt Marcianus redire Conſtantinopolim.

CXXXVIII. His igitur rerum Africanarum caſibus Theodoſius prudentior, licet ſero, Phrygum inſtar, redditur tandem: ſed id poſtea, cum acceptæ cladis acerbiſſimum nuncium accepit. Interea vero rebus eodem ſtatu perſeuerantibus, qui erant Conſtantinopoli Catholicæ fidei defenſores, & inter eos primum locum tenentes Epiſcopi peregrini, qui illuc pro fidei defenſione ſe contulerant, audientes quæ Patres Epheſi paterentur, conſolationis plenam ad eoſdem dedere epiſtolam, hortan E tes viriliter agere, ſimulq. omne ſuum ſpondentes pro ipſorum defenſione officium & diligentiam atque etiam profecturos ſe Epheſum, ſi iuberent. incipit epiſtola [f]: Oportebat quidem nos in afflictionum tentationumq. veſtrarũ ſocietatem receptos, non animis tantum, ſed corporibus quoq. vobis adeſſe, &c.] in fine autem apud Contianam editionem tempus ita deſcribitur: Data menſe Auguſti die vigeſima, Indictione decimaquinta.] ex quo plane rerum geſtarum valeas metiri tempora.

Catholici Conſtantinopolitani pugnant ꝓ Synodo.

f Act. Epheſ. edit. Cõt. an. ca. 47. & edit. Pelt. tom. 4. c. 10.

CXXXIX. Tunc etiam accidit vt ſancta Synodus ad eoſdem Epiſcopos Conſtantinopoli agentes eas reddiderit litteras, quarum eſt exordium [g]: Quirita affecti ſunt, &c.] habent in inſcriptione nomina eorumdem Epiſcoporum tunc Conſtantinopoli commorantium & pro Synodo laborantium expreſſa, quæ ſunt, Eulalius, Eutrechius, Chryſaphius, Hieremias, Theodulus, & Iſaias ſed quarum hi Eccleſiarum Epiſcopi fuerint, non exprimitur. Rogant Patres vt in ſententia perſtent, & pro ſancta Synodo nauiter collaborent: quod quidem illos quã diligẽtiſſime perfeciſſe, exitus declarauit. Porro eodem quo antea ſtatu perſeuerare adhuc res Epheſias, iiſdem litteris Patres ſignificarunt,

g Act. Eph. edit. Pelt. t. 4. c. 12.

a Act.Eph. edit. Pelt.to.4.c.21.

his verbis [a]: Quod vero ſanctitas veſtra prohibeatur,quo minus ad nos peruenire queat,id ex noſtrarum rerum ſtatu proficiſcitur. Ita enim terra marique obſidemur,vt nihil eorum quæ nobis euenerunt,veſtræ ſanctitudini ſignificare potuerimus. Fuerit autem veſtrarum partium, precibus & lacrymis inſtare,&c.] A

CXL.

At non Epiſcopi tantum agentes Conſtantinopoli,eas quas diximus,reddiderunt ad Synodũ litteras;ſed & qui in clero Conſtantinopolitano eminebat Alypius Candidianum diaconum legauit Epheſum ad inuiſendos ſanctiſſimos Partes fidei Catholicæ confeſſores;cum & Cyrilli vincula ſummis(vt par erat)honoribus proſecutus,has litteras ad eum dedit [b]:

b Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. tom.4.c.26.

Epiſtola Epiſcoporum Conſtãtinopoli agentium ad Cyrillum.

Beatus homo,quem Deus dignum cẽſuerit,ſanctum Deoq.dilectum caput tuum martyrij cõfeſſionis ſertis redimitum dilectionis oculo contueri. Tu enim,ſanctiſſime pater,vigilanti lumine ſanctorum Patrum viam triuiſti. Tu vtroque poplite claudicantes,recta ad veritatem incedere docuiſti. Tu fiduciam es indutus Eliæ. Tu ſolus Phinees zelum aſſumpſiſti. Tu impium venenoſi draconis os obturaſti. Tu voracem Bel euertiſti. Tu illius ſpem,hoc eſt,dominatum & præſidentiam ære coemptam labefactaſti,aureæq.ſtatuæ apparatum perdidiſti. Et qualenam os ſpiritualib.chariſmatibus imbutum zeli tui encomia pro veritate explicare valeat,vt qui beati Theophili quondam auunculi tui ſtudiorum æmulus,illiq.ſimilis euaſeris,necnõ ad ter beati illius Athanaſij martyrium proxime acceſſeris? Etenim vt ille precibus armatus,iniquorum hæreticorum machinationes,perinde ac periculoſos quoſdam ſcopulos deuitabat, euadebatque; ſic tua quoque ſanctitas iniqui illius conatus,vitæ integritate,conſcientiæque puritate,veluti infirmam quampiam procellam profligauit. B

Cyrilli digna meritaq. laudes.

CXLI.

Sane beatus Athanaſius poſt multas falſas criminationes,quas hæretici illi impigebant, feliciter refutatas,exiliumq.eorum decreto,qui tunc rerum potiebantur & hoc ipſum fieri curabant,patienter toleratum,id conſecutus eſt,vt & ſemper purior illuſtriorque euaderet, maiorique patientiæ laude ſplenderet,quo profani illi homines plura falſioraq.ipſi crimina intentabant. His igitur victorijs,certaminibuſq.martyrij coronam ille ſibi nectens,Homouſion ſtatuit, peruerſamq. Arij doctrinam calcauit,& Orthodoxam doctrinam pene calcatam denuo erexit,ac ſancti tandem Marci Euangeliſtæ thronum in ſublime euexit,cui tu quoque præſides,ſanctis illius veſtigijs impigre inſiſtens. Precor itaque,ſanctiſſime pater,vt dignus aliquando habear,qui te virum adeo ſanctum coram cernere,tuaq.genua complecti,& tempore pacis coronati martyris aſpectu frui merear. Vniuerſum rerum noſtrarum ſtatum,& quomodo cum fiducia egerimus,& tuis ſanctorumque Patrum precibus freti etiamnum agamus,quantaque hactenus certamina ſubierimus,id totũ Candidianus dilectus diaconus,qui paruitatis meæ litteras ſanctitudini tuæ defert, ordine exponet. Saluto vniuerſam ſanctam Synodum vna cum veſtra ſanctitate martyrij corona decorata. Deus nobis largiatur,vt ſani lætique in Domino pro veritate certare pergamus.]hactenus ad Cyrillum Alypius. C

CXLII.

Offertur libellus Theodoſio a clericis Eccleſ. Conſtantinop.

c Apud Act.Epheſ.edit.Pelt.t.4.c.16.

Quanta rurſum animi conſtantia cum Alypius ipſe,tum reliqui Orthodoxi ex clero Conſtantinopolitano pro ſancta Synodo apud Imperatorem indefeſſo ſtudio egerint,inter alia plura indicat libellus ab ipſis nouiſſime illi oblatus,qui ſic incipit [c]: Cum non ignoremus veſtram pietatem ſanctas Dei Eccleſias,fidemq.piam ab illis prædicatam & a maioribus traditam maximi ſemper feciſſe,&c.]vbi libero plane ſtudio,quam erraret confirmando Cyrilli a ſchiſmaticis perperã factam exauctorationem,patefecerunt;ſimulq.ingens diſcrimen,in quod vniuerſum Chriſtianum orbem conſtituiſſet id faciendo,ob oculos poſuerunt:fore namque,vt vniuerſus Catholicus orbis, qui cum Cyrillo communicaret,ab ipſo Imperatore & alijs qui eum damnaſſent, penitus ſepararetur,& affore vt ſuis temporibus martyriorum tempora inſtaurarentur,induceretur que tyrannica in Eccleſia perſecutio,cum omnes ex æquo parati ſint etiam vitæ diſpendio decretis œcumenicæ Synodi inhæreſcere potius,quam paucorum collegarum Neſtorij impia aſſectari veſtigia. Fuerunt plane hæc tanti apud Theodoſiũ ponderis,vt mutato conſilio,decreuerit aliquos vtriuſq.partis Epiſcopos Epheſo ad ſe vocare Cõſtãtinopolim:quõ aũt id acciderit,paulo poſt dicturi ſumus. D

CXLIII.

S.Acacius vaticinatur de ꝓxima pace.

d Apud Act. Epheſ.edit.Pelt.t.6.c.11.

Interea temporis Acacius ille magnus Melitenſis Epiſcopus,longe diuerſus ab illo Acacio Berœenſi,vir cum doctrina tum ſanctitate ſpectatus, his anguſtijs conſternatam ſanctam Synodum Epheſinam conſpiciens,diuino afflatus Spiritu,ſpiritu plenam coram Patribus habuit cõcionem, in qua breui affore pacem vaticinatus,omnes reuiuiſcere,ſumere animos,erigereq. languentes vires hortatur:ita enim præco ille cæleſtis exorſus eſt [d]: Cernentem me,dilecti,cœtum hunc,ſpiritualemq.ſacræ Synodi cõſeſſum,gaudium ſimul & fiducia ſubit:gaudium quidem, quod cum omniũ ſim minimus,in maximo hoc amicitiæ pelago tenuem ſermonis ſcaphã moderari adigor: fiducia vero,quod magnos iſtos ſeditionum fluctus propediem ſedandos,Dominicæq.pacis tranquillitatem ad vniuerſos Catholicæ Eccleſiæ cętus redituram nequaquam ambigam,&c.] Equidem haud falſus extitit vates. Ex hoc enim tempore poſt denſam noctis caliginem, fulgor veluti ſuborientis auroræ Solis prænunciæ paulatim illuxit. Poſt hæc autem res geſtas menſis Auguſti clauſit ſancta Synodus illa ſeſſione,in qua oblatus eſt libellus a Regino Epiſcopo Conſtantiæ in Cypro,cuius extat inter Acta Epheſina homilia in Synodo dicta Epheſi poſt exauctoratum Neſtorium,quo querebatur aduerſus Ioannem Epiſcopum Antiochenum,quod ſibi,præter maiorum conſuetudinem, vendicare conaretur Eccleſias Cypri inſulæ. Re percognita & diligenter examinata, ſtatutum eſt a Synodo,vt ſeruato priſtino vſu,nec Ioannes Cypriam,nec alij inuadant alienas Eccleſias. Celebrata eſt autem huiuſmodi Actio pridie Kalendas Septembris,vt vetera ipſius monumenta [e] declarant. Sed reuertamur ad Theodoſium. E

Seſſio in cauſa Regini Epiſcopi.

e Act.Concil.Epheſin.edit.Pelt.tom.2.c.4.

CXLIV.

Imperator igitur acerrimo illo Orthodoxorum libello expergefactus,& amiſſi in Africa exercitus nuncio perterrefactus,meliora tandẽ conſilia iniit,nempe vt ſeptem ab vtraq. parte Epheſo Conſtantinopolim mitterentur Epiſcopi,qui coram ipſo Imperatore de rerum ſumma tractarent:

ſcripſitq.

Digitized by Google

A ſcripſitq. de his ad Ioannem Comitem Epheſi adhuc agentē, vt habet Synodalis epiſtola ad Theo
doſium per legatos miſſa [a]. Miſſi ſunt autem a Concilio œcumenico legati Epiſcopi ſeptem, in-
ter quos primum locum tenuit Arcadius Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, profectuſq. cum eis
eſt Philippus presbyter, vnus ex tribus legatis Apoſtolicæ ſedis. His autem profecturis a ſancta
Synodo eiuſmodi ſeruanda præcepta impertita ſunt [b]:

a Apud Act. Epheſin edit. Pelt. to. 4 c. 22.
b Apud Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 4. c. 19.

CXLV. *Legatio Orthodoxorum Conſtantinopolim miſſa.*

Philippo religioſiſſimo Deoq. dilectiſſimo presbytero Cęleſtini pijſſimi Apoſtolicę ſedis ma
gnæ Romæ Vicario pijſſimis & ſanctiſſimis Epiſcopis Arcadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theo-
doro, Acacio, Euoptio, ſancta & œcumenica Synodus, quæ per gratiam Dei, glorioſiſſimorumq.
Regum noſtrorum nutum in Epheſiorum metropoli coacta eſt, in Domino ſalutem.

Pijſſimorum Chriſtiq. amantium Imperatorum noſtrorum permiſſa legatione pro Orbis ſa-
lute qui per eos, qui vna nobiſcum in Epheſiorum ciuitate congregati ſunt, anxium pro recta fide
certamen ſuſcepit, ad regiam vrbem miſſuri, eam pro recta fide, ſanctiſq. fratribus & patribus no-
ſtris, ſanctiſſimo Deiq. amantiſſimo Cyrillo Archiepiſcopo, & Dei amantiſſimo Epiſcopo Mem
none legationis prouinciam vnanimi calculo veſtræ pietati coram Chriſto iniungendam exiſti-
B mauimus. Vtrorumque itaque ſecuritati, veſtræ inquam & noſtræ, conſultum cupientes, hoc præ
ceptorium diploma inſtruximus, vobiſq. exhibēdum duximus, vt & nos ſciamus propter quæ vos
miſerimus, & veſtra quoque pietas intelligat, nihil ſe prætet hæc facere debere. Ante omnia autē
ſanctitas veſtra ſciat, nullam ſe cum Ioanne Antiocheno apoſtaticoq. eiuſdem Cōcilio communio
nem habere poſſe: tum quod impietatis præconem Neſtorium adeo nobiſcum deponere non vol
uerint, vt vſque ad veſtram quoque profectionem illi patrocinari conſtanter perrexerint: tum rur
ſus quod contra omnes canones, ſanctiſſimos Deiq. amantiſſimos Epiſcopos Cyrillum Alexan-
drinum & Memnonem Epheſinum condemnare auſi ſint; potiſſimum vero ad preſens vſque tem
pus de Neſtorianis dogmatibus defendendis anxij, multique ex illis tamquam Cæleſtini iam
olim depoſiti ſint: tum denique quod totius Orbis Synodum hæreticam appellare nō dubitarint.

Quę ſeruare Legati debe-rent.

CXLVI.

Quod ſi qua forte vis, regiæve voluntatis nutus ad hoc impulerit (nam pijſſimi, Chriſtoq. ca-
riſſimi Auguſti ſanctioni pro viribus obediendum eſt) ſi quidem illi prædicti Neſtorij depoſitio-
ni voluerint ſubſcribere, veniamq. ſupplicibus libellis a ſancta Synodo de his petere, quæ in no-
ſtros Præſides temere admiſerunt; anathematizare rurſum Neſtorij dogmata, & auerſari illos,
C qui eadem cum illo aperte ſapiunt, vel ſapuerunt; elaborare tandem vna nobiſcum, quo ſanctiſſi-
mi Epiſcopi Cyrillus & Memnon nobis reſtituantur: hæc, inquam, ſi bona fide præſtiterint, per-
mittimus veſtræ ſanctitati, vt communionem illis polliceamur.

CXLVII.

At ſingula ad nos perſcribantur, quo & nobis quoque vobiſcum conſentientibus, perfecta cū
ijs pax ineatur: Cauete autem ne prius illis communionem ſpondeatis, quā Præſides ſuos recipiat
ſancta Synodus: ſcire quoque volumus veſtram ſanctitatem, quod ſi quid horum a vobis fuerit ne
glectum, neque ſanctam Synodum Acta veſtra habituram rata, neque vos ad communionem ſuā
admiſſuram eſſe.] hactenus ſeries præceptorum, quam Commonitorium dicere conſueuere. Adie
cit his ſancta Synodus litteras ad Theodoſium Imperatorem quarum eſt exordiū [c]: Omnia, Chri
ſtianiſſimi Imperatores, maieſtatis veſtræ ſtudia, &c.]

c Apud Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 4. c. 22.

CXLVIII. *Legati a Neſtorianis miſſi.*

Qui autem a ſchiſmaticorum conuenticulo miſſi fuere, hæc ſunt eorum nomina, Ioannes An-
tiochenus, Paulus Emeſenus, Himerius Nicomediæ, Macarius Laodicēſis, Apringius Chalciden-
ſium, Theodoretus Cyri, & Helladius Ptolemaidis, ſed octaui nomen deeſſe videtur: octo namque
Epiſcopos legatos eſſe Conſtantinopolim, litteræ eorum ad Ruffum datæ teſtantur in fine [d]: octo
D pariter ab Orthodoxis miſſos eſte conſtat, cum tamen de ſeptem tantum aliqui affirmarint. Ijs
igitur conſodales ſchiſmatis iſta mandata dedere [e]:

d Extant apud Act. Epheſin ed. Pelt. to 3 c. 13.

CXLIX.

e Apud Cyril. in Apolog tom. 4. & Conc Epheſ. edit. Contian. c. 61.

Quoniam Eccleſiaſticæ cauſæ gratia, propter quam omnes in hanc Epheſiorum vrbem voca
ti ſumus, præſenti tempore veſtra nouit pietas quod iuxta edictum pientiſſimorum Regum no-
ſtrorum in celeberrimam Conſtantinopolim citati ſumus ad ſuffragādum veritati, fideiq. ſancto
rum Patrum & rectis dogmatibus, nos tamen omnes iuſſi ſumus eſſe vobiſcum. Operęprerium au
tem eſt, vt omnium noſtrum mens quaſi præſentium manifeſta fiat. Vnde propria habemus, quæ
a vobis fiunt, & pertinent ad timorem Dei & pacificandam beneq. ordinandam Eccleſiam. Qua-
propter hunc vobis libellum, quo mādatum cōtinetur, fecimus, quo præcipimus & permittimus,
perfectam poteſtatem tradimus, quā & ſi nos ipſi præſentes eſſemus, haberemus, vt cum vos gra-
tia Dei in prædictam magnam ciuitatem perueneritis, ſiue apud pientiſſimum Regem opus fue-
rit, ſiue in Conſiſtorio, ſiue in ſancto conuentu, ſiue Patrum Synodo de his quæ inquiruntur ſermo
habeatur, hac valeatis libertate dicendi, ſapientia, atque diligentia, vt vos decet afferre pro com-
muni Eccleſiarum vſu, laboremq. hunc ſuſcipientes pro nobis omnibus ſcilicet manentibus & co
E mitantibus & amantibus, & tamq̄ corā omnibus acta eſſent habentibus oīa quæ in hac cā agitis
& acturi eſtis. Et iſtud ipſum oramus veſtram ſanctitatem, ne quod communi vſui profuturum &
ad gloriam Domini Chriſti facere minus alactis ſit. Tametſi videbitur, Synodalem epiſtolam cū
omnium ſubſcriptione mittendam, confitemur omnes communiter & ſinguli omni alacritate vos
ſubſcripturos, & ad pium exercitū miſſuros. Quippe manifeſtum eſt, quod capitula a Cyrillo Ale-
xandrino adiecta ad fidem Patrum qui Nicæno Concilio interfuerunt, tamquam hæretica modis
omnibus & a Catholica & Apoſtolica Eccleſia aliena eijciuntur.] hæc illi, quibus condemnantes
Cyrilli capitula ſubſcripſere.

CL. *Iuſta querela Cyrilli cur non ſit miſſus Conſtantinop.*

Quod vero miſſi Epheſo ab aduerſarijs eſſent, qui apud Imperatorem ſcripta eiuſdem Cy-
rilli redarguere conarentur hæretica, & abſente ipſo tanta eſſet cauſa tractanda: inde accidit, vt iu
re quidem, vt de minus æqua conditione, apud Imperatorem in Apologia ad eum data idem Cy-
rillus conqueſtus ſit, cum ex parte Neſtorij defenſorum iuſſus eſſet adeſſe Conſtantinopoli Ioan-
nes Epiſcopus Antiochenus, omnium coryphæus ſchiſmaticorum, ipſe vero interea Epheſi ſub

custodia

a Cyrill. Apolo.

cuſtodia detineri:his enim iure verbis expoſtulat [a]: Præterea cum relicta Epheſo ad illuſtrē illā A
ciuitatē adducerētur qui ad hoc erāt a ſancta Synodo ordinati, vt ijs q̄ apud eū acta fuerāt, patroci
naretur: cupiebam viris illis adnumerari: primum quidem ob eam cauſam, vt dominationem ve-
ſtram viderem: deinde vt coram vobis contra ipſum Antiochenum Epiſcopum iure agerem, oſten
deremq. eum ſycophantam egiſſe, & inique inſanijſſe, imperentibus furijs eſſe ſuperatum, propte-
rea quod capita blaſphemiarum Neſtorij anathematizaui.] hæc ipſe.

CLI. *Lucubrationes Cyrilli cum de tinetur Epheſi* b Cyril. Apolo.

Relictus autem Cyrillus Epheſi haud otioſe conſiſtit: ſed quid agit? Quod enim ſciret duode-
cim illa capitula a ſe ſcripta contra Neſtorij impietatem ab aduerſarijs in cōtrouerſiam deduci &
hæreſis infamari; ne perperam ab eis facta ipſorum interpretatione labefactari poſſent, ipſe illis ex
planationem adiecit, cum tamen iam ante eadem cognita & Orthodoxa fuerint in ſancta Synodo
approbata. Nam in Apologia ad Theodoſium iſta habet [b]: Fidei namque meæ rectitudinis teſti
moniū dedit Romana Eccleſia, & præterea ſancta Synodus ex vniuerſo Orbe qui ſub cælo eſt (vt
ita dicam) congregata. Quod enim nullo pacto alienus ab Euangelica & Apoſtolica traditione de
prehenſus ſim, & quod rectam & minime obliquam ſacrorum dogmatum ſemitam percurram,
communi ſententia confeſſi ſunt, idque ſcripto in commentarijs qui leguntur, quiq. a me ſcribun- B
tur.] hæc ipſe.

CLII. c Apud Cyrill. Apol. & Act. Cōcil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 3. c. 7. append. 2. d Gennad. c. 55.

Miſerunt eamdem Cyrilli explanationē qui erant Epheſi Neſtoriani ſchiſmatici ad ſuos lega
tos profectos Conſtantinopolim: ſed qui ſemel prauum imbuiſſent ſenſum, vt in deteriorem par-
tem iam ipſi a recto deuij, recta quæque conuerterent, & ea quoque calumniari aggreſſi ſunt: nam
ijdem ipſi in relatione ad ſuos hæc habent ad finem epiſtolæ [c]: Demum miſimus veſtræ ſanctita
ti recens factam expoſitionem ab Alexandrino hæreticorum capitulorum, euidentius etiam per il
lam oſtendens ſuam impietatem.] ita ipſi. Sed & idem Cyrillus ſcripſit hoc quoque tempore Apo
logiam ad Theodoſium Imperatorem, quæ incipit: Diuina & incorrupta natura.] purgat enim
ſe de omnibus a ſchiſmaticis contra ſe calumnijs in hanc vſque diem illatis. Sed & tunc tem-
poris Theodorus Epiſcopus Ancyræ (vt teſtatur Gennadius [d]) eum itidem Epheſi moraretur,
ſcripſit aduerſus Neſtorium librum redargutionis & confutationis, vt ait, dialectica quidem arte
ordinatum, ſed auctoritate ſacrarum Scripturarum detextum: multis enim aſſertionibus vſus eſt,
antequam Scripturarum teſtimonia poneret.] hæc ipſe. Iam vero quid per legatos actum ſit Con-
ſtantinopoli, videamus. Sed antequam peruenirent, quid ſtatuerit de Neſtorio Imperator, dicen- C
dum eſt.

CLIII. *Schiſmatici apud Chalcedonem manere iuſſi.* e Apud Act. Cōcil. Eph. edit. Pel. to. 3. c. 5. appe. 2.

Vbi autem legati Epheſo receſſiſſent, mandato Theodoſij iuſſus eſt Neſtorius recedere Ephe
ſo, & quo vellet pergere, nulla amplius ſpe reuertendi ad ſedem Conſtantinopolitanam, e qua
iuſte depoſitus fuit. Interea cum legati iam Conſtantinopolim appropinquarent, idem Theodo
ſius Imperator tranquillitati vrbis conſulens, quod ſciret ciues in ſchiſmaticos Neſtorij fautores
infenſo animo eſſe, iuſſit eorum legatos degere apud Chalcedonem. Sed neque qui a ſancta Syno
do miſſi ſunt, Conſtantinopolim ingredi voluit. Verum haud æquo animo hæc paſſi ſunt ipſi ſchiſ
maticorum legati, vt patet ex relatione ab ipſis ad ſuos Epheſi commorantes conſcripta his
verbis [e]:

CLIV. *Neſtorius dimiſſus priuat' Epiſcopatu.*

Poſtquam Chalcedonem venimus (nam Conſtantinopolim neque nos, neque aduerſarij no-
ſtri intrare permiſſi ſumus propter ſeditiones bonorum monachorum) fama accepimus, quod an
te octo dies, priuſquā compareremus (en gloriam piētiſſimi Regis) dominus Neſtorius ab Ephe
ſo dimiſſus ſit, vt eat quo liberet. Vnde valde doluimus: quandoquidem vere ea quæ illicite & abſ
que iudicio facta ſunt, iam robur habere videntur.] Vides ne lector, quod ante ſæpe mille ſignis de D
monſtratum eſt, ſchiſmaticos illos fuiſſe erga Neſtorium propenſiſſimos; ſicuti & nunc id ipſum
verbis ſuis, ſeſe illi addictiſſimos eſſe declarant? Sed ſubdunt quæ in proximo putarent fore agen-
da: Sciat autem veſtra ſanctitas, nos promptos pro fide certamen inituros & certare velle ad mor-
tem vſque. Expectamus autem hodie, hoc eſt, vndecimo menſis Gordiei, tranſiturum pientiſſimū
noſtrum Regem ad Ruffinianam villam, & illic cauſam auditurum, &c.] Erat Ruffiniana villa lo
cus amœniſſimus a Ruffino Prefecto conſtructus, de quo plura ſuperius ſub Arcadio Imperato-
re. Habes ex his, lector, vnde etiam rerum geſtarum tempora colligas, cum teſtantur ſe ea ſcribere
vndecima menſis Gordiei; eſt ipſe menſis Septembris apud Romanos, eademq. prorſus dies vnde

f Bed. de ratione temp. c. 12.

cima menſis: nam teſtificatione Bedæ [f] ex Anatolio, eamdem fuiſſe rationem menſium Græco-
rum ac Latinorum, apparet. Sicq. intelligas, circa finem menſis Augusti legatos Epheſo profectos
eſſe, Neſtorium vero tertia die Septembris abſque ſpe ſedis eſſe dimiſſum.

CLV. *Schiſmatici Legati liuore tabeſcunt.* g Apud Act. Ep. edit. Pelt. to. 3. c. 2. append. 2. h Ib. c. 3. & apud Cyril. in Apolog.

Ceterum non accidit vt ſperabant legati ſchiſmaticorum, nimirum audiendos ſe fore in Ruf-
finiana ab Imperatore: quamobrem cum conijcerent illum erga Catholicos eſſe bene affectū, exul
cerati liuore ad ipſum miſere libellum querelarum locupletem, qui ita exorditur [g]: Orandum E
erat, &c.] quo in primis in Cyrilli capitula inuehuntur calumniantes ea eſſe hæretica. Cum autem
nullum ad libellum oblatum meruiſſent habere reſpōſum; cum ex hoc viderent ſe habitos eſſe cō
temptui, rurſus querelas ingeminant, aliumque rurſus libellum inferunt, cuius eſt exor-
dium [h]: Sæpenumero pietatem veſtram, &c.] quo & illud pudendum ad finem ponunt, petē
tes, ne quis in locum Neſtorij in ſede collocaretur Epiſcopus, donec de eodem iterum foret iudi
cium ventilatum.

CLVI. *Theodoſius tādem fauet Catholicis.*

Inter hæc autem Theodoſius Imperator illud addidit, quod ſchiſmaticos vehementius exa-
cerbauit; nimirum eum legatos œcumenicæ Synodi venire intra Vrbem, aduerſarios autem ad
propria redire præcepit: ſed & Acta ab eis aduerſus Cyrillum atque Memnonem, vniuerſamq. Sy
nodum, vt vana penitus abolenda cenſuit. Hæc cum aduerſariorum ſchiſmaticorum legati acce-
piſſent, vehementer conſternati ſunt, & eo magis exterriti, quod veluti abſoluta omnino cauſa, ip
ſi ab Imperatore inauditi, dimiſſi ſint. Ijdem igitur animo mirum in modum perturbato tertium
ad Theo-

A ad Theodoſium ſupplicem addidere libellum [a] querelarum plenum,expoſtulationumque:quod nimirum(vt dicebant)qui tuerentur Catholicam fidem abire iuſſi eſſent,aduerſarij vero defenſores erroris Apollinaris ſuas recipere ſedes iuberentur.eſt autem libelli queruli exordium : Non hunc euentum ſortituram veſtræ pietatis vocationem expectabamus,&c.]petulanter quidem & perfricta fronte agebant fidei Catholicæ defenſores,qui hactenus patrocinati eſſent Neſtorianæ blaſphemiæ omnium horrendiſſimæ:talis namque eſſe ſolet inſitus & pene innatus ex immenſa ſupbia prouenıens mos hæreticis,vt impudentiſſime agentes,qui ex ſcelere erubeſcere debuiſſent atque confundi,inſolenter atque protetue iactent ſe eſſe fidei Catholicæ defenſores,quam produnt, proſtituunt,atque penitus perdunt.

a Apud Act. Cōcil.Epheſin.edit. Pelt com.3.c.4. appen.2.& apud Cyril. in Apolo.

CLVII. *Pulcheria Augu. pro fide Cathol.laborat.*

Vigilauit,quod numquam obdormiuit,pro fide Orthodoxa Pulcheriæ Auguſtæ ſtudium,quæ fratrem vallatum vndique a Neſtorianis Comitibus, penituſq.obrutum fluctibus mendaciorum eripuit:qui in lucem tandem emerſus,quæ vera,quæve eſſent falſa perſpiciens,lucis opera iā edere cœpit;doluitq.magnopere ſanctam Synodū ex falſis Comitum relationibus grauiſſima paſſam eſſe.Induſtria quidem & vigilantia S.Pulcheriæ res fidei Orthodoxæ in meliorem ſtatum eſſe po B ſitas,licet nec hiſtorici,neque Acta Synodalia tradant:ſatis ſuperq.ad hæc perſpicue demonſtranda,S.Leonis Papę,hoc tempore Eccleſiæ Romanæ diaconi,teſtificatio eſſe debet:qui poſtea Pontifex,in omnibus ferme litteris ad eamdem Pulcheriam datis,eiuſdē prædicat erga fidem Orthodoxam exhibitum ſemper ſtudium indefeſſum & curam propenſiorem,hacq.ex parte dignā prædicat totius Catholicæ Eccleſiæ præconijs celebrari.Ipſe enim S.Leo non aliunde quam ex rebus iam antea pro Eccleſia Catholica ab ipſa præclare geſtis[,]penitus inſinuandi argumentum validū petit,vt aduerſus Eutychis hæreſim tempore ſui Pontificatus emergentem ipſam impelleret, vt cum inter alia iſta ſcripſit [b], quibus propenſior Pulcheriæ animus hoc tempore pro fide ſolicitæ declaratur:

b Leo epiſt. 39.

CLVIII. *Laudes Pulcherię ob defenſam Catholicā fidem.*

Quod(inquit)ſemper de ſanctæ pietatis veſtræ mente præſumpſimus,'id pleniſſime experiendo cognoſcimus,Chriſtianam fidem,quamuis diuerſis prauorum appetatur inſidijs,vobis tamen præſentibus,& in defenſionem eius a Domino præparatis,non poſſe turbari: non enim Deus aut ſuæ miſericordiæ ſacramentum,aut veſtri laboris deſerit meritum, quo dudum ſanctæ religionis hoſtem ab ipſis viſceribus Eccleſiæ depuliſtis, cum hæreſim ſuam tueri impietas Neſtoriana non C potuit:quia non fefellit famulam Dei & diſcipulam veritatis,quantum ſimplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia,&c.]rurſus vero ad eamdem [c]: Offertur ergo pietati veſtræ digna materia,qua placitam Domino curam ſancti cordis exerceat,& præcedentium meritorum coronas etiam de præſentis erroris abolitione multiplicet:ſicut enim Neſtoriana impietas,ita & Eutychiana blaſphemia ab omnium eſt Catholicorum eliminanda'conſortio.] hæc & alia plura id genus,quibus eius aduerſus Neſtorianam hæreſim effugandam ſtudium commendatur.

c Leo epiſt. 45.

CLIX. *Theodoſi' per Pulcheriam profecit.*

Imbuerat quippe ipſa animum ſancta lectione librorum,quos Cyrillus Alexādrinus ipſo Neſtorianæ hæreſis exordio(vt dictum eſt ſuperius)ſcripſerat ad Reginas,inter quas ipſa tunc altius eminebat.Voluit namque ſummæ ſapientiæ ſuæ diſpenſatione diuina prouidentia,vt per virginę ſumma Virginis dignitas,qua Dei mater eſt appellata,inoffenſa penitus ſeruaretur. Huius igitur clamoribus & alijs vocibus tandem Theodoſius excitatus,reſipiſcens cœpit ſolertius euigilare,& ea curare,quæ ad fidem illibate ſeruandam conducere viderentur: licet,quod natura clementiſſimus eſſet,cum fidei hoſtibus mitius videretur egiſſe.Cedit itaque Pulcheriæ laudi, quicquid ipſe D ex hoc tempore pro Catholica fide eſt viſus egiſſe:Ceterum cum Neſtoriani præter ſpem omnem, quam conceperant,vidiſſent Theodoſium Imperatorem Pulcherię Auguſtæ opera a Neſtorio penitus animo alienatum,atque erga Catholicos redditum propenſiorem;indigne ferentes,in vtrūque commoti,quod aliter non valerent,calūnijs ambos vehementiſſime exagitarunt:furore enim perciti ea nefanda de ipſis iactare non ſunt veriti,quæ Suidas narrat his verbis; Neſtorio autem adeo infenſa fuit Pulcheria,vt qui illum adamabant,rumorem ſpargerent,eo inniſum eſſe Pulcheriæ Neſtorium,quod illam inceſtus cum fratre Imperatore Theodoſio criminatus eſſet.]hęc ſceleſtiſſimi illi.Sed quid mirum ſic in Chriſti ſanctam virginem inſaniſſe, qui in Virginem virginū ſanctiſſimam Dei genitricem adeo contumelioſi fuere?Sed miro quodam diuino conſilio factum eſt,vt per virginem Chriſti ſponſam Virgo Deipara a Neſtorij vindicaretur blaſphemijs,dum circumuentum ac penitus obrutum Theodoſium Neſtorianorum fallacijs e tenebris in perſpicuam veritatis lucem eduxit.adſcribitur autem domeſticorum inſidiis,ſi interdum permiſſi ſunt Neſtoriani liberius agere;aduerſusquos quæ poſt hæc acta ſint,continuatione oratio depromat.

CLX. *Schiſmaticorū legati admiſſi tandē ad Theodoſium.*

Theodoſius igitur,caſſis iam redditis cunctis ab eis aduerſus Catholicos Epheſi conſtitutis, E annuit tandem,vt ijdem Chalcedone tranſmitterent Conſtantinopolim,& vna cum legatis Synodi œcumenicę confligarentur de duodecim Cyrilli capitibus, quos eſſe hæreticos ipſi adeo proclamarent.Cum autem ſimul ambæ partes conueniſſent,& Catholicorum legati contenderent accerſendum eſſe Cyrillum,qui ſuam præſens cauſam ageret:illi rati tergiuerſationem hanc eſſe ex diffidentia malæ cauſæ,quaſi primas in eo congreſſu tuliſſent,ad ſuos Epheſum ſcripſere iactātes: eſt autem exordium epiſtolæ [d]: Precibus ſanctitatis veſtræ datus eſt nobis acceſſus ad pientiſſimum Regem,&c.]Sed vt eoſdem Epheſi in officio continerent, etiam illud mendaciter addidere, Acacium Orthodoxum(puto quidem Meliteunm illum ſanctiſſimum Præſulem,de quo ſæpe ſuperius)in ſuis ſcripſiſſe libris,Diuinitatem paſſam eſſe;cum tamen ille non Deitatem,ſed Deum,nēpe Chriſtum hominem factum eumq.vere Deum,crucis ſupplicium ſubijſſe diceret. ſed ventoſe iactarunt & illud,nimirum omne ſacri Conſiſtorii ſtudium in ipſos eſſe conuerſum,ſeq.a Conſtantinopolitano populo frequentari,a quo monerentur viriliter pro fide agere.

d Apud Cyril.in Apolog.& apud Act.Epheſin.ed. Pelt.tom.3.c.6. append.2.

CLXI.

Hæc quidem ad ſuos ſchiſmatici;qui tunc & miſerunt(vt ijſdem litteris tradunt) duo expoſitionis

Digitized by Google

tionis fidei exemplaria Epheſum, vt eis illi ſubſcriberent. Porro alterum illorum ab iiſdem ſub- A
ſcriptione firmatum, Conſtantinopolim, qui erāt Epheſi, ad legatos dedere, quod recitat Cyrillus in Apologetico. eſt illius exordium [a]: Propter Eccleſiaſticas quæſtiones, &c.] in ea tamen profeſſione ne verbum quidem de hæreſis Neſtorianæ damnatione habuerunt. Adiecerunt & litteras, quæ incipiunt [b]: Quoniam didicimus veſtros pro religione labores, &c.] Miſere pariter & Cyrilli in duodecim capitula expoſitionem editam Epheſi. Adiecere inſuper epiſtolam ad Theodoſium Imperatorem, qua gratias illi agentes, quod a ſe miſſos legatos tandem in ſuum conſpectum admiſiſſet, inſtiterunt pro reſtitutione Neſtorij, quaſi illegitime damnatus ſit ab hæreticis, necnon pro damnatione capitulorum Cyrilli. incipit autem ipſorum epiſtola [c]: Edocti ex ſanctiſſimorũ & pientiſſimorum miniſtrorum noſtrorum litteris, &c.]

a Apud Cyrill. in Apolog.
b Apud Cyril. in Apologe & Act. Epheſ. edit Pelt. tom. 3. c. 7. appē. 2.
c Apud Cyril in Apolog. & Act. Epheſ edit. Pelt. tom 3. c. 8.
d Apud Act Epheſi. edit. Pelt. tom. 3. ca. 10. append. 2 & apud Cyril. in Apolo.

Quid deinum? Admiſit iterum atque iterum, ac quintum vſque Theodoſius Imperator ſchiſmaticos legatos ad congreſſum cum aduerſarijs coram ſe habitum. Cum vero eo amplius illi detecti iam impij eſſent & impietatis defenſores exiſtere: Imperator ipſos dimiſit, & reuerti iuſſit ad propria: cum illi ad ſuos, deſperatione victi, poſtremas has dedere litteras [d]:

CLXII. *Theodoreti litteræ de rebus geſtis Conſtantinop.*

Quinto acceſſus nobis contigit: Et quamuis multum de hæreticis capitulis diſputauerimus, iu- B
rauerimuſq. ſæpius pientiſſimo Regi, quod impoſſibile nobis ſit cōmunicare his qui diuerſa ſentiunt, ſi nondum expluſerint capitula; & quod Cyrillus etiamſi reiecerit capitula a nobis ſuſcipiendus non ſit, eo quod ipſe tam impiæ hæreſeos hæreſiarches factus ſit: nihil tamen profecimus, eo ꝙ & aduerſarij inſtarent, & auditores hos tam impudenter obluctantes non compeſcerent, nec cogerent eos vt ad inquiſitionem & colloquium venirent. Hac enim via effugiunt, ne capitula examinētur, & de his diſputari prorſus non ſinunt. Nos autem propter veſtras preces vſque ad mortem inſtare parati ſumus, & neque Cyrillum ſuſcipere, neque capitula ab eo expoſita, neque illis communicare, priuſquam explodantur quæ fidei male adiecta ſunt.

CLXIII.

Obſecramus igitur & veſtram ſanctitatem, vt ſapiatis eadem quæ nos, eumdemq. laborē oſtēdatis: certamen enim nobis pro religione eſt, quam ſolam habemus ſpem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate Saluatoris noſtri in futuro ſæculo. De pientiſſimo autem & ſanctiſſimo Epiſcopo Neſtorio ſciat veſtra pietas, eo quod omnes ſtuduerimus quidem de illo ſermonem inſerere: ſed nunc non potuimus, eo quod omnes vel ad ipſum nomen hoſtiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametſi res ſic habeāt, per opportunitatem temporis, ac auditorum C
beneuolentiam, etiam hoc facere, ſi quidem noſtro propoſito Deus cooperaturus fuerit. Porro vt veſtra ſanctitas etiam hoc non ignoret, ſcitote quod videntes Cyrillianos tyranoide & fraudib. & adulatione & donis omnes (vt ita dicam) decepiſſe, non raro pientiſſimum Regem & magnificentiſſimos Principes obſecrauimus, vt & nos ad Orientem dimitteremur, & veſtra pietas ad propria demigraret. Cognoſcimus enim, quod in vanum moras nectimus, & inſtituta non perficimus, eo quod Cyrillus vbique fugit colloquium noſtrum, conſcius ſibi blaſphemias, quas in duodecim capitulis ſuis edidit, manifeſte redarguendas. Placuit autem pientiſſimo Regi poſt multas adhortationes, vt ſinguli ad propria redeamus, ad hoc vt Aegyptius & Memnon Epheſius in ſuis Eccleſijs maneant: ſic enim poterit Aegyptius omnes excæcare muneribus ſuis, vt ille quidem eum innumera fecerit mala, ad thronum ſuum redeat; iſte vir innocens (*nempe Neſtorius*) vix ad ſuā manſionem dimittatur. Oēm quæ vobiſcum eſt fraternitatem, & nos & qui nobiſcum ſunt, plurimum ſalutamus. Ioannes Epiſcopus Antiochenus valere vos in Chriſto precor, domini pientiſſimi & ſapientiſſimi, Subſcripſere, & alij ſimiliter.] hactenus Neſtorianorum legatorum ad ſuos epiſtola.

CLXIV. *Theodoretus defenſor Neſtorij.*

Vides, lector, quam hi Neſtoriū ſtudio indefeſſo coluerint: vt vel ex hoc ipſo intelligere valeas, D
quam inique, quamq. impie adeo contumelioſe in tanti hæreſiarchæ expugnatores inuehantur. Habentur & litteræ Theodoreti eodem ferme tempore Chalcedone datæ ad Alexandrum Hierapolitanum Epiſcopum in ſcelere defendendo collegam coniuratum contra Cyrillum: quibus inprimis, quam nauiter egerit pro cauſa tuenda, his exorditur verbis [e]: Nullum humanitatis, nullum aſperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omiſimus, quo apud pientiſſimum Regem & illuſtre Conſiſtorium non ſimus vſi.] & paulo poſt vide quid de Neſtorio: De amico autem ſciat tua ſanctitas, quod ſi quando eius faceremus mentionem vel apud pientiſſimum Regem, vel apud illuſtre Conſiſtorium, defectionis notabamur: tantæ ſunt eorum qui intus ſunt, in illum inimicitiæ. Et quod eſt moleſtiſſimum, pientiſſimus Rex præ omnibus alijs auerſatur nomen, manifeſte dicens: De hoc mihi nullus loquatur; ſpecimen enim ſemel ipſe dedit. Attamen dum hic ſumus, non ceſſabimus omni opere & eius partis curam agere, ſcientes ſactam illi ab impijs iniuſtitiam.] hæc eum dicat ipſe, iam non ſolum eum Neſtorio vnanimem fuiſſe vides, ſed dixerim etiam concorporeum: vnde magis mireris immenſam Dei miſericordiā erga ipſum, eum poſtea datum eſt illi ex eiuſmodi tandem barathro impietatis emergere. E

e Apud Cyril. in Apolog & apud Act Epheſ. edit. Pelt. tom 3. ca. 9. append. 1.

CLXV. *Quid Theodoretus cum concionatur Chalcedone.*

In quo quidem quam profunde merſus modo ageret, & ex illo accipe, quod (vt ipſe iiſdem ad Alexandrum datis litteris profitetur) magno licet in periculo irruentium monachorum & aliorum Orthodoxorum ad lapidationem (vt ait) vſque graſſantium verſaretur: nihilominus non prætermiſit aduerſus Synodum, ac potiſſimum contra Cyrilli capitula concionari, Neſtorianos Conſtantinopoli Chalcedonem ad ſe pertrahere, & illis aperte Neſtorij dogmata propinare. eſt de his locuples teſtis homilia vna illa ipſius Theodoreti, apud Cyrilli Apologeticum hactenus aſſeruata, quæ incipit [f]: Chriſtus nobis dux ſit ſermonis, &c.] vbi ad Neſtorianos, qui interiacens traijcerent mare, dum Conſtantinopoli proficiſcerentur Chalcedonem, vt ipſum Theodoretum concionantem audirent, hæc ait: Terribiles Propontidis fluctus tranſire auſi eſtis, vt noſtram audiatis vocem, quam veſtri paſtoris vocis effigiem putatis, *nempe Neſtorij*. Deſideratis enim audire iucundas veſtri paſtoris fiſtulas; paſtoris, quē paſtores ſocij calamis occiderunt, vt putant: ad quos Deus per Prophetam clamat: Paſtores multi corruperunt vineam meam, &c.] plura exaggerans in Pa-

f Apud Cyrill. Apolog. ad fin.

tres

A tres œcumenicæ Synodi, qui Neſtorium condemnarant.
Sed & quomodo Neſtorianam illis manifeſto abſque aliquo velamẽto hæreſim prędicauerit, CLXVI.
ex his, quæ ipſe ſubijcit, perfacile ſenties, vbi inuehitur in Orthodoxos Deum patientem affirmã
tes, ſic dicens: Hunc qui omnia verbo fecit, & vnica momenti inclinatione exhibet ea quæ nõ ſunt
vt ſint, & de his quæ non erant, vt eſſent, ſola voluntate, quaſi oblitus horum omnium, paſſionibus
obnoxium facis, & legem ponis vt adoretur Deus paſſibilis.] & inferius: Nos autem inuiſibilem
Vnigenitum, incomprehenſibilem, inexcogitabilem, paſſibilem eſſe credemus? abſit.] & conuer-
ſus ad Chriſtum; Saluator noſter & benefactor, ne ſic apoſtatæ ſimus adorationis tuæ, ne ſic igno-
remus tuam naturam, ne ſic ingrati ſimus de tuis donis, vt ſuſpicemur paſſibilem noſtrum libera
torem, qui nos e paſſionib. ad impaſſibilitatem tranſtulit, & nobis paſſionibus obnoxijs impaſſibi
litatẽ largitus eſt.] hæc ipſe, quibus aperte vides duas in Chriſto perſonas conſtituere a ſe inuicem
ſeparatas, nullamq. factã in vna perſona duarum naturarum vnitatem indiuiſam, inconfuſam, &
inconuertibilem. ac proinde cum negat Deum paſſum, Chriſtum nõ eſſe Deum affirmat, ſeparãs
naturam diuinam ab humana. cum e contra Catholici, vnione indiuiſibili duarum naturarum in
B vna perſona facta, Chriſtum Deum profiterentur paſſum, vt tamen Diuinitatem negarent eſſe paſ
ſibilem. Vides igitur hominem, cum liberos inter ſuos haberet affectus, quæ effutire ſoleret: cum
& litteris ſuis calumnioſe aſſerat Catholicos vnam tantum in Chriſto prædicare naturam, cum ta
men hi faterentur ex duabus naturis vnam eſſe perſonam: qua etiam calumnia proſecutus eſt Cy-
rilli capitula, quaſi ille, cum Deum paſſum eſſe dixerit, Deitatem paſſibilem conſtituerit.

Theodoretus palam inter Neſtorianos impugnat fidẽ Catholicam.

Sed mirum dictu quam calumnioſe ad ſuam ipſorum hæreſim aſtruendam citare ijdem Ne-
ſtoriani conſueuerint ſanctos Patres, quantaq. mentiri iactãtia, vniuerſos ferme Orbis Epiſcopos CLXVII.
ſecum ſentire, & ex Orthodoxis pro libitu hæreticos reddere, vt ſuis litteris ad Rufum [a] presby
terum feciſſe noſcuntur, dum vt hominem pellicerent ad Neſtorij hæreſim conſectandam, Marti-
num quemdam finxerunt Mediolanenſem Epiſcopum eſſe Neſtorianum, miſiſſeq. tractatum ſan
cti Ambroſij de Incarnatione ad Imperatores, quo Cyrilli impugnaretur ſententia, & Neſtoria-
na hæreſis firmaretur: cum re vera nullus eius nominis extiterit his temporibus Mediolanenſis E
piſcopus; & longe procul abeſſet, vt ſanctus Ambroſius ſuis ſcriptis confirmaret dogma Neſtorij.
hæ erant artes hæreticorum, pro animi ſententia quod vellent abſque pudore fingere, mentiri, &
C ſubdole atque veteratorie cuncta peragere.

a Extant apud Act. Ephel. edit. Pelt. tom. 3 c. 13.
Theodoretus quę ad Rufum ſcripſerit.

Dimiſſi tandem ab Imperatore legati ſchiſmaticæ & hæreticæ factionis, abire iuſſi ſunt ad Ec CLXVIII.
cleſias ſuas: cum Ioannes illorum dux Epiſcopus Antiochenus vltimum Vale pronuncians, perbre
uem illum ſermonem ad ſuos Neſtorianos habuit, cuius eſt exordium [b]: Sancta lex eſt, vt patri
bus accepta ferantur ea quæ filiorum ſunt. Meus eſt Galaad, meus eſt Manaſſes, immo nõ mei ſũt
ſed Dei, eius qui veſtram cum noſtra congregauit Eccleſiam, &c.] hæc & alia arrogantia plena, vẽ
dicans ſibi Neſtorianos, qui erant Conſtantinopoli, Neſtorio eorum Epiſcopo deſtitutos.

b Apud Cyril. in Apolog. ad fin.

Hunc tandem finem accepit hæreticorum & ſchiſmaticorum factioſa rebellio atque violenta
tyrannis, quæ ad quinque ferme menſium ſpatium vehementiſſime contrarijs fluctibus exagita- CLXIX.
uit Eccleſiam. Licet igitur ſancita a Patribus damnatio hæreſis Neſtorianæ cum auctore ſuo Ne-
ſtorio firmum vigorem obtinuerit: quæ tamen ab eadem Synodo ſtatuta fuerunt aduerſus Ioannẽ
Antiochenũ atque collegas ſacerdotio ac ſede priuatos, haud adeo propere viſa ſunt Imperatori
executioni fore mandanda, ſed ſpe pacis ineundæ ſunt retardata, ne cum Ioãne Antiocheno totius
Syriæ Epiſcopi ab Eccleſia Catholica ſepararentur. Sic igitur hoc prætextu permiſſus eſt Ioãnes
D cum ſuis ad Eccleſias ſibi creditas abſque iactura redire: quod quidem diuino conſilio factum eſ-
ſe, exitus declarauit: nam anno ſequenti diſſidentibus ad concordiam reuocatis, compoſita pax,
Eccleſijsq. tranquillitas reddita eſt. Sed non profuerunt Neſtorio iſtæ moræ, qui cum ſuis in mo-
naſterio ſancti Euprepij apud Antiochiam permiſſus eſt [c] agere quadriennium, ſi forte ab inſania
reſipiſceret. Verũ cum cõpertus eſſet maiori obſtinatione obriguiſſe, decreta eſt illi relegatio Oa-
ſena omnium deterrima, de qua ſuo loco inferius agendum.

Cur Ioannes et ſocij permiſſi in ſuas Eccleſias redire.
c Euagr. lib. 1. cap. 7.

Antequam autem recederent legati ſchiſmaticorum, creatum fuiſſe loco Neſtorij Conſtanti- CLXX.
nopolitanum Epiſcopum Maximianum, habent Acta [d] quædam, quæ minime mihi probantur,
cum plura ſimul mendacia inſuta habeant; vt cum ibi dicitur, hoc anno ſtatim Neſtorium in exi-
lium miſſum eſſe: cum ex his quæ ſuo loco certa teſtificatione dicentur, conſtet nonniſi poſt annos
quatuor Neſtorio exilium irrogatum. Præterea ſi verum eſſet ante horum legatorum profectionẽ
Maximianum in locum Neſtorij ſubrogatum eſſe; vtique Theodoretus & alij in litteris tunc cum
profecturi eſſent datis, eiuſdem ſuffectionis meminiſſent: quamobrem in contrariã potius ſenten
tiam imus. Creatum quidem Maximianum in locum Neſtorij Epiſcopum Conſtantinopolitanũ
E octaua Nouembris, Socrates [e] auctor eſt. Sed cum trimeſtre ſpatium interlapſum ab eiuſdem de
poſitione Neſtorij vſque ad ſubſtitutionem Maximiani tradit [f], plane in numero eſſe errorem, af
firmare neceſſe eſt: nam cum ſuperiori capite dicat [g], menſe Iunij depoſitum eſſe Neſtorium; nõ
tres, ſed quatuor menſes intercurriſſe oportuit a Neſtorij depoſitione vſque ad Maximiani ſubro
gationem. Id ipſum affirmat de quatuor mẽſibus Liberatus diaconus in Breuiario, cum ait [h]: De
electione Epiſcopi rurſum quæſtio orta eſt. Multi enim Philippum quærebant presbyterum, qui a
Ioanne cognomento Chryſoſtomo diaconus fuerat ordinatus, multaq. ſcripſit volumina contra
Iulianum Apoſtatam Imperatorem. Alij vero Proclum presbyterũ quærebant, quẽ ad Cyzicũ Si
ſinnius Epiſcopum ordinauit. Qui priuſquam Cyzicum proficiſceretur, procedentes ciues eiuſdẽ
ciuitatis Dalmatium monachum ſibimet ordinauerunt Epiſcopum, quoniam Attico prædeceſſo-
ri Siſinnij ſoli hoc præſtitum videbatur, *nimirum vt Epiſcopus Conſtantinopolitanus daret Epiſcopum
Cyzicenis.* ſed proceribus Palatij vt fieret diſplicuit: quod quidem factum eſt poſtea. Manebat ergo
Proclus non habens Eccleſiam propriam, qui tum in Eccleſia Catholica Conſtantinopoli valde
florebat.

d Apud Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 5. c. 11.
De Maximiani electione in Eccleſia Conſtantinopol.
e Socrat. lib. 7. c. 36. in fin.
f Idem lib. eod. cap. 34.
g Socrat. libr. 7. cap. 33.
h Liberat. diac. Breuiar. c. 7.

Digitized by Google

florrbat. Cumq. quatuor tranſiſſent menſes poſt Neſtorij damnationem, Maximianus ordinatur A Epiſcopus, vita quidem monachus, ordine vero presbyter, conſtantis quidem fidei, idiota tamen ſermone ſub quiete viuere eligebat.] hæc Liberatus: eadem ferme Socrates [a], qui & catalogum texit eorum qui ex alia in aliam ſedem tranſlati ſunt. Addit autem inferius [b], Cæleſtinum Romanum Pontificem reſcripſiſſe, nihil eſſe impedimento quo minus vnius ciuitatis Epiſcopus in aliā poſſet Eccleſiam trāsferri: quod quidem decretum Cæleſtini licet poſt Maximiani electionem innotuiſſet, profuit tamen Proclo, cum defuncto Maximiano, confeſtim in locum eius (vt ſuo loco dicemus) ſubrogatus eſt. deſideratur eiuſmodi epiſtola Cæleſtini. De creatione vero Maximiani in reditu Cyrilli hæc habentur in alijs Actis Concilij Epheſini [c]:

a Socrat. lib. 7. cap. 34.
b Idem eod. lib. cap 39.
c Ex eod. Antonij Auguſtini.

CLXXI. Iuſſit autem his qui de ſancto & magno vniuerſali Concilio erant (*nempe octo legatis miſſis*) ingredi in eccleſiam & ordinare Epiſcopum ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: quod etiam factum eſt. Ingreſſi autem ordinauerunt Maximianum Epiſcopum. Et poſt hæc iuſſit Imperator, omnes Epiſcopos abire vnumquemque in propriam regionem: & abierunt. Manſit hic Ioānes Antiochenus Epiſcopus, & qui cum eo erant, in ſe gregati exiſtētes. Ingreſſus autem eſt Cyrillus Epiſcopus Alexandriam Athir tertia, & ſuſcepit eum ciuitas cum multa excellentiæ gloria.] hactenus ibi. Porro tertia menſis Athir eadem dies eſt quæ apud Romanos tertio Kalendas Nouembris. B Scripſerunt & legati ad Cyrillum de Maximiani ordinatione, qui has ad eos litteras reddidit [d]:

d Ex eodem co. Antonij Auguſtini.

Dominis deſiderabilibus & Dei cultoribus & comminiſtris Iuuenali, Flauiano, Arcadio, Proiecto, Firmo, Theodoto, Acacio, & Philippo presbytero, Cyrillus in Domino ſalutem.

CLXXII. Satisfactum nobis eſt iterum, & ipſo experimento cognouimus quia veritas viuit & vincit ſecundum ſancti vocem: reſiſtit autem ei omnino [*] nihil: eſt autem ſic validiſſima, vt inſurgat aduerſus omnes inimicos, & reſiſtentium ſibi virtutem ſoluat. Ecce enim, ecce falſe quidem loquētium ora deſtruxit, & illicitarum blaſphemiarum caligo ceſſauit, reſplendet autem veritatis dogmatum pulchritudo, ordinato Epiſcopo ſecundum decretum Dei atque Concilium per ſanctitatē veſtram reuerendiſſimo & Dei cultore Maximiano, quem etiam & longa ætas ornauit non in deſidijs & delicijs cōſtitutum, ſed in laboribus & virtute, & qui multa rerum decoratus eſt cura pro veritate & dogmatib. pietatis. Congaudens igitur vniuerſis Eccleſijs & populis ibidem conſtitutis, merito proclamabo: Benedictus Dominus, quia viſitauit & fecit redemptionē plebis ſuæ. Non C enim poterat dormitare ſic bonus paſtor, vt etiam ſuam animam poneret pro ouibus, & ſemper ſaluificare ſciens, iam antiquam [*] quidem beſtiam a ſacra & diuina aula repulit. Sapientiſſimū autem & totius virtutis inſignem præceptorem elegit, quem etiā credimus decorari in omni bono, & venerabili atque præcipua virtute pollentem gubernare ſub ſua manu populum conſtitutum. Incolumes vos eſſe in Domino & noſtri memores, oramus, cariſſimi & deſideratiſſimi.] hæc S. Cyrillus.

* omnium
* & aliquando

Simulac autem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ thronum Maximianus conſcendit, ad vere magnum ſanctumq. Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum tāti certaminis decoratum inſignibus metis conuertens oculos, has ad eum litteras dedit [e]:

e Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. tomo 4. c. 14. & apud Cyrill epiſt. 24.

CLXXIII. *Maximiani epiſtola de Cyrilli meritis laudibus.*

Religioſiſſimo Deoq. dilectiſſimo comminiſtro Cyrillo Archiepiſcopo Alexādrino Maximianus in Domino ſalutem.

Expletum eſt deſiderium tuum, Deo deuotiſſime; perfectum eſt quod religionis cauſa ſuſceperas; ad finem perductum eſt pietatis tuæ votum: ſpectaculum factus es [f] Angelis & hominibus, vniuerſisq. Chriſti ſacerdotibus. Neque enim ſolum in Chriſtum credidiſti, ſed incommoda quoque pro ipſo pertuliſti. Solus dignus exiſtimatus es, qui ſtigmata illius [g] in corpore tuo portares. Confeſſus es illum coram hominibus; promeritus es vt ipſe te confiteretur [h] coram Patre in præſētia Angelorū. Redimitus es coronis, q̄ pro pietate certātib. debētur. Potuiſti enim in Chriſto D qui te confirmauit: humiliaſti ſatanam per patientiam: contempſiſti tormenta; conculcaſti furorē Principum: famem pro nihilo duxiſti: panem [i] enim habebas, qui de cælo deſcendens cæleſtem vitam hominibus impartitur. Quia vero nec ab his abfuimus, dum & hic ſenſibiliter caſtigamur; & veſtras afflictiones, quas, dum principatibus & poteſtatibus, dum mūdi dominis & rectoribus tenebrarum harum, dum nequitiæ ſpiritibus reſiſtitis, toleraſtis, auditione accepimus.

f 1. Cor 4. Philipp. 11.
g Gal. 4.
h Matth. 10.
i Ioan 6.

CLXXIV. Quia vero ad magnæ huius ciuitatis Epiſcopatum promoti ſumus: dignare, Deo dilectiſſime, tum precibus nos fulcire, tum conſilijs quoque dirigere, tum omni denique beneuolentiæ ſtudio proſequi, quo hac ratione illud Scripturæ [k] dictum in nobis adimpleatur: Frater qui adiuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma. Vere etenim ſpiritualis dilectio munita ciuitas eſt, quæ neque cuniculis a diabolo ſuffodi, neque ſcalis ab eodem poteſt ſuperari, neque etiam bellicis ſatanæ machinis credere nouit, vt quæ a Chriſto Domino cuſtodiatur, Chriſto vtique illo qui mundum hūc deuicit, & ſempiterna bona tibi præparauit, & aliquando nihilominus dixit [l]: Qui non accipit crucē E ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Cum itaque Chriſto Domino dignus euaſeris, propterea quod crucem tuā ſuſtuliſti, ſectatorq. illius effectus ſis: Chriſtum pro nobis deprecari ne omittas fraternæ virtutis ornamenta proprias prærogatiuas eſſe ratus. Vale in Domino, & pro me Deo dilectiſſime & ſanctiſſime frater ac comminiſter ora.] hactenus ad Cyrillum Maximianus: quæ recitaſſe voluimus tamquam poſt victoriam triumphi carmen. Reddidit vero ad Maximianum Cyrillus litteras, quarum eſt exordium [m]: Opportune, vt arbitror &c.]

k Prouer. 18.
l Matth. 10.
m Apud Act. Epheſin. edit. Pelt. tom. 4. c. 25. & poſt Apologet. Cyrilli.

CLXXV. Porro ſi Ducis laus cedit abſque inuidia Imperatori; cuinam primæ debentur tantæ gloriæ, & Cyrilli & comminiſtrorum laboribus partæ, niſi illi, cuius perſonam agebat, vicemq. gerebar, Cæleſtino inquam Romano Pōtifici? Quod non ignorantes nobiles illius temporis ſcriptores, glorioſum affixere æternæ memoriæ tantæ victoriæ titulum, adſcripſereq. Cæleſtino. Qui enim inter præcipuos eminebat, ſanctus Proſper ita de ſe ipſo [n]: Per hunc virum (*Cæleſtinum videlicet*) omnes

n Proſp. contra Collatorem prope fi. e n.

Orientales

Digitized by Google

A Orientales Eccleſiæ gemina peſte purgatæ ſunt,quando Cyrillo Alexandrinæ vrbis Antiſtiti,glo *Cæleſtini Papę gloria de dānata hęreſi Neſtoriana.*
rioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori,ad execrandam Neſtorianam impietatem,Apoſtolico auxi-
liatus eſt gladio:quo etiam Pelagiani,dum cognatis confœderantur erroribus, iterum proſterne-
rentur.]hæc Proſper.Quæ minime ignorantes ipſi Patres qui Epheſi conuenerunt, necnon Ma-
ximianus ipſe recens creatus Epiſcopus,atque etiam Theodoſius Imperator,legationem miſerūt
ad ipſum Cæleſtinum Romanum Pontificem,eidem gratulantes de proſtrata eum auctore hære
ſi Neſtoriana.Miſſi ad hoc ſunt Romam Ioannes presbyter & Epictetus diaconus,qui Romam
peruenerunt ipſo die Natalis Domini:agemus de his anno ſequenti.

Sed quod omne datum optimum,& omne donum perfectum deſcendere a Patre luminū ſan CLXXVI.
cta Dei Eccleſia nouit,eidem ipſi immortales gratias egit,quod vindex extitiſſet Filij Deitatis, &
matris eius honoris,vtriuſque præconia illis vocibus celebrans,quas a ſanctis ſciret frequentatas
eſſe Patribus,vbique locorum MATREM DEI MARIAM omnium ore cantans,laudās
atque prædicans. Tunc & additamentum illud accepiſſe creditur Angelica ſalutatio:SANCTA
MARIA MATER DEI ORA PRO NOBIS,&c.]quod omnium Fidelium ore dici,
B ac frequentius repeti, & tamquam prima quædam elementa pijs parentibus vna ferme cum la-
cte infantibus propinari conſueuit:vt fieret ſecundum illud Propheticum [a]: Ex ore infantium a Pſal.8.
& lactentium perfeciſti laudem tuam]illuderentq.ſuperbo draconi pueruli. Matth 21.

Sed & Pulcheria Auguſta virgo ſanctiſſima,cuius in ſeruanda fouendaq. aduerſus nouam hæ CLXXVII.
reſim fide Catholica commendata ſemper eſt vigilantia atque ſtudium, excitauit [b] ampliſſimū *S. Pulcheria erigit templum S. Marię.*
tantæ victoriæ monumentum,veluti triumphalem fornicem, erigens nimirum ſub nomine Dei
genitricis Mariæ auguſtiſſimum templum in Blachernis iuxta mare poſitum,quod ſua poſtea mo
le labans Iuſtinianus Imperator [c] reſtituit.Hæc quidem Conſtantinopoli Nouæ Romæ a ſancta b Nicep.lib.14. c.2.
Pulcheria facta fuere:cuius exemplo excitatæ ſunt Fidelium mentes,vt in diuerſis Orbis partibus
id ipſum præſtarent;factumq.eſt,vt licet frequens antea eſſet cultus ſanctiſſimæ Dei matris, poſt c Proſp.de ædif. Iuſtin.Imp.or.1.
hæc diuino excitante Spiritu,frequentior fuerit atque celebrior,vixq.repetiti eſſet,qui abſque ti-
tulo Dei genitricis nominaret ſanctam Mariam.

Adiecit autem ad hæc omnia Theodoſius,vt Irenæum Comitem profectum cum Neſtorio E CLXXVIII.
pheſum,ob ſtudium erga eum impenſum aduerſus Catholicam fidem,exanctorarit:quem vt pa-
C tronum Epiſcopi Syri creauerunt poſtea Tyri Epiſcopum,a qua etiam præfectura iuſſu eiuſdem
Imperatoris depoſitus eſt,vt ſuo loco dicetur. Parem quidē irrogatam fuiſſe pœnam in Candidia
num, Palladium,atque Ioannem,qui mendacibus relationibus ludificaſſent Imperatorem, & de
ſanctis Epiſcopis Epheſi congregatis adeo male meriti eſſent,poſſumus intelligere; nimirum vt
par ſententia percelleret eos, quos par delictum obnoxios eidem ſupplicio reddidiſſet.

Sed quid interea filij tenebrarum? Num iuxta illud [d]: Impij in tenebris conticeſcent] pudo- CLXXIX.
re ſuffuſi deuorabant ſub ſilentio mærore cor ſuum,& obmutuere? nihil minus.Etenim ipſe Neſto d 1.Reg.2.
rius caput ſuper omnes filios ſuperbiæ,indultum ad penitentiam tempus illud totum impendit in
coaceruandis maledictis atque calumnijs,libros conficiens aduerſus Catholicam doctrinam a ſa
croſancta œcumenica Synodo Epheſina comprobatam;quos vltricibus flāmis abſumendos (vt
ſuo loco dicemus) Imperialis ſanctio condemnauit [e]. Sed & Theodoretus eiuſdem patronus, & e l.vlt.de hæret. C.Theod.
Catholicorum dogmatum tunc temporis oppugnator,impulſu Ioannis Epiſcopi Antiocheni tur *Theodoretus*
ſus aduerſus Cyrilli capitula & editā ab eo defenſionem vibrat tela,dū eadem nouis ſcriptis im- *ſtudet concitare Epiſcopos*
pugnat;dedit enim litteras ad Epiſcopos in Italia poſitos,qui erāt magni nominis,nēpe Mediola *Italia in Cyrillum.*
D nenſem, Aquileiēſem,& Rauennatē,clamās & obſtrepens,inſtauraſſe Cyrillū ſuis capitulis hære
ſim Apollinaris.teſtatur id quidem ipſemet Theodoretus in epiſtola poſtea ſcripta ad Domnum
Epiſcopum Antiochenum [f]. Qui enim a Romano Epiſcopo per Cyrillum ſciebat Neſtorium f Theodor.epiſ. 112.cod. Vatic. Græc.
impugnari,in illum,ſi potuiſſet,concitare ſtuduit celebriores Italiæ ſacerdotes.Sed quid illi reſcri
ferint,ipſe ſilet:oſtentaſſet vtique & proclamaſſet,ſi quid in Cyrillum ijdem Epiſcopi reſcripſiſ-
ſent.Sed ab illis repercuſſus(vt par eſt credere)ne ſuæ eſſet proditor temeritatis quæ reſcripſerint
conticere,ſatius iudicauit.

Quid præterea? Non ſatis viſus vnus Theodoretus Ioanni:nam & Andream Epiſcopum aduer CLXXX.
ſus Cyrillum armauit,impellens vt contra Cyrilli capitula ſcriberet:editumq.eſt ab eo opus no- *Andreas Epiſcop. Samoſatenus cum Theodoreto quę molitus ſit contra Cyrillum.*
mine Orientalium,quo maioris ponderis haberetur. De his plane ambobus Cyrillus meminit in
admonitione ad Eulogium data,vbi in fine ait [g]: Deinde & contradictiones habes a me contra
eos factas,qui aduerſum capitula Synodi ea ſcripſerunt. Sunt autem duo Epiſcopi qui hoc fece-
runt,Andreas & Theodoretus.]hæc ipſe,Tulit autem Andreas a Ioanne Epiſcopo Antiocheno eā
pro impietate mercedem,vt crearetur Epiſcopus Samoſatenus ex monacho Conſtantinopolita-
E no ob ſuſceptam Neſtorianæ impietatis defenſionem;quē ſummis laudibus ipſe celebrauit Theo g Cyril.epiſ.30.
doretus [h] epiſtolis ad ipſum ſcriptis. Ceterum Cyrillus contrarijs ſcriptis horum omnium mo- h Theodor.epi. 24.144.
litiones diſiecit: contra Orientales enim ſcripſit Apologeticum,contra Theodoretum vero com-
mentarium ad Euoptium:in cuius exordio,quam vilipenderet ea Theodoreti ſcripta, his in pri- *Scripta Cyrilli contra Neſtorianos.*
mis verbis ſignificat,vbi ait [i]: Lectis autem bis quæ in eo habentur,gratias Deo cum hymnis
offerebam,tantum non & illud dicens:Domine libera me a labijs iniquis & a lingua doloſa. Sen
tiebam enim me vbique calumnijs impeti, idq. per ſingula capita. Cogitabam autem & hoc,qđ i Extat apud Cyrill.tom.4.
familiares nonnulli dicebant,virum iſtum in litteris exercitatum,& in ſacrarū litterarum cogni-
tione maxime prouectum. Verū ab intelligentia efficaciæ horum capitulorum tantum abſceſſit,
vt de eo nunc plane ſentiam,quod quorumdam deſiderijs indulgens,fingat ſe ignorantem, &c.]
Sed de his hactenus : iam vero emergat ſtylus e ſpinetis Orientalibus, & ſe transferat ad res ge-
ſtas in Occidente. Sed nuſquam pax,turbato ab hæreticis vtroque orbe.

Haud enim leuis perturbatio exagitabat Occidentalem Eccleſiam ob petulātiam quorumdā CLXXXI.

Digitized by Google

Gallicani Preſbyteri inſurgẽtes aduerſus Auguſtini ſcripta per Cæleſtinũ coercẽtur.

Gallorum presbyterorum (vt anno ſuperiori dictum eſt) temere ſugillantium ſancti Auguſtini ad- A
uerſus Pelagianos commentarios editos; in quos contraria ſcripta obiecisse S. Proſperum Aquita
num, æq. ſuo loco demonſtratum eſt. Sed quod neſciat ſemel veritatis tranſgreſſa limitem hæretico
rum procacia modeſtiæ repagulo contineri; & conuinci licet rationibus poſſit, vinci tamen neſcia
obſtinate reſiliat: ijdem audacius obſtitere, & quæq. inſana effutire in ſanctiſſimum atq. celeberri-
mum Eccleſiæ Doctorem minime deſtitere. Quãobrẽ vt qui ſcriptis minime ſuaderi potuiſſent, au
ctoritate Apoſtolicæ ſedis compeſcerentur, idem ſanctus Proſper cum collega Hilario Arelatenſi
ad Cæleſtinum Romanum Pontificem profectionem inſtituit: qui ambo apud eumdem ſtudioſe
egerunt, vt eiuſmodi nugatoribus ora (quod par erat) obſtrueret. Cæleſtinus igitur, qui haud pri-
dem ad dubitationes aliquas litteris Tuentij Epiſcopi conſultus pleniſſime ſcripſerat, putans illa
ſufficere potuiſſe; cum modo rurſus presbyteros obſtrepere, relatione Proſperi & Hilarij percepiſ
ſet; ad Epiſcopos, in quorum illi Eccleſijs presbyterio fungerentur, ſcripſit epiſtolam, redarguens
in primis eos, quod ſinant, ipſis tacentibus, in eccleſia loqui presbyteros, cum abſque Epiſcopo ni

a Cæleſt. epiſt. 8.

hil illis conceſſum ſit de doctrina præſumere. Eſt epiſtolæ exordium [a]: Apoſtolici verba præcepti
ſunt, apud Iudæos atque Gentiles ſine offenſione nos eſſe debere, &c.] B

CLXXXII. *Cæleſtinus Papa S. Auguſtinum mirifice laudat.*

Poſt multa vero in Epiſcoporũ reprehenſionẽ ſinentium talia garrire presbyteros inculcata, de
S. Auguſtino, cuius doctrina ab illis in ſuſpicionẽ hæreſis temere adducebatur, hæc ait: Auguſtinũ
ſanctæ recordationis virũ pro vita ſua atq. meritis in noſtra communione ſemper habuimus, neq.
vnquã hunc falſæ ſuſpicionis ſaltẽ rumor aſperſit: quẽ tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt in
ter magiſtros optimos etiam ante a meis deceſſorib. haberetur. Bene ergo de eo omnes in commu
ne ſenſerũt: vtpote qui vbiq. cunctis & amori fuerit & honori. Vnde reſiſtatur talib. quos male cre-
ſcere videmus. Nefas eſt hæc pati religioſas animas, quarũ afflictione (quia membra noſtra ſunt)
nos quoq. conuenit macerari: quãuis maneat hos beatitudo promiſſa, quicumq. probãtur propter
iuſtitiam perſecutionẽ ſuſtinere, &c.] iũguntur epiſtolæ capita quædã aduerſus Pelagianos erro-
res ab Apoſtolica ſede olim & ab Africanis decreta Concilijs, quib. deberent inſiſtere, qui ſub Ca
tholico nomine, licet Pelagium atq. Cæleſtium anathemate condemnarent, eorum tamen defende
re conarentur errores. Putantur illa capita eſſe Proſperi, qui (vt profiteri videtur) ea collegit ex de
cretis Romanorum Pontificum, ſimulq. Cõcilijs Africanis, vbi idem auctor hæc habet in fine: Pro
fundiores vero difficilioreſq. partes occurrentium quæſtionũ, quas latius pertractarunt, qui hære C
ticis reſtiterunt, ſicut nos non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus aſtruere; quia ad cõ
fitendum gratiã Dei, cuius operi & dignationi nihil penitus ſubtrahendũ eſt, ſatis ſufficere credi-
mus quicquid ſecundũ prædictas regulas Apoſtolicæ ſedis nos ſcripta docuerint; vt prorſus nõ opi
nemur Catholicũ, quod appareat præfixis ſententijs eſſe contrarium.] his inquam profitetur, pro-
fundiores quæſtiones illas de prædeſtinatione ſanctorum nequaquã ab Apoſtolica ſede definitas;
illaſq. tantum eſſe ſtabilitas, quæ ad condemnationem errorum ſatis poſſe ſufficere viderentur.

CLXXXIII. *Traditionib. Apoſtolicis hæreſis Pelagiana cõfutatur.*

Sed & illa ab eodem auctore inculcata notanda ſunt, quibus demonſtrat, non decretis dumta-
xat Romanorum Conciliorum prorſus deſtrui Pelagianos errores, ſed traditionibus Apoſtolicis,
quas vſu & iugi obſeruatione receperit Eccleſia Catholica, eoſdem penitus labefactari; dum vide-
licet orare conſueuit pro infidelibus, Paganis, Iudęis, hæreticis, ſchiſmaticis, atq. lapſis, necnõ cate
chumenis; ſic plane docens, abſq. diuina gratia illos non poſſe ad ſalutem acceſſum habere. Dum
que rurſus exorciſmis & exufflationibus abiguntur a proxime baptizandis ſpiritus nequam, pla-
ne factis profitetur Eccleſia, peccato originali humanam naturam eſſe corruptam, & a ſatana occu
patam, ac Dei gratia indigere, vt liberetur. D

CLXXXIV.

b Proſp. aduerſ. Collat. prope fi.

Sed quod ad dictam Cæleſtini epiſtolam ſpectat: ſanctus Proſper, qui eius ſcribendæ cum Hi-
lario auctor acceſſit, cum aduerſus Collatorem agit, de ea his verbis meminit, necnon de eodẽ Cæ
leſtino Romano Pontifice [b]: Per hunc (inquit) virum intra Gallias iſtis ipſis, qui ſanctæ memo-
riæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentiæ eſt adempta libertas, quando conſultationum
actione ſuſcepta, & librorum qui errantibus diſplicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorũ
auctoritate ſentire, ſancto manifeſtauit eloquio, euidenter pronuncians quantum ſibi præſumptio
nis iſtius nouitas diſpliceret, qua auderent quidam aduerſus antiquos magiſtros inſolenter inſur
gere, & indiſciplinata calumnia in prædicatorem veritatis obſtrepere.] ſubdit his recitatum Cæle

Quæ proſper de Cæleſtini epiſtola.

ſtini de S. Auguſtino nuper elogium, cui iſta mox addit: Cõtra iſtam clariſſimam laudatoris tubã,
contra iſtam ſacratiſſimi teſtimonij dignitatẽ audet quiſquam malignæ interpretationis murmur
emittere, & perſpicuæ ſinceriſſimæq. ſententiæ nubem obliquę ambiguitatis obtendere? vt ſcilicet
quia in epiſtola Papæ, librorum de quibus actum eſt, non expreſſus eſt titulus hinc eos appareat
non approbatos, & iſtam in ſanctum Auguſtinum laudationem pro auctoramento fuiſſe collatã.]
hæc Proſper in eos, qui cum obniti litteris Cæleſtini Papę minime auderent, ex eis tamen haud ap E
probatos eſſe omnes Auguſtini libros cauillabantur. Vnde ſubdit: Maneat plane, maneat iſta con
ditio, vt horum librorum nouitas repudiata videatur, ſi in eadem cauſa eiuſdem viri diſſentit anti
quitas, vt & inutile & incõgruum iudicetur, quod ab his quæ contra Pelagianos condidit, diſſonãs
inuenitur.] ac paulo poſt: Agnoſcant calumniatores, ſuperfluo ſe obijcere, quod his libris non ſpe-
ciale neq. diſcretum teſtimonium ſit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma lauda-
tur: Apoſtolica enim ſedes, quod a præcognitis ſibi nõ diſcrepat, cum præcognitis probat, & quod
iudicio iungit, laude non diuidit, &c.] ſed hæ ſub Sixto emerſerunt calumnioſæ exceptiones, cum
S. Proſper aduerſus eos inſurgens, contra Collatorem (vt dicemus) volumen elaborauit. Vides iã
ex his, quantæ eſſent exiſtimationis litteræ Romanorum Pontificum.

CLXXXV.

c Vincen. Lirin. aduerſ. hæreſ. ca. vlt.

Meminit huius quoque Cæleſtini epiſtolæ Photius in Bibliotheca, vbi ait de ipſo Cæleſtino:
Scripſit quoque ad Epiſcopos Galliarum de fide ſancti Auguſtini.] Agit inſuper, laudatque dictã
Cæleſtini epiſtolam etiam Vincentius Lirinenſis, vbi ait [c]: Sed & Papa Cæleſtinus pari modo, ea

demq.

A demqne ſententia:ait enim,&c.]poſt recẽſita vero eius dicta aduerſus Nouatores,addit: Ergo hęc fuit beati Cæleſtini beata ſententia,non vt vetuſtas ceſſaret obruere nouitatem, ſed potius nouitas deſineret inceſſere vetuſtatem:quibus Apoſtolicis Catholicisq.decretis quiſquis refragatur,inſultet primum omnium neceſſe eſt memoriæ S. Cæleſtini,qui ſtatuit,vt deſineret inceſſere nouitas vetuſtatem.]hæc Vincentius de dicta epiſtola Cæleſtini,quam tanti ponderis eſſe docet,vt ſatis ſit ad omnes hæreſes euertendas nouas ſententias in Eccleſiam inducentes: quo potiſſimum argumento tum Pelagianorum,tum aliorum omnium hæreticorum fundamenta idem auctor conuellit opere illo contra hęreſes ſcripto,certe aureo. Ex quo intelligas,longe diuerſum eſſe Vincentium hunc Lirinenſem ab illo Vincentio homine Pelagiano,cuius ſunt Vincentianæ obiectiones, quas S.Proſper egregie confutauit.hic namque monachus Lirinenſis monaſterij fuit,ille vero vnus ex presbyteris illis Gallicanis,qui vna cum collegis inuidioſe S.Auguſtini ſcripta carpebat, de quo Gennadius meminit [a], eius lucubtationes recenſens, eumque ab hoc oſtendit eſſe diuerſum, quẽ Lirinẽſem presbyterũ nominat [b]; cuius & mentionẽ facit S. Eucherius in præfatione libri Inſtructionũ ad Solonium,quem vna cum Saluiano eloquentia & ſapientia celebrẽ fuiſſe cõmẽdat.

Vincentij Gallicani duo longe inter ſe diuerſi.

a Gennad. de Script.Eccleſ.ca. 80.

b Idem c.64.

CLXXXVI. *De Sulpitio Seuero.*

B Inter alios vero quos recenſuimus Aquitaniæ presbyteros Pelagij fuligine denigratos, quos ſua epiſtola Cæleſtinus Papa inſectatus eſt,fuit Seuerus Sulpitius ille diſcipulus & ſciptor Vitæ S. Martini,& S. Paulino Nolano Epiſcopo amicitia coniunctiſſimus: Hic,inquã, arreptus,& ipſe ea alluuione Pelagianæ hæreſis in Aquitania potiſſimum exundantis, tandem magno Dei beneficio reſipuit,atque in ſe ipſum vindex inſurrexit erroris. De eo enim iſta Gennadius [c]: Seuerus preſbyter,cognomento Sulpitius,vir genere & litteris nobilis,& paupertatis & humilitatis amore cõſpicuus.]& in fine poſt ennumeratas eius lucubrationes,iſta addit: Hic in ſenectute ſua a Pelagianis deceptus,& agnoſcens loquacitatis culpam,ſilentium vſq.ad mortem tenuit;vt peccatũ,quod loquendo contraxerat,tacendo penitus emendaret.]hæc cum Gennadius illius æqualis dicat, par eſt credere ipſum Seuerum hoc reſipuiſſe tempore,quo percelebris iſta,de qua eſt ſermo,Cæleſtini Romani Pontificis aduerſus Pelagianos ad eiuſdem prouinciæ Epiſcopos ſcripta epiſtola, ipſi (vt credi poteſt)innotuit,ex qua ſe ab Eccleſia Catholica deuium eſſe ſenſit, & pharmacũ ad euomendum epotum venenum accipiens ſanatus eſt.

c Gẽnad.de Vir. illuſtr. c.19.

CLXXXVII. *Num Seuerus fuerit Epiſcopus.*

Sed hic illud conſiderandum:quomodo hunc Seuerum Sulpitum dicunt fuiſſe aliqui Epiſco- C pum Bituricenſem,quem Gennadius collega eius atq.gentilis nonniſi presbyterum nominet, & in eo ordine pœnitẽtem dicat eſſe defunctum? cuius quidem teſtificatione,hominis certe haud rerum Seueri ipſius ignari,vtpote in eadem prouincia viuentis,aliquando exiſtimaui,hũc diuerſum eſſe Sulpitium ab illo,quem dicunt Epiſcopum Bituricenſem licet poſt Guibertum, qui pro eo ſcripſit Apologiam, Archiepiſcopum Bituricenſem appellet. certe apud me maioris eſt auctoritatis Gennadius Maſſilienſis ſui temporis res geſtas ſcribens, quam quiuis alius poſt plura elapſa ſæcula aliter ſentiens. Scimus in tabulis Eccleſiæ Bituricenſis duos eius Eccleſiæ eſſe adnumeratos Sulpitios Epiſcopos,eoſdemq.ſanctitatis titulo inſignitos & inter ſanctos in Martyrologijs receptos,quorum alter Pius,Seuerus alter eſt dictus,alter decimaſeptima Ianuarij, alter vigeſimanona eiuſdem menſis colitur. Neminem reperi antiquorum,qui hunc Seuerum,de quo eſt ſermo,Epiſcopum nominet,verum tantummodo presbyterum,ſicut & Honorius retexens catalogum clarorum virorum. Sed & longe procul abeſt,vt qui in tabulis Epiſcoporum Bituricenſiũ ponitur Sulpitius Seuerus ſub Gunthranno Rege vixiſſe,interfuiſſeq. Mariſconenſi Concilio ſub eodem Rege celebrato,hic ſit de quo eſt ſermo:nam ille Sulpitius cognomẽto Pius dictus eſt,& ſub D Gunthranno Rege ſediſſe ſucceſſorem Remigij,habet [d] Gregorius Turonenſis: procul vero abhorret,vt Sulpitius Seuerus diſcipulus S.Martini ad Gunthranni tempora deduci poſſit: vnde plane fatendum ſit in eas tabulas errorem illapſum,quod etiã in Notis diximus. Qui autem hoc ſæculo illuſtrauit ſedem Bituricenſem,fuit S.Simplicius arbitrio Sidonij Apollinaris creatus Epiſcopus,de quo ad Euphronium,necnon ad Perpetuum ſanctos Epiſcopos extant eiuſdem Sidonij [e] epiſtolæ,atque concio in eius habita electione. At de his hactenus.

d Greg. Turon. lib.6.c.39.

e Sidon. lib. 7. epiſt.8 9.

CLXXXVIII.

Hoc eodem anno ſub iiſdem Conſulibus ſanctus Proſper miſſum ait Palladium ordinatum primum Epiſcopum ad Scotos: perductum quoque fuiſſe ad Hiberniam inſulam, ſed cito morte ſubductum ex hac vita migraſſe, ex Probo,qui res geſtas ſancti Patricij ſcripſit, dictum eſt ſuperius. Hibernorum quidem conuerſionem Deus ſancto Patricio reſeruauit: qui (vt tradunt) Scotus genere,natus ex ſancti Martini Turonenſis Epiſcopi ſorore,ab eo clericus ordinatus, quadriennium ſub eius inſtitutione tranſegit: inde a ſancto Germano Antiſidorenſi Epiſcopo ſacris litteris imbutus. Vocatus vero a Deo ad Hibernorum conuerſionem,non prius illuc ſe contulit,quã Romam ad Cæleſtinum Papam acceſſerit, accepturus ab Apoſtolica ſede ad eius gentis conuerſio- E nem Apoſtolatum. hæc quidem Probus [f] ac Sigebertus: verum ille ab Amatore Epiſcopo ordinatum ipſum tradit Scotorum Antiſtitem; Sigebertus vero id ait factum a Cæleſtino Romano Pontifice Romæ; vnde in patriam rediens, Hibernos ad Chriſti fidem ſuſcipiendam conuertit. Res ab eo in eiuſmodi Apoſtolatu geſtas idem Probus & alij conſcripſere, ſcriptaque ab eo elucubrata recenſuere. Hæc igitur de Epiſcopatu Patricij poſt defunctum Palladium hoc anno eo miſſum,cum ſub Cæleſtino Papa accidiſſe tradant;ad finem anni huius,vel ſequentis exordium,ante obitum Cæleſtini contigiſſe,affirmare opus eſt: ſiquidem Cæleſtinus anno ſequenti,menſe Martij ex hac vita migraſſe reperitur. Vides autem omnibus fuiſſe perſpicuum,ab Apoſtolica ſede accipiendum eſſe Euangelium ad conuerſionem Gentium;cum ex Orbis extrema parte, immo (vt cum poeta dicam) ex diuiſis toto Orbe Britannis Patricius Romam ſe contulerit; quod & ab alijs factitatum,ſuis locis dicturi ſumus.

De S. Patricij Apoſtolatu ad Scotos & Hibernos.

f Prob. in Vit. S.Patricii. Sigebert in Chro. & Balæ.Ce.1.

CLXXXIX.

Sed apponamus ad anni huius rerum geſtarũ præclaram coronidem obitum magni viri S.Paulini Nolani Epiſcopi,de quo tanta ſuperius tertio,quarto,& hoc ipſo quinto tomo ſunt dicta:quę

S. Paulini Nolani Epiſcopi obitus.

hoc eodem anno X. Kalen. Iulij ex hac vita in cælum feliciter migraſſe, huius anni Conſulibus Baſ A
ſo & Antiocho, Vranius [a] eius diſcipulus ſcriptorum monumentis poſteris commendauit: hunc
illum namque putamus eſſe Vranium, cuius idem S. Paulinus meminit in epiſtola [b] ad ſanctum
Delphinum Burdigalenſem Epiſcopum.

CXC. *Obiectio de Paulino ſe Vicarium dante pro filio viduæ.*

a Extat apud Sur. to. 3. die 22. Iun.
b Paulin. ep. 17.
c Victor de perſecut. Vuand. lib. 1. in fin.
d Greg. dialog. lib. 3. c. 1.

Sed antequam glorioſum eius ad Deum tráſitum referamus, difficultas haud mediocris diſq
renda atq. enodanda eſt: Quonam modo conuenire poteſt, ſanctum Paulinum ſeſe obſidem dediſ-
ſe pro filio viduæ Regi Vuandalorum in Africa, & poſt eius obitum remeaſſe Nolam, ac deinde de
functum; ſi quem diximus in Africa regnaſſe primum Regem Genſericum, propagaſſe cũ regno
vitam conſtet [c], capta Carthagine, annis trigintaſeptem, ſicq. perueniſſe ætate ad annum Domi
ni quadringenteſimum ſeptuageſimum ſextum? Ceterum hiſtoriam illam totam a ſancto Grego-
rio [d] ſcriptam, & a poſteris acceptam omnibus (habes eam etiam a ſancto Eulogio [e] Cordubẽ-
ſi citatam) haud putamus ob hanc cauſam leuiter reijciendam: ſed nec Vranium mendacem dixe-
rimus ſub huius anni Conſulibus Paulini obitum referentem, vt contra eius aſſertionem, Paulinũ
adhuc vltra annos quadragintaquinque vixiſſe, aliquo modo dicendum exiſtimemus. ſiquidẽ qui
ex annis ætatis eius tomo quarto ſuperius ſupputatis, ad hunc vſque deductis, reperitur perueniſ- B
ſe ad annos duodeoctoginta, haud diutius vixiſſe putamus, vel aptum fuiſſe qui regium hortũ co-
lere valuiſſet.

CXCI.

e Eulog. in documento Martyriali ad Floram & Mariam.

Quamobrem perplexitatem hanc alij enodare conati, eo confugiendum eſſe putarunt, vt iſta
de filio viduæ atq. Paulino non ſub perſecutione Vuandalica, ſed Gothica ſub Alarico dici debeãt
contigiſſe: quibus nequaquam aſſentiendum putamus, cum nihil penitus de Africana prouincia ſi
bi Alaricus vendicauerit, in quam ſecuritatis cauſa ab Vrbe profugi (vt vidimus) tamquam ad lo-
cum tutum, Gothis inacceſſum, ſe contulerunt: conſtat vero præterea ex his quæ de eo dicta ſunt,
Paulinum poſt tempus Gothicæ graſſationis in ſua Eccleſia pacifice perſeueraſſe. Vnum igitur re
liquum eſt quod dici poſſit, Regem illum Vuandalorum proxime defunctũrum a Paulino prædi-
ctum, non intelligendum eſſe de Genſerico, qui in regno conſenuit, ſed de fratre ipſius Gunthario
Godigiſchli filio, quem cum fratre Gẽſerico atq. Vuandalis tranſiſſe in Africam, Procopius [f], Pau
lus diaconus [g], & alij [h] auctores affirmant, eumq. dolo fratris Genſerici e medio morte ſubla-
tum: huius enim interitum repentinum obuenturum potuit prædixiſſe S. Paulinus: captiuos autẽ
illos ex Campaniæ oris in Africam abductos non bello aliquo, ſed Vuandalicæ claſſis inuaſione, C
qua potentem fuiſſe Genſericum, eaq. infeſtaſſe Hiſpaniam, Italiam, inſulas, & Orientales etiam
oras, Victor affirmat [i]. Scimus tamen, ad vitandam fraternæ cædis infamiam a Vuandalis po-
ſterioribus traditum: (quod referunt Procopius & Iſidorus) Guntharium nequaquam tranſiſſe in
Africam, ſed in Hiſpania a Germanis captum, paloq. infixum, vel ab inuadente eum prauo dæmo
ne eſſe necatum. ſed dum aiunt, primo id Vuandalorum Regi regnanti in Hiſpania accidiſſe, pla-
ne de eius parente eſſe intelligendum apparet, quem primum inuaſiſſe Hiſpaniã tradunt omnes;
eumq. regnaſſe ibi annos ſexdecim, idem Iſidorus affirmat. Ceterum quod ad Guntharium filium
ſpectat, quanam ratione ſit veriſimile, vt tranſmiſſis Vuandalis omnibus in Africam, ſolus reman
ſerit Guntharius in Hiſpania? Vuandalos quidem omnes tranſiſſe ex Hiſpania in Africã, teſtatur
Victor, qui eoſdem numerat octoginta millia. Sic igitur quæ de S. Paulino ſcribuntur & Rege Vuã
dalico, vt ad Guntharium referantur, nihil prohibet.

f Proc. de bell. Vuandal. li. 1.
g Paul. diacon. hiſt. Miſcel. li. 14.
h Victor de perſec. Vuandal. lib. 1. in fin.
i Victor de perſec. Vuand. lib. 1.

CXCII.

Quod vero Victor res Vuandalorum in Africa proſecutus, nullam de Gunthario mentionem
habeat: id eueniſſe apparet, quod perſecutionem tantum Chriſtianorum enarrandam ſuſcepit; bre
uiq. libello res trigintaſeptem annorum perſtringentem, plurima omiſiſſe oportuit, quod & ipſe fa D
tetur. Sed quod ad Vranium pertinet; ipſum proſecutum eſſe Paulini obitum potius quam vitam,
idem ipſe in præfatione ad Pacatum inſcripta profitetur. Porro eius obitum deſcribit his verbis [k]:
Cum ante triduum quam de hoc mundo ad cæleſte habitaculum vocaretur, dũ iam de ſalute eius
omnes deſperaſſent, & duo ad eum Epiſcopi viſitandi ſtudio conueniſſent, id eſt, ſanctus Symma-
chus, & Benedictus Hyacintinus *, ita in eorum aduẽtu recreatus atque refectus eſt, vt oblita om-
ni carnali infirmitate, totum eis atque angelicum exhiberet affectum. Et quaſi profecturus ad Do
minum, iubet ſibi ante lectulum ſuum ſacra myſteria exhiberi, ſcilicet vt vna cum ſanctis Epiſco-
pis oblato ſacrificio, animam ſuam Domino commendaret: ſimul etiam eos quos pro diſciplina
Eccleſiaſtica a communione myſterij extorres eſſe præceperat, ad pacem priſtinam reuocaret. Et
cum hæc omnia ſanctus Epiſcopus læto atque perfecto ordine celebraſſet: ſubito clara voce inter-
rogare cœpit, vbi eſſent fratres ſui. Tunc vnus ex circumſtantibus, qui putauit, quod fratres ſuos,
id eſt, Epiſcopos qui tunc aderant, quæreret; ait illi: Ecce hi ſunt fratres tui. At ille: Sed ego nunc fra
tres meos, Ianuarium atque Martinum dico, qui modo mecum locuti ſunt, & continuo ad me ven-
turos ſe eſſe dixerunt: e quibus Ianuarius Epiſcopus ſimul & martyr Neapolitanæ vrbis illuſtrat E
Eccleſiam; Martinus autem vir per omnia Apoſtolicus (cuius Vita ab omnibus legitur) Galliarum
Epiſcopus fuit.

k Extat apud Sur. to. 3. die 22. Iunii.
* Hidruntinus
Quæ contigerint ante Paulini obitum.

CXCIII.

l Pſal. 120.

Et his dictis, extenſis ad cælum manibus, hunc pſalmum Domino decantauit [l]: Leuaui ocu-
los meos in montem, vnde veniet auxilium mihi: auxilium meum a Domino qui fecit cælũ & ter-
ram. Deinde, collecta oratione commonitus eſt a ſancto Poſthumiano presbytero, quod pro veſti
mentis quæ pauperibus fuerant erogata, quadraginta ſolidi deberentur. Quod cũ audiſſet ſanctus
Paulinus, leuiter ſubridens, ait: Securus eſto, fili: crede mihi quia non deerit qui debitum paupe-
rũ ſoluat. Et ecce non longa interpoſita mora, ingreditur quidam presbyter de Lucaniæ partibus
veniens, miſſus a ſancto Epiſcopo Exuperantio, ſiue a viro clariſſimo fratre eius Vrſatio, qui ei per
ipſum nuncium muneris gratia quinquaginta ſolidos miſerant. quos cum accepiſſet ſanctus Pau
linus, benedixit Dominum, dicens: Gratias ago tibi Domine, qui non derelinquis ſperantes in
te. De his autem quinquaginta ſolidis ipſe presbytero, qui eos exhibuerat, manu ſua duos * dedit;

* decem

reliquos

Digitized by Google

A reliquos vero negotiatoribus,qui veſtimenta paupetibus dederant,reddi mandauit. Intet hæc au-
tem,cum nnx diei ſucceſſiſſet,vſque ad mediam noctem paululum quieti conceſſit,donec crude-
ſcente dolore,qui lateri eius nimius inerat,grauaretur,excitatus,multiſq. etiam ex ſuperfluo ar-
chiatronum vſtionibus fatigatus,vſque ad quintam horam noctis laſſum atque anhelũ pectus du-
xit. Deinde adueniente luce,conſuetudinem ſuam vir ſanctus agnouit. Itaque,vt ſolebat,excitatis
omnibus,Matutinum ex more & ordine celebrauit. Facta autem die,presbyteris & diaconibus at
que omnibus clericis exemplo Dominico [a] pacem hereditariam prædicauit. Trãſactis autem his, a Ioan 20.
tacitus vſque ad veſperam perdurauit. Deinde quaſi ex ſomno excitatus, lucernariæ deuotionis
tempus agnoſcens,extenſis manibus,lenta licet voce [b], Paraui lucernam Chriſto meo,decanta- b Pſal. 131.
uit Domino.

Tunc deinde facto aliquandiu ſiléntio,circa horam quartam noctis,omnibus qui aderant,ſoli CXCIV.
cite vigilantibus,ſubito tam ingenti cellula eius terræmotu concuſſa eſt,vt hi qui lectulo eius aſſi- *Terræmot* in*
ſtebant,exterriti atque turbati,ad orationem ſe iactarent,nihil tamen ſcientibus his qui pro fori- *obitu Paulini.*
bus conſiſtebant:neque enim publicus ille,ſed priuatus in cellula fuerat terræmotus. Nam* ille an * tum
B gelicis ſuſceptus manibus,debitum Deo ſpiritum exhalauit. Vidimus,fili cariſſime,vidimus, & in
ter lacrymas atque ſingultus vidiſſe gaudemus,&c.]ſubdit gemitus vniuerſæ Eccleſiæ de eius obi
tu,prædicat & eius laudes,atque in fine ait: Obijt S. Paulinus Epiſcopus X. Kalend. Iulij, Baſſo &
Antiocho Coſſ.] Huius quidem Vranij ſcriptionis meminiſſe viſus eſt Gregorius Turonenſis, vbi
ait [c]: De tranſitu autem eius eſt apud nos magna lectio.] nouiſſe hanc pariter Vranij lucubratio- c Grego. Turon.
nem ſanctum Gregorium [d] Romanum Pontificem,certum eſt, dum eadem de terræmotu facto de Glor. Confeſ.
in eius tranſitu ſcribit. Hunc tandem beatum finem conſecutus eſt ille, ſui ſæculi maximum de- ca. 107.
cus & ornamentum dignum inuentum,quem ſcriptis ſuis celebrarunt ſanctiſſimi atque doctiſſi- d Greg. Pap. dia-
mi viri Hieronymus in Oriente,Ambroſius in Italia,Auguſtinus in Africa,Proſper & Eucherius log. lib. 3 c. 1.
in Gallijs hoc ipſo ſæculo,poſtea vero ſanctus Gregorius Papa atque alij.

Reliquit poſt ſe nobiliſſimi ingenij monumenta,licet attingere numquam voluerit interpreta CXCV.
tionem diuinæ Scripturæ,non quidem inopia doctrinæ,vel tenuitate ingenij,ſed potius admiran- *De ſcriptis S.*
da animi ſummiſſione:nam S. Hieronymus ſcribens ad eum tunc tyrocinium auſpicantem, hæc *Paulini.*
ait [e]: Magnum habes ingenium,& infinitam ſermonis ſupellectilem,&c.] ſcripſerat enim librũ e Hier. epiſt. 13.
C pro Theodoſio Imperatore, quo magnum ediderat ſpecimen ingenij locupletiſſimi. Verum(vt di
ximus)cum ſe totum Chriſto addixit profeſſione monaſtica,nũcium ſtylo remiſit, nec quicquam
amplius ſcripſit,vt ederet. Etenim quæ reperiũtur eius epiſtolæ,non ipſius ſtudio, ſed induſtria S.
Amandi Epiſcopi Burdigalenſis ſeruatæ ſunt. fatetur quidem id ipſe Paulinus in epiſtola ad eum
ſcripta,ſed nondum cuſa: vbi inter alia: Legimus(inquit)in tergo epiſtolæ,annotationem epiſto-
larum, quas meas eſſe indicatis: nam vere prope omnium mearum epiſtolarum ita immemor
eram,vt meas eſſe non cognoſcerem,niſi veſtris litteris crediſſem. vnde maius accepi documen
tum charitatis veſtræ,quia plus me vobis,quam mihi notum eſſe perſpexi.] hæc ipſe ad Amandũ.
eſt epiſtolæ illius exordium: Omnia tempus habet,& tempus omni rei ſub cælo eſt.] habet eam co
dex Vaticanus atque Nolanus. Sed ſi quæ carminibus ceciniſſe,pieq. luſiſſe repetitur,eadem ami-
corum diligentia cuſtodita putamus. Eſt celebris memoria eius in Dei Eccleſia, a qua indelebili
nota in tabulis Eccleſiaſticis illibata ſeruatur, & die natali ipſius anniuerſaria celebritate recoli-
tur. At modo de Paulino ſatis,cuius rebus præclare geſtis tertium,quartum,& quintum hunc An-
nalium tomum decorauimus;ex quibus,quantus iſte vir fuerit,quiſque intelligere valeat.

D

IESV CHRISTI ANNVS 432. | CÆLESTINI PAP. ANNVS 9. | THEODOSII 25. VALENTINIANI 8. IMPP.

CHriſti annus quadringenteſimus trigeſimuſſecundus Cõſulatu Aetij & Valerij in Faſtis Pro I.
ſperi & Caſſiodori notatur,quorum prior in Occidente,poſterior vero primatum magiſtra
tum eſt aſſecutus in Oriente. Illuxit plane annus iſte ſui exordio Romanæ Eccleſiæ lætus; cum ſu
ſcepta legatione Orientalium,de impij Neſtorij deiectione,Maximiani vero promotione, litteris
a ſancta Synodo,necnon a Theodoſio Imperatore,atque etiam a Maximiano Conſtãtinopolitano
Epiſcopo ipſe Romanus Pontifex Cæleſtinus certior factus eſt.

Erat plane ipſe ſanctiſſimus ſenex inſtar Simeonis Prophetæ, expectans redemptionem II.
Iſrael. Quippe quòd(vt ſuis ipſe teſtatus eſt litteris, quas proxime reddituri ſumus, datis *Celeſtini ante*
E ad clerum & populum Conſtantinopolitanum)præ nimio dolore & animi angore ob peſſumda- *obitum gaudiũ*
tam Catholicam fidem ab impio Neſtorio & eius ſectatoribus,iam ſomnus receſſerat ab oculis *ex profligato*
ipſius. Sed & ſicut cum Simeone erat expectans redemptionem Iſrael; ita etiam cum ipſo,factus *Neſtorio.*
iam voti compos,cygneis modulis occinens canticum illud [f]: Nunc dimittis Domine ſeruum f Luc. 2.
tuum in pace,quia viderunt oculi mei ſalutare tuum,&c.] exauditus a Deo,hoc anno poſt tres mẽ
ſes(vt dicemus)ex mortalitate ſubductus,vocatus eſt ad coronam, quam de ſalua facta fide Ca-
tholica, & conſeruata ſarta tecta Chriſti diuinitate,& eius matris ſanctiſſimæ dignitate,accipe-
re dignus fuit.

Reliquit tamdiu ipſum Dominus in humanis,quantum opus eſſet ad communem lætitiã mu- III.
tuo participandam reddere litteras gratulatorias,quas acceperat,reciņes victoriæ canticũ ex Oc
cidente,quod præcinuiſſent Orthodoxi magno gaudio in Oriente,ſcribens poſtremas omnium lit
teras,a quibus acceperat,nimirum ad S. Synodum, Theodoſium Imperatorẽ, Maximianum Epi-
ſcopum,& clerũ,populumq. Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Sed cum audis reddidiſſe ad eamdem

Epheſiuam Synodum litteras;ne putes adhuc eam Epheſi perſeueraſſe,iam(vt vidimus)ſuperio- A
ri anno dimiſſis Epiſcopis:ſed ad Patres qui conuenerunt,vbique degentes,eas datas Encyclicas
eſſe ſcias.Sunt hæ nouiſſimæ ſanctiſſimi Patris epiſtolæ,vltima eius elogia, ob id dignæ vt verba-
tim hic deſcribantur:quæ ex eo,puto,gratiores accipientur, quod nondum alicubi editæ habean-
tur. Accepimus nos eaſdem cum alijs eiuſdē Pontificis ſuperius redditis ab eodem docto viro An
tonio de Aquino,de quo ſuperius. Prima igitur Cæleſtini epiſtola reddita hoc anno menſe Mar-
tij ad ſanctam Synodum per legatos inde miſſos,ſic ſe habet:

Cæleſtinus Epiſcopus ſanctæ Synodo apud Epheſum conſtitutæ.

IV. Tandem malorum fine gaudendum eſt. Tandem nobis omnibus in cōmune dicendum [a]: Dex
a Exod. 15. Epiſt. Cæleſt. Pap. ad Synodum. tera tua, Domine, glorificata eſt in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicos. proprie namq.
ipſi confracti ſunt;quando iniqua loquentium,dicente Dauid [b], os videamus eſſe deſtructum,
Huiuſce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores,defenſores nobiſcum videmus fuiſſe fidei
* ſacerdotes,qui conuenientes in vnum,& ſecundum Apoſtolum [c], non quæ veſtra ſunt quæren
b Pſal. 62. tes,ſed quæ Chriſti Ieſu,negotium Domini communis egiſtis. Apud vos ergo de veſtra loquimur
* fideles Dei ſanctitate,quorum in omnem terram ſonum gaudemus exiſſe,cum & in finem eiuſdem Orbis præ B
c Philip. 2. dictæ veritatis a vobis verba venerūt. Deus noſter non patitur latere quod præſtitit;quia numquā
Laudat ſtudiū patrum. beneficia ſuperna celantur. Ita namq. fit, vt tanto munere innoteſcente cæleſti,pro voluntate diui-
na(ſicut ſcriptum eſt [d])omnis homo ſaluus fiat,& veniat ad ſcientiam veritatis. Loquor ergo* vi
d 1. Tim. 2. * ego ctoribus,& qui in prœlium ſolam contra hoſtem portauerunt fidem,quæ, & Ioanne dicente Apo-
e 1. Ioan. 5. ſtolo [e], vicit & mundum: Vobis eiuſdem proprie perſcribo ſermonibus [f], qui ſecundum diui-
f 1. Ioan. 2. nam paginam,vt patres cognouiſtis quod ab initio eſt;& vt iuuenes,dum fortes eſtis,& verbū Do
mini in vobis manet,viciſtis malignum in talibus ſocijs gratulantes. De hoc euentu minime dubi
tabamus:habuit animum noſtrum fiducia ſperandi,qui vobis videremus diuinæ cauſæ pondus in
g Pſal. 25. cumbere,quos bene admodum noueramus,ſecundum illud propheticum [g], odiſſe congregatio
nem malignorum,& cum impijs non eſſe ſeſſuros. Optime ergo hoc credidi, quia contra nocētes
h Pſal. 24. atque peruerſos(ſicut ſupradictus ait [h]) innocentes & recti adhæſerunt mihi.

V. Vna igitur eademque relatione per filios noſtros religioſos & Deo amabiles viros Ioannem
De Neſtorij depoſitione, & ordinatione Maximiani. presbyterum & Epictetum diaconum deiectionem iuſtam, & exaltationem didicimus iuſtiorē;
illud quod in Euangelio legimus,approbantes [i]. Quia Deus noſter exaltat humiles, & potentes C
de ſede deponit. A qua ſententia ille noſter ſapientiſſimus minime deuiauit,qui ait [k], a Deo no-
ſtro humilium ſeruatam memoriam,& perditam ſuperborum;quod quando magis videatur im-
i Luc. 1. pletum,quam nunc,cum Saluator noſter parans benemeritos honorare,oſſa [l] hominum ſibi pla
k Pſal. 9. 33. & 112. centium diſſipauit,& prouiſo paſtore dignilſimo,feralem lupum de ouilibus ſuis immaculatus a
gnus eiecit? Legimus eius a veſtra fraternitate ſcripta primordia,nec quiſquā noſtrum mirari po-
l Pſal. 52. tuit,quia nota dixiſtis:aſſertio impendatur incertis,teſtimonium comperta non quærunt. bonorū
hunc actuum palæſtra ſemper exercuit:talem hunc didicimus,qualem in litteris inuenimus;talem
certe(vt breuiter dicam)qualem Doctor noſter eſſe præcepit ſacerdotem;vt conuenienter omniū
iudicio mereatur audire [m]: Ecce vere homo Iſraelita,in quo dolus non eſt. Nonne laudibus in
m Ioan. 1. eum veſtris iſta conueniunt? Taliter deniq. quæ dixiſtis,audiſtis. Talem ſucceſſorem quærebat ſan
ctæ memoriæ Siſinnij beata ſimplicitas, vt locum ſuum nōniſi ſui ſimilis obtineret:etenim melius
agimus,ſi abſtinentes iam ab illius ſacrilegi nomine,ſedem vacaſſe dicamus. Actum eſt diuino iu
dicio,vt hunc Eccleſia pro remedio mereremur. Deniq. diſcordiam tulit,& concordiam reddidit
ordinatus:Quid non poterit præſtare per tempora,cuius hoc primordia præſtiterunt? Hæc de eo D
inuicem dicimus,quem pax reparanda quærebat. Interfuimus,nec nos diximus abſentes, cū eius
capiti verba myſtica dicerentur,cum redderetur omnibus diuina lætitia ſalutaris: poſtremo ne-
mo illic Catholicorum defuit,vbi omnes in commune vicerunt.

VI. Lætati præterea ſumus clementiſſimi de hoc & Chriſtianiſſimi Principis teſtimonio, cum epi
De Theodoſii Aug. pietate. ſtolis dilectionis veſtræ eius ſententiam videremus eſſe concordem. Nec mirum eſt, ſi cor Regis,
quod eſt in manu Dei,cum his ſenſerit,quos eius nouerit ſacerdotes. Itaq. ſermo regalis diuinas
* militat Aug. res exequendo multiplicat * in Auguſto:felix Imperium,cui militat executio diuinorum; nec hic
minus felix,quem prædicat dominatio mundanorum:hoc teſtimonio dignus eſt, qui ordinandus
probari,nō qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere ſanctus frater & coepiſcopus no
ſter Maximianus,quibus gradatim ſtipendijs ad faſtigium ſacerdotale peruenit. non hunc diuitia
rum gloria,non velut in potentia cupidum,qui ſolet ineſſe ambientibus,honorum ſaltus euexit ſuf
fragio pauperum,quibus fidelis ſeruus & prudens cibum dabat in tempore,ſuper omnia Domini
n Matth. 25. ſui conſtitutus eſt bona [n]; & tamen etiam ſi deſiderium fuit Epiſcopatus,nonniſi propter opus bo
o 1. Tim. 3. num(ſicut ait Apoſtolus [o])concupiuit:ita Deus noſter,& quid velimus,& cur velimus,attendit. E
Quis dubitet,poſſe magis agere præſidētē,quod potuit exercere ſubiectus? Exoſus & blaſphemus
iſtud officium nō poterat habere,id eſt,corporum curas,qui nitebatur animas vulnerare: facta eſt
ruina eius magna tā ruina magna,quam praua doctrina. Nunc qui de præteriti emendatione gau-
demus,cauere nos conuenit in futurū, ne poſſint magis ac magis quæ abſciſſa ſunt pullulare: quia
neceſſe eſt,quocumque peſtis hæc loci ſit, noſtri corporis membra vexentur,& per patientiam no
ſtram peiora prioribus nutrita videantur.

VII. Scripſimus clementiæ Principali, vt de ſanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didici-
De Neſtorio longius ablegando. mus namque hunc Antiochiam reuertiſſe,atque ſibi illic,vnde venerat,viuendi præſtitam faculta
tem. Innocentum exitium eſt iſtud exilium. Aſpiciamus diligenter quid illic poſſent parere, quæ
illic ſunt ante concepta. Non eſt notis ſuadere difficile:in oculis eſt eiuſdem ciuitatis Eccleſia, quæ
per hunc perijt ſacerdotem:& tamen laboramus aduertere quis cui fuerit cauſa peccati;niſi forte
(quod pro quiete Eccleſiarū dicimus)deceptum ſe ille demōſtret,deſerendo damnatum. Sed quis

illic

A illic ſperer aliquem poſſe corrigere, vbi arcem tenere videat peruerſitatis auctorem, vbi colatur
ab omnibus eaolatus? Magna illic eſt (quod lugẽtes dicimus) deſperatio ſanitatis, vbi (ſicut Iſaias
dicit [a]) omne caput in dolore, & omne cor in męſtitia a pedibus vſque ad caput. Quando ibi mẽ a Iſai. 1.
brum aliquod habere poterit ſpem ſalutis, vbi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fra-
tres cariſſimi, elaborate, obſecro, vt vere tollatur de medio veſtrum [b], qui hoc opus fecit: ſola de- b 1. Cor. 5.
cet tales homines ſolitudo: vbi enim debet hic inuenire ſolatinm, qui ſic tractauit vbique regnan-
tem?

Peracta eſt a vobis totius ſumma negotij: agendum nunc eſt quod inſtat & reſtat, ne ſit in va- VIII.
cuum laboratum. Longius quidem ſumus poſiti; ſed per ſolicitudinem totum propius intuemur. Solicitudo cu-
Omnes habet beati Petri Apoſtoli cura præſentes: non nos ante Deum noſtrum de hoc poſſumus ra Paſtoralis
excuſare, quod ſcimus: nam quamquam hæc quæ loquimnr, ſanctitas veſtra tacuerit, agnoſcimus Rom. Pontif.
tamen omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur cauſæ finis, qui ſupereſt, actibus veſtris, quæ-
ſo, reſpondeat: quia nolumus in modico vos deeſſe, qui maxima peregiſtis. Adiutorio apud Reges
terræ his eſtote quæ ſcripſimus: norunt & ipſi quid ſuis debeant præſtare temporibus; ſciunt quod
B Catholicæ fidei fundamento ſua regna ſubſiſtanr. Pura ab heredibns ſanctis paternæ & auitæ cre-
dulitatis vena ſeruatur; fluit ab illis incorrupta per poſteros, nec hanc in his aliquis vnquam li-
mus infecit: cuſtodit fortis, cui fidelis eſt curſns exordium; cum id quod in origine acceptum eſt,
videtur in prole.

Canem & operarinm malum pariter perſeqnamnr: facite præſentes, quod hortamnr abſentes: IX.
nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus, præcipue tamen nos conuenit Antiochenis De liberanda
pręcipitantibus ſubuenire, quos peſtifer morbus obſedit. Abſolnamus modis talibus ciuitatem, Antiochia a
in qua (ſicut Actus Apoſtolorum loquuntur [c]) dictos primum legimus Chriſtianos: omnibus er- Neſtorio.
go virtutem præſtemus, qnibns ſecundum religionem debere nos nouimus quod vocamur. Hanc c Act. 11.
autem ſolicitudinem noſtram præſentes probarunt Deo amabiles filij, & cariſſimi atque animis
noſtris acceptiſſimi Ioannes presbyter & Epictetns diaconus, quos reuerſos ad vos feſtinato remi
ſimus, ſolicitius hoc agentes, vt quos diebus Dominicæ Natiuitatis accepimus, Reſurrectionis
Dominicæ tempore redderemus.

De his autem qui cum Neſtorio videntur parum pie conſenſiſſe, atque ſe ſocios eius ſcelerib. X.
C addiderunt, qnamquam legatnr in eos veſtra ſententia, tamen nos quoque decernimus, quod vide Qui recipiẽdi
tur. Multa perſpicienda ſunt in talibus canſis, quas Apoſtolica ſedes ſemper aſpexit. Quod loqui- ad Eccleſias
mur, Cæleſtianorum teſtantur exempla, quod ſpem de Synodo hucuſque geſſerunt. Habent, ſi reſi ſint lapſi Epi-
piſcunt, copiam reuertendi; quod his ſolis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hęreſeos ſcopi.
omnium fratrum conſtat ſubſcriptione damnatos. Per Dei namque miſericordiam aliquos ex eo
rum nnmero ad nos iam rediiſſe gaudemus. Quod hoc conſilio factum eſt, vt quos conſciẽtia mix
ta non poterat, ſaltem ſententia ſepararet. Hoc, moneo, veſtra fraternitas ſequatur exemplum: ſit
caput ſceleris cum his, quos Synodalia loquuntur ſtatuta, damnatum; reliqui quos cum hoc ſentiẽ
tes in communione Eccleſiaſtica non habemus, in ciuitatibus ſuis, & ſe in noſtro collegio noue-
rint non futuros, niſi ſecundnm Eccleſiaſticum & Chriſtianorum Principum conſtitutum, dam-
nata hęreſi cum auctoribus ſocijſq. damnatis, ſe profiteantur Catholicos ſacerdotes. Quam formã
etiam circa eos volumns cuſtodiri, qui ſubripiendum ex Eccleſiaſticis cauſas a Chriſtianis Princi-
pibus crediderunt, & alio ordine rurſus Eccleſias occnparunt.

Antiochenum vero, ſi habet ſpem correctionis, Epiſcopum a veſtra fraternitate volumus cõue- XI.
D niri; vt niſi quæ ſentimus, ſenſerit, nouellam blaſphemiam eodem exemplo ſcripta ſua profeſſione De Ioanne Epi
condemnans, intelligat de ſe quoqne Eccleſiam, qnod fidei noſtræ reſpectus imperat, ordinare. ſco. Antiocbe-
Credendum tamen de diuina eſt miſericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, ſi de ſupra- no.
dicto loco horum malorum caput & cauſa auferatur. Dat. Id. Mart. Aetio & Valerio Coſſ.] hacte-
nus epiſtola Cæleſtini Pontificis ad Epiſcopos qni Epheſi conuenerant ad ſanctam Synodum: qui-
bus potiſſimum de Neſtorio Antiochia pellendo quam prudentiſſime egit. Quæ enim damna eius
ibidem commoratio attulerit Catholicæ Eccleſiæ, res poſtea geſtę, inferius ſuis referendæ locis,
manifeſtabunt: vt plane certum apparuerit, grauiſſimo Eccleſiæ & Imperij damno diſtuliſſe Theo
doſium ſero nimis ſapientem parere quantocyus Cæleſtino. Sed iam ab ipſo Cæleſtino ad eumdẽ
Theodoſium hoc eodem anno & die datas litteras videamus.

Cæleſtinns Epiſcopus Theodoſio Iuniori Auguſto.

Cauſis ſuis diuinam prouidentiam pręſtitiſſe quod ſperabamus, agnouimus: nec enim aliud XII.
futurum mentes poterant æſtimare Fidelium, regnãtibus vobis, quã id quod eueniſſe gaudemus, Cęleſtini Pa-
vt prædicatio in Deum impia concideret, & cum ſuo auctore noui dogmatis damnata prauitas de- pæ epiſtola ad
E periret. Illata quidem fidei bella ſunt, & Regis æterni ſacrilegis verborum iaculis natiuitas appe- Theodoſium
tita: ſed vos, Chriſto Deo noſtro auctore, regnantes, hoſtes impios fidei veſtræ virtutę viciſtis, cæ- Aug.
leſtem teuocantes triumphum, per quod religioſo munimen in perpetuum præſtetis Imperio. Ve-
re enim prophetica gloriæ veſtræ vox conuenit, & regnum veſtrum dici poteſt regnnm omnium
ſæculorum, quod defenſæ fidei meritis propagatur, & creſcente ſanctæ religionis obſeruãtia, Chri-
ſtianæ inſertum reuerentiæ ſemper augetur, glorioſiſſime & tranquilliſſime Imp. Auguſte. Ecce
nunc domus Domini orationibus vacant, & veſtrum per omnes eccleſias Deo noſtro oblatis ſa-
crificijs commendant Imperium. Nihil, amoto perturbatoris auſu, ſcandalis licet; peſtifer vlterius
animas hominnm ſermo non vulnerat: ſalutem omnibus ſuarum animarum, dum vniuerſali Eccle-
ſiæ conſulitis, reddidiſtis. Hæc eſt veſtra prædicandi regni veſtri clementia, per quam non terræ,
non prouinciæ, ſed omnium animæ ſunt defenſæ. Imputabitis hanc omnino victoriam, quam non
bellis, non gladijs, ſed ſolą deuotione, qua Deo eſtis dediti, conquiſiuiſtis.

Manet hic veſtræ gloriæ titulus, & manebit, vt nulla illum ætas, nulla vetuſtas aboleat: æterna XIII.
enim

enim ſunt,quæ æterni Regis amore præſtantur.Sic Abrahæ fides ſæculis durat.Dauid Regis me- A
ritum Dei zelus fecit eſſe perpetuum,cum inimicos Dei ſuos credidit inimicos,& odiſſe quos Deo
odibiles approbaſſet.Elias etiam Propheta falſa prophetantes non fuit contẽtus refellere,ſed etiã
in illos voluit vindicare;vt eos perſequendo perderet,quos in perditionem niti ſui populi perui-
deret.Par tibi cum illo gloria.Ille falſa prophetantibus reſtitit,tu falſa docentibus.Ille mentien-
tes in Deum Prophetas perſecutus eſt:tu de Chriſto Deo noſtro prædicantes impia abigis ſacer-
dotes.Ille tantum vindictæ intentus eſt:veſtra pietas ſic impia vendicat,vt quæ ſunt religioſa de-
fendat:nec enim ſufficeret abegiſſe morbos,& peſtilentiam repuliſſe,niſi & ſalubres auras redde-
res,& vitalem infectis ſubſtantiam miniſtrares,talem illi Ecclesiæ conſtituendo Pontificem, qui
olim hoc ſe dignum faſtigio omnibus,quibus notus eſt,approbaſſet.Fert illi ac ſi ſui corporis par
ti Romana teſtimonium,quæ hunc ſemper inter ſuos habuit,& numerauit,Eccleſia:ferunt ſuorũ
merita,quibus ſancte adhæſerat,deceſſorum.Ita enim reuerendiſſimæ memoriæ viro Attico Ca-
tholicæ fidei propugnatori fortiſſimo mente pariter & officio cohærebat,vt iam tunc futuri in eo
dem Epiſcopatus inſignia prælucerent.

Quomodo regnum Theodoſii ſit futurum perpetuum.

XIV.
De Maximiano electo Episc.Conſtantin.

Sed ſit hoc arcano diuinæ maieſtatis arbitrio,vt in poſterum quæcumque ſunt meliora ſeruen B
tur,& ad quietem per aliqua turbarorum ſcandala veniatur. Debitum eſt fratris mei Maximia-
ni Epiſcopi gloriæ,vt aliquem illi prælatum fuiſſe in hoc quod ſuſtinuit,ciuitas pœniteret,& nunc
electo eodem,illi ſe integritatem fidei debere ſentiret.Sed huic tantæ pro ſuo merito illius Eccle
ſiæ ſacerdoti electo taliter,& conſenſu ſanctæ cõgregationis,quæ interfuit,ordinato,ad componẽ
dum Eccleſiæ ſtatum,& omne vulnus prauæ hæreſis radicitus euellendum,ne audeant quæ abſciſ
ſa ſunt,pullulare;obſecramus & poſcimus ſub illius inuocatione,quẽ colitis,fidei veſtræ,vt conſue
ſtis,arma præſtetis.Nunc enim eſt omnis opponenda cuſtodia,ne rapax lupus ob ouilibus Domi-
ni gregis,cum ſeuierit,excluſus,rurſus ſerpentino lapſu ad mortem perueniat animarum, effoſſis
qua poteſt parte cuniculis.Nec enim poteſt quieſcere,cũ prædæ ſuæ rapidus cupiat incubare. Mu
nimen ſanis,remedia præbete ſanandis,vallate muris veſtræ fidei religionis Catholicæ veritatẽ ,
per quos & credẽtes muniti ſint,& tanti ſequaces erroris non audeãt introire.Hic enim plenus vi
ctoriæ veſtræ fructus eſt,nihil relinquere,quod rurſus Dei Eccleſia debeat formidare. Quem igi-
tur vniuerſorum eiecit ſententia ſacerdotum,in prædicatione ſacrilega perdurantem eum veſtra
clementia ab omni ſocietate remoueat,vt facultatem aliquos perdendi non habeat. C

XV.
*Legati Romã peruenerũt die * Natalis Domini.*
* celebrabamus

Religioſos vero filios meos Ioannem presbiterum & Epictetum diaconum tantæ rei nuncios
cum totius Eccleſiæ gratulatione ſuſcepimus;& lectis in totius congregationis Chriſtianæ plebis
apud beatiſſimum Apoſtolum Petrum veſtræ pietatis apicibus,Deo noſtro pro vobis vota perſol
nimus.Ita enim ad nos,agente Domino,peruenerunt,vt ad eum diem,quo * Chriſti Dei noſtri
Natalem ſecundum carnem,cui quæſtio inferebatur,concurrerent,& impietatem coniũctim vni-
uerſa congregatio confutaret.

XVI.
Poſſeſſiones a S.Proba relictas commendat.

Cauſæ fidei congrue & Eccleſiaſticæ & pauperum vtilitatis cauſa ſubiungitur;vt qui integri-
tatem fidei præſtitiſtis,pauperum quoque commodis conſulatis.Illuſtris & ſanctæ recordationis
Proba poſſeſſiones in Aſia conſtituras longa a maioribus vetuſtate ſic reliquit, vt maiorem ſum-
mam redituum clericis pauperibus & monaſterijs annis ſingulis præciperet erogandam: ſed hæ
poſſeſſiones ibidem conſtitutæ in damnum pauperum,huius negligentia(vt grauius nil dicamus)
qui his præfuerat, ea ſunt ratione tractatæ,vt non ſolum cõſueta non ſolueret,verum etiam ſubre
ptitia impetratione earum iuſtũ dominium violetur. Rogamus pietatem veſtram,vt religioſæ &
illuſtri domui & Eccleſiæ id pro clementia veſtra præſtetis,vt omnis ab his inſidiantium inquie D
tudo diſcedat,vt tam Eccleſiæ quam ſuis dominis ſit tuta poſſeſſio.Quod inde alimoniæ pauperũ
acquiritur,veſtrum eſſe credetur. Dat.Idib.Martiarum,Flauio Aetio & Valerio VV.CC.Conſ.]
Rurſum vero eodem quoque die hæc ſcripſit ad recens electum Conſtantinopolitanum Antiſtitẽ:

Cæleſtinus Epiſcopus Maximiano Epiſcopo Conſtantinopolitano.

XVII.
Cęleſtini epiſt. ad Maximianum.

Vidimus & amplexi ſumus fraternitatem tuam in litteris tuis;talemq.ſanctitatem tuam, qua
lem noueramus,inſpeximus,ſimplici ſcilicet puritate glorioſum,& mẽtis fulgore potius quam ho
nore perſpicuũ; quemque in ſe atque in ſtatum ſuum illa,de cuius fide ſemper gloriabamur, Eccleſia,
quæ nunc te Præſulem diuino iudicio,poſtquam illum qui eam obſidebat eiecit, accepit. Sume
gubernacula notæ tibi nauis,eamq.vt didiciſſe te ex tuis prioribus nouimus,rege. Obſiſte vndis
quas ille ventus,qui & naui vectores abegerat,ſed omnibus inimicus excitauit,omni eam laterũ
cupiẽs cõpage diſſoluere,vt rapidis eam poſſet vorticibus deuorare; profeſſus falſum(quid enim
non iniquitas profitetur?)gubernatoris officium,vt videretur regere,quos perdere nitebatur. Ad
huc te excitatæ ab eodem vndæ circumſonant,& elati fluctus vel procellæ ſolicitant:reſiſte perui-
gil,& commiſſæ tibi nauis magiſter,ſaluti commiſſorum tibi qua potes cura ſuccurre. Fac quie- E
tum mare eſſe,quo nauigas:fac tua arte tutam nauem poſt eas tempeſtates,quas ſuſtulerat,quam
gubernas.Illum ſequere piſcatorem,qui maris aquas pedibus,vt ad Chriſtum dominum noſtrũ,
quem ambulantem in mari viderat,poſſet peruenire,calcauit.

XVIII.
Exhortatur ſequi maiorũ veſtigia.

Sequere priorum,a quibus eruditus es & nutritus,exempla Pontificum,beatiſſimi Ioannis in
prædicando ſcientiam,ſancti Attici in repurgandis hæreſibus vigilantiam,deceſſoris tui Siſinnij ,
cuius te ſucceſſurem credimus,ſimplicem puritatẽ;vt de illa(vt ſolebamus)gratulemur Eccleſia:
Congrega ſparſos;piũq.animum qualẽ te habere nouimus,in eos quos diſſipauerat perturbator,
exerce.Congrega populos tuos ad matris ſuæ vbera:reuoca quos inhibito veneni ſapore abſtraxe-
rat inimicus.Confirma in fide,quos videris appetitos:cura quos inſpexeris vulneratos ; remoue
qui non ſentiunt medicinam;interdum enim dolor tollitur, & cum ea quæ ſunt noxia præcidun-
tur,ſalus reliquis præparatur:Latus campus eſt,frater cariſſime,in quo gloriã & vigilantis paſto-
ris & benigni ſacerdotis exerceas,& ſapore mentes Chriſtianæ ſalubritatis infũdas:vt plus in re
parãndo

A parando potuiſſe te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit eſſe quam Chriſti, perturbans omnium Eccleſiarum quietem, cui nunc debemus operam in commune præſtare, vt omnium vna fides & vnus ſit animus ſacerdotum. Teneat manus tua Dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, vt a frumentis paleæ ſeparentur, & omne, iuxta mandatum Chriſti [a] Dei noſtri, horreis triticum aggregetur.

a Luc. 3.

XIX. *De repellēdis Pelagianis.*

Locum impietas nouella non habeat, & compreſſo olim per totum Orbē ſua damnatione noto Cæleſtiano errori a tua vigilātia reſiſtatur; vt quicumque huius dogmatis ſunt ſequaces, ab omni ſocietate hominum repellantur. Obſiſtat illis per te Spiritus ſanctus his in omnibus, qui ad has quaſcumque conantur prouincias peruenire, ne eorum impia prædicatio reſurgat. obſiſtite eis; ita enim, vt damnentur quocumque perueniunt, innoteſcūt, & tamquam non illis ſententia toties repetita ſufficiat, longinquas terras, remotaſq. prouincias inquietant: ſed eos ille perſequitur, cuius fidem ſua prauitate perſequi nitebantur. Sed quo ſe abſcondant, ad quas latebras confugiant, ſua ſe impietate prodentes, * non poſſunt. Filios vero noſtros religioſos viros Ioannem presbyterū & Epictetum diaconum cum magna lætitia ſuſcepimus, & eum maiore gratulatione remiſimus.

* inuenire

B Dat. Idibus Martijs, Flauio Aetio & Valerio VV. CC. Conſſ.] hęc ad Maximianum Cæleſtinus. Ad clerum autem eiuſdem Eccleſiæ, & populum eiuſdem ciuitatis per eoſdem legatos iſta conſcripſit, quæ nonnihil deprauata omni induſtria emendare curauimus:

Cæleſtinus Epiſcopus clero & plebi conſiſtentibus Conſtantinopoli.

XX. *Epiſtola Cæleſtini Papæ ad Conſtantinop.*

Exultatio matris eſt cōgregatio filiorum: denique lætatur Eccleſia, ita ſe filios, quos diabolus diſperſerat, iterū cōgregaſſe, vt ex his, niſi filius perditionis nemo ſit perditus: quia eum filium ſuū nequaquam pater agnouit. Illum nāque ex quo erat (ſicut legimus) imitatus, vobis legitimis Dei filijs hæreditatem conabatur auferre, quos, dicente Apoſtolo, pro fide veſtra & hæredes [b] Dei, & Chriſti noſtri futuros credimus coheredes. Non ergo ei palmam de his referre permiſſum eſt, qui de ipſo magis per arma fidei triumpharūt: victores vos, immo cōmunis Regis de hoſte victoriam loquitur tyrannus excluſus: vicit in vobis, cuius incerta ferri diuinitas putabatur. Separetur prauitas *, quæſtionem dixerim quam ſibi vnuſquiſque bene credens debet ſimpliciter aperire. Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumq. diſcutere qualiter venerit ſubuenire? Nō fuit difficile Deo poſſe quod voluit, cum dignatus eſt liberare, qui potuit. Sed vnde illi peccatori in tanta

b Rom. 8.

* natiuitas

Congratulatur de proſtrato hæreſiarcha.

C caligine ſua lumen non videre? Vnde terrenis argutijs in ſuperioribus poſitam colligere veritatem? Hæc in tenebris ſuis videre non poſſunt, qui lucernæ illius verbum neſciunt, quod eſſe lumē [c] ſemitis ſuis Dauid Propheta teſtatur. Cum quo Pſalmographo [d] (vt ſupra diximus) matrem lætātem, in vterum ſuum, quem diſſipatio hucuſque ridicula & blaſphema turbabat, reuerſis filijs, cantare delectat. Ecce [e] quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus: mihi namque ex parte maxima venerandæ ex Trinitatis auxilio, Eccleſiæ vniuerſalis quietem & ſummam præſentium vendico gaudiorum, quem nunc vſque omnes qui ſcandalizabantur [f] vrebant & infirmitas aliquantorum faciebat infirmū.

c Pſal. 118. d Pſal. 112. e Pſal. 132.

f 2. Cor. 11.

XXI.

Meminit charitas veſtra, apud vos mihi dudum de patientia fuiſſe ſermonem: iactaui quæ debui ſemina ſacerdos in animo Chriſtiano, nec me in vobis ſeges expectata decepit: quid enim patientiæ veſtræ meſſis intulerit, ipſis fructibus approbatis. His inuidens ſeuerat perituram zizaniā intra aliquantorum mentes agricola periturus; ſeuerat longe aliud, quam acceperat ſeminādum, vel[ſi]nuenerat ſeminatū. Habemus certe fidei veſtræ ſemina, quæ ipſius Domini ſermo vel Apoſtolorum doctrina iactauit; quæ quoties iſta contingunt, non ea terra quæ ſuſcepit, ſed alia ſuperfuſa

D corrumpunt: nihil veſtræ ſimplici fidei meſſis Domini poterit imputare, qui in Euangelio auctorē zizaniæ interrogatus oſtendit. Illi tunc dixerint: In bono ſemine vnde zizania? Nos dicamus: In tāto regno fidei vnde perfidia? Reſpōdemus tamen vobis ſermonibus Chriſti: Homo inimicus hoc fecit. Qualiter vos exercuit priorum palæſtra doctorum fortitudo veſtræ mentis . . . . adſtruxit; ipſis agnitionem debetis huius erroris, quorum hic indignus laudibus fuit, qui bona tam glorioſa deſpexit, non partem columbæ ſimplicitatis, ſed in toto ſtuduit ſerpentis aſtutiæ.

XXII. *Comparatio Iudę & Neſtorij.*

Nec mirum, ſi parans occidere ſimplices animos, eum ſuadendo ſecutus eſt, qui ſuadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepiſſe; hic inferre mortem nonniſi per verba tentauit. Non tamen impune ſuum eſt ſecutus auctorem, quando Iudæ [g] Epiſcopatum alter accepit. Iute vtrumque tenet vna ſententia; quia in vnum (ſicut legimus) ambo peccauerunt. Sic licet vterque ante oculos noſtros Saluatoris noſtri calumniator & traditor; tamen deliberare difficile eſt inter [ ]diſcuſſorem natiuitatis & mortis auctorem. Facti [ſ]ui videlicet vacuum ſtatim Iudam pœnituit, præuenit exitium oris ſupplicium proditoris: ille ſtatim laqueum, peccatum ſuum confeſſus, elegit; hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ego perfidiæ huic dabo nomen erroris, non eſt error

g Act. 1.

Malitia ab errore diſtincta.

E impietas omnis. denique quoties Eccleſiæ, vel eius quieti diabolus inuidus fuerit, intra eam nata contentio ſaluam ſeruauit ipſius certaminis cauſam, quo proficiebat iſte cōflictus, quo laborabatur, non vt religione quiuis vinceret, ſed vt ipſa religio vinceretur. Meminiſtis certe eius, quā neceſſe eſt meminiſſe blaſphemiæ: ſed iam obliuionem tantorum malorum volo ſanctis mentibus imperatam: ex animis, qui ſublatus eſt oculis tollatur; tollatur, inquam, qui ſic vocatus eſt præcurſor inferni. Habuit rebras ſiniſter prædicator inſidias, tetendit arcū ſuum frequēter (vt legimus) & ore ſuo ſpicula venenata iactauit: neminem tamen veſtro in numero, quem ſciret, inuenit: retorta in ſe tela redierunt, poſtquam ſaggittare [h] in obſcuro rectos corde non potuit, & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum.

h Pſal. 10.

XXIII.

Quæ nos de vobis in bello inteſtino poſitis cura atque ſolicitudo tunc habuit? In modum dierum duximus noctes, quia talibus cauſis omne tempus anguſtum eſt; non oculos ſomno declinauimus inquietes. Quem enim caperet dilectio dormiendi, ſic vigilante raptore neſciebamus. Quis intra caulas timor? quanta intra ſepta formido? quoties luporum ieiunia eſuries multa circuit, adi

tu quærit

Cæleſtini Papæ ſolicitudo de Eccleſ. Conſtantinop. Laudatur fides Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.
a Pſal. 22.

tu querit prædam,ſæuit & abſentibus inconſummata pernicies,quanta hic pro ſua cautione lau- A
de grex dignus eſt,quem non attigit ſecum raptor incluſus? Patet cauſa tuitionis huiuſce,in aper-
tum eſt qui reſtiterit inimico. Intelligamus & fateamur omnes,quod vos ille tutatus eſt paſtor ,
qui in Euangelio ſe dicit eſſe paſtorem;adfuit,nec vos deſeruit qui patiebatur in vobis: in hunc
namque quotidianis acuebatur lingua blaſphemijs,in ipſum deutes ſuos impius tractator arma-
bat,inani tamen ſemper eluſus eſt morſu,quando eiuſdem paſtoris virga [a] vos conſolabatur &
baculus,qui gregem ſuum etiam paſcendum tradidit iturus ad cælum. Hæc vobis hucuſque non
mutata ſunt paſcua,eiſdem pabulis eſtis impleti,Apoſtolico vos doctores & pio ſemper ſermone
pauerunt:verum noxia fuerat pro ſalubribus cibis eſca ſuppoſita, quando aduerſarius eſurienti-
bus animabus mixtas ſpinas floribus exhibebat:nec tamen fraus iſta decepit vos,qui Chriſti ſua
uis odor eſtis in Domino, poſtquā vobis longe aliud oluit quam ſolebat:herbam mortiferi grami
nis horruiſtis,ſepſiſtis aures veſtras ſpinis,ne linguam nequam potuiſſetis audire. Non ergo per
uenit ad ſenſum,quod offendit auditum;nec interiorem ferire potuit,quod exterior nō recepit. Vi
taſtis eum,cui(quantum didicimus)& in faciem reſtitiſtis.

XXIV.
b 1.Cor.5.
Cyrillus laudatur a Cæleſtino.

Vitaſtis quem a memoria digna ſancta Alexandrina Eccleſia ſecundum beati Pauli Apoſtoli B
ſententiam [b] iam ſciretis eſſe correctum:legiſtis namque & memoriter iam tenetis ſacerdotis,
hoc eſt,Catholici ad hunc ſcripta doctoris,quibus eum ita corruptum,vt velit eſſe correctus, ſtu-
duit;nixus eſt labentem reuocare collegam,porrexit dexteram magiſterij ſui,in vno volens pluri-
mis ſubuenire:percellebat animum veteris ſacerdotis,quod nutat Epiſcopus ruina multorum .
Egit,ſicut ſcriptum eſt: Benedicam opus Domini diligenter. In nullo ei officio Apoſtoli vir Apo-
ſtolicus defuit,obſecrauit,admonuit,increpauit. At ille qui in profundum blaſphemiarum ſuarum
pondere mergeretur,tanti viri doctrinam renuens,& abuſus hortatu,docilis eſſe renuit , cum do-
ctor eſſe non poſſet:egit iniurijs tenacem recti eſſe peruerſitatis aſſertor gloriatus. hinc nec con-
triſtatus eſt frater,ſecum reputans,quod merito ſibi conſeruo non parceret,qui ſuo Domino dero
garet. Inuentus eſt per diligentiam ille de Euangelio frugi filius & prouidus ſeruus. Nam & pater
nam ſeruauit ſubſtantiam,& auxit numerum talentorum. Nec duplicaſſe eum, ſed multiplicaſſe
dixerim ſortem,quem videbamus etiam longe poſitis pio fœnore ſubueniſſe. O ſanctæ prædica-
tionis vſura ! quam hic gratiam ante communem Dominum fidei negotiator inueniet,qui pro-
pter animarum lucrum negotium & illic exercuit, vbi talenta accepit? Nonne hic merito a pa- C
trefamilias auditurus eſt: Euge ſerue bone & fidelis,intra in gaudium Domini tui? Hæc huic com
petunt,qui illa quoque,quæ alijs ſunt commiſſa,ſeruauit.

XXV.
In Neſtoriū.
c 1.Tim.3.
d 1.Reg.4.
** proditorem*

Quid ille auditurus eſt,quidve dicturus,cum a ſe commiſſæ ſibi rei ratio requiretur,qui vtiq.
inuoluitur reatu,etiam ſi vobis per alios perditis,eſſet ipſe ſeruatus? Noſtis profecto pro veſtra
eruditione,quæ pœna negligentes maneat ſacerdotes;quippe quos Apoſtolus [c] præeſſe etiam do
mibus ſuis iubeat diligenter. Heli [d] ſacerdos denique per ſe inculpabilis diuinam per filios in-
currit offenſam:offendit Pontifex pater:offendit poteſtas & pietas. Si igitur ille cum præſumptio
nem filiorum non refrenat,incurrit;quanto magis hic Dominum,dum nec ipſi parcit, offendit ?
Non hunc deſidem,non hunc dixerim negligentem:habuiſtis hominem ſermonis aſſidui , atque
(apud expertos loquor)habuiſtis vigilem perditorem *.

XXVI.
Studium Apoſtolicæ ſedis in curando Neſtorio.
e Galat.5.
f Luc.18.

Nec tamen beatus Petrus Apoſtolus deſeruit tam grauiter laborantes:nam cum ſeparari tale
membrum de Eccleſiaſtico corpore,horrens omnibus putredo ſuaſerit, cum ferro obtulimus &
fomentum. Sed ille abuſus noſtro ſtudio,quo illum ſequimur qui nec de puſillis aliquem vult pe
rire,mortem deſperatus optauit. Denique & medicinam reſpuens,elegit abſcindi;tulit de ſe Apo D
ſtolicum [e], vel hoc nobiſcum ſentiens,ipſe iudicium,vt abſcinderetur,qui nos contriſtabat,& vo
lebat conuertere Euangelium Chriſti. Nulla ſuo vitio langueriti medico(vt diximus) arte defui-
mus. Non factum eſt noſtræ celeritate ſententiæ,vt eſſet nobis [f] Publicanus aut Ethnicus. Scimus
qualiter & quoties hos qui ad hæc tendunt Scriptura iubeat conueniri;quod nunc quoque videtur
impletum. Dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit;dehinc pertinax vno & al-
tero,immo & multis teſtibus conuentus eſt:conſequēter ab vniuerſali Eccleſia,noſtro quoque ſer

g Pſal.49.
h Matth.5.

mone correptus. Nihil præcox,cum eo nihil in hoc egimus immaturum,quem diuturnæ conſtitu-
tionis ſeruatus ordo damnauit. Non potuimus vltra differre;ne(ſicut ſcriptum eſt [g]) cum furan
te currere videamur,& cum adultero fidei noſtram ponere portionem:maxime quādo oculus ſcā
dalizans [h] iubeatur auferri. Ad hæc illo compendio totiens oblata remedia campum ad certa-
men expoſcit:ſacerdotale poſtulat,cui non erat interfuturus,examen, egrediturus ad bellum,ca-
ſtrorum dux hoſtem profeſſus,& doctor fidei,contra fidem portans arma perfidiæ,cum non tam
profectus quam videtur expulſus.

XXVII.
De Neſtorio ſubterfugiente iudicium.
i 2 Cor.6.
k Matth.10.
l Ioan.3.
m Geneſ.2.

Non quæro qualia tunc ad Dominum veſtra vota fudiſtis,cum exitus doceat quid potueritis E
optare. Nec nos geſtarum rerum putetis ignaros,quarum nobis ordinem ſancti fratris Cyrilli re
latio patefecit. Admonuit hominem,quem nunc inexcuſabilem faceret ex more conuentio: adeſ
ſe contempſit. Quis petitorem Synodi,Synodo crederet defuturum?perculſa eſt illic falſitatis le-
uitas pondere veritatis:nec ſe auſa eſt fulgori radiantium ſacerdotum latitantis perfidi caligo mi
ſcere:lucem tenebræ fugerunt;quia ſocietatem legimus [i] his eſſe non poſſe:inuicem ſe contrariæ
ſemper offendunt. Vbi eſt quod ſibi dictum eſt [k], quod loqueretur in lumine,& ſupra tecta,quod
audiret in auribus,prædicaret? Sed ſi idcirco volens præſens latere,vt ferendam ſententiam vere
cundia,iudicante conſcientia,præueniret;lucernam ſuam cur voluit habere ſub modio,ſi eam be-
ne putabat accenſam? Toto ſancto conuentui lucere debuit,vt habere lumen omnium lumine pro
baretur. Non fallit diuina ſententia [l] quoniam qui in tenebris ſunt,lucem videre non poſſunt .
Manſit abſconditus,vt vitando ſacerdotale collegium,ipſi renunciaret quodammodo dignitati .
Sic ſe ille primus homo [m] Adam peccati ſui conſcius ante faciem Domini nudus occuluit;& qui
non in

A non in eum,ſed in eius mandata peccaſſet,expauit illam quam contempſerat vocem: & timorem
deceptus incurrit,poſtquam ſimplicitatis fiduciam vitio præuaricationis amiſit. Nam facit dubi-
tare de crimine confeſſio latebrarum:nemo ſe in cauſis grauibus innocenter abſcondit. Sic ergo il
lius noſtræ mortis auctoris,perdito honoris & gloriæ veſtimento,ſecutus exemplum, merito hoc
cum primo homine Adam fecerit,qui Deitatem Adæ nouiſſimi ſic negauit.

Non fuit ante oculos tantorum vexatio ſacerdotum , non congregatum ex omni pene mundi XXVIII.
parte Concilium:abfuit ab his,cum quibus ſe eſſe neſciret. Quid illi profuit hoc vitaſſe? refugere
voluit,quos effugere non dabatur. Qua enim ratione poſſit euadere,perſequente eo, cui ſe nullus
abſcondit? An quia talibus ſocijs vſus eſt,ſine peccato ſe exiſtimans,negare indignatus quod Pro
pheta clamauit [a]: Quo ibo a facie tua & aſpectu tuo quo fugiam? Si aſcendero in cælum, tu ibi a Pſal.138.
es:ſi deſcendero in infernum,tu ades. Ille clamat latebram ſuis deeſſe peccatis,nec a Deo poſſe ce-
lari. Ille enim fatetur vbique præſentem , quem hic conatur aſſerere intra vterum defuiſſe ſuſce-
ptum. Tandem in ſacerdotibus ſuis ſanctis,ſicut ſemper , Spiritus viuens vnus in omnibus ſtatuit
quod omnibus ſubueniret,nulla de putredine,nulla de vulnere naſcente ſuſcepit; quia diligenter
B amputatum eſt,quod manus ſpiritalis abſcidit. Eijce(inquit Salomon [b]) de Concilio contentio b Prouer.22.
ſum,& exiet cum illo diſcordia. Secum ſcãdalum ſuum,quod intulerat,amputauit; quia apud vos
quod inuenerat,hoc reliquit. Non poterat,loquente Domino,eradicari plantatio [c], quam plan- c Matth.15.
tauerat Pater,& quæ in eo vberem fructum probaretur afferre; ſeruauit vineam ſuam Dominus
Iſrael: domus [d] eius eſt vinea Domini; & ideo mirandum non eſt,ſi furem domus eius euaſit,eu d Iſai.5.
ius legimus [e] nec dormire,nec dormitare cuſtodem. e Pſal.120.

Quid aget impius pertinax? quid ſibi ſpei,quid permanſit auxilij? non habet locum veniæ,cui XXIX.
ſcriptum quod nec hic,nec in futuro poſſit ignoſci. Inclinatur omnis elatus,contra exaltationẽ pa- f Iſai.vlt.
rit humilitas Chriſtiana:quia hunc ipſe,qui ſupra eum [f] requieſcit,exaltat. Illius per Prophetam g Pſal.100.
verba ſunt [g]: Non habitat in medio domus meæ faciens ſuperbiam, qui per Apoſtolum [h] pro- h 1.Cor.1.
mittit ſe ſtultam mundi ſapientiam perditurum. Audiat nunc a nobis , quod Paulus tunc,& eum
iam prædicaret,audiuit [i]: Ad inſaniam multarum peruenit itinere litterarum. Abſit tamen ab eo i Act.26.
huius exemplum. Non enim quod de Doctore dictum eſt,dignus eſt audire indoctus. Cur præte-
rea contra vas abiectionis,vas electionis vocemus in medium? cum ad exprobrandum hunc *,ille * huic
C ſufficiat,quem in cruce cum Chriſto poſt ſcelera tanta pendentem,ſupplicij beneficium fecit Do- *Neſtorij ex la*
minum confiteri:ſui ab eo memoriam poſcit in regno; hoc breui ſermone diluit quicquid admiſit, *tronis confeſ-*
criminibus temporum temporis puncto ſubueniens; nec moratur præmium confitentem , ſtatim *ſione redargu-*
eius remuneratio & viciſſitudo reſpondit,qui libenter excepit hora ad ſe quacumque conuerſum: *tio.*
Mecum(inquit [k]) eris in paradiſo. promittit ei futuram ſocietatem,qui ſecum præſens iam pate k Luc.23.
retur. Ad iuſtitiam corde credulitas,ad ſalutem facta eſt ei ore confeſſio [l]. Exclamare hic tantã l Rom.10.
contrarietatem rerum pariter & flere debemus: Nefas eſt,hoc Epiſcopum , quod latro potuit *, * penja
non inuenire.

O fidei,& perfidiæ premium! o iudicia Dei abyſſus multa! latro paradiſum meruit,& ſacer- XXX.
dos exilium. Habemus tamen huiuſce rei veros interpretes: hunc ille poſitus inter tormenta cogno
uit,quem hic poſitus in honore neſciuit. Nonne hoc illud eſt [m]: Et homo cum in honore eſſet,nõ m Pſal.48.
intellexit,comparatus eſt iumentis inſipientibus? Quid eſt aliud intellectus & iudicium , niſi ſcire
ſapientiam & diſciplinam,& intelligere verba prudentiæ? Illa eſt vera ſapientia,quæ, ipſo Salomo-
ne dicente [n], de timore Domini ſumit exordium: quam ſe inter perfectos loqui beatus Apoſto- n Prouer.1.
D lus [o] affirmat,cum non tam graue eſt,quod eam tunc minime mundus agnouit, quam quod nũc o 1.Cor.2.
Epiſcopus ignorauit.

Hoc loco vtar Domini noſtri per Hieremiam [p] ſermonibus: Cultores legis meæ neſcierunt XXXI.
me; & prophetantibus iniquitatem Prophetis,plauſerunt manibus ſacerdotes. Et per eumdem ali p Hierem.2.
bi: Sacerdotes mei ſacrificauerunt mihi ficte. Vtebatur tamen defenſione & laude gentilium, Epi- *De Syriæ Epi*
ſcopum talem numquam fuiſſe teſtantium. Vere hæc & probabiliter loquebantur: nam quando *ſcopis Neſto-*
potuit Epiſcopus inueniri,qui Chriſtianus eſſe neſciret? Ideo tamen non inimicus eſſe probatus *rio fauentibus.*
eſt,quia numquam diſplicent hoſtibus proditores. Audiuimus hunc agentem contra legem,& ini
quum quæ ſint ſolatia proſecuta: adfuerunt inter alios,nec deſeruerunt eum Cæleſtiani iniquita-
tis operarij,quos Hymnidici [q] noſtri perſequitur manifeſta ſententia; iamdudum quippe inimi q Pſalm.91.
ci Dei diſperguntur,& pereunt qui operantur iniquitatem; ſicut idem dicit [r], velut cibum panis r Pſal.13.
plebem Dominicam deuorabant. Habuit ergo ſecum ſui magiſtros exilij: habuit huiuſce rei perfe *De Cæleſtianis*
ctos tyro doctores: nam ſeparare difficile eſt,quos ſcelera ſola iunxerunt ; quia maiore ligantur *fauentibus Ne*
glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis eſt? nempe ille quem legimus [s]: Irritauit in *ſtorio.*
E illo Dominus,& erunt poſt hæc decidentes ſine honore in contumelia inter mortuos in æternum. ſ Sap.4.
Sed quid diutius immoramur? faſtidium forſitan faciat ſermo prolixior: dimittamus mortuos ſe
pelire mortuos ſuos.

Audite nunc & capite ſimplicis verba doctoris: audite ab eo quæ a maioribus noſtris nobiſcũ XXXII.
poſitus frequenter audiuit: audite certe ſemper audita,nec ſtudio nouitatis inuenta. Noſtro vobis
loquitur ore collega; quia vna fides neceſſe eſt vnite * prędicetur. Non hic in eius perſona alicu- * vnanimiter
ius teſtimonium mutuatur: a nobis datus eſt; qui eſt electus ex noſtris,non eſt incognitus, non a- *De commenda*
liunde deductus: habuiſtis laudabilem de præſenti iudicio ſuo; fama dudum decepit abſentes: plu- *tione Maxi-*
ra de eo loqui cautio eſt; quia opera ſuperuacua eſt nota laudare. Nunc tamen vos noſtris propriis *miani.*
ſermonibus decet cauere commonitos: Nemo in vobis illud quatiat fundamentum , quod firma
petra & angularis lapis ille conſtruxit: Aedificate ſuper hoc, Catholici,quod ſoletis; didiciſtis quid
ſit ſuperædificare quod ardeat: hoc detrimento illud penſabitur,cum opera ſingulorum probare
cœperit ignis [t] examen. Gaudeo vos fundamento huic non ſtipulam,non ligna,non fœnum, ſed t 1.Cor.3.
illas

illas impoſuiſſe diuitias, quas architectorum ſapientium pręcepta mandabant imponi. Bene ma- A
nebitis, quia tam ſolicite fabricatis: habitaculum magnum tales pollicentur expenſæ: auro, argen
to, & lapidibus pretioſis illam vobis, quæ æſtimari non poteſt, conſtruitis manſionem. Nullo pre-
tio taxatur ęterna; quippe quæ non iniuria, non vetuſtate ſoluuntur, quæ iam ab inſtitutione mũ
di iuſtis Dominus præparauit.

XXXIII. Confortentur manus Fidelium ſatigatæ: labantia, hortante Propheta [a], genua roborentur:
[a] Iſa. 35. qui puſillo ſunt animo conualeſcant: noſter Saluator apparuit: oſtendit ſalſitati Deus, quid ſit pul
ſare, & inceſſere veritatem, poſtquam ſibi controuerſia inde facta eſt, vnde ſubuenit. Vnde, filij ca-
riſſimi, permanere in eum qui eſt, vt vincatis in vobis. In ipſo ſenſu & in eadem ſententia eſtote p-
fecti: vt a Filio hominis, cum venerit in maieſtate ſua, non audiatis, Diſcedite a me maledicti, ſed,
Venite benedicti, poſſitis audire: maneat hędos repulſa venturi: vos tales volumus inueniri, vt cum
in igne ſtent abiecti a ſiniſtris, vos a dextris inuitet ad regnum. Non expectabitis vt paretur, quod
olim vos vt regneris expectat. Anguſtam nunc portam feſtinanter intrate, quæ eos accepit, quos
numquam ſpatioſa inuenerunt. Hæc dilectioni veſtræ pro lætitia Catholicorum dicta ſufficiant, q̃
ſæpe recenſere vos volumus, vt triumpho fidei gratulantes intelligatis Deũ charitatis & pacis eſſe B
nobiſcum. Dat. Idibus Mart. Flauio Aetio & Valerio VV. CC. Conſſ.]

XXXIV. His redditis per eoſdem inde miſſos legatos in Orientem litteris, Cæleſtinus, cæleſtem, quam
Cęleſtini Papę digna laudes. diutius concupierat, gloriam cum ſanctis omnibus conſecuturus, ex præſenti vita deceſſit, pontifi
cia adminiſtratione bene perfunctus. Talem plane tantumq. decebat præeſſe Eccleſiæ Catholicæ
cuſtodem & vigilem eo tempore, quo ex aduerſo diabolus ſubintroduxit clanculo furem, vt gregẽ
perderet atque mactaret. Qualis namque parandus a Deo Pontifex fuit, qui ſtaret pro muro do-
mui Iſrael imperterritus & inconcuſſus, cum ex hypocriſis latebris hoſtis humani generis ſuper
eminentem cathedram, in primaria & nobiliſſima omnium Orientalium ciuitatum, perſpicuum
omnibus, & conſpicuum cunctis regia pompa decorum collocaturus eſſet Chriſti diuinitatis ęmu
lum Antichriſtum; quem &, antequam quis qualisve eſſet, penitus innoteſceret, clientela Conſulũ
& Pręfectorum ambiret, atque etiam fouerent obſequia Imperatoris? Ex Neſtorij igitur ſumma
cum potentia impietate metiri licet Cæleſtini maximam cum religione virtutem: vt plane ſatis
ſuperq. ſufficere poſſit ad ſupremum gloriæ titulum Cæleſtino, impietatem cum impio profligaſ-
ſe, & antequam in œcumenico Concilio damnaretur, illato in eum ante anathemate, extinxiſſe. E- C
rectis igitur permanſuris ſemper glorioſis de expugnato hæreſiarcha trophæis, & fide Catholica
œcumenicæ Synodi ſententia ſtabilita, quam fruſtra concutere atque labefactare fuerat aggreſſa
perfidia; impertitis inſuper ſalutaribus monitis, & tamquam teſtaméto relictis in recitatis nuper
litteris, quomodo futura mala cauere poſſent, rebus cunctis bene compoſitis atque diſpoſitis; ab
ipſis Idibus Martijs, quibus eas ad Orientales dedit epiſtolas, non amplius quam vigintiduorum
dierum euoluta periodo, pro recipienda bene perfuncti laboris expectata mercede, feliciter & ex-
optato migrauit ad Dominum.

XXXV. Hoc igitur ipſo anno, octauo Idus Aprilis ſanctus Cæleſtinus Papa ex hac vita migrauit, cum
Obitus Cæleſtini Papæ. ſediſſet annos octo menſes quinque, & dies tres. Recenſetur a Gennadio inter ſcriptores Eccleſia
ſticos, atque de ipſo ait [b]: Cæleſtinus vrbis Romæ Epiſcopus decreta Synodi aduerſus ſupradi-
[b] Gennad. de Script. Eccleſ. ca. 54. ctum Neſtorium dictauit, habitum volumen deſcribens, ad Orientis & Occidentis Eccleſias de-
dit, confirmans, duabus in Chriſto manentibus perfecte naturis, vnam Filij Dei credendam eſſe p
ſonam.] hæc de Cæleſtino: quæ vero ſubdit de Sixto, dicemus paulo inferius. In libro autem de Ro-
manis Pontificibus hæc de eo: Hic multa conſtituta fecit, & conſtituit vt pſalmi Dauid centũ quin D
quaginta ante ſacrificium pſallerentur antiphonatim ex omnibus; quod antea non fiebat, ſed tan-
tum epiſtolæ Pauli recitabantur & ſanctum Euangelium. Hic fecit conſtitutum de omni Eccleſia
(*decretum nempe ad vniuerſalem Eccleſiam pertinens*) quod hodie archiuis Eccleſiæ tenetur recondi
tum. Hic fecit baſilicam Iulij, &c.] ſubdit de donis illi collatis. De eodem Cæleſtino exornante
ſacris imaginibus Memorias martyrum hæc Hadrianus Papa in epiſtola ad Carolum Magnum
Imp. habet. Iterum de ſancto tertio Concilio ſanctus Cæleſtinus Papa proprium ſuum cœmeteriũ
[c] Rom. 1. picturis decorauit.] hæc ipſe: Sed quod ſecundum illud Apoſtoli [c], Sapientibus & inſipientibus
[d] Eccleſ. 10. debitor ſum] exufflanda eſt muſca mortua, quæ ſuauitatem [d] perdit vnguenti, quam alias ſui vi-
[e] Laurent. Val. de falſa donat. Conſtant. litate contempſimus. Vnus enim Laurentius Valla [e] grammaticus, Eccleſiaſticarum rerum peri
tiæ penitus expers, ignarus quam magna ſit differentia inter Cæleſtinum Papam atque Cæleſtiũ
collegam Pelagij, deceptus miſer ſimilitudine nominum, clariſſima luce licet, in foueam tamen
erroris illapſus, dixit Cæleſtinum Papam infectum fuiſſe errore Neſtorij. Quid hoc magis inſul-
ſum potuit excogitari atque effutiri ridiculum, vt qui primus omnium damnauit Romæ Neſto-
rium, & per legatos ab œcumenica Synodo Epheſina æque eijciendum curauit, hic ipſe impuden- E
ter dicatur fauiſſe Neſtorio? En quas pariatur infeſtas muſcas Eccleſia: de quibus & illud Exodi
[f] Exod. 8. liceat vſurpare [f]: Corrupta eſt terra ab huiuſcemodi muſcis] grammaticis inquam illis, qui ab-
ſque magiſtris hoc noſtro ſæculo ex improuiſo prodiere Theologi, immo & profitentur ſeueriſſi-
[g] Sapien. 16. mos Theologorum ſe eſſe cenſores. Sed hæc in ſupplicium perfidorum, de quibus Sapientia [g]:
Illos enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum,
qui digni erant ab huiuſmodi exterminari: filios autem tuos nec draconum venenatorum vice-
runt dentes.]

XXXVI. Ad poſtremum vero de Cæleſtino minime illud prætereat, eius Pontificatus tempore in Auen
tino erectam fuiſſe in honorem Sabinæ martyris eccleſiam, prout eiuſmodi vetus inſcriptio docet
his verſibus:

CVLMEN APOSTOLICVM CVM CAELESTINVS HABERET,
PRIMVS ET IN TOTA FVLGERET EPISCOPVS VRBE,

HAEC

Digitized by Google

A HAEC QVAE MIRARIS FVNDAVIT PRESBYTER VRBIS
ILLYRICA DE GENTE PETRVS, VIR NOMINE TANTO
DIGNVS, ET AB ORTV CHRISTI NVTRITVS IN AVLA,
PAVPERTAS LOCVPLES, SIBI PAVPER, QVI BONA VITAE
PRAESENTIS FVGIENS MERVIT SPERARE FVTVRA.

Sed de Cæleſtino hactenus.

XXXVII. Defuncto igitur Cæleſtino Romano Pontifice, ſepultoq. in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, cũ vacaſſet Epiſcopatus dies viginti *, ſexto Kalendas Maij Sixtus patria Romanus ex patre Sixto creatur Romanus Pontifex. id quidẽ hoc anno factũ, tum Proſper, tum Marcellinus in Chronicis meminere. Simulac aũt ipſe Sixtus Romanæ ſedis atq. totius Eccleſiæ Catholicæ clauũ moderãdũ accepit, quẽ vidimus ex ſancti Auguſtini litteris ad eũ datis [a] zelo fidei illibatæ ſeruandæ nimũ in modũ æſtuaſſe, nihil antiquius habuit, quã vt eamdẽ mox, ſcriptis ad vniuerſas Orientales Eccleſias litteris, redderet in omnib. ſtabilitã. Teſtatur id quidem Gennadius [b] verbis iſtis, cũ agit de ipſo Sixto poſt Cæleſtinum: Similiter etiã Sixtus ſucceſſor Cæleſtini pro eadẽ re & ad ipſum Neſto- B rem * & ad Orientis Epiſcopos aduerſus errorem eius ſuccidendum ſententias direxit.] hæc ipſe.

* al XXI.
Sixtus Pap. creatur.
a Auguſt. epiſt. 104. & 105.
b Genad. de Vir. illuſtr. c. 54.
* Neſtorium

XXXVIII. Quod enim Neſtorianæ hæreſi Pelagianã ſciret dediſſe manus, vehementiori impetu aduerſus vtramq. eumdẽ iam creatũ Pontificem inſurrexiſſe, qui olim presbyter ſcriptis luculentiſſimis editis eã vehemẽter exagitauit, quis poterit dubitare? Qui enim presbyter hæreſes profligauit, & vt (S. Auguſtinus de eo teſtatur [c]) hæreticos terruit; iam ipſo inſidentem Petri throno, quib. putas ipſum eos verborum appetiiſſe fulminibus? Verũ omnia ſapienti conſilio, nec quicquã animi præpropera cõmotione geſſit, exhibens ſe prius patrem atq. paſtorem, quã iudicem. Hac de cã Gennadius ait, Sixtum Pontificẽ ad ipſum Neſtorium iam anno ſuperiori damnatum ſcripſiſſe litteras, dũ ille ageret in monaſterio S. Euprepij apud Antiochiã relegatus, ſi forte in monaſtica tranquillitate ad meliorẽ ſtatum mentis rediret, qui frequentia vallatus hominũ deſipuerat. Non deſpexit morboſam ouem curare paſtor, qui ſciret paſtorem omnium Chriſtum de perdita oue quærenda inſinuaſſe ſermonem & inculcaſſe viuum exemplum. Sed qui prædeceſſoris ipſius Cæleſtini medicamenta contempſit, Sixti quoque medicinam propinatam exhorruit; vtpote quod ſecundum diuinæ Scripturæ ſententiam [d], nemo corrigere valeat, quem Deus deſpexerit. Tantũ enim abfuit, C vt Neſtorius & Neſtoriani, qui illi penitus inhæſerant, corrigerentur, vt ad calumnias atque probroſa mendacia declinantes, tum ipſius Sixti nomine, tum Cyrilli litteras finxerint pro Neſtorio atque eius blaſphemiis datas: ſed id anno ſequenti poſt pacem inter Ioannem Antiochenum atq. Cyrillum Alexandrinum compoſitam: noſque de his ſuo loco acturi ſumus.

c Aug. epiſt. 105.
Sixtus quærit curare Neſtorium.
d Eccleſ. 7.

XXXIX. Ceterum illud conſtat ex litteris ſancti Cyrilli ad Acacium Melitenum Epiſcopum datis, & alijs, ipſum Sixtum, ſimulac regimẽ Apoſtolicæ ſedis eſt conſecutus, nihil antiquius habuiſſe & magis in votis, quam quæ a ſacroſancto Concilio œcumenico Epheſino decreta fuiſſent, ſtabili firmitare conſolidare: quamobrem ſtatim eadem rata habuit, & pontificio adiecto decreto firmauit: quippe qui acerrimo ſtudio Neſtorianorũ patriarchas Pelagianos (ex his enim eos fuiſſe progenitos, ſuperius demonſtratum eſt) olim cum presbyter eſſet, fuerat inſectatus, cum in ſocietatẽ criminis calumnioſe ab aduerſarijs inductus eſſet, vt ex litteris ſancti Auguſtini [e] ad ipſum ſcriptis apparet. ſed de his ſuo loco dictũ. Qui igitur ſuper eminentiſſimum thronum euectus eſt ſummus Pontifex Sixtus, haud ſatis ſibi viſum eſt Epheſinum confirmaſſe Concilium: ſed quod ſciret Petri muneris eſſe, fratres confirmare, atque collapſos erigere, in hoc ipſum totus incubuit, vt qui re- D ſtiterant Epheſinis Actis Orientales Epiſcopi, eoſdem Catholicæ fidei redderet obſequentes.

e Auguſt. epiſt. 104. 105.

XL. Sic ergo qui ad Neſtorium condemnatum ſcripſit, ſi quo pacto eum ad pœnitentiam prouocaret; curam reliquorum gerens, ad eiuſdem primarium fautorem Ioannem Antiochenum Epiſcopum litteras dedit: meminit earum Vincentius Lirinenſis, ex eademq. epiſtola eiuſmodi fragmentum recitat, quo demonſtret Romanos Pontifices fuiſſe antiquitatis Eccleſiaſticæ tenaciſſimos, & nouitatis hoſtes infeſtiſſimos; ait enim [f]: Quæ omnia licet cumulate abundeq. ſufficerent ad profanas nouitates obruendas: tamen ne quid deeſſe tantæ plenitudini videretur, ad poſtremũ adiecimus geminã Apoſtolicæ ſedis auctoritatẽ, vnam ſcilicet ſancti Papæ Sixti, qui nunc Romanam Eccleſiam venerandus illuſtrat, alteram præceſſoris ſui beatæ memoriæ Papæ Cæleſtini, quẽ hic quoque interponere, neceſſarium iudicauimus. Ait itaq. Papa Sixtus in epiſtola, quam de cauſa Neſtorij Antiocheno miſit Epiſcopo; Ergo (inquit) quia, ſicut ait Apoſtolus, fides vna eſt, quæ euidenter obtinuit, dicenda credamus, & tenenda credamus. Tandem illa quæ tenenda & credenda, proſequitur, & ait: Nihil vltra (inquit) liceat nouitati: quia nihil addi conuenit vetuſtati. Perſpicua maiorũ fides & credulitas, nulla cœni permixtione turbetur. Omnino Apoſtolice: vt maiorũ credulitatem E perſpicuitatis lumine ornaret, nouas vero profanitates cœni permixtione deſcriberet.] hæc ex epiſtola Sixti ad Ioannem Antiochenum Vincentius, quam reddituri ſumus inferius.

De Sixti epiſtola ad Io. Antiochen. Epiſcop. aduerſus nouitates.
f Vincent. Lirin. aduerſ. hæreſ. ca. vlt.

XLI. At non Sixtus tantum, ſed & Theodoſius Imperator hoc eodem anno, & viuente adhuc Cæleſtino Romano Pontifice, apud Ioannem Antiochenum Epiſcopum nauiter egit, vt damnaret Neſtorium, & cum Cyrillo Alexandrino iniret concordiam, pacemq. inter omnes Oriẽtales Eccleſias conciliaret: Vſuſque ad hoc conſilio Maximiani Epiſcopi Conſtantinopolitani, & aliorum Epiſcoporum Otthodoxorum, qui cum eo erant, illud in primis (quod aliter res tranſigi non poſſet) ex ſententia eorumdem decreuit, vt tum Ioannem ipſe, tum Cyrillum, vtrinſq. videlicet partis auctores, Nicomediam conuocaret, haud permiſſurus eos inde diſcedere, niſi ijſdem inter ſe mutuo ad concordiam priſtinam reſtitutis. Ad huius legationis obeundam prouinciam delectus eſt vir integer piuſque Ariſtolaus nomine, Tribunus & Notarius, quem Antiochiam miſit cum litteris ad Ioannem eius ciuitatis Epiſcopum, addens alias ad Acacium Epiſcopum Berœenſem, & Simeonem Stylitem anachoretam, virum ſanctiſſimum, quos voluit apud eumdem Ioannem ſeque-

Theodoſius Imp. laborat pro pace Orientalis Eccleſiæ.

a Apud Concil. Epheſ. edit. Pelt. tom. 5. c. 3.

ſtres pacis accedere. Epiſtola autem ab eodem Theodoſio Imperatore ad Ioannem Antiochenũ A
ſcripta ſic ſe habet [a]:

XLII. Epiſtola Theodoſii Imp. ad Ioannẽ Antioch. Epiſcopũ.

Animi noſtri ſcopus, collapſæ pacis redintegratio eſt, quam vos iuxta vitę veſtræ inſtitutũ profitemini, ceteroſque omnes (vtpote charitatis cauſa ad ſacerdotium etiam adſcripti) docere numqnam deſinitis. Quia ergo hanc, vnde minime decebat, turbari cõtigit: operæpretium viſum eſt ad id vos vrgere, ad quod alios vniuerſos, ſi quidem admonerentur, venturos, nihil dubitamus. Res enim deteſtanda, planeq. inexpectata noſtris hiſce temporibus accidit, nempe ſacerdotum veram religionem profitentium diſcordia, & ea quidem tanta, vt omnẽ narrationis modũ excedat. Enim vero cum ſpes erat, fore, vt omnis omnino contentio vel ad minimam vſq. ſuſpicionem e medio faceſſeret, perfectæq. vnionis fructus exurgeret; tum demum grauia illa diſſidiorum, tumultuãtium que incendia exarſerunt: qua de cauſa vehemens ægritudinis, iuſtiq. doloris occaſio ex ea re nobis offertur. Cernimus enim Eccleſiaſticæ pacis doctores, ipſos concordiæ fontes eo diſcordiarum ,prolapſos, vt talibus indigeant qui ſuo hortatu ad id eos impellant, quod pro officij ſui munere vltro præſtare obligantur.

XLIII. Iubetur Ioannes anathematizare Neſtorium & eius Hæreſim.

Quapropter huius tanti mali exitum inde inuenire ſperãtes, vnde originem traxit: enixe ac di- B
ligenter, vt primo quoque tempore hoc conficiatur, curantes ne hoc contentionis vitium latius ſerpat: ſanctiſſimo celebris ciuitatis huius Epiſcopo Maximiano, ceteriſque omnibus qui in ea comperiuntur ſanctiſſimis Epiſcopis, & vniuerſo denique illorum clero ad nos aſcitis, ſedula conſultatione inquiſiuimus, ex quibusnam rationibus Orthodoxæ fidei membta, quæ dudum ante bene vnita, infelicis caſus interuentu, miſere iam nunc diuulſa cernuntur, denuo conglutinari: voſque, hoc eſt, tu, & Cyrillus religioſiſſimus Alexandriæ Epiſcopus, inter vos coeuntes, omni ſimultate, moleſtaque contentione, quæ inter vos exarſit, depoſita, ad pristinam rurſus concordiam adduci poſſetis. Prædicti autem Epiſcopi reſponderunt: ſi Neſtorij depoſitioni ſubſcriberes, illiuſque doctrinam anathematizares, fore vt omnis altercationis materia mox e medio tolleretur; Cyrilluſq. ſanctiſſimus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus cum ſuis, tum Cæleſtinus quoque nobiliſſimæ ciuitatis Romanæ Epiſcopus, tum reliqui tandem omnes quotquot vbique ſunt Orthodoxæ fidei ſacerdotes, cum tua pietate ad communionem redirent. Cetera vero, ſi quæ forte eſſent, quæ emendationem deſiderarent; ea a vobis ipſis priuatim vel in commune conſultantibus, facili negotio, re-
cte expediri poſſe. C

XLIV. Curat Theodoſius pacem Orientalis Eccleſiæ.

Cum itaq. vnum hoc noſtrum eſſe ſtudium & conſilium non ignores, quo pax certa & firma, omni prorſus contentione & æmulatione quæ accidit ſedata, ſublataq. ſanctiſſimis orbis Eccleſijs, quæ Orthodoxam fidem profitentur, ceteriſq. omnib. ſubditis noſtris integre Dei auxilio reſtituatur: omnibus poſthabitis, ad Nicomediæ ciuitatem ſumma cum celeritate venire matures; nec vllum omnino Epiſcoporum tecum adducas, ſed pauculos tantum clericos, qui ſanctitati tuæ famulentur: ceteris inquam omnibus ſepoſitis, feſtina huc citra vllam dilationem accedere: certo tibi perſuaſum habens, Cyrillo ſanctiſſimo Epiſcopo per maieſtatis noſtræ litteras mandatum eſſe, vt ipſe quoq. eadem animi promptitudine ad eumdem locum accurrat; additumq. nullum ad nos acceſſum prius habiturum, quam inter vos conueneritis, omnemq. mutuã inimicitiam penitus exueritis, & per propriam concordiam, communeq. omnium votum ſtabilem inter vos pacem cõſtitueritis. Atq. hoc ipſum & tuæ quoque reuerentiæ denunciatum volo. Etenim cum ſitis viti adeo celebres, minime decet vos vel bona pacis, vel mala diſcordiæ ignorare.

XLV. Vrget Ioannẽ Theodoſius Imp. ad pacẽ Eccleſiæ.

Interea vero ad noſtram præſentiam non admittemini, antequam ea omnia correcta emenda-
taq. fuerint, quæ tanta nos ægritudine affecerunt, quãtam verbis exprimere vix poſſumus; dũ stu- D
dioſa pacis concordiæq. & mutuæ inter vos amicitiæ conuentio interceſſerit, & per illam iter ad nos vobis pateſactum fuerit: nulla prorſus quorumcumq. Epiſcoporum aut ordinatio aut exauctoratio tentabitur: ſed ſi quid interim huiuſmodi vſus poſtulauerit, hoc totum tranquillæ pacificæq. Eccleſiæ Catholicæ conſtitutioni reſeruetur: præſertim cum religioſiſſimi clerici ad diuina myſteria tãtiſper ſufficere queant, donec perfecta aliqua vnio cõſequatur. Hæc hactenus a me dicta ſint. Nec dubitamus, ſi ſinceram immotamq. atq. Eccleſiaſtico ſtatu dignam animi noſtri ſententiam diligenter ac pie expenderis, quin totis animi viribus, totaq. mentis virtute ad hoc incumbiturus ſis, vt ea omnia quæ a noſtra pietate Orthodoxæ fidei, ſanctarumq. Eccleſiarum vniendarum cauſa ſancita & ordinata ſunt, tempeſtiue conficiantur: ſed neq. vllum quoq. eius rei gratia aut laborẽ, aut difficultatem, aut ignominiam, aut iniuriarum condemnationem recuſaturus. Quod ſi vero (quod non credimus) noſtræ huic conſcientiæ, iuſtoq. animi noſtri propoſito, priuato iudicio, humanæq. alicuius perturbationis impulſu, aliquãdo obniti inſtitueris, noſtraq. decreta flocciſeceris; non dubitet ſanctitas tua, ſe obedientiæ & promptitudinis, quæ ſanctæ Dei Eccleſiæ cõcorditer cõ-
ſtituẽdæ iure debetur, neglectæ meritas pœnas daturũ eſſe.]hactenus Theodoſij ad Ioannem Epi- E
ſcopũ Antiochenum epiſtola. Sed præter has litteras, alias ſecretiores dediſſe per eumdem Ariſtolaum ad ipſum Ioannem, vt damnaret Neſtorium, & in omnibus Cyrillo aſſentiretur, teſtatur Cyrillus in epiſtola ad Dynatum [b], quam inferius redditari ſumus.

b Cyril. epiſt. 38.

XLVI.

Scripſit inſuper (vt dictum eſt) Imperator ad Acacium Berœenſem Antiſtitem, qui totius Orientalium machinationis conſultor præ ſenij grauitate & rerum agendarum vſu atque peritia habebatur, & ad alios coepiſcopos & anachoretas; quæ ſic ſe habent [c]:

c Extant apud Concil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 5. c. 10.

Epiſtola Theodoſii ad Acacium & alios.

Nihil omnino eorum omnium a nobis eſt prætermiſſum, quæ religionis Chriſtianæ cauſa noſtro ſtudio effici debuerant. Atque hoc ipſum ſanctitas veſtra cum a Ioanne pijſſimo Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo, tum a ceteris quoque ſanctis Epiſcopis qui apud illum verſantur, dilucide cognoſcere poterit. Acciderunt autem nonnullæ inter quoſdã circa religionis negotium difficultates & controuerſiæ, quas quidẽ eueſtigio de medio tollere & abolere exoptabamus; verum negotiorũ magnitudine & multitudine impediti, quod volebamus & conabamur, conficere non valuimus.

Certa

Digitized by Google

A Certa nihilominus fixaq. ſtat ſententia, ab hoc conciliandæ pacis ſtudio non prius deſiſtere; quam
miſericors Deus veſtris intercedentibus precibus, Eccleſijs vnionem & pacem reſtituere digna-
bitur. Decet proinde veſtram ſanctitatem, omni diligentia, ſtudio, ac contentione hæc a Deo depo
ſcere; voſq. probaros Romanæ religionis ſacerdotes eſſe, manifeſto argumento declarare.] hacte
nus Theodoſius ad Acacium, & alios (vt habet inſcriptio) aliorum prouinciarum Epiſcopos &
ſolitarios.

Quod vero ad hanc Theodoſij Auguſti epiſtolam ſpectat, velim nomenclaturam obſerues, qua XLVII.
Imperator fidem Catholicam propriori vocabulo, Romanam religionem appellat: propriori, inq̃: *Religio Roma*
quoniam dicendo tantum fidem Catholicam, cum omnes ferme hæretici eam apud ſe eſſe profi- *na eadẽ Catho*
teantur, haud facile illos diſtingues eo nomine (dum agitur cum ipſis) a veræ pietatis cultoribus; *lica.*
ſecus autem voce illa, Romanæ religionis, quæ peculiaris & propria eſt Orthodoxorum: nam non
communicare Romanæ Eccleſiæ, iſtud ipſum erat conſtituere quempiam hæreticum atque ſchiſ-
maticum; vt ex his quæ dicta ſunt ſuperius ex Optato Mileuitano, ſancto Auguſtino, ſancto Hiero
nymo, & alijs veteribus, ſatis ſuperq. ſæpius demonſtratum eſt. Porro ſicut in Oriente (vt apparet
B teſtificatione Theodoſij Imperatoris) eiuſmodi vigebat loquendi vſus, vt per Romanam religio
nem fides Catholica deberet intelligi; ita & in Occidente, nec apud Latinos tantum atque Catho
licos, verum etiam penes barbaros, eoſdemq. hæreticos eiuſmodi receptam eſſe conſuetudinem,
quæ alibi diximus ex Victore Vticenſi & Gregorio Turonenſi, de quibus & ſuis locis continget
fieri mentio, manifeſte declarant. Sed ad Theodoſium redeamus, qui etiam eiuſdem argumenti,
pro pace ſcilicet inter diſſidentes Epiſcopos concilianda, ad magnum illum Simeonem Stylitam,
incomparabile huius ſæculi admirandæ ſanctitatis exemplum, de quo & ſuperius mentio facta eſt [a] Apud Epheſ. Concil. edit. Pelt. tom. 5. c. 15.
eiuſmodi litteras dedit [a]:

Quoniam quidem exploratum habemus, totam reuerentiæ tuæ vitam ad Deum eſſe conuer- XLVIII.
ſam, eaq. integritate vixiſſe hactenus, vt diuinam erga nos beneuolentiam certa quadam fiducia *Theodoſii Au*
prouocare queas: non potuimus in præſentia has ad te litteras non perſcribere, teq. etiam atque *guſt. epiſtola*
etiam rogare, vt hoc pacis concordiæq. negotium, quod a diuina prouidentia vere depẽdet, hoc po *ad Simeonem*
tiſſimũ tempore quã maxime promouere ſatagas; diſſidiũq. diaboli technis paci recte aliquando *Stylitam.*
radicatæ & conſtitutæ iniectum, confeſtim e medio tollere contendas. Id quod tuæ ſanctitatis pre
C cibus, eiuſdemq. apud illos, qui eam confirmare diſſipatamq. reſtituere poſſunt, hortatu impulſu-
que confiſi, breui futurum, minime dubitamus. Nam ſi Ioannes pijſſimus Eccleſiæ Antiochenæ
Epiſcopus, Neſtorij, qui haſce controuerſias principio exuſcitauit, depoſitioni ſubſcripſerit, fidem
que fecerit ſe nouo inſanoq. dogmati in poſterum non conſenſurum, neque antea conſenſiſſe vn-
quam: diuulſorum membrorum vnio denuo ſubſequetur: quippe cum omnes in hoc conueniant,
concurrantque: ſi, inquam, Ioannes iſtud non fecerit, religioſiſſimoq. Epiſcopo Cyrillo conſenſe-
rit, quemadmodum Occidentales, & Conſtantinopolitani, reliquiq. omnes terrarum orbis Epi-
ſcopi cum eo conſentiunt; quæ quondam fuerant coniuncta, Dei benignitate rurſum coaleſcent.
Hanc namque moleſtiam, turbamq. ſuperuacanea, parumq. vtilis, immo vero noxia doctrina no-
bis peperit: quæ quidem ſi per veſtras preces exploſa, proculq. ab animis noſtris eliminata fuerit,
pacatos nos reddet, diuinamq. defenſionem (vti ſperamus) nobis reſtituet. Nam contentio hæc &
diſcordia adeo nos conturbat, vt exiſtimemus primam præcipuamq. omnium noſtrarum calami-
tatum occaſionem vel hanc vnam præbuiſſe.

Confidimus autem, regni noſtri res conſilio benignitatis & humanitatis Dei eſſe proceſſuras, XLIX.
D Eccleſiæ & Orthodoxæ fidei membris veſtro hoc egregio facto coniunctis. Certa igitur pulcher-
rimum certamen, vt ſuperes dæmonis conatus: hoc enim tibi maximum certamen imputabitur,
& victoria ſummis viribus parta: quam adeptus, te ipſum ſecutus fueris; ea quæ profiteris, tum ge
rens, tum factis confirmans. Conſuetis orationibus, quæſo, noſtrum Imperium, quique ei parent,
ſine intermiſſione Deo commenda: vt nobis, quorum omnis cura (quemadmodum conuenit) in
pace religionis ipſius potiſſimum verſatur, copioſa bona ab ipſius poteſtate ſuppeditentur.] hacte
nus Theodoſij Imperatoris litteræ ad Simeonem Stylitam.

Verum ſic comparatus magnus ille Symeon erat, vt licet ſuper columnam in ſolitudine poſi- L.
tus vitam parem cælitibus in terra duceret, tamen curã Eccleſiæ Dei minime abiecerit: zelo enim *Symeon Eccle*
pietatis exæſtuans, nullã prætermiſit aliquando occaſionem illi conſulendi; cuius rei cauſa etiam *ſiæ proficuus.*
cum opus eſſet, ſcriberet ad Imperatorem, ab eodẽq. viciſſim ſoleret accipere litteras. Theodore-
tus enim de ipſo agens, hæc inter alia [b]: Hæc quidem omnia faciebat, neque ſanctarum Scriptu
rarum curam abijcit & prouidentiam: aliquando quidem pugnans aduerſus Gentilium impie- [b] Theodor. Vit. SS. Patr. c. 26.
tatem, aliqñ frangens Iudæorum audaciam, aliquando autem fugans, & profligãs turbas hæreti-
E corum, aliquãdo de his ſcribens ad Imperatorem, aliquando Præſides & magiſtratus ad diuinum
incitans zelum, aliquando etiam ipſis Eccleſiarum paſtoribus maiorem gregis curam gerere prę]
cipiens.] hæc & alia Theodoretus: qui quidem in eo quod ait, Simeonem aliquando fregiſſe Iudæo
rum procaciam, dum ſcriberet aduerſus eos ad Imperatorem; illud plane in mente habuiſſe viſus
eſt, quod de eodẽ Euagrius narrat his verbis [c]: Virtus porro diuinæ gratiæ tam penitus in iſtius [c] Euagr. lib. 1. c. 13.
inſedit animo, vt ad Imperatorem Theodoſium per legem iubentem vt Iudæis Antiochiam inco-
lentibus ipſorum ſynagogæ, quas ante Chriſtiani ab illis abſtuliſſent, rederentur, adeo libere ſcri-
pſerit, adeoq. acriter propterea eum increparit (ſolum namque ſuum Imperatorẽ Deũ veritus eſt)
vt Imperator Theodoſius, quo Chriſtianorum ſatisfaceret voluntati, ſua mandata reuocaret;
Præfectumq. qui ipſum de Iudæorum ſynagogis reddendis docuerat, abdicaret magiſtratu; atq.
ſanctiſſimum atque cæleſtem oraret martyrem, vti nominatim pro ipſo Deum obſecraret, obte-
ſtaretutque, atque ſua ipſum impertiret benedictione.] hæc Euagrius.

Porro magni huius Simeonis nomen ob eius mirificas virtutes, ingẽtiaq. miracula, nõ in Oriẽ LI.

te ſolum, vbi degebat, ſed in Occidente fuiſſe percelebre, quæ de eodem tradit his verbis Theodoretus, ſignificant [a]: Cum ergo peruolaret fama in omnes regiones, concurrebant omnes non ſolum vicini, ſed qui etiam multorum dierum itinere aberant] pro expoſcēdis ab eo diuerſis (prout quiſq. opus haberet pro ſe, vel pro ſuis) diuinitus impertiendis miraculis. Sed pergit: Sic autē omnibus vndique aduenientibus, & per totam viam inſtar fluminis affluentibus, videre eſt pelagus hominum in illo loco conſtitutum, quod fluuios vndiquaque excipit. Non ſolum enim confluunt qui noſtram habitant regionem, ſed & Iſmaelitæ, & Perſæ, & Armeni qui ſunt eis ſubiecti, & Iberes, & Homeritæ, & qui illis ſunt interiores. Venerunt autem multi quoque qui habitant extrema Occidentis, Hiſpani (inquam) & Britanni & Galli, qui quod eſt intermedium occupant. De Italia enim ſuperuacaneum eſt dicere. Aiunt enim Romæ, quæ eſt longe maxima, eum fuiſſe adeo omnium ſermone celebratum, vt in officinarum omnium veſtibulis & porticibus ei paruas poſuerint imagines, hinc ſibi præſidium & tutelam parantes.] hæc Theodoretus eiuſdem prouinciæ accola, qui hæc omnia habebat præ oculis, ſcripſitque dum fierent, ipſo magno Simeone adhuc ſuperſtite. Sed eum alio tendat orationis curſus, apud hunc diutius immorari minime datur: conueniemus eum ſæpe inferius. Modo autem de Ioanne Antiocheno Epiſcopo, ad quem Theodoſius ſcripſit, cœptam proſequamur orationem. A B

a Theodor. Vit. SS. Patr. c. 16.

Celebre nomē Simeonis omnibus innotuit

LII. Hic quidem etſi de fide Catholica gloriaretur, magna tamen labe conſperſus eſt ex conſuetudine atq. defenſione Neſtorij: deterius vero fœdatus, cum in ſuſpicionem adductus eſt initæ cū eo occultæ ſocietatis, dum damnationi Neſtorij in Concilio œcumenico Epheſino proclamatæ, non tantum non adduci potuit vt ſubſcriberet, ſed eidem ſemper mirum in modum eſt pertinacius refragatus, cuius rei cauſa factum eſt, vt complurium ſanctorum virorum animi in eum iuſte commoti fuerint. Ad hæc namq. ſpectant quæ Cyrillus monachus in rebus geſtis S. Euthymij, quas poſteris fideliter tradidit, tum de S. Euthymio, tum de Domno monacho eiuſdem Ioannis Epiſcopi Antiocheni ex ſorore nepote narrat verbis iſtis: Is autem (*Euthymius ſcilicet*) cum & alia didiciſſet ex ijs quæ facta fuerant ab Epiſcopis Orientis, & quod Ioannes qui præerat Antiochiæ, cum eſſet Orthodoxus, inductus eſſet, vt eadem ſentiret quæ Neſtorius: fuit graui triſtitia cor eius ſauciatū. Eodem modo etiam affectus fuit Domnus illius nepos conſobrinus: rogauit itaq. Euthymium, vt ei permitteretur ire Antiochiam, vt auunculum ſuum, qui ſupplantatus fuerat, reſtitueret, & iam veluti iacentem erigeret. Ille autem cum præuidiſſet non futurum illuc tutum aduentum, ſed ei potius inutilem & minime conducibilem: Nequaquam (inquit) o fili: non oportet te a Laura recedere: neque enim ille tua opus habet præſentia: ſed etſi paululum a recta fide declinauit; Deus autē, qui nouit cor illius recte ſe habere, ipſe illum conuertet, & reducet ad id quod bene erit. Et tu quidem, o fili, ſi quidem in quo vocatus es, & loco, in eo perpetuo manſeris; perficies, & gloriam adipiſceris, veram inquam gloriam, & quæ ex Deo eſt, quæ numquam excidit. Sin autem his neglectis, & tolerantiæ contēptis cogitationibus, a Laura tentabis diſcedere: obtinebis quidem adminiſtrationem, quem tuus habet auunculus: ſed eam tibi rurſus auferent mali homines & præſtigiatores, eum ab illius prius ſeductus fueris ignoratione. Et hęc quidem qui eſt in ſanctis, Euthymius. Domnus autem, cum hæc mandata non multum curaſſet, proficiſcitur Antiochiam, nec Vale quidem dixit ſancto, & nec ei vllo modo ſuum ſignificauit receſſum. Cum illic fuiſſet, omnia quæ ei prædicta fuerant effectum ſunt ſortita. Illeq. poſtea magna ductus pœnitentia, quod non obediſſet, ad ipſum reuertitur, graui dolore viſceribus cruciatus & acerbe deplorans.] hæc Cyrillus. De ipſo autē Dōno plura ſuo loco inferius. C

De S. Euthymio & Dōno miſerantib. caſum Ioannis.

LIII. At quid, litteris a Theodoſio Imperatore acceptis vna cum Ariſtolai legatione, Ioannes? Vocatis Syriæ in vnum Epiſcopis, illis videlicet, quibus hactenus aduerſus Cyrillum & alios Epheſi congregatos vſus fuerat comminiſtris, conuenit vna eum illis etiam Acacius Berœenſis (prout litteræ Cyrilli ad Acacium Melitenum oſtendunt) initq. cum eis conſilium, vt quid opus facto eſſet, decernerent. Ne autem ad dicendam cauſam Nicomediam proficiſci Ioannes ex mandato Theodoſij cogeretur, illud inter eos conſultius deliberatur, ratam habendam eſſe damnationem hæreſis Neſtorianæ vna cum ipſo Neſtorio, ſicut Theodoſius ſuis litteris admonuerat faciendum; ſicq. redintegrandam eſſe communicationem cum Romano Pontifice, atq. Cyrillo Alexandrino, omnique ſimul Eccleſia Catholica, a qua hactenus ſchiſmate præciſus eſſet. Quæ omnia Ariſtolaus legatus a Theodoſio miſſus rata habens, nullum amplius de proficiſcendo Nicomediam Ioanni negotium faceſſiuit; vtpote qui hac via concordiam inter diſſidentes Epiſcopos conciliandam fore conſpiceret. Ioannes igitur ex Synodo tunc Antiochiæ habita de damnatione Neſtorij & eius hæreſi Synodalem dedit epiſtolam ad Sixtum Romanum Pontificem, non autem ad Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum: cum eo enim aliter agendum putauit, vt paulo inferius dicturi ſumus. Epiſtola autem ad Sixtum Papam a Ioanne tunc ſcripta ſic ſe habet [a]: D

Io. Antiochenus vna cum ſuis Synodum habet.

a Apud Acta Cōcil. Epheſin. edit. Pelt. to. 5. c. 17.

LIV. Præcipuum eorum ſtudium, qui ſacerdotio funguntur, diuinumque iſtud Epiſcopatus miniſterium a Chriſto omnium Saluatore ſortiti ſunt, primariuſque eorumdem ſcopus hic eſſe debet, nempe vt in fide recta excellant, eamque populum ſibi concreditum fideliter doceant. Cum itaque res ita habeat, anno proxime lapſo, ſacra Deo dilectiſſimorum Epiſcoporum Synodus, iuxta religioſiſſimorum Chriſtiq. amantium Imperatorum noſtrorum decretum in Epheſiorum metropoli profligandæ Neſtorianæ hæreſis cauſa conuenit: conſeſſuq. vna cum beatæ memoriæ Cæleſtini Romanæ Eccleſiæ quondam Epiſcopi legatis fideiq. vindicibus celebrato, prędictum Neſtoriū tamquam profana doctrina vtentem, multorumq. paſſim ſcandalorum auctorem, & in fide præterea Catholica grauiter errantem, depoſitionis ſententię ſubiecit. At vero poſtquam & nos quoque eodem adueniſſemus, remq. omnem, vt geſta erat, accepiſſemus, grauiter commoti fuimus. Cum ergo ea de cauſa non parua inter nos & Synodum controuerſia interceſſiſſet, multaq. vtrinque & dicta & facta quoque eſſent; ad noſtras tandem Eccleſias & ciuitates reuerſi ſumus; neque quod E

Ioannis epiſtola ad Sixtum Rom. Pontif.

ad

A ad Neſtorij depoſitionem attinebat, Synodi ſententiæ per id tempus ſubſcripſimus.
Porro autem cum multis inter ſe diſcordijs Eccleſiæ diſſiderent; vnumq. illud omnes maxime LV.
curare oportere viſum eſſet, vt omni diſſidine medio ſublato, amice inter ſe iterum congruerent:
religioſiſſimi ad hæc Chriſtiq. amantes Imperatores id ipſum quoq. quamprimum fieri vellent, ſe
ueroq. iuberent, ac celeberrimum Tribunum & Notarium Ariſtolaum ea de cauſa ad nos mitte-
rent, vt omnis mox contentio faceſſeret, ſanctaq. ſanctarum Dei Eccleſiarum pax vbique vigeret:
placuit & nobis quoque, in ſacra Synodi ſententia, quæ Neſtorium depoſuit, acquieſcere, ipſumq.
pro depoſito habere, ac blaſphemam illius doctrinam anathematizare: eo quod & noſtræ quoq.
Eccleſiæ, perinde ac veſtra ſanctitas, rectam ſemper inculpatamque fidem tenuerint, eamdemq. po
pulo aſſidue commendarint, retinendamque prædicarint. Aſſentimur nihilominus & Maximiani
ſanctiſſimi pientiſſimique Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopi ordinationi: denique cum om-
nibus terrarum orbis Epiſcopis, ſi modo rectam ſinceramque fidem habuerint, eamdemque ſerua
uerint, communicamus.] hactenus Ioannis ac collegarum ad Sixtum Papam atq. alios collegas epi
ſtola, communis quidem Epiſcopis omnibus Catholicæ fidei, qua Catholicam Eccleſiarum om-
B nium communionem naciſcerentur, & qui hactenus ſchiſmate ſciſſi fuiſſent, harum litterarum
compagine vnirentur. Peruenerunt hæ litteræ Romam anno ſequenti. Quæ vero Sixtus Papa re-
ſcripſerit, ſuo loco dicemus.

Cum Cyrillo autem Alexandrino Epiſcopo, aduerſus quem acerbiſſimas inimicitias exercuiſ LVI.
ſent, aliter ſibi agendum putarunt Ioannes Antiochenus & alij collegæ Syriæ Epiſcopi; nimirũ vt
quaſi daturi eſſent ipſi veluti Orthodoxi ei legem, ab eo, velut in ſuſpicionem adducto hæreſis A-
pollinaris, exigerent Catholicæ fidei confeſſionem, qua ſua capitula tamquam erronea condemna *Paulus Epiſcopus Emeſenus mittitur ad Cyrillum.*
ret. Cum ergo his ſe minime conſenſurum idem Cyrillus ſuis litteris declaraſſet: tunc illud iidem
Syri Epiſcopi conſilium inierunt, vt Paulum Epiſcopũ Emeſenum legatum Alexandriam mitte-
rent ad Cyrillum, qui ſi poſſet, ab eo quod petitũ antea fuerat, extorqueret; ſin minus Cyrillus ac-
quieſcere vellet, tunc de dãnatione Neſtorij & eius hæreſis ſcriptas litteras ei redderet. hæc quidẽ
omnia teſtatur ipſe S. Cyrillus in epiſtola his diebus data [a] ad ſanctum Acacium Melitenum Ar
meniæ Epiſcopum, ſtrenuum (vt dictum eſt anno ſuperiori) Catholicæ fidei pugilem.

a Apud Concil. Epheſ. edit. Pelt. tom. 5 c. 7.

Cum autem Paulus Cyrillum conueniſſet, multis eum perſuadere conatus eſt, ſua damnare ca LVII.
C pitula: & inter alia hoc viſum eſt argumento: Si ſcriptis a Magno Athanaſio ſtare vellet. Cumq. ſe ab
eius doctrina numquam receſſurum fore ille ſpopondiſſet: protulit Paulus Athanaſij epiſtolam ad
Epictetum, qua videbatur Cyrillus conuinci poſſe. Sed eam ab hæreticis fuiſſe deprauatam, habi-
ta collatione cum originali ſcripto, quod aſſeruabatur in archiuo Alexandrino, facile percognitum
fuit: vnde Paulus ſpe illa omnino fruſtratus eſt. hæc quidem Cyrillus ipſe teſtatur in dicta epiſtola
ad Acacium Melitenum. Cum igitur nulla ſpes Paulo reliqua eſſet, vt in ſuam ſententiam Cyrillũ
perduceret: tunc protulit litteras Ioannis Antiocheni & collegarum eius, quibus pax omnino con-
ciliari poſſet: ipſæ autem ſic ſe habent [b];

b Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. t. 5 c. 5. item apud Cyril epi 38. ad Dynatum ſit mẽtio eiuſdem.

Religioſiſſimorum Imperatorum noſtrorum edicto, Deo dilectiſſimorum Epiſcoporum Sy- LVIII.
nodus ad Epheſiorum metropolim, cum Eccleſiaſticarum rerum & controuerſiarum, tum rectæ *Epiſtola Ioannis Antioch. ad Cyrillũ Alexandr. pro pace.*
quoque fidei cauſa dudum conuenire iuſſa eſt. Cum autem ad prædictam ciuitatẽ perueniſſemus,
ac citra mutuum colloquium inde rurſus abijſſemus (nullum autem eſt operæpretium, pacis tem-
pore, neglecti colloquij cauſas inquirere) accidit, vt Eccleſiæ in graues diſcordias inciderent. Quã
do omnes ergo id maxime curare oportet, vt omni animorum diſſenſione, contentioneq. e medio
D ſublata, Chriſti Eccleſiæ denuo conſocientur; ipſiq. religioſiſſimi ac Chriſti amantiſſimi Reges,
hoc ipſum vt fiat, ſerio mandent; eiuſq. rei gratia dominum meum præclariſſimum, apprimeq. con
ſpicuum Tribunum Ariſtolaum huc amãdarint, ac graues præterea vna cum illo litteras miſerint,
quæ quamprimum nos conuenire iubent, quo ſcandala omnia e medio tollantur, omniſq. perturba
tio & offenſio conſopiatur.

Nos pijs illorum litteris morem gerere volentes, recta mox dominum noſtrũ, Deo per omnia LIX.
dilectiſſimum & ſanctiſſimum Epiſcopum Paulum ad ſanctitatem tuam mittendum duximus.
quod conſilium ſanctiſſimo pijſſimoq. patri noſtro Acacio, ceteriſque qui nobiſcum erant, Deo di
lectiſſimis Epiſcopis probatum fuit. Fecimus hoc autem maioris ſecuritatis compendijq. cauſa; eo
nimirum, quod alia commodiori ratione quæ a religioſiſſimis Imperatoribus noſtris ſancita ſunt,
perficere, nobis in vnum conuenientibus, integrum non fuerit. Mandanimus autem illi, vt perſonã
noſtram ſuſtinens pro nobis ea tractet, vnaque vobiſcum conſtituat, quæ ad pacem faciunt: id q̃d
huius legationis præcipuum caput eſt: ſimulque pietati tuæ exhibeat expoſitionem de Domini no
ſtri Ieſu Chriſti incarnatione concorditer a nobis editam; quam proinde pietati tuæ per prædi-
E ctum piiſſimum virum miſimus.

De Virgine itaq. Deipara quomodo ſentiamus & loquamur, deq. vnigeniti Filij Dei incarna- LX.
tione, dicemus breuiter, non vt ijs aliquid addamus, quæ ab initio ex diuinis litteris, ſanctorumq. *Fidei Catholicæ profeſſio miſſa ad Cyrillũ a Ioanne.*
Patrum traditione hauſimus, ſed vt fidei noſtræ rationem reddamus. Dicemus autem, nihil omni
no (vt modo aiebamus) fidei in Nicæa a ſanctis Patribus expoſitæ adijcientes. Illa namq. (vt alibi
a nobis indicatum eſt) ad omnem pietatis cognitionem, omniſq. hæreticæ prauitatis depulſionem
abunde ſat eſt. Sed nec illa quoq. quæ captum noſtrum excedunt, temere hic ingeremus, ſed pro-
priæ infirmitatis confeſſione excludentes eos qui adoriri nos velint in his, in quibus conſidera-
mus quæ ſupra humanum captum ſunt. Habet vero noſtra expoſitio in hunc modum:

Confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum Dei Filium eſſe, Deum perfe- LXI.
ctum & hominem perfectum ex anima rationis compote & corpore conſtitutum: Ante ſæcula qui *De Maria Deipara & de duab. in Chriſto naturis.*
dem ex Patre ſecundum diuinitatem genitum, poſtremis vero temporibus eumdem ipſum pro-
pter nos & propter noſtrã ſalutem ex Maria Virgine ſecundum humanitatem natũ: Eumdẽ Patri

Digitized by Google

conſubſtantialem ſecundum diuinitatem, nobis item coeſſentialem ſecundum humanitatem: ſiq- A
dem naturarum facta eſt vnio. quo fit, vt vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum confitea
mur. & ſecundum hunc inconfuſæ vnitatis intellectum, ſanctam Virginem Deiparam eſſe profite-
mur; propterea quod Deus Verbum ex ipſa conceptum & incarnatum & homo factum eſt, tem-
plumque ex illa ſumptum ſibi vnierit.

LXII. Neſtorij & eius hæreſis damnatio rata habetur.

Ad Euangelicas porto, Apoſtolicaſq. de Domino voces quod attinet; ſcimus graues Theolo-
gos alias quidem tamquam ad vnā perſonam pertinentes promiſcue accipere, alias verò propter
naturarum diuerſitatem diuiſim vſurpare; & alias quidem, vtpote illas quæ in diuinitatem conue-
niunt, ad Chriſti diuinitatem; alias vero, nempe humiles, ad eiuſdem humanitatem referre ſolere.
Hoc iacto fundamento, placuit nobis, quo omnis tollatur cōtentio, vniuerſaliſq. ſanctis Dei Eccle
ſijs per Orbem ſparſis pax reddatur; necnon ſcandala omnia, quæ exorta videntur, de medio tollā
tur; Neſtorium quondam Conſtantinopolitanum Epiſcopum pro depoſito habere; tum profanas
illius, prauaſq. vocū nouitates anathematizare: propterea quod Eccleſiæ Dei, quæ apud nos ſunt,
rectā ſanamq. fidem obtineant, illamque cuſtodiant, ac populis (quemadmodum & veſtra quoq.
ſanctitas facit) fideliter tradant. Conſentimus nihilominus & in ordinationem quoq. ſanctiſſimi B
pijſſimique Maximiani ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopi. Et communicamus tan-
dem vniuerſis orbis terræ religioſiſſimis Epiſcopis rectam inculpatamq. fidem habentibus & reti
nentibus. Vale domine pijſſime, fraterq. ſinceriſſime mihi dilecte: ac pro nobis orare perge.] hacte
nus epiſtola Ioānis Antiocheni & ſociorum ad Cyrillum Alexandrinum. Scriptas eaſdem litteras
ad Sixtum Romanum Pontificem, necnon ad Maximianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum
tradit ipſe Cyrillus in epiſtola ad Dynatum, qua & nonnulla ſecretiora inter ipſos fuiſſe tranſacta
docet, nimirum fidei confeſſionem, quam Ioannes & Orientales profeſſi ſunt præmiſſam antea ad
illos fuiſſe ab ipſo Cyrillo. Reddenda hic eſt igitur ipſa Cyrilli ad Dynatum [a] epiſtola, quæ exa-
ctam totius rei geſtæ ſeriem pandit, nec apud alios ita facile eſt inueniri:

a Cyril. epi. 38.

LXIII. Cyrilli epiſtola ad Dynatū.

Pietati tuæ, quæ pacem Eccleſiarum, quam ſectatur, concernunt, ſignificanda duxi. Antiochiā
itaq. dominus meus celeberrimus Tribunus & Notarius Ariſtolaus venit afferens ſecum regias
litteras, quæ religioſiſſimo Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopo Ioanni mandarunt, vt ſceleſta Neſtorij
dogmata anathematizaret, & depoſitionem eius pro conformitate ſanctæ Synodi decerneret, &
ita communionem a nobis quæreret. Et hæc quidem continebant illæ litteræ. Ceterum quidam ex C
Orientalibus Epiſcopis, qui forte Neſtorium nondum condemnarunt, & illis patrocinantur, qui
rectam noſtram fidem ſolicitant, & gloriam omnium Saluatoris noſtri adorantibus haud medio-
criter inſidiati ſunt, vt pientiſſimus ac ſanctiſſimus Acacius Berœenſis Epiſcopus ad me ſcriberet,
curarunt. quamquam ita tamquam ipſi quæ ſcripſit, a me petant; nempe opus eſſe, vt quæ cōtra Ne
ſtorium a nobis ſunt ſcripta, deleantur, & tamquam irrita abijciantur omnia, & paciſcamur in ſo-
lo fidei ſymbolo a ſanctis Patribus Nicææ determinatæ. Nouit autem ſanctitas tua, quod tales o-
lim ipſorum in Nicæna Synodo poſitiones fuerint.

LXIV.

Ego vero ad iſta reſcripſi, petere eos impoſſibilia; eo quod quæ ſcripſimus, recte ſcripſerimus,
rectæ & inculpatæ fidei patrocinantes; nec quicquam omnino ſcriptorum noſtrorum negaturi ſi-
mus: neq. enim aliquid (ſicut ipſi dicunt) temere eſſe dictum, ſed vbiq. nos rectitudini fidei adhære
re, & veritatis virtuti conſentire: oportere magis eos talibus ambagibus ac dilationibus non vti,
neq. extra ea quæ neceſſaria ſunt elabi, ſed ſecundum id quod ipſi pientiſſimo ac Deo dilectiſſimo
Regi & ſanctæ Synodo rectum videtur, nimirum Neſtorij nugas & blaſphemias contra Chriſtum
factas anathematizare, depoſitionemque illius confiteri, ac ordinationi ſanctiſſimi ac pientiſſimi D
Epiſcopi Maximiani conſentire.

LXV. Res geſtæ Cyrilli cum Paulo Emeſeno.

Cum iſtas itaq. litteras ad eos miſiſſem; conſiderarentq. fieri non poſſe, vt communionem reci
perent, niſi ad finem, quæ ipſis facienda erant, perductis: miſerunt Alexandriam religioſiſſimū ac
pientiſſimum Paulum Emeſenum Epiſcopum afferentem quidem ad me communionem concer-
nentia, verum talia, quæ non admodum decentia quædam narrarent: nam & querimonias habere
ſe ſimulabant, tamquam in ſancta Synodo quædam non ſint recte dicta & facta. Et huiuſmodi qui
dem epiſtolas non acceptaui, ſed reſpondi: Quomodo qui præteritorum geſtorum gratia veniam
petere debeant, iam denuo iniuriam nobis inferunt? Cum autē iſta memoratus pientiſſimus Epi-
ſcopus excuſaret, iuramentoq. affirmaret, non eſſe hunc illorū ſcopum, ſed magis ſimplici eos ani-
mo iſta ſcripſiſſe: dilectionis gratia & hoc accepi: verum ad Synaxim enim non admiſi, niſi vbi da
to primum libello, Neſtorij dogmata ſcripto anathematizauit, proq. depoſito illum habere ſe con-
feſſus eſt, & ordinationi religioſiſſimi & pientiſſimi Maximiani Epiſcopi conſenſit.

LXVI.

Petijt autem, vt iſtis a ſe loco omnium qui per Orientem ſunt, pientiſſimorum Epiſcoporū re-
ceptis libellis, nihil exigerem amplius. Verū nullo modo acquieui, ſed domino meo celeberrimo E
Tribuno ac Notario chartam miſi & exhibui, ſignificans ei, ſi pientiſſimus Ioannes Antiochenus
Epiſcopus illi ſubſcripſerit, tum demum communionem illis eſſe reddendam. Cunctationem au-
tem eorum celeberrimus Tribunus & Notarius Ariſtolaus moleſte tulit. Cum itaq. pientiſſimus
Epiſcopus Ioannes ſubſcripſiſſet, & qui cum eo erant Neſtorij dogmata manifeſtius anathemati-
zaſſent, confeſſiq. eſſent illū ſe pro depoſito habere, & ordinationi religioſiſſimi ac piētiſſimi Maxi
miani Epiſcopi conſenſiſſent, cōmunionem illis reddidimus. hæc uáque illis & Epheſi a S. Synodo
proponebantur. Notum & illud ſit ſanctitati tuæ: Inſtabat initio religioſiſſimus ac piētiſſimus E-
piſcopus Paulus, depoſitorum (Elladij dico & Euthetij & Emerij & Dorothei) gratia obſecrans,
ac petens, vt quæ contra eos decreta ſunt, abrogarentur; contendenſque fieri non poſſe, vt pax Ec-
cleſiarum ad finem deducatur, niſi etiam hæc particula addatur. Ego vero reſpondebam, rem eum
conari impoſſibilem, neque vnquam nos hoc permiſſurus. Scripſerunt autem eamdem epiſtolam
quam miſerunt & ad me & reliquos pientiſſimos & ſanctiſſimos Epiſcopos, & ad Sixtum magnæ
Romæ

Digitized by Google

A Romæ Epiſcopum, & ad ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſię Epiſcopum Maximianum.]hęc Cy-
rillus. ſunt autem hæ litteræ Ioannis nuper recitatæ.
Has quidem vbi accepit Paulus Epiſcopus Emeſenus legatus, expertuſq. eſſet Cyrilli conſtã LXVII.
tiam, nullo vmquam pacto fore impertiendã ab illo Ioanni & collegis eius cõmunicationem abſ *Pax inter Ioã-*
que illarum litterarum publicatione; facere id minime prætermiſit. Sicq. editis nuper recitatis lit- *nem & Cyril-*
teris Ioannis de pace firmanda, vna cum veræ fidei confeſſione atque damnatione Neſtorij, Cy- *lum & alios o-*
rillus ea cuncta cognoſcens probauit: quod quidem etiam ex eiuſdem Pauli ſcriptis apparet [a]. Sic *mnes.*
igitur abſque capitulorum ſuorum damnatione cuncta arbitrio Cyrilli geſta ſunt: quod & re- a Apud Act. E-
citata nuper ſcripta teſtantur. pheſ. tom. 5. c. 4.
Ex his autem qui fauerant Neſtorio, ſpargebant in vulgus, Cyrillum in omnibus conſenſiſſe LXVIII.
Ioanni, atque damnaſſe priorem ſententiam. Theodoretus enim Cyrillo in eam vſque diem infen-
ſiſſimus aduerſarius, in epiſtola ad Domnum Epiſcopum Antiochenum [b] hæc de his habet: Nec b Theodor. epi.
antea (inquit) communicauimus Cyrillo, qui illa capitula ſcripſerat, quouſque doctrinam & pro- 112.
feſſionem fidei edidit conſona ijs quæ a nobis dicta ſunt, nulla de illis capitulis facta mentione.]
B hæc ipſe, & quidem modo modeſtius, quam alij iactantes ſua ab ipſo Cyrillo fuiſſe damnata capi-
tula; cum de illis ab ipſo nullam eſſe habitam mentionem, Theodoretus affirmet, nec quidem men-
daciter. Sed quid inſuper falſo adiectum eſt? Quod enim nuper ex S. Cyrilli ſcriptis audiſti, ipſum
Cyrillum numquam impertire voluiſſe communionem Ioanni Antiocheno fautori Neſtorij, niſi
prius fidei Catholicæ profeſſionem Alexandriam mitteret ſecundum datum ad hoc ab ipſo Ale-
xandria Antiochiam prototypum, ex quo mittendam Antiochia fidei profeſſionem Ioannes ex-
ſcriberet: ex hoc ipſo ijdem Syriæ Epiſcopi arripuerunt occaſionem dicendi, a Cyrillo, vt recipere-
tur a Ioanne, fuiſſe miſſam fidei Catholicæ confeſſionem, qua & viſus eſſet ſua a ſe ſcripta damnaſ-
ſe capitula, quod nulla de ipſis in ea ab ipſo mentio facta eſſet. Vides ſchiſmaticorum verſutias, sẽ-
tis ex veritate comparata ad fallendum mendacia, dum veluti manu volubili innerſa alea, inſtar
præſtigiatorum, ijdem ſpectantium falleotes oculos, Cyrillum ex actore in reum, & Ioannem ex
reo ſuæ voluntatis arbitrio in actorem prodigioſe transformant.
Eiuſmodi plane portentorum fabricator, & præſtigiarum concinnator eſt ille nequam pater
mendacij nominatus, ſub quo ad tempus ita radij Solis eſſe dicuntur [c], dum ſuo nitore coruſcã- LXIX.
C occultare & comprimere nititur veritatem; de quo merito & propheticum illud aſſeritur [d]: Pro- c Iob 41.
tegunt vmbræ vmbrã eius] eũ videlicet filij tenebrarum, conſpirent, & præſto ſunt in omnib. ipſi d Iob. 40.
principi tenebrarũ, dũ quæ ille ſuadet, ingeritq. mendacia, iſti ipſa cõparatis vndiq. fallacijs ornãt,
pingunt, atque compingũt. Hæc qdẽ peregregie præſtitiſſe Neſtorianos, tũ quæ ſuperius de ijs di-
cta ſunt, tum quæ dicentur, perſpicue demonſtrabunt. Nam præter alios qui ſtabãt a parte Neſto-
rij, etiã ipſe Theodoretus ijſdẽ aggreſſus eſt Cyrillum vrgere calumnijs, nẽpe ab ipſo ſua fuiſſe dã-
nata capitula. Ita quidem ille interpretatus eſſe videtur dictam fidei regulã a S. Cyrillo miſſam, vt
ipſius perbreuis epiſtola declarat ſcripta eodem tempore ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum,
quæ recitatur in Quinta Synodo, collatione quinta ad finem: reddemus nos eam inferius.
Qui inſuper cupit Neſtorianorum videre ſtrophas, legat epiſtolam quæ fertur Ibæ ad Mario LXX.
Perſam, quam habent Acta [e] Concilij Chalcedonenſis: in qua videre eſt Neſtorianum hominem e Concil. Chal-
exultantem & inſultantem, tamquam ſibi cauſa eſſet adiudicata, & iactantem Cyrillum peniten- ced. Act. 10.
tem tandem recantaſſe palinodiam, atque Ioanni in omnibus cõſenſiſſe. His ergo permoti com- *De epiſtola Ibæ*
plures haud inferioris ordinis viri ſcãdalum paſſi ſunt, & ad Cyrillũ de his ſcripſere (vt vidimus)
D litteras acerbiores. Auctor enim qui fertur nomine Ibæ (quiſquis ille fuerit) eamdem circularem
epiſtolam per prouincias legendam miſit pro ſolatio ſuorum, & ignominia Catholicorum. Cete- f Concil. Chal-
rum (vt publica Acta teſtantur [f]) producta in Concilium epiſtola illa, non eſſe Ibæ comperta, ſic- cedon. Act. 10. &
que ea damnata, abſolutus eſt Iba. Sed de his inferius: iã vero ad res inter Cyrillum Paulumq. trac- Conci. Nicęn. 2.
tactas redeamus. Act. 6.
His igitur ex Cyrilli ſententia omnibus probe confectis, cum ſie mutuo in vnam eamdemq. fi- LXXI.
dem Catholicam concordare ſimul & conſentire ambæ partes repertæ ſunt, inita eſt ſimul cum pa- *Paulus Epiſc.*
ce cõmunio, perfectaq. vnitas ſancita fœdere ſacramẽtorũ. Etenim qui pro Oriẽtalibus legatione *Emeſenus con-*
fungebatur Paulus, in eccleſiã ad Synaxim a S. Cyrillo introductus eſt, datũq. ei etiã habere ſermo- *cionatur.*
nem ad populum, qui ſummo exceptus eſt plauſu. ſed hæc poſtea, immo ad finem anni huius conti-
giſſe probantur ex ijs quæ inferius dicturi ſumus: perducta namque fuiſſe conſtat vſque ad anni
finem hæc anni huius exordio cœpta negotia.
Iam vero e triſtibus aliquantulum emergat oratio, & quæ in his conflictationibus mærens diu- LXXII.
tius verſata eſt, in lætis exultet, & tamquam in deliciarum campo latius ſpatietur. Dum autẽ hæc
E agerentur, incidit natalis dies S. Ioannis Baptiſtæ, quo Cyrillus in eccleſia perbreuem huiuſmodi
habuit concionem, cuius titulus ad temporis rationem plurimum confert, qui ſic ſe habet:
Homilia [g] Cyrilli Epiſcopi dicta in Natiuitate Ioannis Baptiſtæ, Pharmuti vigeſimaocta- g Ex cod. Anto.
na, Indictione prima.] eſt hæc ipſa apud Romanos menſis Aprilis dies vigeſimanona. Diuerſe pla- Auguſtini.
ne a communi ordine ſolitos Aegyptios celebrare feſtos dies ab alijs, diximus primo tomo Anna-
lium. Sed hæc Cyrillus ad populum:
Eos qui pietate firmi ſunt, & ſacrorum dogmatum certiſſimam & ornatam habent fidem, ter- LXXIII.
ram vberem Propheta nominat, dicens: Et eritis vos terra pinguis, dicit Dominus omnipotens;
& benedicent vobis omnes Gentes. Terram vero vberem eſſe dicit, pro, fœcundiſſimam & fructi-
feram, & fructuum domeſticorum matrem atque nutricem. Huiuſmodi autem eſt omnis Deo
amabilis & ſancta anima, cultorem veluti quemdam & ſeminatorem totius boni ſortita Chri-
ſtum, qui etiam ſacrorum nobis dogmatum conſeruat * ſcientiam. Sed omnium inimicus (hoc * coruſcã
eſt ſatanas) excitatur per tempora, ſuperſeminans tritico maligna zizania. At concordant de cete-

ro per omnem conſiſtentes orbem terrarum Dei cultores Epiſcopi, rectam & vnam confitentes fi- A
dem: copulati ſiquidem ſunt noſtris Eccleſiis, magis autem totius orbis terrarum etiam apud O-
rientem conſtitutis: confeſſi enim ſunt Deo amantiſſimi Epiſcopi ibi conſtituti rectam & ſine pro
fanatione fidem. Quæ autem ſcripſit ad me Deo amantiſſimus & reuerendiſſimus Epiſcopus An
tiochiæ Ioannes, quæ vero ad eũ reſcripſerim, Deo fauente, audietis.] hæc Cyrillus more maiorũ,
quod non conſueuiſſent admitti ad communionem publice excommunicari abſque relatione fa-
cta ad populum.

LXXIV.

At in litteris vltro citroq. datis & in re maximi momenti conſultanda integer annus iſte eſſe
videtur inſumptus, antequam Paulus legatus, Orientalium firmata concordia, ad communicatio
nem integram in eccleſia admitteretur. Nam quod ad exactam habendam rationem temporis ſpe
ctat; cum in antiquis monumentis [a] reperiatur expreſſum, intromiſſum Paulum a Cyrillo in ec
cleſiam habuiſſe ad populum homiliam de fide Catholica die vigeſimanona menſis Chiach; appa
ret id ab eo factum eſſe ipſa die Natalis Domini, nempe vigeſimaquinta menſis Decembris. Ete-
nim conſtat, Beda [b] auctore & alijs, Ægyptios inchoare annum a quarto Kalend. Septembris,
numerareq. per menſes dierum triginta curriculo terminatos. Certe quidem ipſo die Christi Na B
tiuitatis a Paulo habitam eſſe homiliam illam, ipſo eius exordio declaratur, vbi dicitur [c]: Oppor
tune nobis hodie religionem veſtram adhortari datum eſt, vt ſacrum quemdam chorum conſti-
tuamus, & cum ſanctis Angelis exclamemus: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus
bonæ voluntatis. Nam hodie nobis paruulus natus eſt, &c.] Quod cum ita ſit, alterum de duobus
dicendum eſt, vel titulum de certa menſis die eſſe mendoſum, vel Aegypti Eccleſiam vſum illum
priſtinum reliquiſſe, quo (vt dictum eſt ſuo loco) diem Natalem Domini celebrare conſueuit ſexta
Ianuarij.

a Apud Acta Concil. Epheſin. edit. Pelt. tom. 6. c. 13. in titulo.
b Beda de ratione temp. c. 9.
c Apud Cyrill. homil. 7.

LXXV.
Populus Alexandrin. acclamat Paulo Mariam Deiparam prædicanti.

Sed redeamus ad Paulũ: qui vbi concionem proſecutus, ſanctiſſimã Mariã Deiparã appellaſ-
ſet verbis illis: Peperit itaque Deipara Emmanuelem] populus acclamauit; Ecce fides eadem eſt,
donũ Dei, Cyrille Orthodoxe: hoc audire cupiebamus. Qui non ita loquitur, anathema ſit.] Cũq;
& idem Paulus paulo inferius duas perfectas naturas in Chriſto vno profeſſus eſſet, vnã ſcilicet
perſonam affirmans, rurſum populus acclamauit: Recte veniſti, Orthodoxe Epiſcope dignus ad
dignum: Chriſtiani dicunt, donum Dei, Cyrille Orthodoxe:] poſt hæc autem in eodem perſtans ar-
gumento Paulus ad finem perducere orationem ob ingruentem multitudinem cogitur: conſtat id C
quidem ex eo quod veſpere eius diei rurſus in eodem conuentu Eccleſiaſtico Paulus inchoatam
mane proſecutus orationem iſta præfatur [d]: Nuper apud dilectionem veſtram enixius differen-
tes, propter fratrum noſtrorum frequentiam, lociq. anguſtiam, ante abſolutum ſermonem ſuggeſtũ
deſerere compulſi ſumus. At quamuis ſemel repulſi, age idem certamen denuo tẽtemus. Strenuus
autem vir ille, impigerq. palæſtræ huius magiſter (*nempe Cyrillus*) quod tunc faciebat, etiam nunc
faciat; decernat ille certamen. Tunc enim alacri vultu, blandaq. arriſione noſtro ſe certamine oble-
ctari, minime obſcure indicabat. Tunc, inquam, blande arridens, dexteramq. veluti oliuæ ramum
obtendẽs, ſe a nobis ſtare, puerumq. ſuum ſuperiorem euadere, coronaq. redimiri, ac victorem de
clarari auide ſe cupere, manifeſto declarabat.]

d Apud Epheſ. Concil. edit. Pel. tom. 6. c. 14.

LXXVI.

Sed hæc intercipiens verba populus acclamauit: Hoc Dei donum eſt: Cyrille omnes reddidiſti
tui ſimiles. Dignus digno coniungitur. Populus tuus dixit: Epiſcoporũ patrẽ ſerua Domine. Bene
veniſti Epiſcope Orthodoxe, Orbis terrarũ doctor. Qui ſic credit, diligitur. Magna doctrina, ma-
gnus quoque encomiaſtes. Paulus Epiſcopus dixit: Redeamus itaque ad Deiparam Mariam &
Emmanuelem, &c.] multaq. de his locutus, perducens ad finem orationem, conteſtatus eſt ſe ea D
locutum, quæ S. Athanaſius, Theophilus, Cyrillus, immo & antiqui prædeceſſores Epiſcopi Alexã
drini ſemper in Eccleſia docuiſſent. Demum vero finem imponens, populum ad audiendum Cy-
rillum inuitauit. Qui poſt Paulum ſuggeſtum conſcendens, per breuem eodem argumento habuit
orationem, qua ea quæ a Paulo fuiſſent dicta probauit. Sic igitur magna totius Eccleſiæ lætitia, fir
mata ſtabilitaq. eſt pax totius Orientalis Eccleſiæ, communicantibus inter ſe mutuo qui antea a
ſe inuicem diuiſi erant Epiſcopi: Paulusque re bene confecta, ad Ioannem & alios, a quibus miſſus
in Aegyptum legatus fuit, redijt afferens ſecum Cyrilli litteras ad ipſum Ioannem Antiochenũ
Epiſcopum, quarum eſt huiuſmodi exordium [e]:

e Apud Concil. Epheſ. edit. Pelt. to. 5. c. 6. & apud Cyril. epiſt. 28.

LXXVII.
De Cyrilli ad Ioannem epiſtola.

Lætentur cæli & exultet terra: ſoluta eſt enim interiacens maceria; quod mœrorem afferebat,
conquieuit, & omne tandem diſſidiorum genus ſublatum eſt, &c.] ſubdit de legatione Pauli, deq.
mutua inita concordia, vbi fidei Orthodoxæ profeſſio ab ipſis per eum miſſa lecta eſt, quam hi-
ſce ſuis litteris Cyrillus deſcripſiſſe voluit, de ſe vero calumniam ſuſpicioneniq. omnem auferre,
qua hactenus aduerſariorum ſcriptis pulſatus eſſet, eadem cum Apollinare ſentire; nam ſubdit: Si
ſanctiſſimum noſtri Saluatoris corpus non ex Virgine natum, ſed e cælo allatum aſſerimus: quo- E
modo poterit illa Deipara (quod prædicamus) eſſe intelligenda? Quem enim tandem illa pepetit,
ſi Emmanuelem ſecundum carnem vere non peperit? Riſu proinde explodendi ſunt, qui huiuſ-
modi contra me garriunt.] ita quidem Cyrilus ſugillans Theodoretum & alios, qui aduerſus duo-
decim capita a ſe edita conſcripſiſſent. Ad calcem vero hæc de epiſtola S. Athanaſij ad Epictetum
ab hæreticis deprauata ſubinfert; Quia vero didicimus, quoſdam Orthodoxam præclariſſimi pa-
tris noſtri Athanaſij epiſtolam, quam ad B. Epictetum ſcripſit, adulteraram, deprauatãq. edidiſſe,
multoſq. grauiter hinc lædi: rati hoc vtile & ſalutare fratribus fore, ex vetuſtis exemplaribus, quæ
ſincera & incorrupta apud nos extant, tranſcripta ad ſanctitatem tuam miſimus.] hæc Cyrillus,
vt omne foramen obſtruat, per quod impietas antea irrepſiſſet. Iſta omnia quæ inter Ioannem &
Cyrillum tranſacta ſunt, in publica relata fuere monumenta & a pluribus exſcripta, quorum exẽ
plar ſe ad Domnum Antiochenum Epiſcopum mittere Theodoretus in epiſtola ad eumdem te-
ſtatur, vbi ait [f]: Miſimus etiam exemplar eorũ quæ tẽpore conuentionis & pacis ſcripta ſunt, &c.]

f Theodoret. epiſt. 128.

Receptam

LXXVIII. *Cyrilli capita permanſerunt, Theodoreti antitheſis abolita.*

A Receptam quidem fuiſſe Cyrilli epiſtolam abſque etiam duodecim capitum damnatione ab eis itidem qui ea impugnabant, Theodoretus vnus ex illis teſtatur in epiſtola (vt dictum eſt) ad Domnum Antiochenum Epiſcopum Ioannis ſucceſſorem; vbi inferius de alia Cyrilli epiſtola ad Acacium ſcripta: At ipſemet Cyrillus dum ſcriberet ad beatum Acacium, ſuam de his capitibus mentem & animum declarauit, cum dixerit ſe illa ſcripſiſſe, vt ſe obijceret & opponeret ad illius nouitatem & vanitatem, & quod compoſita pace, erāt clara omnia & manifeſta.] hæc ipſe: qui tamen adhue poſt initam concordiam eadem carpere minime deſtitit (vt apparet ex dicta data ad Domnum Antiſtitem Antiochenum epiſtola) ſua vero prædicare ac ſuperextollere. Ceterum cum poſtea in Quinta [a] Synodo res eſt iuſtiori lance perpenſa, ipſius Theodoreti ſcripta aduerſus S. Cyrillum fuerunt ſanctorum Patrum ſententia condemnata. Quin etiam & Theodoſius Imperator (vt inferius ſuo loco dicturi ſumus) cuncta ſcripta aduerſus Cyrillum abolenda penitus eſſe, ſancita lege, mandauit.

a Quinta Syno. c. 13.

LXXIX. *Theodoretus perſtat in amicitia cum Neſtorio.*

Quod rurſum ad Theodoretum ſpectat: etſi acceperit fidei formulam a S. Cyrillo conſcriptā, eidemq. ſubſcripſerit: haud tam cito potuit deſeruiſſe Neſtorij amicitiam, quam diutius pluribus
B coluiſſet officijs: ad ipſum enim hoc tempore eiuſmodi dedit epiſtolam, quæ hac inſcriptione lecta ac ſcripta fuit in eadem Quinta Synodo œcumenica [b]:

Eiuſdem Theodoreti ad Neſtorium poſt vnitatem inter Orientales & ſanctiſſimum Cyrillum factam.

b Quinta Synodus act. 5.

Domino meo reuerendiſſimo & religioſiſſimo & ſanctiſſimo patri Epiſcopo Neſtorio Theodoretus in Domino gaudere.

LXXX.

Quod non vrbana conuerſatione delector, nec ſæculari curatione, nec gloria, nec altis ſedibus ſum alligatus, arbitror ſcire tuam ſanctitatem: licet enim & nihil aliud, ipſa tamen ſolitudo ciuitatis, quam gubernare ſortitus ſum, ſufficit hanc me philoſophiam docere. Non ſolum enim ſolitudinem, ſed etiam plurimum habet rerū tumultus, qui poſſunt facere pigros etiam eos qui valde eis gaudent. Nemo igitur perſuadeat tuæ ſanctitati, quod ego Epiſcopalem ſedem cupiens, cohibendo oculos meos, tanquam * Orthodoxas ſuſcepi Aegyptiacas litteras. Vt enim cum ipſa veritate dicam, ſæpius eas perlegi, & ſubtiliter diſcuſſi, & hæreticas illas amaritudine liberatas eſſe inueni: & timui quamdam maculam eis imponere; & certe in odio habēs, quàm alius quidam, patrem
C illarum, tamquam auctorem tumultuum exiſtentem orbis terrarum. Et ſpero nullas pœnas ſuſtinere huius gratia in die iudicii: quoniam intentionem iuſtus Iudex exquirit. His vero quæ aduerſus tuam ſanctitatem iniuſte & contra leges facta ſunt, nec ſi ambas manus meas aliquis incidat, patiar conſentire, diuina videlicet gratia me adiuuante, & infirmitatem animæ ſupportante. Et hoc certum etiam exigentibus per litteras feci: direxi vero etiam tuæ ſanctitati quæ reſcripſimus ad ea quæ ſcripſit nobis; vt cognoſcas, quod nullum nos tempus propter diuinam virtutem mutauit, nec multipedes * vel verſipelliones docuit, quorum hi quidem petram, illi folia per colorem imitantur. Vniuerſam fraternitatem quæ tecum eſt, in Domino ego, & qui mecum ſunt, plurimum ſalutamus.] hactenus ad Neſtorium Theodoretus. Ad Ioannem vero Antiochenum Epiſcopū perbreuiter iſtatum ſcripſit:

* poſtquam

* Polypodes ſtelliones

LXXXI.

Quoniam ſapienter gubernat Deus, & noſtræ prouidens concordiæ, & populorum procurans ſalutem, congregare nos in vnum præparauit, & conſonantes ſibi omnium oſtendit voluntates. Communiter enim perlegentes Aegyptiacas litteras, & examinantes earum ſubtiliter ſenſum, inuenimus conſonantes dictis a nobis eas quæ inde directæ ſunt, & palam contrarias duodecim ca-
D pitulis, quibus vſque ad præſens, vt alienis a pietate, repugnantes permanſimus. Nam illa quidem habebant, carnaliter carnem factum eſſe Dei Verbum, & per ſubſiſtentiam vnitam, & conuentum per vnitatem naturalē], & Deum Verbum primogenitum factum ex mortuis. Abdicabant vero & vocum diuiſionem quæ de Domino factæ ſunt, & alia vero ad hæc habebant Apoſtolicis quidē inſtitutis aliena, hæreticorum vero germina zizaniorum. Quæ vero nunc directæ ſunt, Euangelica generoſitate decorantur.] hæc ad Ioannem Antiochenum Theodoretus, quo ſuam in aduerſando Cyrillo excuſet, ſeu defendat potius incenſam contradicendi libidinem; cum tamē haud diuerſam vel contrariam a ſe antea editis capitulis illis duodecim & appoſitæ ad ipſa defenſioni nouiſſime ediderit fidei profeſſionem, ſed in omnibus concinnam & conſentientem prioribus ſuis ſcriptis. Hoc quidem animo viſus eſt fuiſſe Theodoretus erga Neſtorium etiam poſt concordiam hoc anno initam; quippe qui recitatis ad eum nuper litteris adeo obſtinate profeſſus ſit, numquam aſſenſurum ſententiæ in illum latæ. ſicq. certum eſt ipſum aliquandiu perſeueraſſe animo ſuſpenſo aduerſus eumdem Cyrillum, quem nec proprio dignari nomine vides. vnde magis intelligere valeas immenſum a Deo poſtea præſtitam illi beneficium, cum huiuſmodi ipſum inuolutum denſa
E caligine liberauit.

LXXXII. *Cyrilli manſuetudo commendata.*

Quod autem ad ſanctum Cyrillum ſpectat, obſtupeſco quidem, dum incredibilem & plane incomparabilem animi eius conſidero manſuetudinem, atque modeſtiam cum ſumma animi ſummiſſione coniunctam: quibus quidem omnibus virtutibus, præter innumera illa ſpecimina edita, ſuperius recenſita, additamentum modo illud adiecit omni laude digniſſimum. Etenim qui tempore perturbationis Eccleſiæ, cum Concilium eſſet Epheſi congregatum (quod res & perſona, quā gerebat, Romani Pontificis id exigeret) firma animi conſtantia, inflexó robore, erecto ſacerdotali vigore aduerſus Epiſcopos aduerſantes, perſecutores Comites, & Imperatorem ſemper ſtetit & reſtitit: poſtea conciliata pace, inita concordia, penituſq. fugata diſcordia, adeo omni officio coluit amicitiam, vt quibus antea aduerſatus fuerat, ſe ſubiecerit, dum quos ſuorum ſcriptorum expertus eſſet calumnioſos repreheuſores, eoſdem ipſorum habere voluit cognitores. Etenim quæ poſt hęc opera elucubrauit, eadem mittere voluit Antiochiam, ab ipſo Ioanne Epiſcopo in primis, ac deinde ab alijs ſibi ſubiectis Epiſcopis cognoſcenda. Cur ita ſanctus ſacerdos? nonniſi ut huiuſ-

Cyrillus cognitores ſuorum ſcriptorum adhibet aduerſarios.

modi

modi certis ex fiducia comparatis amicitiæ ſignis eoſdem Syriæ Epiſcopos in officio arctioribus A vinculis contineret.

LXXXIII. Teſtis quidem horum eſt ille qui adeo ipſi fuerat aduerſatus Theodoretus, in epiſtola ad Dioſcorum [a], vbi ait: Quod vero beatæ memoriæ Cyrillus ſæpius ad nos litteras dedit, tuam ſanctitatem apertè ſcire arbitror: & quando ſua opera, quæ contra Iulianum ſcripſerat, Antiochiam miſit: ſimiliter cum ea quæ ipſe de Emiſſario ediderat, & petijſſet a B. Ioanne Antiochiæ Epiſcopo, vt illa oſtenderet magiſtris, qui in Oriente ſcientia præſtarent: beatus ille Ioannes Cyrilli litteris obtemperans, libros nobis miſit: quos cum legiſſemus, hominem ſumus admirati, & ſcripſimus ad Cyrillum beatæ memoriæ, qui iterum nobis reſcripſit, & nos diligentes ac beneuolos ſuo teſtimonio declarauit; quæ litteræ apud nos ſeruantur.] hactenus Theodoretus: qui etſi antehac viſus eſt priuato animi affectu fauiſſe Neſtorio; poſtea tamen æquiori animo fuiſſe erga Cyrillum, atque tandem vehementius eſſe aduerſatum Neſtorio, ipſe in epiſtola ad Sporadium data abunde teſtatur, cuius eſt exordium [b]; Cum vniuerſus Orbis iam paulatim rueret, &c.] ſed reliquas anni huius res geſtas proſequamur.

a Theodor. epiſt. 83.

b Theod. epiſt. 1.

LXXXIV. Eodem ferme tempore, ſequenti nempe anno a Conſulatu Antiochi & Baſſi (vt ex Socrate [c] colligi poſſe videtur) Multi Iudæi, inquit, in Creta inſula Chriſti fidem receperunt, tali calamitate ad B eam rem inducti. Iudæus quidam veterator ſe Moyſen eſſe ſimulauit, deq. cælo demiſſum dixit, vti Iudæos qui illam inſulam incolebant, per mare in continentem traduceret: ſe namque eumdem eſſe, qui olim Iſraelem per mare Rubrum ducens cōſeruaſſet. ad Annum vero integrum nihil aliud moliebatur, quam vt ſingulas ciuitates totius inſulæ peragraret, Iudæos in illis habitantes ad illud credendum impelleret, hortareturq. vt omnes ſuas diuitias & poſſeſſiones relinquerent. Nam eos per mare aquis exiccatum in terram promiſſionis ſe traiecturum pollicitus eſt. Illi igitur eiuſmodi vana & falſa ſpe in fraudem illecti, omnia opera quibus vti ſolebant, depoſuerunt, facultates & fortunas neglexerunt, earumq. poteſtatem illis qui eas accipere vellent permiſerunt.

c Socrat. lib. 7. c. 36.

Iudæi ſeducti reſipiſcunt & credunt.

LXXXV. Vbi dies profectioni ab illo veteratore præſtituta aduenit, ille præcedere, ſubſequi omnes cū mulieribus & pueris cœperunt. Eos ergo ad promontorium mari imminens deducit: ex eo in mare ſe præcipitare iubet. Proinde qui primi ad præcipitium acceſſerant, ita faciunt; & niſi diuina prouidentia illis proſpectum fuiſſet, multo plures interijſſent. Nam forte fortuna aderant Chriſtiani, quorum alij piſcatores, alij mercatores fuerunt. Hi nonnullos eorum aqua prope ſuffocatos (qui C iam tum in calamitate conſtituti ſuam amentiam agnoſcere cœperunt) extrahentes conſeruarunt: alios, ne ſe in mare deijcerent, prohibuerunt, exitio eorum qui ante ſe præcipites dediſſent, commonſtrato. Iudæi tum fraude patefacta, cum temerariam ipſorum credulitatem incuſarunt, tum Pſeudomoyſen illum occidere contenderunt. At eum nullo modo comprehendere poterant: quippe clam ſe ex eorum aſpectu ſubduxerat. Vnde nonnullorum animo inſedit opinio, eum exitialem dæmonem fuiſſe, qui in ipſorum gentis perniciem, hominis ſpeciem induiſſet. Quocirca multi Iudæi in Creta ea clade impulſi, Iudaiſmo derelicto, ad fidem Chriſti ſe tranſtulerūt.] hucuſque Socrates: habet eadem Paulus [d] diaconus ex Theophane, & Nicephorus [e], qui hæc ad tēpora Procli Attici ſucceſſoris refert: ſed præſtat auſcultare Socratem, qui res ſui temporis ſcribebat.

d Paul. diac. Miſcel lib. 14.

e Niceph. li. 14. cap. 40.

LXXXVI. Quod ad res ſpectat Occidentales; hoc eodem anno ſanctus Britius Turonenſis Epiſcopus oppreſſus aduerſariorum calumnijs, ad Romanæ ſedis Pontificem a ſede pulſus appellat, a quo in ſedem ſuam reſtituitur. Sane quidem appellare conſueuiſſe Gallicanos Epiſcopos quam frequentiſſime ad Apoſtolicam ſedem, ſanctus Leo in epiſtola ad Epiſcopos prouinciæ Viennenſis docet his verbis [f]: Nobiſcum itaque veſtra fraternitas recognoſcat, Apoſtolicam ſedem pro ſui reuerentia a veſtræ etiam prouinciæ ſacerdotibus innumeris relationibus eſſe conſultam, & pro diuerſa- D rum (quemadmodum vetus conſuetudo poſcebat) appellatione cauſarum, aut retractata, aut confirmata fuiſſe iudicia.] hæc & alia ſanctus Leo. Sed quod ad Britij cauſam, audiamus Gregorium [g] eiuſdem Eccleſiæ Antiſtitem rem geſtam ita deſcribentem:

f Leo epiſt. 89.

g Greg. Turon. de Geſt. Franc. li. 2. c. 1. & lib. 10. c. 31.

LXXXVII. Trigeſimotertio ordinationis eius anno oritur contra eum lamentabilis cauſa pro crimine. Nam mulier ad quam cubicularij eius veſtimenta deferre ſolebant ad abluendum, quæ ſub ſpecie religionis erat veſte mutata, concepit & peperit. Qua de re ſurrexit omnis populus in iram, & tantum crimen ſuper Epiſcopum referunt, volentes eum vnanimiter lapidare: dicebant enim: Diu pietas ſancti tuam celauit luxuriam, nec Deus nos diutius ſinet manus tuas indignas oſculando pollui. Ipſo quoque e contrario viriliter hoc negante: Afferte (inquit) infantem ad me. Cumq. oblatus fuiſſet infans triginta dies ab ortu habens, ait ad eum Epiſcopus; Adiuro te per Ieſum Chriſtum Filium Dei omnipotentis, vt ſi ego te generaui, coram cunctis edicas. Et ille: Non es (inquit) tu pater meus. Populis autem rogantibus, vt quis eſſet pater, interrogaret: ait ſacerdos: Non eſt hoc meum: quod ad me pertinet, ſolicitus fui: vobis autem ſi aliquid ſuppetit, per vos quærite. Tūc E illi magicis hæc artibus facta aſſeuerantes, inſurgunt contra eum mutua conſpiratione, & trahentes eum dicebant: Non diutius nobis falſo paſtoris nomine dominaberis. Ille autem, ad ſatisfaciēdum adhuc populo, prunas ardentes in byrrum ſuum poſuit, & ad ſe ſtringens vſque ad ſepulchrū beati Martini vna cum populorum turba accedit: proiectiſq. ante ſepulchrum prunis, veſtimentū ſuum inuſtum apparuit, illo quoque ſic proſequente: Sicut iſtud veſtimentum ab his ignibus videtur illæſum, ita & corpus meum a mulierum coitu eſt impollutum.

LXXXVIII. Illis vero non credentibus, ſed contradicentibus, trahitur, calumniatur, eijcitur: vt ſermo ſancti Martini adimpleretur, quo dixerat: Noueris te in Epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Hoc enim eiecto, Iuſtinianum Epiſcopum conſtituunt. Denique Britius Romanæ vrbis Papam expetijt, flens & eiulans, atque dicens: Merito hæc patior, quia peccaui in ſanctum Dei, & eum delirum & amentem ſæpe vocaui, cuius videns virtutes non credidi. Poſt cuius abſceſſum aiunt Turonici ſacerdoti ſuo: Vade poſt eum, & exerce negotium tuum. Iuſtinianus vero egreſſus a Turonis, Ver-

cellas

A cellas Italiæ ciuitatem ingreſſus,iudicio Dei percuſſus, obijt peregrinus. Turonici ejus obi-
tum audientes,& in ſua malitia perdurantes,Armentium in locum eius conſtituũt. At Britius Epi
ſcopus Romam veniens,cuncta quæ pertulerat,Papæ refert:qui ad ſedem Apoſtolicam reſidens,
& plerumque Miſſarum ſolemnia celebrans,inibi,quicquid in ſanctum virum deliquerat,deſſen-
do diluit. Septimo igitur regreſſus anno a Roma cum auctoritate Papæ illius Turonos redire
diſponit:& veniens ad vicum,cuius eſt nomen Laudiacum,ſexto ab vrbe milliario,manſionem ac
cipit. Armentius vero febre corripitur,& media nocte ſpiritum exhalauit:quod protinus Britio E
piſcopo per viſum reuelatum eſt,qui ait ſuis:Surgite velocius,vt ad tumulandum fratrem noſtrũ
Turonicum Pontificem occurramus. Cumq. illi venientes portam ciuitatis ingrederẽtur,ecce iſtũ
per aliam portam mortuum efferebant. Quo ſepulto, Britius in cathedram ſuam regreſſus eſt, ſe-
ptem poſtea feliciter viuens annos.]huc uſque Gregorius.

His item Conſulibus(inquit Proſper [a]) totius orbis pace & conſenſione mirabili, Bonifa- LXXXIX.
cius(de quo ſæpe ſuperius)ab Africa ad Italiam peruenit & Vrbem, accepta Magiſtri militum a Proſp.in Chr.
dignitate:qui cum reſiſtentem Aetium prœlio ſuperaſſet,paucos poſt dies morbo extinctus eſt. Ae
B tius vero,cum depoſita poteſtate in agro ſuo degeret: ibi cum quidam inimicus eius opprimere
eum tentaſſet,profugus ad Vrbem,& illinc in Dalmatiã,deinde ad Hunnos in Pannoniam perue
nit;quorũ amicitia auxilioq. uſus, pacem Principum interpellatæ poteſtatis obtinuit.]hæc Proſp. b Paul. diacon. lib.14.
Apud Paulum [b] diaconum ſingulari certamine a Bonifacio legitur victus Aetius:Marcellinus [c]
autem,vulnere ab Aetio inflicto perijſſe Bonifacium,narrat. c Marcellin.hoc anno.

Hoc item Domini anno ex hac vita migraſſe ponitur ſanctus Ioannes Rauennæ Epiſcopus, XC.
cuius præclara eſt memoria inter ſanctos Rauennates Antiſtites. Quod autem ad hunc ipſum da
tum legitur Valentiniani Imperatoris reſcriptum,quo Rauennati Eccleſiæ conceditur, vt ſit Ar-
chiepiſcopatus,& ipſius Eccleſiæ Antiſtites vtantur pallio & omni genere pontificalis decoris: nũ
hæc vera ſint,ad exactam ſunt reuocanda cenſuram. Et vt cuncta poſſint diligentius examinari,
hic primum deſcribendum eſt ipſum Imperatoris reſcriptum, recitatum ab eo qui diligenter res
eius Eccleſiæ eſt proſecutus,Hieronymo Rubeo. ſic enim ſe habet:

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Fl. Valentinianus fidelis Ieſu Chriſti XCI.
Maior Imperator Ioanni viro ſanctiſſimo Archiepiſcopo Rauen. ciuitatis.

C Si Redemptoris noſtri plena pietate clementia dignos ſuæ maieſtatis honorificat ſacerdotes,
& chariſmatum dono clarificat;quanto magis nos,qui ab eius pietate regalia ſupra gubernanda
ſuſcepimus,cultum religionis & reuerentiæ honorificentius debemus impendere,eis maxime quŝ
virtutum experimento Deo cognoſcimus propinquantes: vt inde illis ẽt præſter augmentũ,vnde
eos probabiliter Dei clemẽtiã ... ſalute impetrare confidimus. Ac proinde Imperiali auctoritate
ſancimus,ſanctitatem tuam,& ſanctam tuam Rauẽnatem Eccleſiam,atque vniuerſos poſtea Deo
... Præſules Archieratica dignitate euectam,Metropolitæ decore ſublimandam ſeu Archiepiſco
pali faſtigio ... præponendam. Conſtituimus ſub ſacroſanctæ eius Eccleſiæ ditione ordinatio-
nem totius Aemiliæ noſtræ prouinciæ ciuitatum omnium Deo amabilium Epiſcoporum creatio
nis,id eſt,Sarſenæ,Cæſenæ,Forũ populi,Forum Liuij,Fauẽtiæ,Forum Cornelij,Bononiæ,Mutinæ,
Regij,Parmæ,Placentiæ,Brixilli,Vicohabẽtiæ,Hadriæ,omniũq. monaſteriorũ ſub eius diſpoſitio
ne iacentium,& in eis ſeruientium monachorum. Conferentes ei ob decorem Apoſtolicæ digni
tatis honorem pallij & omnis pontificalis decoris vſum,ſicut ceteri ſub noſtra Chriſtianiſſima po
teſtate ſepe degentes fruuntur Metropolitæ. Condecet enim nos ad honorem ſacerdotis efficaci-
D ter propter .... & maxime vbi ſerenitatis noſtræ præfulget præſentia quatenus ſecuritate ſuffult
ta ſanctitas tua ſanctaq. in perpetuum Eccleſia, cum meritis virtutum,honoris etiam noſtræ ſere
nitatis dono & in poſterum fulgeat. Dat. VI. Id. Ianuar. Rauen.]hactenus priuilegium. quod quŝ
dem antiquitus ſcriptum non negamus,& recentioribus hiſtoricis res Italiæ proſecutis cognitũ
ſcimus,qui de eiſdem Eccleſijs Rauennati Archiepiſcopatui ſubiectis pariter meminere:ſed nũ
æque germanum ſit,hoc differendum eſt.

Imperioſa plane res eſt amor patriæ,immo tyrannus,vt qui ſæpe hiſtoricum cogat ea tueri, XCII.
quæ ſi de alijs dicerentur;procul exploderet:cum & intelligat,quot conciues habeat, tot diros ex
perturum fore cenſores,& inofficioſi querela redargui,ſoi taſſis & patriæ proditorem inſcribi at-
que proſcribi,ſi quod publica ſeruant archiua monumentum,& ciuium omnium ore fertur,in con
trouerſiam reuocare,negare,& imposturæ redarguere vir diſertus & veritatis cultor auderet. Hinc
videas noſtrum Rubeum iure quidem horeſcentem pallium ab Imperatore conferri in eodem pri
uilegio dici,eo a pietate potius quam veritate;ipſum adactũ,vt iſta diceret: Non pallio illo quidẽ
qđ Põtifex Maximus e diui Petri corpore ſumptũ præbere cõſueuit,ſed quodã quaſi paludamẽto
E quo in ciuitate & põpa tum vti ſoli Cæſares conſueuerunt, vniuerſali & perpetua omniũ deinde q.
ſuccederent,Archiepiſcoporum prærogatiua Ioãnem donauit.] hæc ipſe ex pietate potius(parcat,
quæſo)quam veritate. Etenim ne a longe petitis argumentis vtamur:ex Imperatoris reſcripti ver
bis verborum ipſius interpretatio germana quærarur:de quali enim pallio intellexerit,nonne ip-
ſe declarat,cum mox iſta ſubdit? Sicut ceteri ſub noſtra Chriſtianiſſima poteſtate ſæpe degentes
fruuntur Metropolitæ.]Archiepiſcopi quidem,non Cæſares. Si igitur Rauennati Archiepiſcopo
ille conceſſus eſt vſus pallij,quo alij Archiepiſcopi vti ſolerent, plane ipſe Valentinianus declarat
de communi ceteris Metropolitanis pallio intellexiſſe. alias illud dicendum eſſet(ſi volumus de pa
ludamẽto eam debere vocem intelligi)omnes Metropolitanos Antiſtites Imperatoris paludamẽ-
to decoros incedere conſueuiſſe;quo nihil dici poſſit abſurdius.

Cum igitur ex verbis ipſius reſcripti de eo pallio intelligi neceſſe ſit, quo reliqui vti ſolerent XCIII.
Metropolitani:certum eſt nonniſi a Romanis Pontificibus illud Archiepiſcopis fuiſſe ſolitum im
petiri,ab Imperatoribus numquam. Et vt de his nulla remaneat dubitatio; conſtat eſſe profeſſos
Rauennates

Ranennates Epiſcopos, tum pallium, tum alia priuilegia ſe accepiſſe ab Apoſtolica ſede. A
Etenim S. Gregorius Papa in epiſtola ad Ioannem Rauennatem Epiſcopum data hæc inter alia
a Gregor. lib. 3, epiſt. 54.
a: Præceptum beatæ memoriæ deceſſoris noſtri Ioannis Papæ nobis in ſubditis trāſmiſiſtis anne
xum, continens, omnes conſuetudines ex priuilegio prædeceſſorum noſtrorum conceſſas vobis
Eccleſiæq. veſtræ debere ſeruari.]& inferius de priuilegijs a Romana Eccleſia Rauēnati cōceſſis:
Scitote in ſcrinio noſtro de priuilegio Eccleſiæ tuæ ſubtiliter perquiſitum. Et quidem quædam in
uenta ſunt, quæ omnino poſſint fraternitatis tuæ intentionibus obuiare: nihil autem in quo de hu
iuſcemodi capitulis pars veſtræ poſſit Eccleſiæ roborari.]& ad poſtremum: Admoneo quatenus,
niſi deceſſorum meorum munificentia tibi hæc per priuilegium tributa docueris, vt in plateis pal
lium ferre vlterius non præſumas, &c.] hæc & alia plura Gregorius, illud frequenter inculcans, ſic
conceſſum ab Apoſtolica ſede pallium Epiſcopo Rauennati, vt illo non alio modo vteretur, quā
quo vti ſolerent omnes Epiſcopi Metropolitani, quibus idem ab Apoſtolica ſede conceſſum eſſet.
Ceterum neque factum, vt conceſſo ſemel pallio Eccleſiæ Rauennati, illud abſque noua conceſſio-
ne Romani Pontificis superinduerent ijdem Archiepiſcopi Rauennates, ſed ſinguli ſucceſſores il-
b Gregor. lib. 5. epiſt. 8.
lud ſibi concedi ab ipſo peterent Romano Pontifice; quod docet exemplum Maximiani Rauen- B
natis Epiſcopi in locum Ioannis ſubrogati, cum & illud ipſi petenti Gregorius [b] Papa miſit.

XCIV.
Sed quid accidit? Cum Rauennates Epiſcopi aliquando ſchiſmate diuiſi eſſent ab Apoſtolica
ſede, ne ab ea ex conſueto more peterent pallium, tunc putamus vafrum eiuſmodi excogitatū fuiſ
ſe commentum, vt nomine Valentiniani Imp. ſanctio ſcriberetur, qua declararetur & iura Archie
piſcopalia & perpetuum vſum pallij ab ipſo Rauennatibus Archiepiſcopis fuiſſe conceſſa; ac ſic
ipſi, inuitis licet Romanis Pontificibus, pallio vterentur. Mos quidem iſte vetus ſchiſmaticorum
fuit, vt ab ipſa Romana Eccleſia ſchiſmate ſeparati, ad patrocinia confugerent Imperatorum. Id
quidem factum eſſe in hac ipſa, de qua eſt ſermo, conſtitutione Imperatoris, præter illa quæ dicta
ſunt, & alia plura recte ipſam intuenti demonſtrant. Conferat eam diligens inquiſitor cū alijs eiuſ
dem Auguſti ſanctionibus, & videbit certe longe longius ab illis abhorere. Quamnam illius con-
ſtitutionum eo modo incipere deprehendet? Vel quam quis inueniet ipſius vel aliorum Impera-
torum ſancitam conſtitutionem, in qua licet vnus Auguſtorum aliquid ſtatuat, non omnium tunc
regnantium Imperatorum nomina ſimul apponantur? Quid etiam ſibi vult illud in titulo, Maior
Imperator? cur non Maximus, vt omnes ſolebant? cur Maior, quod nullus ſic inſcribere conſueuit? C
Mittamus reliqua; nam in ſingulis ferme verbis eiuſmodi eſſet adhibenda cenſura. Sed ſatis hæc
tibi prudens & ſagax lector, puto ſufficere poſſe; vt etiam tacendum ſit, quod abſque Cōſulibus da
tum reperitur reſcriptum, quod tantæ rei priuilegium conſtitueret. At quæ maximi ſunt momen-
ti ad poſtremum peruestigemus.

XCV.
Quonam modo, rogo, potuerunt ab eodem Imp. hoc tempore tot ei eſſe cōceſſæ Eccleſiæ, quę
in dicto priuilegio nominantur, cum nonnullas ex illis etiam ſub S. Leone Romano Pontifice con
ſtet fuiſſe ſub Archiepiſcopatu Mediolanēſis Eccleſiæ cōſtitutas? Etenim cū ex præcepto eiuſdem
S. Leonis Papæ cogeret Euſebius Mediolanēſis Archiepiſcopus ex ſibi ſubiectis Epiſcopis prouin
cia le Cōciliū, certū eſt ad illud cōueniſſe, atque eidē ſubſcripſiſſe inter alios Epiſcopū Regiēſem,
Epiſcopum Placentinum, & Brixillenſem, qui in dicto reſcripto nominantur inter Epiſcopos Ra-
uennati addictos Eccleſiæ. Extat quidem de his epiſtola Synodalis omniū comprouincialiū Epi
ſcoporū ſubſcriptionibus conſignata, atq; typis excuſa poſt numeratas quinquagintaduas eiuſdē
S. Leonis epiſtolas. Sed ſatis, dices lector, detectas penitus ſentimus impoſturas: iam ex his ad alia
emergamus. Verum ſciant omnes, nihil ob id detractum eſſe nobiliſſimæ Eccleſiæ Rauennati, ſi D
ſpurijs exufflatis, ipſe purus demonſtratus eſt fons primarius, vnde in eam, vt Archiepiſcopali ſe-
de ſit inſignita, & ſacro dotata pallio, priuilegia effluxere, nempe ab ipſa Romana Eccleſia, a qua
& reliqui Metropolitani ſe id iuris conſecutos eſſe, congaudent. Sed ad ſequentis anni res geſtas
oratio reuocatur.

IESV CHRISTI ANNVS 433. SIXTI PAP. ANNVS 2. THEODOSII 26. VALENTINIANI 9. IMPP.

I.
Nouę turbę exagitant Orientalē Eccleſiā.
QVi ſequitur ordine quadringenteſimus trigeſimuſtertius Chriſti annus, nomine Conſulum
Theodoſij Auguſti decimumquartum, & Anicij Maximi inchoatur: quo noui ex veteribus ex
orti turbines Orientalem nonnihil exagitarunt Eccleſiam. Stabilita enim pace vltimo anni ſu-
perioris termino inter Ioannem Epiſcopum Antiochenum atque Cyrillum Alexandrinum: nōnul E
li ex ijs qui Neſtoriū ſectati eſſent, erga eum hactenus procliniores, haud rata habuere quę pactis cō
uentis inter Ioānem atque Cyrillum tranſacta fuerunt; cauſantes nimirum haud ſuſcipiendum in
communionem fuiſſe Cyrillum abſque ſuorum capitulorum damnatione. Rurſum vero aliqui ex
parte Cyrilli in ipſum commoti ſunt, quod de eo accepiſſent, iniquis cōditionibus communicaſſe
cum Orientalibus: Sed quomodo hæc ſe habuerint, audiamus ex Liberato diacono rem geſtā ita
c Liberat. diac. Breuiar. c. 7.
narrante [c]:

II.
Multi queſti de Ioanne, alij de Cyrillo.
Aſcendens ergo Antiochiam Paulus obtulit Ioanni Archiepiſcopo & omni Concilio epiſtolā
Cyrilli. Qui vt cognouerunt eum ſuſcepiſſe fidem a ſe directam, & in eius ſubſcripſiſſe confirma-
tionem, pacem cum eo & eius fecerunt Concilio, damnantes Neſtorium, & ſuſcipiētes Maximia
num, qui pro illo factus fuerat Epiſcopus; dubitantibus adhuc ex eis aliquibus Cyrillo communi-
care, putantibus eum erraſſe, & poſtea veritatem agnouiſſe, & culpantibus Ioannem cur ab eo non
expetierit capitulorum eius damnationem. Ex altera autem parte quidam de Palatio per Eulo-
gium

A gium presbyterum & Apocriſarium Alexandrinæ Eccleſiæ culpauerunt Cyrillum, cur ſuſce-
perit ab Epiſcopis duarum conſenſionem naturarum, quod Neſtorius dixit & docuit. Sed & — *Neſtoriani qd de Cyrillo mẽtiti ſint.*
Valeriano Iconij & Acacio Melitenſi Epiſcopo hoc ipſum de Cyrillo videbatur.] hæc Liberatus.
Porro & illud additum eſt, vt Neſtoriani epiſtolam quamdam nomine Cyrilli confinxerint, qua ſe
palinodiam recantare ipſe ſignificaret, & quæ facta eſſent Epheſi omnino reſcindere: tale fuit per
Neſtorianos diabolicum excogitatum aduerſus S. Cyrillum commentum.

Hæc quidem de Cyrillo longe lateq. in Ocientalibus Eccleſijs diffamata, plurimorum ſancto-
rum virorum animos pulſauere, vt Acacij Epiſcopi Meliteni, Valeriani Iconij, Succeſſi Epiſcopi
Diocæſareæ, atq. aliorum: ſed & perturbauere inſignioris famæ monachos Orthodoxos, & inter a- — a In addit ad Liberat diac.
lios magnum illum Iſidorum Peluſiotam, qui nonnihil infenſe ad Cyrillum hæc ſcripſit [a]:

Oportet te, o admirabilis, inconuertibilem ſemper eſſe, neq. timore prodere cæleſtia, neq. tibi — III.
ipſi contrarium apparere. Nam ſi ea quæ a te nunc ſcripta ſunt, comparaueris prioribus; aut adula- — *Iſidorus quid ad Cyrillum.*
tioni apparebis obnoxius, aut falſitatis miniſter, vana quidem gloria ſuperatus, magnorum autẽ
altercatorum non imitatus certamina, qui omni vita ſua in exilio affligi paſſi ſunt, quam vt peruer-
B ſum dogma vſq. ad aures ſaltem ſuas admitterent.] hæc Iſidorus: eodem ferme argumento & ſu-
perius nominatos Epiſcopos ad eumdem Cyrillum ſcripſiſſe, quæ rurſus Cyrillus ad eos reſcrip-
ſit oſtendunt. At non hoc ſolum ſceleſtiſſimi operati ſunt Neſtoriani; ſed grauius his addiderunt
facinus, cum falſas litteras nomine Philippi Romani prebyteri, qui in Concilio Epheſino honori-
fica functus erat legatione, vulgarunt, quibus ſignificabatur, Sixtum Romanum Pontificem ægro
tuliſſe animo damnationem Neſtorij: quæ quidem audientibus magnum ſcandalum intulerunt.
teſtantur id ipſius Cyrilli litteræ pro ſua defenſione conſcriptæ.

His enim omnibus impoſturis hæreticorum occurrendum fuit Cyrillo Alexandrino, qui pro- — IV.
xime aderat. Quamobrem ad Acacium Melitenum litteras reddidit, plene docens, non aliter quã — b Cyril. epi. 29. & in Act. Epheſ. edit. Pelt. tom. 5. c. 7.
fide Catholica ſalua, ſe cum Orientalibus pacem compoſuiſſe [b]: eſt earum exordium: Res quidẽ
dulcis & admiranda & plurimi facienda eſt fratribus ſalutatio, &c.] His quidem cum quæ ab Im-
peratore Theodoſio, a Ioanne, & alijs, potiſſimum vero a Paulo legato Epiſcopo Emeſeno geſta
eſſent, ſingillatim recenſeat; nihil ſe innouaſſe de his quæ in Concilio Epheſino probata fuiſſent, — *Cyillus Neſtorianorum detegit impoſturas*
pluribus demõſtrat, inſinuatq. Neſtorianorũ conatus, qui cum ſe ab ea pace excluſos videant, om-
C nia ſtudeant perturbare. quo grauius in Eccleſia prœlium excitent: nã poſt multa aduerſus ipſos — c Ibid. epiſt. 29. Cyril.
iſta ſubdit, excogitatas ab eis aperiens impoſturas [c]: Eos (inquit) qui eum ipſis eadẽ ſentire nõ ſu-
ſtinuerunt, flagitioſiſſime dilacerant, & ſanctorũ Epiſcoporum Apologiã (de Orientalib. loquor)
acerbe proſcindunt. Deinde detorquentes eã pro ipſorum libidine ad ea quæ lubet, & nõ recte ſen-
tientes, dicunt eam a Neſtorij vocũ nouitatib. non diſcrepare. Simul autem & nos vituperãt, qua-
ſi ijs quæ olim ſcripſimus contraria ſenſerimus, &c.] vocat Apologiã Orientalium, quam ſupra re-
citauimus eorumdem fidei profeſſionem, quam aduerſarij iactarẽt eamdẽ plane eſſe cum ea, quã
ipſi Neſtorio fauentes olim edidiſſent: ſed quam hoc falſum ſit, idem Cyrillus pluribus aperit.

Ad poſtremum vero quid cauere debeat, his verbis admonet: Si epiſtolam nonnulli circumtu- — V.
lerint, tamquam a religioſiſſimo Philippo Romanæ Eccleſiæ presbytero ſcriptam, quaſi ſanctiſſi-
mus Epiſcopus Sixtus depſitionem Neſtorij moleſte ferat, ipſiq. bene loquatur; nõ credat hoc ſan-
ctitas tua: ſcripſit enim conſona ſanctæ Synodo, omniaq. illius Geſta confirmauit, & nobiſcum cõ-
ſenſit. Si vero a quibuſdam circulata fuerit epiſtola, tamquam a me ſcripta, quaſi eorũ quæ Ephe-
ſi geſſimus pœniteat; contemnatur & hoc. Sumus enim per Saluatoris gratiam adhuc ſana mẽte &
D cooperanti ratione non deſtituti.] hæc ad ſanctum Acacium Cyrillus Alexandrinus de Neſtoria-
norum technis atq. calumnijs. Litteras autem, quas ſe dicit accepiſſe a Sixto, paulo inferius reddi-
turi ſumus: modo Cyrillum his afflictatum anguſtijs conſectemur.

Quod enim ſciret & aliorum aures eamdem peruaſiſſe calumniam, ſcripſit etiam ad has ipſas — VI.
calumnias confutandas idem ſanctus Cyrillus ad Succeſſum Diocæſareæ in Iſauria Epiſcopum: — *Calũmnijs illatis Cyrillus occurrit.*
qua cum de duabus naturis non diuiſe (vt Neſtorius dicebat) ſed indiuiſe & inconfuſe vnitis Ver-
bo pluribus diſputet, & in multis differre profeſſionem Antiochenorum a Neſtorij perfidia itidẽ
palam faciat, vt nec locus calumniæ eſſe poſſit quod in ipſa ſua profeſſione Neſtorij hæreſim con-
firmatit: ad poſtremum de Neſtorianorũ falſis litteris, tum Philippi Romani presbyteri, tum ſui
ipſius nomine ſparſis, admonet, cautumque reddit, ne illis fidem adhibere debeat: atque etiam de — d Cyril. in fine lib. de Incarnat. vnigeniti.
Sixto Romano Pontifice certiorem facit, ſcripſiſſe ipſum conſona in omnib. Epheſino Concilio, &
cuncta quæ in eo acta eſſent ſtabiliuiſſe. eſt eius epiſtolæ exordiũ [d]: Declaratur quidẽ veritas, &c.]

Scripſit & ad Valerianum [e] Iconij Epiſcopum eodem argumento litteras, quas de Incarna- — VII.
tione Verbi exegeſes nominant: in quibus pariter ad finem demonſtrat, quam longe abſit, vt Oriẽ- — e Extat inter Act. Epheſ. edit. Pelt. tom. 6. c. 17.
E tales Epiſcopi, nempe Syri, cum Neſtorio ſentiant, & quam falſo hanc illi calumniã impingere co-
nati ſint. Vnde & eum, vt caute agat, ita in fine admonet: Si qui igitur ſunt, qui illos diuerſa ab his — *Cyrillus monet Epiſcopos vt caueant impoſturas Neſtorianorum.*
ſentire falſo affirmauerint: nulla eorũ dictis fides adhibeatur: verum tamquam impoſtores & mẽ-
daces, ſecundum patrem ſuum diabolum amandentur, ne quando illos qui recte incedere cupiũt,
perturbent. Quod ſi qui epiſtolas concinnatas ab illis exhibuerint, tamquam quæ a viris ſpectatis
editæ ſint; tamquam ſpuriæ & commenticiæ reijciantur.] hæc ad Valerianum Cyrillus.

Sed & ad Dynatum Epiſcopum Nicopolis Epiri ſcripſit hoc eodem anno epiſtolam, qua cum — VIII.
de rebus inter ſe & Orientales tranſactis eum certiorem reddit, mittit quoque epiſtolas ea de cau-
ſa inter ſe & Ioannem vltro citroq. datas, admonẽs, ne pter illas, alias ab alijs euulgatas accipiat.
Fuit & de his ipſis admonendus Apocriſarius eius Eulogius degens Conſtantinopoli, apud quẽ
a nonnullis Palatinis querelæ non leues de ipſo Cyrillo ingeſtæ fuerant (vt dictum eſt) quod duas
naturas in Chriſto, ſicuti Neſtorius, confeſſus eſſet. Ad hunc igitur Eulogiũ, cũ hæc ab eo per litte-
ras Cyrillo ſignificata fuiſſent, litteras ipſe reddidit, quas Commonitorium ad Eulogium nomi-

a Cyril. epi. 30.

nant:in quo hæc ipſo exordio [a]: Expoſitionem,quam Orientales fecerunt,reprehendunt nonnul A li,dicuntq. quod duas naturas nominent,& quod iſtos Alexandrinus tolerauerit,immo laudauerit. Qui vero Neſtorij ſunt,& hunc ita ſapere dicunt,attrahẽtes ad ſe eos qui exactam veritatẽ ignorant. Accuſantibus autem nos,illud dicendum eſt: Non eſſe omnia quæ hæretici dicunt, fugienda & recuſanda:nam multi ex illis ea confitentur,quæ & nos confitemur:vtpote Ariani,cum Patrem omnium conditorem & Dominum eſſe dicunt:an conſentaneum erit, vt ob eam cauſam tales confeſſiones fugiamus? Ita de Neſtorio ſentiendũ. Is etſi duas naturas eſſe dicat,carnis & Dei Verbi differentiam ſignificans(eſt enim & alia Verbi,& alia carnis natura)hoc tamen non ſecundũ vnitatem nobiſcum cõfitetur,&c.] pluribus enim docet,ſic Neſtorium duas in Chriſto prædicare naturas, vt eas inter ſe diuiſas duas pariter perſonas conſtituere aſſeueret, Orthodoxos autem duas in Chriſto ſemel vnitas,non tamen confuſas confiteri naturas, atque vnam tantum conſtituere

b Cyril. epiſ. 30. Nouæ calumnia parantur.

Chriſti perſonam. Cum alioqui a Neſtorianis illam quoque(vt ibi ipſe teſtatur [b]) Cyrillus calũniam paſſus ſit;quod cum diceret duas naturas in vnam perſonam eſſe vnitas, illi iactarent duas naturas in vnum confuſas prædicare cum Apollinari Cyrillum:a qua quidem calumnia cum ibi tum alijs quoque ſcriptis ſæpe ſe ipſe purgauit. B

IX. Ex his igitur quæ dicta ſunt,incubuit Cyrillo,non his tantum ſe ipſum a Neſtorianorum liberare calumnijs,ſed & Ioannem Antiochenum,alioſq. Orientales,quorum probauerat fidei profeſſionem,defendere;quod pluribus ſcriptis quam diligentiſſime præſtitit. Hæ quidem turbæ poſt pacem hoc anno agitari cœptæ ſunt a Neſtorianis in Orthodoxos. Sed quibus armis illi huiuſmodi bellum pararunt? Hæc cum ſcieris,perfacile intelliges ſub quibus hi ſignis militarint: etenim cum eos videris nonniſi calumnijs,fraudibus & impoſturis litteras falſas magnorum virorum nomine adornantes,verbiſq. mendacia mendacijs cõſuentes;cuiuſnam milites ipſi fuerint,probe noſces,nempe miniſtros ſatanæ transfiguraſſe ſe in angelos lucis. Neſcit enim pura religio impoſturas,nec quærit fucos veritas,neque fides Catholica nititur calumnijs & fraudulentijs;graditur libera & ſecura ſinceritas,ſola gaudens comite ſimplicitate.

X. In primis vero quod pertinet ad Sixtum Romanum Pontificem,Neſtoriani ſuis litteris calũniati ſunt,ipſum ægro animo tuliſſe Neſtorij abrogationem:ſed quam id a veritate abhorreret, ipſe S. Cyrillus in teſtimonium veritatis,ad conuincendam Neſtorianorum falſitatem,ad ſe ſcriptas ab ipſo Sixto(vt vidimus)citauit litteras,quas induſtria viri eruditi Antonij de Aquino nobis codex Vaticanus exhibuit,licet mendoſas ſatis:cum vero ſciamus nondum impreſſas, hic ipſas cudendas quam potuimus emendatiores curauimus,præclarum ſane antiquitatis monumentum:oſtenditur enim,quam verum ſit,quod Cyrillus ait,Sixtum magnopere execratum eſſe Neſtorium,& lætatum inita inter Orthodoxos concordia. ſic enim ſe habent: C

Sixtus Epiſcopus Cyrillo Alexandriæ Epiſcopo.

XI. Magna ſumus lætitia alacritatis impleti,poſtquam(ſicut legimus)ex alto nos Oriẽs viſitauit.

** qui*

Sixti epiſtola ad Cyrillum.

Ecce enim ſolicitis nobis,quia * neminẽ perire volumus,ſanctitas tua redintegratum corpus Eccleſiæ ſuis epiſtolis indicauit:redeuntibus eius in ſua membra compagibus,neminem foris iam videmus errare;quia intus omnes poſitos fides vna teſtatur. Lætamur e medio noſtrum, qui hoc opus fecit,ablatum:ſoli ſibi nunc non credet(*Neſtorius ſcilicet*)quod ſenſit & intelligit obfuiſſe: qui contra hunc nixus eſt(*Cyrillus videlicet*)eum profitemur omnibus profuiſſe. Sed conuenit a triſtibus nos ad læta tranſire;quia ipſe cui quæſtio mota fuerat,de Eccleſia vniuerſali mœrore ſublato,tempus nobis præſtitit gaudiorum. Chriſtus denique Deus noſter,quam vere * ſit ſua cauſa,monſtrauit,quando ita res dignatus eſt gubernare, vt tantæ rei & talis iudicium ſeruaret ſuorũ conuentui ſacerdotum. D

** vera*

XII. In vnum congregati Apoſtoli de fide ſæpe tractarunt:in vnum nunc conuenientes Apoſtolici de eius victoria gratulantur. O relatio digna mittente,digna conuentu! gaudij cæleſtis iudiciu[m] tales habere debuit cognitores;& quia res & cauſa depoſcit,locum quoque conuenit intueri. Ad beatum Apoſtolum Petrum fraternitas vniuerſa conuenit:ecce adiutorium congruens, auditoribus conueniens audiendis. Habuerunt coepiſcopi noſtri illum congratulationis teſtem,quem habemus honoris exordium. Sanctæ namque & venerabili Synodo,quam natalis mihi dies, fauente Domino,congregarat,quia ſic credendum eſt,ipſe præcedit;quandoquidem probetur nec ſpiritu nec corpore defuiſſe;adfuit palmæ,qui contentioni non defuit:iuuit animorum vota noſtrorũ, qui videret ſymbolo primo inter Apoſtolos tradito derogari:non paſſus eſt nefandum caput gaudere ſolatijs,nec turbari diu ſicut lutulento gurgite fontis illius perſpicui puritatem. Ad nos reuerſi ſunt frates:ad nos,inquam,qui morbum communi ſtudio perſequentes,animarum curauimus ſanitatem.

Synodus in natali Papæ Sixti habita.

XIII. Non ſe exuli veſtro(*Neſtorio ſcilicet*)ſanctus frater noſter Ioannes addiderat:nõ eius eſt blaſphema prædicatione deceptus. Nam quantum rerum exitus docet,ſuſpendit ſuam ſententiam, non negauit:nam quid in inuentorem malorũ poſſet aliud iudicare,niſi quod probatur ipſe(*Deus videlicet*)per ſacerdotes ſuos,cuius agebatur cauſa,ſentire? Statuerat hoc nimirum de noſtrorum deſertore caſtrorum,quod a ducibus fidei ſuaderet perfidia iudicari:numquam ſe a noſtro numero ſeparaſſet, in quem potuit & reuerti. Exulta frater cariſſime,& ad nos recollectis fratribus, victor exulta:quærebat Eccleſia quos recepit:nam ſi neminem perire volumus de puſillis, quãto magis gaudendum nobis eſt ſanitate Rectorum? Legimus, vna ouis quantum gaudij reportata præſtiterit;& idcirco intelligendum eſt,quid laudis habeat tantos reuocaſſe paſtores:greges aſpiciuntur in ſingulis,nec vnius hic cauſa tractatur,quotiens agitur de ſanitate multorum. Lætamur hic nihil egiſſe nos præcoquum quando fructu noſtræ ſententiæ gratulamur. E

Sixtus Ioannẽ excuſat.

XIV. Suſtinuimus fratres,certi eos non ſpinas,ſed vuas eſſe lecturos:in euidenti eſt noſtrorum vindemia gaudiorum,quæ ſanctam Synodum largitate gratulationis impleuit:vineam ſuam cuſtos

Sixti Pap. tolerantia.

ille cu-

A ille curauit, quem ad cuſtodiẽdam domum Iſrael nec dormitare nec obdormire Dauid Propheta [a] teſtatur. Infœcundum illud Chriſto noſtro nec afferens fructum ſuſcepit flamma ſarmentũ: ſed vt hoc videmus conuenire damnato, ita de reuerſis ad nos fratribus conuenit dicere, quia non potuit a diabolo eradicari plantatio, quam plantauerat Pater [b]. Illum ergo ſibi ignis æternus, hunc poſſeſſoris æterni vinea vendicauit: ut tantum vt Antiochenæ Eccleſiæ ſacerdotem vocari a ſanctitate tua iam nunc venerabilem virum & domnum * gaudeamus: & merito vocatur domnus, qui communem Dominum recognouit, qui incarnationis eius voce Catholica nobiſcum myſterium confitetur.

a Pſal. 120.
b Matth. 15.
* dominum

XV.
* dictionis
De calumnijs in Cyrillum illatis.

Bene nobis breuiter tua fraternitas, quæ ſunt ſuper eodem negotio geſta, narrauit; ſed mirati non ſumus, quod a diſſentientibus in te compoſitam legimus deiectionis * miuriam. Nouimus, frequenter patere calumnijs veritatem, nec tamen vnquã poſſe falſitate ſuperari: votiuæ ſunt ſemper fidem moleſtię prædicanti. his namque cum beatitudine copioſa merces paratur in cælo, quibus propter iuſtitiam maledictiones, perſecutiones, & omne malum præcipitur ſuſtinere. Paſſus es falſitatem, vt victricem faceres veritatem: & ideo nunc inſultandum eſt falſitati, quia nullus pe B rire potuit veritati. Expectamus igitur memorati fratris noſtri Ioannis clericos, & optamus venire: ſcimus ei & pro honore & pro labore tuo dare reſponſum: non eſt (ſicut fratri & coepiſcopo noſtro Maximiano ſæpe iam ſcripſimus) etiam ipſe redeuntibus difficilis aperire ianuam: vt vere, niſi perditionis filius, nemo ſit perditus; ſitque ei maior ſe cauſa fugendi, quod meruit ſolus excludi. Hæc ad venerationem tuam fraternitas mecum ſancta ſcribit, probans tuos in omnibus & confirmans labores; qui tamen graues, aut amari non eſſe potuerunt, quia huic impenſi ſunt, cuius onus leue & iugum ſuaue portamus. Dat. XV. Kalend. Octobris, Theodoſio XIIII. & Maximo Conſulibus.] Extat in eodem codice epiſtola, quam eodem argumento idem Sixtus hoc eodem anno & mẽſe & die ſcripſit ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum, cum eidem congratulatur his verbis:

Sixtus Ioanni Epiſcopo Antiocheno.

XVI.
Sixti Pap. epiſtola ad Ioannem Antioch.

Si Eccleſiaſtici corporis gloriam, ſi eius integritatem dilectio tua conſiderare dignetur, profecto lætitiæ noſtræ non quæret interpretem. Ipſæ namq. euidentiſſimæ res loquuntur, mærorem noſtrum repentino ſancti fratris noſtri Cyrilli in gaudium ſermone conuerſum: tantum hanc ergo ſolicitudinem noſtram uos euaſiſſe delectat, poſtquam reo noſtræ fidei tua fuit ſanitas pœnitendo: C nunc ſe vere exulem, nunc ſe ſentit eiectum. Abundant ei in deſerto ſpinæ, quia deeſt vua quam colligat: hos habet fructus, qui erga vineam Domini noſtram noluit exercere culturã. Credo ad dilectionem tuam rerum curſus & ordo peruenerit, qualiter ei voluimus noſtra admonitione ſuccurrere: retinuimus in præceps euntem, qui erat blaſphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotij qualitatem iuſta lance penſemus, nulli non videbitur Neſtorius ſero damnatus, cui non profuerit debitus ſermo præteritus. Fruamur nunc præſentibus bonis, nec diu hæreamus in triſtibus, quibus Dominus gaudere conceſſit.

XVII.
* excedant
De litteris Ioannis Romã miſſis ad Sixtum.

Audiuit vniuerſa fraternitas, quæ ad natalis mei conuenerat diem, qualiter bono humani generis, Apoſtolicæ ſedis me præſide gratulentur: excedens * licet meritum meum, & extra me hæc eſſe cognoſcam, exordium tamen tui ſermonis gratus accipio; quia non eſt tibi controuerſia perferenda, qui Chriſtum Dominum noſtrum bono humani generis, ita vt natus eſt, confiteris: ſubſequenter Eccleſiæ addis Luciferum & vbiq. lucentem: ſed & nunc vos, immo omnes qui lucis illius ſignum fronte geſtatis, Luciferos confitemur: ſint ergo omnes fide prædicantes Domini ſacerdotes Luciferi & vbiq. lucentes: ſit & Neſtorius ille Lucifer, de quo ſcriptum eſt [c]: Cecidit Lucifer, D qui mane oriebatur: cecidit, ſed ſuperbiens cecidit, ſed eliſus cum aſcendere diſponit in cælum, & ponere ſuper cæli ſidera ſedem ſuam, & promittit Altiſſimo ſimilem ſe futurum. Ille ad ſimilitudinem ſe aptabat Altiſſimi: iſte in ſuam ſimilitudinem vocabat Altiſſimum: hominem namq. natũ eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis myſterium, & illud euacuans, immo illud impugnans, quo ſecundum ſymbolum fides & ſalus noſtra ſubſiſtit.

c Iſa. 14.

XVIII.
Quam tuta ſides Apoſtolicæ ſedis.

Non eſt certandi iam tempus: hoſte proſtrato, tranſeundum nobis ab his eſt quæ bella mouerunt: importunum eſt victoriæ tempore adhuc de prœlijs diſputare. Quæ hic euidentior rerum fides, quæ ratio maior poteſt eſſe, quam vt palma fruamur, auctore Domino, atq. bono iucundo, qa in vnum [d] fratres rurſus cœpimus habitare? Hæc ſanctitatem tuam volumus prædicare, quæ ſcribis: expertus es negotii præſentis euentu, quid ſit ſentire nobiſcum. B. Petrus Apoſtolus in ſucceſſoribus ſuis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab eius ſe velit ſeparare doctrina, quem ipſe inter Apoſtolos primum Magiſter edocuit? non hunc auditus per alterum, non ſermo lectus inſtruxit: doctus eſt cum aliis ore doctoris; non ſcripturæ, non ſcriptorum paſſus eſt quæſtionem; abſolutam & ſimplicem fidem, & quæ controuerſiam non haberet, accepit; quam vtique meditari ſemper, & in E qua manere debemus, vt ſenſu puro ſequentes Apoſtolos inter Apoſtolicos eſſe mereamur. Non parum nobis oneris, non laboris incumbit, vt Eccleſiæ Domini macula deſit & ruga.

d Pſal. 132.

XIX.
Commendatio ſtudij Impp. erga religionem.

Quam ſuper hoc eſſe ſoliciti nos debeamus, clementiſſimorum & Chriſtianſſimorũ Regũ cura teſtatur. Aſpice, frater cariſſime, cæleſti negotio quam ſe vigilanter impenderint: cogitationum ferias neſciuerunt: nec dignati ſunt terrena curare, niſi cæleſtibus paruiſſent. Quoties Apoſtolicã ſedem, quoties diuerſos fratres eorũ ſermo cõmouit, impenderunt ſe eius negotio. Quis eorũ vnquam negauit Imperio? ſciunt ſe illi fœnerare ſolicitudinem ſuam, qui eã cum grandi reddat vſura: de qua re nos conuenit gloriari, quia cæleſtẽ Regem videmus fœderatos Reges habere terrarũ. Intelligunt (ſicut ait Dauid [e]) & eruditi ſunt qui iudicant terram; quando (ſicut dicit alibi [f]) ipſi & omnes populi laudant nomen Domini. Ergo quia vna (ſicut dicit Apoſtolus [g]) fides eſt, & vincentes obtinuit, dicenda credamus, & tenenda dicamus; nihil vltra liceat nouitati, quia nihil adiici cõuenit vetuſtati: dilucida & perſpicua maiorũ credulitas nulla cœni permixtione turbetur. habet probatũ nobis virũ fratrẽ & coepiſcopum noſtrum Maximianũ Cõſtantinopolitanæ Eccleſię

e Pſal. 2.
f Pſal. 148.
g Ephel. 4.

 ſacerdotem

ſacerdotẽ, diuino illic iudicio conſecratũ: vt ægritudinis morbum, quem aſtutiæ venena ſopitis in A
fuderãt, ſuperet ſimplicitatis dulcedo ſuccedens; qui non illic aliud, quã credimus, poterit prædica
re, niſi quod a deceſſoribus meis nobiſcum poſitus frequenter audiuit. Dat. XV. Kal. Octobrium,
Theodoſio XIV. & Maximo Coſſ.] Ex his igitur omnibus quam perſpicue confutantur Neſtoria
norum calumniæ de Sixto Pontifice ſparſæ, quod depoſitionem Neſtorij animo infenſo tuliſſet.

XX. Sed quod ſuperius demonſtratum ſit, complures fuiſſe qui Cyrillo minime inhęreſcerent, neq.
cum Ioanne Antiocheno Epiſcopo participationem aliquã habere vellent, ſed ſeorſum abſq. capi
te Synaxes agerent: nouã ex ijs ſectam eſſe conflatam, quã Acephalorum nominauit antiquitas, Li
beratus diaconus exiſtimauit [a]. Ceterum receptior illa ſententia eſt, vt nonniſi poſt Chalcedonẽ
ſe Conciliũ Acephali hæretici cœpti ſint nominari: teſtatur id inter alios Leontius Scholaſticus
[b]. Subdit autẽ Liberatus: Tunc & Enoptius Ptolemaidis Pentapoleos regionis Epiſcopus accipiẽs
exemplar litterarũ Theodoreti, qui ſcripſerat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cy
rillo, vt reſponderet ad ea, & ſua capitula exponeret. Quod gratiſſime ſuſcipiens Cyrillus, fecit ex-
poſitionem capitulorũ ſuorũ, & ad interpretationẽ duodecim addens expoſitiones, quo videretur
plenam pro eis reddere rationẽ. Itaq. Cyrillo ſuſcipiente & defendente fidẽ Orientalium Epiſco- B
porũ, & ſua capitula exponente, pax & vnitas Eccleſijs reddita eſt. In qua pace gaudente Eccleſia,
inimicus pacis æmulus veritatis non quieuit aduerſus eã mouere vaſa ſua, & ſuperſeminare ziza-
nia,] hactenus Liberatus: quæ vero his ſubdit, nos ſuo loco dicemus. Quantum autem fuerit neceſ
ſaria eiuſmodi poſterior Cyrilli interpretatio, inde colligere potes, quod Theodoretus [c] in epiſto
la ad Domum Antiochenum, quantum ijdem Syri Epiſcopi ad ea demolienda laborauerint, tra-
dit his verbis: Sunt enim (inquit) iuxta morem conſuetum Synodi pluſquam quinquaginta Syno-
dica Geſta & ſcripta, quæ duodecim capitulorum damnationem oſtendunt.] hæc ipſe: vt non mire
ris, ſi ad pacis ſoliditatem voluerit poſterioribus ſcriptis Cyrillus cuncta penitus elucidaſſe.

XXI. Quod vero, damnato licet vbiq. Neſtorio, & in vnam ſententiam Occidentalibus Oriẽtalibuſ
que conuenientibus Epiſcopis, nonnulli nihilominus pro eodem Neſtorio certamen inſtaurarint:
non aliunde his fiducia creuit, quam quod cum Neſtorio mitius actum eſt. nam apud Antiochiã
in monaſterio ſuo S. Euprepij nominato libere agere, & cum omnibus quos vellet, conſuetudinem
habere permiſſus eſt, qui ob execrabilem hęreſim longe longius extra Romanum orbem depor-
randus erat, vt factum eſt poſtea, ſero tamen; nec niſi poſt inflicta a Deo flagella. Qui enim iſta po- C
ſtremis votis monentem ſanctæ memoriæ Cæleſtinum non audierat Theodoſius Imperator de lõ
gius relegando Neſtorio, diuinam in ſe iracundiam concitauit. Sicut enim cum huiuſmodi hære-
ſis defenderetur, luctuoſiſſima clades illa inflicta eſt (vt vidimus) Romano Imperio, cum Roma-
nus exercitus in Africa magno dedecore Romani nominis & Catholicæ fidei penitus profligatus
eſt, cum vicerint barbari Orientalem & Occidentalem Romanos exercitus, & Ariani Catholicos
ſub iugo miſerint: ita nunc (o mirandum!) cum fineretur damnatus Neſtorius liber inter Catho
licos agere, Conſtantinopolitana ciuitas portentoſa affecta eſt clade hoc ipſo anno, cum triduano
incendio magna eſt ex parte conſumpta.

XXII. *Incendium vrbis Conſtantinop.* Sub huius enim anni Conſulibus hæc S. Proſper in Chronico: Maxima vrbis regiæ pars Septẽ-
trionalis per tres dies incẽſa, collapſaq. eſt menſe Auguſto.] hæc Proſper, eadem quoq. & Marcelli
nus [d]. Socrates [e] id ipſum affirmat ſub iiſdem anni huius Conſſ. accidiſſe, incendium quidem tale,
quale nunquam antea viſum auditumve fuerat; ſed ait biduo perduraſſe, cum ſcilicet vehemẽtio-
ribus graſſaretur augmentis. Verum quod Nouatianorum baſilica non conflagrarit, miraculo
tribuit Pauli tunc temporis Epiſcopi Nouatiani Socrates ipſe Nouatianus: ob eamque cauſam D
addit a Nouatianis celebrari ſolitam anniuerſariam diem eius liberationis XVII. Kal. Septẽbris.
Ceterum nulla vmquam fuiſſe vel eſſe potuiſſe miracula hæreticorum, ſæpe ſuperius demonſtratũ
eſt, & leuiſſimam nulliuſq. momenti eſſe fidem hæretici hominis ſectæ ſuæ hominibus miracula
adſcribentis. Porro quod ad incendium ſpectat; iſta & alia mala commeruiſſe pati regiam ciuitatẽ
affirmari poſſe videtur, quod aduerſus Epheſinum Concilium qui erant rerum arbitri Neſtorio fa
uiſſent, & damnato licet complures ipſorum fauere non deſinerent: ſiquidem ex litteris eiuſdẽ Ne
ſtorij Euagrius [f] narrat, toto quadriennio poſt damnationem, in dicto S. Euprepij monaſterio va
riis ipſum eſſe affectum honoribus, & plurimis donatum pręmiis. Quomodo autem, ſero licet, poſt
ſequentem annum in Oaſim inacceſſam ſolitudinem fuerit deportatus, ſuo loco dicemus.

XXIII. *Sixtus Pap. ordinat Petrum Chyſologũ Epiſcopum Rauennatem.* Sed quid hoc anno in Occidente? Cum Rauennates Romam veniſſent ad Sixtum Romanum
Pontificem cum decreto electionis Rauennatis Epiſcopi, quem in locum Ioãnis nup defuncti ſub-
rogandum elegerant, præter ſententiam Sixtum renitentem inuenerunt; qui a S. Petro Apoſtolo p
viſum ſibi apparente vna cum S. Apollinare ſuo diſcipulo, primo eius Eccleſiæ Epiſcopo, quem or-
dinare deberet, admonitus ante fuerat. Cum interea accidit, vt S. Cornelius Forocornelienſis Epi- E
ſcopus vna cum ſuo diacono Petro nomine inuiſeret ipſum Sixtum Pontificem: qui intuens Petrũ,
ipſum plane illum eſſe cognouit, quẽ Princeps Apoſtolorum in Rauennatem Epiſcopum fore ordi
nandum oſtenderat. Moxq. iubet Rauennates adeſſe, & qui inſtituẽdus eſſet ipſorũ Eps docuit, nẽ
pe diaconũ Forocornelienſis Eccleſiæ Petrũ: ſed reſiſtentib. illis, ac reclamãtib. haud moris eſſe ex
alterius Eccleſiæ clero aſſumi aliquem in Eccleſiæ Rauennatis Epiſcopum, compulſus Sixtus fuit
ea de re diuinum conſilium aperire, & viſionem illã acceptam notam facere Rauennatib. qui tan-
dem acquieſcentes Pontifici, cunctis rite peractis, gaudentes cum Petro a Sixto ordinato Epiſcopo
reuerſi ſunt; ſicq. dilucide declaratũ eſt, nonniſi a Deo electũ fuiſſe, quẽ admiranda morum ſan
ctitudo & doctrina inſignis mirifice cõmendarunt. hæc prodita ſunt ex antiquis Rauennatis Eccle
ſiæ monumentis, q̃ vir diſertus Hieronymus Rubeus cõmentario edito egregie illuſtrauit. Porro
quod ad ipſius Petri tyrocinium pertinet & educatorem ſuum Cornelium, hæc ipſe Petrus aliquã
do pro concione locutus eſt: Cornelius namque memoriæ beatiſſimæ, vita clarus, cunctis virtutũ
titulus

a Liberat. diac. Breu. ca. 9 in fin.
b Leont. libr. de Sect. ſect. 5. tom. 9. Biblioth. ſanct.
c Theod. epiſt. 112.
d Marcellin. in Chron.
e Socrat. libr. 7. c. 38.
f Euagr. li. 1. c. 7.

Digitized by Google

A titulis vbique fulgens,operum magnitudine notus vniuerſis,pater mihi fuit;ipſe enim me per Euãlium genuit:ipſe pius pijſſime enutriuit:ipſe ſanctus ſanctam inſtituit ſeruitutem:ipſe Pontifex ſacris obtulit & conſecrauit altaribus.& ideo mihi carum colendumq.Cornelij nomen.Amor ergo cognominis me compellit Cornelienſis Eccleſiæ deſiderijs deſideranter occurrere,&c.]hæc de Petri primordijs,reliqua inferius ſuis locis.

XXIV. Pelagij hęreſis ſub Catholico nomine clam ſerpit.

Hoc itẽ anno ſanctus Proſper reuiuiſcenti in Occidente & clanculo ſerpenti hæreſi Pelagianæ ſe validis ſcriptis oppoſuit. Periculoſum quidem in Eccleſia bellum excitari videbatur non ab hoſtibus,ſed ab ijs qui Catholico nomine in Eccleſia verſarentur,immo & magna cum laude aduerſus Pelagianos errores valeotioribus telis pugnaſſe viſi fuiſſent.Quis enim caueret hoſtem,quem in caſtris Fidelium militantem in hoſtes ieciſſe iacula peruidiſſet? Tale quiddam hoc tempore accidit in Eccleſia.Cum enim(vt ſuperius dictum eſt) Ioannes Caſſianus presbyter Maſſilienſis Eccleſiæ,aduerſus Neſtorium,diſertum atque perutile de Incarnatione Domini commentarium edidiſſet,eodemq.volumine Pelagium atque Pelagianos velut eius hæreſis primos auctores vehementer exagitaſſet:factum eſſe viſum eſt nonnullis,vt calumniæ loco duceretur,quod a Catholicis vi- B ris vt Proſpero & alijs,ipſe Caſſianus Pelagianæ hæreſis in crimẽ adductus eſſet,ac proinde editas ab eo Collationes Patrum abſque erroris ſuſpicione Fideles incaute legerent abſque delectu, vtpote viri Catholici,cuius cuncta eſſe Catholica exiſtimarent: vnde accideret,vt ijdem neſcientes efficerentur ea ſaltem ex parte Pelagiani,qua aduerſus gratiam ab eo liberi arbitrij vires prædicarẽtur.His igitur latentibus malis vt occurreret S.Proſper,aduerſus Collatorem librum hoc anno cõſcripſit,& quidem eruditiooe inſignem,quo & veoena produntur,& aduerſus ea antidotum præparatur.

XXV. [a] Proſp. contra Collat.præfat. Proſper detegit inſidias Pelagianorum.

Id quidem hoc ipſo anno ſanctum Proſperum præſtitiſſe,ipſius teſtificatione liquet. Etenim cum in operis præfatione annos numeret [a] viginti & amplius,nempe exactos,Quo(inquit)contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies huius viri ductu,*nempe ſancti Auguſtini*,pugnat & vincit.] idemq.tempus illud numerare incipiat ab anno Concilij Carthaginenſis, in quo primum Cæleſtius damnatus eſt,vt quæ ſubdit ipſe declarant,& docent ea quæ de ortu eius hæreſis in Chronico profitetur , ducens eiuſmodi annorum numerum a Luciani Conſulatu , qui eſt annus Domini quadringenteſimus decimustertius: plane conſtat dictum numerum annorum viginti in hunc ip- C ſum annum deſinere,quo Conſulatum geſſit Theodoſius Auguſtus decimumquartum cum Maximo,quo ipſe S. Proſper in Chronico eiuſdem Ioannis Caſſiani honorifice meminit verbis iſtis:Ioãnes monachus,cognomento Caſſianus,inſignis & facundus ſcriptor habetur.]quibus ſane verbis eum adhuc vita ſuperſtitem fuiſſe ipſe declarat:vt plane intelligas,cum Gennadius ait, eum poſt ſcriptos libros contra Neſtorium finem viuendi feciſſe,ſignificare voluiſſe,nihil prætcrea, ſuperueniente morte,ab ipſo ſcriptum fuiſſe.perueniſſe ipſum quidem ad annum Domini quadringenteſimum trigeſimumquintum,Trithemius tradit,cui tamen haud inuiti conſenſerimus.Certe quidem ſanctum Proſperum redarguiſſe Caſſiani adhuc viuentis ſcripta,non ſolum quæ in Chronico tradit oſtendunt,ſed & quæ habet in fine operis manifeſte declarant,his ſcilicet verbis de Caſſiano & alijs ſancti Auguſtini reprehenſoribus agens [b]: Quorum tamen, dum adhuc non ſunt a fraterna ſocietate diuiſi,toleranda magis eſt intentio,quam deſperanda correctio; donec Dominus per Eccleſiæ Principes,& legitimos iudiciorum ſuorum miniſtros, hæc quæ per paucorum ſuperbiam & quorumdam imperitiam ſunt turbata,componat.]hæc Proſper,cum perorat: quibus intelligis Caſſianum inter Catholicos profeſſores adnumeratum.

[b] Proſp.aduerſ. Collat.in fin.

XXVI. Proſper Sixtũ Pont. excitat in Caſſianum. [c] Aug.epiſt.105.

D Per Sixtum autem Romanum Pontificem S.Proſper perfici quod optare ſe dicit,paulo ſuperius ſignificauit his verbis:Confidimus Domini protectione præſtandum,vt quod operatus eſt in Innocentio,Zoſimo,Bonifacio,Cæleſtino,*Romanis prædeceſſoribus Pontificibus*,operetur & in Sixto:& in cuſtodia Dominici gregis hæc ſit pars gloriæ huic reſeruata paſtori,vt ſicut illi lupos abegere manifeſtos,ita hic depellat occultos:illo auribus ſuis doctiſſimi ſenis(*nempe Auguſtini* [c]) inſonante ſermone,quo collaborantem ſecum hortatus eſt,dicens : Sunt enim quidam iuſtiſſime damnati,qui impietates adhuc liberius defendendas putant:& ſunt qui occultius penetrant domos;& quod in aperto clamare iam metuunt,in ſecreto ſeminare non quieſcunt: ſunt autem qui omnino ſiluerunt,magno timore compreſſi,ſed adhuc corde retinẽtes quod ore iam proferre nõ audent,qui tamen eſſe poſſunt fratribus ex priore ipſius dogmatis defenſione notiſſimi. Proinde alij ſeuerius coercendi,alij vigilantius veſtigandi:alij tractandi quidem lenius , ſed non ſegnius ſunt docendi,vt ſi non timentur ne prodant,non tamen negligantur ne pereant.]hucuſque recitat Proſper S.Auguſtini verba ſcripta olim ad Sixtum ipſum cum presbyter eſſet, quibus opportune eum in hos occultos Pelagianos inſectandos inflammat.Quid autem Sixtus egerit,incertom eſt: E caremus enim eius Pontificis ſcriptorum monumentis,quæ & aduerſus Neſtorianos quoque fuiſſe edita vidimus.Conſtat tamen eiuſmodi Proſperi ſcriptionem effectu minime caruiſſe.

XXVII. Caſſiani ſcripta purgata.

Siquidem Proſperi admonitione illud in primis factum eſt,vt Caſſiani ſcripta cautius legerentur & corrigerentur, potiſſimum vero Collationes ipſæ:quæ cũ valde proficuæ eſſe cognoſcerẽtur vitam Chriſtianam exultiorem ſectantibus;ne pro medela ipſos haurire ex eis venenum contingeret,a nonnullis emendatæ fuiſſe reperiũtur.Primum quidem omnium id præſtitit S.Eucherius, Lugdunenſis tunc Eccleſiæ presbyter,cum Caſſiani opera compendioſe ſeligens,quæ vtilia viderentur in epitomen accurate redegit;haud enim dubium,a Catholico viro nonniſi Catholica ſelecta fuiſſe.teſtatur id quidem Gennadius & ipſe Maſſilienſis presbyter,qui ſanctitatis titulo ſuũ Caſſianum ſic exornat his verbis [d]:Sed & S.Caſſiani quædam opuſcula lato tenſa ſermone, idem Eucherius anguſto verbi reſoluens tramite,in vnum coegit volumen.] hæc Gennadius eiuſdem farinæ cum Caſſiano;qui ne diceret,erroribus confutatis Eucherium expurgando contraxiſſe opera Caſſiani,latum ſermonem circumcidiſſe prætexuit.

[d] Genn.de Vir. illuſtr.c.63.

XXVIII.
a Caſſiod. Inſtit. diuin. lect. c. 29.
Expurgatores Caſſiani.
b Ado in Chron. an. 435. in fin.

Quod autem in Gallijs Eucherius, id ipſum, nempe Caſſiani Collationum expurgationē Vi- A
ctor in Africa præſtitit; de quo iſta Caſſiodorus [a]: Caſſiani dicta Victor Martyritanus Epiſcopus
Afer, ita Domino iuuante, purgauit, & quæ minus erant, addidit, vt ei rerum iſtarum palma meri-
to conferatur: quem inter alios de Africæ partibus cito nobis credimus eſſe dirigendum.]hæc Caſ
ſiodorus: ſed putamus ipſum ſpe fruſtratum, non accepiſſe; ſiquidem Ado [b] Viennenſis Epiſco-
pus, ab ipſo Caſſiodoro id operis, vt Caſſianum corrigeret, elaboratum affirmat, dum ait: Opera
illius a Catholicis cautiſſime legenda, maxime de libero arbitrio & gratia: ſed & Encratitarum hę
reſi incautius fauit. Errores illius Caſſiodorus Rauennatum Senator purgare volens, non ad ple-
num omni ex parte potuit.]hæc ipſe Ado. Sed numquid Augiæ ſtabulum liber ille, qui tot ſcopis
emundari non valuit?

XXIX.
Gennadius nimis fauet Caſſiano cõtra S. Proſperum.

Falli certo ſcias, qui ex eo, qui præ manibus habetur Collationum liber Caſſiani, defendunt ip
ſum fuiſſe omni ex partę Catholicum, vt videre potes in appendice ad Caſſianum Romæ editum;
perinde atq. ſi quis cum aliquem videat eſſe ſanum, ex eo numquam antea ægrotaſſe velit aſſere-
re. morboſum quidem olim fuiſſe volumen illud, ex medicorum in eo impenſa diutius arte certo
certius intelligere potes. Niſi libeat auſcultare Gennadium æq. Pelagianum, Caſſianum excuſan- B
tem, Proſperum vero damnantem his verbis: Legi & librum Proſperi in perſonam Caſſiani aduer
ſus opuſcula Caſſiani ſub perſona Collatoris, quæ Eccleſia Dei ſalutaria probat, ille infamat noci
na. Quæ enim vere Caſſiani & Proſperi de gratia & libero arbitrio ſententiæ fuerunt, in aliquibus
ſibi contrariæ inueniũtur. Hic etiam Proſper poſt obitum beati Auguſtini librorum eius contra
hæreticos inimicos gratiæ Chriſti defenſor extitit.]hæc quidem Gennadius: ſed dum Proſperum
damnat, abſoluit; & dum Caſſianum abſoluit, damnat. Etenim ſi Proſper impugnat Caſſianum, &
defendit Auguſtinum, plane refragante illi ſancto Auguſtino, Caſſianum condemnat, & defenden
tem Auguſtinum S. Proſperum abſoluit. Sed an verum ſit, quod collega Gennadius ait, Eccleſiam
Dei probaſſe opuſcula Caſſiani vt Catholica, quam (inquit) vt nocua Proſper infamat. Gelaſij cē-
ſuram conſule, qua eadem Caſſiani opuſcula inter apocrypha, vt minime Catholica, reijciũtur. At
de Caſſiano hactenus.

XXX.
Cõciliũ Rom. in cauſa Sixti.

Ad finem præſentis anni, nempe menſe Decembris, euolutis iam anno vno & menſibus octo a
creatione Sixti Romani Pontificis (vt habent res geſtæ Romanorum Pontificum) celebratum eſt
Romæ Concilium in cauſa eiuſdem Sixti Papæ, cum ab Anicio Baſſo Exconſule turpi calumnia C
exagitatus eſt; cum ipſe Pontifex ſponte voluit ſuam iudicari in Synodo cauſam. Repetiũtur quæ
dam Acta eius Concilij nimia antiquitate corrupta atque vndiq. deprauata; quæ, ne quid habeat
quod deſideret, & aliunde cogatur petere lector, hic addenda putauimus. Quorum cum diuerſa
ſint exemplaria, in aliquibus eorum præpoſiti habentur Conſules atq. dies, ſed mea ſententia aſci-
titij, quippe qui notatum habeant diē ſexto Kalend. Septembris anni quadringētesimi & quadra
geſimi, qui contigit poſt obitum ipſius Sixti, nimirum ſub Conſulatu Valentiniani & Anatolij, qui
bus Romanum Concilium de expurgatione ipſius Sixti in eis legitur congregatum, in quo & ſex-
to Kalend. Septembris condemnatio facta ponitur eius accuſatorum. Reddamus nos hic ea; quæ li
cet mendoſiſſima reperiantur, facta tamen collatione aliorum exemplarium cum ijs quæ haben-
tur typis excuſa, hic tibi ea pene emaculata, vtinam ita & in omnibus æque vera, deſcribimus:

XXXI.
Acta de accuſatione Sixti Pap.
* Argianum
* turbauit ira

Valentiniano & Anatolio viris clariſſimis Conſulibus, Creſcentius quidã ex nobilibus timens
Dęum, quas compoſuerat per annos vitæ ſuæ, omnes facultates ſuas Eccleſiæ reliquit, & in integro
Eccleſiam fecit heredem atq. inſtituit. In qua dimiſit prædium in partibus Siciliæ, quod nomina-
tur Aegianum *, quod præſtat ſolidos ſeptingentos. Secus hoc prædium proximum nõ longe erat D
prædium Mariniani. Veniens autem in vrbē Romam Octauius ſeruus Mariniani, inſinuauit Mari
niano, & laudauit prædium Eccleſiæ. Tunc Marinianus perrexit ad Epiſcopum vrbis Romæ Six-
tum, & cœpit rogans poſtulare ab eo fundum Eccleſiæ ſupradictũ. Reſpondens Sixtus Epiſcopus
vrbis Romæ, dixit: Nihil ex meis redditibus, cariſſime fili, accreuit Eccleſiæ, vnde pauperũ ſenecta
ſubleuari deſiderat: nec veni Eccleſiam ſubuertere. Hoc audito Marinianus tabuit* intra ſe ipſum
& diſceſſit. Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus diues
ſic nutritus fuerat quaſi in domo Baſſi Exconſulis: hic venit ad Sixtum Epiſcopum, & cœpit roga
re eum, vt ingenuitas eius ſeruaretur per Eccleſiã. Veniens autem Sixtus Epiſcopus vrbis Romæ
ad Baſſum, cœpit rogare eum de ingenuitatis monumento. Tunc iratus Baſſus reſpondit ad Sixtũ
Epiſcopum: Nemo iudicauit dominum ex conſilio ſerui. Mane miſit, & vniuerſa prædia eius occu
pauit. Exiens autem Sixtus Epiſcopus, venit ad Valentinianum Auguſtum, & cępit rogare eum de
ingenuitate Epiphanij, tantum vt chirographo Auguſti munitus per Eccleſiam vindicaretur. Et cę
pit ſtudioſe (ſicut decet Eccleſiam ſemper) ſubleuare grauatos.

XXXII.
* quaſi
Parta calumnia aduerſus Sixtum.

Iratus aũt Marinianus de his quæ ſupra dicta ſunt, venit ad Baſſum, dicens quædã* de malitia E
Sixti Epiſcopi, & quod per Petrum audierat ſeruum Sixti Epiſcopi, quod conſecratam ſtupraſſet.
Conſilio inito, cœperunt ambo accuſare eũ apud Auguſtũ Valentinianum: ita vt accenderetur Au
guſtus & mater eius furore: & ſuſpenderunt ſe inuicē a cõione. Sixtus aũt Epiſcopus vrbis Romæ
ſciens omnia quæ de eo ad Auguſtũ intimabantur, & quia a cõmunione multus populus Roma-
nus ſe ſeligeret, venit ad baſilicã B. Petri Apoſtoli, & fecit quaſi ſupraſcriptum verbum, & per Leo
nē diaconũ populo enarrabat dicens: Si delicta mea contra me ſunt ſemper, probatio quare nõ ſit?
Et cępit oĩs plebs vrbana clamare, vt dicta eius Auguſtus & clerus Vrbis Romę ꝓbaret examine.

XXXIII.
Iudiciũ de Sixto Pontifice.
* conſeſſu
* comprobent

Audito hoc Auguſtus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et iuſſit fieri ſecundum dicta, & cõgre
gauit vniuerſum Senatum vrbis Romæ, & Sixtus Epiſcopus congregauit presbyteros vrbis Romę
& clerum, necnon & monaſteria ſeruorum Dei. Et ſederunt in vno conflictu * in baſilica Helenia
na, quæ dicitur Seſſorianum Atrium: & cœpit ſtudioſe clamans dicere ad Auguſtum: Intrent qui
ſeparauerunt filium a matre Eccleſia, & corroborent* vniuerſa velamina cordis ſui. Auguſtus aũt
Valen-

Digitized by Google

A Valentinianus racebat. Reſpondit Leo diaconus,& dixit: Iuſta petitio non abſcondatur. Erant au
tem ibi Patricij Exconſules iſti, Paterius Exconſul, Anatolius Exconſul, ipſe Baſſus Exconſul, &
Marinianus Patricius Sigiſuultus, Patricius, Honoratus Patricius, Fronteius Expræfectus: & Aduo
cati iſti, Quintus, Deuterius, Alexander, Heliocarus: presbyteri autem Romæ omnes quadraginta
octo *, diacones quinque. Introiuit autem Epiphanius presbyter,& dixit: Quamquam in meo * nouem
arbitrio ſit, iudicer, an non iudicer: tamen in meo iudicio non abſcondatur veritas. Reſpondit Au
guſtus Valentinianus,& dixit ad Baſſum: Confitere publice vniuerſas intimationes tuas: quoniã
ſi non probaueris, eris obnoxius Eccleſiæ & Pontifici: nam & damnatio tibi commanet. Et iterum
Auguſtus dixit ad Maximum: Parens Maxime, iuſta fuit poſtulatio tua. Leuauit ſe Auguſtus,&
dedit in arbitrio Sixti Epiſcopi, iudicare iudicium ſuum. Et diſceſſerunt cum Auguſto omnes. Et
erat ſicut in priſtinum vnita Eccleſia, vt cum gaudio & ioco diſcederet Valentinianus Auguſtus a
Sixto Epiſcopo, inſultans Mariniano & Baſſo.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros vrbis Romæ,& ſedit in eodem loco, vbi conſi- XXXIV.
ſtebat Auguſtus,& fecit commune Concilium,& damnauit Baſſum & Marinianum, ita vt in com *Damnatio Baſ*
B mune ambos ſimul ſubleuaret: & miſit auctoritatis munimen ſuper omnes Epiſcopos. Audientes *ſi & Marinia*
hoc Baſſus & Marinianus, cœpit Baſſus grauiter ferre, Marinianus deſidere; ita vt Baſſus prædia *ni.*
ſua, quæ compoſuiſſet per omnes annos vitæ ſuæ, omnia Eccleſiæ derelinqueret, vt ad communio-
nem admitteretur,& non ſubleuaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicens: Scriptũ
eſt in verbis Euangelicis [a]: Dimittite,& dimittetur vobis. Hoc cum audiret Sixtus, dixit: Scriptũ a Luc. 6.
eſt in Euangelicæ doctrinæ verbis [b]: Qui peccauerit, in hoc ſæculo dimittetur ei: qui autem pec- b Matth. 12.
cauerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc, neque in futuro. Et * eos reuocauit * Nec
ad communionem, ita vt de hoc ſæculo ambo ſic tranſirent. & damnauit eos ſexto Kalendas Se-
ptembris: ita tamen, vt Sixtus Epiſcopus ſedens in ſede ſua ſic iudicaret, dicens & proferens Euan
gelica verba per eamdem doctrinam, dicens [c]: Non eſt ſeruus ſupra dominum, neque diſcipulus c Ioan. 13.
ſuper magiſtrum. Et quia dixerunt Baſſus & Marinianus, quod ſcorti aſſumerent negotium, rele-
git Euangelia in loco vbi ſcriptum eſt [d]: Sedente Ieſu & ſcribente digito in terra,& quia non in- d Ioan. 8.
ueniebant Iudæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerunt ei,& hoc reſpondit Ieſus: Si
quis ex vobis ſine peccato eſt, inijciat ſuper ipſam lapidem. Et per hæc verba Euangelica iudica-
C bat ſedem ſuam. Actum in baſilica Heleniana.] hactenus Acta.

Quod autem varia ſit lectio verborum illorum: Et eos reuocauit ad communionem] vel: Nec XXXV.
eos reuocauit ad communionem] priori lectioni conſentit epiſtola eiuſdem Sixti ad Orientales, in
qua hæc leguntur: Condemnatus eſt memoratus Baſſus in dicta Synodo, ita tamen, vt in vltima die
viaticum ei non denegaretur propter humanitatem pietatis Eccleſiæ.] Porro quod ibi ponitur Ma
rinianus deriſiſſe Pontificem,& idcirco illa ſubijciat verba Sixtus: Qui peccauerit in Spiritum ſan
ctum,&c.] ſic accipe, quod ſcilicet ficte idem veniam poſtulaſſet. Sed cum in petitione veniæ perſti
tiſſent ambo, eoſdem ibi ſubditur eſſe reuocatos ad Eccleſiam. Sed maior inde ſuboritur difficul-
tas: quomodo condemnatio Probi & Mariniani facta legitur ſub dictis Conſulibus ſexto Kalen-
das Septembris, & epiſtola ad Orientales a Sixto ſcripta de Baſſi obitu & ſepultura data habetur
ſub iiſdem Conſulibus Kalendis Aprilis? & quonam pacto in ea epiſtola pro Anatolio Conſule
Florentius cum Valentiniano ponitur? Sed & inde maior augetur difficultas: qua ratione eo anno
ea die Auguſti confecta Acta iſta leguntur, cum obijſſe Sixtus dicto anno longe ante legatur, nẽpe
quinto Kalend. Aprilis? Sed & quomodo eadem ſubſiſtet epiſtola, quæ data legitur Kalendis Apri
D lis, cum dictum ſit eo anno V. Kalend. eiuſdem Sixtum eſſe defunctum?

Vnde cum hæc ſubſiſtere nullo modo queant, quod ſibi inuicem aduerſentur: certe quidem XXXVI.
aliunde quam ex dictis Actis eiuſmodi exiſtimo eſſe petendam hiſtoriam, & e putiori fonte hau- *Legitima Hi-*
riendam eſſe, nempe ex libro de Romanis Pontificibus omnium peruetuſto: vbi cũ agitur de Six- *ſtoria de actis*
to, non vltimo eius ſedis anno, ſed hoc ipſo anno ſecundo eas eſſe paſſus ipſe calumnias legitur, his *Sixti cũ Baſſo.*
ſcilicet verbis: Hic poſt annum vnum & menſes octo criminatur a quodam Baſſo. Eodem tempo-
re audiens hoc Valentinianus Auguſtus iuſſit Concilium & ſanctam Synodum congregari: & fa-
cto conuentu cum magna examinatione per iudicium Synodicum purgatum a quinquagintaſex
Epiſcopis,& condemnatur Baſſus a Synodo, ita tamen, vt vltimo die viaticum ei non negaretur ꝓ-
pter humanitatem pietatis Eccleſiæ. Hoc audiens Valentinianus Auguſtus cum matre ſua Placi-
dia Auguſta, furore ſancto commoti, proſcriptione Baſſum condemnauerunt,& omnia prædia fa-
cultatum eius Eccleſiæ Catholicæ ſociarunt. Qui Baſſus nutu diuino intra tres menſes moritur:
cuius corpus Sixtus Epiſcopus cum linteaminibus & aromatibus manibus ſuis tractans recondi-
dit & ſepeliuit ad B. Petrum Apoſtolum in cubiculo parentum eius.] hæc ibi. Erat autem Aniciorũ
E ſacra ædes poſt apſidem baſilicæ ſancti Petri, de qua diximus pluribus ad finẽ ſuperioris tomi, in
qua erant Aniciorum ſepulchra: Baſſus enim & ipſe Anicius erat, qui ante annos duos cum Antio-
cho geſſerat Conſulatum. Ex his igitur quæ vera germanaque ſit de Sixto & Baſſo hiſtoria, quæ-
ve ſpuria & deprauata penitus habeatur, lector intelligis.

Sed quod in his quæ ad ſpuria de Sixto Acta pertinent, verſetur oratio; non prętermittimus di XXXVII.
cere de Actis illis, quæ inter eumdem Sixtum Romanum Pontificem & Polychronium quemdam *Acta Sixti cũ*
Hieroſolymitanum aſſertum Epiſcopum tranſacta leguntur ibi poſt recitata Acta Sixti cum Baſ- *Polychronio*
ſo. Quæ in primis cum notata Conſulibus Valentiniano ſeptimum & Auieno habeantur, certe qui *cuius fidei ſint*
dem non ad Sixti Papæ tempora, ſed ad Leonis Magni ſunt referenda Pontificatum, nempe ad an-
num vndecimum ſedis eius. Verum his longe grauiora eamdem hiſtoriam labefactant, nimirum
nullum dari locum vel tempus vt ſub Sixto vel Leone aliquis Polychronius nomine Hieroſolymo
rum Epiſcopus eſſe potuerit, ſedente iam ab anno Domini quadringẽteſimo vndetrigeſimo Iuue
nali Epiſcopo poſt Praylium, propaganteq. ſedem vſque ad annum Domini quadringenteſimum
quinquage-

quinquageſimumſeptimum . Interfuiſſe quidem eumdem Iuuenalem duobus Concilijs œcumeni A
cis,Epheſino de quo actum eſt,& Chalcedonenſi de quo dicemus ſequenti tomo,ex ipſorum Actis
luce clarius redditur exploratum,adeo vt nec minimum quidem in dubium id valear reuocari .
Hæc igitur cum ita ſe habeant,vbi erit vel ſub Sixto vel ſub eius ſucceſſore Leone Polychronii lo-
cus,vt quomodocumque ſub ſignatis Conſulibus illa potuerint Acta eſſe confecta?

XXXVIII. Quæ præterea ibi leguntur de obſeſſa ciuitate Hieroſolymorū hoc tempore,nullo modo ſub-
ſiſtunt. Rurſum vero nec apud Nicephorum Epiſcopum Conſtantinopolitanum,qui texuit catalo
gum Epiſcoporum Hieroſolymorum,neque apud Nicephorum Calliſtum,vel Euagrium,qui ho-
rum temporum Orientalis Eccleſiæ proſecuti ſunt res geſtas,vſquam vel leuis ſaltem Polychronii
nominis mentio habetur. Vnde autem eiuſmodi ſolui poſſint nodi,& ea Acta probari,hactenus nō
inuenimus: quæ tamen vt legitima citata ſcimus a Nicolao Romano Pontifice in epiſtola ad Mi-
chaelem Imperatorem,& a Petro Damiani in epiſtola ad Henricum Rauennatem, atque ab alijs
poſtea recentioribus de illis minime dubitantibus. Libenter equidem audirem,ſi quis eſſet,qui ea
dem Acta veritati in omnibus redderet conſentanea,vel ſaltem aliqua ex parte veriſimilia.licet e-
nim in his plurimum laboris inſumpſerim,nihil præterea ſum conſecutus,niſi vt impoſſibile eſſe re B
pererim,ad veritatis lineam eadem reuocari aliquo modo poſſe:cum ergo ea eſſe talia nactus fue
rim,abſtinere ab illis recenſendis conſultius exiſtimaui;cum præſertim qui ea cupiunt,habeāt ali-
bi vbi legant.

I. QVi ordine ſequitur quadringenteſimus trigeſimus quartus Domini annus nomine duorum
Conſulum Aſparis & Areobindæ Kalendis Ianuarij aperitur: cuius pridie Idus Aprilis Maxi
mianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus,cum annos duos & menſes quinque Eccleſię præ
a Socrat. lib 7 c. 39. fuiſſet,ex hac vita deceſſit. hæc Socrates [a], qui & de ſubſtitutione Procli ſpectatiſſimi viri in lo-
Proclus creatur Epiſc. Conſtantinop. cum eius hæc ſubdit. Tunc erat forte ſeptimana ieiuniorum,quæ proxime feſtum Paſchatis ante C
greditur,dieſq. eiuſdem qui vulgo dicitur quintus. Quo quidem tempore ab Imperatore Theodo
ſio res prudenter tractata fuit. Nam ne controuerſia vel tumultus denuo in Eccleſia cieretur,abie
cta cunctatione,dum adhuc Maximiani corpus inſepultum iaceret,per Epiſcopos qui ibi aderāt,
Proclum in ſede Epiſcopali collocandum curauit. Huic autem negotio ſuffragabantur epiſtolæ Cæ
leſtini Epiſcopi Romani,quas ad Cyrillum Epiſcopum Alexandriæ & ad Ioannem Epiſcopū An-
tiochenum & Rufum Theſſalonicæ Epiſcopum miſit,quo eos doceret,nihil obſiſtere, quo minus
qui vnius ciuitatis vel nominatus fuiſſet Epiſcopus,vel etiam eſſet,in aliam ciuitatem transferre-
tur.]hæc de ſubſtitutione Procli Socrates.

II. Quod autem ad litteras de Proclo a Cæleſtino Romano Pontifice datas pertinet,haud hoc tē
Cæleſtinus ſuffragatus electioni Procli. pore poſt obitum Maximiani illas ſcriptas eſſe dicere poſſumus,cum nullum interceſſerit tempo-
ris ſpatium,quo ipſe Romanus Pōtifex reddi certior potuiſſet: ſed neque hoc tempore Cæleſtinus,
verum Sixtus eius ſucceſſor Romanæ præerat Eccleſiæ: ſcias autem has datas fuiſſe litteras a Cæle
ſtino,cum damnato Neſtorio,in locum eius Catholicus ſubrogandus fuit Antiſtes. Cum enim tūc
inter omnes emineret Proclus,qui ex presbytero Eccleſiæ Conſtātinopolitanæ haud pridem crea D
tus eſſet Epiſcopus Eccleſiæ Cyzicenæ,& ob eam cauſam ab electione in Epiſcopum Conſtātino
politanum repellendus videretur: Cæleſtinus tunc Romanus Pōtifex litteris ſignificauit,illud mi-
nime debere eſſe impedimento,quo minus ipſe Proclus eligi poſſet. Sed cum tardius Cæleſtini lit
teræ allatæ Cōſtantinopolim eſſent,iam electo Maximiano,Theodoſius Imperator ex earumdem
Cæleſtini litterarum præſcripto Proclum modo mox eligendum curauit.

III. Fuit autem Proclus iſte diſcipulus S. Ioannis Chryſoſtomi,& in ipſa Conſtantinopolitana Ec
cleſia eloquentia clarus,vt quæ ſuperius de eo dicta ſunt,manifeſtum reddunt. Ex quibus in memo-
b Socrat. libr. 7. c. 40. ria lapſum intelligas Socratem,dum non Chryſoſtomi,ſed Attici fuiſſe ſcribam affirmat [b]: niſi
dixerimus in eadem functione Attico etiam inſeruiſſe. Porro eum idem auctor Procli virtutes cō
mendat,manſuetudine potiſſimum eum enituiſſe teſtatur: ſed quod ait nullum hæreticorum ab
eo fuiſſe vexatum,id quidem ignaui potius quam ſtudioſi paſtoris ſuper gregem vigilantis eſſet.
Verum quæ de eo inferius dicentur,quam omni ex parte Proclus laudandus ſit , facile demon-
ſtrabunt.

IV. Huius occaſione tranſlationis Procli ex Cyzicena in Conſtantinopolitanam Eccleſiam Socra E
c Socrat. lib. 7. c. 36. tes de Siluano Epiſcopo eiuſmodi narrationem inſtituit [c]: Iam vero (inquit) de Siluano, quē Phi
De Siluano Epiſcopo Philippopolis, inde Troadis. lippopoli vrbe Thraciæ Troadem tranſlatum dixi,non incommodum arbitror pauca commemo
rare. Siluanus primum in Troili Sophiſtæ ſchola Rhetoricam didicit: qui quoniam religionem
Chriſtianam diligenter excoluit,& monaſticum vitæ genus exercere nitebatur,pallium philoſo-
phicum geſtare noluit. Poſtea Atticus eum accerſiuit ad ſe,& Epiſcopatu Philippopolis eum do-
nauit: qui triennio in Thracia ætatem degens, cū frigus tolerare non poſſet (corpus enim habuit
exile admodum & imbecillum) obſecrabat Atticum,vt in eius locum alterum ſubrogaret Epiſco-
pum; ſe non ob aliam cauſam quam ob frigus accuſare vitam in Thracia traducere,docuit. Silua
nus igitur hac de re in eius locum ſuffectus,Conſtantinopoli commoratus eſt,monaſticamq. viuē
di diſciplinam ſemper excoluit. Adeo enim ab omni faſtu alienus fuit,vt ſępenumero in frequenti
multitudine ciuitatis,quæ tum celebris erat,ſandalijs indutus ex fœno confectis incederet. Non
longo tempore interpoſito,Epiſcopus Troadis moritur: qua de cauſa Troades veniunt Conſtanti
nopolim

A nopolim quæſitum Epiſcopum.
At dum Atticus ſecum conſilium inibat, quem ad illud munus deſignaret, forte Siluanus in V.
eius conſpectum venit. quem vt vidit Atticus, confeſtim curam cogitandi depoſuit, & ita Siluanũ
allocutus eſt: Non eſt vlla tibi amplius excuſatio, quo minus Eccleſiæ adminiſtrandæ curam ſuſci-
pias: nam Troas nihil habet algoris: ecce tibi locum amœnum, quem Deus corporis tui imbecilli-
tati parauit. Ne cuncteris igitur, ſed Troadem ire matures. Quapropter Siluanus eo migrauit. Sed
miraculum ab eo editum percenſere animus eſt.
Nauis oneraria plane maxima, quæ vulgo πλατὶ ob latitudinem vocabatur, in qua ingentes VI.
vehebantur columnæ, nuper in littore Troadis fabricata fuerat. Hæc cum in mare traducenda eſ *Miraculum Siluani Epiſcopi.*
ſet, & magna hominum multitudo cum multis funibus eam trahere conaretur, nec commoueri
quidem potuerat. Vbi iſtud dies complures factum fuit, putabatur nauis a dæmonio detineri. Ita
que Siluanum Epiſcopum adeunt, rogant vt preces in eo loco faciat: nam eo pacto ſolum nauem
poſſe in mare protrahi credebant. At ille modeſte de ſe ipſo prædicans, ſe peccatorem appellauit;
dixitq. illud non ſui, ſed alicuius iuſti eſſe. Verum vbi acrius inſtabant, venit ad littus, preces ibi
B Deo fundit, funem vnum manu apprehendit, iubetq. alios opus aggredi. Huius igitur leni pulſu
agitata in mare raptim fertur. Hoc miraculum a Siluano editum omnes illius prouinciæ incolas
magnopere ad pietatem incitauit. Siluanus & alijs etiam vitæ officijs magnæ ſuæ bonitatis oſten-
dit indicia. Nam cum clericos ex litigantium controuerſijs quæſtum facere videret, deinceps ne-
minem ex clero Iudicem eſſe permiſit: ſed acceptis litigantium libellis, vnum ex Fidelibus laicis,
quem æquo & bono fauere pro certo cognoſceret, eum cauſarum cognitioni præfecit: ſicq. litigan
tes contentione & controuerſia liberauit. His de cauſis Siluanus maximam gloriam apud omnes
ſibi conciliauit.] hucuſque de Siluano Socrates.
Hoc eodem anno, quo Proclus ſedis Conſtantinopolitanæ regimen ſuſcepit, ſancta Melania VII.
Iunior, quæ (vt diximus) Hieroſolymis monaſticam vitam agebat, litteris a ſuo patruo Voluſiano *Melania iunior venit Cõſtantinopolim.*
Conſtantinopolim accerſitur: quo cum veniſſet, ipſum Voluſianum reluctantem hactenus ad Chri
ſti fidem conuertit, & vt Chriſtianus moreretur, vitamq. conſequeretur æternam, tum precibus ad
Deum, tum verbis apud ipſum infatigabili ſtudio egit. Sed preclara memoria dignam hiſtoriam
recolamus, quam quidem Photius in ſua Bibliotheca cognouit eſſe germanam, dum agit de lega-
C tione Voluſiani, de Melania eius nepte, & Proclo Epiſcopo, qui Voluſianum Conſtantinopoli ba
ptizauit, quorum meminimus ſuperius, dum egimus de eiuſdem Voluſiani edicto aduerſus Cæle
ſtium Pelagianum. Verum de eo illud breuiter repetendũ, hunc ipſum eſſe Voluſianũ, cuius con-
uerſionis cauſa a matre Chriſtiana per Marcellinum Tribunum interpellatum diximus ſanctum
Auguſtinum, vt ad Chriſti fidem eum conuerteret: ſed datis ea de re vltro citroq. litteris, vt id face
ret, ab ipſo ſancto Auguſtino perſuaderi tunc minime valuit. At præſtitit tandem Deus, vt id vel ſe a Extant apud Metaphraſt. die vltima Ianua. & Sur. to. 1. ead. die.
ro tandem perficeret: qua autem occaſione, ipſa ſanctæ Melaniæ Acta [a] ſimplici pedeſtriq. ſtylo
quidem ſcripta, ſed vera, his verbis referant:
Redduntur Melaniæ litteræ ab eius Patruo Voluſiano, qui illo quidem tempore creatus erat VIII.
Præfectus Romanæ ciuitatis, miſſus vero erat legatus Byzantium ad Eudociam Imperatricem.
hoc autem ſignificabat epiſtola, quod iam diu illam videre deſideraret. Illa vero cupiebat & ipſa
quoque videre patruũ, & ei perſuadere vt a Gentilium deſiſteret opinione. Dubia autem animi,
ne quid imprudens faceret præter id quod Deo videbatur: cum aliquibus alijs monachis rem com
municaſſet: permitterent autem illi, vt poſſet proficiſci: egreditur Hieroſolymis ipſa beata Mela-
D nia Conſtantinopolim verſus arripiens iter. Per quamcumque autem trãſibat ciuitatem & regio
nem, eam quo par erat omnes proſequebantur honore & officijs. Ciuitatum enim ſacerdotes &
Pontifices eam non paruo honore afficiebant: & venerandæ virgines, & quotquot erant egregij
monachi eam adorabant & ſalutabant, & tamquam e cælo venientem aſpiciebant.
Cum autem veniſſet Chalcedonem & ad ipſum ſinum maris, verebatur ingredi, & videbatur IX.
perturbata. Ventura enim in maximam ciuitatem mulier quæ vixerat in exercitatione, quietiſq.
& ſilentij maximam curam geſſerat, & non guſtauerat tumultus qui ſunt in ciuitate, merito exti-
meſcebat & refugiebat. Atque diuertit quidem vbi erat templum omni ex parte benedictæ mar-
tyris Euphemiæ. Circa mediam autem noctem martyr non parum ex ſe effudit ſuauiſſimi odoris *Hoſpitatur*
& voluptate replet ineffabili. Quocirca bona accepta fiducia, diluculo fretum audacter traiecit, & *Melania apud*
ingreſſa eſt Byzantium. Hoſpitio vero excipitur a quodam viro illuſtri, & alioqui bono, nomine *Lauſum Præfectum.*
quidem Lauſo, qui ad Præpoſituræ honorem aſcenderat.] hic ille quidem videtur eſſe Lauſus, ad
quem Palladius Galata ſua ſcripſit Lauſiaca; eodem enim quoque nomine Palladius eum Præpo
ſitum vocat, quem & cuſtodem Imperij nominat: quænam Præpoſitura hæc eſſet, idem in fine ope
E ris declarat, vbi ait, eum ſacro præfectum fuiſſe cubiculo. Sed pergit auctor:
Inuenit autem ſuum quoque patruum Voluſianum graui morbo oppreſſum: qui eius habitũ X.
admiratus, formæq. & veſtitus incredibili ex inopinata ſtupefactus mutatione (extenuatus enim
admodum erat vultus eius exercitatione) magna voce exclamauit: O qualem ex quali te video,
Melania cariſſima. Illa vero ex eius ſermone ſumpta occaſione: A me quoque (inquit) diſce, o bea
te patrue, & accipe iudicium futurorum bonorum. Nam nec ego tantam deſpicatui gloriam ha-
buiſſem, nec pecuniam, nec abieciſſem curam ipſius corporis, niſi perſuaſum haberem, me his pro
pediem longe maiora accepturã. Non autem per ſe ſolam, ſed per multos quoque alios in eius mẽ
tem ſenſim irrepebat beata Melania, & eius falſam religionẽ ſtudebat labefactare: ſicut etiam p-
ſapientiſſimum Proclum, cuius fidei tunc erat creditus ſacer clauus Eccleſiæ Conſtantinopolita-
næ. Qui cum ad eum veniſſet, & ſuaſu beatæ Melaniæ eum ad pietatem dirigeret: is dicitur il-
lum adeo eſſe admiratus, vt etiam dixerit poſt agnitam veritatem, quod ſi Roma tres haberet ta-
les, nec illic quidem nomen vmquam audiretur Gentilium. ſed hæc quidem poſtea.

Poſtquam

Digitized by Google

XI. Poſtquam autem Voluſianus ſenſit Melaniam velle Imperatorem quoque ad id incitare, veritus protinus ne violentum & non voluntarium reputaretur eſſe baptiſmum, & quam ex eo eſſet A conſecuturus, ipſe mercede priuaretur, eam a cœpto prohibuit. Et is quidem (vt dicemus paulo poſt) rem a ſe adimpleuit, & abiurata Gentilium opinione, traductus eſt ad Chriſtum. Illa autem nec aliorum curam abiecit: ſed cum tunc eſſet exorta Neſtorij blaſphemia, & malignus multos in errorem abduceret etiam ex iis qui erant in verbo veritatis; ipſa erat quæ magnum aduerſus eum inibat certamen, & vanum & inane reddebat eius ſophiſma, a mane vſque ad veſperam iis reſpondens qui eam interrogabant, multisq. ex iis qui decepti fuerant, perſuadens, & eos reducens. Quã obrem malignus ſe ab ea vinci non ferens, in virum eius conuerſus, *nempe Pinianum*, & ei apparens miſerabilis, cum lugubri & nigra veſte accedit ad eam terrens & grauia minitans: & primum quidem ſe ipſius Imperatoris & eius famulorum cor mutaturum & in contrarium tracturum, deinde etiam vt miſerabili exitu finiret vitam, procuraturum, grauiſſimis confecta doloribus. Illa autem hanc eſſe artem maligni intelligens, Chriſti nomen, quod grauiſſimam illi plagam affert, inuocãs, effecit vt is ſtatim euaneſceret. Deinde cum acceſſiſſet eũ qui cũ ipſa erat ſacerdotem, & incepiſſet narrare ea quæ viderat & audierat: ſenſit repente dolorem in coxendice, eumq. adeo acrẽ vt vocem amiſerit, & nemo dubitauerit id eſſe manifeſtum inimici inſultum. Cũ ſic ei productus eſſet dolor ad ſex vſque dies, & illa hora maxime malum intenderetur, quo nigrum aſpexerat, & minas audierat (aderat enim dies ſeptimus) accidit aliquis renuncians patruum Voluſianum veniſſe in periculum ne repentina morte vitam mox finiret.

Melania vrget Neſtorianos.

XII. Hoc poſtquam illa audiuit, etſi propter dolorem coxendicis vix ſe poſſet mouere, manibus & lectica protinus ad eũ vecta proficiſcitur. Valde enim angebatur animo, nõ quod ille moreretur, ſed quod mortem ſubiret animæ, vt qui baptiſmi incorruptionem nondum eſſet aſſecutus. Deinde venit quidam alius, ei ſignificans Voluſianum eſſe baptizatum, & cum eam ſæpe quæſitam nõ inueniſſet, ſed eam morbo detineri didiciſſet, alium ducem rurſus nactus, per illum fit filius lucis, & baptiſmum cõſequitur. Cum hæc ei dicta eſſent, cum dolore animæ prorſus ceſſauit etiam morbus corporis, & lumbus quidem carebat etiam dolore, & pes mouebatur, & communis inimicus afficiebatur dedecore: adeo vt viæ reliquum per ſe ipſa conficeret; & qui portabant, pro eo quod prius portabant, ad Deum laudandum ſtatim manus extendebãt. Deinde cũ veniſſet ad patruũ, & verbis eum confirmaſſet, & de ea quæ illic eſt vita, diſſeruiſſet, lætum & bona ſpe præditũ trãſ C miſit ad viam quæ ducit ad Deum, cum pulcherrimo viatico, nempe pretioſo Chriſti corpore & ſanguine eum inſtruxiſſet, & ſic vt tuto recederet perfeciſſet. Et hæc quidem hoc modo geſta ſunt. Illa autem cum multos quidem dies hic tranſegiſſet, in paucis vero multis plurimum profuiſſet, & ante alios Imperatrici & ipſi Imperatori (is autem erat Theodoſius), nam ij maiori opus habẽt curatione, vt quorum animi maiori mundi gloria eſſent tumidi; cũ hæc & alia plura feciſſet, egreditur de ciuitate, &c.]

Voluſian⁹ redditus Chriſtianus ex hac vita deceſſit.

XIII. Perueniſſe autem ipſam ad diem Paſchatis Hieroſolymam, auctor ſubdit vt plane appareat, ſequenti ab eius aduentu anno Domini eam Hieroſolymam rediſſe: cuius monitu Eudociam nõ nihil profeciſſe, ex eo poteſt intelligi, quod & ad peregrinationem Hieroſolymam poſtea ſuſcipiẽdam etiam inflammaſſet; quando autem id contigerit, ſuo loco dicemus. Porro nõ Eudociam Auguſtam tantum, ſed & Theodoſium congreſſu Melaniæ eſſe redditum meliorem, ex rebus poſtea conſecutis poſſumus opp nari. Quod enim Melania Catholicæ fidei zelo æſtuaret; par eſt credere eum aduerſus Neſtorianos concitaſſe, permouiſſeq. vt Neſtorij libri Imperatorio vetarentur edicto; quod ſequenti anno, quo ipſa receſſit Conſtantinopoli (vt dicemus) eſt promulgatum. Celeber D rimi quidem nominis fuiſſe Melaniam tum antiqua parentum nobilitate, tum etiam admirabili ſanctitate, totoq. factam orbi Chriſtiano notiſſimam, quæ dicta ſunt tum de ipſa, tum de eius auia Melania Seniore demonſtrant.

XIV. Sed quod ad Theodoſium Imperatorem ſpectat, ſicuti rebus ſacris bene conſuluit, dum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Proclum præficiendum curauit; ita inopum neceſſitatibus, quas ex frumenti penuria eos pati contingeret, accurate proſpexit, dum ſexcentas & vndecim auri libras huic operi ꝑpetuo inſeruituras adſcripſit [a], pœna dupli appoſita, ſi quid quouis prætextu fuerit a magiſtratibus imminutum: hac enim liberalitate ſolari voluit aliqua ex parte mærorem ex ſuperioris anni incendij clade ſuſceptum. Ab eodem quoque hoc anno data conſtitutio [b] reperitur de bonis clericorum & monachorum ab inteſtato eorum eccleſijs & monaſterijs, quibus adſcripti erant, dandis, patronorum iure ſeruato.

Theodoſius Imp. curat rẽ frumentariã.

a l. 3 de frume. vrb. Conſtantin. Cod Theod.

b l. 1. de bonis cleric & monac. Cod. Theod.

XV. Sub huius quoque anni Conſulatu ſanctus Proſper, dum agit de ſignis Antichriſti, & eius præcurſoribus pſeudoprophetis & impoſtoribus, quid acciderit admiratione dignum Carthagine, quæ adhuc Romano Imperio libera ſeruabatur, narrat his verbis [c]: Noſtris quoque temporibus, E Aſpare V.C. Conſule Carthagini Conſtituto, hoc ſignum diabolicũ, monſtruoſumq. quod illic accidit, quis illius patriæ ciuis ignorat? Quædam iuuencula Araba natione, ancillæ Dei habitum geſtans, cum in balneo lauans ſimulacrum quoddam Veneris impudice reſpiceret, & ſe ipſam, eiq. ſe conſimilans, domicilium ſe diabolo præbuit. ſtatim ille leo qui rugiens circuit, quem quærebat, inuenit. Meatus igitur gutturis ipſius occupans, nullum cibum, nullumque potum traijciens perſeptuaginta ferme dies totidemq. noctes ieiunium ſibi diabolus ex capto poſſeſſoq. vaſe exhibuit. Hoc monſtrum parentes puellæ per tot dierum ſpatia auferri poſſe ſperantes, dum iuge malum vlterius tolerare non poſſunt, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt ſacerdoti, quæ acta erant fideliter indicantes: Hoc tantum puella fatebatur, auem quamdam noctis medio apparere, quæ ſibi ore neſcio quid infunderet.

c Proſp. de promiſſ. & prædic. Dei dimid. temp. cap. 6.

De Virgine a dæmone obſeſſa.

XVI. Stupor tunc inerat cunctis, videre puellam nullis indicijs diuturni ieiunij fœdatam, nullo pallore ſeu tabe vel debilitate confectam, quin potius robuſtam ſucco viſcerum, mole membrorum.

Cumque

A Cumq. incredibilia viderentur quæ dicebantur, habito conſilio, in monaſterio puellarum, in quo reliquiæ S. Stephani ſitæ ſunt, ſacerdos puellam ſimul & Præpoſito commendauit. Illic prima tantum die apparuiſſe illam auem aſſeruit, ſibiq. increpaſſe, quod neque fame, neque ſiti compulſa illum appeteret iocum, quo ſibi accedere non liceret. Per duas ſane hebdomadas nihil cibi vel poculi ſumens in monaſterio manſit. Accidit autem vt quintusdecimus Dominicus illuceſceret dies, aſcendente nobiſcum ſacerdote, vt matutinum illic ſacrificium ſolito offerretur. Puellam Præpoſitus ad altare perduxit, eo inceſſu & habitu quo ſolent rubore perfuſæ ex epulis poculiſque mulieres aduenire. Sed vt ſe illa proſtrauit altari, clamore fletus ſui cunctis aſtantibus gemitus lacrymaſq. induxit, quibus tantum malum auferendum præſeos plebs Dominum exorabat: erat enim iam indecens murmur in populo. *Virgo obſeſſa quomodo liberata.*

XVII. Peracto itaque ſacrificio, cum eadem inter ceteras breuem particulam corporis Domini tinctam a ſacerdote perciperet, ſemihora mandens, traijcere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apoſtolus [a]: Quæ conſonantia Chriſti ad Belial? & iterum [b]: Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Manu igitur faciem eius ſuſtentante ſacerdote, ne ſanctum proijceret; a quodam diacono ſuggeſtum eſt, vt calicem ſalutarem gutturi eius Pontifex applicaret. B quod factum eſt. Statim vt locum illum, quem diabolus obſederat, Saluatoris imperio reliquit, ſacramentum quod ore geſtabat cum laude Redemptoris tranſglutiſſe, puella clamauit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei, quod poſt octoginta & duos dies diabolo expulſo, puella de poteſtate fuerit eruta inimici. Oblatio igitur rurſum gratiarum actionis pro ea fit, ſacrificijq. percipiens certam partem priſco eſt reddita vſui. Tunc etiam dum hæc aguntur, ſpiritu diuino actus diaconus eiuſdem tituli ſtatuam illam ſublatam confregit in puluerem, omnemque inſidiantis aſtutiam ſuperauit diuina maieſtas.] hactenus de arreptitia virgine Proſper; qui & de impoſtoribus iſta ſubdit:

a 1. Cor. 10.
b 2. Cor. 6.

XVIII. Nouimus etiam illuc aduenisse quemdam ſub ſpecie monachi, qui quædam ſigna curationum ſe operari fatebatur. Cumque circa cæcos & claudos phantaſticos quoſdam ageret luſus, eoſque oleo neſcio cuius mortui oſſis liniret; vt ſibi viſus greſſuſq. redditos æſtimabant, diſcedentes, in illis quibus antea tenebantur, infirmitatibus permanebant. ſed in his proditum ſe cognoſcens ſeductor ille aufugit. In Aſia vero ſiue ipſum, ſiue alium talia feciſſe, quidam Chriſtianus religioſus & C nobis enarrauit.] hæc ipſe: quæ autem addit de Floro impoſtore in Italia, ſub Leone Romano Pontifice agemus ſuo tempore. *De Monacho impoſtore.*

XIX. Hoc ipſo anno, qui numeratur tertius a Concilio Epheſino, Vincẽtius Lirinẽſis cum aduerſus omnes hæreticos, tum præcipue ad ſepeliendas penitus recens emerſas Pelagij, Cæleſtij, atque Neſtorij hæreſes diſertiſſimum elucubrauit commentarium. ſignat ipſe quidem præſens tempus, dũ ait [c] de Epheſino Concilio: Ante triennium ferme in Aſia apud Epheſum celebratum eſt, viris clariſſimis Baſſo Antiochoq. Conſſ.] de cuius quidem opere hæc habet Gennadius [d]: Vincentius natione Gallus apud monaſterium Lirinenſis inſulæ presbyter, vir in Scripturis ſanctis doctus, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum ſufficienter inſtructus, compoſuit ad euiranda hæreticorum collegia nitido ſatis & aperto ſermone validiſſimam diſputationem, quam, abſconſo nomine ſuo, titulauit, Peregrini aduerſus hæreticos. Cuius operis quia ſecũdi libri maximam in ſchedulis partem a quibuſdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis ſermonibus ſenſu priſtino compegit, & vno in libro edidit.] hæc Gennadius.

c Vincen. Lirin. contra hæret. ca. 42.
d Gẽnadius de Script. Eccl. c. 64.

XX. Sed quinam fuerit iſte Vincentius, ex ijs quæ ipſo initio præfatur operis, vnde inquiramus, ipſe D ſuppeditat argumentum, vbi ait [e]: Cum aliquandiu varijs ac triſtibus ſæcularis militiæ turbinibus volueremur; tandem nos in portum religionis cunctis ſemper fidiſſimum, Chriſto aſpirante, condidimus: vt ibi depoſitis vanitatibus ac ſuperbiæ flatibus, Chriſtianæ humilitatis ſacrificio placantes Deum, non ſolum præſentis vitæ naufragia, ſed etiam futuri ſæculi incendia vitare poſſemus.] hæc ipſe. quamobrem in eam adducor ſententiam, vt hic ille ſit Vincentius Galliarum aliquando, viuente ſancto Martino, Præfectura nobilitatus, quem Seuerus [f] mirifice laudat, noſque de eo ſuperius egimus. Florebat plane his temporibus illud cœnobium, illuſtris ſanctorũ domus, inſulæ Lirinenſis, de quo pluribus ſuo loco agendum erit inferius: hæc excepit e tumultibus Galliarum tamquam portus (vt ipſe ait) e procellis liberum Vincentium ipſum; cuius quidem quam mira fuerit eruditio, libellus ipſius oſtendit: vt vix ſit repetire qui paucioribus chartis maiora & feliciori tractatu concluſerit: licet commentariolus idem ſit (vt ipſe teſtatur in fine) ex duobus a ſe ſcriptis Commonitorijs epitome, his temporibus admodum accommodatus, & in Eccleſia Catholica ſemper poſteris profuturus, cum numquam defuturi ſint Nouatores hæretici, ad quos penitus explodendos idem auctor ſumma induſtria laborauit.

e Vincen. Lirin. præfat.
f Seuer. in dialog. 1. c. 11.

E

IESV CHRISTI ANNVS	SIXTI PAP. ANNVS	THEODOSII 28. VALENTINIANI 11. IMPP.
435.	4.	

I. QVadringenteſimus trigeſimusquintus Chriſti annus duobus Auguſtis Conſulibus Theodoſio decimumquintum & Valẽtiniano quartum notatus extat in Faſtis: quo cum ex ſcriptis Neſtorij iugiter in Eccleſia Orientali controuerſiæ agitarentur, concitarenturq. tumultus & rixæ, viſum eſt Theodoſio Imperatori diſcordiarum tollere ſeminarium, ipſoſque Neſtorij libros publica edita ſanctione damnare. Hoc igitur anno ad Leontium Præfectum Prætorio iſta reſcripſit [g]:

g L. vlt. de hæret. Cod. Theod.

II. Dãnato portentoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus,

Damnantur libri Neſtorij.

galibus,ne Chriſtianorum appellatione abutantur: ſed quemadmodum Ariani lege diuæ memo- A
riæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, ſic vbique
particeps nefandæ ſectæ Neſtorij Simoniani vocentur:vt cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deo imi-
tati,eius vocabulum iure videantur eſſe ſortiti. Nec vero impios libros nefandi ſacrilegij Neſtorij
aduerſus venerabilem Orrhodoxorum ſectam,decretaq.ſanctiſſimi cœtus Antiſtitum Epheſi ha-
biti,ſcriptos habere,aut legere,aut deſcribere quiſquam audeat. Quos diligenti ſtudio requiri,ac
publice comburi decernimus. Ita vt nemo in religionis diſputatione aliquam ſupradicto nomine
faciat mentionem,aut quibuſdam eorum habendi Cōcilij gratia in ædibus,aut villa,aut ſuburbio
ſuo,aut aliquolibet loco conuenticulum clam aut aperte præbeat,quos omni conuentus celebran-
di licentia priuari ſtatuimus.Scientibus vniuerſis, violatorem huius legis publicatione bonorum
eſſe coercendum. Dat.III.Non.Auguſti Conſtantinop.Theodoſio XV.& qui fuerit nūciatus.]hæc

a Act. Epheſin. edit.Pelt.tom.5. cap.13.

eadem ſanctio ex Codice Theodoſiano accepta,aliquanto latior extat apud Epheſina [a] Acta; nā
& ad finem eiuſmodi habet additamentum:Summa proinde illuſtriſq.auctoritas tua curet,vt no-
ſtra hæc ſanctio omnibus prouincijs vſitatis edictis & promulgationibus primoquoque tempore

b Act. Epheſin. edit.Pelt tom.5. cap.14.

nota fiat.Hanc autem legem Romano ſimul & Græco ſermone edidimus,quo omnes perſpicue in- B
telligere queant.]hęc ibi:quibus appendix inhæret Præfectorum,qui eamdem ſanctionem [b] pro-
mulgauerunt,illa ipſa inſtantius inculcantes.

III.

Libri Theodori & Diodori produntur.

Huiuſmodi autem promulgato edicto,tāquam obſtructo foramine aſpidis, alia via impietas,
neſcia legibus coerceri,ſibi exitum ad aliorum exitium fraudulenta quæſiuit. Et quonam modo?
Audi conſilium ſatanæ. Cum ita libri Neſtorij qui inuenti eſſent igne vindice cremarentur, ne ma-
gno periculo eorum lectio clandeſtina vſui eſſe poſſet: mox qui blaſphemiarum fluenta ſic exic-
cata viderūt Neſtoriani,ipſum fontem aperuere,vnde illa primitus deriuarant:nimirum Theodo-
ri Mopſueſteni,& Diodori Tarſenſis Epiſcoporum, a quibus veneno propinatus Neſtorius fue-
rat,libros vbique legendos expoſuere;& quo latius ſpargerentur blaſphemæ chartæ, eorumdem
volumina in Syrorum,Armeniorum,atque etiam Perſarum linguam transferenda curarunt. Sed
& illud contigit deterius,quod eos eſſe Catholicos probare conati ſunt,vtpote qui dicerent in ip-
ſis eſſe legitimam in perſona Chriſti duarum naturarum confeſſionem. Erant autem hi libri ab iiſ-

c Liberat.diaco. Breuiar.c.10.

dem contra Eunomium atque Apollinarem conſcripti. Habet hæc omnia Liberatus diaconus,qui
iſta mox ſubdit [c]: C

IV.

Vbi hæc agnouerunt Acacius Melitenus in Armenia Epiſcopus,& Rabula Edeſſæ ciuitatis E-
piſcopus(de quo Ibas ſucceſſor eius in epiſtola ſua dicit,Hunc præſumpſit,qui omnia præſumit,ap-
te in eccleſia ſua anathematizare,ſcilicet de Theodoro Mopſueſteno ſuperius loquens) ſcripſerūt
Armeniæ Epiſcopis, ne Theodori Mopſueſteni libros ſuſciperent, tamquam hæretici eſſent, &

Concilium in Armenia celebratum.

auctores dogmatis Neſtoriani; inſimulantibus Epiſcopis Ciliciæ Rabulam & Acacium, quod
hoc non ex charitate,ſed ex æmulatione & contentione feciſſent. Congregati ſunt ergo in vnum
venerabiles Armeniæ Epiſcopi.]fuit hoc nobile Concilium præſenti anno in Armenia celebratum,

d Theo Collect. 2.a.Biblioth.

cui idem Acacius cum Rabula Edeſſeno Epiſcopo interfuit. De Acacio autem, qualis quantuſq.
vir fuerit, ſæpe ſuperius eſt demonſtratum. de Rabula hæc habet Theodorus lector [d]: Rabu-
las Edeſſenus Epiſcopus cæcus erat: Andreas vero Samoſatenus(*hic ſignifer Neſtorianorum fuit*)ac
cuſauit eum,quaſi contra duodecim capita Theodoreti ſcripſiſſet.]hæc ipſe. Cum igitur ſic(vt di-
ctum eſt)conueniſſent Epiſcopi in Armenia,ſtabilita fide Catholica,& cognitis Theodori Mopſue-
ſteni ſcriptis,inuentiſq.impijs a tramite Orthodoxæ fidei abhorrentibus;ne ipſi ſoli eos damnaſ-

e Liberat.diaco. in Breuiar.c.10. tom 2.Concil.

ſe viderentur,ſed vniuerſa Eccleſia Orientalis;ad id peragēdum legationem ex Synodo direxerūt D
ad Proclum Conſtantinopolitanum Epiſcopum,de qua iſta habet Liberatus diaconus [e]:

V.

Miſerunt duos presbyteros Leontium & Abelium ad Proclum Conſtantinopolitanum Epi-
ſcopum,ſecundum morem,cum libellis ſuis & vno volumine Theodori Mopſueſteni,ſcire volētes,
vtrum doctrina Theodori,an Rabulæ & Acacij vera eſſe probaretur: Itaque Proclus accipiens Ar-
meniæ Epiſcoporum libellos & illud Theodori volumen,diligentius vtraque examinans,tomum
Armenijs ſcripſit & deſtinauit;in quo poſuit,ad interimendum Neſtorianorū verſutias, qui duas
in Chriſto inducunt perſonas,vnum de Trinitate incarnatum: quem & direxit Ioanni Antioche-
no per Theodotum diaconum,continentem ſubter capitula ab hæreticis prolata, expetens ab eo
pro communi fide ſeruanda, vt cum ſuo Concilio eum(*nempe tomum a ſe ſcriptum ex ſententia Ar-
menorum*)ſuſciperent & ſubſcriberent. Ioannes autem & qui cum eo erant congregati Epiſcopi,le-
gentes tomum,& eius laudantes compoſitionem, ſubſcripſerunt in eo, & Proclo tranſmiſerunt.
hunc & Calcedonenſis Synodus per relationem ſuam,quam Marciano Imperatori direxit,ad pro-
bandum non tantum Geſtis Synodalibus,verum etiam epiſtolis fidem conſtare, inter ſanctorū Pa-
trum epiſtolas ſuſcepit & confirmauit. E

VI.

De Procli epiſtola ad Ioannem.

Scripſit autem Proclus epiſtolam ipſi Ioanni,cui & tomum ſuum direxerat,in qua dicit; Dicē-
tes autem iterum paſſibilem Deum,id eſt Chriſtum,confitemur eum, quia eſt ſecundum quod fa-
ctum eſt,id eſt,propria carne crucifixum: & ita prædicātes,nullo modo fallimur: quoniam quidē
& vnum ex Trinitate ſecundum carnem crucifixum fatemur, & diuinitatem paſſibilem minime
blaſphemantes,*quod ſcilicet recte dicatur Deus paſſus,non autem paſſa diuinitas.* Sed Baſilius quidā
diaconus ſumens tomum Procli,quem Armenijs ſcripſerat, Alexandriam venit,& Armeniorum li-
bellos ſuis libellis adnectens,obtulit Cyrillo eiuſdem vrbis Antiſtiti. Quibus rumoribus(vt ferūt)
permotus Cyrillus,quatuor libros ſcripſit,tres aduerſus Diodorum Tarſenſem & Theodorū Mo-
pſueſtenum,quaſi Neſtoriani dogmatis auctores,& alium de Incarnatione librum,in quibus con-
tinentur antiquorum Patrum incorrupta teſtimonia,id eſt,Felicis Papæ, Dionyſij Areopagitę Epi-
ſcopi,& Gregorij mirabilis facundiæ viri nominati. Et licet in eis libris Theodori Mopſueſteni di-
cta laudentur contra Arianos edita,ipſum tamen magiſtrū Neſtorij fuiſſe contendit. Contra quos

Catholicæ

Digitized by Google

A Catholicæ veritatis defenſores ſic Acephali reſponderunt, illos libros non eſſe Cyrilli: quoniam teſtimonijs, quæ contra mortuos poſuiſſe in eis dicitur, cōtra viuentem Neſtoriū non eſt vſus neq. in Synodo, neq. in aliquibus epiſtolis: vnde dicunt illos nec dictaſſe Cyrillum, nec edidiſſe libros.

VII. Baſilius diaconus laborat cōtra ſcripta Theodori.

Itaq. Baſilius diaconus Conſtantinopolim veniens, libellos compoſuit, & Archiepiſcopo Proclo porrexit, aſſocians cuncta quæ antehac Cyrillo Archiepſcopo obtulerat. Proclus vero iam deſtinarat tomum ſuum Armenijs, in quo tomo nullam facit de Theodoro reprehenſionis mentionē. Quod cognoſcens Baſilius, ſcripſit libellum, & in ſuo opere docuit, libros Theodori vitandos, ſicut Arij & Eunomij blaſphemias: quandoquidem prudentibus incōuenienter eum ſcripſiſſe apparet; quoniam Arius & Eunomius vnam in Chriſto degenerem Patris ſubſtantiam pdicauerunt, Theodorus autem (vt ipſi accuſant) duas e contrario docuit in Chriſto naturas] ab inuicem ſcilicet diuiſas, quæ duas conſtituant perſonas. hæc omnia Liberatus. Extat ipſa Procli epiſtola ad Armenos, cuius eſt exordium [a]: Non mediocriter, fratres, confudit animum noſtrum, & mærore validiſſimo ſauciauit rumor nouellorum erroris zizaniorum, &c.] tranſtulit eam in Latinum Dionyſius ille magnus, cognomento tamen Exiguus, occaſione eiuſdem erroris ſuo tempore iterum pullulan- B tis, vt ipſe docet in præfatione ad Felicianum Paſtorem; ex qua intelligere poſſumus, quid eſt quod ea epiſtola Proclus in eo verſatus ſit argumento, vt oſtendat vnum ex Trinitate paſſum.

a Extat t. 1. Biblioth. ſanct.

VIII.

Vt igitur rerum geſtarum huius anni certiorem cognitionem aſſequaris, hæc accipe ex Dionyſii epiſtola ad Paſtorem: Temporibus (inquit [b]) Antiſtis nominati, *Procli videlicet*, Theodoſio Imperatore regente Rempublicam, per Syriam & Armeniam diſcipuli Theodori Mopſueſtenæ ciuitatis Epiſcopi prauam fidem, corrupto Symbolo, rudibus populis exorſi ſunt intimare, calliditate ſubtiliſſima, beatam Trinitatem ſic vnius eſſentiæ prædicantes, vt Chriſtum Dominum noſtrum, conditorem vniuerſitatis, vnum ex Trinitate nullatenus faterentur. vnde ſequebatur hæc inepta ſuæ temeritatis abſurditas, vt quia Chriſtum conſtat verum eſſe Deum ac Dominum, quatuor perſonas in tribus adſtruerent, duoſque Dei Filios proculdubio prædicarent. Sed huic impietati mire Pontifex antefatus obſiſtens, docuit Chriſtum Dominum noſtrum & in principio Verbum apud Deum, Deum Verbum vnum de Trinitate eſſe, per quem omnia facta ſunt, beato Paulo teſtante: Vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: & pro ſalute noſtra eumdem verum hominem factum, vnum manſiſſe Filium, nec quartam in Trinitate creuiſſe perſonam.] hæc ipſe, qui inferius C docet id ipſum ex Theodoro didiciſſe Neſtorium, eiuſque ſectatores negantes Chriſtum Dominū vnum ex Trinitate, quod ſcilicet duas naturas in Chriſto inter ſe diuiſibili cōiunctione vnitas impie affirmarent.

b Ibidē ante epiſtolā Procli præfat.

Theodori impietas.

IX. Monachi Armeni laborant cōtra Theodorum.

Sed quid accidit? Licet Procli epiſtola ad Armenos Catholica comperta eſſet, quod Theodori Mopſueſteni, atq. Neſtorij eius impietatis ſucceſſoris errores damnaret: tamen quod nulla in ea de ipſo Theodoro expreſſa mentio haberetur, commouit plurimorum animos, præcipue vero monachorum Armeniæ, qui experti fuerant eumdem Theodorum ſani dogmatis aduerſarium. Quid autem Armeniæ monachi aduerſus Theodori ſcripta egerint, Liberatus vbi ſupra narrat; quem tamen caute legendum putamus, vtpote qui ex aliquo Neſtoriano eam videtur mutuatus hiſtoriā: quod in pluribus demonſtratur, vt dum ait eoſdē Armenos monachos inſectantes Theodori Mopſueſteni ſcripta fuiſſe Apollinariſtas. Fuit enim mos Neſtorianorum, Orthodoxos omnes aduerſātes Neſtorio, nominare Apollinariſtas. ita videmus Epiſcopos Orientales, qui pro Neſtorio Epheſum conuenerunt, cum S. Cyrillum, tum alios Neſtorium impugnantes & Cyrillū ſectantes, Apollinariſtas appellaſſe. Sed Liberati verba reddamus [c]:

c Liberat. Breuiar. c. 10.

X. Cōcilium Antiochenum de libris Theodori.

D Tunc Ioannes Antiochenus Epiſcopus, Synodo congregata, tres pro Theodoro Mopſueſteno dictauit epiſtolas: vnam quidem direxit Theodoſio Imperatori, aliā autem Cyrillo Alexandrino, & tertiam Proclo Conſtantinopolitano Epiſcopo, laudans in eis Theodorum, & eius exponens ſapientiam. Ad hæc autem Imperator dirigens Sacram Ioanni, derogatores illos Theodori contra ſalutem propriam venire iudicauit. Cyrillus autem præſcripto ſuo Theodorum præferens, tale de eius accuſatoribus tulit iudicium, eo quod dogmate veritati contrario vterentur, interponens de Symbolo in Concilio ſibi oblato teſſeradecadas factas a Cariſio presbytero. Nihilominus & Proclus per Mennam diaconum ſuum reſcribens, cuius eſſent illa capitula, quæ Theodori dicebantur, quæſiuit. Qui pro eius excuſatione ignorare ſe dixit. Verumtamen duas memorati Ioannis epiſtolas, id eſt, primam & tertiam, laudes Mopſueſteni continentes, Chalcedonenſis Synodus poſtea p relationem ſuam Marciano Imperatori directam cū tomo Procli, quem ad Armenos direxit, & alijs ſanctorum Patrum epiſtolis, ſuſcepit & confirmauit.] hactenus Liberatus, non anni huius tantū res geſtas, ſed & ſequentium vſq. ad Cyrilli obitum proſecutus: quæ quoniam ſingulorum annorū differentia diſcriminari minime poſſunt, vt quæ quolibet anno vſq. ad illud tempus geſta ſint, ſcri E bantur; hic in vnum ex ipſo ſimul poſuiſſe neceſſe fuit.

XI. Liberati diaconi hiſtoria haud tuta.

In quibus illud iterum admonendum, eumdem Liberatum diaconum a neſcio quo Neſtoriano incaute nimis eam quam narrat eſſe mutuatum hiſtoriam, qua refert probata ſcripta Theodori Mopſueſteni non ſcriptis tantum Ioannis Antiocheni, ſed & edicto Imperatoris atque etiam ſcriptis Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ipſum Theodorum fuiſſe laudatum. quin etiā (quod deterius exiſtimari debet) dum ait Synodum Chalcedonenſem relatione ad Marcianum facta ſuſcepiſſe & confirmaſſe Ioannis Antiocheni epiſtolas, quibus laudauit Theodorum Mopſueſtenum, eamdē S. Synodum Chalcedonenſem in idē crimen adducit, quod laudes Theodori receperit & doctrinam. Videsne, quot & quales lateant colubri ſub vno cæſpite falſitatis? Sed ſecurim ad radicem admoueamus. In primis aūt quod ad Cyrillum ſpectat, quomodo potuit ipſe accipere laudes, probareq. ſcripta Theodori qui eadem ſapuit cum Neſtorio, cum adeo reperiatur aduerſatus eſſe Neſtorio? Sed id apertius demonſtremus ex ipſius Cyrilli ſcriptis poſtquam hæc de Theodoro Mopſueſteno in controuerſiam deductam ſunt editis. Lucubratio quidem illa Cyrilli de Expoſitione Nicæni

Defenditur Cyrillus & Proclus ab illata calumnia.

Symboli elaborata ab eo fuiſſe poſt ſcriptã Procli epiſtolam ad Armenos, ſua ipſius teſtificatione A monſtratur, dum ipſam citat & laudat his verbis [a]: Proclus ipſe, qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ thronum adornat, religioſiſſimus & pientiſſimus pater & coepiſcopus ſcripſit ad Orientales pijſſimos Epiſcopos in hæc verba: Et incarnatus quidẽ eſt, &c.] inferius vero: Scripſerunt aduerſarij, qui præ multa inſipientia Neſtorij & Theodori ſcripta non cauent, &c.] Vides igitur ſanctum Cyrillum vna eademque lance, æqnoque pondere Theodorum expendere eum Neſtorio.

a Cyril. de Expoſit. Symb. Nicæni.

XII.

Quod autem ad Chalcedonenſe Concilium ſpectat, quod dicatur recepiſſe & confirmaſſe epiſtolas a Ioanne datas laudibus Theodori refertas: reddamus hic verba ipſa, quæ in relatione Synodica ad Marcianum, citata a Liberato, ſcripta habentur: ſic enim ſe habent [b]: Si enim per epiſtolas Eccleſiæ dogmata declarari pro vnaquaq. quæſtione dignum culpa iudicant: ipſum in primis beatiſſimum Cyrillum quilibet poterit denotare, qui litteris ſuis Orientalibus, quod ſentiebat, expreſſit: necnon & magnum Proclum huic vituperationi ſubijciet, qui eiſdem Orientalibus volumen ad Armenios pro fidei congruentia deſtinauit. Huic autem conſociabitur ad culpam & ſapiẽtiſſimus Ioannes Antiochenus Epiſcopus, qui hæreticorum maledicta repellens, & Apoſtolica do- B ctrina religioſiſſimum dogma declarans, totius Orientis confeſſionem, velut ex vno ore, ſanctiſſimo Proclo, & ei qui per idẽ tempus mundi regebat gubernacula, deſtinauit.] hæc ſancta Synodus ad Marcianum Imperatorem; in quibus vides nullam de Theodoro Mopſueſteno mentionem haberi, ſed iſtos vt magni nominis Epiſcopos in exemplum adduci.

b Synod. Chalced. Act. 16. t. 1. Concil.

Liberatur Cõc. Chalc. ab illa ta calumnia.

XIII.

Nec eſt quod quis adhuc inſtet & vrgeat, laudatas a Synodo epiſtolas Ioannis Antiocheni, quaſi hoc ipſum eſſet laudibus Theodori conſenſiſſe, eiuſq. ſcripta probaſſe: nam cum rectam in omnibus fidem (vt vidimus) dictis epiſtolis profeſſus eſſet, adeo vt non potuerint eædem epiſtolæ a Proclo non recipi atq. Cyrillo & ipſo Theodoſio Imperatore, nihil virulentum ex Theodori doctrina eiſdem admiſcuiſſe certum eſt. Sed quod ad Theodorum ſpectat, non eum laudauit Ioannes vt erroris auctorem, verum tantummodo excuſauit non eſſe Theodori, quæ nomine Theodori circumferrentur. Ita quidem rem ſe habuiſſe, verbis illis Liberati manifeſte probatur, quæ retulimus, vbi ait: Nihilominus & Proclus per Mennam diaconum ſuum ipſi Ioanni reſcribens, cuius eſſent illa quæ Theodori dicebantur, quæſiuit. Quæ pro eius excuſatione ignorare ſe dixit:

Ioãnis Antioch. epiſtolæ de Theodoro quales.

XIV.

Vides igitur negantem Ioannem fuiſſe a Proclo litteris interpellatum, ſi non eſſent Theodori C tria illa hæreſum capita quæ ab Armeniæ monachis circumferebantur, cuiusnam eſſent: Ioannem vero reſpondiſſe, ſe penitus ignoraſſe. Quibus plane intelligis, ſic laudatum a Ioanne Theodorum, immunemq. ab omni labe criminis hæreſis redditum, eo quod putaret calumniam paſſum, dum ſub eius nomine circumferrentur errores. Quod igitur defenſores Theodori ea ipſius ſcripta eſſe negarent, quæ diffamata per totum fuerant Orientem: inde accidiſſe videtur, vt prudenter Proclus in epiſtola ad Armenos, errores ipſos redarguens, nullam penitus de Theodoro habuerit mentionem, detectis autem poſtea ſcriptis Theodori, eadem cum auctore prorſus damnata fuiſſe, & dictum eſt ſuperius, & ſuo loco pluribus dicemus inferius. hæc modo ſatis, ne quis ex Liberati hiſtoria in errorem aliquo modo labatur. Si quis autem malorum omniũ, quæ occaſione Neſtorianæ hæreſis in Orientali Eccleſia contigerunt, cauſam Theodorum fuiſſe dixerit; puto ſane hunc ipſum veritatis collimaturum ſcopum: & quidem quæ de eo ſuperius dicta ſunt, hoc ipſum facile monſtrant: cum enim iſte praua docens, ea addiſcentes adeo conciliaſſet ſibi diſcipulos; facti ſunt ijdem Theodori blaſphemiarum pugnaciſſimi defenſores, vſq. adeo vt eius ſententiæ aſſertor Neſtorius euaſerit hæreſiarcha. D

XV.

Hoc eodem anno (inquit Proſper) Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitãtem Aetius bello obtinuit, pacemq. ei ſupplicanti dedit, qua non diu potitus eſt: ſiquidem Hunni cum populo ſuo atq. ſtirpe deleuerunt.] Pollebat Aetius Magiſter militiæ copijs Alemannorum, quibus & reliquis barbaris timendus erat. Sed & Gallos illos, quos ad Oceanum vergentes vocãt Armoricos, ab Imperio Romano deficientes, per eoſdem Alemannos comprimendos curauit, quib. eam conceſſit crudeliter nimis prouinciam deuaſtandam. factumq. eſſet, niſi S. Germanus Epiſcopus Antiſſidori protinus obſtitiſſet. Quomodo autem tanta fuit in ſacerdote potẽtia, vt furori barbarico repentinus obuiator occurrerit, Conſtantius horum temporũ ſcriptor in omnibus integerrimus narrat in eiuſdem S. Germani Vita, quam ſcripſit: reddemus nos nobilem hiſtoriam iiſdem quibus idem auctor verbis enarrat, dum legationem, qua functus eſt ad barbarum Regem, deſcribit. Verum ordo rerum geſtarum poſtulat, vt primo quæ ſtatim præceſſit eiuſdem Germani poſterior in Britanniam ſuſcepta legatio, eiuſdem auctoris verbis recenſeatur. Accidit enim, vt confutati ſemel atq. conuicti, fugatiq. Pelagiani, iidem captantes latibula, ad tempus indixerint ſibi ſilentium, poſtea vero furtim eamdem hæreſim prædicarent, ſenſimq. impietatis ſemina ſpargerent, ea- E demq. creſcerent vſq. ad meſſem, cum rurſum oportuit ex Gallijs illuc mitti S. Germanum. Rem geſtam ſic idem Conſtantius narrat [b]:

Burgundiones & Armorici ab Aetio victi.

c Conſtant Vit. S. Germ. li. 2 c. 1. apud Sur. to. 3. die 30 Iulij.

XVI.

Interea ex Britannijs nunciatur, Pelagianam peruerſitatem iterato, paucis auctoribus, dilatari. Rurſumq. ad beatiſſimum Germanum preces omnium deferuntur, vt cauſam Dei, quam prius obtinuerat, tutaretur. Quorum petitioni feſtinus occurrit, dum & laboribus delectatur, & Chriſto ſe gratanter impendit. Ceſſit tandem inimici inuidia victa virtutibus, nec tentare auſus eſt, quem Dei amicum iam ſenſerat. Adiuncto itaq. Seuero Epiſcopo totius ſanctitatis viro, qui tunc Treueris ordinatus Epiſcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prædicabat, Pariſios iterato dũ experit, totius plebis plauſu, vt tantum virum decebat, excipitur.] & inferius: Ad itineris tranquillitatem elementa conſentiunt: nauigium venti, fluctus aera proſequuntur.

Poſterior legatio S. Germani in Britãniã.

XVII.

Interea ſiniſtri ſpiritus peruolantes per totam inſulam, Germanum venire, inuitis vaticinationibus nunciabant: in tantum, vt Elaphius quidam regionis illius primus in occurſum ſan-

ctorum

A ctorum ſine vlla manifeſti nuncij relatione properauerit, exhibens ſecum filium, quem in ipſo flore adoleſcentiæ debilitas dolenda damnauerat. erat enim areſcentibus mēbris contracto poplite, cui per ſiccitatem cruris vſus negabatur veſtigij. Hunc Elaphium prouincia tota ſubſequitur. Veniunt ſacerdotes, occurit inſcia multitudo. Confeſtim benedictio & ſermonis diuini doctrina profunditur. Recognoſcit populum in ea quam reliquerat crudelitate durantem: intelligunt culpam eſſe paucorum: inquirunt auctores, inuentoſq. condemnant. Cum ſubito Elaphius manibus aduoluitur ſacerdotum, offerens filium, cuius neceſſitatem ætas & debilitas etiam ſine precibus allegabant. Fit communis omnium dolor, præcipue ſacerdotum, qui cōceptam miſericordiam ad diuinam clementiam contulerunt. Statimq. adoleſcentem beatus Germanus ſedere compulit, attrectat poplitem debilitate curuatum, & per tota infirmatis ſpatia medicabilis dextera percurrit. Salubrem tactum ſanitas feſtina ſubſequitur: ariditas ſuccum, nerui officia receperunt; & in conſpectu omnium filio incolumitas, patri filius reformatur. Implētur populi ſtupore miraculi, & in pectoribus omnium fides Catholica firmabatur. Prædicatio deinde ad plebem de præuaricationis emendatione conuertitur: omniūq. ſententia prauitatis auctores expulſi ab inſula, ſacerdotibus adducuntur. B Quod in tantum ſalubriter factum eſt, vt in illis locis etiam nunc fides intemerata perduret. Itaque compoſitis omnibus, beatiſſimi ſacerdotes ea qua venerant proſperitate reuerſi ſunt. *Res geſtæ S. Germani in Britannia.*

XVIII. *Alia legatio ad Regē Alemannorum.*

Vix domum de tranſmarina expeditione remeauerat, et iā legatio Armoricani tractus fatigationē beati Antiſtitis ambiebat. Offenſus enim ſuperbæ inſolētia regionis vir magnificus Aetius, qui tum Rempublicam gubernabat, Eocharich ferociſſimo Alemannorum Regi loca illa inclināda pro rebellionis præſumptione permiſerat. Regiq. idolorum miniſtro obijcitur ſenex vnus, ſed tamen omnibus Chriſti præſidio maior & fortior. Nec mora feſtinus egreditur, quia imminebat bellicus apparatus. Iam progreſſa gens fuerat, totumq. iter eques ferratus impleuerat, & ſacerdos noſter obuius ferebatur, donec ad ipſū Regē, q ſubſequebatur, accederet. Occurrit in itinere iā progreſſo armato duci inter ſuorū cateruas opponitur: medioq. interprete, primū precē ſupplicē fundit, deinde increpat differētem: ad extremū manu iniecta, freni habenas inuadit, atque in eo loco vniuerſum ſiſtit exercitum. Ad hæc Rex ferociſſimus admirationem pro iracundia, Deo imperante, concepit: ſtupet conſtantiam, veneratur reuerentiā, auctoritatis pertinacia permouetur. C Apparatus bellicus, armorumq. commotio ad conſilij ciuilitatem depoſito tumore, deſcendit: tractaturq qualiter, non quod Rex voluerat, ſed quod ſacerdos petierat, compleretur. Ad ſtationem quintam Rex exercituſq. ſe recepit: pacis ſecuritatem fideliſſimam pollicetur ea conditione, vt venia, quam ipſe præſtiterat, ab Imperatore vel ab Aetio peteretur. Interea per interceſſionem & meritum ſacerdotis Rex compreſſus eſt, exercitus reuocatus, prouinciæ a vaſtationibus abſolutæ.] ſubdit Conſtantinus nouiſſimam deſcribere ſanctiſſimi viri legationem pro Armoricis ad cōciliandos eos cum Valentiniano Imperatore, quod Rex Alemannorum petierat, & ipſe illi pollicitus fuit. deſcribit res mirificas in via, cum in Italiam venit, ab eo geſtas, quas breuitatis cauſa relinquimus petituro ipſum fontem lectori. Nos autem hic tantum quæ apud Imperatorem Rauennæ agentem tunc geſta fuerunt, ex eodem auctore reddemus.

XIX. *Legatio ad Imperatorem Valentinianum Rauennam.*

Ferebatur (inquit [a]) iam per ora Rauennatium populorum, & aduentus ſui moras præuius accuſabat affectus. Tandem diu expectatus excipitur. Prouiderat quidem, vt nocturno ingreſſus tempore, ſecreta obſcuritate tegeretur; ſed deſiderantium excubias vitare non potuit. Illic Petrus tum Pontifex Chriſti Eccleſiam Apoſtolica inſtitutione retinebat. *Erat hic ille magnus Petrus cognomento Chryſologus, clariſſimus ſanctitate & doctrina excellens inter Rauennates Epiſcopos.* D Regebat etiam Romanum Imperium Placidia Regina cum Valentiniano iam iuuene: qui ita fidem Catholicam diligebant, vt cum omnibus imperarent, Dei famuli ſublimi humilitate ſeruirent. Qui omnes venerabilem ſacerdotem certantibus ſtudijs prouido amore ſuſcipiunt: abeunt Principes, occurrunt proceres, Eccleſia cum exultatione amplectitur. Ad diuerſorium ſacerdotis Regina venerabilis vas argenti ampliſſimum refertum cibis delicatioribus ſine vlla carnis admixtione trāſmiſit: quod ſuſceptum, ea ratione diſtribuit, vt cibos miniſtris ſuis traderet, ipſe vero vendicaret argentum, remittens loco muneris patinulam ligneam, panem ordeaceum continentem. Quod illa vtrumque cum gaudio ingenti complexa eſt, quod argentum ſuum tranſmiſit ad pauperes, & eſcā illam beati viri cum miniſterio abiecti vaſculi ſuſcepiſſet; nam & lignum poſtea auro ambijt, & panem multis remediis & virtutibus reſeruauit.

a Conſtan. lib. 2. c. 13. & ſeq. apud Surium die 30. Iulij.

XX. *Germanus liberat carcere detentos.*

Quadam die dum plateam latiſſimam turbis anguſtiatus ingreditur, carcerem refertum vinctis ſupplicia & mortem expectantibus præteribat. Qui agnito tranſitu ſacerdotis, vnum clamorem collatis vocibus ſuſtulerūt: cauſam requirit, agnoſcit: cuſtodes euocat, ſubtrahuntur. Diuerſæ E enim Palatij poteſtates miſerorum turbam in ergaſtuli illius noctes damnauerant. Quo ſe verteret miſericordia non habebat: tandem ad notum recurrit auxilium, & quod difficile erat ab hominibus impetrare, a maieſtate diuina depoſcit. Greſſum diuertit ad carcerem, cernuus in orationē membra proſternit. Tum vero Dominus noſter adſtantibus populis gratiam, quam famulo ſuo tribuerit, oſtendit. Clauſura vinculis & ſera conſtricta diſſoluitur, repagula ferrata diſſiliunt: diuina pietas reſerat, quod meditatio humanæ crudelitatis arctauerat. Procedit ad libertatem turba de vinculis, exhibēs vacua onera catenarū, tenēs nexus, quibus antea tenebatur. Relinquitur carcer innocēs aliquādo quia vacuus: & præcedēte pietatis triūpho, turba miſerorū gremio Eccleſiæ gaudētis infertur.] his addit auctor de Voluſiani filio, q præerat cācellis Patricij Sigeſualti, e mortuis ad vitā itidē Germani precibus reuocato, necnō de alūno Acholij eunuchi ꝓpoſiti Imperatoris cubiculo e morbo caduco eiuſdem S. Germani orationibus liberato. ſed de cauſa ſuſceptæ legationis mox ſubdit [b]:

b Conſtan. lib. 2. c. 18.

XXI.

Cauſam ſane Armoricanę regionis, quę neceſſitatem peregrinationis indixerat, obiecta venia

& ſecuritate perpetua ad propriũ obtinuiſſet arbitrium, niſi titubationis perfidia mobilem & in- (A) diſciplinatum populum ad rebellionem priſtinam conuocaſſet. quo facto & interceſſio ſacerdotis euanuit, & Imperialis crudelitas * circumſcriptione fruſtrata eſt. qui tamen calliditate multiplici breui pœnas perfidæ temeritatis exoluit.] hæc de fine legationis perfunctæ. Sed qui honeſtauit illum in laboribus Deus, tandem & compleuit labores illius, a terra ad cælum euocans, cum adhuc Rauennæ moram traheret. Deſcribit eius obitum ita Conſtantius [a]: Germanus igitur quadam die, matutinali ſolemnitate perfecta, dum cum Epiſcopis ſermonem de religione conferret, mæſtiſſimam protulit mentionem, inquiens: Commendo vobis, fratres cariſſimi, tranſitum meum. Videbar mihi per nocturnum ſoporem a Domino noſtro viaticum peregrinationis accipere. & cũ cauſam peregrinationis inquirerem: Ne metuas, inquit; ad patriam, non ad peregrinationem te dirigo: tu habebis pacem & requiem ſempiternam. Deriuabant intellectu alio ſomnium ſacerdotes, ſed ille ſtudioſius commendabat extrema, dicens: Bene noui quam patriam Deus ſuis famulis repromittit. Factum eſt vt poſt dies aliquot ſequeretur incommodum: quo ingraueſcente, ciuitas tota turbatur. Accelerabat qui vocabat ad gloriam, & feſſum a laboribus Dominus inuitabat ad pmia. Regina Placidia, depoſito Imperiali ſupercilio, occurrit pauperi, requirit infirmum, tribuẽs (B) quicquid ab ea beneficij poſtulat: peculiariter ſane petiit, quod illa inuita conceſſit, vt gleba corporis ſui patriæ redderetur. Viſitantium vero tanta fuit diebus ac noctibus multitudo, quantam aut admiſit aditus, aut domus recepit; tempus omne choris pſallentibus terebatur. Septimo incommodi die ad cælum anima felix & beata transfertur.

Feſſum — *credulitas* [marginal note: * credulitas]

a Conſtant. li. 2. c. 19.

De morte propinqua viſio.

XXII. *Reliquiæ viri ſancti in pretio habitæ.* Hereditas deinceps relicta diuiditur, partem præſumit Imperium, partem vendicant ſacerdotes. Et quod fieri de opibus ſolet, naſcitur de exiguitate contentio, dum deeſt quod cupiunt. Solius benedictionis heres capſulam cum reliquiis ſanctis Regina ſuſcepit: cucullã cum interiori cilicio Petrus Epiſcopus vſurpauit. Sex vero Antiſtites, vt aliquid monumenti ex ſucceſſione ſanctitatis acciperent, dirumpere quod ſuperfuerat, maluerunt; vnus pallium, alter cingulum accepit; duo tunicam, duo ſagulum diuiſerunt. De apparatu defuncti feruent ſtudia conferentium, accuſantium cur parua expenſa mortuo deberetur. Acholius corpus aromatum conſtrictione ſolidauit, Regina veſtiuit. Quibus omnibus rite perfectis, expenſis & euectionibus iter inſtruit Imperator, miniſtroſq. eius copioſa largitione proſequitur. Sacerdotes religionis obſequiũ & in præſenti inſtruũt, & ordinatione præmittunt, vnumq. agmen reformatur ad Gallias. Placentiam corpus dum præterit, cæca iam nocte peruenit: quod in eccleſia collocatum, dum vigiliis ſanctę deuotionis excolitur, (C) matrona quædam eius loci paralyſi diſſoluta, ita vt nullum membrum ſuo fungeretur officio, precario depoſcit vt feretro corporis ſubderetur: ibiq. vſq. ad lucem extenſa decubuit. Mature corpus attollitur: ſurgit mulier viuificata per mortuum, mirantibus populis, propriis pedibus debitũ reddit obſequium. Excipiunt [Galliæ patronum proprium famulatu maiori, &c.] hæc ex multis a fideliſſimo ſcriptore Conſtantio depromſimus, vtpote res geſtas ſui temporis, fama omnibus ferme notas, ad viros ſanctiſſimos Patientem Epiſcopum Lugdunenſem, & ad Cenſorinum ſucceſſorẽ Germani Antiſidorenſem Epiſcopum conſcribente: qui ad calcem, eiuſmodi quaſi veritatis ſigillum imprimens, conteſtationem appoſuit: Deum teſtor conſcium ſecretorum, me plura de domini Germani factis agnita & probata tacuiſſe; ex quo reum me eſſe fateor, ſupprimendo quod mirabiliter ad profectum omnium diuina virtus operata eſt: & ideo in ſcribẽdo ſuccinctum magis me arbitror fuiſſe, quam nimium.] hæc ipſe de S. Germano Antiſidorenſi Epiſcopo viro Apoſtolico, quem ſediſſe tradit annos triginta & dies vigintiquinq. tranſlatum vero ac ſepultum in ſua eccleſia Kalendis Octobris. At de Germani legationibus iam ſatis. (D)

XXIII. *De editione Codicis Theod.* Hoc eodem anno facta eſt promulgatio Codicis Theodoſiani decimoquinto Kal. Martij, edita ſanctione [b] ad Florentium Præfectum Prætorio Orientis, in qua viri clariſſimi nominantur q in opus laborauerunt. Porro illis viſum eſt nonniſi confirmari & interſeri eas conſtitutiones, quas Principes Chriſtiani ſanxiſſent, incipientibus a Conſtantino Magno. Ceterum etſi Gentilium Imperatorum nulla his admixta lex eſt, haud tamen priſcorum Iureconſultorum ipſe Theodoſius voluit ſperni reſponſa, de quibus iam iſta ante ſanciuerat, atque ad Senatum Vrbis Romæ ita reſcripſerat [c]:

b Nouel. Theod. tit. 1.

c l. 1. de reſp. prud. C. Theod.

XXIV. Papiniani, Pauli, Gaij, Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta vniuerſa firmamus: ita vt Gaium atq. Paulum, Vlpianum & ceteros comitetur auctoritas lectionis, quæ ex omni opere recitatur. Eorum quoque ſcientiam, quorum tractatus atque ſententias, prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſemus, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atque Marcelli, omniumque quos illi celebrarũt: ſi tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potius numerus vincat auctorum: vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat auctoritas, in qua excellẽtis ingenii vir Papinianus emineat: qui vt ſingulos vincit, ita (E) cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Vlpiani in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, præcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur auctoritas; quod ſequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoq. ſententias ſemper valere præcipimus, &c. Dat. VII. Idus Nouembr. Rauennæ, DD. NN. Theodoſio XII. & Valentiniano II. Coſſ.] hæc ibi.

XXV. Verum præter Theodoſianum Codicem Gregorianus erat atq. Hermogenianus, in quib. eiuſmodi Iureconſultorum ſententiæ digeſtæ erant & Principum placita. Quibus omnibus non dedignatos eſſe Romanos Pontifices in iis quæ contra Chriſtianam religionem minime verterentur, S. Gregorius Papa declarauit exemplo in ea epiſtola, quam dedit ad Ioannem Defenſorem [d]. Quo modo autem hæc a diuerſis diuerſo ordine diſpoſita, a Iuſtiniano Imperatore ſint meliori digeſta ordine atque aucta, ſuo loco dicemus.

d Greg. lib. 12. epiſt. 14.

XXVI. Hoc item anno, dum legibus populus docetur & coercetur, turpe ſcelus in domo regia regiaq.

perſona

A ęperſona admitti contigit. Etenim ſub his Conſulibus Marcellinus(vt emẽdatiores codices habẽt)
tradit de Honoria filia Gallæ Placidiæ Valentiniani Imp. ſororis, quod conſuetudine Eugenij pro
curatoris infamata eſt, ob eamq. cauſam Conſtantinopolim ad Theodoſium miſſa. Eſt huius Ho-
noriæ mentio in veteri inſcriptione, q̃ erat Rauennæ in baſilica S. Ioannis Euangeliſtæ his verbis[a]:
SANCTISSIMO AC BEATISSIMO APOSTOLO IOANNI EVANGELISTAE PLA- a Hie.Rub.Hiſt.
CIDIA AVGVSTA CVM PLACIDO VALENTINIANO AVGVSTO ET FILIA SVA Rauen.lib.2.
IVSTA GRATA HONORIA LIBERATIONIS MERITO VOTVM SOLVIT.]hæc ibi.
Porro quam erexit baſilicam, eamdem ſacris etiam imaginibus decorauit eadem Galla Placidia,
appoſuitq. iconas complurium Auguſtorum, Conſtantini, Theodoſij Maioris, Arcadij, Honorij, &
Theodoſii Iunioris a parte dextera, a ſiniſtra vero Valentiniani Maioris, Gratiani, Conſtantij pa-
tris Valentiniani Tertij, Gratiani nepotis, Ioannis nepotis, & aliæ imagines & inſcriptiones. Tu
vero de his conſule Rubeum fuſius iſta proſequentem.

B

IESV CHRISTI ANNVS 436.	SIXTI PAP. ANNVS 5.	THEODOSII 29. VALENTINIANI 12. IMPP.

QVi ſequitur Chriſti annus quadringenteſimus trigeſimus ſextus, Iſidoro & Senatore Conſuli I.
bus aperitur: quo cum Neſtorij fautores vniuerſam Orientalem Eccleſiam maiorib. in dies
miſcerent turbis, & grauioribus concuſſionibus exagitarent; Theodoſius Imperator, ſero li
cet, tandem auctorem malorum omnium Neſtorium in Oaſim deportandum, dato reſcripto decer b Apud Act. E-
nit, directum illud quidem ad Iſidorum agentem hoc anno vna cum Conſulatu Prætorij Præfectu pheſ.edit.Pelt.t.
ram. eſt autem huiuſmodi [b]: 5.c.12.

Etſi noſtrum erga Rempublicam ſtudium perſpicuum eſt: haud minoris tamen nobis eſt curę II.
vt ſacroſancta quoq. religio recte conſtituatur. Si enim hanc rite curauerimus, fore optamus, vt & *Theodoſii re-*
publicis quoq. rebus hac ratione conſulamus. Quare cum Neſtorius Catholicæ quondam Eccleſię *ſcriptum con-*
ſacerdos, nunc rectæ fidei proditor, tantorum ſcelerum mole oppreſſus teneatur: operæpretiũ eſt, *tra Neſtoriũ.*
C vt ſerenitatis noſtræ ſententiæ ſubijciatur, calamitateq. moribus illius digna opprimatur, vt qui ve
nerandis Eccleſiæ legibus abiectis, traditionibuſq. contemptis, nefandæ hæreſeos auctor extiterit;
quiq. dum illorum quos proditionis ſuæ ſocios ſibi adiunxit, fidẽ corrupit, alienæ corruptionis cri-
men ſuo ipſius capiti aggregauit. Tua proinde celebris auctoritas, hac pragmatica ſanctione, ſiue
hac propria auctoritate oſtenſa, prædictum Neſtorium ob admiſſam a ſe impietatem in perpetuũ
exilium Petras abire compellat: omniaque illius bona Eccleſiæ Conſtantinopolis Fiſco addicat;
quo auguſti loci illius opes, cuius ille ſacra myſteria nuper prodidit, auctiores euadant. Hac enim
ratione futurum eſt, vt & religio ſanctiſſimæ fidei intacta in mentibus hominum perſeueret, & re-
gni noſtri felicitas religione munita quotidie magis magiſque floreat:]hactenus reſcriptũ contra
Neſtorium.

Fuiſſe quidem Petras locum exilij ab Imperatore decretum in Oaſena Aegypti prouincia po III.
ſitum, inde poſſumus intelligere, quod auctores omnes temporis huius ſcriptores in Oaſim Neſto *De loco exilij*
rium deportatum fuiſſe tradunt, deportationem omnium famoſiſſimam, de qua ſuperius & in No *Neſtorij.*
tis pluribus dictum eſt. In Oaſim quidem deportatum eſſe Neſtorium, Theodoretus in epiſtola
D ad Sporadium tradit his verbis [c]: Non ſolum ſacerdotio Neſtorius eiectus fuit diuino quidẽ iu- c Theod.epiſt.?
dicio, ſanctorum Epheſi congregatorum Patrum decreto, ſed etiam Imperiali nutu Oaſim incole
re damnatus, pœnas quæ impios expectant, has prægustare cœpit.]id ipſum affirmat Socrates [d], id d Socrat.libr.7.
deniq. ex ipſius Neſtorii litteris Euagrius [e] prodit, qui & res poſt hæc ab eo geſtas ex iiſdẽ ſcrip- c.31.
tis ita recenſet: Quemadmodum autem Neſtorius in exilium eiectus ſit, & quid poſtea de illo fa- e Euagr.li.1.c.7.
ctum, & quem vitæ exitum ſit conſecutus, & quas pœnas blaſphemiæ cauſa dederit, neutiquam ab
illis qui eius res geſtas ſcriptis prodiderunt, traditum eſt. Quæ omnia plane intercidiſſent, fuiſſent
que temporis diuturnitate ita deleta, obrutaq. vt ne de illis omnino vel ſemel audiri poſſet, niſi in
librum quemdam ab ipſo Neſtorio editum, in quo iſtarum rerum continetur narratio, forte fortu
na incidiſſem.]& paulo inferius poſt recenſitam, quam Epheſi ob blaſphemiam ſubiiſſet ſenten-
tiam, iſta ſubdit:

Porro autem in eodem libro oſtendit, Theodoſium primo propter amorem, quo eum comple IV.
ctebatur, eius abdicationem minime ratam feciſſe. Deinde cum quidam Epiſcopi ex vtraq. factio *Qualiter habi*
ne ab vrbe Epheſo ad Theodoſium(idem ipſum namq. Imperator poſtulauerat)miſſi eſſent, po- *tus Neſtorius*
E teſtatem ſibi datam ad ſuum monaſterium reuertendi, quod ante portas Antiochiæ, quæ iã Theo *in ſuo monaſte*
polis dicitur, ſitum eſt; cuius nomen a Neſtorio non ponitur illud quidem, tamen fertur appella- *rio.*
tum eſſe monaſterium Euprepij; quod quidem ante portas Antiochiæ locatum eſſe, pro certo co-
gnoſcimus; & ab iiſdem non amplius duobus ſtadijs diſtare. Narrat idem ipſe Neſtorius, ſe in eo
loco quadriennij ſpatio commoratum eſſe, varijs affectum honoribus, variiſq. præmiis donatum,
poſtea autem relegatum ad Oaſim edicto Theodoſij. Verum quod caput omnium erat, penitus
occultauit. Neq. certe in eo loco vitam degens, a ſua deſtitit blaſphemia: adeo vt Ioannes Antio-
chiæ Præſul iſtam in apertum proferret ſententiam, Neſtorium ſcilicet perpetuo exilio mulctan-
dum eſſe.]Ex his vides, lector, Ioannem Antiochenum Neſtorii antea propugnatorem, poſt pa-
cem initam cum Cyrillo eius aduerſarium penitus euaſiſſe. Sed ſubdit Euagrius:

Scribit præterea Neſtorius alium libellum acute & ſubtiliter ad quemdam videlicet Aegyp- V.
tium de ſua in Oaſim relegatione, in quo de his rebus diſputat vberius. Quæ autẽ pertulerit ſup- *Quę paſſus Ne*
plicia ob conceptas ab ipſo blaſphemias(quippe obtutum Dei omnia contemplantem latere *ſtorius in exi-*
non *lio.*

non potuit)ex alijs litteris,quas ad Præfectum Thebaidis dabat,ſatis poterit intelligi. Nam in illis videre licet,quod cum iuſtas hominibus pœnas non luerit,vltio diuina cum ex improuiſo oppreſſit,& quaſi captiuum ducens,in acerbiſſimam omnium coniecit calamitatem. Nam quoniam maiores luere debebat pœnas,e Blemmijs,a quibus captus erat,dimiſſus, Theodoſio reditum illi per edicta decernēte,circiter extremas oras Thebaidis,de vno loco in alium demigrans, atque ad terram colliſus,finem viuendi dignum ante acta vita eſt conſecutus,ipſoq. vitæ exitu alter Arius declaratus. in quo perſpicue elucet,& quaſi pro certo dignoſcitur,quæ merces ſit impiæ in Chriſtū blaſphemiæ propoſita. Vterque enim,Arius & Neſtorius,in eum ſimiliter iecit blaſphemiā, alter appellando creaturam,alter hominem tantum eſſe exiſtimando.]& inferius oſtendens pro miraculo,vt quem Theodoſius tanto ſtudio proſequeretur,eumdem in exilium iuſſerit ſolum vertere, iſta ſubiecit: A

VI.

Verum ne crimen(inquit) ſubeamus mendacij, ipſum Neſtorium, qui nos iſtas res doceat, in medium adducamus. Age Neſtori recita mihi quædam ad verbum ex epiſtola abs te ipſo de his quæ iamdudum Epheſi de ſanctiſſima religione agitabantur conſcripta,& ad Præfectum Thebaidis miſſa: Ex Imperatoris edicto(*ſunt hęc verba Neſtorij*),Oaſim,alio nomine Ibin appellatā,demigrare coacti ſumus. Ac quibuſdam deinde interpoſitis adiungit iſta:Poſtquam Oaſis,quam ſupra dixi,a barbaris capta erat,igniq.& cædibus * funditus vaſtata;nos ab ijſdem barbaris, qui nos (qua cauſa adducti,neſcio)ſunt derepente commiſerati,dimiſſi ſumus,minacibus quibuſdā conteſtationibus ad nos perterrefaciendos adiectis,vt quamprimum e regione illa egrederemur: Nā Mazici(inquit)nobis abeuntibus,ſunt exemplo eam occupaturi. Venimus igitur in Thebaidem cum captiuis quibuſdam,quos barbari ob miſericordiam(quid autem voluerint,equidem nō habeo dicere)nobis adduxerunt. Poſtremo iſti ad cara ſua quiſq. domicilia dimiſſi ſunt:nos autē ad Panopolim noſmetipſos propere recepimus. Verebamur namq. ne quis,quoniā captiui eramus, anſam inde ad negotium nobis faceſſendum arripiens,vel fugitiuorum crimen contra nos confingeret,vel alio quodam accuſationis genere(variæ enim calumniæ hominibus malitioſis ſolent abunde ſuppetere)nos per fraudem implicare moliretur.]his Neſtorius,ad Præſidem ſcribens, fugā ſuam coloribus adornauit.ſubdit mox vero:Quapropter veſtram celſitudinem obſecramus, vt noſtræ captiuitatis,ſicut leges poſtulant,curam habeatis,& ne patiamini quemquā hominem captiuum veteratoribus ad perniciem dedi:ne omnis poſteritas velut tragice hoc decantet, ſatius eſſe a barbaris duci captiuum,quam auxilij cauſa ad Imperium Romanum confugere. Atque iureiurando adiecto,ſic præterea ab aliis poſtulauit:Nobis per vos,quæſo,liceat in hoc commorari domicilio,ad quod ab Oaſi,cum eſſemus a barbaris dimiſſi,acceſſimus:vt quicquid a Deo de nobis decretum ſit,id iam nobis obueniat.]hæc ex prima epiſtola accepta Euagrius habet. ex ſecunda autem iſta ſubiungit: B C

* ſedibus

Neſtorius Panopoli habitat.

VII.

Neſtorius cogitur ſæpe mutare loca.

Has litteras ad tuam amplitudinem a nobis perſcriptas, ſiue vt argumentum amoris erga te mei,ſiue vt admonitionem a patre ad filium miſſam ducis,animum,quæſo,attende reb. in illis explicatis,quæ ſane permultæ ſunt,eaq. pauciſſimis verbis,quantum fieri poterat,a nobis comprehēſæ. Oaſis,quæ Ibis quoq. dicitur,Nomadum multitudine in eam irruptionem faciente, iampridē penitus vaſtata eſt.& paulo poſt:Quæ res cum ita accidiſſent,tua amplitudo,neſcio qua cauſa impulſa,aut qua arrepta occaſione,iuſſit vt ad regionem quamdam, Elephantinam nomine,ſitam ad extremam oram prouinciæ Thebaidis per milites barbaros ex Panopoli abduceremur: quo quidem manu militum,quos dixi,miſere raptati ſumus. Ac cum itineris longitudine eſſemus fracti, contritiq. mandatum minime ſcriptum illud quidem rurſus a tua magnitudine accepimus,vti Panopolim reuerteremur. Itaq. moleſtijs,quæ in tanto & tam prolixo itinere nobis obtigerunt, debilitati,corpore morbo vexato,& præ ſenectute languido,manibus etiam & lateribus confractis, venimus denuo Panopolim;ibique aduerſis caſibus & acerbo dolorum morſu conciſi,fere animam egimus. D

VIII.

Rurſum vero aliud mandatum ſcriptum a tua celſitudine ad nos allatum nos a Panopoli ad quoddam illius confinium traduxit. At cum nos iam finem mandatis contra nos editis ſtatutū fore putaremus,expectaremuſq. Imperatorum illuſtriſſimorum de nobis voluntatem,de improuiſo aliud crudele ſane dabatur mandatum,vt iam quarto mulctaremur exilio. Et paulo infra: Sis,quęſo,his rebus geſtis contentus:ſatis tibi ſit,tot exilia cōtra vnum corpus decreuiſſe:acquieſcas,amabo te,incommodis,quæ iam abs tua amplitudine accepimus. Quæſtionem,quæ eſt exercenda de nobis(per quos oportuerat cauſam declaratam fuiſſe)quæſo Imperatoribus noſtris inuictiſſimis (vt æquitas poſtulat)permittas. Iſta conſilia a nobis ad te,tamquam a patre ad filium ſcripta ſunt. Quod ſi eadem iam ſicut antea grauiter & iniquo animo feras: fac quod voluntas iubet, ſi mō vincere ratio non poſſit voluntatem. Ad iſtum modum Neſtorius tam Imperatores quam eorum magiſtratus litteris velut pugnis & calcibus verberare,maledictiſq. figere non dubitauit: neq. rebus aduerſis,quas pertulerat,ad modeſtiam traductus fuit. E

IX.

Miſerādus Neſtorij interitus.

Ipſe equidē accepi a ſcriptore quodā,modum quo deceſſit e vita,talem fuiſſe, nimirū eius linguā vermibus exeſam eſſe,ſicq. cum huius vitæ miſeriis ad grauiora ſupplicia iuſto Dei iudicio infligenda eaq. ſempiterna migraſſe.]hactenus de his Euagrius,q̄ ab amanuenſi Neſtorij & ex eius epiſtolis accepit. His conſentientia ceteri habent:addit tamen Theodorus [a] Lector,totū eius corpus putredine fuiſſe conſumptū:id ipſum affirmat quoq. Cedrenus [b], cum lingua totum computruiſſe corpus:eadē etiā tradit Nicephorus [c]. Corrigendus tamen ex dictis Euagrius [d], dum ait inferius,poſt mortē Neſtorii ſubrogatum Maximianū Cōſtantinopolitanæ ſedi in locū ipſius Neſtorij,ac deinde Proclum:nam viuo Neſtorio,immo necdum in exilium acto,eos gubernare cœpiſſe Eccleſiam Conſtantinopolitanam,ſatis liquido demonſtratur. Ceterum non ante præſentem annum Neſtorium proſcriptionem cum exilio paſſum eſſe,tum reſcriptum Imperatoris datum ad

a Theod. in Collectan.
b Cedren. Compēd. in Theodoſ. Minore
c Niceph. lib. 14. c. 26.
d Euagr. li. 1. c. 8.

Iſidorum

A Iſidorum Conſulem huius anni declarat, tum etiam litteræ ipſius Neſtorij fidem exploratam fa-
ciont, vtpote quæ quadriennium teſtentur eum in ſuo monaſterio in pace frequentatum muneri-
bus & honoribus tranſegiſſe: cum enim eo fuerit amandatus poſt Concilium Epheſinum abſolu-
tum in fine anni quadringenteſimi trigeſimiprimi, quatuor his additis annis habitationis in mo-
naſterio, hoc plane anno in exilium actum colliges. Quoto autem exilij anno extremum diē clau-
ſerit, haud ſatis exploratum habetur.

Quod rurſum ad Neſtorij finem ſpectat: licet iſta dicta nuper ſingillatim minime explicet
Theodoretus, vt rem omnibus notam; ſatis ſibi viſus iſtis verbis ipſius extrema clauſiſſe, quibus — X.
ait [a]: Vnde quoniam turpiſſima & maxime ignominioſa morte perituri ſunt iniqui: pontificatu — a Theodoret hæret. fabul. lib 4. in
per ſanctos qui Epheſi congregati fuerant, diuino ſuffragio eiectus eſt, & iuſſu Imperatoris Oa- — Neſtorio.
ſim habitare damnatus, futuri impiorum ſupplicij illinc cœpit exordium, vt qui a ſua amentia cō-
ſumptus ſit, & in ſe dictum Apoſtoli [b] compleuerit: Quorumdam hominum peccata manifeſta — b 1. Tim. 5.
ſunt præcedentia ad iudicium.] hæc ipſe: qui quidem ob priſtinam, quam cum Neſtorio (vt vidi- — *Theodoretus*
mus) conſuetudinem habuit, infamatus cum eſſet, arrepta inde Neſtoriani occaſione, commenti- — *defenditur a*
B cias quaſdam Theodoreti atque Neſtorij ad inuicem datas vulgauere litteras, quibus ſectæ com- — *calumnijs.*
munio monſtrabatur. teſtatur id quidem Leontius Scholaſticos, vbi ait [c]: Sciendum & illud, cir- — c Leont. de ſect.
cumferri quaſdam Theodoreti ac Neſtorij epiſtolas, in quibus ſe mutue recipiūt: ſed fictitiæ ſunt, — act. 4. tom. 9. Biblioth. ſanct.
& fingunt eas hæretici, vt earum ope Synodum oppugnent. Si cui vero cognoſcere libet, quam gra
ui Neſtorium Theodoretus odio proſecutus fuerit, librum ipſius Theodoreti perſcriptum de Hæ
reſibus legat.] hæc Leontius. extat ex illis epiſtolis vna ad Neſtorium inſcripta recitata ad finem
quintæ Actionis Quintæ Synodi & aliæ ad alios datæ, quibus ipſe Theodoretus ſocietatis cum Ne
ſtorio redarguitur.

At ſunt ipſius Theodoreti ſcripta plurima, quæ, niſi nimia prolixitas fatigaret lectorem, pro il — XI.
lius ſincera fide probanda adduci in medium poſſent, nempe epiſtolæ ipſius illæ ad diuerſos datæ,
& quidem germanæ, quibus nihil ſit quod obijci penitus valeat, vt quæ inter eas primum ſibi ven — d Theodore. epiſtola 1.
dicat locum, epiſtola [d] ad Sporadium, qua cum auctore execrandum dogma Neſtorij eſt inſecta
tus; inſuper aliæ complures ad diuerſos ſcriptæ, quibus rectæ fidei profeſſionem, aduerſantemq.
eiuſdem Neſtorij impietati, teſtatam, ſartam tectam, confirmatam, ſtabilitamq. reliquit, vt epiſto
C la ad Euſebium Scholaſticum [e], alia ad Dioſcorum, aliæ inſuper ad Celerinam diaconiſſam, ad Eu — e Theodor. epiſ. 31. 53. 101. 109. 131. 144.
ſebium Epiſcopum Ancyranum, ad Timotheum Epiſcopum, ad Andream, ad monachos Conſtan
tinopolitanos, & ad poſtremum duæ ad Leonem Romanum Pontificem: quibus plane om-
nibus ex priſtina illa cum Neſtorio conſuetudine contractam maculam plus ſatis abſterſit, diluit,
atque purgauit. Poſt initam quidem pacem, iunctamque cum Cyrillo & alijs Orthodoxis com-
municationem ipſum Neſtorio addictum fuiſſe, nulla prorſus eſt mentio; ſed pro Catholica fide
ſtrenue atque impigre laboraſſe, plurima ſunt monumenta. Verum de Theodoreto ſæpe dicen-
dum inferius erit.

Hoc eodem anno Ioannes Epiſcopus Antiochenus diem extremum obijt, cum ſediſſet annos — XII.
tredecim; licet Nicephorus in Chronico annos decem & octo illius ſedi tribuat: verum cum anno
ſequenti extent litteræ Theodoreti ad eius ſucceſſorem Domnum Epiſcopum Antiochenum ſcri
ptæ, haud ad illud tempus eius vitam eſſe propagatam, perſpicue poſſumus intelligere. Porro ip-
ſam Theodoreti ad Domnum epiſtolam reddemus ſuo loco anno ſequenti; & eam qua mōſtratur
annos tredecim tantū ſediſſe, ad Dioſcorū datam, ſuo item loco deſcribemus. Mortuo aūt Ioāne, — *Domnus Epiſcopus Antiochenus.*
D in locū ipſius ſubrogatus eſt eius ex ſorore nepos Domnus monachus, ſed deſertor monaſterij; q
(vt dictū eſt ſuperius) degens in Laura Euthymii, ipſo inuito, Antiochiā cū venire decreuiſſet, hoc
eū vaticinio Euthymios futura prædicens admonuit: Obtinebis quidem adminiſtrationē, *nempe*
ſedis Antiochenæ Epiſcopatum, ſed eam rurſus auferent tibi mali homines & præſtigiatores, cum
ab illis prius ſeductus fueris ignorantia.] hæc quidem ipſe; nec falſus extitit vates, vt euentus pro-
bauit, inferiuſq. ſuo loco patebit. ſcribit hæc de Domno Cyrillus monachus in Actis [f] Euthymij. — f Extant apud Surium die 20. Ianuar.
Quomodo vero factus Epiſcopus Simeonem illum magnum cognomento Stylitam conuenit, nar
rat Nicephorus iſtis verbis [g]: Quo tempore Domnus ſacras Antiochenæ vrbis habenas tenuit, — g Niceph. li. 14. c. 51.
cum ad Simeonem veniſſet, totus conſternatus eſt, & cum eo myſtico arcanoq. congreſſu conueni
re exoptauit: Conueneruntq. ideo ambo, & ſacrificio immaculato atque incruento peracto, alter
alteri myſticam communionem porrexit.] hæc Nicephorus. Sed iam ad ſequentis anni res geſtas
orationem paremus.

E

IESV CHRISTI ANNVS	SIXTI PAP. ANNVS	THEODOSII 30. VALENTIN. 13. IMPP.
437.	6.	

QVadringenteſimum trigeſimumſeptimum Chriſti annum ſignant Conſules Aetius & Sige- — I.
ſuultus: quo dira perſecutio a Vuandalis illata Africanam exagitauit Eccleſiam: id quidem
bis aggreſſos eos eſſe Conſulibus, ſanctus Proſper in Chronico narrat his verbis: Genſe-
ricus * Rex Vuandalorum intra habitationis ſuæ limites volens Catholicam fidem Ariana im- — * Geiſericus
pietate ſubuertere, quoſdam noſtrorum Epiſcoporum eatenus perſecutus eſt, vt eos priuatos iure — *Perſecutio in*
baſilicarum ſuarum, etiam ciuitatibus pelleret, cum ipſorum conſtantia nullis ſuperbiſſimi Regis — *Africa ſub Genſerico.*
terroribus cederet.] paulo vero poſt ſubdit: Per idem tempus quatuor Hiſpani viri, Arcadius, Pro
bus, Paſchaſius, & Eutychius, dudum apud Genſericum merito ſapientiæ & fidelis obſequii clari
habebantur: quos Rex vt copulatiores ſibi faceret, in Arianam ſectam tranſire præcepit. At illi ſa-

ciaus

Digitized by Google

A

einus conſtantiſſime reſpuentes, excitato in rapidiſſimam iram barbaro, primum proſcripti, deinde in exilium acti, tum atrociſſimis cruciati ſupplicijs, ad poſtremum diuerſis mortibus interempti, illuſtri martyrio miſerabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Paſchaſij & Eutychij, pro elegantia formæ atque ingenij admodum Regi acceptus, a profeſſione atque amore Catholicæ fidei cum nullis minis deturbari poſſet, diu fuſtibus cæſus, ad infamem ſeruitutem damnatus eſt, nec ideo (vt apparet) interfectus, ne ſuperata ſæuitia impij Regis etiam illa ætas gloriaretur.] hactenus Proſper.

II.

Fuerunt hi primitiæ martyrum perſecutionis Vuandalicæ, meritoq. præ ceteris ſunt laudibus celebrandi, vtpote qui alijs ad martyrium viam aperuere; quorum anteſignanus Arcadius affluẽs diuitijs, gloria ſæculari conſpicuus, & coniugatus erat: quæ omnia haud leuia videri poterant fore ad martyrium impedimenta. Sed ſuperauit hæc cuncta & vicit athleta Chriſti corroboratus ab amico cariſſimo, ſanctiſſimo ſacerdote, Antonino Epiſcopo Conſtantinæ ciuitatis, qui ſcribens ad eum epiſtolam, ipſum hortatus eſt, vt forti perferret animo, quæ fidei Catholicæ cauſa dirus tyrãnus mala inferret. porro ipſa epiſtola redolens antiquum illum Apoſtolicum characterẽ ſic ſe habet [a]:

[a] Extat tom. 5. Bibl. ſanct. col. 435.

B

III.

Epiſtola Antonini Epiſc. Cõſt..tinæ ad Arcadium.

Perge fidelis anima, perge, & confeſſor vnitatis * gaude, quia pro nomine Chriſti pati meruiſti cõtumeliam, ſicut Apoſtoli cum flagellati ſunt. Ecce iam ſerpens ille ſub pedibus tuis iacet: ipſe cõfligere potuit, ſed ipſe cecidit, quia te elidere non potuit. Rogo te, preme caput eius: nõ ſurgat iſte in agone martyrij, nemo te commoueat. Ecce gaudet Chriſtus, & inſpicit te: lætantur Angeli, & adiuuant te. Turba dæmonum calcaneum tuũ obſeruat. Ne deficias, & dæmones qui nunc lugent, gaudeant. Tecum eſt omnis chorus martyrum præceſſorum tuorum: expectant te martyres, & defendunt, & coronam extendunt. Rogo te, tene quod tenes, ne alter accipiat coronam tuã. Quantum temporis eſt, quo pugnaturus eris? & quantum temporis erit, quo in æternum victurus eris? Iam cœpiſti, perfice. Hodie aparet, cur pateris: Dominum nihil latet: non te fallat diabolus in cauſa, cum tibi ingerit nebulam: hoc vult ne cariſſimus patiaris.

* Trinitatis

IV.

Verum, frater, habes certamen: integra eſt iſta confeſſio: ſi mortuus fueris, certus eſto martyr eris. Iob [b] non attendit vxorem, & ideo vicit; non familias, non diuitias, non amicos, & merito ſuperauit. Adam [c] mulierem ſuam plus ſatis dilexit, & ideo tam lacrymabiliter cecidit. Sic dicit Dominus [d]: Qui non dimiſerit, patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut familias propter me, non eſt meus diſcipulus. Quid ſi conditione vitæ mortuus eſſes; vxor te, aut familia habuit reuocare? Nam quem tenuiſti, ipſum attende, ipſi hære, tene eum fortiter, ne dimittas, ne reſpexeris retro, aut vxorem, aut diuitias, aut familias. Surſum cor, perfectam inchoaſti pugnam. Ipſe tecum archangelus, qui cecidit, dimicat, ipſe tecum luctatur; ſed tecum eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus.

C

[b] Iob. 2.
[c] Geneſ. 3.
[d] Matth. 10.

V.

Vehemens ad martyrium exhortatio.

Vide ne timeas: adiuuat te, vt coronet te. Septem filios Machabæa [e] mater pro Chriſto miſit ad mortem: ante eam cruciabantur, & ipſa magis eos hortabatur, vt morerentur: ipſa autem poſt filios occiſos ecce iam exultat cum filijs coronata. Reſpice quia in vtero matris Deus te fecit: ipſe tibi ſpiritum & animam dedit, ipſe te ornauit ratione & ſapientia, ipſe cęlum fecit & terram & omnia quæ in eis ſunt. Sic te vult ſuſcipere pro fide morientem, vt tibi plenam exhibeat maieſtatem. Reſpice mundum: periturus eſt. Reſpice Solem, Lunam & ſtellas; & ipſa ſoluenda ſunt. Confli ge fortiter pro anima tua, quæ aut ſemper viuit, aut ſemper perit. Ecce dimiſſa ſunt tibi peccata tua, & omnes iniquitates tuas Deus pro hac pugna delebit, quæcumque vſque hodie committere potuiſti. Audi de hac re Ezechielem dicentem [f]: Quacumque die iniquus conuerſus fuerit ab iniquitate ſua, & fecerit iuſtitiam, omnes iniquitates eius non memorabor vltra, dicit Dominus. Iuſtitia tua, fides tua: quia [g] iuſtus ex fide viuit. Tribulatio, expoliatio, exilium remiſſionẽ tibi contulit peccatorum, mors autem aperit tibi regna cælorum. Qualis eris, cum te cum ſancto Stephano videris? Qualis eris, cum Petrum & Paulum, quos rogare ſolebas vt patronos, habebis amicos? Chriſtum mox tua anima videbit, & corpus tuum erit in refrigerio reſurrectionis, vt & ipſa caro videat, quod tua anima cum exierit, mox videbit.

D

[e] Mach. 7.
[f] Exech. 3.
[g] Rom. 1. Hebr. 10.

VI.

Propoſitũ certamen ob oculos ponit.

Fremit diabolus, gaudet Chriſtus. Roga, plora, poſce auxilium, & mox accipies in mente ſolatium. Time pœnas æternas, vbi ſemper ardetur, vbi ſemper in tenebris & corpus & anima cruciatur, vbi cum diabolo anima & corpus in æternum exuritur. Gehennas expaueſce, & Chriſtum mõ tene. Modo eſt vt aut viuas, aut pereas. Nemo te recuperabit, ſi in iſta pugna defeceris. Et quid tibi prodeſt, ſi diabolo conſenſeris, & mox corpus amiſeris? Aut neſcis quia vita corporis tui in poteſtate eſt Dei tui, qui tibi confeſtim auferre poteſt carnem, ſi dereliqueris fidem? Quidam Chriſtianus, dum pro fide in equuleo torqueretur, retulit adſtitiſſe ſibi angelum ſplendido vultu cum linteo aqua profuſo, qui ei aquam in faciem ſpargeret, & linteo detergeret. Donec tortus eſt iſte, Angelus non receſſit, conſolans eum, & refrigerans eum. Cõfeſſor autem Chriſti pœnas quas ſuſtinebat, penitus non ſentiebat. *fuit hic Theodorus Antiochenus ſub Iuliano confeſſor.* Minus tormenta ſentiuntur, quando pro Chriſto pugnatur: quia virtus animi ſuperat dolores mundi: & cũ inuocata fuerit Diuinitas, mitigatur tormentorum acerbitas. Ecce pro Domino * tentus es, & afflictus non perdes fidem, etiam ſi amiſeris carnem. Exhibe Deo hanc perſeuerantiam, & ne valde timeas pœnam: aut enim grandis eſt, & cito finitur; aut leuis erit, & non valde cruciabitur anima.

E

* homine

VII.

Victoriam glorioſam proponit.

Tu autem exora, quia luctari cœpiſti, nec defeciſti: martyrium inchoaſti, cuſtodi animam tuã. Adiuro te per Trinitatis vnitatem, pro qua pateris mortem; ſerua cor tuum & confirma per Spiritum ſanctum, quem in te exufflare voluiſti, & quem in te honoraſti. Conflige fortiter per puritatẽ baptiſmi, quod contemnere noluiſti. Securus eſto de corona, ſecurus pugna, donec voluerit tibi Dominus terminare victoriam. Probat modo Deus animum tuum: ibi eſt oculus Dei, contempla

tur te

Digitized by Google

A tut te de hora in horam quid agas, quid cogites, quomodo pugnes, quomodo ſtes: ſi firmum te viderit, gaudet & adiuuat: ſi infirmum, ſuccurrit & ſubleuat. Tu tamen certa pro veritate vſque ad mortem, & eris non ſolum tibi, ſed & ceteris in ſalutem]: alioquin a te Deus exiget tuam animam & alienas. Signifer es Chriſti, in acie primus ambulas: ſi tu cecideris, ab aliorum morte non eris immunis. Hæc time; nam & ſi viceris, pro multorum ſalute pugnaſti, & coronam multiplicem accepiſti.

Deus vnus eſt, Deus non poteſt eſſe minor, Deus non poteſt immutari. Scis iſta: tene fortiter veritatem. Audi autem breuiter quod præmiſi: Deus vnus eſt, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & tamen ad ſolum Chriſtum pertinet caro: nempe aliud eſt anima, aliud ratio, & tamen in anima eſt ratio: & vna eſt anima, ſed aliud anima agit, aliud ratio: anima viuit, ratio ſapit: ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet ſapientia, & tamen nec anima eſt ſine ratione, nec ratio ſine anima, & cum vnum ſint, anima ſola ſuſcepit vitam, ratio ſola ſuſcepit ſapientiam. Sic Pater & Filius licet vnum ſint, & vnus Deus ſit: tamen ad ſolum Chriſtum pertinet caro, ſicut ad ſolam rationem pertinet ſapientia, licet non recedat ab anima. Ecce igitur in Sole calor & ſplendor in vno radio ſunt, VIII. *Fidem Catholicam exēplis inſinuat.*
B ſed calor exiccat, ſplendor illuminat, aliud ſuſcipit calor, aliud ſuſcipit ſplendor, licet ab inuicem calor & ſplendor non poterint ſeparari. ſuſcipit ergo ſplendor illuminationem, non feruorem; ſuſcipit autem calor feruorem, non illuminationem.

IX. Aliud ergo ſingulariter agunt, & tamen ab inuicem non recedūt. ſic & Filius ſuſcepit ſolus carnem, & tamen non deſeruit Patrem, nec ſe diuiſit a Patre. Filius itaque ſuſcepit carnem in proprietate, & tamen & Pater & Spiritus ſanctus non defuerunt maieſtate. In diuinitate æqualitas, in carne Filij proprietas, nec tamen ab eo Patris aut Spiritus ſancti receſſit diuinitas. Carnem ſuſcepit Chriſtus; numquid a Patre aut Spiritu ſancto receſſit? Ergo vera eſt vnitas. Impleuit autem carnem Chriſti & Pater & Spiritus ſanctus, ſed maieſtate, non ſuſceptione. Vis ſcire quia in eo fuit Pater? Non ſum ſolus (inquit [a] Chriſtus) ſed & Pater mecum eſt. Audi de Spiritu ſancto, quia quod cum eo erat, Euangeliſta [b] referat: Ieſus plenus Spiritu ſancto regreſſus ad Iordanē. Ecce ſolus Chriſtus ſuſcepit carnem, & tamen Pater & Spiritus ſanctus non defuerunt maieſtate: ſi cælum & terram implent, carnem Chriſti deſerere non potuerunt, quando in diuinitatis vnitate tranſierunt.

a Ioan.16.
b Luc.14.

C X. Ad hanc * citharam reſpice: vt muſicum melos ſonis dulcibus reddat, tria pariter adeſſe videntur, ars, manus, & chorda: ars dictat, manus tangit, reſonat corda: tria operantur, ſed ſola chorda reſonat quod auditur; nec ars, nec manus ſonum reddunt, ſed eum cum chorda pariter operantur. ſic nec Pater, nec Spiritus ſanctus ſuſcipiunt carnem, ſed tamen cum Filio pariter operantur: ſonum ſola chorda excipit, carnem ſolus Chriſtus ſuſcepit: operatio in tribus conſtat; ſed quomodo pertinet ad ſolam chordam ſoni redditio, ſic pertinet ad ſolum Chriſtum carnis humanæ ſuſceptio.

* hoc

XI. Hæc a paruo in grandi mærore poſito, vt quæcumque dicta ſint, vix cordi meo occurrere potuerunt. Hæc eſt recta regula fidei: pro hac ſi quid tibi contigerit, martyrium perfeciſti. Chriſtus alapas accepit, Chriſtus ſputa aliena ſuſtinuit, Chriſtus felle & aceto potatus eſt, Chriſtus ſpinis coronatus eſt, & inter latrones iniquos deputatus eſt iuſtus, Chriſtus lancea perforatus eſt, Chriſtus mortuus eſt, Chriſtus hæc pro culpa tua: quanto magis tu firmus ſtare debes pro anima tua, vt nemo tollat coronam tuam? Iam in ſtadio es, calca fortiter ne timeas, nihil paueas, nihil penitus pertimeſcas; quia omnis pro te Eccleſia deprecatur, vt vincas. Expectat te Eccleſia Catholica martyrem ſuum, vt honorificet ſicut Stephanum ſuum. Vide ne confundas nos in hoc ſæculo. Vide ne humilies nos in conſpectu aduerſariorum. Suſtinet tecum Dominus Chriſtus. Suſtinet tecum Eccleſia. Eſto ſecuriſſimus de corona, non timeas penitus præterita quæcumque committere potuiſti peccata.] hucuſque Antonini Epiſcopi epiſtola ad Arcadium, vt habet editio Margarini. *Exemplo Chriſti ad pugnam roborat.*
(D at the line "tyrem ſuum")

XII. Ceterum apud Gennadium [c] non Antoninus hic nominatur auctor qui eam ſcripſit epiſtolam, ſed Honoratus, de quo his agit verbis: Honoratus Cōſtantinæ Africæ ciuitatis Epiſcopus ſcripſit ad Arcadium quemdam, qui pro confeſſione fidei Catholicæ in partibus Africæ a Genſerico Rege miſſus exulabat, epiſtolam ad labores pro Chriſto ferendos hortatoriam, & exemplis præſentibus & Scripturarum relationibus roboratam, & quæ confeſſionis fidei perſeuerantia non ſolum præterita purget peccata, ſed & meritum procuret martyrij.] hæc Gennadius. Dici quidem poſſet, aliam hanc ab illa epiſtolam eſſe ad eumdem Arcadium datam, niſi & hic eiuſdem Conſtātinæ ciuitatis Epiſcopus diceretur.

c Gennad. de Viris illuſtr. c. 91.
De auctore epiſtolæ.

XIII. Quod vero ad Arcadium ipſum pertinet; tāto claſſico ad prœlium excitatus, in omnibus conſtātiſſimi atque fortiſſimi Chriſti militis ſpecimen edidit, aduerſariumq. vincendo proſtrauit, & vt
E alij poſt ſe vincerent, exemplo monſtrauit. Celebris eſt horum martyrum memoria in Eccleſia ſingulis annis publico præconio vbique repeti conſueta Idibus Nouembris. Prætermiſſa ſunt autem iſta a Victore, qui Vuandalicas clades in Numidiam aliaſque illi proximas prouincias illātas ſcribere haud admodum laborauit, rebus tantum Eccleſiæ Carthaginenſis, vbi agebat, intentus; qui & poſt captam ipſam Carthaginem quæ ibi contigerint, narrare aggreditur: agemus de illis igitur ſuo loco.

XIV. Sub huius quoque anni Conſulibus (inquit Proſper [d]) Valentinianus Auguſtus ad Theodoſium Principem Conſtantinopolim proficiſcitur, filiamq. eius in matrimonium accipit.] eadem Marcellinus, qui addit: Eaq. ſibi nupta, apud Theſſalonicam, Italiam repetens, hiemauit.] ſequenti vero (vt ſubdit) cum Eudoxia vxore Rauennam ingreſſus eſt. Eadem habet Socrates [e]; ſed quod ad tempus ſpectat, ab vtroque diſcrepans, id factum affirmat ſub Conſulatu Iſidori ac Senatoris, anno videlicet ſuperiori.

d Proſp. in Chr.
e Socrat. lib. 7. cap. 43.

A

I. *Tranſlatio S. Ioannis Chryſoſtomi.* a Socra. libr. 7. c. 44.

CHriſti anno quadringenteſimo trigeſimooctauo, Theodoſio Auguſto decimumſextum & Fauſto Conſulibus, decimoſexto Kal. Februarij venerandum corpus S. Ioannis Chryſoſtomi Comanis celebri pompa tranſlatum eſt Conſtantinopolim. Quanam autem præuia occaſione id factum ſit, & quo auctore, ſunt cuncta dilucidius explicanda.

Quod in primis ad tempus ſpectat id hoc anno accidiſſe, Socrates [a], Marcellinus in Chronico, & alij tradunt. Accidit autem, vt cum Proclus Epiſcopus Conſtantinopoli anniuerſaria die tranſitus S. Ioannis Chryſoſtomi, ex more, panegyricam ad populum orationem haberet, ita vniuerſi Chriſti fideles Ioannis amore incaluerint, vt acclamationibus indefinentibus inter concionandũ, Proclum pulſare aggreſſi, concionem ad finem perduci minime ſiuerint, petentes reddi ſibi Ioannem, ſacraſq. eius reliquias Conſtantinopolim transferendas. Nacti ſumus partem illam concionis, quam tum Proclus ad populum habuit, recitari in Eccleſia ſolitam die tranſlationis ipſius. B Inter veteres enim codices, quos antiquitas Lectionaria nominabat, in quinto horũ tomo qui apud nos ſunt, inuenimus dictam Procli orationem, ſed deprauatam ſatis & nimia vetuſtate pene conſumptam, quam tibi (vt licuit) emendatam hic reddendam putauimus, rati fore tibi cariorem, qđ nec apud Græcos (quod ſciam) neque Latinos edita habeatur. Accipe eam:

II. *Oratio Procli in natali S. Ioãnis Chroſtomi.* * Ioannem

Certe gratias Deo, fratres cariſſimi, modo inenarrabili, quod in domo eius, in qua ſacra intonuit tuba (*nempe Ioannes*) pacifice agitur, & ſine prœlijs; in qua ſuauiſſime ſacra modulata eſt lyra, & audientium ſpirituale repletur ſpectaculum; in qua Euangelica innaluit arundo, & floribus Orthodoxiæ portus impletur. Eſt facta Ioannis memoria omnibus ciuibus rete, ſic vt rectos fidei trahat: non enim ſic piſces trahit piſcatorum rete, ſicut rectus fide trahit Ioannis ſolemnitas. O gratiam *, finem, & locum, & tempus vincentem! tempus enim ſuperauit amor, finem autem inuicta vicit memoria: locus quidem non clauſit ſacerdotis miracula: ſed in Ponto iacet, & in orbe terrarum laudatur, & longa manu oſtentans vos, clamat: Opus meum vos eſtis in Domino. Iterum C Ioannes in verbis pretioſæ prædicationis margarita, Scripturæ impollutæ a Deo inſpiratæ bibliotheca, diuinus theſaurus intelligẽtiæ, ſtudioſis manibus aduerſus Imperialem auaritiam falx acutiſſima, vehemens diluuium hæreticorum; qui non blandientem potentiam, vel odio debacchantẽ pertimuit (ſicut Ioſeph) Aegyptiam.

III. *Laudes Ioann. Chryſoſt.*

Sed paueo minorem laudibus nauem magnas res geſtantem mergendam attonitus: nullus. n. digne laudabit Ioannem, dum non eſt alius Ioannes. ſicut enim vndarum frequentia, ita innumerabilis inundantium multitudo, & laborantium induſtria & fortitudo & magiſterijs pijs inundãt & currunt. In eo libertatis ſplendeſcunt radij, quorum alio Sol Deitatis conclareſcit, alio emundatio fit Orthodoxorum, alio idolorum perditio innotuit, alio erroris emendatio, alio ſynagogæ nuditate ædificia ſplendent, alio mores, alio e cælis coronæ fulgent gratiæ. O ſacerdos, cuius tantum induſtriæ lucrum, quantum aeris ſuauiſſimi odores: o nomen non negans acta: o cognomen reddens ſpeciem actæ vitæ: o lingua ipſis cælis altior: o magiſter Euangelica tonitrua temperans. Ioãnes ille, Ioannes iſte: ille prædicator, iſte tuba: ille inconcuſſus, iſte ſine ſeruitute: ille ſine ſectis, iſte ſingularis: ille virgo, iſte caſtitatis defenſor: ille in eremo baptizans, iſte in ciuitate retia mittens: ille corripiebat adulterantem, iſte corripiebat raptores: ille capite amputatus eſt, iſte eamdem conſtantiam præſeferre non dubitauit: ille in carcere incluſus eſt, iſte in exilio deportatus. D ſunt huic multiplicata certamina, propter hoc multæ & coronæ.

IV. * fugauit *Res geſtæ a Ioanne Chryſoſt. ſummatim collectæ.*

Ioannes cum beatiſſimo Paulo nunc clamat: Bonus odor Chriſti ſumus. Omnem locum omni liberauit errore. In Epheſo artem Midæ nudauit *: In Phrygia Matrem quæ deorum dicebatur, ſine filijs fecit: In Cæſarea publica meretricia honoris vacua ſpoliauit: In Syria Deum impugnantes ſynagogas euacuauit: In Perſide verbum pietatis ſeminauit. Vbique Orthodoxæ fidei radices poſuit. Mundum Dei notitia lingua repleuit: libros conſcripſit, retia ſalutis expanſit: Cum Ioanne de paterno Verbo theologizauit: cum Petro piam confeſſionem fundauit: cum Paulo propter fidem ſudores effudit: cum piſcatoribus Orthodoxiæ rete deduxit. O Ioannes, tua quidem vita anxia, mors autem glorioſa, ſepulchrum vero beatum, merces autem copioſa.] hucuſque Proclo perducere licuit orationem fine carentem, acclamationum iugibus tonitruis interruptam populi aſtantis & inſtantis ſibi Ioannem reddi: cum Proclus ex more illa tantum apponens verba: Gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum Deo Patre & Spiritu ſancto, gloria poteſtas & magnificentia in ſæcula ſæculorum] finem impoſuit orationi clamoribus populi interceptæ. E

V. b Marc. 15. *Proclus agit cum Imperatore de tranſlatione Ioann. Chryſoſt.* c Niceph. li. 14. cap. 45. d Socr. li. 7. c. 44.

His percitus Proclus acclamationibus populi, inſtar [b] Nicodemi, abiens ad Theodoſiũ, audacter petijt corpus Ioannis. Permotum quidem Proclum hiſce clamoribus populi, ab Imperatore petiiſſe transferri debere Ioannis venerandum corpus, Coſmas Veſtiarius ea oratione quam habuit de tranſlatione ipſius, oſtendit, necnon Nicephorus [c], atque alij. Curaſſe autem id Proclũ propter vnionem eorum qui ex parte Ioannis erant, Socrates narrat his verbis [d]: Exiguo (inquit) tẽpore poſt Proclus Epiſcopus eos qui propter Ioannis abdicationem ſeparatim conuentus agebãt, cum ceteris in concordiam reduxit, & prudentia eorum animos offenſos permulſit. Sed qua ratione illud effecerit, dicam. Corpus Ioannis Comanis ſepultum, vbi Imperatori eam rem perſuaſerat, trigeſimoquinto anno poſt eius abdicationem Conſtantinopolim transferendum curauit, qđ cum multo honore & ſplendida pompa publice celebrata in eccleſia Apoſtolorum condidit. Hac re igitur, qui propter Ioannem conuentus ſeorſum faciebant, ad Eccleſiæ concordiam reconciliati ſunt:

A ſunt:quod factum eſt ad decimumſextum Conſulatum Imperatoris Theodoſij ſexto Kal. Febr.] hæc Socrates:qui cum hic & paulo inferius trigintaquinque annos numeret poſt abdicationem ipſius,manifeſtũ eſt eum numerare a priori expulſione,quæ contigit anno Domini quadringenteſimotertio. Meminit de eadem tranſlatione Theodorus Lector [a], ſed ante omnes Theodoretus [b] rem paucis attingens,narraturus(vt puto)rem geſtam vberius,ſi ad hæc tempora ſuam hiſtoriã perduxiſſet.

a Theod. Lector in Collectan. lib. 2. in fin.
b Theodor. lib. 5. c. 36.

VI. *Coſmę Veſtiarÿ oratio de trãſlatione Io. Chryſoſt.*

Ceterum vt res ſe habuerit,qui exacte eam recenſeat inuenimus Coſmam Veſtiarium, qui luculenta habita oratione de eadem tranſlatione,quæ geſta fuerint exacte recenſet:inuenimus [c] eius orationem encomiaſticam cõiũctam Procli orationi,quam recitauimus. Vbi inter alia ad perſuadendum id Theodoſio,eo potiſſimum vſus eſt argumento,nimirum quod minime pari deberet patrem ſuum,nempe Chryſoſtomum,qui eum per baptiſmum genuiſſet in Chriſto & elatum de fõte inſtar Simeonis geſtaſſet in vlnis , ac Chriſtiana religione imbuiſſet,eumdem parentum ſuorum culpa cum viuentem expulſum,tum mortuum extra ſuam Eccleſiam habere ſepulchrum: fore enim opus pietate dignum,ſi pie functi viri ſacrum cadauer reſtituat poſtliminio : ſic namque B bene conſuli animabus ipſorum,ſi patratũ ab eis facinus ipſe ſic expiaret. His Theodoſiũ perſuaſum refert,ſelectoſq. viros ex Senatoribus ad opus perficiendum legaſſe Comanam in Ponto ciuitatem:quibus in mandatis dediſſe,vt ſolemniſſima pompa venerandum Ioannis corpus inde ſublatum,choris pſallentium ſacrorum miniſtrorum comitantibus,accenſis cereis de loco in locum quam religioſiſſime ac glorioſiſſime auehendum curarent.

c In noſtra biblio. 5. Vit. Sanctorum.

VII. *Corpus Ioann. Chryſoſto. immobile.*

Accidiſſe autem idem Coſmas Veſtiarius tradit,cum Senatores Comanam perueniſſent,& litteras Imperatoris quibus tranſlatio iubebatur,Epiſcopo & ciuibus aperuiſſent,perueniſſentq. ad locum vbi in theca argentea Ioannis ſacra pignora aſſeruabantur;inde ea auferre & deferre conãtibus,minime reſiſtente numine,conceſſum fuiſſe,ipſo nimirum ſacro corpore inſtar ſilicis loco inhæreſcente,& immobile permanente. Facto autem ſæpe periculo,req. ſæpius fruſtra tentata ; vt ea omnia quæ accidiſſent,Theodoſio litteris ſignificarent,conſilium iniere. Quæ cum ipſe Imperator Theodoſius accepiſſet,adhibitis Proclo & alijs ſanctiſſimis viris,quid eſſet opus facto,ſententias ipſorum rogans ipſe quid ſibi viſum eſſet aperuit;nimirum vt ad Ioãnem ipſum tamquam viuentem litteras daret, ſupplicis inſtar libelli, quibus eum,de admiſſis in ipſum peccatis a parenti C bus veniam petens,rogaret humillimis precibus,vt Conſtantinopolim redire,ſuamq. ſedem priſtinam capeſſere dignaretur. Patefacta itaque Imperatoris ſententia,ab omnibus æque probata atque laudata fuit. Recitat idem Coſmas litteras,a quibus puto etiam Nicephorũ exſcripſiſſe. ſunt autem huiuſmodi:

VIII. *Epiſtola Theodo. Auguſt. ad Io. Chryſoſt.*

Orbis totius Doctori & ſpirituali parenti , ſancto Ioanni Chryſoſtomo Theodoſius Imperator.

Corpus tuum,vt aliorum defunctorum,exanime eſſe putantes pater venerande,illud e tumulo transferri & ad nos deduci,ſicuti filij patris amantes,deſiderauimus. Ad quod præſtandum cũ debitum impendiſſemus honorem,quantã valuimus animi demiſſionem atque modeſtiam,vt par erat,exhibuiſſemus:vt tamen quod in optatis erat,minime conſequi digni eſſemus, Imperatorius fortaſſe faſtus,quo ſæcularia gubernamus & religioſa præſumpſimus,fuit impedimento. Quocirca rogamus te patrem,patrem vere reuerendiſſimum(te enim ipſum perinde ac viuentem alloquimur) vt annuas cœptis noſtris;& qui pœnitentiam alios docuiſti,& noſtrum conatum ſuperaſti , pœnitentibus veniam impertiri digneris;nobiſq. te magno animi ardore expetentibus, & humili D confeſſione peccata noſtra accuſantibus reddere te ipſum minime detrectare amplius velis, neq. longiore cunctatione dilationeq. nos crucies;quod neque commiſerationis id dignum tuæ,neque amoris noſtri & expectationis æqua ſit compenſatio:quippe quibus non corpus & cineres tantum tuas,ſed & ipſam tuam vmbram occulis contemplari, magnopere in optatis ſit.]hactenus litteræ, alia tamen apud Nicephorum tranſlatione redditæ.

IX.

Cum autem has ab Imperatore legati Senatores litteras accepiſſent,quas Sacram vocant,eas (vt parerat)magna veneratione ſuper pectus Ioannis corporis collocauere;indictoq. peruigilio, aſſiduis Deum rogauere precibus,vt hoc ipſum præſtaret,quod humillimis votis religioſiſſimus expoſceret Imperator,redderetq. ſaltem defunctum Ioannem Conſtantinopoli,quem vt maiorib. augeret coronis,exulare atque exulem tandem mori permiſerat. Peractis precibus, res tentatur, reperiturque ex voto Ioannis corpus mobile:tollitur ſacra ſarcina humeris ſacerdotum.præcedentibus ac præcinentibus clericis atque monachis,vndique confluentibus incenſas faces geſtãtibus, qui ſequebantur & præcedebant,populis;ſicq. de loco in locum , Chalcedonem tandem delatum eſt venerandum ſepulchrum,ſacrum corpus intus incluſum habens. Quomodo autem Conſtanti E nopolim perlatum ſit,quæ Coſmas longiori proſecutus eſt oratione,Nicephorus [d] eadem ſummatim complexa ita recenſet :

d Niceph. lib. 14. c. 43.

X. *Corpus Ioann. Chryſoſt. transfertur Chalcedonem.*

Poſtquam autem itinere confecto in littus ex aduerſo Conſtantinopoli ad Chalcedonem cum reliquijs ſancti viri peruenere,tranſijt eo Imperator,& Senatus Imperatorius;trãſijt etiam Patriarcha, & iudices,magiſtratuſq. omnes,& deinde homines generis & ætatis omnis,per fretum in mare perinde atque in continente vadantes:& ad Propontidem,os Boſphori ardentibus funalibus tegentes,ſacrum tumulum Imperatoria triremis excepit. Tum ſane miraculum quoddam edidit Deus,prodigijs quæ vmquam viſa ſunt,longe maius. Cũ.n. certa & conſtans eſſet in mari tranquillitas,repentina ſubito exorta eſt procella,& naues innumerabilis illius claſſis aliæ alio diuerſæ ſaluti ſuæ conſulentes diſperſæ ſunt. Ea autem quæ ſacrum illud pondus & præclarum theſaurum vehebat Imperatoris triremis,funibus de repente ruptis,veluti diuina gubernata manu,ad viduæ agrum appulit,viduæ inquam illius,propter quam ſponſa Chriſti Eccleſia paſtore tanto viduata fuerat.& rurſum poſt mortem quoque iuſto iudicio legitimam ille tulit ſententiam,agrum viduæ

Nauis abſque remigio delaſa ad agrum viduæ.

auctoritate ſua attribueus atque confirmans, Deo nimirum magnum illum glorificāte, & iniquū A
exilium eius aperte prædicante. Et quoad eius fieri potuit, petram nauis diſcidit: quod miraculum hodie quoque cernitur, & egregij illius viri ardorem eximium quouis præcone clarius atteſtatur. Hoc vbi factum eſt, ſerenitas rurſum aduenit; & naues aliæ aliunde collectæ cum apparatu & comitatu maximo, carminibuſq. debitis virum ſanctum perducentes, in vrbem imperantem deportarunt. Eumq. primum circa Amantium magni Thomæ templum excepit, inde vero ad eccleſiam ſanctæ Irenes delatus: porro poſtea Imperiali curru ſepulchrum euectum in ſanctorum Apoſtolorum templum illatum eſt.

XI. *Theodoſius orat pro parentibus.* * duo

Ibi Imperator ſacro tumulo chlamyde tecto, & fronte atque oculis vrnæ impoſitis, cōmunem ſupplex precationem pro parentibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eū tenerum adhuc relinquentes. Seorſum vero pro matre quoque precatus eſt, vt tumuli eius motus atque ſtrepitus conſiſteret: triginta enim & quinque * annos iam is quatiebatur, quo tempore ſcilicet & ipſa Eccleſiam concutiebat. Nec ille id non exorauit: confeſtim namque vrnæ eius conſtitit. Atque vbi ſacer Proclus virum ſanctum in eumdem ſecum thronum collocauit, plebs circumfuſa vno ore exclamauit: Recipe, inquiens, thronum tuum, o pater. Fertur ipſe quoque tum, quæ B
dudum clauſa fuerant, labijs rurſum apertis, ad populum dixiſſe: Pax vobis. ſicuti id circumſtantes homines & Proclus Patriarcha ſe audiſſe teſtati ſunt. Porro ſacris myſterijs peractis ad reliquiarum eius repoſitionem itum eſt, & Epiſcoporum manibus magnus Antiſtes ad baſim ſacræ diuinæq. menſæ, veluti ſacer & inuiolabilis theſaurus conditus eſt, Epiſcopis Epiſcopus, martyribus quamuis ſine ſanguine martyr, Prophetis Chriſti & Apoſtolis magna atque aurea Eccleſiæ Chriſti tuba, omnes omnium aures perſonans, & pia dogmata & ꝑcepta clare muſicis plane modulis occinens. Factum id vigeſimoſeptimo menſis Ianuarij die. Ingenti autē facinore iſto illi etiā qui propter ipſum ſeceſſerant, perſuaſi, Eccleſiæ omnes cōiuncti atque vniti ſunt.] hactenus Nicephorus: habet illud amplius Coſmas in ſua oratione, eodem Ioannis corpore in throno conſidente, vniuerſum populū candidi cerei oblatione ipſum adijſſe, ac ſalutaſſe, atque tamquam viuenti in cerei oblatione obſequium exhibuiſſe. Iam olim ipſe ſanctus ex Cucuſo exul ſcribens ad Olympiadem

a Chryſo. epi. 5.

a iuniorem viduam, prædixerat fore vt ipſe rediret Conſtantinopolim: quod tandem, licet non vt illa putabat, impletum eſt.

XII. a Niceph. lib. 14. c. 45. c Hieron. de Scr. Eccle in Ignatio. *De S. Ignatij poſteriori trāſlatione.* d Euagr. lib. 1. c. 16.

Subdit autem his Nicephorus b, hoc eodem tempore tranſlationem eſſe factam S. Ignatij Epiſcopi Antiocheni & martyris Roma Antiochiam: ſed quomodo verum id, ſi Hieronymi c te- C
ſtificatione iam ſuo tempore Ignatij venerandum corpus erat tranſlatum, & in ſuburbijs Antiochiæ extra portam Daphniticam collocatum? que tranſlatio (vt quæque antiqua teſtantur Martyrologia) ab Eccleſia Catholica anniuerſaria memoria repeti conſueuit XVI. Kalendas Ianuarij, de qua extat S. Ioannis Chriſoſtomi nobilis oratio, & de ea ſuperius mentio facta eſt. Videtur aūt ſecunda hæc fuiſſe tranſlatio, quando (vt ait Euagrius d) Theodoſius Imperator e priori loco ſepulturæ ipſius in Fortunæ templum ſolemni apparatu transferri iuſſit: cuius tranſlationis diem Antiochiæ eſſe quolibet anno ſolemnem, & a Gregorio Epiſcopo cultu celebriori auctam, idem quoque teſtatur Euagrius.

XIII. *De inuentione reliquiarū SS. quadraginta martyrium.*

Sub Proclo etiam Conſtantinopolitano (quoto autem anno ſedis eius, neſcitur) facta eſt reuelatio in ſuburbio Conſtantinopolis reliquiarum ſanctorū Quadraginta martyrum, quos ſub Licinio Imperatore Sebaſte in Armenia paſſos diximus. quomodo vero eas ſanctæ Pulcheriæ reuelante S. Thyrſo martyre, inuentæ ſunt, Sozomenus pluribus narrat: cui ſe inuentioni interfuiſſe cōmemorat, locellumq. tradit foramen in medio habuiſſe, per quod ſolerent ipſæ ſacræ reliquiæ tangi: D
quod quidem moris fuiſſe etiam in Occidente, alibi diximus, dum de Apoſtoli Petri ſepulchro habuimus mentionem, acturi de his alia rurſus occaſione inferius ſuo tempore. Ait igitur hæc poſt multa Sozomenus

e Sozom. lib. 9. c. 2.

e: Ipſum porro loculi tegmen velut in menſam ſacram fabrefactum erat. In ſummo autem, vbi martyres iacebant, exiguum foramen apparebat. Aſtans autem quidam de familia Imperatoris, tenuem virgulam, quam forte habebat, per foramen immiſit, & extractam naribus admouit, & vnguentum fragrantiſſimum olfecit; ex quo ſtatim tum laborantibus, tū aſtātibus bona ſpes ſuborta fuit.

XIV.

Itaque cum locellum auide aperuiſſent, Euſebiam inueniunt (*quæ ſe ſepeliri in eodem ſepulchro iuſſerat, in quo & dictas martyrum reliquias ſeorſum poſuerat*) illud vero quod ad caput eius imminebat in arca foramē celatum, proprio intus tegebatur operculo, & vtrinque ei ad labra circumdatum, plumbo conglutinatum ferrum ipſum continebat. In medio rurſus foramen iſtud apparens, etiam nunc manifeſtius declarabat intus haberi martyres (*en habes in loculo martyrum ſecundum foramen.*) Hæc vbi annunciata eſſent, e veſtigio accurrunt Imperator & Epiſcopus ad Martyrium (*quam nos dicimus Confeſſionem.*) Tum ſolutis per artifices ferreis illis vinculis, confeſtim ſine ne E
gotio operculum illud extractū fuit: ſub hoc autem multa vnguenta, & in his pixides duæ argēteæ repertæ ſunt, in quibus ſanctæ reliquiæ iacebant. Tūc igitur Imperatrix Deo preces gratulatorias fundebat, quod ſe tanta reuelatione dignatus eſſet, tum quod ſanctarum reliquiarum inuentionē aſſecuta eſſet. Poſt hæc pretioſiſſima theca martyres honoratos intra venerabilem Thyrſi eccleſiam compoſuit, publica feſtiuitate (vt æquum erat) cum debito honore ac pompa ac pſalmodijs celebrata, cui & ego ipſe interfuit.] hæc Sozomenus.

XV. f Socrat. lib. 7. c. 46. *Eudoxia Augusta proficiſcitur Hieroſolymam.*

Hoc inſuper ipſo anno, qui ſequēs eſt ab Eudoxiæ nuptijs, Eudocia mater peregrinata eſt Hieroſolymam voti ſoluendi cauſa, vt Socrates tradit his verbis f: Theodoſius Imp. deinceps (*poſt tranſlationem Ioannis Chryſoſtomi corporis ſcilicet*) preces Chriſto offerre, quibus gratias ꝑ acceptis beneficijs agat, Chriſtiq. nomen hoc munere obeūdo eximijs honoribus decorare cœpit. Quinetiam Eudociam coniugem Hieroſolymam miſit. Quippe pollicitus erat, illam hoc votum perſoluturā, ſi filiam in matrimonium collocatam cerneret. Quin illa ipſa & eccleſias Hieroſolymorum, &

omnes

Digitized by Google

A omnes alias in vrbibus verſus Orientem ſitas, tum eo proficiſcendo, tum domum redeundo, variis ornamentis honorifice illuſtrauit.] hæc Socrates. Porro perſuaſione quoque S. Melaniæ Iunioris, cũ illa (vt vidimus) eſſet Conſtantinopoli, huiuſmodi peregrinationem Hieroſolymam Eudociam ſuſcepiſſe, eius Acta reſtantur, in quibus hæc de Eudocia [a]: Interim autem dum hæc fierent, Imperatrix Eudocia [*] iuerat Antiochiam. Patuerat enim Melaniæ monitis, cum ea veniſſet Byzantiũ, ſuadentis vt hãc ſuſciperet peregrinationẽ, & veniret Hieroſolymam, vt videret loca ſancta, & quæ ex eis percipitur fieret particeps ſanctificationis. Cum Melania itaque ei proceſſiſſet obuiam, magno honore fuit affecta ab Imperatrice, vt quæ eam matris loco haberet, & duabus de cauſis prouidentiæ diuinæ ageret gratias, nempe quod vſque adeo celebratam Hieruſalem & ſancta loca quæ videret, digna ſit habita, & quod in ea talis matris facta ſit filia ſecundum ſpiritum. Signum eſt autem magni amoris Imperatricis in Melaniam, quod non dubitauerit tantum iter aggredi & eo accedere, & quæ illic erant virgines tamquam ſorores ſalutare & amplexari.

a Apud Metaphraſt die 31. Decemb. Sur. die 31. Ianuar.
* Eudoxia

XVI. Porro autem cum celebraretur noui templi dedicatio, illa quoq. aderat, & feſtum celebrabat. Hanc autem rem bonam conſecutum eſt quiddam dignum maligni improbitate, & boni Dei vir- B tute. Pedem Imperatricis, qui iniuria dæmonis e compage erat luxatus illa abſq. dolore apte & recte in ſuum locum reſtituit. Cum hæc & non pauca alia a magna Melania percepiſſet commoda, & ſe ſimul etiam exatiaſſet ſpectaculis, decreuit reuerti Conſtantinopolim: & ei quidem Melania cum tamquam bonas comites dediſſet preces, ipſam dimiſit.] hæc ibi: ſed de Eudociæ reditu Conſtantinopolim agemus anno ſequenti, quo contigit. Quod vero ad Melaniam ſpectat; quantum ſuperuixerit, non conſtat; ſed illud certum eſt, ipſam monaſtica vita magna obſeruatione perfunctã, & miraculis pluribus illuſtratam, die, quam prænouit, Decembris vltima ad Deum migraſſe, & inter ſanctas relatam anniuerſaria memoria in Eccleſia celebratam.

Eudocia a S. Melania curata.

XVII. De Eudociæ autem profectione Hieroſolymam Euagrius itidem ſcribens, hæc addit [b]: Eudocia vero poſtea ad ſanctam Chriſti ciuitatem profecta eſt: vbi habita oratione ad populum, in extrema parte illius hoc carmen recitauit:

Stirpe ſatam veſtra me & ſanguine glorior eſſe.

Quo quidem ſignificauit colonias e Græcia eo deductas eſſe. Quod ſi quis iſtarum rerum cognoſcendarum ſtudio teneatur; ſunt a Strabone geographo, Phlegonte, Diodoro Siculo, Ariano, & Pi- C ſandro poeta, ab Vlpiano præterea, Libanio & Iuliano ſophiſtis omnium præſtantiſſimis ſcriptis exquiſite mandata.]

b Euagr. lib. 1. c. 20.

XVIII. Hæc cum dicat Euagrius, haud res Iudaicas intime perſcrutatus apparet: ſi enim legiſſet quæ Ioſephus eo argumento conſcripſit, diuerſum plane ſenſum verſui illi Eudociæ accommodaſſet, nimirum eam ſignificare voluiſſe Græcos ipſos e Palæſtinis originem ducere, non Palæſtinos e Græcia. Siquidem Ioſephus [c] recitat epiſtolam Regis Lacedæmoniorum ad Oniam ſummum Pontificem, qua fatetur inter Lacedæmonios & poſteros Abraham aliquam cognationẽ interceſſiſſe: vt illos ex iſtis, non iſtos ab illis originem duxiſſe voluerit demonſtrare. Sed quam inferiores Græci fuerint, quos Euagrius citat, vt de rebus Hebraicis recte ſcribere potuiſſent, idem Ioſephus contra Apionem pluribus docet, noſque primo tomo exemplis aperte demonſtrauimus. At in his modo non immorandum.

c Ioſeph. Antiq. lib. 10. c. 5. & lib. 13 c. 9.
Lacedæmoni ex hebræis.

XIX. Quæ autem ipſa Hieroſolymis, vbi per annum ferme integrum verſata eſt, Eudocia Auguſta egerit; qui eius vitam ſcriptis proſecuti ſunt, narraſſe, Euagrius tradit: ſed quod ea non extent, ſed omnino perierint; quæ ipſe paucis complexus eſt, hic deſcribamus. Atque in primis: Cõſtat (inquit [d]) D eam, cum in ſancta illa Chriſti ciuitate verſabatur, multas res ad Dei Saluatoris honorem illuſtrandum geſſiſſe. Nam ſancta ædificauit monaſteria, & loca illa quæ Lauras vocant, in quibus tametſi varia ratione viuitur, tamen vitæ inſtitutum ad vnum eumdemque finem ſpectat, eumque ſanctiſſimum.] pergit deſcribere Euagrius monachorum Palæſtinæ viuendi diuerſi generis inſtituta, quæ nos ex alijs auctoribus ſuperius enarrauimus. atque inferius iſta de Eudocia ſubijcit [e]: Cum multis huius generis hominibus Theodoſij coniux collocuta eſt, & multa huiuſmodi monaſteria (vt ante dixi) ædificauit; Hieroſolymorum refecit mœnia, eaque pulchriora reddidit.] vnde eidem propheticum vaticinium Dauidis apparuit, quod dicitur [f]: Benigne fac Domine, vt in bona voluntate tua Sion ædificentur muri Hieruſalem.] ſiquidem ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, in bona voluntate, ſignificat [g].

d Euagr. li. 1. ca. 21.
Eudocia in Palæſtina ædificat monaſteria.
e Idem Euagr. lib. 1. c. vlt.
f Pſal. 50.
g Niceph. lib. 14. c. 50. in fin.

XX. Sed pergit Euagrius reliqua: Templum (inquit) extruxit præterea ad memoriam S. Stephani primi diaconi & martyris ſplendore ac pulchritudine eximium (quod quidem non ſtadio Hieroſolyma diſtat) ipſaque in eo, ſimulatque ad vitam immortalem profecta eſt; condita fuit.] hæc Euagrius. Porro non hæc omnia vnius anni ſpatio perfici potuerunt, ſed cum rurſum illuc re- E dijt ipſa perfecit: agemus de his pluribus in eius obitu. Contigit enim, eam ſecundo poſt obitum Theodoſii, imperante Marciano, rurſum Hieroſolymam redire, ibique vſque ad finem vitam tranſigere: iterum namque ipſam peregrinatam eſſe Hieroſolymam, idem Euagrius [h] tradit, atque alij omnes hiſtorici res Eudociæ proſecuti.

Baſilica S. Stephani erecta ab Eudocia.
h Euagr. lib. 1. c. 21.

IESV CHRISTI ANNVS 439. | SIXTI PAP. ANNVS 8. | THEODOSII 32. VALENTINIANI 15. IMPP.

I. QVadringenteſimus vndequadrageſimus ſequitur Chriſti annus, Conſulibus Theodoſio decimumſeptimum atque Feſto notatus: Quo (inquit Marcellinus [i]) Eudocia vxor Theodoſij Principis ab Hieroſolymis in vrbẽ regiã remeauit, beatiſſimi Stephani primi martyris reliquias

i Marcellin. in Chron.

De tranſlatione reliquiarũ S. Stephani facta Conſtantinop.

ſecum deferens, quas in baſilica ſancti Laurentii poſitas Fideles venerantur.] hæc ipſe. Theodorus A
quoq. Lector habet ſub Theodoſio Imperatore reliquias ſancti Stephani & ſanctæ Agnetis colloca
tas eſſe Conſtantinopoli in Martyrio ſancti Laurentij. Apud Cedrenum de earumdem ſancti Ste-
phani reliquiarum translatione hæc leguntur: Theodoſius imitatione Pulcheriæ multum pecuniæ
miſit ad Archiepiſcopum Hieroſolymitanum egenis diſtribuendæ, ac crucem auream lapidibus
pretioſis ornatam, quæ in Cranio, *nempe Caluariæ loco*, figeretur.

II. Archiepiſcopus viciſſim ei dono miſit reliquias dexteræ manus Stephani primi martyris: quæ
cum eſſent Chalcedonem perlatæ, ea ipſa nocte Pulcheria Augusta S. Stephanum vidit ſibi dicen-
tem: En impetraſti quod precibus tuis petebas, & ego Chalcedonem veni. Itaq. ipſa, aſſumpto fra-
tre, obuiam ſacris reliquijs iſtis profecta eſt; iiſq. in Palatium illatis, magnificum templum beatiſſi
mo Stephano condidit, inq. eo reliquias depoſuit.] hæc ipſe, ſed anno vigeſimo Theodoſij Impera-
[a] Niceph. li. 14. c. 9. toris. Nicephorus [a] autem cum eadem ferme recenſeat, ſub Praylio Epiſcopo Hieroſolymitano
accidiſſe tradit: quod ſi verum eſt, diuerſam illam eſſe oportuit Protomartyris reliquiarum tranſ-
lationem ab iſta ſub Iuuenale Epiſcopo Hieroſolymitano per Eudociam facta.

III. Sane quidem complura de his haud fide digna ab alijs ſcripta reperiuntur, nimirum non de B
membri alicuius S. Stephani, ſed totius corporis facta Conſtantinopolim tranſlatione a Iuliana no
bili vidua clam illud ſubripiente. Sed quoniam ſub Magno Conſtantino & Euſebio Conſtantino
politano Epiſcopo id contigiſſe auctor habet, haud fidem ea hiſtoria ſibi conciliat, ſicut nec quæ
habet Nicetas in oratione de eadẽ tranſlatione, facta (vt ait) ſub eodẽ Conſtantino Imperatore, at
que Metrophane eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, quem voluit auctor mutaſſe loco Euſebij, quod ſci-
ret eum Arianum fuiſſe Conſtantinopolitanum Epiſcopum. verum ante Honorij tempora num-
quam reliquiæ corporis Protomartyris viſæ ſunt. Reiectis igitur fabulis; quæ hoc anno facta eſt ꝑ
Eudociam Stephani Protomartyris reliquiarum tranſlatio, eam vt germanam omni fide teſtatam
recipimus. Sed ad Eudociam.

IV. *Reliquię S. Stephani, faſcia Saluatoris, & vincula Petri ab Eudocia accepta.*

Iſta quidem ſicut munificentia Imperatoria locis ſanctis plurima cõtulit, & loca ſancta erexit,
ita a Iuuenale Hieroſolymorum Epiſcopo multis donata receſſit. Accepiſſe quidem ipſam beatiſ-
ſimas faſcias Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, eaſq. ad S. Pulcheriã Auguſtam dono miſiſſe, auctor eſt
[b] Niceph. li. 14. c. 1. Nicephorus [b], Donata pariter dicitur ab eo duabus catenis illis, quibus ab Herode S. Petrus A-
poſtolus vinctus fuit, quarum alteram Romam ad Eudoxiam Auguſtam filiã miſit, de qua dictu- C
ri ſumus poſtea; alteram vero Conſtantinopoli in eccleſia eiuſdem Principis Apoſtolorum aſſerua
ri voluit; in cuius rei geſtæ memoriam annua dies feſta ſtatuta eſt: nam Græci in Menologio hæc
habent: Die decimaſexta Ianuarij apud vrbẽ Conſtantinopolim veneratio pretioſæ illius catenæ,
qua beatus Apoſtolus Petrus Chriſti cauſa, Herodis iuſſu, vinctus eſt.] hæc ibi. Quid ni veneraturi
eſſent homines catenarum Petri memoriam, quib. Deus eamdem atq. ipſi Petro contulit in eden-
[c] Pſal. 138. dis miraculis adeo admirandã atq. viſibilẽ virtutẽ? vt plane illud Dauidicum [c] ſit cũ ſtupore canẽ
dum: Nimis honorati ſunt amici tui Deus] cum & deteſtanda illa inſtrumẽta martyrij voluerit in
gloriæ trophæa animata cõuerti, in quib. Chriſti gloria prædicetur, & io arma quib. inuiſibiles cõfi
ciãtur ac proſternãtur hoſtes, necnõ in fontes e quib. Fideles innumera hauriãt iugiter beneficia.

V. Extat quidem luculenta oratio [d] de eiuſmodi vinculis Petri, non tamen a ſancto Ioanne Chry
[d] Apud Sur. die 1. Auguſti. ſoſtomo (vt præſefert titulus) habita, quod nondum Petri catenæ innotuiſſent, nec Conſtantinopo
lim delatæ eſſent, ſed a Proclo potius, cuius tempore eiuſmodi eſt facta translatio catenarum: in
qua quidem oratione hæc inter alia habentur de conſeruatione & inuentione catenarum ipſarum:
Catenas illas in carcere derelictas ipſi Herodis miniſtri, quibus diuinæ cognitionis lumen effulſit, D
clam ſuſtulerunt, & apud ſe ipſos veluti theſaurum quemdam eas conſeruarunt. Quod vero a pa-
tre ſuo (vt dicitur) traditum & de catenis illis narratũ ſibi quiſq. acceperat, poſteris ſuis deinceps
credebat, & tuto in loco catenas illas occultas ſeruabat: quoad & Iudaica natio bello deuicta, cap-
tis Hieroſolymis, ad nihilum redacta eſt, & ſuperſtitioſo idololatriæ errore ſublato, Romanorum
ſceptra ad Imperatores, qui Chriſti fidem ſequebantur, translata ſunt. Quibus Chriſti & Apoſtolo
Quanto honore habita Conſtantinop. vincula Petri. rum facta omni honore proſequi ſtudẽtibus, hæc etiam Apoſtoli Petri catena manifeſta facta eſt;
& ab illis ad vrbem hanc regiam tranſlata, in Apoſtoli Petri ſacro tẽplo iure optimo repoſita eſt;
quam vt eius ipſius miraculorum effectricem & veneramur & amplectimur. Hanc enim videntes,
illum mente inſpicimus: hanc tangentes, illum a nobis tangi exiſtimamus, &c.]

VI. Subdit de eiuſdem Petri gladio in eadem baſilica cuſtodito, & magno honore habito, ex quo
plurima teſtatur ſcaturire ſolere miracula ac demum: Etſi (inquit) in vetere vrbe Roma ſanctus
Petrus diuerſatur per corporis ſepulturam, quam vrbs illa ſortita eſt: non tamen a nobis ipſis abeſ
ſe vult, quod pertinet ad illius gladium & catenam. Adeſt enim apud nos, qui partem hanc vt totũ
corpus continentes, ab eius coniunctione non ſeparamur: ſed eum vna eademq. ſit gratia, quæ per E
eius corpus, catenas, veſtes, & gladium miracula operatur, &c.] vbi ad poſtremum ad ipſum S. Pe-
trum orationem conuertens: Omnium (inquit) eſt maxime pium, vt fideliſſimum Imperatorẽ no-
ſtrum pro telis militaribus his catenus armes, munias, cuſtodias, victorijs & trophæis corones, ho
ſtibus terribilem, & ſubiectis benignum atq. optabilem facias, vt pace fruentes ſub eius regno ſi-
mus, &c.] hactenus de catenis Conſtantinopoli collocatis.

VII. *Eudoxia Romæ erigit titulum in honorẽ vinculorũ Petri.*

Catena vero illa, altera de duabus eiuſdem Petri catenis, miſſa ab Eudocia Eudoxiæ filiæ Ro-
mam, haud minori venerationi in Vrbe fuit. ſiquidem quæ illam accepit Eudoxia, matri religione
non impar, in eius memoriam, & Petri Apoſtoli qui ea vinctus fuit, erexit Deo baſilicam in Exqui
lino monte auguſtam ſane, Auguſtæque nomine dignam; Titulus enim Eudoxiæ nuncupata eſt, di
cta etiã Sancti Petri ad Vincula. Vbi non illa tũ Hieroſolymis a matre Eudoxia miſſa catena recõ
dita eſt, ſed & diuino miraculo huic illa coniuncta dicitur, qua ſub Nerone Romæ vinctus Petrus
in carcere (vt diximus) Mamertino diu detẽtus eſt, a Romanis Põtificibus (vt dictum eſt in Alexã
dro Papa

A dro Papa & marty re)cuſtodita. Habent enim tabulæ Ecclesiaſticæ, ambas has catenas ſimul collatas, eiuſdem generis & artis inuentas, ſibi inuicem diuino miraculo copulatas, iunctaſq. ac ſimul vnitas ex duabus vnam effectam eſſe: quarum memoriæ Kalendæ Auguſti fuere a Romano Pontifice conſecratæ, in earumq. nomen Deo dicta baſilica dedicata. Quā autem ſolitę fuerint catenæ iſtę coruſcare miraculis, ſanctus Gregorius Papa in ſuis ad diuerſos datis epiſtolis locuples teſtis eſt. Morem vero fuiſſe Romanorum Pontificum, pro nobili munere aliquid ex limatura earumdem catenarum ad inſigniores perſonas mittere, plurima exempla declarant, quæ ſuis locis opportunius deſcribentur. At de vinculis ſatis: ex quibus habes quæ corrigas in ſermone, qui fertur nomine Bedæ, de Vinculis Petri, cuius eſt exordium: Solemnem obſeruantiam, &c.]

Non prætereant quæ de Antiochenis munificentiſſime Eudociam Hieroſolymis Conſtantinopolim redeuntem excipientibus tradit Euagrius, vbi ait [a]: Poſtea Antiochiam profecta, Antiocheni illam ſtatua ex ære artificioſe fabricata, quæ adhuc integra ſeruatur, honorarunt. Sed rependit ipſa vices: eius enim hortatu Theodoſius impulſus, maximā ciuitati adiunxit acceſſionē, murūque amplificauit ad portam vſq. quæ ad Daphnem ſuburbium ducit, ſicut cuiq. cupienti perfacile
B eſt videre. Nam ad noſtram vſq. ætatem veteris muri veſtigia ex ipſis reliquijs, quæ oculos quodāmodo ad eam quaſi manu ducunt, facile indagari poſſunt. Sunt tamen qui dicunt, murum illum ab antiquiori Theodoſio dilatatum, quinetiam eumdem aurum ducentarum librarū reficiendo Valentis balneo in quadam parte accenſo tribuiſſe.] Verum non dubitandum Theodoſij Iunioris illud opus fuiſſe: etenim Theodoſius Maior tantum abfuit vt Antiochiæ pomeria dilataret, mœnibuſque auctam vrbem anguſtiorem redderet, vt ob contumeliam qua Imperatoriæ ſtatuæ ab illis affectæ ſunt, eam dignitate atque iuribus (vt ſuo loco dictum eſt ſuperius) diminuerit.

VIII.
a Euagr. lib. 1. c. 20.
Quę Antiochenis Eudocia contulit.

Hoc anno, menſe Ianuarij, Theodoſius Impertator aduerſus Iudæos, Samaritas, Gentiles, atq. hæreticos, dignam Chriſtiano Principe edidit ſanctionem: cuius ſanciendæ cauſa illa præceſſiſſe videtur, quod cum pluribus ſimul annis cælum mutatis temporum vicibus haud ſe benignum & agrorum culturæ propitium exhibuiſſet, magna ſingulis annis laboratum eſſet inopia frugum. quod quidem nonniſi violatæ rectæ religionis cauſa, Dei iuſta vindicta, fieri intelligēs Imperator, in eoſdem conuerrit legum minas & vltionem. Inter alia autem dum Paganos exagitat, quo idolorū cultorum fuerit progreſſa temeritas, cum publice etiam præſumerent litare hoſtias, idem Imperator
C eodem edicto ad Florentium Præfectum Prætorio dato, poſt multa declarat his verbis [b]: Hinc perſpicit noſtra clementia, Paganorum quoq. & Gētilis immanitatis vigiliam nos debere ſortiri, qui naturali veſania & licentia pertinaci, veræ religionis tramite diſſidentes, nefarios ſacrificiorū ritus, & funeſtæ ſuperſtitionis errores occultis exercere quodammodo ſolicitudinibus dedignantur, niſi ad ſupernæ maieſtatis iniuriam, & temporis noſtri contemptum, eorum ſceleta profeſſionis genere publicentur, quos non promulgatarum legum mille terrores, non denunciati exilij pœna compeſcunt; vel ſi emendari non poſſint, mole ſaltem criminum, & illuuie victimarum diſcerēt abſtinere. Sed prorſus ea furoris peccatur audacia, ijs improborū conatibus patientia noſtra pulſatur, vt ſi obliuiſci cupiat, diſſimulare non poſſit.

IX.
Idololatria inualeſcit.
b Nouel. Theod. tit. 3. de Iudæis.

Quamquam igitur amor religionis numquam poſſit eſſe ſecurus [*], quamquam Pagana dementia cūctorum ſuppliciorum acerbitates expoſcat: lenitatis tamen memores nobis innatæ, trabali iuſſione decreuimus, vt quicumq. pollutis contaminatiſque mentibus in ſacrificio quolibet in loco fuerit comprehenſus, in fortunas eius, in ſanguinem ira noſtra conſurgat. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Chriſtianitatis intacta ſeruata. An diutius perferemus mutari
D temporum vices, irata cæli temperie, quæ Paganorum exacerbata perfidia, neſcit naturæ libramēta ſeruare? Vnde enim ver ſolitam gratiam abiurauit? Vnde æſtas meſſe ieiuna laborioſum agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum? Vnde hiemis intemperata ferocitas vbertatem terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnauit? niſi quod ad impietatis vindictam tranſit lege ſua naturæ decretum. Quod ne poſthac ſuſtinere cogamur, pacifica vltione (vt diximus) pianda eſt ſuperni numinis veneranda maieſtas.] hactenus de Gentilibus data cōſtitutio Conſtantinopoli pridie Kalend. Februarij ſub huius anni Conſulibus.

X.
* ſeuerus
Pœnæ in Idololatras ſancita.

Ad extirpandam igitur excreſcentem multiplici germine infauſtam idololatriam non Imperatori tantummodo fuit regia poteſtate ſumma induſtria laborandum, ſed & ſanctis Patribus, omnibus intentis neruis, ſcriptis editis inſudandum. Hac enim occaſione S. Cyrillus Alexandrinus ſecurim ad radicem arboris admouens, commentarios diſertiſſimos edidit ad confutanda Iuliani Apoſtatæ ſcripta in Chriſtianam religionem elaborata, quibus tamquam potenti telo impii vti ſolerent ad Chriſtianam religionem labefactandam: hac enim de cauſa Cyrillus ſe eam aggreſſum eſſe prouinciam in operis præfatione ad ipſum Theodoſium Imperatorem inſcripta, his verbis a-
E perte ſignificat, vbi primum laudans Theodoſium a cultu religionis, alludens ad recitatam aduerſus Paganos editam ſanctionem iſta præmittit [c]: Aequiſſimarum quidem legum ſplendor omnia vndiq. iubare ſuo tamquam fulgur illuſtrat: & manſuetudo, pietaſq. in Chriſtum exhilarat etiā cælum ipſum, hoc eſt, ſupernas & rationales cæleſteſq. virtutes.] & poſt nonnulla de Iuliani libris in Chriſtianam religionem editis prælocutus, hanc ſui inſtituti affert rationem:

XI.
Patres rurſū laborāt aduerſus Idololatras.
c Cyrill. aduerſ. Iulian. lib. 1. præfat.

Quoniam autē plurimi ſuperſtitioſi conuenientes eos qui Chriſtū ſapiunt, ſuſdeq. prætexunt, nobis exprobrantes illius contra nos ſcripta; & dicunt tanta grauitate edita, vt carpi nuſquam valeant; nullumq. adhuc inuentum eſſe ex noſtris doctoribus, qui vel contradicere, vel ſubuertere dicta illius queat. Adhortantibus itaq. multis, & fiſus Chriſto dicente [d]: Et tunc vade, & ego aperiā os tuū: accommodaui me, vt decutiam quidē Græcanicum ſupercilium aduerſus Dominū Chriſtum ſe extollens: adiuuem aūt, quantū licet, deceptos, demonſtrando deceptū, & ignoraſſe ſacras Scripturas eum qui noſtri omnium Saluatorem incuſat.] hæc de inſtituti ſui ratione Cyrillus. Qui cum dicat, nullum hactenus eſſe inuentum qui Iuliani libros confutarit, apparet ſanne Philippum

XII.
d Ezech. 3.
Theodoretus pugnat aduerſus Idololatras.

illum competitorem Procli in ſede Conſtantinopolitana aſſequenda (de quo dictum eſt ſuperius) A
poſt S. Cyrillum id genus commentarij aduerſus Iulianum elaboraſſe.

XIII.

Theodoretus etiam impiorum Gentilium pulſatus blaſphemijs adiecit hoc item tempore animum, vt duodecim diſertiſſimos libros ſcriberet aduerſus eos, titulumq. iſtiuſmodi præfigeret operi: Curatio Græcarum affectionum, vel, Euangelicæ veritatis ex Græcarum & Gentiũ philoſophia cognitio.] tradit ipſe in operis præfatione, vbi etiam eius exordio hæc de Gentilibus palam Chri-

a Theod. de curat. Græc. affect. prolog.

ſtianæ religioni his tpibus inſultãtib. [a]. Sæpenumero accidit, vt nonnulli eorũ qui ſuſpenſi Gentiũ & Græcorum fabulas admirantur, mecum familiarius diuerſati, tum Chriſtianam fidem comice

Gentiles rurſũ in Chriſtianos inſurgunt.

obtrectarent, aſſerentes, nihil nos aliud quam meram credulitatem illis inſinuare, quos diuinis rebus imbuendos accipimus; tum vero & Apoſtolos tarditatis atque inſcitiæ accuſarint, barbaros propterea inculpantes, qui omni careant elocutionis ornatu. Quin & pro ridiculo habere ſe dixerint, quod honore vllo martyres proſequamur: inſignis enim ſtultitiæ genus eſſe addentes, ſi qui viuentes homines ab ijs qui iam vita functi ſint, vllum ſibi commodum comparare contendant. Aggeſſerunt vero & alia quædam huius generis maledictis valde affinia, quæ ſane ipſa ſuis locis liber hic, quẽ cudimus, educebit. Ego vero & explicui quidem illis, quæ tũc afferri oportuit maledictis B
obiectionibusq. ſoluendis; & nefarium ſcelus, remq. impiã eſſe duxi, ſi conniuens, diſſimulanſque perpetiar ſimplicioris notæ homines, ab illorum falli verſutijs, neque litterarũ monumentis aliqd tradam, quod illarum accuſationum vanitatem ſtultitiamq. redarguat, &c.] hęc Theodoretus, abũde propinans antidota ad curandos Gentiles morbo tabidos, præſeruandoſq. ſanus Fideles, ne eadem luis contagione afficerentur. Infelicia plane tempora, quibus eoſdem opus fuerit ſubire labores aduerſus Gentiles, quos iam innumeris doctiſſimarum ſcriptionum iaculis confecerant antiqui Patres, qui aduerſus eos plurimas elaborarunt Apologias, quarum nos prioribus Annalium tomis meminimus. Porro huiuſmodi ſuorum ſcriptorum aduerſus Gentiles ipſe mentionem habet Theodoretus in epiſtola ad Renatum [b].

b Theodor. epiſt. 116.

XIV.

Perſonati Chriſtiani reprehenduntur.

Ceterum non Oriens tantum, ſed & Occidens eiuſmodi erat his ipſis temporibus Gentilium ſuperſtitionis morbo laborans: in quos inueniuntur huius temporis viri ſanctiſſimi declamaſſe, & inter alios Petrus Chryſologus, qui multus eſt in redarguendis illis qui Kalendis Ianuarijs perſonati incederent, Gentilium deos repræſentantes. nam inter alia multa quæ in eos exaggerat, hęc habet: Quis ſatis lugeat eos qui ſimulacra faciunt ſemetipſos? nonne iſti amiſerunt imaginẽ Dei? C
ſimilitudinem perdiderunt? Chriſti exuti ſunt indumentum, qui ſe ſimulacrorum formis ſacrilegis formauerunt. Sed dicet aliquis: Non ſunt hæc ſacrilegiorum ſtudia: vota ſunt hæc iocorum: & hoc eſſe nouitatis lætitiam, non vetuſtatis errorem: eſſe hoc anni principium, non Gẽtilitatis offenſam. Quis de impietate ludit? De ſacrilegio quis iocatur? Piaculum quis dicit riſum? ſatis ſe decipit, qui ſic ſentit, &c.] Eadem plane deplorãs exprobrat: qui his quoque temporibus claruit, S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis in ſermone quem habuit Kalendis Ianuarij, inuectus vehementer in eoſdem, qui ex Gentilicia ſuperſtitione in portentoſas ſe transmutarent formas, cum viri non in feminas tantum, ſed in diuerſa genera pecorum, immo & portentorum ſe conſueuerint transformare.

XV.

Sed quid de ſuperſtitione illa, quæ exhibebatur, dum Circẽſia agerentur? Verum ad hæc erat excuſatio eorum qui ea exercebant Circenſia, dum ea ſe Chriſtianos non in deorum, ſed Chriſti honorem facere affirmarent. in quos hæc Saluianus [c] poſt alia: Chriſto (o amentia mõſtruoſa!)

c Saluian. de vero iudic. lib. 6.

Excuſatio de Circenſibus.

Chriſto Circenſes offerrimus & mimos, & tunc hoc maxime cum ab eo aliquid boni capimus, cũ proſperitatis aliquid ab eo attribuitur, aut victoria de hoſtibus a Diuinitate præſtatur. Et quid D
aliud hac in re facere videmur, quam ſi quis homini beneficium largienti iniurioſus ſit, aut blandientem conuicijs cedat, aut oſculantis vultum mucrone transfigat, &c.] pluribus enim horum inſectatur amẽtiam: licet ijdem Magni Gregorij Thaumaturgi id ſe facere defendere potuiſſent exẽplo, qui hæc ſuis Neocæſarienſibus aliquando viſus eſt conceſſiſſe, illo tamen Gentilium & perſecutorum Imperatorum tempore, cum Chriſtiani ab his diuelli minime poſſent. ſed & lac paruulis & olus infirmis miniſtrauit Apoſtolus, ætate vero auctis & ſanis cibum ſolidiorem.

XVI.

At vtinam his temporibus ludis hiſce res tranſacta tantummodo eſſet, & non magis ſerio impijs idololatriæ cultibus aliqui ex nobilioribus atque potentioribus occupati fuiſſent. Audi, rogo,

d Proſp. in Chr.

quid S. Proſper ſub huius anni Conſulibus referat [d]: Littorius (inquit) qui ſecundæ ab Aetio Pa-

Ob Idololatriã vincitur Ro. exercitus.

tricio poteſtati Hunnis auxiliantibus præerat, dum Aetij gloriam ſuperare appetit, dumq. Aruſpicum reſponſis & dæmonum ſignificationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conſeruit; fecitq. intelligi, quantum illa eorum quæ perijt manus prodeſſe potuerit, ſi potioribus conſilijs, quam ſua temeritate vti maluiſſet; quãdo ipſe tantam hoſtibus cladem intulit, vt niſi inconſiderãter prœlians, in captiuitatem incidiſſet, dubitandum foret, cui potius parti victoria adſcriberetur.] hæc Proſper. & Iſidorus [e] dilucidius rem paucis perſtringens, ait: Littorius dum primum E

e Iſidor. Chron. Goth.

res proſperas aduerſus Gothos, q ſub Rege Theodorico Arelatẽ obſederũt, geſſiſſet: denuo reſponſis dæmonum deceptus, in bello a Gothis, amiſſo exercitu, miſerabiliter ſuperatur: & qui ante hoſtium millibus cæſis glorioſe vicerat, dum fallacia dæmonum oracula quærit, ignobiliter victus interijt.] hactenus Iſidorus.

XVII.

f Saluian. de prouid. Dei lib. 7.

Deplorauit hæc fuſius Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus iſtis verbis [f]: Denique probauit hoc bello proximo infelicitas noſtra. Cum enim Gothi metuerunt, præſumpſimus nos in Hunnis ſpẽ ponere, illi in Deo: cum pax ab illis poſtularetur, a nobis negaretur: illi Epiſcopos mitterẽt, nos repelleremus: illi etiam in alienis ſacerdotibus Deum honorarent, nos etiam in noſtris contemneremus: prout actus vtriuſque partis, ita & rerum terminus fuit. Illis data eſt in ſummo timore palma, nobis in ſumma elatione confuſio. Vere & in nobis tunc & in illis euidenter probatum fuit illud Domini noſtri dictũ [g]: Quoniã qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Superbia Ducis male pugnatur cũ Gothis.

g Luc. 16.

Illis

A Illis enim exaltatio data eſt pro humilitate, nobis pro elatione deiectio. Namque agnouit hoc ille dux noſtræ partis (*Littorius ſcilicet*) qui eamdem vrbem hoſtium, quam eodem die victorem ſe intraturum eſſe præſumpſit, captiuus intrauit, *Arelatem videlicet*. Probauit ſcilicet quod Propheta dixit [a]: Quia non eſt hominis via eius: neque viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Nam quia viam ſuam iuris ſui exiſtimauit; nec greſſum directionis habuit, nec viam ſalutis inuenit. Effuſa eſt (vt legimus [b]) abiectio ſuper Principem, & errare fecit eos in inuio & non in via: & ad nihilum deductus eſt, velut aqua decurrens. In quo quidem præter ipſam rerum infelicitatē præſens iudicium Dei paruit, vt quicquid ſe facturum vſurparet, pateretur. Nam quia ſine Diuinitatis auxilio ac Dei ductu capiendum a ſe hoſtem credidit; ipſe captus eſt. conſilii ac ſapientiæ ſummam vſurpauit: ignominiam temeritatis incurrit: vincula quæ alijs parauit, ipſe ſuſtinuit.

a Prou. 16. 10.
b Pſal. 106.

XVIIII.
Littorius dux ſuperbiſſimus a Gothis ludibrijs afficitur.

Et quod, rogo, euidentius Dei iudicium eſſe potuit, quam vt habens prædatoris fiduciam, præda fieret? triumphum præſumens, triumphus eſſet? circumdaretur, corriperetur, alligaretur, retorta brachia tergo gereret; manus quas bellicoſas putabat, vinctas videret; puerorum ac mulierum ſpectaculum fieret, illudentes ſibi barbaros cerneret, irriſionem ſexus promiſcui ſuſtineret? & qui
B maximum habuerat ſupercilium fortis viri, mortem ſubiret ignaui? Atque vtinam hoc ipſum breue remedium malorum eſſet, non diuturna toleratio. Ille autem, quantum ad pœnarum longitudinem pertinet, longo tempore & diuturna in ergaſtulo barbarorum tabe conſumptus, in hanc miſeriam redactus eſt, vt (quod plerumque homines etiam pœnis ipſis grauius atque acerbius putant) in miſerationem hoſtium deueniret. Et cur hoc? Abſque dubio, niſi quia (vt iam dixi) illi *nempe Gothi*, Deo humiles, non rebelles: illi crediderunt in manu Dei eſſe victoriam, nos in manu noſtra, immo in ſacrilega atq. impia, quod eſt peius, nocentiuſque quam natiua. Denique ipſe Rex hoſtium (quantum res prodidit ac probauit) vſque ad diem pugnæ ſtratus cilicio preces fudit, ante bellum in oratione iacuit, ad bellum de oratione ſurrexit; priuſquam pugnam manu capeſſeret, ſupplicatione pugnauit: & ideo fidens proceſſit ad pugnam, quia iam meruerat in oratione victoriam.] hactenus de his Saluianus. Sed & Sidonius Apollinaris in Panegyrico Auito Auguſto dicto, his verſibus de temeritate Littorij:

Et caput hoc ſibimet ſolitis defeſſa ruinis
Gallia ſuſcipiens, Getica pallebat ab ira.
C *Nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat*
Aetius. Capto terrarum damna patebant
Littorio: in Rhodanum proprios producere fines
Theodorico fixum: nec erat pugnare neceſſe,
Sed migrare. Getis rapidam trux aſperat iram
Victor, &c.]

En in quod barathrum conſultorem ſuum conſulta adegerunt idola. Viguiſſe quidem in Occidente his temporis idololatriam, Saluianus [c] pluribus tradit. Et quid mirum, ſi & ipſi ampliſſimi magiſtratus (neſcio qua incuria) cultoribus dæmonum tradebantur? nam (vt vidimus) Littorius Romano præerat in Galijs exercitui, & in Africa Cyrus æq. Ethnicus militum (vt habet Euagrius [d]) ductor erat: qui amplioribus (vt dicemus) auctus eſt poſtea magiſtratibus, nempe Prætorii Præfectura & Conſulatu. Hæc plane eſt infelicitas Principum, vt exiccare ſcelerum fluenta legum ſpongia fruſtra laborent, cum ipſos obſtruere fontes, vnde mala ſolent fluere, prætermittant.

c Saluian. de vero iudic. lib. 6.
d Euagr. lib. 1. c. 19. in fin.

XIX.

Sed quam diris iſta cladibus diuinitus vindicentur, Oriens & Occidens maximis exagitati
D malis, etiam alienigenis fidem fecere, dum Imperium Orientale dira diu afflictatum eſt fame, Occidentale vero hoc ipſo anno in Gallia nobiliſſimi eſt paſſum iacturam exercitus. Sed longe lugubrius atque funeſtius illud acceſſit, dum ad finem anni huius clariſſima omnium ciuitas, Romanæ vrbis æmula, & licet tandem illi ſubdita, ſplendoris tamen gloria cedere neſcia, Carthago inquam, a Vuandalis capta eſt. Sub huius quidem anni Conſulibus ea potitos eſſe Vuandalos, tum ſanctus Proſper [e], tum Marcellinus [f] affirmant: factum id hoc anno, decimo Kalendas Nouembris, ipſe Marcellinus tradit, ſed decimoquarto Proſper, cum ait: Aetio rebus quæ in Gallijs componebantur intento, Genſericus [*], de cuius amicitia nihil metuebatur, decimoquarto Kalendas Nouembris Carthaginem dolo pacis inuadit; omneſque opes eius, excruciatis diuerſo tormentorum genere ciuibus, in ius ſuum vertit. Nec ab eccleſiarum ſpoliatione abſtinens, quas & ſacris vaſibus exinanitas, & ſacerdotum adminiſtratione priuatas, non iam diuini cultus loca, ſed ſuorum iuſſit eſſe habitacula. In vniuerſum captiui populi ordinem ſæuus, ſed præcipue nobilitati & religioni infenſus: vt non diſcerneretur, hominibus ne magis, an Deo bellum intuliſſet.] hæc Proſper. Et Iſidorus his addit [g]: Genſericus ſacramenti religione violata, Carthaginem peruadit;
E Siciliam deprædatur, Panormum obſidet, Arianam peſtilentiam per totam Africam intromittit, ſacerdotes Eccleſiæ expellit, martyres plurimos efficit.] ſic ipſe ſummatim relegens omnia a perfido barbaro his temporibus perpetrata.

Carthago capta a Gēſerico.

e Proſp. in Chr.
f Marcellin. in Chron.
* Genſericus
g Iſidor. hiſtor. Vuandal.

XX.

Sed cur Deus dedi Vuandalis eam ciuitatem permiſerit, ex Saluiano viro ſanctiſſimo accipe, qui hoc ipſo tempore, nec ob aliam cauſam, quam vt diuinam erga homines prouidentiam & iuſta eius iudicia monſtret, eiuſmodi ſcribendi argumentum arripuit. Ipſe igitur, cur tradi Vuandalis Africam, & Carthaginem ab illis capi permiſſum a Deo eſſet, demonſtrans, præter illa quæ de totius Africæ ſceleribus exundantib. ſcribit, de ipſa ciuitate Carthagine iſta habet [h]: Nec diſcurrā per loca ſingula, aut cūctas diſcutiam ciuitates, ne ſtudioſe videar quærere aut inueſtigare quæ dicam: vna tantum vniuerſarum illic vrbium principe & quaſi matre contentus ſum, illa ſcilicet Romanis arcibus ſemper æmula, armis quondā & fortitudine, poſt ſplendore & dignitate, Carthaginē dico vrbi Romanæ maxime aduerſariā, & in Africano orbe quaſi Romā: quæ mihi ideo in exēplum ac teſtimoniū ſola ſufficit, quia vniuerſa penitus quib. in toto mundo diſciplina Reipublicæ

h Saluian. de vero iudic. & prouid. Dei lib. 7.
Carthaginēſiū amplitudo.

vel procuratur, vel regitur, in ſe habuit. Illic enim omnium officiorum publicorum inſtrumenta, A
illic artium liberalium ſchola, illic philoſophorum officinæ, cuncta deniq. vel linguarum gymna-
ſia, vel morum: illic quoque etiam copiæ militares, & regenté militiam poteſtates: illic honor Pro-
conſularis, illic quotidianus Iudex & rector, quantum ad nomen quidem Proconſul, ſed quantum
ad potentiam Conſul: illic quoque omnes rerum diſpenſatores, & differentes inter ſe tam gradu
quam vocabulo dignitates, omnium (vt ita dicam) platearum ac compitorum procuratores cun-
cta ferme loca vrbis & membra populi gubernantes. Hac ergo tantum contenti ſumus ad exem-
plum & teſtimonium ceterarum: vt intelligamus ſcilicet, quales illæ fuerint ciuitates, quæ mino-
res habuerunt probi officij procuratores; cum viderimus, qualis extiterit, vbi ſummi ſemper fue-
re rectores.

XXI. Carthaginenſium vitia. Quo loco prope eſt, vt pœniteat me professionis meæ, id eſt, quod ſuperius ſpopondi, cunctis
prope Afrorum criminibus prætermiſſis, de impuritatibus præcipue ac blaſphemijs eorum me eſ-
ſe dicturum. Video enim quaſi ſcaturientem vitijs ciuitatem: video vrbem omnium iniquitatũ ge-
nere feruẽtem, plenam quidem turbis, ſed magis turpitudinibus, plenam diuitijs, ſed magis vitijs,
vincentes ſe inuicem homines nequitia flagitiorum ſuorum, alios rapacitate, alios impuritate cer- B
tantes, alios vino languidos, alios cruditate diſtẽtos, hos ſertis redimitos, illos vnguentis oblitos,
cunctos vario luxus marcore perditos, ſed pene omnes vna errorum morte proſtratos, non omnes
vinolentia temulentos, ſed omnes peccatis ebrios. Populos putares non ſani ſtatus, non ſui ſenſus,
non omnino incolumnes, non gradu, quaſi more Baccharum crapulæ cateruatim inſeruientes.

XXII. Iam vero illud cuiuſmodi, aut quam graue, genere quidem diſpar, ſed iniquitate non diſpar, ni-
ſi forte in hoc diſpar, quia maius: proſcriptiones dico orphanorum, viduarum afflictiones, pauperũ
cruces; qui ingemiſcentes quotidie ad Deum, finem malorum imprecantes, & quod grauiſſimum
eſt, interdum vi nimiæ amaritudinis etiam aduentum hoſtium poſtulantes, aliquando a Deo impe-
trarunt, vt euerſionem tandem a barbaris in commune tolerarent, quam ſoli ante a Romanis tole-
rauerant. Sed eſto, hæc omnia prætermittantur, quia & in toto ferme aguntur orbe Romano, & ſpo-
Impudicitia Carthaginenſium. pondi me de his malis nec pauca dicturum. Quid ergo impudicitia atq. impuritas, de qua loquor,
numquid ad euerſionem Afrorum ſola ſufficeret? Quæ enim fuit pars ciuitatis nõ plena ſordibus?
quæ intra vrbem platea aut ſemita nõ lupanar? adeo pene omnia compita, omnes vias quaſi foueæ
libidinum interciderant, aut quaſi retia prætexerant, vt etiam qui ab hac re penitus abhorrerent, C
tamen vitare vix poſſent. Latronum quodammodo excubias videres commeantium viatorũ ſpo-
lia captantes; qui inſidiarum frequentium denſitate ita omnes admodum calles, omnes anfractus
ac diuerticula ſepiſſent, vt nullus ferme tam cautus eſſet, qui non in aliquos inſidiarum laqueos in-
curreret, etiam qui ſe de plurimis expediſſet. Fœtebant (vt ita dixerim) cuncti vrbis illius ciues cœ-
no libidinis, ſpurcum ſibimetipſis mutuæ impudicitiæ nidorem inhalantes: ſed horrori tamen eis
horrida iſta non erant, quia idem omnes horror infecerat: vnam enim illis putes fuiſſe libidinum
fornicationumq. ſentinam, cœnum quaſi ex omni platearum & cloacarum labe collectum.

XXIII. Et quæ illic ſpes eſſe poterat, vbi præter id quod in templo Dei erat, nihil videri penitus niſi
ſordidum licebat? Quamquam quid dicam in Dei templo? hoc quippe totum ad ſacerdotes tantũ
& clerum pertinet; quos non diſcutio, quia Domini mei miniſterio reuerentiam ſeruo; & quos ita
a Genel. 19. ſolos puros arbitror fuiſſe in altario, ſicur pereuntibus Sodomis, ſolũ Lot fuiſſe in monte legimus
[a]. Ceterum quantum ad plebem pertinet, quis in illo numero tam innumero caſtus fuit? caſtum
dico? quis non fornicarius, non adulter? & hoc ſine ceſſatione, ſine termino. Rurſus clamitem itaq.
neceſſe eſt. Quæ ſpes in illo populo eſſe poterat, vbi cum vnus interdum adulter plebem Eccleſiaſti- D
cam polluat, ibi inter tot millia, ſi diligentiſſime quæreres, caſtum vel in eccleſia reperire vix poſ-
ſes? Plus multo dicam: vtinam hæc eſſent ſola quæ diximus, & contenta illic virorũ impuritas fuiſ-
ſet ſolis ſordidarum mulierum fornicationibus inquinari. illud grauius & ſceleſtius, quod illa, de
b Rom. 1. quibus beatus Apoſtolus Paulus [b] cum ſumma animi lamentatione conqueritur, in Afris pene
omnia fuerunt, ſcilicet quia maſculi, relicto naturali vſu feminæ, exercentes, &c.] rurſum vero:

XXIV. Sed forte (inquit) id vel occultum, quod loquimur, erat; & ſaltem hoc prouidebant procurato-
res, ne publicæ paſſim diſciplinæ oculos ciuitatis ſcelera propalata polluerent. quod ſi factum vti-
que fuiſſet, quamuis multi extitiſſent opere ipſo ſordidi, non omnes tamen fuerant viſu atq. animo
ſordidati. Et ſolet res flagitioſa, quando agitur occulte, fidem facinoris non mereri: ſupra autem
omnem monſtruoſi piaculi execrationem eſt, ſcelus ſummum admittere, & pudorem ſceleris non
habere. Quid, rogo, fieri illic prodigioſius potuit? in vrbe Chriſtiana, in vrbe Eccleſiaſtica, quam
quondam doctrinis ſuis Apoſtoli inſtituerant, quam paſſionibus ſuis martyres coronarant, viri in
ſemetipſis feminas profitebantur, & hoc ſine pudoris vmbraculo, ſine vllo verecundiæ amictu: ac
quaſi paruum piaculum eſſet, ſi malo illo malorum tantum inquinarentur auctores, per publicam E
ſceleris profeſſionem fiebat etiam ſcelus integræ ciuitatis. Videbat quippe hæc vniuerſa ciuitas, &
patiebatur: videbant Iudices, & acquieſcebant: populus videbat, & plaudebat: ac ſic diffuſo per to-
tam vrbem dedecoris ſceleriſq. conſortio, etſi commune hoc omnibus non faciebat actus, commu-
ne omnibus faciebat aſſenſus.] hæc & alia Saluianus, pluribus inuectus in illos qui habitu incede-
rent muliebri, veſteq. velis ac picta facie feminas penitus imitantes, res perpetrarent obſcœnas, q
bus turpiſſime fœdarentur. Ac poſt multa:

XXV. Sed [c] quia de impuritate Afrorum iam multa diximus, nunc de blaſphemijs ſaltem pauca di-
c Saluian. de vero iudic. lib. 8. camus. Profeſſa enim illic iugiter plurimorum Paganitas fuit: habebant quippe intra muros pa-
trios inteſtinum ſcelus, Cæleſtem illum ſcilicet, Afrorum dæmonem dico: cui ideo (vt reor) veteres
Carthaginenſes idololatræ. Pagani tam ſpecioſæ appellationis titulum dederunt, vt quia in eo non erat numẽ, uel nomẽ aliqđ
eſſet; & quia non habebat aliquam ex poteſtate virtutẽ, haberet ſaltem ex vocabulo dignitatem.
Quis ergo illi idolo non initiatus? quis non a ſtirpe ipſa, fortaſſe etiam a natiuitate deuotus?

Nec

A Necloquor de hominibus ſicut vita,itaetiam profeſſione ac vocabulo Paganis,& qui ſicut profani erant errore,ſic nomine:tolerabilior quippe eſt & minus nefaria Geutilitas in hominibus profeſſionis ſuæ.Illud perniciosius ac ſceleſtius, quod multi eorum qui profeſſionem Chriſto dicaueraot,mente idolis ſeruiebant.Quis enim non eorum qui Chriſtiani appellantur, Cæleſtem illum aut poſt Chriſtum adorauit,aut(quod peius eſt)multo ante quam Chriſtum?Quis non dæmoniacorum ſacrificiorum nidore plenus diuinę domus limen intrauit,& cum factione ipſorum dæmonũ Chriſti altarę conſcendit; vt non tam immanis criminis fuiſſet, ad templum Domini non venire, quam ſic venire?]& infetius:

XXVI. At,ioquis,non omnes iſta faciebant,ſed potentiſſimi quique ac ſublimiſſimi. Acquieſcamus hoc ita eſſe:ſed cum ditiſſimæ quæque ac potentiſſimæ domus turbam faciant ciuitatis; vides perpaucorum potentium ſacrilega ſuperſtitione vrbem cunctam fuiſſe pollutam.Nemini autem dubium eſt,omnes dominorum familias aut ſimiles eſſe dominis aut deteriores,quamuis hoc vſitatius,vt deteriores,&c.] Porro eo immanius horũ ſacrilegium & impietas exiſtimari debuit,quod poſt ſancti Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis(quæ vidimus ac recenſuimus)ſtudia exhibita in de-

Carthaginenſes in corrigibiles.

B molirione idoli atque profani eius delubri,poſt tot adhibita a Proconſulibus & Tribunis ad hoc ipſum officia,poſt tot leges Imperatorũ atque reſcripta aduerſus idololatras in Africa data, poſt denique tot Carthagine ab eodem ſancto Epiſcopo & alijs collegis celebrata Concilia ad ablegãdam penitus impietatem & prauos mores,additis coocionibus,vel ſecretis admonitionibus ſanctorum virorum:adhuc tameo vigeret apud potentes adeo immane cum impunitate delictum.

XXVII. Acceſſit vero ad Carthaginenſium ſacrilegiorum culmen odium aduerſus ſanctos viros, per quos ad meliorem frugem vel precibus,vel moribus & exemplis potuiſſent aliquando reſtitui. Nam idem Salnianus,qui hæc cuncta,vtpote ibi verſatus,ſatis ſuperq. perſpecta habuit,ad omnia ſuperius dicta iſta vltimo loco ſubdit [a]: Eſto(inqnit) illa quæ diximus de contagio idololatriæ ad potentiſſimos quoſque ac nobiliſſimos pertinuerũt: Numquid illa leuiora,quæ nobilibus,ignobilibuſq. communia(odia ſcilicet atque execrationes ſanctorum omnium dico: ſacrilegij quippe genus eſt,Dei odiſſe cultores.]& poſt oulla de immanitate ſceleris inculcata:Ita igitur(ſubdit)& in monachis,ideſt,ſanctis Dei, Afrorum probatur odium:qnia irridebant ſcilicet,quia maledicebant,quia inſectabantur,quia deteſtabãtur,qnia omnia in illos pene fecerunt,quæ in Saluatorem

a Saluian. de vero iudic. lib. 8.

Monachi ludibrio habiti.

C noſtrum Iudæorum impietas fecit.]& poſt alia ad rei demonſtrationem allata exempli cauſa iſta ſubiecit: Non ſine cauſa itaque illud fuit,quod intra Africæ ciuitates,& maxime intra Carthaginis muros palliatum & pallidum,& reciſis comarum fluentium iubis ad cutem tonſum videre tã infelix ille populus quam infidelis ſine conuicio atque execratione vix poterat.

XXVIII. Et ſi quando aliquis Dei ſeruus aut de Aegyptiorum cœnobijs, aut de ſacris Hieroſolymorum locis,aut de ſanctis eremi venerandiſq. ſecretis ad vrbem illam officio diuini operis acceſſit: ſimul vt in populo apparuit,contumelias,ſacrilegia & maledictiones excepit; nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis flagitioſorũ hominum cachinnis,& deteſtantibus ridentiũ ſibilis,quaſi taureis cædebantur: vere vt ſi quis ea inſcius rerum fieri videret,non aliquem hominem ludificari,ſed nouũ inauditumq. monſtrum abigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum & præcipue Carthaginenſium fidem.]& ad finem: Et miramur ſi nunc barbaros illi perferunt: cum videamus quod ſancti viri in illis barbaros pertulerunt. Iuſtus ergo eſt Dominus & rectum iudicium ſuum, &c.] iſta quidem Saluianus. Quibus omoibus & eam adijce conſiderationem,qua(quod deterrimum omnium ſcelus videri poteſt)cootemptus pœnitentię declaratur.

Carthaginenſium impænitentia.

D XXIX. Etenim cum ante decennium Vuandali inuaſerint Africam,atque munitis locis omnibus potiti fuerint,eumq. Romani exercitus ab eiſdem iterũ fuerint ſuperati, ſub Bonifacio duce primũ, poſtea vero ſub Aſpare & Baſiliſco fuſis ſimul Orientalibus atque Occidentalibus copijs;ſola ipſa Carthago vndique vallata hoſtib. & obſeſſa periculis,non eſt exterrita & timore correpta ad pœnitentiam,qua Dei indignationem anteuertere valuiſſent;quam potius,addentes peccata peccatis, ab inuito licet, extorquere, atque retardante nimis accelerare velle, Carthaginenſes videri poterant: vt plane ſecundum illud Hieremiæ [b] acciderit illis: Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt faciem ſuam ſupra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti ignorantes viam Domini & iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt viam Domini & iudicium Dei ſui. Et ecce magis hi ſimul confregerunt iugum,ruperunt vincula. Idcirco percuſſit eos leo de ſilua.]Iam præter illa quæ dicta ſunt,hæc rurſum accipe de Carthaginẽſibus a Salniano [c]: Circumſonabant armis muros Carthaginis populi barbarorum,& Eccleſia Carthaginenſis inſaniebat io Circis,luxuriabat in theatris:alij foris iugulabantur,alij intus fornicaban-

b Hierem. 5.

c Saluian. de vero indic. lib. 6.

E tur:pars plebis erat foris captiua hoſtium,pars intus captiua vitiorũ.]& paulo poſt: Fragor(vt ita dixerim)extra muros & intra muros prœliorum & ludicrorum confundebatur,vox morientium, voxq. bacchantium;ac vix diſcerni forſitan poterat plebis eiulatio,quæ cadebat io bello,& ſonus populi,qui clamabat in Circo. Et cum hæc omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, niſi vt cum eum Deus perdere adhuc fortaſſe nollet, tamen ipſe exigeret vt periret?] hæc Saluianus. Sed audiamus Victorem, quid de acerbiſſimo perſecutore ſcribat, poſtquam Carthaginem cepit:

XXX. Poſt has(inquit [d]) truces impietates inſaniæ,ipſam vrbem maximam Carthaginenſem Gẽſericus [*] tenuit & intrauit,& antiquam illam ingenuam ac nobilem libertatem io ſeruitutem redegit. Nam & Senatorum vrbis non paruam multitudinem captiuauit. Deinde proponit decretũ vt vnuſquiſque auri,argenti,gemmarum,veſtimentorumq. pretioſorum quodcumque haberet, offerret:& ita breui auitas atque paternas opes tali induſtria abſtulit rapax.]Ita potitus primaria vrbe totius Africæ,inter ſe & exercitum omnes partitus eſt prouincias,eo modo videlicet,quo idẽ

d Vict. de perſecu. Vuand. lib. 1.

** Geiſericus*

Digitized by Google

* Abduritanam

Victor narrat his verbis: Diſponēs quoque ſingulas quaſq. prouincias, ſibi Bizacenā, Abaritanā*, A Getuliam, & partem Numidiæ reſeruauit: exercitui vero Zeugitanam vel Proconſularem funiculo hereditatis diuiſit.] hæc de expilatione & diuiſione bonorum Victor: quid autem in perſonas Eccleſiaſticas & nobiles laicos admiſſum ſit, ita ſubdit: Præterea præcipere nequaquam cunctatus eſt, vt Epiſcopos atq. laicos nobiles de ſuis Eccleſijs & ſedib. nudos penitus effugaret. Qđ ſi (optione propoſita) exire tardarent, ſerui perpetui remanerent: quod etiam in plurimis factum eſt. Multos enim Epiſcopos & laicos, claros atque honoratos viros, ſeruos eſſe nouimus Vuandalorum.

XXXI. Tunc vero memoratæ vrbis Epiſcopum, id eſt Carthaginis, Deo & hominibus manifeſtū, nomine Quoduultdeum, & maximam turbam clericorum nauibus fractis impoſitam nudos atq. expoliatos expelli præcepit: quos Dominus miſeratione bonitatis ſuæ proſpera nauigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus eſt ciuitatem. Sanctorum autem atq. honoratorum multitudinem primo exilio crudeli contriuit, poſtea transmarina in parte proiecit. Pulſo autē Epiſcopo (vt præfati ſumus) cum clero venerabili, illico eccleſiam nomine Reſtitutam, in qua ſemper Epiſcopi commanebant, ſuæ religioni mancipat, atq. vniuerſas, quæ intra muros fuerant ciuitatis, cum ſuis diuitijs abſtulit.] Sed & ſuperius: Baſilicam (inquit) maiorem, vbi corpora ſanctarum martyrum B Perpetuæ & Felicitatis ſepulta ſunt, Celerinæ, atq. Scillitanorum, & alias quas nō deſtruxerunt, ſuæ religioni licentia tyrannica mancipauerunt.] & poſt nonnulla: Sed etiam quæ foras muros erant eccleſiæ, quaſcumq. voluit, occupauit, & præcipue duas egregias & amplas ſancti martyris Cypriani, vnam vbi ſanguinem fudit, aliam vbi eius ſepultum eſt corpus, qui locus, Mappalia, vocitatur.] itē ad Decimum dicta, prima vero ad Sextum nuncupata, quod totidem diſtarent ab vrbe lapidib. de quibus ſuperius, vbi actum eſt de ſancti Cypriani martyrio.

XXXII. Atquid tunc acciderit cum Vuandali proximam ciuitati Cypriani Memoriam ad littus poſitam inuaſerunt, Procopius ita narrat [a]: Hoc itaq. templum Vuandali, imperante Valentiniano*, pulſis Chriſtianis, ac ſacerdotibus multa ignominia eiectis, tenuerunt, ipſius cura Arianis delegata. Quamobrem Afris maximo dolore perculſis, ac animi pendentibus, dicunt, Cyprianum in ſomnis apparuiſſe, & bono animo Chriſtianos huius rei gratia eſſe iuſſiſſe, ſeſe breui tempore vltorem futurum pollicendo. Vbi res in vulgus prodijt, Afri omnes expectabant vltionem hanc in Vuandalos; nec propterea vnde hæc procedere poſſent, conijcere vllo mō poterant, &c.] hæc Procopius, vbi agit de Iuſtiniano Imperatore poſt annos centum Africam recipiente, & Vuandalos ad nihilū C redigente. Sed ſubdit dictis nuper Victor:

a Procop de bello Vuandal. li. 2.
* Honorio

XXXIII. Quis vero ſuſtineat, ac poſſit ſine lacrymis recordari, dum præciperet noſtrorum corpora defunctorum ſine ſolemnitate hymnorum cum ſilentio ad ſepulturam perduci?] Vides ex his quanti religioſam funeralem pompam æſtimare conſueuerint Chriſtiani, dum ea caruiſſe, inter omnium luctuoſiſſima, quæ illis temporibus accidere potuiſſent, adnumerat. Sed pergit: Addidit ad hæc, vt & pars clericorum, quæ remanſerat, pœnali exilio truderetur.] quæ autem his ſubdit, ſequenti potius anno facta eſſe videntur; nos pro ratione temporis reddemus ſingula ſuis locis.

XXXIV. Sed quid Vuandali in eas, quæ adhue Carthagine erant (vt ex Saluiano vidimus) reliquiæ idololatriæ? Vtiq. ipſi vna ferme præſtiterunt die, quæ nec plurimis annis ex quo Chriſtiani cœperant imperare, pluribus licet legibus pertentarint, perficere Imperatores vllatenus valuerunt: Vnde opus fuerit, iratum Deum gentem barbaram ex remotis Orbis finibus ad hæc præſtanda in Africā conuocare, qui ne veſtigium quidem ibi reliquere Gentiliciæ impietatis. Etenim quod ad Carthaginem ſpectat, ait Victor [b]: Carthagineo dignam theatro ædem Memoriæ, & viam quam Cæleſtis vocabant, funditus deleuerunt.] eadem quoq. Proſper [c] habet de via Cæleſtis: quam (inquit) D ſine memoria ſui nunc Vuandalica manus euertit.

b Victor de perſec Vuand lib. 1.
c Proſp de prædict par. 3. ca 38.

XXXV. Porro illud in primis magnopere obſeruandum, perſecutionem hanc in Eccleſiam Africanā a Vuandalis Arianis illatam, Catholicos tātummodo pertigiſſe, Donatiſtas vero vel ad eos turpiter defeciſſe, aut perſequendo Catholicos, eiſdem Vuandalis ſe coniunxiſſe; memores quidem, maiores ſuos ſub Conſtantio Imperatore fœdus cū Arianis aduerſus Catholicos inijſſe, ac proinde non vt hoſtes, ſed vt ſocios eos excepiſſe: quippe qui eiſdem in anabaptiſmi ſymbolo pari, ex diſpari tamen cauſa, iungerentur impietate. Quidnam enim cunctati ſunt ſeſe cōiungere Vuandalis, quos aduerſus Catholicos etiam in Orientem ad Apoſtatam Imperatorē legatos miſiſſe meminimus? Itaq. qui ſe Catholicis, quaſi pollutis, iungere deſpexerunt, & quam ſæpiſſime moniti reſilierunt; modo Arianis dedere manus, mutuoq. fœdera inierunt, ſibi ipſis pœnas illas infligentes, quas ſua ipſorum ſcelera exigebant, dum in profundiorem ſeſe foueam coniecerunt. Iunctos quidem fuiſſe Donatiſtas Vuandalis, ea quæ Victor [d] in fine operis habet de Nicaſio Donatiſta, ſatis ſignificāt. At de clade Carthaginenſium hoc anno illata modo hactenus; reliqua vero pro temporis ratione reijcimus in ſequentem annum. Sed iam ad Theodoſium reuocemus orationem. E

d Victor de perſec. Vuand. libr. 3. in fin.

XXXVI. Qui hoc anno (vt vidimus) ad auertenda ingruentia mala, aduerſus Iudæos, hæreticos, atque Gentiles pleniſſimam edidit ſanctionem; idem contra rapacitatem potentium pauperes opprimētium nouū dedit ad Florentiū Præfectū Prætorio, reſcriptū [e], quo vetuit, ne quis ſine Iudicis auctoritate alienis rebus regia vela ſuſpenderet, vel titulum Imperatoris apponeret: ſub nomine enim Imperatoris quaſi iuſto titulo potentioribus patebat via fortunas inuadendi alienas, diuerſis prætenſis cauſis, varijſq. coloribus comparatis. Sed neq. ob id extinctum hoc malum eſt: ad quod tollēdum, laborandum fuit etiam ſancto Gregorio Romano Pontifici, ita ſcribenti ad Conſtantinam Auguſtam [f]: In Sicilia autem inſula Stephanus quidam marinarum partium chartularius tanta præiudicia, tantaſque oppreſſiones operari dicitur inuadendo loca ſingulorum, & ſine dictione cauſarum per poſſeſſiones ac domos titulos ponendo, vt ſi velim Acta ſingula quæ ad me peruenerunt, dicere, magno volumine hæc explere non poſſim.] hæc ipſe, qui irrepentem eiuſmodi prauū vſum in Eccleſiaſticos viros, continuo tollendum curauit habita [g] Romæ Synodo. Porro illam

e l. 2. C. vt nemo priuatus.
De non affigendis titulis Theodoſii conſtitutio.
f Gregor. lib. 4. epiſt. 33.
g Gregor. lib. 4. epi. 88. & ſupra epiſt. 44.

A putamns fuiſſe inter vela & titulos differentiam,quod in illis imago depicta erat Imperatotis, vt ex eodem Gregorio [a] apparet;in titulis vero nomen eiuſdem inſcriberetur.hinc illud Chryſologi [b]: Sicut dominorum prædiorum ſuper liminibus affixi tituli proloquuntut [*], &c.]

a Greg.epiſt.li. 11.epiſt.1.
b Petr.Chryſol. ſerm. 154. de S. Stephano.

XXXVII. Idem quoque Auguſtus aduerſus calumniatores Epiſcoporum edidit ſanctionem [c], qua & conſultum voluit iuribus Eccleſiaſticorum,& cohibuit licentiam clericorum ac monachorũ, qui abſque litteris Epiſcopi,cui ſubiecti eſſent, Conſtantinopolim accederent. Hæc quidem ad eumdẽ Florentium Præfectum Prætorio,cuius incomparabilis probitas ab eodem Imperatore ad Cyrum [d] hoc eodem anno reſcripto plurimum commendatur. Etenim cum lenones ſæpe vetiti,penſitatione tamen quadam in ærarium conferenda,Conſtantinopoli turpe opus exercere permiſſi eſſent: ipſe Florentius vt eiuſmodi turpitudinum fæce ciuitatem purgatam redderet, latifundium ſuum donauit,ex quo iidem redditus Reipub.ſoluerentur.ſic igitur bonorum ſuorum diſpẽdio Conſtãtinopolim lenonibus reddidit omnino liberam.quem quidem ita redemptum decorem vrbis vt cõſeruaret Theodoſius Imperator,ad Cyrum(vt dictum eſt)aduerſus eoſdem reſcriptum dedit, vbi de Florentio iſta ſunt verba: Ac licet Florentius nos illud aduerteret execrari,etiam ceſſante vicaria B oblatione vectigalis;tamen ne vllum ad ærarium incommodum perueniret, propriam poſſeſſionem obtulit,ex cuius redditibus poſſit accedere quod prædictum peſſimum genus cõſueuerat pẽſitare,&c.]Ad hunc item Florentium extat Theodoreti [e] epiſtola,implorantis auxilium aduerſus calumniantes hæreticos. Patronus hic quidem fuit Catholicæ fidei, pro qua tuenda adfuit ipſi Theodoſio Imperatori in Concilio Cõſtantinopolitano,in quo ipſius opera detectus eſt Eutyches latens hæreſiarcha:ſed & cum Imperatore Marciano præſto fuit ſacroſancto œcumenico Concilio Chalcedonenſi,vt eorumdem Conciliorum Acta ſignificant,de quibus ſuis locis dicturi ſumus.

* perleguntur
c L.11.C.de Epi. & cler.
Lenones Conſtãtinop.a Florentio ſublati.
d Nouell. de lenon.tit.18.Theodoſ.
Iure laudatur Florentius.
e Theodo.epiſt. 89.

XXXVIII. Elucebat hoc quoque tempore inter Magiſtratus virtute pręſtãtes Thalaſſius Præfectus Prætorio Illyrici,ad quem hoc ipſo anno,iiſdemq. Conſulibus extat eiuſdem Theodoſij Impe.reſcriptum [f]: Porro eximiæ viri probitatis ergo Proclus Conſtantinopolitanus Epiſcopus eum Archiepiſcopum creauit Eccleſiæ Cæſarienſis in Cappadocia.rẽ geſtam Socrates ſub anni huius Cõſulibus ita narrat [g]: Proclus eodem tempore,ad decimumſeptimum Conſulatum eiuſdem Theodoſij Imperatoris,rem plane admirabilem,& qualem nemo veterum aliquando Epiſcoporum effecerat,aggreſſus eſt. Nam Firmo Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ mortuo, Cæſarienſes Conſtan C tinopolim aduenerant Epiſcopum quæſituri. At cum Proclus luſtraret animo, quem ad eum Epiſcopatum deſignaret;forte fortuna die ſabbatorum,dum aliquem deſpicare conabatur,omnes Senatores qui illum inſpectarent,ad eccleſiam accedunt:in quorum numero fuit Thalaſſius,qui gentium & ciuitatum Illyrici Præfecturam gerebat:cui partium verſus Orientem adminiſtrãdarum curam(vti fama eſt) Imperatoris iuſſu ſuſcepturo, Proclus manus imponit,& pro Præfecto Epiſcopum Cæſareæ creat. Atque in hunc modum Eccleſiæ ſtatus id temporis proſperum & felicem ſucceſſum habuit.]hactenus Socrates.addit hæc Nicephorus [h]: At ille (*Thalaſſius ſcilicet*)contra animi ſui ſententiam in Eccleſię gradum aſcendit,eamq. rite adminiſtrauit;cum quidem tam ſubitũ factum Imperator ægre ferret,mox tamen id ſanctione ſua comprobaret.]hæc ipſe.

f Nouel.Theod. titu.6.
g Socrat.libr. 7. c.vlt.
Thalaſſius ex Præfecto Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ.
h Niceph.li.14. cap.40.

XXXIX. Porro iſta ſcribens Socrates,huius anni Conſulibus ſuæ finem imponit hiſtoriæ, ſicut & Sozomenus,qui(vt ipſe in præfatione teſtatur)ad eumdem decimumſeptimum Conſulatum Theodoſij ſuam pariter hiſtoriæ ſcriptionem perduxit:qui licet Nouatiani eſſent, & in iis quæ ad ipſorum dogmata ſpectant,priuato ſtudio plura mentiti eſſe reperiãtur, dum præſertim falſa miracula ſuis tribuũt Nouatianis:tñ maioris fidei apud Gelaſium Romanũ Pontificem hos fuiſſe quã Euſebiũ D Cæſarienſem,inde poſſumus exiſtimare,quod Euſebij hiſtoriam reijcit inter apocrypha, Socratis vero & Sozomeni nequaquam. Verum non ob res geſtas ab Euſebio narratas,ſed ob ſparſos in eis ab eo olim Arianiſmos,ea cenſura certum eſt Euſebij hiſtoriam eſſe notatam;cum tamen Nouatiani diuinitatis Filij Dei eſſent(vt vidimus)conſtantiſſimi defenſores, atque ob eam cauſam diutius ab Imperatoribus & Epiſcopis tolerati. Nec eſt quod quis calumnioſe agens, arguat eſſe reijcienda quæ produntur ab hæreticis fuiſſe narrata. Etenim qui his reſpondeat, vnus cui nemo ob auctoritatem atque doctrinam refragari poſſit,Gelaſius in medium prodat:ipſe enim in tomo de vinculo anathematis iſta habet: Numquidnam in ipſorum hæreticorum libris non multa quæ ad veritatem pertineant,leguntur? Num quidnam veritas refutanda eſt,quia illorum libri,vbi prauitas ineſt,refutantur? Aut ideo praui libri ſuſcipiẽdi ſunt eorum,quia veritas,quæ in illis inſerta eſt, non negatur? Ait Apoſtolus: Omnia probate;quod bonum eſt,tenete,&c.]Id ipſum etiam ex ſentẽtia Cyrilli Epiſcopi Alexandrini paulo ante eſt demonſtratum.

Sozomeni et Socratis hiſtoriæ finis.

XL. Nec vero alium huic contrarium ſenſum ſanctus Gregorius habuit:non enim Pontifex Pontifici,& Gelaſio S.Gregorius eſt aduerſatus,dum Sozomeni hiſtoriam viſus eſt improbaſſe, cum ad E Eulogium Alexandrinum Epiſcopum ſcribens hæc ait [i]: Sed ipſam quoque Sozomeni hiſtoriam ſedes Apoſtolica recipere recuſat:quoniam multa mentitur,& Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat,& vſque ad diem obitus ſui magnum doctorem fuiſſe perhibet. Reſtat ergo,vt ſi quis illã hiſtoriam recipit,Synodo piæ memoriæ Iuſtiniani temporibus de tribus capitulis factæ contradicat. Qui ergo huic contraria dicere non valet,illam hiſtoriam neceſſe eſt vt repellat.]hæc Gregorius. Sed quo ſenſu accipienda iſta ſint,nemo non videt,qui rem de qua agitur, probe conſiderat: nimirum non recipi ab Eccleſia Romana Sozomenum Theodori Mopſueſteni laudatorem:quem qui recipiat,Quintæ Synodo,in qua ille damnatur,refragari ſe ſentiat. In reliquis autem quæ vera dixit,quomodo potuit ab Eccleſia Romana non recipi? etenim Anaſtaſius Bibliothecarius de eadem Sozomeni hiſtoria hæc habet in præfatione Miſcellæ: Verum quia quoſdam horum mentitos in quibuſdam fuiſſe,& quædam præter miſiſſe probatur,quemadmodum & ſanctus Papa Gregorius de Sozomeno apertiſſime ſcribit:obſecro,mendacia eorum veris approbationibus arguas, & quæ omiſerunt nihilominus ſuppleas.]Vides igitur clariſſimum eruditione virum Anaſtaſium

i Grego.libr.6. epiſt.31.
Quomodo accipienda ſententia Gregorij damnantis hiſtoriam Sozomeni.
De Sozomeni hiſtoria.

non

Defenditur S. Gregorius.

a In Rom. Martyrolog. die 13. Decembr.

b Melch. Can. loc. Theolo. lib. 3. c. 6.

non proiicere Sozomenum, ſed purgari ea & augeri deſiderare quæ ipſa (vt ſæpe vidiſti, lector) nos **A** pro viribus præſtare conati ſumus. Sed alibi in Notis [a] ad Romanum Martyrologium redarguimus Melchiorem Canum [b], qui Magnum Gregorium audacter nimis hiſtoriarum ignorantiæ ſugillauit, dum quæ apud Theodoretum de laude Theodori Mopſueſteni reperiuntur, Sozomeno Gregorium tribuiſſe, rem ignorans ipſe, putauit. Non attendit cenſor iſte, deſiderari duos Sozomeni libros, in quibus de Theodoro illo tractabatur hiſtoria.

XLI.

c Caſſiod. Inſti. diuin. lect. c. 17.

Ceterum quod ad eamdem Sozomeni hiſtoriam pertinet, maioris illa æſtimationis apud Photium fuit, quam Socratis: ſed nobis certe commodior Socratis hiſtoria cecidit, qua per Conſules more maiorum tempora diſtinguuntur. Qui hos Græcos auctores primus tradidit Latinitati, fuit Epiphanius vir doctiſſimus, idq. a Caſſiodoro impulſus, qui hæc teſtatur his verbis [c]: Poſt Euſebij vero hiſtoriam apud Græcos Socrates, Sozomenus, & Theodoretus ſequentia conſcripſerunt: quos à viro Epiphanio diſertiſſimo in vno corpore, Deo auxiliante, transferri curaui: ne inſultet habere ſe facunda Græcia neceſſarium, quod nobis iudicet eſſe ſubtractum.] hæc ipſe, q ex iiſdem Tripertitam compaginauit. Sed iam quæ anni huius ſunt reliqua proſequamur.

XLII.

Synodus Conſtantinopolitana.

Contigit his Procli Conſtantinopolitani Epiſcopi temporibus celebrem Synodum cogi Con **B** ſtantinopoli, cum illic Dioſcorus Alexandrinæ Eccleſiæ diaconus ageret Apocriſarium. Hic enim veteres exuſcitans controuerſias, huius celebrandi Epiſcoporum conuentus dedit occaſionem, nẽpe de iure diœceſeos mouens quæſtionem, cum inſtaret, eſſe Epiſcopi Alexandrini præſidere omnibus Orientis Eccleſijs, vtpote qui primus eſſe ſciretur in Eccleſia Catholica poſt Pontificem Romanum Antiſtes. Refragatus eſt his potiſſimum Epiſcopus Antiochenus, negans ex canonum Nicæni & Conſtantinopolitani Conciliorum præſcripto debere ſe ſubijci Præſuli Eccleſiæ Alexandrinæ, cum ex dictis Concilijs fuerint penitus diſtinctæ diœceſes. Porro Synodo congregata, & cauſa quam exactiſſime ventilata, ea fuit ſanctorum Patrum ſententia, vt ſeruarẽtur quæ in dictis ſacroſanctis Concilijs Nicæno & Conſtantinopolitano ſtatuta eſſent. Cum vero Theodoretus Cyri Epiſcopus acerrimus defenſor inſurrexiſſet pro Eccleſiæ Antiochenæ iuribus: hinc factum eſt (vt ipſe teſtatur) vt Dioſcorus ex hoc tempore eum graui odio fuerit proſecutus, quod numquam depoſuit, ſed maioribus in dies fouit augmentis. Narrat hæc quidem omnia ipſe Theodoretus in epiſtola ad Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum poſtea data, in qua poſt alia hæc leguntur [d]: **C**

d Theod. epiſto. 86.

XLIII.

Diſtinctæ Diœceſes Orienta. Eccleſiæ.

In illa enim regia vrbe (*Conſtantinopoli ſcilicet*) cum conueniſſent beati Patres *in Synodo œcumenica ſub Theodoſio Maiori*, conſona ijs, quæ in Nicæa ſtatuta ſunt a ſanctis Patribus ibi congregatis, ſtatuerunt, & diœceſes diſtinxerunt, & vnicuique diœceſi, quæ ipſi conueniebant, tribuerunt, expreſſe prohibentes, vt ex alia diœceſi aliam nullo pacto aliquis inuaderet, ſed Alexandriæ Epiſcopus ea quæ ad Aegyptum pertinent, tantummodo gubernaret, & vnaquæque diœceſis res proprias & quæ ad eam ſpectant. Hic vero iſtis definitionibus ſtare minime vult, ſed beati Marci ſedẽ ſurſum & deorſum agitat; præſertim cum aperte nouerit quod Antiochenſium magna ciuitas magni illius Petri thronum obtinet, qui beati Marci magiſter fuit, & Apoſtolorum chori primus & princeps. Nos vero throni quidem celſitudinem agnoſcimus, ac nos ipſos nouimus & metimur: Apoſtolorum humilitatem & manſuetudinem a maioribus didicimus. Tuam autem pietatem obſecramus, vt ſanctos canones cõculcatos minime negligas, & pro diuina fide prompto pugnes animo: in hanc enim habemus ſpem ſalutis, & per hanc miſericordiam conſequi expectamus. Ne vero etiam hęc tua pietas ignoret: ſcito domine, quod ex eo tempore Dioſcorus cœpit nos odio proſequi, quo in Synodis apud vos habitis tempore Procli beatę memorię vobiſcum idem ſtatuimus, **D** ſanctorum Patrum canones ſecuti: de qua re ſemel atque iterum conqueſtus eſt, quod iura Antiochenſium & Alexandrinorum Eccleſiæ (vt ait) nos prodiderimus. Horum memor & opportunitatem nactus (vt arbitratus eſt) odium & ſimultatem manifeſtauit.] hæc Theodoretus de Dioſcoro, & eius ſtudijs hoc tempore cum degeret Conſtantinopoli; qui poſtea Alexandrinus creatus Epiſcopus, omne quod cõceperat odium in ipſum egeſſit, vt dictis litteris ad Flauianum Theodoretus ipſe queritur. Sed de reliquis quæ ad Dioſcorum pertinent, ſuis inferius locis agendum erit. Quid præterea in hac Synodo geſtum ſit, nihil inuenimus.

XLIV.

Concilium Regienſe.

Sub huius quoque anni Conſulibus celebrata reperitur Synodus Regienſis decimoſexto Kalendas Decembris, non quidem Regij Lepidi, ſed Regij Galliarum in prouincia Narbonenſi. Etenim quid opus fuit Regij in Aemilia prouincia cognoſci cauſam Epiſcopi Ebredunenſis? Fuiſſe autem Regienſem, ſeu Regenſem, vel (vt alij dixere) Regionenſem Epiſcopatum in Gallia Narbonenſi ſub Aquenſi metropoli, Indices Vaticani demonſtrant. Collectam quidem eam fuiſſe Synodum ex Epiſcopis Galliæ Narbonenſis, tum ex eo qui primo loco in ea poſitus habetur Hilarius Epiſcopus Narbonenſis, qui & præfuit Synodo, tum ex collegis ibidem nominatis ipſi ſubiectis E- **E** piſcopis, ſcies: quod eoſdem ferme omnes reperies nominatos in Cõcilio Arauſicano poſt annum ſequentem itidem in Gallia Narbonenſi ſub Conſulatu Cyri celebrato. Ebredunum autem fuiſſe ſub Viennenſi metropoli, ſubſcriptiones Epiſcoporum Concilij Epaunenſis demonſtrant. Tu vero conſule quæ in Nicoliniana editione huic Concilio præfixa ſunt; quibus accurate elucubratis, haud inuiti ſubſcribimus, addentes Sidonij Apollinaris verba [e] in epiſtola ad Patientem Epiſcopum Lugdunenſem, dum populos eius prouinciæ recenſet: Quantas (inquit) tibi gratias Arelatenſes, Regenſes, Auenicus, Arauſionenſis quoque & Albenſis, Valentinæq. & Tricaſſinæ vrbis profeſſor exoluant?] Præter ea autem quæ de ordinatione perperam facta Epiſcopi Ebredunenſis in hac tractata ſunt Synodo, de illis etiam actum Epiſcopis, qui ex hæreſi vel ſchiſmate ad Eccleſiam redirent; qui quo loco habendi eſſent, Patres matura conſultatione definierunt; egerunt & de exequiis defunctorum Epiſcoporum.

e Sidon. libr. 6. epiſt. vlt.

XLV.

Accidit enim, vt cum his temporibus nonnulli Epiſcopi, qui ſectati eſſent Pelagium, ad Eccleſiam

Digitized by Google

A ſiam ſe redire pœnitentes ſimularent:ijs omnem recipiendi ſedem ſpem ademerint ijdem Patres, qui ipſi Concilio Regienſi interfuerunt:hoc experimento probantes,qui vere pœniterẽt, vel ficte. Quinetiam haud facile eos ad communionem Catholicam,nedum ad ſedem eſſe accipiendos,exẽplum docet Sixti Romani Pontificis de Iuliano Epiſcopo Pelagiano.Sub huius enim anni Conſulibus de Iuliano ipſo famoſiſſimo Pelagiano hæc habet S.Proſper in Chronico: Hac tempeſtate Iulianus Atellanenſis iactantiſſimus Pelagiani erroris aſſertor,quem dudum amiſſi Epiſcopatus intemperaos cupido exagitabar,multimoda arte fallendi,correctionis ſpem præferens, molitus in communionem Eccleſiæ irrepere:ſed ijs inſidijs Sistus Papa diaconi Leonis hortatu vigilãter occurẽs,nullum aditum peſtiferis conaribus patere permiſit;& ita omnes Catholicos defectione fallacis beſtiæ gaudere fecit,quaſi tunc primum ſuperbiſſimam hæreſim Apoſtolicus gladius deruncaſſet.]hæc Proſper.

Iulianus Pelagianus non admittitur in Eccleſiam.

XLVI. Quibus plane vides,lector,magna laude reijcere Romanam Eccleſiam hæreticos illos,de quibus eſt ſuſpicio,non es corde,ſed callide ſubripete conari Catholicam communicarionem,vt temporale commodum aſſequantur.Id quidem Sixtus conſilio Leonis diaconi,qui ei ſequenti anno B in Epiſcopatu ſucceſſit,& præ excellentia meritorum atque doctrinæ Magni cognomentum adeptus eſt.De ipſo autem Sixto in eamdem ſententiam idem Proſper agens aduerſus Collatorem, ſic ait [a]: Hæc ſit pars huic reſeruata paſtori; & vt illi prædeceſſores eius Innocentius,Zoſimus, Bonifacius,Cæleſtinus lupos abegere manifeſtos,ita hic depellat occultos.]hæc ipſe.Porro quem hic Atellanenſem Iulianum nominat Proſper, eumdem fuiſſe Iulianum antea Capuanum Epiſcopum,qui aduerſus S.Auguſtinum tot tantaq.ſcripſerat,intelligi poteſt:Atellanenſem vero,non Capuanum ab eos ſcias nominatum,quod non amplius illius Eccleſiæ Epiſcopus eſſet,quem (vt in eodem Leone Papa dicemus inferius) ab ipſo Pontifice idem Proſper [b] coercitum tradit.

a Proſp. aduer. Collat. in fine.

b Proſp. de Prædict. c. 7.

IESV CHRISTI ANNVS	SIXTI PAP. ANNVS	THEODOSII 33. VALENTINIANI 16. IMPP.
440.	8.	

I. C QVadringẽteſimus quadrageſimus Chriſti annus,Conſulibus Valentiniano quintum & Anatolio,Sixtus Romanus Pontifex ex hac vita decedit quinto Kalendas Aprilis,cum ſediſſet annos octo,minus diebus triginta:qui enim anno Domini quadringenteſimo trigeſimoſecundo, die vigeſimaſeptima menſis Aprilis creatus eſt(vt diximus)Pontifex, & hoc anno vigeſimaoctaua Martij moritur,ad dictum tempus propagaſſe ſedem,opus eſt affirmare. Deceſſiſſe hoc ipſo anno Sixtum,& ſubrogatum Leonem,Proſper hæc cernẽs oculis ſcripſit;quem ſecuti ſunt alij. De eo autem hæc in libro de Romanis Pontificibus leguntur:Hic fecit * baſilicam ſanctæ Mariæ Matris Domini,quæ ab antiquis Liberij cognominabatur,iuxta Macellum Libyæ *; vbi & obtulit hæc: Altare argenteum puriſſimum pẽſans libras trecentas,&c.] numerantur ibi pluribus alia collata dona & redditus ex diuerſis fundis eidem contributi. Meminit eius eccleſiæ Hadrianus Papa ad Carolum Magnum Imperatorem his verbis [c]:

Sixti Papæ obitus,& ſedis tempus.

* refecit

* Liuiæ

c Hadrian. epiſt. 3. c. 19. tom. 2. epiſt. Rom. Pon.

II. Magis autem ſucceſſor Cæleſtini Siſtus Papa fecit baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ,cognomento,Maiorem,quæ & ad Præſepe dicitur:ſimili modo & ipſe in metallis aureis, quamquã in diuerſis hiſtorijs,ſacris decorauit imaginibus]quas nonnihil vetuſtate temporis detrimẽti paſ D ſas Dominicus Pinellus Cardinalis,eius baſilicę digniſſimus Archipresbyter,ſumma adhibita opificum diligentia,reſarciendas & iam collabentes conſeruaodas curauit,additis maiorum exemplo alijs deſuper poſitis ex pictura hinc inde de Dei Genetricis hiſtoria venerandis immaginibus. Huius autem erigendæ ſeu in ampliorem formam reſtituendæ baſilicæ,& tot tantiſq.ornamentis decorandæ,Deiq. Genitricis titulo conſecrandæ,eidem Sixto Papæ es Concilio Epheſino(vt diximus)occaſio ſuppeditata eſſe videtur:vindicata enim a Neſtorij blaſphemijs Dei Genitrice Maria,de tanta victoria in honorem eiuſdem Mariæ Deiparæ placuit ipſi tantum erigi fornicem triũphalem. Subdit vero in eadem epiſtola Hadrianus:

III. Sed & per rogatum eius Valentinianus Auguſtus fecit imaginem auream cum duodecim portis & Saluatore gẽmis pretioſis ornatam;quã voti gratia ſuper Confeſſionẽ beati Petri Apoſtoli poſuit,& a tunc vſque hactenus apud nos ab omnibus Fidelibus veneratur.]hæc Hadrianus. Habentur inſuper in dicto libro de Romanis Pontificibus iſta de Sixto:Hic ornauit de argento Confeſſionem beati Petri Apoſtoli, quæ habet libras quadringentas.] & paulo inferius de eodem Valentiniano Auguſto:Fecit & Valentinianus Auguſtus rogatu Sixti Epiſcopi faſtigium argenteum in baſilica Conſtantiniana,quod a barbaris ſublatum fuerat,penſans libras ſex mille ſexcẽ E tas & decem.

Religioſa monumenta Sixti Pap. & Valentin. Imp.

IV. Es his plane intelligere poſſumus,non ab omnium eccleſiarum ornamentis abſtinuiſſe Gotnos,ſed ab ijs quæ ad baſilicas ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſpectare ſciebant,de quibus(vt ſuperius vidimus)Oroſius meminit,noſq.ſuo loco pluribus diximus.Ex his quidem etiã cognoſcere vales, totum quod ab illis eſt impenſum baſilicis reuerentiæ, fuiſſe ob Apoſtolorum Principum venerationem;quod ex eo quidem patens fit,quod maiori proſecuti fuerint cultu dictas Apoſtolorum baſilicas,quam ipſam primariam Lateranenſem eccleſiam,cuius ornamentis non pepercisſe dicuntur:cum alioqui,quod pertinet ad iura immunitatis omnium eccleſiarum, vt ad eas confugientes ſalui eſſent,ea in cunctis Romę exiſtentibus eccleſijs fuiſſe a barbaris illæſa ſeruata & cuſtodira, teſtificatione S. Auguſtini ſuperius recitara, ſatis ſuperque exploratum habeatur.Sed pergamus reliqua recenſere,quæ de donis Sixti Papæ tempore collatis eccleſijs ibidem ſcripta leguntur his verbis;

V. Huius Sixti temporibus fecit Valentinianus Auguſtus Confeſſionem beati Pauli Apoſtoli ex A
argento penſantem libras ducentas. Item fecit Sixtus Confeſſionem beati Laurentij martyris cũ
columnis porphyreticis,& ornauit tranſennam & altare & Confeſſionem ſancti martyris Laurē
tij de argento puriſſimo. Fecit altare penſans libras quinquaginta,cancellos argentos ſupra plato
nias porphyreticas penſantes libras trigiota,apſidem ſupra cancellos cum ſtatua ſancti Laurentij
martyris argentea penſante libras ducentas,&c.]recenſet alia dona eidem oblata baſilicæ. Et in-
ferius: Hic fecit in baſilica Conſtantiniana ornamentum ſuper fontem,quod ante non erat,id eſt,
epiſtylia marmorea & columnas porphyreticas erexit,quas Conſtantinus Auguſtus congrega-
tas demiſit,& iuſſit vt erigerentur,quas & verſibus exornauit]qui ſic ſe habent in octangulato ope-
re,binis in ſingulis epiſtylijs exaratis:

Gens ſacranda prolis hic ſemine naſcitur almo,
Quam fœcunditatis Spiritus edit aquis.
Virgineo fœtu genetrix Eccleſia natos,
Quo ſpirante Deo concipit,amne parit.
Cælorum regnum ſperate hoc fonte renati: B
Non recipit felix vita ſemel genitos.
Fons hic eſt vitæ, & qui totum diluit Orbem,
Sumens de Chriſti vulnere principium.
Mergere peccator,ſacro purgande fluento:
Quem veterem accipiet,proferet vnda nouum.
Inſons eſſe volens,iſto mundare lauacro,
Seu patrio premeris crimine,ſeu proprio.
Nulla renaſcentium eſt diſtantia,quos facit vnum
Vnus fons,vnus Spiritus,vna fides.
Nec numerus quemquam ſcelerum,nec forma ſuorum
Terreat.Hoc natus flumine,ſanctus eris.]

Hactenus Sixti verſus,quibus(vt vides)etiam aduerſus recentem hæreſim Pelagianam Catholi-
ca eſt aſſertio de originali peccato,quod illa negabat.Sed iam pauca quæ ſunt reliqua Sixti Papæ
operum,vbi ſuperius deſcriptorum,proſequamur: C

VI. Hic fecit platoniam in cœmeterio Calliſti via Appia,vbi nomina Epiſcoporum & martyrum
ſcripſit,commemorans. Hic fecit ordinationem in vrbe Roma per menſem Decembrem,presby
teros vigintiocto,diaconos duodecim,Epiſcopos per diuerſa loca quinquagintaduos. Qui etiam
ſepultus eſt via Tiburtina in crypta iuxta corpus B. Laurentij,quinto Kalendas Aprilis. Ceſſauit
Epiſcopatus eius dies vigintiduos.]hæc ibi.

VII. *Sixti Papæ nomine ſuppoſita ſcripta Pelagiana.* Ad poſtremum vero illud de Sixto dicere non omittimus,eadem ipſum paſſum eſſe poſt mor-
tem,quæ pertuliſſe diximus Sixtum itidem Romanum Pontificem atque martyrem:etenim ſicut
eius nomine prodijt editus ab Origeniſtis(vt dictum eſt ſuperius auctoritate S.Hieronymi) liber
Sixti ſiue Sexti Pythagorici ; ita nomine Sixti huius non ab alijs quam a Pelagianis ſcripta fuere
tria volumina,primum de Diuitijs,ſecundum cuius eſt titulus, De malis Doctoribus,& operibus
fidei,& iudicio futuro,tertium vero de Caſtitate:q̃ quidē Pelagianiſmis eſſe referta,accuratus le-
ctor inueniet,modo calleat ſuperius recitatas Pelagianas ſententias. Dolui vehementer,haud pri
dem eadem opuſcula abſque diligentiori conſideratione eodem nomine Sixti Romani Pontifi-
cis eſſe cuſa. D

VIII. Quis,rogo,antiquorum,harum ſcriptionum auctorem Sixtum Papam aliquando dixit,vel nu
tu ſaltem oſtendit,aut,quoquo modo in leuem ſuſpicionem induxit? cum præſertim Gennadius
horum temporum ſcriptorum Eccleſiaſticorum exacte catalogum texens,& de Sixti Papæ epiſto-
la ad Neſtorium mentionem habēs,nequiquam ſcriptorum huiuſmodi Sixto tribuat:haud enim
ipſum prætērijſſe potuere,quæ a tanto auctore edita eſſent. Vel quomodo valuit ipſe Sixtus Pela-
gianorum acerrimus hoſtis,& eius hæreſis(vt auctore S.Proſpero dictum eſt)vltimus profligator
Pelagianæ hereſi conſentientia conſcripſiſſe? Habeat Solanius ſolus ipſe ſibi quæ Sixti Papæ nomī
ne typis mandauit opuſcula ; immo nec vnus ipſe profeſſione Catholicus tam inſigni honeſtata
nomine venena bibat de calice aureo Babylonis:aureum dixerim,quod cōplura habebat Catholi-
cæ fidei conſentientia,vt mos eſt omnium hæreticorum mortifera melle delibuta propinare. Sen-
ſit hoc ipſum,& doluit mecum vehementer,atque alto ingemuit pectore Lindanus Epiſcopus Gā
dauenſis vir doctiſſimus,profligator hæreticorum,& norma Orthodoxorum Antiſtitum,cum an
te annos circiter octo,ipſo initio ſedis Sixti Papæ Quinti,Romæ eſſet, & ex more de re litteraria
contingeret vna ſimul miſcere ſermones;haud æquo animo ferre valēs, ſub falſo nomine tanti Pō E
tificis,Pelagianorum fœtus eſſe ſuppoſitos.

IX. *Pelagianiſmi notantur. Primi libri Pelagianiſmi.* Sed ne quaſi aerem verberantes pugnare videamur,ſatis erit ad inſtitutum pauca ex tribus lī
bris illis hic in medium afferre,quæ ex Pelagianis prodire fontibus Catholicus dogmatiſtes in-
telliget. Quid enim integro libro illo de diuitijs conatus eſt auctor,niſi oſtendere diuitem hominē
ex Deo non eſſe? contra diuinæ planæ Scripturæ teſtimonia,quibus dicitur: Diuitem & pauperem
fecit Deus]& in cantico Annæ: Dominus pauperem facit & ditat.]ex multis namque inuenies eū
dem auctorem velle probare,impoſſibile eſſe diuitem hominem Dei præcepta ſeruare : immo &
omnes,etiam filios & filias habentes,diuitias teneri profundere , & reddi pauperes, ſi velint ſal-
ui eſſe,pluribus docet. In his,inquam,cum toto illo libro verſetur auctor,quis non intelligat ſpira
te Pelagium,cuius inter alia hæreſum capita (vt dictum eſt) illud erat,non poſſe ſaluari diuitem,
niſi omnia ſua pauperibus eroget? Sed etſi poſſent ea cuncta ad aliquem Catholicum ſenſum quo-
modocumque pertrahi:decuiſſet ne tempore huius emergentis hæreſis Romanum Pontificem ,

etſi non

A etſi non eadem expreſſe, illis tamen affinia & confinia, abſque ſuſpicione hæreſis Pelagianæ, nulla facta eius abrogatione, tractare?

Sed & in ſecundo libro ita recta incedit via, dum diſſerit opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, vt tamen ad poſtremum ſeſe auctor prodat Pelagianum, cum omnia libero arbitrio tribuat, & gratię nihil concedat, atque illis ipſis vtatur verbis, quibus Pelagiani Catholicos perſtringere conſueuerunt, nimirum vbi ait: Et vt breuiter cuncta perſtringam, quando cuiuſcumque criminis vel peccati reus quieta mente ſuſcipiet malum ſuum voluntatis eſſe, non neceſſitatis, & arbitrio ſcribi, quod illi nituntur imputare naturæ?] Catholicos quidem ſugillans, qui naturam ex originali peccato corruptam aſſerunt. Quid præterea toto eo diſputationis anfractu demonſtrare conatur, quam hominem eſſe ſine peccato, poſſibile fieri? Et quis ignorat, aſſertiones has eſſe Pelagij, impugnatas iam mille locis a S. Auguſtino, S. Hieronymo, Proſpero Aquitano, & alijs? X. *Pelagianiſmi ſecundi libri.*

Rurſum vero in tertio libro qui inſcribitur de Caſtitate, quomodo ſe aduerſarium gratiæ exhibeat auctor, vel ex verbis illis intellige, dum Matthæi [a] locum illum explanans: Non capiunt omnes hoc verbum, ſed quibus datum eſt.] iſtud ipſum tribuēs ipſe omnino liberæ hominis voluntati, ſubſannat eos qui ex Dei gratia donum illud prouenire contendunt, hæcq. ait: Nolo ſic intelligas dictum: Non omnes capiunt hoc verbum, ſed quibus hoc datum eſt: quaſi caſtitatem nonniſi illi poſſideant, quibus etiam non volentibus, & fatali (quod aiunt) neceſſitate collata ſit; ne & gratioſum Deum ſtatuas, & caſtitatis præmium tollas.] Erant plane huiuſmodi Pelagianorum cauilli, & in Catholicos iniuſtæ notæ calumniæ, vt dum hi abſque diuina gratia conſequi caſtitatem minime fas eſſe hominibus dicerent, illi eos fatalem virtutibus adipiſcēdis neceſſitatem imponere ſubſannarent. Et inferius, cum illud Pauli ad Corinthios explicat: Vnuſquiſque proprium donum habet a Deo] ſubdit ipſe: Propriæ ſcilicet voluntatis. XI. a Matth. 19. *Pelagianiſmi tertij libri.* B

Sed quid in his diutius immoramur? Vel hoc vnum tibi ſatis ſufficere potuiſſet ad perſpectam hominis Pelagiani cognitionem, quod cum videas tribus illis libris auctorem verſari in operum commendatione, numquam meminit diuinæ gratiæ, vel minimum quid ei tribuit, ſed libero tantum arbitrio omnia: vt nonniſi Pelagianum loqui, vel ſurdus intelligat. Inſuper & in illo abſolutiſſimus detegitur auctor Pelagianus, quod ex doctrina Pelagij differentiam ponat inter beatorum vitam æternam, & regnum cælorum: dum in libro de Caſtitate ſic prædicat caſtitatem, vt deroget matrimonio, cum vxoratos negat gloriam cæleſtem conſecuturos, fruituros tamen vita beata, ſi cetera mandata ſeruent. ſed accipe quam diſertis verbis hæc prædicet: Quid ergo (inquit) damnauit Dominus nuptias? Abſit: ſed tantum regni gloriam illis, non vitam (ſi tamen omnia mandata ſeruauerint) denegaſſe cenſetur.] Cum hæc igitur & alia miſceat Pelagianus auctor, e Pelagianis prauis ſententijs mutuatus: a tanta ignominia vindicandus eſt Sixtus Pelagianæ hæreſis indefeſſus & validus oppugnator. XII. *Auctor patentiſſimus Pelagianus.* C

Sed iam fine tanti Pontificis, finem & nos tomo huic quinto, loco & tempore congruo, imponamus; poſt Sixtum, ſextum auſpicaturi ab ipſa Magni Leonis Papæ creatione volumen. Faue tu nobis, lector, precibus, & pijs votis aſpira: vt eadem felicitate qua quinque tomos abſoluimus, qui ſunt reliqui conſummemus. Sed ad gratias agendas ei, a qua cuncta hæc noſtra dimanant, oratio ſe ex more conuertat. XIII.

ACceptum tuo fauore, conceptum tuis precibus, Dei Genitrix, quintum hunc partum, pro gratiarum munere, vt Anna [b] Samuelem, ad te ipſam, viuum Dei tabernaculum affero: tu vero offeres ipſum Deo, illud ſimul cum ipſa præ miraculo concinēs: Sterilis peperit plurimos.] quinta iam me aucto prole, cui nec ſpes erat potuiſſe vel vno germine fœcūdari. Vnde mihi etiam præ ſtupore in propheticum [c] illud ſit erumpendum: Quis mihi genuit iſtos? Ego ſterilis & non pariens: & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta & ſola: & iſti vbi erant?] Totum id muneris tui atque gratiæ, fœcundiſſima Virgo. Adijce vero, vt quinto oblato tomo, rependas quæ in eodem quinario numero mirifice noſcuntur impleta, nempe cum quinque [d] ordeaceis panibus e pueri anguſto ſinu perceptis ſequentem ſe Dominus numeroſam multitudinem pauit, & ſatiatis ex illis quinque millibus hominum, ijdem redundarunt in duodecim cophinos fragmentorum: atque etiam cum puer Dauid [e], quinque lapidibus in pera poſitis, inſultantem Dei agminibus hoſtem occidit, & vno proſtrato, omnes pariter victi ſunt Philiſthæi. Conceſſa ſunt tam grandia pueris, quod infirma mundi, vt confundat [f] fortia, Deus eligere conſueuit. Sum quidem & ego (dicam cum Salomone [g]) puer paruulus, ignorans introitum & egreſſum meum. Accipere igitur merear conceſſa pueris: vt munera iſta noſtra, dona tua, Deo oblata, ſua ipſe benedictione multiplicet, & aucta in æternum permanſura conſeruet, futura ipſa in Eccleſia cibus & arma, quo Fideles alantur, atque hoſtes perfidi debellentur. Ad poſtremum vero illud adiunge, vt tamquam vnus ex Domini paruulis [h], ſim conſecuturus vitam æternam, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

D E — b 1. Reg. 1. *Peroratio cū gratiarū actione.* c Iſai. 46. d Ioan. 6. e 1. Reg. 17. f 1. Cor. 1. g 3. Reg. 3. h Luc. 18.

ANNALIVM TOMI QVINTI

FINIS.

PRAETERMISSA IN HOC QVINTO TOMO ſuis locis reddenda. A

Folio 307. D. 9. proſequamur. *Adde;* Extant ex archiuo Arelatenſi petitæ litteræ eiuſdem Zoſimi Papæ hoc anno datæ ad vniuerſos Galliarum Epiſcopos de priuilegijs Eccleſiæ Arelatenſis conſeruandis. Quod enim Euangelium in Gallias per S. Petri Apoſtoli diſcipulum S. Trophimum allatum fuerit, & per eumdem ſedes Arelatenſis erecta: ea de cauſa eadem Eccleſia primaria olim in Gallia habebatur, cum eius Epiſcopi non ſolum pallium acciperent a Romano Pōtifice, ſed etiam vicē eius agerent, Vicarijq. dicerentur ipſius. teſtantur id plures epiſtolæ Romanorum Pontificū inferius recitandæ ex eiuſdem Eccleſiæ ſcripto antiquitus codice acceptæ. Sed tu ne impoſtutam putes, habes eadem omnia expreſſa teſtificatione S. Gregorij Papæ in epiſtola [a] ad Virgilium Epiſcopum Arelatenſem, necnon in epiſtola ſequenti ab eodem Gregorio ſcripta ad vniuerſos Galliarum Epiſcopos: ſed audiamus ipſam epiſtolam Zoſimi Papæ. B

a Gregor. lib. 4. epiſt. 5. Ind. 13.

Zoſimus vniuerſis Epiſcopis per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutis.

Placuit Apoſtolicæ ſedi, vt ſi quis ex qualibet Galliarum parte, ſub quolibet Eccleſiaſtico gradu ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire diſponit, nō aliter proficiſcatur, niſi Metropolitani Arelatenſis Epiſcopi Formatas acceperit, quibus ſacerdotium ſuum, vel locum Eccleſiaſticum, quem habet, ſcriptorum eius aſtipulatione perdoceat: quod ea gratia ſtatuimus, qa plures Epiſcopi, ſiue presbyteri, ſiue Eccleſiaſtici ſimulantes (quia nullum documentum Formatarū extat, per quod ualeant confutari) in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reuerentiā promerentur. Quiſquis igitur, fratres chariſſimi, prætermiſſa ſupradicti Formata, ſiue Epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus, aut deinceps inferiori gradu ſit, ad nos venerit: ſciat ſe omnino ſuſcipi nō poſſe. Quam auctoritatem vbique nos miſiſſe manifeſtum eſt, vt cunctis regionibus innoteſcat id quod ſtatuimus omnimodis eſſe ſeruandum. Si quis autem hæc ſalubriter conſtituta temerare tētauerit, ſponte ſua ſe a noſtra nouerit communione diſcretum. Hoc aūt priuilegium Formatarum ſancto Patroclo fratri & Coepiſcopo noſtro meritorum eius ſpeciali contemplatione cōceſſimus.

Iuſſimus autem præcipuam, ſicuti ſemper habuit, Metropolitanus Epiſcopus Arelatēſium ciuitatis in Ordinandis ſacerdotibus teneat auctoritatem; Viennenſem, Narbonenſem Primam, & C Narbonenſem Secundam prouincias ad Pontificiū ſuum reuocet. Quiſquis vero poſthac contra Apoſtolicæ ſedis ſtatuta & præcepta maiorum, omiſſo Metropolitano Epiſcopo, in prouincijs ſupradictis quemquam ordinare præſumpſerit, vel is qui ordinari ſe illicite ſinerit, vterque ſacerdotio ſe carere cognoſcat: quomodo enim poteſt auctoritatem ſummi Pōtificis obtinere, qui quæ erant Pontificis ſeruare contempſit? Omnes ſane admonemus, vt quique finibus territorijſq. ſuis contenti ſint: de qua re ne ad nos querela vlterius redeat, admonemus.

Dedit enim exemplum Arelatenſis Eccleſia, quæ ſibi Cithariſtam & Gargariam parochias in territorio ſuo ſitas incorporari iure deſiderat, ne de cetero vllus ſacerdos in alterius ſacerdotis præſumat iniuriam. Sane quoniam Metropolitanæ Arelatenſium vrbi vetus priuilegium minime derogādum eſt, ad quam primum ex hac ſede Trophimus ſummus Antiſtes, ex cuius fonte totæ Galliæ fidei riuulos acceperunt, directus eſt: idcirco quaſcumque parochias in quibuſlibet territorijs etiam extra prouincias ſuas (vt antiquitus habuit) intemerata auctoritate poſſideat. Ad cuius notitiam, ſi quid illic negotiorum emerſerit, referri cenſuimus, niſi magnitudo cauſæ etiam noſtrum D requirat examen.] Scire debes, lector, Zoſimum Papam adeo voluiſſe ſalua priuilegia Eccleſiæ Arelatenſis, vt irrita reddiderit quæ in Concilio Taurinenſi ante viginti prope annos ſtatuta eſſent, cum & Narbonenſis prouincia ſubdita eſt Epiſcopo Maſſilienſi. Cumq. accidiſſet vt duo Epiſcopi in ea prouincia creati eſſent abſque conſenſu Patrocli Arelatenſis Epiſcopi: ordinationes eorū caſſas reddidit idem Zoſimus Papa, circulares de his litteras ſcribens ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum, necnon ad alios in Gallijs atque Hiſpanijs conſtitutos. Scribendi aūt ad Aureliū Epiſcopum Carthaginem ea cauſa interceſſit, quod in hac epiſtola agitur etiam de Lazaro prædānato a Proculo Maſſilienſi, qui fuit vnus ex Pelagij accuſatoribus, vt nuper dictum eſt. Sed audiamus epiſtolam ipſam, quæ ex eodem Arelatenſi codice accepta ſic ſe habet.

Zoſimus Aurelio & vniuerſis Epiſcopis per Africam conſtitutis, vniuerſis Epiſcopis per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutis, vniuerſis Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, a pati.

Cum aduerſus ſtatuta Patrum venitur, non tantum illorum prudentiæ atque ſententiæ qui in æuum victura ſanxerunt, ſed ipſi quodammodo fidei & Catholicæ diſciplinæ irrogatur iniuria. Quid enim tam ſanctum atque venerabile eſt, quam penitus nō exorbitare ab itinere maiorum, E quorum canonica inſtituta veluti quædam fundamenta ſunt ferendis fidei iacta ponderibus? Sed nihil minus ab Vrſo & Terentio, quorum vnus aſſidua ſedis huius medicina curatus ad emendati erroris peruenire non potuit ſanitatem: alter vero ante aliquot annos obiecta criminatione ſummotus (ſicut ciuium ſcripta teſtantur, vel ingeſta docuerunt) etiam ab eo ipſo gradum ſummi ſacerdotis accepit, a quo fuerat ante damnatus: cæcus error in vtroque, & quod eſt potiſſimum in omnibus, nec vellem aliorum de Terentio, nec ſuam de Vrſo tenere ſententiam.

Sed fac vt honeſti mores hominibus eſſent & probata ſuffragia. Quid illud, quod prætermiſſo fratre noſtro Patroclo Metropolitano Epiſcopo Arelatenſium ciuitatis (ſine cuius auctoritate iuxta maiorum canones nulla penitus potuit ordinatio celebrari) tumultuoſe & turbide indebitis ſacerdotia impinguntur? nec ſaltem comprouinciales Epiſcopi corrogantur, vt error velamento aliquo tegeretur; ſed Lazarus dudum in Taurinenſi Concilio grauiſſimorum Epiſcoporum ſententijs pro calumniatore damnatus, cum Briſſij innocentis Epiſcopi vitam falſis obiectionibus appetiſſet,

A tiſſet, poſt vero indebitum ab eodem Proculo,qui inter ceteros Synodo damnationis eius acceſſe
rat,ſacerdotium conſecutus eſt,a quo ſe ipſe vitæ ſuæ conſcientia datis litteris in abdicationem ſui
ſponte ſubmouit.

Re vera incongruum fuit,vt illicitum ſacerdotio,omiſſo Metropolitano, ſua confeſſione ſpo-
liatum ſacerdotem pariter ordinaret,ne nihil cum intempeſtiue fieret, ne dies quidem ordinatio
nis adſciſcitur:ſcilicet vt quibus cuncta deerant,etiam legitimum tempus deeſſet.Quid his tot tā-
tiſq.improba vſurpatione poſthabitis addi poteſt,niſi illud eatremum,quod totum tranſcendit er
rorem,vt territoria indebita ad Arelatenſem ciuitatem antiquitus pertinentibus locentur? Vnum
vitium ſi in cauſis talibus veniſſet,Apoſtolicæ ſedis auctoritas etiam cetera deſtruxiſſet.Hic multa
concurrunt,improborum & damnatorum ordinatio,prætermiſſi Metropolitani,necnon & prouin
cialium ſacerdotum, locorumq.alienorum impudentiſſima vſurpatio,nec ſaltem diei cuſtodita ſo
lemnitas,& Lazarus in conſortio illicitæ ordinationis adſcitus.hæc omnia apud nos Geſtis teſti-
moniiſq.diſcuſſa ſunt.

Atque vtinam in Terentio praui tantum mores,non etiam Priſcilliana ſuperſtitio patuiſſet ;
B quæ ſedis huius dudum humanitate & miſericordia in hoc illi conſulere voluit, vt emendatio, de
cetero permaneret.quod beneficium ſibi pene præter exemplum præſtitum ſi diligentius obſerua
re voluiſſet,erroris illum anteacti oportuit pœnitere,non ita præcipiti impetu ad ſacerdotium ſe
ſtinare,vt nec diei veterem ſolemnitatem,quæ cuſtodienda præcipue fuerat,obſeruaret,nec inde-
bito loco crederet abſtinendum.Qua de re ad ſanctitatem veſtram & per totum Orbem,vbicum
que,& in quacumque terrarum ſonus Catholicæ religionis erit,ſcripta direximus,fratres chariſſi-
mi,ne Terentium & Vrſum in communione Eccleſiæ in quocumque Eccleſiaſtico gradu,a qua in
totum anathematizati ſunt,ſuſcipiendos eſſe ducatis. Dicuntur enim circulatores eſſe ; quod nos
ex ſententijs agnouimus in eorum damnatione ſacerdotali auctoritate prolatis , quas in diuerſis
regionibus exceperunt. Remouēdæ ſunt a ſancto corpore putridæ carnes,& a maſſa ſanctificatio
nis acidum execrandumq.fermentum,de quibus plura ſcribere pudoris fuit,cum illis pudori nō
ſit tanta feciſſe.

*Huic epiſtolæ is finis imponitur,qui & ſuperiori ſcriptæ per eumdem Zoſimum Papam ad vniuerſos
Epiſcopos per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutos,ab illis ſcilicet verbis;* Iuſſimus autem præcipuā
C ſicuti ſemper habuit,&c. *vſque ad illa:* Niſi magnitudo,&c. *In hoc tamen hæc ab ea differt , quod illa
ſubſcriptione careat,hæc vero ſic ſubſcripta in dicto antiquo Arelatenſi codice reperiatur ;* Data ſub die
X.Kal.Octob.Honorio XI.& Conſtantio II.Conſſ.]Addidit his Zoſimus Papa,vt ſublatas ab Ec
cleſia Arelatenſi prouincias Viennenſem & Narbonenſem,eaſdem reſtituens illi voluerit integre
conſeruari.Audi ergo quæ ad vtriuſque prouinciæ Epiſcopos ſcribat:

Zoſimus Epiſcopis prouinciæ Viennenſis & Narbonenſis Secundæ,a pari.

Multa contra veterem formam Proculus vſurpaſſe detectus eſt in ordinationibus nonnullo-
rum indebite celebrandis,quas proxime numeroſa cognitione diſcuſſimus. Licet ipſe diu expe-
ctatus,faſtidioſe ferens ſibi inducias attributas,conuenire diſſimulet:attamē illa præſumptio nos
admodum mouit,quod in Synodo Taurinenſi,cum longe aliud ageretur,in Apoſtolicæ ſedis iniu
riam ſubripiendum putauit , vt ſibi Concilij illius emendicata præſtaret obreptio ordinando-
rum ſacerdotum veluti Metropolitano in Narbonenſi Secunda prouincia poteſtatem : & ne ſo-
lus impudentis indebita poſtulando huic ſedi videretur intuliſſe conuicium , ſocium ſibi Sim-
plicium Viennenſis ciuitatis adſciuit,qui non diſſimili impudentia poſtularet, vt ſibi quoque in
D Viennenſium prouincia creandorum ſacerdotum permitteretur arbitrium.Indecens auſus , & in
ipſo veſtibulo reſecandus,hoc ab Epiſcopis ob certas cauſas Concilium agitantibus extorquere ,
quod contra ſtatuta Patrum & ſancti Trophimi reuerentiam ,qui primus Metropolitanus Arela
tenſis ciuitatis ex hac ſede directus eſt,concedere,vel mutare,ne huius quidem ſedis poſſit aucto-
ritas.Apud nos enim inconuulſis radicibus viuit antiquitas,cui decreta Patrū ſanxere reuerētiā.
Et quia redire in ordinem ſuum intermiſſa præcipimus,F.C.Metropolitanus Arelatenſis ciuita-
tis Epiſcopus iam inde a Trophimo ordinationis ſeriem temporibus roboratam inuiolabili in
vtraque Narbonenſi & Viennenſi auctoritate poſſideat. Data III.Kal.Octob.Honorio XI.& Cō
ſtantio II.Conſſ.]hæc Zoſimus Papa,qui & eodem hoc anno & menſe ſcripſit ad Hilarium Epi-
ſcopum Narbonenſem,cum prohibet Epiſcopos in ea prouincia ordinari ab alio,quam ab Epiſco
po Arelatenſi:epiſtola autem correctionis acrimonia plena eſt,quæ ex eodem veteri petita codi-
ce ſic ſe habet:

